

SUPPLEMENTVM
COMMENTARII MAGISTRI


GABRIELIS BIEL

IN QVARTVM LIBRVM SENTENTIARVM,
PER DOCT. VVNDLINVM STAMBACHVM
BURZBACHENSEM,

Eiusdem, dum uiueret, auditorem;

Multo studio, magnoq; iudicio collectum, & in florentissimo Tubingensi
Musæo prælectum, atq; disputatum.

Nunc denuo in lucem restitutum, diligenter emendatum, & postillis ornatum.
Cum suo Indice locupletissimo.



BRIXIAE APVD THOMAM BOZOLAM.
M. D. LXXIII.



7 400 40

Saffa


SUPPLEMENTVM
COMMENTARII MAGISTRI
GABRIELIS BIEL

IN QVARTVM LIBRVM SENTENTIARVM,
PER DOCT. VVNDDELINVM STAMBACHVM
BVRZBACHENSEM,

Eiusdem, dum uiueret, auditorem;

Multo studio, magnoq; iudicio collectum, & in florentissimo Tubingensi
Musæo prælectum, atq; disputatum.

Nunc denuo in lucem restitutum, diligenter emendatum, & postillis ornatum.
Cum suo Indice locupletissimo.



BRIXIAE APVD THOMAM BOZOLAM.
M. D. LXXIII.





INDEX SUPPL.
LIBRI QVARTI.



DISTINCTIO. XXIII.
Quæstio. j.



VTRVM sacramentum extremæ unctio- nis sit contra corpo- ris, & animæ morbū a Christo institutū. 1 A
 Multiplex unctio. ibi. 1 A
 Chrisanate caput, & manus episcopi cō- secrantur. ibidem. 2 A
 Cur princeps in brachio, non in capite ungitur. 2 A
 Unctio extrema est unctio hominis in- firmi pœnitentis in determinatis par- tibus corporis. 2 B
 Dat ur infirmis naturaliter. ibidem. 2 B
 Qui nō inūgendi sint hoc oleo. 3 B
 Materia remota huius sacri. 3 C
 Minister huius sacramenti. ibidem.
 Cur hæc unctio fiat in septem locis. ibidem.
 Forma a D. Petro tradi creditur huius sacramenti. ibidem.
 Extrema unctio ritē facta uerē est no. le. sacramentum. 4 C
 Mortui inungebantur. ibidem
 Mox baptizati percipiebant Eucharistiā etiam infantes. ibidem.
 Cur nūc lūbi non inungantur. 5 C
 Unctio extrema est unum sacramentum

non unitate indiuisibilitatis: sed ag- gregationis. 5 E
 Oleū Oluz consecratū, est sacramenti extremæ unctio- nis determinata ma- teria. 6 F
 Triplex rō cōsecrationis huius olei. ibi.
 Quomodo sacramentum habet efficacīā ex usu Christi. ibidem.
 Solū sacerdotij ordo est sacm. 7 F
 Plures formæ extremæ unctio- nis. 7 G
 De signo Crucis 8 G
 Solus sacerdos, uel episcopus est unctio- nis extremæ minister. 8 H
 Non plures possunt ministrare hoc sa- cramentum simul. ibidem.
 De effectu huius sacramenti, & est remis- sio peccati. 8 I
 Dubiū an quo ad culpā, an quo ad pœnā peccata deleat hoc sacramentū. 9 I
 Unctio- nis sacramentū non solū spiritua- liter curat ægrum, & roborat: sed etiā affert quandā alleuiationem. 9 K
 Primum sacramentū effectus. 10 K
 Pia opinio. 11 K
 Alleuiatio corporalis, est effectus extre- mæ unctio- nis. 11 L
 Cui hoc sacramentū ex Christi institu- tione, & ecclēsiæ ritu dandū. 11 L
 An sit dandum pueris, & ratione caren- tibus. 12 M
 Debet fieri confessio in hoc sacramen- to. ibidem.
 An omnibus infirmis, & proximē mori

curis. 13 N
 Dānatis ad mortē nō dāf hoc facm. ibi.
 Damna ad mortem debent cōpelli ad
 sacramētū pōnitentiā. ibidem.
 Vnctio datur infirmis. 14 N
 Relapsus hæreticis cōio nō negat. ibid.
 Nulla cōsuetudine pōt induci feminas
 ordinari in officia psbyterorū. 15 N
 Quid de recluso in carcere p pperuo, an
 sit in mortis articulo inūgd. 16 O
 An sicut licet agrum in ecclesia cōmuni
 care, ita liceat eundē adhuc ambulā
 tem in ecclesia inungi. 17 P
 Per ingressum ecclesiæ consecratē remit
 tuntur uenialia. ibidem.
 Cur ecclesia consecretur. 18 P
 Ecclesiæ consecratio est ueluti primaria
 baptizatio. 18 I
 Omnia sacramenta deberēt in ecclesia
 recipi. 19 P
 Vnctio extrema ritē suscepta delet uen
 ialia. ibidem.
 An extremę unctiois sacramētū sit dā
 dum ante, uel post uaticū. 20 Q
 An unctiois extremę sacramentum sit
 iterabile. 20 R
 Oleum semel consecratur, unctio uerō
 iteratur. 21 R
 An sicutas determinata. ibidem.
 Quare hoc facm non ponitur ultimū
 in determinatione magistrī. 21 S
 Quo inūgdī sunt cæci, manci. 21 T
 Vtrū de licentia curati suspensi possit al
 ius extraneus infirmū inūgere. 23 V
 An oporteat ministrum huius sacramen
 ti esse propriū sacerdotem. 24 X
 Cōtradicta de ministro huius sacri. 24 Y
 Vnctio an sit de pcepto, & de neces
 sitate. 24 Z
 Questio. ij.
 Vtrum sacramenti unctiois extremę
 de attrito contritus possit fieri. 25 A
 De cōtritione, & eā cōcernentib. 25 B
 Quālis debet esse. ibidem.
 Varijs nominibus. 26 B
 Cōtritio quid sit. ibidem.
 Materia cōtritionis. ibidem.
 Qualem cōtritionem habuerant pec
 catores, uer. test. ibidem.
 Attritio est informis, & insufficientis do-

lor pro peccato. 27 C
 Quadruplex timor. ibidem.
 Per accidens quo fugit pctū. ibidem.
 Duplex displicentia formalis, & inirtua
 lis. 28 D
 Casus notandus. ibidem.
 Peccatori baptizato mortalis conscientia
 habenti pctū non d. mittitur hie
 te lege sine displicentia. 28 E
 Actus uoluntatis debet totus esse uolun
 tarius contra peccatum. 29 E
 Nullum peccatum actuale remittitur a
 dulto, sine uoluntatis propriæ motu
 bono &c. ibidem.
 Displicent peccata latroni, quando agi
 tur de pœna. 30 E
 Derelictio pec atij pæcedens, & meritū
 de cōgruo remissionis peccati. 31 F
 Aliquid potest esse cum continuo, & tē
 pore dupliciter. ibidem.
 Requiritur opus operans in peccatore,
 ut subiectū sit capax gratiæ. 32 G
 Obicis remotio. ibidem.
 Velie habere cōtritionem. 33 H
 Quid sit ponere obicem, uel remouere
 obicem. 33 I
 Extra de pœnitentia breui ad peccatum
 grauissimum. 33 I
 Quo duplex cōfertur gratia. 34 I
 Ad rōnes suprapositas rīdetur. 34 K
 Sac. no. leg. ultra bonam suscipiens p
 parationem conferit etiā uisacramē
 ti gratiā sacramentalem. 35 L
 Cōtritio. 36 L
 Ex attrito prius sit contritus, cum su
 mis sacramentum. 37 L
 Quomodo maioris peccati, & plur mo
 rū maior erit displicentia, & pœnitentia
 quā unius, & paucorum. 37 M
 Cōtritio cum charitate. 38 M
 Quis dic tur fictus. 38 N
 Non proatur ratio superior ab aucto
 re. 39 O
 Ad eucharistiæ dignam susceptionem re
 quiritur duplex pœuū iudiciū. ibidē.
 Distinctio. xxiiij.
 Vtrum ordo sit ecclesiæ sacramentum
 unum, uel plura. 40 A
 Nomen ordo multipliciter accipit. ibid.
 Ordo quid sit. 41 A

Ordo prout est sacramentum. B 41
 Exemplum ordinis sacri. ibidem.
 Distinctio ordinis. B 42
 Consecratio episcoporum, quid conferat,
 ibidem. C 42
 Materia sacramenti ordinis remota, &
 propinqua. C 42
 Materiæ singulorum ordinum. C 43
 Ordines dicuntur sacri. C 44
 Ordo est nouę legis sacramētū a Chri
 sto pro ecclesiæ militantis utilitate
 institutum. C 44
 Gentiles quoq; diuidebant sacras digni
 tates. C 45
 Vbi legis veteris sint instituti ordines.
 ibidem. B 46
 In ecclesia primitiua pauci fuerunt cle
 rici. B 46
 Et si ordines sint septem proprie, dici ta
 men solum vnum est ordinis sacramē
 tum vnitate finis. F 47
 Licet septem ordines sic se habeāt, quōd
 maior, & superior p̄supponat in
 feriozem, non tamen simpliciter ne
 cessarius. G 47
 In singulorum ordinum collatione cata
 steres singulos conferri, creditum est
 H 48
 Exempla de milite, cui non datur pote
 stas facti, sed officij. ibidem.
 De Episcopatu, de corona, de clericatu, si
 ue de psalmistatu an sint ordines. I 49
 Prima tonsura potest conuenire mulieri.
 ibidem.
 Priuilegia clericorum. ibidem.
 Crinium amputatio quid significat. ibid.
 Nazarej in duplici gradu fuerunt. K 50
 Licet tonsura sit ad ordinis susceptionem
 dispositio, tamen respectu beneficij est
 necessitatis. K 52
 Accipiendo nomen ordo in genere Epi
 scopatus est ordo. &c. L 52
 Qua ratione ordines alij a sacerdotio pos
 sunt dici veri ordines. L 53
 De subiecto tonsurę quibus possit dari
 tonsura. M 59
 An clerici, qui dicuntur tōsurati, tenean
 tur palam tonsuram portare. N 54
 Quando quis possit tonsurari. N 54
 Questio circa dicta quartę concl. an ante

baptismi susceptionem, aliud sacramē
 tum possit haberi. O 54
 An singulorum ordinum sint actus distin
 cti. P 55
 Offitiorum officium. ibidem.
 De lectoribus unde sumptum officium.
 Q 56
 Exorcistę unde dicti, & eorum officium.
 R 57
 Acolyti, ceteroferarij, & officium. R 58
 De subdiaconis, eorum nomen, & offi
 cium unde dictum. S 58
 Si subdiaconus tenetur ad continentiam,
 quæritur super quo cadit votum, cum
 ordinatur. T 59
 Obedientia magis meritoria, quā con
 tinentia. T 61
 Græci in Sacris non possunt contrahere
 matrimonium. T 62
 Diaconorum officium. V 62
 Sacerdotum, vel presbyterorum offi
 cium. X 63
 Stat aliquem habere clauces ordinis, & ta
 men non habere executionem clauū,
 X 64
 Si quis non habet potestatem ordinis po
 test aliquid alium aduocare. X 65
 Christus discipulis, & Petro prius pmisit
 potestatem ecclesiasticam, & postea con
 tulit. X 66
 An potestas ecclesiastica sit variabilis.
 X 66
 An omnes apostoli fuerint episcopi. Y 66
 Unde tres episcopi in ordinatione epi
 scopi. Y 67
 Vtrum episcopus, & sacerdos sint nomi
 na synonyma. Z 67
 Nomen episcopi, quid significet. Z 68
 Ecclesia cui sit similis. AA 71
 Iudas semisacerdos, respectu aliorum
 Apost. AA 71
 Quomodo sit exorta confusio ammini
 strationis inter episcopos, & sacerdo
 tes. AA 71
 Status Ecclē. est status libertatis. BB 72
 Cur in hoc sacri, plusquam in alijs quō
 tplex gratia, & character conferatur. C
 C 73
 Septiformis numerus ordinum septiformem
 gratiā. SS. representat. CC 73

An ordinatio in Episcopum ut talis præcise super sacerdotium ex opere operato conferat gratiam. DD 74
 Vniuersalis Episcopatus verè est ordo. E 75
 Distinctio. xxv. Questio. j.
 Vtrum omnis Episcopus potest ritè quocumque tempore Sacramentum ord. ministrare. A 75
 Aliquis priuatus executione dupliciter, vel facti, vel iuris. A 76
 Aliquis dicitur ab ordinum susceptione tripliciter excludi. B 76
 An omnis Episcopus possit ordinare. 61
 Potestas conferendi ordines potest alicui conuenire dupliciter. C 78
 Sacerdoti non Episcopo ex generali, vel speciali commissione Papæ dari pòt potestas conferendi minores. D 79
 Licet Episcopi possint sola voluntate his, quæ sunt mere iurisdictionis priuari, attamè quoad ea, quæ sunt ordinis, nò possunt nisi a solo Deo spoliari. Ibidè.
 Quis Episcopus hereticus apostata, degra datus, siue ipso iure priuatus, potest tamen omnem hominem ordinare. E 79
 Episcopi heretici ritè ordinari possunt dici secundum quid Deo iuncti. E 80
 Suscipiens ordines præsertim maiores scienter. ibidem.
 De tempore ordinationum, & græte ordinandorum. F 80
 Ordinis sacramentum licet non dari debeat, nisi habenti vsum rationis, attamen non exigit in suscipiente de necessitate vsum rationis. G 81
 Quis non potest cogi absolute, ut ordines suscipiat. G 82
 Sexus virilis est de necessitate sacramenti ordinis eccl. ex Christi institutione. I 82
 Defectus naturalium, & conditio seruitutis ordinis impediunt susceptionem. I 83
 Ad honestatem secularem requiritur claritudo multiplex. ibidem.
 Homicidium quadruplex voluntarium. ibidem.
 Non voluntarium. I 84
 Inuoluntarium. ibidem.

Homicidium mixtum. ibidem.
 Mutilatio comparatur homicidio quancumque; ibidem.
 Homicidium quancumque; committitur mandato, & præcepto. K 85
 De impedimento maculæ, aliquid maculatur dupliciter. L 87
 Si quis spontè, & non ex necessitate sibi amputari facit virilia, est homicida, & non debet ordinari. L 86
 Quòd sexus virilis non sit de necessitate ordinis. M 87
 Quid si quis sacerdos ve. le. super vixit vsq; ad institutionem no leg. an talis fuisset de nouo ordinandus. N 88
 Questio ij.
 Vtrum sacris ordinibus initiato liceat p tali sacramento aliquid alio tempore dare ordinatori. A 89
 Simonia quid ibidem.
 Spirituale theologicum dicitur tripliciter. A 90
 Triplex spirituale a spiritu creato. ibidè.
 In doctrinatione duo labor docendi, & opera docentis. B 90
 Simonia accipitur multipliciter. C 92
 Simonia mentalis duplex. ibidem.
 Simonia occulta quæ. C 93
 Interpretatio quòd simonia multis accipitur modis. D 93
 Valde refert dare spirituale pro temporali non iam habito. E 95
 In administratione temporalium pro spiritali valde utilis cordis directio, F 96
 Quadruplex intuitus in expectando temporale pro spiritali. F 96
 Qui mentalem, & execrandam committat simoniam. G 98
 De liberate dās, vel recipiens, &c. execrandam committit simoniam. G 98
 Prohibita est simonia iure diuino, & humano. ibidem.
 Vetus consuetudo dandi aliquid temporale, cum spiritalia ministrantur non est simonia. G 99
 Exigere temporale sibi debitum ex consuetudine, nihil videt impedire. H 99
 An sacerdos possit celebrare pro pecunia. H 100

Vtrum aliquid possit recipi, cum monachus recipitur, aut Episcopus consecratur. ibidem.
 Consuetudo non valet contra le. diuinam. H 101
 Quis simoniacus hereticus. I 101
 Obligatus ex officio sacramenta ministrare non potest aliquid sibi exigere ultra, &c. I 102
 Non obligatus ex officio ministrare spiritalia potest peterè, & recipere. &c. I 102
 Non obligatus ex officio, aut beneficio ecclesiastico potest alicui suas operas locare. K 103
 Concilium Agathæ disponit, quæ iuxta meritum laboris ecclesiastici stipendia sacerdotibus distribuunt. ibidem.
 Initiandum sacramentis fertur liberè dare aliquid per mundum doni liberalis collatori. L 104
 Iniusta vexatio redimi potest præcio. M 105
 Licet suscipiētī sacrum aliquid dare post collationem sacramenti. M 106
 Gratis dato, & accepto matr. sacramento licet coniugibus exigere, peterè. &c. N 107
 Siquis suscipit matr. sac. ab alio coniuge pòt illi, qui sibi hoc confert dari tēporalia. N 107
 Vtrum labe simoniaca possit cadere in papam. N 108
 Simonia non potest ex sola iuris positui prohibitione in papā cadere. O 108
 Vtrum is, qui emit a papa beneficiū, vel ordinem sit eo ipso libera simonia. P 108
 Vtrum liceat pro quocūq; accepto obsequio largire beneficia, vel officia. Q 109
 Faciens obsequium temporale, siue spirituale, vt remunerationem habeat sui laboris pro collatione beneficii execrandam committit simoniam. Q 110
 Faciens gratis, & liberè honestum obsequium. &c. non polluitur labe simoniæ. Q 110
 Sicut est munus a manu, & ab obsequio,

sic est munus a lingua. R 111
 Preces nude cum induunt simoniæ labem. R 112
 An licet sibi ipsi peterè pro beneficio curato. R 113
 An liceat alicui peterè ordines sacros propter habere beneficium. ibidem.
 An peterè ingressum religionis sit simonia. ibidem.
 Quando preces pro se, vel de eo pro beneficio, aut ordinis adeptione inducūt simoniam. ibidem.
 Siquis petens pro se, vel alio, non allegat numus a manu, vel ab obsequio; sed aliam causam, an sit simoniacus. R 114
 Interpretatio duplex horum verborum: confero tibi hoc beneficium ratione consanguinitatis. R 115
 Alius casus frequēs in alijs sacris. R 116
 In canonicum simplici duo considerantur. R 117
 Quomodo beneficium vendi potest. ibidem.
 De ministro ordinationis, vel collatoris alicuius sacramenti. V 118
 An habens officium aspergendi aquam benedictam in aliquo loco, & similia possit ipsum officium vendere, vel ius obventionum. X 119
 De doctoribus, & doctrinantibus, an liceat pecuniam recipere pro sua doctrina. Y 120
 Prædicatori verbi Dei, non licet labore suum vendere. Y 121
 Doctor præter stipendium ex gratario, &c. non potest aliud petere. Y 121
 Si doctor scolasticus possit collectam imponere suis auditoribus. Z 122
 De licentiæ concessione. AA 123
 Quo liceat dare licentiā secundo modo captam, & peterè stipendium. ibidem.
 De sepulturis, & alijs. BB 124
 Sepultura pro terra, & loco consecrato non potest vendi. ibidem.
 Quando licet redimere vexationem a rectore ecclesiæ pro sepultura. BB 125
 De exequijs. CC 125
 De stallis in ecclesia. CC 126
 De pānis, & alijs funeralibus. ibidem.
 ¶ iij

Quæstio. iij.
De pena simoniacorum. A 126
Quæ pena conferentis ordinem simonia-
cè. B 127
Dubium de fructibus perceptis in simo-
nia mentali. C 128
De pena recipientium, & receptorum
ad religionem simoniacè. D 129
De simonia in sacramentis alijs cõmissa
breuiter. E 129

Distinctio. xxvj.

Quæstio. j.

De Matrimonio. A 131
Distinctio matrimonij. ibidem.
Aliquod sacramentum dicitur prius alio
multipliciter. B 132
Matr. consummatum, est signum summi
beneficij exhibitum Christo. B 133
Hominem velle procreare hominem in
specie sua, est actus communi naturali
consentaneus. C 133
Quid bonam proles dicatur. C 134
Fornicatio, & adulterium condemnan-
tur. ibidem.
Expedit personarum contrahentium in-
dissolubilitatè procedere a lege Dei.
D 134
Expediens fuit actus conjugales certis
signis mutuo exprimi. D 135
Contractus matrimonij in officium in-
stitutus est a deo in statu innocentie
in paradiso. E 136
Matrimonij contractus in officium, cum
tamen est præceptum affirmatiuum
non obligabat, nec hodie obligat. &c.
E 136
Matr. ut est in remedium nec est, nec vn-
quam fuit diuinum præceptum. &c.
E 137.
Matrimoniali contractui pro statu lapsè
naturæ congruum fuit annexi sa-
cramentum causatiuum gratiæ. F
138
Matr. est no. le. verum, & propriè di-
ctum sacramentum. G 138
Et si matr. significatiuè alia sacramenta
præcellat, ac tamen non præcellit gra-
tiæ causatione. ibidem.
Heresis Tariana de matr. G 139

An matrim. sit de lege nature. H 139
Quomodo matrim. dicitur institutum a
Deo. I 140
Varia acceptio huius verbi conceduntur
nuptiæ. I 142
Contradicta de inst. matr. a Deo prin-
cipaliter. R 143
An copula carnalis sit de integritate ma-
trimonij. L 144
Tres gradus matrim. ibidem.

Distinctio xxvij.

Quæstio. j.

Consensus conjugalis, quandoq; dicit dū
taxat actum interiorem. A 145
Cum consensu dicitur esse causa efficiens
matrimonij non est sensus, q; sit causa
effectiua. B 145
Cum dicitur matrim. contrahi solo con-
sensu, intelligitur de consensu secundo
modo sumpto. B 146
Per legitimum, ac mutuum viri, & mu-
lieris consensum in veritate contrahi-
tur matrimon. C 146
Cum de contractus matrimonij essentia
non sunt verba vocalia, sufficiunt in
non mutuo signa æquipollentia. &c.
C 147
Ad contractum matrimonij requiritur
consensus verbo de præsentia. D 147
Multiplicata causa, multiplicatur, &
effectus, &c. E 148
An istis signis alijs a verbis saluetur. ra-
tio sacramenti. F 148
Contra quintam concl. dicentem, quod
consensum, de futuro non facit matri-
monium. G 150
De verbis indicantibus, vel significanti-
bus consensuram. H 150
In penitentiali foro pro se, & contra se
parti creditur. H 152
Non licet alicui alibi contrahere, anteq̃
mentem suam sufficienter declarat.
H 153
Quæstio. ij.
De sponsalibus quæ matrim. præmittun-
tur. A 154
Multiplex acceptio nominis pars. A 154
Sponsalia nec sunt pars essentialis, nec in-
tegralis contractus matrim. B 154

Peccant, qui post sponsalia a promisso e-
tiam non tulcito iuramento resiliunt
sine rationabili causa. C 155
Papa potest dispensare cum illo, qui spõ-
salia firmavit iuramento, & in quo ca-
su. C 155
Apud Deum pariformiter ligant iura-
mentum, & deliberata, ac nuda pro-
missio. C 156
Sponsalia, etiam firmata iuramento de
futuro non inducunt indissolubile vin-
culum de facto. D 157
Qui, & quot sunt casus solutionis sponsa-
liorum, licitè, & sine peccato: primus
casus crimen fornicationis corpora-
lis, vel spiritualis. E 157
Secundus casus, dissensus cõmunis. ibidè.
Tertius casus, de fuga sponsi. E 158
Quartus casus, de tempore sponsalibus af-
signato. ibidem.
Quintus casus, de ordine suscepto post
sponsalia. ibidem.
Sextus casus, de ingressu religionis. ibi-
dem.
Septimus casus, matrim. contractum per
verba de presenti cum secunda, dissol-
uit sponsalia præcedentia. E 159
Octauus casus, est morbus. F 160
Nonus casus, affinitas superueniens. G
160
Decimus casus, vox publica. G 161
Undecimus casus, ante pubertatem. ibid.
Quot modis contrahuntur sponsalia pu-
rè &c. H 161
An in contractu sponsalium liceat appo-
nere penam. H 162
De impedimentis præcedentibus. I 162
Quis, & in qua ætate potest contrahere
sponsalia. I 163
De resurrectione alterius. K 164
Si resuscitans coniux mortuus non est li-
gatus amplius. K 164
Vt coniux resuscitatus liber est a seruitu-
te personali, ita religiosus. ibidem.
An matrim. vinculum solui possit per re-
ligionis ingressum. &c. L 165
Quando alter coniugum civiliter mori-
tur per religionis ingressum, an licitè
sit alteri contrahere. M 166
Quando, & in quo casu tenetur con-

iux religionem ingressus exire ad. &c.
N 167
An sacri ordinis susceptio dirimat matr.
ratum. Quæstio. iij.
Vtrum contractus cum duabus, vel succel-
sivè sit bigamus, & irregularis. A 168
Aliqui duplicem, alij triplicem ponunt
bigamiam. A 168
Maritus viduæ virginis, non est bigamus.
A 169
Bigamia similitudinaria, quatuor modis
contrahitur. ibidem.
Omnis contrahens, vel successivè, vel si-
mul tempore cum duabus, & carnali-
ter cognoscens est bigamus. B 170
De penis bigamiæ. C 171

Distinctio. xxviii.

Quæstio. j.

An consensus, qui facit matri, sit consen-
sus in carnalem copulam. F 179
De matrimonio clandestino, & an sic cõ-
trahentes peccent. G 179
An sciens impedimentum post consensio-
nem tenetur dicere. G 180
Contra illud cõtractus clandestinus cõ-
teris paribus. H 181

Quæstio. ij.

Conditio accipitur tripliciter. A 182
Species conditionum sunt multiplices. A
183
Septem requiruntur ad hoc, quod con-
ditio apposita contractum suspendat.
B 183
Conditio propriè capta de futuro impe-
dit, & dirimit matri. C 186
An omnis consensus de presenti siue pu-
rus, siue conditionatus sufficit ad ma-
trimonium. H 189

Distinctio. xxix.

Quæstio vnica.

Differentia inter vim, & meum. A 191
Metus duplex. B 191
Metus mortis, vel cruciatus grauis cor-
poris. B 192
Contractus meticulosus nullus est. D 193

Contractus metu cadente in constantē virum ad contrahendum matrimonii, etiam cogitur. &c. E 194
 Falsa est opinio dicentium, si quis coactē contrahit. &c. ibidem.
 An pater possit cogere filium ad contrahendum matrimonium. G 195
 An principum rogamenta, & alia inducant iustum metum. G 196
 Matrimonij contractus, qui est verè, & de iure nullus, non potest in foro conscientie ratificari. H 196
 Longqua cohabitatio personę coactę tacerit, & alia contractum ex metu iusto non perficiunt. H 197
 Quid faciet persona sic coacta, & violenterata. I 198
 Vtrum matrimonium sufficienti metu extortum ratificetur, si accedat iuramentum. K 198
 Vtrum si duo simul contrahunt, & apta verba ad contractum profuerint: alter dicat se non consensisse, illi liceat alibi contrahere. I 199
 Mulier non potest oppositū credere. 200
 Masculus, & femina contractis prius legitime sponsalibus de futuro committentur carnaliter. L 200
 Noret confessor. L 201

Distinctio. xxx.
 Quæstio. j.

Vtrum matrimonii contractus ex erronea apprehensione impediatur voluntarium. A 202
 Error de quo ad præsen. præsupponit aliquam rei cognitionem. A 202
 Qui errat, non consentit. A 202
 Idem est error, & ignorantia, seu per ignorantiam, & ignoranter facere. B 203
 Exemplum huiusmodi per ignorantiam. B 204
 Quadruplex error. C 204
 Contractus procedens præcisè ex errore personę est verè nullus. D 205
 Pulchrè notandum. ibidem.
 Contractus præcisè procedens ex errore conditionis vilioris matrimonium implet, & dirimit. D 205

Error qualitatē, & fortunę non inuoluntant contractum. F 206
 Quid faciendum cum alter contrahentium admissis verbis vniuocis negat consensum. G 206
 Quare datur fides iuramento viri negantis consensum. G 207
 Sacerdos credens se baptizare Petrum, & baptizat Ioannem an confecerit sacramentum. I 128

Quæstio. ij.

Vtrum inter virginem, & Ioseph iustum fuerit matrimonium. A 209
 In lege veteri fuit generalis præcepti ad oēs nubere attamen generalis lege aliq̄ sanctę fuerunt exemptę. C 210
 Opinio doct. de proposito, & voto castitatis. B. V. M. D 211
 Licet Ioseph, & Maria perpetuam deuouerint virginitatem, non tamen repugnabat voto matrimonialis coniunctionis. E 212
 Virgo Maria verè desponsata virginitatem suam nullo exposuit periculo peccati. F 213
 Vbiq̄q; est verum, & perfectum coniugium, ibi est, & sexuum cōmixtio. G 213
 Quod mulieres debebant nubere viris de sua tribu, quō seruatum sit a Maria. H 214
 Linea Marię. I 215
 Concordantia Marię, & Ioseph genelogię. H 216
 An possit concedi Christum fuisse filium Ioseph adoptiuum. I 217
 Quomodo Ioseph voluit occultè eam dimittere citra coniugalis societatis vinculum. K 218
 Opinio quædam friuola, & temeraria quę confutatur. K 218
 Videtur, quod rationes desponsationis Ioseph cum Maria stare non possint. L 220
 An Christus mendicauerit. L 220

Quæstio. iij.

Duplex finis matrimonij. A 221
 Licet matrimonium sit bonum, potest tamen contrahi praua intentione. B 221

Peccat, qui in suo cōtractu intendit principaliter finem alium a siue institutionis matrimonij. B 222
 Sancta est intentio contrahentium si præcisè amore dei. C 222
 Quomodo excusatur David, qui non aliud videtur intendisse nisi calefactionem. D 223
 An in peccato mortali contrahentes mortal. peccent. D 223
 Distinctio. xxxj. Quæstio vnica
 Loqui de bonis matrimonij est loqui de eius perfectionibus. A 224
 Bonum fidei, vt prolis sumitur dupliciter. A 225
 Matrimonij duplex est perfectio. B 226
 Licet singulum illorum bonorum bonū dicatur aliter secundum triplex bonum. C 226
 Opus coniugale potest laudabile, & virtuosè exerceri. C 227
 Tria bona coniugij non sunt bona sacramenti. D 227
 Carnalis coniugium in gratia existentium coniunctio in alterum duorum bonorum excusatur. &c. D 228
 Perdidit homo dominium membrorum propter peccatum. H 232
 Quid de oculis coniugum, contractibus, confractionibus. I 233
 Tactus, visio, confabulatio personę solutę, & extra matrimonium non est leuandum suam speciem mortale. K 234

Distinctio. xxxij.
 Quæstio vnica.

Donum fidei transitiuè est fidelitas quędam. A 235
 Reddito debiti coniugalis est actus præcepti affirmatiui. &c. A 236
 An possit alter coniugum sacris initiari, vt etiam pōt intrare religionē. B 236
 Stet aliquem quenque ligari ratione voti ad aliquid. B 237
 Contractis sponsalibus legitime verbo de futuro potest vterq; sponsus alio inscio vouere. C 237
 Si alter coniugum post matrimonium ratum non consummatum emittat simplex castitatis votum. C 237
 Nullus ordo, nulla dignitas absoluit con-

iugem de presenti a debiti redditione. D 238
 Neuter coniugum potest quippiam sine alterius consensu. E 239
 Quid si vterq; coniugum manens in seculo statu non mutato vouet continentiam simpliciter. F 240
 Si aliquis coniugum alio ignorante, seu sciente, reclamante prohibetur in religione. G 241
 Calus, in quibus non licet reddere debitum. I 243
 An in his casibus liceat peterè, vt reddere debitum. K 244
 Duplex fluxum menstruorum Mini. K 244
 Conclusio generalis de tempore menstruorum. L 245
 Tempore menstruorum naturalium, & non perpetuorum non licet viro exigere scienter debitum. L 246
 Calus certi quando non potest coniungi debitum reddere. M 248
 Nullus coniugum tenetur reddere debitum in detrimentū notabile, & certum corporis sui. M 249
 An licet coniugibus se facere impotentes ad debiti redditionem. N 250
 De tempore nuptiarum. P 250
 Nunc a principio quadagesimę concilio Tridentino les. 24. C. X. 251

Distinctio. xxxij.
 Quæstio j.

De pluritate vxorum, & virorum. A 251
 In omni commutatione quantum est ex parte commutantium requiritur æquiuualitas quędam, vt æquiualecia. B 252
 Completio illius iustitię commutatiuę dependet ex diuina dispensatione, & approbatione. B 253
 Numquam licuit vni mulieri cum pluribus viris simul, & semel contrahere matrimonium. C 254
 Numquam licuit pro quocumq; statu viro plures vxores in simul habere. D 255
 Vtrum matrimonium institutum sit in officium potest vir vnus plures habere. E 255
 Non licet in lege noua vni viro plures habere. F 256

In paucitate virorum, & multitudinem
fœminarum non licet vnipares ha-
bere. G 256
Bigamia numquam est concessa. G 257
Numquam licuit plures habere vxores
sine dispensatione, quibus hæc dispen-
satio est reuelata. H 257
Est de lege nature, quod tibi non vis fie-
ri alteri, ne feceris. H 257
An concubitus fornicarius, & concubina-
rius sit mortale. I 258
Omnis fornicatio simplex vaga, vel cum
concubina est peccatum. I 258
Omnis fornicatio est mortale. I 259
Quomodo nominantur ancillæ, vel vxo-
res. 260
Si ducere secundam sine dispensatione di-
uina prima viuente est mœchari. K 260
Quæstio. ij.
Vtrum tempore legis Mos. licet potuit
vir vxorē, & e contra repudiare. A 261
Quod licitum fuit viro vxorem odio de-
bitum repudiare ex diuina, & humana
dispensatione. B 262
Oppositio ad primam opinionem. C 262
Interpretatio illorum verborum ad du-
riciam cordis vestri. D 263
An in genere omne odium viri in vxorē
fuerit compromissionis repudij. F 264
Non licebat vxorem repudiare in veteri
leg. nisi ex aliqua causa. 264
Ad quid datur libellus repudij. G 265
An maritus potuit eam sibi reconciliare,
& ipse alibi contrahere. H 266
Quæstio. iij.
Virginitas est continentia, qua integritas
carnis ipsi creatori animæ, & carnis
vouetur. A 266
Virginitas aliter amittitur in viro, aliter
in muliere. B 267
Virginitas est virtus moralis. C 268
De voto virginitatis an sit melius, quam
inuolutam virginitatem tenere sine
voto. 268
Virginitas est melius bonum non per cõ-
parationem, sed per contrariū. D 269
Virginitas virtus non est alijs virtutibus
moralibus maior, & nobilior. E 269
Tempore leg. euangelicę stat⁹ virginalis
præfertur vt melior, & præstantior sta-

tui coniugali. E 270
An virginitas potest amitti sine pec-
cato. G 271
Quomodo virgines sequantur agnum
quocumq; ierit. H 271
Distinctio. xxxiiij.
Quæstio vnica.
In matrimonio duo consideranda. A 272
Impedimentorum alia impediunt con-
trahendum. &c. B 273
Impedimenta septem. B 273
Impedimenta dirimentia contractum.
C 274
Doct. 12. impedimenta colligunt per cõ-
parationem ad 4. causas matrimonij.
C 275
Impedimentum sumitur dupliciter ex na-
tura contractus. C 275
Impedimentum coeundi impotentia. D
276
Si sponsus deflorauit sponsam, tamen non
sit secuta seminis commixtio, non iudic-
dicat pro matrimonio. D 277
Huiusmodi impotentia potest accidere,
vel ex causa naturali, & extrinseca, vel
accidentali. E 278
Vt illa impedimenta impediunt, & diri-
mant, quatuor requiruntur. F 278
Impotentes, qui sciēter contrahunt, sunt
dupliciter. F 280
Frigiditas restricta ad vnā personam
tantum, & curabilis non est impedi-
mentum. G 280
De maleficio, quod est quedam impoten-
tia a causa accidentali. K 282
De differentia diuortij inter maleficio,
& alia impedimenta. L 283
Furia nõ impedit, quādo sequitur. N 284
De impotentia, & infirmitate. N 285
Distinctio. xxxv.
Quæstio vnica.
De impedimento criminis. A 285
Diuortium est viri a muliere, vel mulie-
ris a viro legitima separatio. A 285
Propter fornicationem carnalem potest
diuortium celebrari, sed quō. B 286
Casus aliqui, in quibus coniux adulter, vel
adultera non potest dimitti propter
fornicationem. C 286
Differentia quadruplex inter fornicatio-
nem

nem spiritualem, & carnalem. 288 F
De Sodomitica fornicatione. 288
An confus innocens teneatur adulteran-
tem dimittere. 289 F
Quibus innocens non tenetur, sed potest
dimittere uxorem, &c. 289
Non passim, & regulariter uxor innocēs
tenetur dimittere uirū nocentē. 290 G
Cuius auctoritate fiet diuortium. 290 H
Matrimonium in facie ecclesię solemniz-
atum non potest dissolui propria au-
toritate. 290 I
Vir nouit factum, sed non potest proba-
re ipsum, an possit sibi ipsi iudicare.
291 I
An diuortiatas possit alibi matrimonio
copulari. 292 K
Licet dominus non excipiat nisi fornica-
tionis causam, tamen in periculo mor-
tis non tenetur quis cohabitare con-
iugi. 292 L
De adulterio an, & quando sit prohi-
bens. 293 M
Si adulter contrahit de facto cum adul-
tera, an possint simul contrahere mor-
tuo uiro legitimo. 294 N
De impedimento, quod est machinatio.
295 O.
An in actu adulterij plus peccet uir, quā
uxor. 295 Q
Cur diuortium sit pro peccato cõtra bo-
num fidei, & non sic contra bonum
prolis. 296 R
Coniuges sunt pares quoad diuortium:
sed non quoad accusationem. 296 S
Quomodo Dauid excusatur, qui contra-
xit cum Bersabee. 296 S
Distinctio xxxvj. Quæstio vnica.
Quot condiciones requiruntur. 297 A
Cur ecclesia sic curam habet maiorem
circa hoc sacramentum. 297 A
Multiplex est seruitus filialis, politica, &
extrema. 298 B
Seruitus multipliciter improprie, & pro-
prie. 299 C
Si error seruilis conditionis debet impe-
dire, quæ requiruntur 300 C
Contractus procedens præcisē ex errore

extremæ conditionis impedit. 300 D
An matrimonium liberi cū ancilla, quā
credit liberam, ratificetur per subsequē-
tem copulam. 302 F
An error seruitutis impediatur matr. si li-
ber ex ignorantia præcisē cū serua cõ-
trahit. 302 G
Vtrum seruus cum ancilla eiusdem do-
mini possit contrahere. 303 H
Seruus tenetur prius reddere debitū uxo-
ri, quā domino. 304
Dominus non debet uendere seruum, ut
impediatur ei a redditione debiti ma-
trim. 304
An liber possit dimittere seruam auct.
propria. 305 K
Seruus contraxit cum libera scita, libera
uero ignorauit seruilē conditionem
an seruus peccet petendo. 305 L
Vtrum domini temporales possint sub-
ditos prohibere, ne extra dominiū cõ-
trahant matr. 306 M
Multiplex diuersitas seruorum, & serui-
tutum. 307 M
An ætas puerilis impediatur. 308 N
Distinctio xxxvij. Quæstio vnica.
Diuisio de impedimentis matr. quo ad ec-
clesiam. 309 A
Nullus minorum ordinum impedit, aut
dirimit. 309 A
Matr. prius contractum non impedit de
facto ordinis susceptionem. 310 B
De matr. græcorum in sacris. 310 B
In utraq; ecclesia ordo sacer. præcedens
impedit contrahendum, & dirimit cõ-
tractum. 310 C
De impedimento uxoricidij. 311 D
Vtrum liceat uiro suam uxorē propter
adulterium occidere. 311 F
Ecclesia gladium non habet, quomodo
intelligatur. 311 G
Distinctio xxxviii. Quæstio j.
Nomen uotum dicitur quasi uoluntariē
factum. 312 A
Triplex uotum Baptismi, ordinis, & reli-
gionis. 313 A

Aliud uotum, aliud uoti manifestatio. 314 B	Homo est uicarius Dei. 336 N
Differentia inter uotum, & iuramentum. 315	Quis professus tenetur in omnibus suo prelato obedire. 336 O
De proposito sine promissione, & obligatione. 315 C	Duplex obedientia necessitatis, & obligationis. 337 O
Vouere est actus uirtutis laiciæ. 316	Omne uotum quomodocumq; factum absolute habet suas interpretationes. 338 O
Casus notandus de uotis in infirmitate. 316 C	Quid addat professio claustralium ad uota secularium. 340 O
Votum diuersimode sumitur. 319 D	Quid de non curantibus regulam. 341 P
Votum singularis, & propriæ obligationis. 319 D	De pœnis annexis regulæ cadentibus sub uoto. 342 P
Secunda uoti diuisio aliud publicum, aliud priuatum. 320 E	Quando quis non teneatur in foro conscientie ad pœnam. 342 P
Duo modi uoti solemnizandi. 320	An peccet, qui uouet absolute non uelle contrahere, & contrahit. 343 Q
De uoti obligatione. 321 F	De uotorum utilitate, & comparatione in ordine ad alios actus. 345 R
Quid de eo, qui uouit intrare religionem, & eum recusat. 322 F	Duplex necessitas coactionis, & spontaneæ firmitatis. 346 R
Christus citra omnem præceptiuam obligationem suam religionem. 323 G	Animas insequi corpora quæ. 347 S
Illud non est obligatorium, ad cuius contrarium quis potest se uoto adstringere. 324 H	An expediat inducere iuuenes ad religionem. 348 T
De uotis illicitis. 325 H	Hæresis Manichæorum. 349 T
De uoti conditionati obligatione. 326 I	Votum professionis quando irritum. 353
An uotum obliget ad statim soluendum. 327 K	De uoti redemptione, & commutatione. 355 Y
Quid de eo, qui morte præueniente uotum non soluit, an sit transgressor. 328 K	Cur redditio uoti sit de iure diuino. 355 Y
An grauatus debitis possit intrare religionem. 329 K	Causa duplex uoti impulsua, & finalis. 356 Y
De hæredibus, an teneantur adimplere uota mortui. 329 L	Votum debet commutari in melius, quo modo intelligitur. 356 Y
An quis uouit, & non potest per se perficere, teneatur per alium. 330 L	An omne uotum possit commutari. 357 Z
An quis toties dicatur uoti transgressor, quoties non obseruat ipsum. 330 M	Casus notandus de relaxatione uoti. 357 Z
Nulla differentia de uoto perenni, & de uoto perenni certi diei. 332	An omne uotum possit commutari in uotum religionis. 358 AA
De horis canonicis necesse non est iterare neglectum. 333	An prelatus possit irritare uotum sui monachi. 361 AA
An uouens ieiunare in die festo sancti, qui cadat in diem dominicam, teneatur tunc ieiunare. 333 M	Voto professionis approbatæ religionis. Liberatur homo in foro dei a culpa, & a pœna. 361 BB
De uotis communibus, & communitatum. 334 N	Circa uotorum dispensationem duplex est. 363 CC
In nulla religione quantumcunq; uoto firmata cadit obligatio ut uoti talis. 334 N	Si dispensatio debet esse legitima, duo sunt necessaria. 363 CC

An quispiam secum dispensare possit. 34 DD	raliter fideli cum infideli contrahere. 381 C
De ministro dispensationis uotorum. 364	Ecclesia licite, & rationabiliter statuit prohibendo, ne fidelis Bap. contrahat cum non baptizato. 382 D
Etiā simplex sacerdos aliquando potest dispensare. 365 EE	Ex consilio apostolico licet conuerso fidei manere cum infidelis hodie non. 382 E
Utrum uotum de nunquam uelle uti dispensatione sit obligatorium. 366 FF	Cum manus est uinculum uiri ad coniugem, quam serui ad dominum, & seruus conuersus non absoluitur a seruitute. 383 F
Quæstio. ij.	
De Scandalo. 366 A	Distinctio xxx. Quæstio unica.
Contingit in diuersis esse scandalum actiuum, & passiuum. 368 B	De consanguinitate an impediatur matrimonium. 384 A
Scandalum Passiuum. 369 C	Opus est scire, quid linea consanguinitatis. 385 B
Scandalum actiuum dupliciter accipitur. 369	Duplex linea consanguinitatis. 385 B
Quæ bona non sunt omittenda, ut caueatur passiuum scandalum. 370 E	Gradus quid sit. 385 C
Veniale, & mortale differunt nisi extrinsece. 371 E	Aliqua consanguinitas matr. impedit in omni gradu. 389 E
Quid de bonis temporalibus an omittenda ad cauendum scandalum. 371 F	Homines non baptizati. nec Ecclesie incorporari, possunt matr. contrahere infra gradum ab Ecclesia prohibitum. 389 E
An sit uerum, omittendum esse propter scandalum pusillorum quicquid omitti potest. 372 G	Prohibitio coniugalis copulæ est per Ecclesiam restricta rationabiliter. 390 F
De Correctione fraterna. 373 G	Quomodo facta est rationabiliter Ecclesie prohibitio quo ad certos consanguinitatis gradus. 390 G
De seminatione uerbi Dei. 373 G	In lege diuina, Euangelica reperitur aliqua explicita prohibitio facta a Christo. 391 I
Quid de facientibus instrumenta luforia. 374 H	De potestate dispensandi in gradibus consanguinitatis. 391 I
Quomodo ab ecclesia tolerentur lupanaria, & alia. 374 H	Arbor consanguinitatis. 392
Si scandalizet proximus, an teneatur ei dare rem meam. 375 I	
Ordo charitatis. 375 I	
De bonorum suorum repetitione. 376 K	
Quando licet repetere cum scâdalo: cauere. 376 K	
Distinctio xxxix. Quæstio unica.	
Nomen disparitas cultus quid significet. 377 A	Affinitatis distinctio. 393 A
Infidelis dupliciter sumitur. 378 A	Quomodo carens omni parentela dicatur in distinctio. 395 B
Infidelis potest cum infideli uere contrahere. 379 B	Affinitas sumitur dupliciter. 396 C
Quomodo potest infidelis corpus suum transferre in alium. 379 B	In affinitate genera, & gradus. 396 D
Et si ante legem scriptam licebat generare.	Exemplum affinitatis. 397 D
	Quomodo arbor affinitatis describatur. 397 E

Secundum, & tertium genus afferre hodie non impediunt. 398 F
 De iusticia publicæ honestatis. 398 F
 Quando aliquis cognoscit consanguineâ uxoris suæ, nõ dirimitur ex hoc matrimonium cû uxore sua. 400 G
 An impedimentum affin. sit de iure diuino positiuo, aut ecclesie statuto. 401 I
 Affinitatem non esse de iure diuino probatur in eo horare, & ieiunium. 402 I
 An bene sequatur ego, & tu sumus affines: ergo & filius 403 I
 Arbor affinitatis. 404

Distinctiono. xxxiiiij.

Quæstio. unica.

Quid cognatio spiritualis. 405 A
 Catechismus causat cognationem spiritualem. 405 A
 Tres species cognationis spiritualis. 407 B
 Contra: concilium Triden. sessione. 24. cap. 2. 407 B
 Vnus, & idem homo potest habere duodecim parentes spirituales. 407 B
 Cognatio legalis quæ 409 E
 Ex quibus sacramentis oritur cognatio spiritualis. 410 F
 An contrahitur cogna. spiritualis per procuratorem. 412 H
 Vtrum filij duorum compatrum possunt contrahere. 412 I
 An consuetudo valeat ad habitandum aliquos ad matr. 413
 Consuetudo non est dicenda sed corruptela. 413 K
 Leges positivæ firmantur, cum moribus utentium approbantur. 414 k
 Quid si alia consuetudo est marito in loco suo, alia uxori. 414 K
 An statutum patriæ possit disponere circa matrimonium. 415 L
 Quot modis dissoluatur adoptatio. 417
 Emancipatio quid. 417

Quæstio. ij.

De secundis, & pluribus nuptijs. 417 A
 De benedicendis nuptijs secundis. 418 B
 Nulla fornicatio est licita. 418 D

Distinctiono. xxxiiij.

Quæstio. i.

Quid resurgere, & quod resurrectio non præsupponit duplicem lapsum. 420 A
 Vera, & gloriosa resurrectio quomodo colligitur. 420 B
 Docto. ponit primam, & secundam resurrectionem. 421 B
 Resurrectio christi quomodo intelligitur. 421 C
 Hominum resurrectio prima, & secunda est possibilis. 422 D
 Omnium hominum, qui de facto non resurrexerunt ad vitam immortalis resurrectio est possibilis. 422 D
 Resurrectio mortuorum si non potest manifeste demonstrari: tamen potest persuaderi rationibus. 423 E
 Appetitus naturalis quandoq; est inclinatio naturalis, præcise 423
 Animam retardari ne tota intentione in deum pergat, dupliciter intelligitur. 424 E
 Ad resurrectionem mortuorum non sufficit uirtus actiua creaturæ. 425 F
 Ad omnes homines pertinet resurrectio mortuorum. 426 F
 An sit aliqua ratio specialis ex parte hominis, quare magis eius resurrectio sit possibilis, quâ brutorum. 426 G
 Vnus est interitus hominum, ac iumentorum quæ non resurgunt: igitur nec homines: quomodo. 427 G
 An naturale hominis desiderium totaliter frustrari in beatitudinis consecutione. 428 H
 Quod aliqui nituntur demonstrare resurrectionem mortuorum multiplicibus medijs. 428 I
 Desiderium naturale tripliciter. 430 I
 Alia ad probationem resurrectionis. 431 K

Si resurrectio fiet in instanti, & pulverum collectio. pars resurrect. ergo.

L 433
 Quod resurrectio fiet tantum virtute diuina. L 433
 Triâ concurrent in resurrectione. 434
 Responderetur ad quintum, an resurrectio dici debet naturalis. 435
 Tres cause, quare non dicatur naturalis. L 436
 An in eodem instanti futura sit omnium resurrectio generalis. M 436
 Quid de Virgine Maria in resurrectione communi. M 437
 An omnes, & singuli resurgent determinato tempore, ac temporis instanti. N 438
 Quomodo Christi resurrectio nostræ resurrectionis sit causa effectiua. O 438
 Quomodo mortui audient vocem filij dei. O 440
 Quomodo pater nõ indicat quemquam. P 441

Quæstio. ij.

Argumenta: resurrectio Christi an sit vera. A 443
 Christus suam resurrectionem argumentis pluribus ostendit secundo modo. B 444
 Christus post suam resurrect. corpus suum discipulis ad videndum, & palpandum præbuit. B 444
 Quo peruenit cibus, quando Christus comedit post resurrect. C 445
 Argumenta a Christo ad suam resurrect. manifestam exhibita fuere vera, & non ficta. D 447
 De essentie Christi. 448
 Argumenta resurrect. Iesu Christi discipulis, qui eum viderunt viuum, & mortuum. F 449
 Resurrect. quadruplex testimonium. E 449
 Quare Christus ante suam resurrect. ostendit tribus discipulis claritatem in trans. G 451
 De Maria Magdale. cui dictum fuit: noli me tangere. 452

Distinctiono xxxxiij.

Quæstio. j.

Aliqua dicuntur esse eadem numero tripliciter. A 453
 Opiniones, quod materia non sit de quidditate rei. B 454
 Aliqua dicuntur pertinere ad integritatem humanæ naturæ tripliciter. C 455
 Quicumque resurrexerit, aut resurget, cum sit generalis resurrect. resurrect. idem res. D 456
 Beatitudo tam corporis, quàm anime proneniens ex resurrect. non tollit identitatem numeralem. M 457
 Non quicquid fuit verè anima. tum anima intellectiua resurget in resurrect. E 457
 Potest probabiliter dici deum posse potentia sua diuinam materiam hominis, quæ præfuit, multiplicare. F 458
 Non est inconueniens. saltem non impossibile, si homo reficitur ex carnibus humanis. G 460
 Miser, & beatus quomodo accipiuntur. 461
 De magnitudine improporcionata. G 463
 Non omnium resurgentium erit eadem quantitas futuræ. H 465
 Nullo modo identitatis mortui resurget idem numero. I 465
 Vtrum sit aliqua pars, vel ortio in homine per totam vitam suam, quæ resurget in eo. K 466
 De resurrectione in aetate Christi. K 467
 De resurrect. carnis contra articulum carnis resurrect. L 467
 Homo animalis, & carnalis quomodo dicitur, ut & spiritualis. L 469
 An omnes humores resurgent in homine, & similiter an in Christo. M 469
 Humor quid. M 469

Quæstio. ij.

De dotibus corporis. A 471
 Deformitas accidit rei alij duplici de causa. Ex tribus contingit. A 471
 Nomen Dos quot modis accipit. B 471
 De congruentia quatuor dotum in beatitudine. C 473

Quid corpus habet ex singulis elementis. C 473
 Corpora sanctorum resurgunt sine omni vitio. D 474
 Corpus ab anima beata in resurr. relumendum erit quatuor dotibus gloriosum. D 474
 De dote impassibilitatis. E 475
 Causa impassibilitatis non est per aliquam inherentem. F 476
 Dos impassibilitatis non est a causa interiori impediente. G 478
 Longè melius reformabitur caro nostra in beatitudine, quam in paradiso. 480
 De dote agilitatis an sit in corporibus beatorum: quid sit. 480
 Ad rationem agilitatis in generali duo requiruntur. H 481
 Argumenta ab historia. H 481
 Ad quemcumq; locum corpus beati moventur dote agilitatis, non ibi erit violentè. I 482
 Anima Christi in cœlo potest corpus suum mouere organice. I 484
 Quomodo non erit tempus in cœlesti patria. K 485
 Beatos moueri ad loca proximiora, vel remotiora intelligitur dupliciter. K 485
 De dote claritatis, clarus diuersimodè accipitur. L 486
 Beatorum corpora erunt post resurr. clara. M 486
 Accipiendo clarum secundo modo corpora beatorum etiã erunt clara. M 486
 Claritas erit duplici via. M 487
 Corpora beatorum non solum erunt perfectissimè colorata, sed & lucida. N 488
 Color, & lux secundum se non repugnât, nec ex parte susceptiui. N 489
 Corpora beatorum non erunt proprie peruisa, & transparentia, nisi cum quadam soliditate humano corpori propria. O 490
 Corpora beatorum possunt esse clara, colorata, lucida. O 491
 Verum corp⁹ gloriosum possit videri ab oculo non glorioso. P 491

An claritas Christi resurgentis immutauerit visum discipulorum. P 492
 De subtilitatis dote. Q 492
 De similitate, & corporum tam quoad potentiam naturalem, quàm diuinam absoluta. R 493
 Resistere alteri corpori in eodem loco est actus naturaliter posterior corpore resistente. R 493
 In statu innocentie mulieres conceperunt, & peperissent virgines. R 494
 Assertio Christum resurrexisse sepulchro clauso non præiudicat fidei. R 494
 Resolutiones dictorum S 496
 Duplex repugnantia formalis, & virtualis. S 496
 Quæcumque vni, & eidem sunt eadem, inter se sunt eadem. T 497
 Corpus accipitur dupliciter. T 497

Quæstio iij

De animabus damnatarum. A 498
 Damnum damnatorum est in genere duplex. B 499
 Pœna damni. B 500
 Qui plus virtuosè vixit in via, si per peccatum mortale demeretur beatitudinem, maiorem habebit pœnam. B 500
 Dolor a diuersis diuersimodè notificatur. C 501
 Dolor magis ad animam, quàm ad corpus pertinet. 501
 Non est in potestate nostra, quibus visis tangamur. C 502
 Exemplum Christi sudantis ex horrore mortis. C 502
 Aliquid dicitur corrumpi dupliciter. D 503
 Ex quo pati est quoddam recipere, duplex ponitur passio. D 503
 Ille duæ actiones nō repugnant inter se: sed potest ignis infernalis in corpus animale habere actionem. D 503
 Fide credit damnatos esse passuros post resurr. in corpore ab igne passioe dolorosa. E 504
 Et si damnati patiantur in corpore ab igne passione affectiua dolorosa, non

tamen corruptiua. E 505
 Est probabile creditu, quod ignis infernalis aget mediatè, vel immediatè in damnatorum corpora post resurrect. F 505
 Solo horrore pœnæ ferè homo moritur. F 505
 Deum esse causam immediatam omnis effectus non est erroneum dicere. 506
 Ignis infernalis affligit animam damnatam separatam a ctione animæ, & intentionali. G 507
 Secundum numerum nolitorum numerus ponitur tristitiarum. H 508
 Exclusio a bonis æternis tantum generat cruciatum, vt si nulla extrinsecus pœna extorqueat. H 509
 Animæ damnatorum odiunt suam detentionem. 509
 Contra primam corpora damnatorum pati in inferno. I 509
 Si damnati cremabuntur ab igne, & ignis est agens naturale, non voluntarium, ergo vniformiter aget in damnatos. K 510
 Quod ignis aget intentionaliter in damnatorum corpora. L 511
 Luna recipit lumen a sole, destructo sole luna illuminat aei em. L 512
 Deum posse facere sensationem ignis sine eius calefactione, ostendit. L 512
 Exemplum de dormiente, cui applicatur aliquid combustibile. L 513
 An ignis infernalis sit corporeus, & materialis cum nostro igne. M 514
 Quare scriptores canonici obscure locuti sunt non explicando modum punitionis animæ. N 515
 Si ignis agat in spiritum: ergo vel virtute corporali, vel spirituali. N 515
 An eodem modo puniat in igne corporeo anima separata, & dæmon. Q 516
 Pœna respondet culpæ. 517
 In inferno duo principalia tormèta. 518

Distinctio. xxx xv.

Quæstio j.

Vtrum defuncti habentes aliquid pœna-

rum possint liberari viuorum suffragijs. A 518
 Animarum decedentium diuersa ponuntur receptacula. A 519
 Infernus. A 519
 Purgatorium. A 519
 Limbus puerorum. 519
 Limbus patrum. 519
 Aliqua loca specialia in superficie terre. A 520
 Receptacula penalia spirituum malorum sunt diuersa. B 520
 Infernum esse sub terris. 520
 Sicut infernus dicitur esse in medio terræ ita dici potest esse corporalis locus. C 521
 Contra dictum infernum esse corporalem locum. D 522
 An animæ quandoq; exeant, aut possint exire de suis receptaculis, quæ habent post mortem. E 523
 Quomodo Helias, & Moyses apparuerunt. 524

Quæstio ij.

De viuorum suffragijs. A 525
 Quid suffragium importet. A 525
 Nullus potest alteri immediatè impetrare statum beatitudinis. A 526
 Quatuor modi suffragiorum pro defunctis. B 526
 Operum, quæ sunt pro defunctis quædam habent effectum principaliter ex operante, vel merito operantis. C 527
 Sicut ecclesiæ suffragia non profunt beatis in cœlo per modum indigentia nec sententiam distinctiuam damnatis in inferno. D 528
 De Traiano quomodo damnatus dicitur. 528
 Tria genera decedentium ex hac vita. 528
 De Machabeis an fuerint in inferno. 529
 Ecclesia orat conditionaliter pro defunctis. 530
 Opiniones diuersæ de suffragijs pro damnatis. E 530
 Tria in peccato mortali considerantur. 532

Mitigatio sit tribus modis in damnatis. 532
 Differentia iuuenis horum, qui sunt in purgatorio, & qui in inferno. 532
 Duplex misericordia Dei. 533
 Manet vera conclusio, quod in inferno nulla est redemptio. 533
 Omnibus, & solis defunctis, qui decellerunt in charitate, suffragia prodesse possunt. F 534
 Peccator absolutus tenetur emendam per se, & non per alium implere. 534
 Exempla de pugnantibus pro fide catholica. 535
 Regula Juris non habet locum in proposito inter deum, & hominem. 535
 Plus valet emenda per sacerdotem imposita, quam sponte assumpta. G 536
 Generalis iniunctio penitentiae laudanda. 536
 An visisse in maiori charitate sit causa, quod plus proficiat alicui suffragia, si sunt post mortem. 537
 Suffragium factum per malum ministrum mortali culpa subiectum potest defuncto aliquando prodesse. H 537
 Eorum facta valent, quae faciunt actum sui ordinis. 538
 Excommunicatus legens horas non incurrit irregularitatem. 538
 De mandante dupliciter sentitur. 538
 An sufficiat intuitus suffragia secundum mentis preparationem tantum. 539
 Operatio peccatoris facientis suffragia si precise fiat tanquam a principali auctore non autem executore, non est meritoria. 539
 Opinio. S. Thom. oportet satisfactionem fieri in charitate, ut valeat. 540
 Quomodo clerici satisfaciunt legendo horas, cum non sunt in charitate. 541
 Duplex meritum condigni, & congrui. 541
 Duplex acceptio meriti. 542
 Suffragia malorum valent, non per viam meriti, sed per modum impetrationis. 542

Conditiones, propter quas suffragia uiuorum prodesse possunt defunctis. 542
 An oblit defuncto, & in quo, si omitteretur a ministro suffragia per eum ordinata, respondeatur per doctrinas, K 544
 Nocet quantum ad poenae abbreviationem, & beatificationis accelerationem. 544
 Scilicet agunt mandantes suis haeredibus eleemosinarum solutionem, & restituendorum restitutionem, cum possint pro se, causa subditur. 545
 Idem videtur esse uelle dare obligatorie cras eleemosinam, & dare hodie cum effectu. 545
 Cum curatus mandat populo, ut dicat patet noster pro defunctis, valet huiusmodi suffragium ex opere operante ecclesia. 546
 Videtur rarius ordinare suffragia, quae ecclesia mittit pro defuncto fieri per clericos ordinatos, quam per Laicos. 546
 Testator habens quaedam restituenda praeventur morte ante restitutionem non detinebitur in purgatorio ceteris paribus. 547
 An huiusmodi suffragia sic facta, & applicata defunctis proficiunt etiam facienti. L 547
 Quid de valore solutionis penae. M 548
 Duplex est valor suffragiorum. 548
 Triplex facies orationis. 548
 Suffragium factum ex intentione, vel non valet, vel minus. 549
 Exempla de lumine, & voce. 550
 De valore illo, qui dicitur generalissime, an sit remissio penae, vel gaudium tantum. 550
 Vult dare quaedam deus rogatus alias non daturus. 551
 Cur in numero plurali dicimus oramus, peccatis in suffragiis mortuorum. 552
 Bonum quanto communius, tanto diuinius. 552
 De applicatione suffragiorum an per solum sacerdotem in officio missae. &c. O 552

Pöt quis instituire missam specialem, ut sibi soli applicetur. 553
 Summus Pontifex facit participationem bonorum ecclesiae. 554
 Non ab re est appendi sepulturas cum in descriptione tituli. P 554
 Sacerdos obligatus ad celebrandum etiam pro multis, pro singulis non satisfacit regulariter legendo pro omnibus una inaequali gradu. 555
 An possunt dari casus, in quibus non tenetur ex obligatione priori primariam ordinationem celebrare. Q 555
 Scienti dolus non infertur. 556
 Quomodo sex, aut septem anniuersalia in ecclesijs cathedralibus licite eodem die fieri possunt. 556
 An sicut oblitus dicere vigiliis mortuorum satisfacit legendo per choros, cum alio, sic sacerdos oblitus dicere missam. 557
 Defraudant plerique seipsum, & periculo committunt graui. 557
 An religiosi recipientes plures in suam fraternitatem faciant suam partem ex hoc deteriores. 557
 Quae utilitates sequantur ex viuis receptis in fraternitatem, numquam deficiunt a bono. 558
 An magis prodest testatori statuere eleemosinas, & suffragia perpetuo duratura, quam mox simul omnia fieri. &c. S 558
 An omne opus meritorium, & de praecipuo dei, vel ecclesiae possit esse satisfactorium. T 559
 Ieiunium si non est voluntarium, non satisfactio, sed satis passio. 560
 Unde colligatur thesaurus ecclesiae. 560
 Quid intelligatur nomine ingressus religionis, & professionis regularis. 561
 An religiosi consequantur indulgentias. 561
 In actu praecipui duo inveniuntur. 562
 Actus voluntaris elicitus, vel imperatus, & meritorij sunt satisfactorij. 562

Deo tenemur reuentione congruitatis. 562
 De sepelitione, & loco sepulturae. 563
 Carentia sepulturae non obest per respectu vitae futurae defunctis. V 563
 Damnatis decedentibus sine charitate non prodest, sed obest sepultura ecclesiae. 564
 Sepultura ecclesiastica, & locus sacerdotum, sepulturae non prodest per se, & directe spiritibus defunctorum. 564
 Cur Iacob uoluit sepeliri in terra promissionis. 565
 Patres habentes fidem resurrectionis curarunt sua funera pietate officiosa. 565
 Quomodo prodest mortuis oleum, cera, vinum, quae supra tumbam secundum morem patriae imponuntur. 566
 An indulgentiae possunt dici defunctorum suffragium. Z 567

Quaestio. iij.

Nomen indulgentiae diuersimode sumitur. A 567
 Dare indulgentias non est soluere a peccatis. 568
 Error quod indulgentiae remittant & penam, & culpam. 568
 Magna dubitatio, si indulgentiae tollant dumtaxat penam. 568
 Conditiones indulgentiarum aliaque. 569
 Concessio indulgentiae sit rationalis. 569
 Opiniones, an causa rationalis requiritur ad solam peccati uitationem. B 570
 Cum Papa aliquem absoluit sacramentaliter, potest dare eidem indulgentias omnium penae determinate pro peccatis. 570
 Abusus leuandus a praelatis. 571
 Potest esse duplex rationalitas. 571

Non emuntur indulgentiæ, sed gratis datur. 571
 Opera penalia sanctorum possunt dupliciter considerari. 572
 Indulgentiæ collatio duo dicit. 573
 Duplex modus conferendi indulgentias. 574
 Illa nomina indulgentia plena, plenior, plenissima ab aliquibus notificantur. E 575
 Indulgentiarum differentia an sit extrinseca, vel intrinseca. 575
 Nomina Carena, quadragesima, septena dupliciter sumuntur. 575
 Unde Carena nomen sumpserit. 576
 Christus promisit se daturum, & dedit ecclesiæ, & suo vicario potestatem clauium. G 576
 Ad quem spectat conferre indulgentias auctoritatiuè. 577
 Duplex modus absoluendi existentes in purgatorio. 578
 Forma cuiusdam indulgentiæ. 578
 Indulgentia visitantibus quarta feria ecclesiam. s. Laurentij. 578
 Papales indulgentiæ pro defunctis in purgatorio. 579
 Cur priores patres non dederunt indulgentias pro mortuis, si valent. 579
 Finis principalis collationis indulgentiarum. 580
 Purgatorium pars ecclesiæ militantis. 580
 Non solum papa, sed etiam alij episcopi possunt deriuare indulgentias in mortuos. H 581
 Animæ defunctorum liberantur indulgentijs prelatorum. 581
 Facere indulgentias pertinet ad clauem iurisdictionis, non ad clauem ordinis. 582
 Sicut sacerdos eucharistiam pro se consecratâ sumit, & dat ceteris, & ita prelati ecclesiæ possunt ex thesauro ecclesiæ, alijs communicare, & sibi. 582
 Existens in peccato mortali non potest recipere indulgentias, sed tamen potest dare. 583
 Solum papa potest omnibus generaliter vniuersalem indulgentiâ dare. I 584

Papa, Concilium generale, Patriarchæ, Primates. &c. possunt dare indulgentias nondam habentes ordinem sacre dotalem. K 585
 Indulgentiarum non est capax, qui formâ indulti expressè, & determinatè non seruat. 586
 Indulgentia tantum valet, quantum sonat. 586
 Indulgentiarum collatio, quæ non est sacramentalis, non sequitur clauem ordinis, sed potestatem iurisdictionis. 586
 Quantum det singulus episcoporum, si plures consecrant simul Basilicâ. 587
 An in aliquo casu plures episcopi possunt eidem loco, pro eadem causa dare indulgentias ultra annum. 588
 Nulla indulgentia est a culpa, & a pena. L 589
 Quomodo stant plenariæ remissiones diuersorum peccatorum. 590
 Indulgentiæ tantum valent pauperi, quàm diuiti, e contrario. 591
 Indulgentiæ non necessariò consequuntur diuersitatem, & excessum boni operis. 591
 Stat aliquos duos facere idem opus indulgentiarum, & eisdem in æquali numero extendiue dies indulg. consequi, & tamen vnum plus alio mereri. 592
 Indulgentiæ plenissimæ tollunt omnem penam etiam iniungi debitâ. M 592
 De penitentis iniunctis. 593
 Ad consecrationem indulg. non est necessarium, quia in iunctio fiat cum distinctione. 593
 Concl. superiorum distorum de indulgentijs. N 594
 Quomodo potest quis tribus obolis redimere mille peccata: quomodo intelligitur. 595
 Non impedit, si opus indulgentiarum est spirituale, vel corporale, dum adit auctoritas concedentis. 595
 Indulgentia operis congrui. O 596
 Indulgentia de peccatis commissis, non autem committendis. 596
 De consequentibus indulgentias plenas in mortis articulo: an statim euolent. P 596

Concessionum literæ intelligendæ sunt de confessis actis, & non solum proposito. 597
 Si tempore confessionis non recordor peccati in iubileo, possum idem confiteri, & absolui vigore iubilei. 598
 Duo faciunt opus indulgentiarum, cuius opus proderit defuncto. Q 599
 Summus pont. in aliqua ecclesia dat semi plenam indulg. an duobus facientibus opus suffragij defunctus consequitur plenariam remissionem. 599
 Quid de indulgentijs papalibus: datis visitantibus aliquam ecclesiam, & alia, toties quoties. 599
 De officio corporis Christi. 600
 Indulgentia corporis Christi non valet dupliciter. s. legenti, & interuenti. 601
 An aliquis, qui die festo tenetur audire missam, possit sub eadem horas suas completere. 601
 Deuotio quid est. 602
 Audire missam quid importat. 603
 Multiplex vestis celebrantis missam spiritualia continet mysteria. 603
 Omnis orandi modus in tribus includitur. 603
 De orationibus peculiaribus modus est adhibendus. 604
 An religiosi etiam possint consequi indulgentias. 605
 An papa dare possit indulgentias in peccato mortali existentibus. V 605
 An sancti in celo nobis largiuntur indulgen. 606

Quæstio iij.

Duplex cognitio Angelorum. A 606
 Quo intelligantur hæ locutiones: Deus nouit omnia, & alia. 607
 Quomodo omnia in Deo relucunt. 607
 Animæ separare iam in celo beatæ matricina cognitione possunt preces mentales, & vocales viatorum cogn. B 608
 Angelus licet sit res spiritualis, cognoscit res extra. 609
 Animæ malorum non cognoscunt orationes nras, sed nec facta virorû. 609

Potest Angelus murum penetrare. 610
 Firmissimè credendum est, & tenendum sanctos angelos, & animas separatas deum contemplantibus viatoribus peccatis suffragari. C 611
 Animæ defunctorum in charitate pro nobis quandoq; orant patrem. 611
 Si sancti pro nobis orantes semper exaudiuntur. D 611
 Quid de orationibus sanctorum, si non exaudiuntur. 612
 An sancti orent feruentius pro vno, quàm pro alio. E 612
 An sancti recordentur peccatorum, quæ olim commiserunt. F 612

Distin. xlvj. Quæstio vnica

Vtrum in Deo sit iustitia. A 613
 Nomen iustitiæ venit non numquàm omnis virtus, seu virtutis species. 613
 Iustitia theologice loquendo est habitus virtuosus. 613
 Est verè virtuosus, & verax, qui non dicit veritatem, vt honoretur, aut laudetur. 614
 Iustitia legalis non est essentialiter omnis virtus. B 616
 Iustitia commutatiua, & distributiua. B 616
 Iustitia distributiua pendet ex commutatiua. 616
 Abstractum iustitiæ potest suam absolute, & commutatiuè. C 617
 Nomen misericordia quomodo notificatur. 617
 Quomodo Deus misericors. D 618
 Misericordia diuina quid. 618
 Inter alias virtutes morales iustitia plus ceteris de Deo verè dici potest concretiuè, & abstractiuè. E 619
 Iustitia commutatiua quomodo in Deo. 620
 Multiplex in Deo voluntas. 620
 Vt Deus voluntate antecedente semper vult bonum creature, ita potest dici semper habere nolle antecedens. F 621
 Pro diuersitate effectuum multiplex in Deo misericordia. G 622

Iustè, & misericorditer eterna poena puniuntur, qui in peccato mortali moriuntur. G 622
 Possè peccare propriè non est possè, sed defectus sequens liberum arbitrium, ex hominis malignitatè. G 623
 Contemnere sumitur multipliciter. 623
 Non quælibet ignorantia est causa peccati. 624
 Ex qualitatibus voluntatum, non ex temporum spatij peccata metiuntur. H 624
 Leges humanæ constituunt poenas æternas, & temporales pro certis delictis, ita & in ciuitate æterna. 625
 Offensa diuina perpetua potest dici causa perpetuæ damnationis malorum in mortali decedentium. 626
 Punitio est perceptibilis carentia boni conuenientis in natura intellectuali. Triplex bonum naturæ intellectualis. I 626
 Duplex poena spiritus damnati. 627
 Pena poenitentia est duplex. 627
 Quomodo cum peccatum mortale sit temporis finiti, & momentanei, poena eiusdem sit æterna. K 628
 In quibus peccamus, rectè in his punimur. L 628
 Vtraq; istarum propositionum est veras prædestinatus saluabitur, præfictus damnabitur. 629
 An sit admittendum, qui alicui prædest. finaliter ad vitam æternam debeat vita æterna. M 629
 An Deus iustus agat in damnatione vni peccatoris, quàm alterius. 630
 An in omni opere dei concurrant simul iustitia, & misericordia dei. N 631
 An deus sic obligetur ad aliqua faciendâ, qui de necessitate iustitiæ teneatur ea facere. O 631
 Deus nihil facit sine iustitia. 632

 Distinctio. xxxviiij.
 Quæstio. j.
 Duplex Christi aduentus. A 633
 Iudicium sumitur multipliciter. 633
 Iudicare non conuenit nisi naturæ intel-

lectuali. 633
 Anima Christi non authenticè, sed subauthenticè iudicat. 634
 Iudicium habet duos actus principales discussionem meritorum, & retributionem præmiorum. B 635
 Quomodo electi iudicabunt cum Christo. 635
 Quis liber diei iudicij. 636
 Quatuor ordines iudiciorum. 637
 Duplex est iudicium Dei. scilicet. particulare, & vniuersale. C 637
 Iudicium vniuersale, & nouissimum quædoq; esse futurum auctoritate vtriusq; testamenti est fide creditum. D 638
 Licet filius hominis cum singulis iudicet nihilominus cum omnibus, & coram omnibus iudicabit. 638
 In extremo dei iudicio aperientur libri conscientiarum. 639
 Est possibile potentia diuinæ absolute in cuiuslibet intellectus creare simul, & successiuè iudicandorum intellectiones distinctas. 640
 Innocentia meritorum, & demeritorum potest fieri non instantanè, sed misericordia diuina. 640
 Solus Christus potest comprehendere iustitiam sui iudicij. 641
 Iudicium discussionis, & remunerationis solius naturæ diuinæ est. F 641
 Christus vocaliter proferet sententiam. 641
 Vt primum Christi aduētum in carnem præcesserunt propheta, & Ioannes, ita secundum aduētum præcedent homo demone plenus Antich. Enoch, & Helias. G 642
 Qualis sit Antichristus. 642
 De Enoch, & Helia. 643
 Quare Enoch ante legem sit reseruat, Helias post legem. 644
 Et si dies iudicij sit ab omnibus expectandus, tamen est temerarium velle calculare tempus aduentus iudicis. H 645
 An omnes Angeli sint iudicandi. I 645
 Pueri in vtero sanctificati, & paruuli baptizati iudicandi iudicio discussionis. 646

An solus Christus iudicabit actiuè, & potestatiuè. K 647
 Qui sint perfecti imitatores Christi, an solum duodecim Apostoli. L 648
 Perfectus omnis habens charitatem tenet debet super duodecim sedes, & iudicabit. 649
 Paupertas spiritus nihil aliud, quàm humilitas. 649
 Non in sola carentia possess. consistit perfectio christiana, sed in spiritu pauperi, & humili. 650
 De consilij euangelicis. 650
 Paupertas voluntaria quantumque arcta non perficit hominem essentialiter in vita christiana. 651
 Cur in obiurgatione iudicis sola misericordie opera omisa, vel consumata in die iudicij imputantur damnatis. M 651
 Eleemosinam dare est alteri rem sibi necessariam largiri, ex cõpassione. 651
 Stat opera misericordie non esse vera opera misericordie, si non procedunt ex charitate. 652
 Quid a nobis Deus requirat. 653
 Quascumque elemosinas quis fecerit sine charitate, obiurgandus est a iudice. 653
 De quadruplici ratione iudicandorum. 654
 Quomodo sciens, qui non fuerunt de lege christiana multarum catholicarum veritatum determinationem. O 654
 Non relinquit Deus hominem volentem saluari in necessarijs ad salutem. 655
 Cum deus præsciuit legem, & sua statuta ad populos plerosque non peruentura, cur ergo fecit eos nasci vasa iræ. 656
 Quid de paruulis in originali peccato defunctis. 656
 Quæstio. ij.
 De conflagratione an præcedet. vnde dicitur. A 657
 Sicut mundus olim fuit purgatus aquis diluuij, ita Christo venturo purgabitur igne. B 657
 An sint purganda omnia per ignem. 658

Homo dupliciter purgabitur in resurrectione. 658
 Non totus mundus, nec quodlibet torale elementum mutabitur, aut purgabitur. C 659
 Sphæra ignis non venit purganda igne. 659
 Elementum quomodo sumitur, cum dicuntur elementa purgari. D 660
 De aquæ purgatione magna dubitatio. 660
 Dispositiones qualitatis elementis totalibus debite, & à natura propria permanebit in eis. 661
 Vnde sumitur ex scriptura, qualis futura siccitas. 671
 Congruum est nouissimam mundi purgationem fieri per ignem. F 662
 De ordinatione illorum, quæ sunt in iudicio, vel circa. G 663
 Vnus ignis quadruplicia officia exercebit. 664
 Si ignis erit eiusdem speciei cum nostro, qui petit sursum. H 664
 De impuritate corruptionis. I 665

 Distinctio. xxxviiij.
 Quæstio. j.
 Sic Christus iudicabit in natura humana, vel secundum humanam naturam in diuina, vel secundum humanam. A 665
 Proprium est Christo iudicare. 666
 Christus secundum naturam humanam habet imperium efficax respectu sententiæ ferendæ. B 666
 Et si viuorum, & mortuorum iudicem Christum omnes iudicandi visuri sunt, actamen soli electi in forma deitatis. D 668
 De loco iudicij. E 669
 Cuius rei gratia crucem Angeli ante iudicem deferent. 670
 An damnati in die iudicij euidenter cognoscent, & videbunt Christum esse Deum. F 670
 Signa præcedentia iudicium, & iudicem. G 671
 Quomodo dicuntur stellæ cadere de celo. H 671

Quomodo sol, & luna obscurari dicuntur. I 671
 Quomodo virtutes celorum mouebuntur. K 672
 Quomodo electi obuiam a Christo in nubibus rapiuntur. L 672
 Quo intelligitur; dabo signa, & prodigia in celo. L 672
 Quæstio. ij.
 Vtrum futura sit totius mundi talis machinæ innouatio purgatio mundo per ignem. A 673
 Mundus purgabit, & innouabitur. B 673
 Mundi purgatio non est mundi innouatio dicenda. B 673
 Licet celum non possit alterari, habet tamen sese respectu mentis. &c. 674
 Mundi innouatio non tantum dicit impuritatis perceptionem. C 674
 Nullius præter reuelationem potest scire de igne infernali, quis sit, & in qua mundi, vel rerum parte. C 675
 Quomodo creatura, & quæ creatura expectat reuelationem Dei. C 675
 Cur Paulus nominauerit creaturam terribilem, & non addidit ly omnis creatura. C 676
 Philosophus tenet motum cœli perpetuò duraturum, at theologi tenent oppositum. E 677
 Finis duplex terminans, non consummans, & perficiens. 677
 Et si motus cœli cessabit tum nec motus cœli desinitio, aut cessatio probari potest. F 678
 Cum motus corporum cœlestium cessabit, hoc fiet non necessitate naturæ, sed diuina voluntate. 679
 Quomodo homo finis omnium. 679
 Non sequitur immoderata actio superiorum inferiora ex hoc præuisè, quod celum stabit. 680
 Non est semper finis nobilior his, quæ sunt ad finem, 681
 Vtrum motus cœli sit violentus, vel naturalis. G 682
 Si motus cœli cessabit, quid de alijs motibus. H 682
 De motu alterationis in genere. I 683
 Quæ sunt illa, quæ tempore innouatio-

nis, & purgationis mundi, omnino esse desinent. K 683
 An tempus cessabit motu cœli cessante. L 683
 Tempus est aliquid ipsius motus, & est motus. 684
 Sicut motus primi mobilis correspondet omnibus motibus inferioribus, sic tempus vnus diei naturalis correspondet tamquam mensura omnibus dimensionibus. 685
 Non sequitur; tempus non cessabit, ergo motus cœli non cessabit. 685
 Motus cœlestis est simpliciter primus M 686

Distinctio. xlix.

Quæstio. i.

Fine ultimo, & beatitudinis ratione, & quidditate, quis finis. A 687
 Finis accipitur tripliciter. 688
 Non est idem finis, & causa finalis. 688
 Finis quoad quod accipitur pro rei perfectione, quæ est operatio aliqua. B 688
 Aliquid dicitur appetere aliud. 689
 Aliqui loquentes de beatitudine, dicunt beatitudinem hominis esse quandam perfectionem. D 690
 Beatitudo creata est duplex viæ, & patriæ. 690
 Potest dari aliquid commune, quod dicitur finis ultimus. E 691
 Non est aliquid vnum bonum, nec numero, nec specie. 691
 Est aliquid idem numero finis ultimus obiectiuus, & bonum perfectissimum. F 692
 Omnium hominum est idem finis cuius obiectiuus. 692
 Omnes homines beatitudinem appetunt appetitu naturalis, & quandoque libero. 692
 Est quædam beatitudo obiectiua increata, est super naturalis. G 693
 An talis modi beatitudinem summam esse sit merè creditum, an in lumine naturali cognitum. H 693
 Encomium euangelij Ioannis 694
 Plures modi quibus conieci potest verisimilis coniectura, vnde primum originaliter plerumque veritates theolo-

gicæ emanauerunt. 695
 Noe scripsit multa secreta de naturalibus. 695
 Quare scripta antiqua si habentur, non recipiuntur in auctoritatem. 696
 Hebræi habuerunt veram cognitionem rerum. 697
 Sapientia Ægyptiorum non fuit pietatis. 697
 Gentiles habuerunt plerasque reuelationes speciales. 698
 Sicut philosophi non sunt prophete, ita eorum dicta non cogunt, nisi in quantum ratio demonstratiua conuincit. K 699
 Non est negandum, quin philosophi rem illam, quæ est bonum summum cognouerint sub cõceptu aliquo cõmuni. L 699
 Philosophi intellexerunt, quod est de iure naturali, & aliquid de iure naturali percipitur dupliciter. 700
 Et si philosophi deum esse cognouerunt intellectu, & lumine naturali, non tamen pro hoc cognouerunt eum ipsum esse præmium obiectiuum beatificum. 701
 Duodecim perfectiones nobilissimæ in conditore. 702
 In anima nostra inuenitur quædam trinitas. 703
 Quomodo beatitudo obiectiua dicitur homini dari, cum est ipsemet deus. 704

Quæstio. ij.

Nomē actus in proposito dicit formam, vel passionem aliquam receptam in subiecto. A 706
 Sicut Paulus nominat charitatem maiorem inter virtutes theologicas, ita videtur dicendum eiusdem virtutis actum fore optimum. B 706
 Nomen vitæ capitur dupliciter. 707
 Beatitudo formalis creaturæ rationalis non consistit in eius essentia, vel subtilitate, sed in eius operatione. C 708
 Voluntas creaturæ rationalis non beatificatur, nec ultimare satiat nisi in boni simpliciter infiniti operosa ademptione. D 708

Beatitudo principaliter consistit in fruitione, & comitante gaudiola delectatione, quæ in visione. E 709
 An delectatio sit de essentia beatitudinis. 710
 Gaudium, & delectatio, & similia possunt dici de essentia similitudinis, si nomen beatitudo sumitur aggregatiuè. F 711
 An intellectus sit causa volitionis, & causa totalis. G 711
 Si beatitudo formalis principaliter ponitur in voluntate, quæ in intellectu, vel fruitione: quomodo stat dictum Christi, Hæc est vita æterna, vt cognoscat. H 712
 An respectu beatifici actus anima se habet actiue, vel passiue. I 712
 Quomodo verum est animas sanctorum ultra visionem diuinæ essentia non posse exhalari. K 713
 Duo actus in beatitudines visio, & fruitio. 714
 Extrauagans Benedicti XII. de beatitudine. 714
 Vtrum voluntas contingenter, & liberè fruatur obiecto beatifico, vel solum necessariò. N 715
 Intellectus voluntatis oculus iudicat deum esse volendum, & non volendum. O 717
 Voluntas propriè non fatigatur. 718
 An beati possunt peccare; P 718
 An non posse peccare sit naturæ, vel gratiæ. 719
 Vnde beatitudo dicatur incorruptibilis, & sempiterna. Q 719
 Certitudo perpetuitatis beatitudinis est in intellectu beatorum. 720
 Quomodo intelligitur illud Aug. neque est culpanda voluntas, aut voluntas non est. 721

Quæstio. iij.

Comprehendere quintupliciter. A 721
 Creatura rationalis, quæ in patria glorificatum, & distinctè videat deum, non tamen eo ipso creaturam adeo visam clare intuetur. 721
 Potest beatifica diuinæ essentia visio cõ-

feruari, & creatura de nouo conosci,
B 722
Clara creaturarum in verbo noticia potest a cognitione verbi realiter esse distincta. C 722
An sit idem actus numero visio, qua videtur deus, & creatura. 723
Qua ratione intellectus beati videns verbum potest non videre in verbo creaturam. 723
Beatus non comprehendit diuine essentia abyssum. D 725
Quot modis creatura potest comprehendere Deum. 725
Beati non comprehendunt, sed cognitione finita, hilarem vident infinitatem Dei. E 726
Si intellectus haberet in se infinitas cognitiones, ex hoc non esset infinitus in sensu. 727
Vtrum visio diuine essentia sit actus complexus, vel incomplexus. G 728
Vtrum actus beatificus sit rectus, vel reflexus. H 728
An quis sit perfectus, si nesciat se esse beatum, & velit suam beatitudinem. 728
An cognitio creaturae in verbo, & cognitio in genere proprio, siue cognitiones distinctae secundum speciem. I 729

Quaestio iiii.

Quid meritum, & quotuplex. Quid Agonis nomine. A 729
Præmium beatificum duplex. 730
Aureola correspondet solum operibus, & poenis super erogationis. 731
An actus interior, & exterior ab eo impetratus in eodem supposito, & pro eodem tempore sint idem peccatum, vel duo. 732
Homo per actionem temporalem, & quasi momentaneam charitatem formatam potest de condigno mereri vitam sempiternam. F 733
Præmium beatificum, siue essentiale, seu accidentale, seu accidentale potius datur diuina miseratione quam sua o-

peratione præcisè. G 733
Licet faciens cum effectu præcellentem contra carnem victoriam singulare gaudium sit habiturum: attamen non habet intentionem gaudium ultra eum, qui solam, & parem eliciunt voluntatem. 734
Sicut præmium essentiale beatorum correspondet datur pro voluntatis conatu, ita quodcumque accidentale præmium ad sui dignitatem commensurabitur. 735
Aureola proprie sumpta in illis quantum uis perfectis debetur nisi martyribus doctoribus virginibus. 736
Doctores in celo fulgebunt, quasi splendor firmamenti. 736
Sola corruptio carnis sine antecedente, vel comitante consensu mentis libero non perdit aureolam virginittatis. 737
Omnibus, & singulis cuiuscumque status hominibus qui cum effectu multos erudiunt ad iustitiam scribendo, concionando, & tradendam est miseratione diuina aureola. 737
Quomodo verum est dictum doctorum, quod virginitas mentis quæ, & pudicitia dicitur, potest per penitentiam reparari, non sic mentis. K 738
De Virgine Maria an ipsa sit habitura aureolas tres virginum, maritum, doctorum. L 739
Angloriosus est habere aureolam ex pugna & victoria, quam ex gratia collatione. 739
Perfectio operum meritoriorum ex tribus potest colligi. 740
Eunuchi, & frigidi nolentes uti venereis, si possent aureolam, virginittatis consequuntur. 748
An dicta de Aureolis extendat se ad Christum, & matrem eius sanctissimam. 742
Vnde ecclesia faciat ordinem inter sanctos martyres, confessores, virgines. 745
De dotibus corporis, & animas quæ non nunquam dicuntur beatitudo hominis. 746

Quaestio. v.

Quaestio. v.

De paritate gaudij beatorum. A 746
Et si omnium beatorum officium erit sine sine deum videre, siue fastidio amare, attamen non est ambigendum cum beatitudine esse diuersos gradus, & inæquales pro meritis gradus glorie. B 747
Inæqualitas beatitudinis non est ab obiecto beatifico præcisè ab omnibus beatis clarè viso. 747
Inæqualitas beatitudinis non est ex parte potentia passiva præcisè, & absolute. 748
Si inuenitur, quæ potentia beatificabilis se habet purè passive ad actum beatificum, dicendum erit in hac qualitate beatitudinis esse a puro actiuo. C 748
In beatis hominibus in celo non est, nec erit par affectio commodi. D 749
Sicut in beatis non est æqualis fructio, ita nec puritas gaudij. 749
Omnium beatorum erit par gaudium. E 750
Inæqualitas, & distinctio graduum accipitur secundum diuersos gradus claritatis. 750
Sanctorum beatitudo post extremum iudicium erit maior extensiuè. F 750
Beati diligunt Deum amore amicitia, ut bonum in se, & commodi, ut bonum suum. 751
Aequalitate beatitudinis corporum, vel inæqualitate diuersa opinii. G 751
Beati non vident Deum inæqualiter, ergo nec fruuntur eo inæqualiter. H 752
Quomodo intelligatur auctoritatum aliquid scripturae, quæ sibi videntur contraria. 753
Multiplex acceptio nominis videre deum, & videre Iesum. 753
An sit possibile aliquem continuo operari propter beatitudinem. K 754

De mercede vitmata, & finali. L 754
An decuplo sanctorum alio habiturus sit maiorem mercedem in celo. M 755

Distinctio vltima.

Quaestio. j.

Dannatorum voluntas naturalis non est res mala. B 756
Dannati hec inuidia nolent tum amore sui impleri aliorum damnatione. B 757
Quamuis ex multitudine dannatorum pena augeatur, attamen malient cum pluribus, magis torqueri, quàm cum paucis minus. C 758
Dannatorum animæ in inferno uti possunt scientia. D 759
Dannatorum animæ in inferno non possunt eis, quæ circa viuos sunt, cognoscere. 760
An Dannati in inferno videant gloriam beatorum in celo. E 760
Beati videndo dannatorum penas non eandem habent tristitiam, & cur. 761
An dannati ita sint penis addicti, quod magis velent non esse, quàm esse miserii. F 762
Quomodo creatura potest appetere non esse. 763
Si licet appetere non esse propter fugere malum culpæ. G 764
Homo tenetur diligere se ipsum. 765
Quilibet tenetur vitare peccatum. 766
Circa creaturam non est aliquid peccatum ex genere mortale, sed tamen ex præcepto diuino. 766
Quomodo dannati non appetunt, non esse propter fugere malum culpæ. 767
Propter euadere malum culpæ, & miserii eligendum est non esse. H 767



An potest concedi, quod beati compa-
tiantur damnatis. I 768
Quomodo in inferno dicuntur esse te-
nebræ corporales. K 768

Quæstio ij.

De pœna duplici positiva, & priuatiua.
A 769
Inæqualitas damnationis non est forma
liter ex sola carentia obiecti beatifi-
ci. B 769
An sit concedendum, quod aliquis actus
malus non est in potestate damnati.
C 770
Quomodo dicitur odium dei est actus es-
sentialiter malus. 770
An voluntas diaboli, vel anima obstina-

ta cogentur ad peccandum. 770
In inferno erit æqualis pœna omnium
damnatorum. D 771
Pœna vermis conscientiæ. 771
Non videtur esse verum, quod maior in
culpa habiturus sit maiorem pœnam,
& minor minorem. E 772
Quomodo verum, qui in gehenna vritur,
& cœlorum regnum prorsus amittit,
quæ certa pœna maior est. F 773
Vermis conscientiæ extensiuè sequitur
maior, vel minorem damni pœ-
nam. 774
Cur Magister pro conclusione finali to-
tius Quarti inquit. Hæc de pedibus se-
dentis, G 775

F I N I S .





PRÆCLARISSIMI DO-
CTORIS GABRIELIS BYEL QVON-
DAM DISCIPVLI D. VVENDELINI
STAMFACH BVTZBACHEN.

SCRIPTVM MIRAE UTILITATIS SVPER
VIGINTIOCTO DIST. VLTIMAS QVARTI LI-
BRI SENTENTIARVM MAGISTRI PETRI

Longobardi, per eundem ordinariè in florentissimo
Tubingensi Studio lectum, & quàm sub-
tilissime disputatum.

Verum sacra-
mentum ex
treme
unctio-
nis sit
contra
corpo-
ris, & a-
nimæ
morbu
a Chri-
sto insti-
tutum.



A
Arti. 1.
Not. 1.
Multi-
plex vn-
ctio.

IRCA distinc-
tionem. XXIII. quæri-
tur: vtrum vnctionis
extremæ sacra-
mentum sit contra cor-
poris, & animæ mor-
bum a Christo insti-
tutum. ¶ Tribus articulis hæc terminabi-
tur quæstio. Primus notabilia ponet. Se-
cundus conclusiones subiunget. Ter-
tius dubia absoluet. ¶ Quantum ad pri-
mum supponatur ex dictis differentia
inter sacramentorum institutionem, &
promulgationem. Et quod solus deus potest
instituere sacramentum. ¶ Dehinc no-
tandum: quod multiplex reperitur vn-
ctio in scriptura, quarum duas ponit In-
nocentius de sacra vnctione. capit. vnico.
Vna est exterior, & visibilis, qua inungi-
tur corpus, vel pars corporis. Alia est in-
terior, & invisibilis, & spiritualis, qua in-
ungitur anima. De prima. Iaco. ij. Infirmatur
quis ex vobis, inducat presbyteros ecclesie; &
orient super eum ungentes eum oleo in nomine
domini. De se-

cunda. j. To. ij. Vnctionem, quam accep-
istis ab eo, maneat in vobis. Et non ne-
cesse habetis: vt aliquis doceat vos: sed
sicut vnctio eius vos docet in omnibus,
ita faciat. ¶ Vnctio visibilis, & exterior
signum est vnctionis interioris, & invisibi-
lis. Invisibilis verò est sacramentum, sicut esse-
ctus. Ad vnctionem exteriorem, & visi-
bilem: benedicuntur oleum, quod dicitur
vel catechuminum, vel infirmorum.
Et conficitur Chrisma, quod ex oleo sit,
& balsamo mystica ratione, quam ha-
bet Inno. vbi supra. ¶ Chrismate caput,
& manus episcopi consecrantur. Et licet
in veteri testamento etiam ungebantur sacerdos,
rex, & propheta, non tamen videtur factum
Chrisma: nec oleo sanctificato
secundum Paludem. Nam olim non erat
oleum consecratum nisi oleum vnctionis,
quo prohibebatur inungi omnis homo.
Exo. xxx. Addit Iyra. Exceptis regi-
bus, & sacerdotibus, qui quantum ad of-
ficium ungebantur ex eo. Oleum illud
dictum oleum vnctionis sanctum, erat
vnguentum compositum opere vnguen-
Gab. Biel. A †

Chris-
mate ca-
put, &
manus
episcopi
consecra-
tur.

tarij, vt habet tex. ibidem. Vngebantur ergo oleo simplici. ¶ Et licet vnctio rñc fieret in capite: nunc tamen postquam Christus Iesus vnctus est oleo lætitiæ præ participibus suis, vnctio a capite ad brachium est translata. Hinc principes nunc non in capite inunguntur: sed in humeris, vel armo. In quibus principatus congruè designatur, iuxta illud. Factus est principatus super humerum eius Esaiæ. ix. Ad quod designandum Samuel fecit poni armum ante Saul, cui delit in mensæ capite locum ante alios inuitatos. Caput ergo pontificis, & manus Chrismate consecratur: sed brachium principis oleo delinitur: ut sic ostendat differentia inter auctoritatem pontificis & principis. ¶ Chrismate etiam inungitur baptizatus a sacerdote baptizante in vertice: & a pontifice confirmante in fronte. Cum consecratur altare, etiam vngitur alludenter ad mandatum domini de vnctione tabernaculi testimonij. Arca testamenti: mensaq; cum valis: vt præcepit dominus Moyli. Exo. xxx. ¶ Oleo benedicto catechuminum oleum inungitur baptizandus primum in pectore, deinde inter scapulas. Et sacerdotum manus. Sed baptizatus chrismate sancto: ut supra. ¶ Oleo benedicto infirmorum inunguntur infirmi. ¶ Vnctio manus sacerdotum, & catechuminum, quæ fit oleo benedicto in pectore, & inter scapulas, potest dici sacramentale. Disponit enim ad sacramenti susceptionem. Sic vnctio cum chrismate manus, & capitæ episcoporum. Vnctio uerticis pueri baptizati, siue adulti. Altaris consecratio secundum Paludè. Secus de chrismatione frontis, quæ fit per episcopum, & est sacramentum ut supra. distin. vij. Duntaxat de vnctione infirmorum hic dicendum, quæ dicitur sacramentum exenitium. ¶ Secundò notandum. Vnctio extrema est vnctio hominis infirmi, pœnitentis, in determinatis partibus corporis: cum oleo consecrato facta a sacerdote: simul verba certa cum intentione debita proferente: ex institutione diuina: efficaciter curationem finalem venialium significans. ¶ Quidam sic notificant: & quasi in idem re-

Cur princeps in brachio non in capite ungitur.

Not. 2. Vnctio extrema est vnctio hominis infirmi pœnitentis in determinatis partibus corporis: cum oleo consecrato facta a sacerdote: simul verba certa cum intentione debita proferente: ex institutione diuina: efficaciter curationem finalem venialium significans. ¶ Quidam sic notificant: & quasi in idem re-

dit. Vnctio extrema est vnctio hominis infirmi cum oleo consecrato: in determinatis partibus corporis: facta a sacerdote: simul cum intentione debita certa verba proferente: ex institutione diuina: efficaciter significans curationem finalem animæ a peccatis. Hi non specificant curationem animæ quantum ad venialia solum, sed in genere loquuntur. Nec addunt pœnitentis: licet non excludant pœnitentiam: quia non videtur illa clausula esse de necessitate sacramenti: sed de necessitate dignæ sumptionis huius sacramenti. Quamuis enim conferatur peccatori, nihil minus est verè sacramentum ceteris partibus. Quidam omitunt ly ab episcopo, dicentes, quod sufficit oleum esse consecratum a sacerdote simplici de mandato papæ. ¶ Dicitur, est vnctio: ubi tangitur materia propinqua huius sacramenti. Sicut in baptismo dicitur lotio. Et potest simi congruentia ex eo: ista vnctio exterior significat vnctionem interiorem animæ, scilicet curatiuam animæ a venialibus secundum Scot. & Richar. ¶ Dicitur hominis infirmi. Non enim debet dari sano: sed homini infirmo probabiliter propter istam infirmitatem morituro. Nec his, qui sani se committunt sponte mortis periculo: ut nauigantur, bellum ingressuris, quibus mors imminet non ex infirmitate, sed armorum violentia, aut aquarum inundantia. Sic nec plectendis vltimo supplicio: quia non sunt infirmi. Datur ergo infirmis, quibus probabiliter, & de proximo non vi armorum, nec secundum fortunam, sed secundum naturam imminet mors. Et cum de factus naturæ ex senio est quedam infirmitas, cui de proximo, & probabiliter imminet mors ex naturæ defectu, ideo hoc sacramentum huiusmodi infirmis secundum Richar. dari potest. Sic de infectis peste inguinaria. hi enim licet appareant corpore sani nonnunquam: quia tamen teste Isido. non est eis spatium temporis, quo aut vita, aut mors speretur, ideo maxime sunt infirmi, & quam totius providendi. ¶ Dicitur pœnitentis. Nam secundum Richar. in non pœnitentibus est obstaculum contra effectum hu-

minatis partibus corporis.

datur infirmis naturaliter.

ius sacramenti, ideo non debet eis dari. dist. xcv. ca. Illud superfluum. ¶ Scdm Scot. nullus est capax huius sacramenti, saltè ad dignè suscipiendum ipsum, nisi sit in gratia. Tanquam. n. baptismus, & pœnitentia sunt sacra instituta ad susceptionem primæ gratiæ. de hoc infra. q. ij. ¶ Per hoc etiam excluduntur perpetui furiosi: & fati carentes ratione. Item paruuli ratione non habentes, qui sunt non pœnitentes: quia non peccauerunt actualiter: licet sint in gratia. Secus si furiosi habet lucida interualla. Vel si aliqui per voluntatem præcedentem presumentur voluisse inungi. ¶ Presumentur autem scdm Scot. si non elicerunt voluntatem contrariam. l. c. Pal. q. ij. ar. ij. Si enim quis bonæ vitæ fuit, non presumitur in memor salutis suæ in morte, plusquam in vita. Hinc si quis subito, & insperatè graui afficitur infirmitate, & probabiliter mortali, de quo rectè presumi potest ex præcedente sua vitæ: si præuidisset se obruendum tali morbo lætali, voluisset tali tempore sibi sacrum vnctionis dari: licet non habeat nunc usum rationis, dicitur pœnitens secundum mentis præparationem habitu, vel interpretatiue secundum Paludè & Scot. ¶ Dicitur facta oleo consecrato: quod est materia remota huius sacramenti. Et potest dari congruentia Richar. quia cum hoc sacramentum datur ad perfectam venialiū curationem, quæ hominem facit euolare ad patriam: & oleum multum ualet ad plagarum curationem. Esaiæ primo. Nec fota oleo. & ita significat perfectam plagarum curationem. & conscientię puritatem: & maxime oleum oliuæ: ideo huius sacramenti materia ex institutione diuina est oleum oliuæ. Primum dictum non est certum: de quo infra. Nec oportet balsamum esse permixtum sicut in chrismate, cum quis confirmatur. In confirmato enim requiritur non tantum puritas conscientię per oleum significata, sed etiam odor bonæ famę significatus per balsamum. Ad ingressum vero regni non requiritur odor bonæ famę apud homines, sed sufficit puritas conscientię veræ, & non fictæ. Ideo oleum oliuæ consecratum sine balsamo diuina institutio ne ponitur huius sacri materia. ¶ Debet

Qui non inungendi sunt hoc oleo.

Materia remota huius sacramenti.

ergo oleum esse consecratum. Sed a quo, non est apud oes certum. ¶ Dicitur a sacerdote: ubi tangitur minister huius sacri. Solus. n. sacerdos potest hoc sacramentum ministrare presente clerico, vel sine clerico. de verbo signi. cap. quæ sunt. Ita quod si alius atteteret, nihil facit sicut si laicus attentaret consecrare eucharistiā, nil facit. Declaratio ministri habetur ex dicto bti Iacobi, cum inquit. Inducat præbyteros ecclesiæ. Ia. v. Nec oportet ministri esse episcopum. Nec impedit: quod oratio boni laici est melior oratione mali sacerdotis. Nam oratio sacerdotis, quæ facit in persona totius ecclesiæ scilicet deo gratæ, melior est oratione laici, ut personæ priuati. Ideo cum hoc sacramentum habet formam deprecatoriam: habet ministrum, qui ex ordinatione sit persona publica ecclesiæ. & ut sic consecrat hoc sacramentum per modum orationis facta in persona ecclesiæ. ¶ Dicitur in determinatis partibus corporis: scilicet in organis potentiarum sensitiuarum: quarum abusus plura committuntur venialia ut puta organa quinque sensuum, & poteriæ motiue, seu progressiue. Hęc organa respectu eiusdem sensus quandoque geminantur. Sic sunt organa potentiæ visus duo oculi, Auditiue duæ aures, Olfactiue duæ nares, Tactiue duæ manus, Progressiue duo pedes, & in his multiplicatur vnctio. In lingua, quæ est organum gustus, non inungitur ad tollendam abominationem: sed labia oris tanquam pars, vel locus propinquior lingue. Vnctio oris respicit peccatum veniale locutionis, & oris scdm Scot. & Rich. Et similiter gustus quo ad linguam. Sic habentur quinque vnctiones quinque sensuum. Et vna in organo principali poteriæ motiue progressiue: hoc est in lumbis, hodie non est in usu. ¶ Dicitur, simul certa verba cum intentione debita proferente. ubi tangitur forma: & est hæc: ut communiter dicitur. Per istam vnctionem, & suam pissimam misericordiam ignoscat tibi dñs, quicquid deliquisti per illicitum usum. Hanc enim formam creditur beatus Petrus Romanæ ecclesiæ tradidisse, quæ est deprecatiua, & potest sumi implicite ex verbis

Cur hæc vnctio fiat in septem locis.

Forma a D. Petro tradita est huius sacramenti.

Iacobi apostoli, qui eam vocat orationem dicens. Et orent super eum. Sic de alijs partibus inungendis suo modo dicitur. **¶** Cætera, quæ sequuntur de similitate intentionis &c. de baptismo habentur. Clausula ulti. de effectu huius sacri infra declarabitur: quia sunt de hoc diuersæ doctorum opiniones. **¶** Nunc respon-

Artic. 2. **Cōcl. 1.** **Extrema unctio ritè facta uerè est sacramentum.**

dendū est ad questionem pro articulo. ij. **¶** Cōclusio prima. Vnctio extrema scđm morè Romanę ecclesię ritè facta: uerè est no. leg. sacm a Christo institutum. Probatur: quia ei conuenit definitio sacramenti: ergo & definitiū. antecedēs probatur ex dist. j. **¶** Dicit in cōclusiōe scđm morè Romanę eccle. ritè facta: quia extra Romanā eccle. q̄ est ecclesia catholica, non est locus ueri sacrificij. j. quæst. j. extra. & c. Ex catholica. Sola. n. ecclesia Romana, q̄ hodie nominatur ecclesia apostolica, a beato Petro apostolorum principe de ecclesiasticis moribus, & institutionibus instructa est. dist. xj. Qui nesciat. Institutiones illę partim apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas: partim consuetudine uerusta traditę sūt: & ab ecclesia acceptę. dist. xj. Ecclesiast. Qui ergo i sacramentorum collatione morè illum non obseruat: nihil facit, quia diuine institutioni contrahent, quæ sola dare pōt sacris certitudinē, & efficaciam, ut supra. **¶** Nec ob est illud Dionysij parte. ij. septimi cap. in de ecclesiastica Hierar. cum de extrema vnctione loquens ait. Defuncto infundit oleum pontifex. Memento autē, ut in prima sancta regeneratione ante sacrum baptismus; prima sancti Symboli participatio traditur iniriādo. Post priorem oēm abiectā uestē sacti Chrismatis oleum: & nūc in fine omniū: defuncto itidem infunditur oleum. Atqui tunc quidem olei vnctio baptizandum euocabat ad sacra certamina: nunc autē infusum oleum signat eū, qui defunctus est eadem sacra exegisse certamina: sicq; fuisse consummatum. Hæc ille. **¶** Super quo refert orator Ambro. in commentario, vnctionē extremam olim factam fuisse supra iam dormientes: eorum corporibus prius diligenter ablatis: post ea uero

Mortui inungebantur.

super infirmos nondū mortuos. Et dubiū non est, utramq; inunctionē tēpore apostolorum fuisse solitam. Sed cum pro salute infirmorū suffragia psbyterorū petebantur, nō p̄tolabatur sūma rerū deiperatio. Immo ut in libris mysteriorū adhuc legitur, ecclesię longissim⁹ fuit mos psbyteros, orationes, & inunctionē p̄ septē dies (si opportunū uidebat) cōtinuare pro salute infirmatiū ad deum uotis, & inuocationibus supplices. hæc ibi. **¶** Postest secundū cōem tropū dici iā mortu⁹, qui est uerisimiliter: & quasi fine dubio moriturus. Patet ex modo loquendi cōi ferē totius populi. Secundū hoc possūt dicta Dionysij interpretari, & Vercellēsis, qui dicit. Ep̄s superfundit defuncto oleū &c. Nec oportet dicere: q̄ apostoli omnia, & singula ad salutem non necessariz, q̄ eis fuerit a Christo reuelata, quā tocius promulgauerint: sed pro loci, & temporis opportunitate, ne gentiliū parerent risui secundū Dionysij. ut supra.

¶ Pie ergo tenendum est beati Iacobū apostolum huius sacri pmulgatorē, non institutorem, fundatis iam utruq; rudimentis fidei sacramenti illius usum docuisse. Nō. n. est sacramentū necessitatis: quia sine eo pōt esse salus. Sic apost. de indebita sacramēti Eucharistię p̄ceptione loquens ait. j. Corint. xj. Cætera, cum uenero, disponā. Refert Dionys. c. ij. eccl. Hierar. de baptizato, & iā sacris initiato in fine omnium. Pontifex ita p̄ eētū ad sacratissimam eucharistiam uocit: atq; consummatium illi sacramentorū cōiōnem deificam tradit. Super quo orator Ambro. ait primitiuę ecclesię morem fuisse, q̄ baptizati mox perceperunt sacramēta eucharistia. qđ & adhuc in antiquis mysteriorū uoluminibus etiā de infantibus hoc modo legitur. Si episcopus adest, statim confirmari oportet: postea communicari. Ep̄s si presens non fuerit, antequā lactetur infans, aut aliquid gustauerit, communice eum sacerdos de corpore sanguine domini ante missam: si necessitas ingruit. hæc ibi. Sic multa alia tēporum successu promulgata sūt, quæ ante eorundem promulgationem non erant ad salutem necessaria ijs,

Mox baptizati percipiebant eucharistiam etiā infantes

quī rerum illarum inuincibilem habebant ignorantiam. Secus de sacramentis ad salutem simpliciter necessarijs ex institutione diuina: ut de baptismo: cuius mos statim fuit sufficienter traditus etiam per Christum, cū dixit. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Marth. ultimo. Idem ostendi postet de ordinum collatione: siue in iudicis ordinibus: de mysterio confessionis vngueri ex apostolorum ritu: hoc est de chrismate. de confirmatio. sacramento, de mysterijs monasticę consummationis, de sepulturis mortuorum, & similibus. de quibus Dyoni. in eccl. Hierar. In quibus ecclesia presens suum seruat rituum loco, & temporū congruū, diuine constitutioni non contrarium. **¶** Olim inungebantur infirmi in lumbis: sed id ipsum ecclesia omittit pudicitia, & castitatis amore. **¶** Nec potest ex his inferri: q̄ Christus minus sufficienter primitiuam erudiuerit ecclesiam. Plura enim tunc tali populo conducebant, quæ mundo in maligno posito nō expediunt: ut gratia exempli, uita communis, quę tūc erat ferē omnium, & uita monastica, quæ in primitiua ecclesia ualde floruit in Agypto, & circa Alexandriam, ut refert. Ambro. orator de Philone Iudeo, apostolorum contemporaneo, qui fidelē Christianis primitiuę ecclesię in de uita contemplatiua perfert testimonium, & maxime therapeutis cultoribus, seu monachis. Hinc cum mutantur mores hominum, pleraq; mutantur. Sic tempore nature integrę omnia erant communia: sed non tempore nature corruptę. Nec fuit illa lex proprię præceptiua, sed potius consiliuā, & dispositiua pro statu illius populi. Cum autem status innocētia nunc transijt, non est propriē loquēdo lex nature mutata: sed status hominis: quo mutato lex illa locum amplius non habuit. Et ita ius naturale manet inuariabile permanentibus circumstantijs, sub quibus dicitur: quibus sublatis definit esse. Ita multa alia, hominibus mutatis, mutata sunt in ecclesia dei. **¶** Nec est inconueniēs dictus; q̄ ignorantia etiā

ur nūc lū bi nō inungā tur.

iuris diuini cadat in facientē, quod in se est. Patet Gen. xxix. de Iacob & Lia. Itē de cessatione legalium, & similibus, quæ ualde longinque uidentur esse contra legem diuinam. Sic de compulsionē gentiliū cōuersorum ad legis obseruantiam. Act. xv. Item si gentiles essent uocandi ad gratiam. Act. x. &c. Verum est: quod Christus ecclesiam suam nunquam reliquit in ignorantia necessariorum ad salutem: tamen temporum successu ecclesia multa determinauit, quæ prius latebant. Clarum est hoc de processione spiritus sancti: & alijs fidei articulis, circa quos ecclesia iam hoc, iam illud determinauit: prout hæresis hæc errores uarios in ecclesia dei suscitauerit: nō uno, sed diuerso tempore. dist. xv. c. Canonēs & ca. Sancta Romana. **¶** Secunda conclusio. Vnctio extrema est unum sacramentum non unitate indiuisibilitatis: sed aggregationis, uel sacramenti tantum patet dist. viij. quæst. ij. de multiplici acceptione unitatis. Vbi dicitur, q̄ omnia requisita ad unum sacramentum. & sic q̄ sine eis non esset sacramentum, dicitur unum unitate sacramenti. Sic & in proposito. hic enim sunt multæ partes lares vnctiones, & formæ ad singulos sensus exteriores inungendos, quæ simul omnes faciunt sacramentum unum: licet aliud sit oleum, quo inunguntur manus, aliud, quo pedes. Aliud inquam numero. Præterea omnia ista per se ordinantur ad unum principale effectū huius sacramēti, quæ est curatio animæ, & corporis. Sicut & sacramentum altaris secundum Palu. unū dici potest: quia habet unum effectum principale, scilicet refectiōnem animæ spiritualem. Et una dicitur absolutio, quando inferior pro absolutione casuum reseruatorum remittitur ad superiorem: ut absolutus prius a non reseruat, nunc a reseruat casibus absolutus: licet deus unum mortale sine alio non dimittat. **¶** Tertia conclusio. Oleum oliuę consecratum est sacramenti vnctionis extremę determinata materia ex institutione diuina: & promulgatione apostolica. Christus enim huius sacramenti institutor hanc materiam

E Cōcl. 2. Vnctio extrema est unū sacramentum nō unitate indiuisibilitatis sed aggregationis.

F Cōcl. 3. Oleum oliuę consecratū est sacra-

menti riam huic sacramēto determinavit, quā
extre -- Iacobus huius sacramenti promulgator
ma un- ecclesie manifestavit dicens. Vngentes
ctionis eū oleo. Oleum vero antonomasticē de
determi- olivis dicitur secundum Richar. arti. j. q.
natama- iij. Et secundum Palu. q. j. oleum oliuæ
teria. proprie dicitur oleum. Ad hoc facit au-
thoritas, & usus ecclesie. Hæc materiā nec
Papa, nec ecclesia mutare potest. Vnde
oleum nucum non potest esse materia
huius sacramenti ex cuiuscunq; institu-
tione, nisi soli dei. Peccat ergo qui sciē-
ter huic materie admiscet aliū liquorē,
puta balsamum, uel oleum nucū, vel cō-
similem alterius speciei. ¶ Sed, q̄ debeat
esse consecratum: ut habet glos. Iacobi.
v. & c. v. nico. de sacra vntōe. xxvj. q. vij.
Ab infirmis. ita q̄ consecratio sit de ne-
cessitate sacramenti, & ministri, est ex di-
uina institutione, quā ecclesia apostolica
traditione recepit: licet a diuersis di-
uerse tradantur huius rei rōnes. ¶ Sanctus
Thomas ponit triplicē rationē. Prima.
quia omnis efficacia sacramentorum a
Christo descendit. Ideo sacra illa, q̄bus
ipse usus est, habent efficaciam ex suo
usu. ut puta aquis tactu suæ carnis dedit
vim regeneratiuam. Secunda causa pro-
pter plenitudinem gratiæ. quam cōfert:
quia non solum culpas: sed & corporis
infirmittates tollit. Tertia causa: quia ef-
fectus corporalis. s. corporū sanatio, non
causatur ex naturali proprietate mate-
riæ: ideo oportet hanc efficaciam sibi
per sanctificationem dari. Per cōcordat
S. Bonauen. ¶ Hæc rōnes nō cogunt. Non
prima. Quamuis enī omnia sacramen-
ta suam efficaciam habēt a Christo, & ex
institutione diuina: non tñ ex hoc sequi-
tur: q̄ in illis sacris, quibus Christus nō
est usus, requiratur materie sanctificatio:
non sic in illis, quorum usum Christus
habuit. ¶ Queritur: quō sacra dicitur
habere efficaciam ex usu Christi. Si u-
sus dicit diuinam uoluntatem uolentē
hoc sacramētum esse signum certum, &
efficax gr̄e, cōceditur. Si uerō dicit solū
illū actū trāseuntem: sic negatur. Immo
cum dicit sacra quædam habere suā ef-
ficaciam ex usu Christi, & cōtactu suę mū-
dissime carnis per ly sacra videtur intel-

Triplex
ratio cō-
secratio-
nis huius
olei.

Quo sa-
cramen-
tum ha-
bet effi-
caciā
ex usu
christi.

ligere sacramentale aliquid ad sacramē-
tum pertinens ut puta materiam, quam
Christus (hoc sacro vtendo) uoluit esse
illius sacri materiam. Et sic uult dicere:
q̄ horū sacramentorū, quibus Christus
usus est: materia nō sanctificatur p̄ ep̄m.
Secus in his quibus usus non est Christi:
sicut in proposito de sacro extreme vn-
ctionis, quō Christus non est usus: ideo
eius materia uenit prius consecranda, &
sanctificanda. Sicut cum Beda inquit,
Christum cōtactu suę mundissime carnis
contulisse vim regeneratiuam aquis: uis
illa non fuit aliqua realis entitas a-
quæ impressa uel ei in hærens: sed fuit or-
dinatio aquæ, ut esset materia baptisma-
tis. Quam suam ordinationem, & uolun-
tatem diuinam nobis per hoc significa-
uit, q̄ ipse aqua baptizari uoluit. Idem
tenet Sco. cum dicit. Christus cōtactu
suæ carnis aquam consecrauit, id est in
usu m̄ istum dedicauit. Ratio diuersita-
tis sanctificationis materie huius sacra-
menti, & non alterius, est diuina uolun-
tas ad nos deriuata per doctrinam apo-
stolicam. ¶ Secunda, & tertia ratio simi-
liter non procedunt. Cum enim mate-
ria sanctificata, & non sanctificata sine
eiusdem speciei: ideo habent eodē effe-
ctus naturales. Nec aliquid sanctitatis i-
primitur formaliter materie sacri, cū cō-
secratur, uel sanctificatur: uel et ecclesie
eū cōsecratur: cū nō sint capaces gratiæ,
ut idē S. Tho. loquitur parte. iij. q. lxxxij.
artic. iij. Et licet dicat ibidem. Ecclesie
eū consecrantur, adipiscuntur quædam spū-
lè uirtutem, per quā redduntur diuino
cultui apte: ut homines in eo loco sint
deuotiores, & paratiores ad diuina, quæ
tamen sit illa uis spiritualis, quæ datur
rei corporali, nō exprimit. Nec uidetur
uis illa eē aliud a singulari assistētia dei
rei illi sic consecrata, & ad diuinam appli-
cata, uel forte angelorum præsidium: ut
puta cum rei illius sic consecrata usus
habetur: deus uult ei assistere, & illū ef-
fectum, quē uel significat, aut representat:
aut ad quē diuinitus ordinata ē per ora-
tiones ecclesie, seu ministrorum eius: di-
uina uirtute potentem efficere. Valent
ad hoc rationes habite dist. j. q. j. contra

Solum
sacerdo-
tij ordo
est sacra-
mentū.

opi. ponentē in sacramentis esse quandā
virtutem supernaturalē, respectu effe-
tus sacramentalis. ¶ Alij, ut refert Du-
ran. & Palu. ponit pro rōne cōsecratio-
nis olei istam causam, ubi minister deter-
minatus est certo ordine, materia, qua
uitur minister, debet esse consecrata de
terminata benedictione. Sed in propo-
sito est determinat⁹ minister puta sacer-
dos: ergo habebit materiā cōsecratā cer-
te bñdictione. Hæc ratio non cogit. Nā
sacramenti penitentię est certus mini-
ster puta sacerdos, & tñ non habet mate-
riam cōsecratam: quia p̄cā, uel peccator
dicuntur materia sacramenti penitentię.
Si dicitur enasus: q̄ hoc dictū procedat:
quādo sacramentū habet aliā materiā a
suscipiente, quam nō habet matrimonii
& penitentia. Est intantia de sacra-
mento ordinis: ubi traduntur ampullæ, cla-
ues, candelabrum, liber &c. quæ sunt res
non consecratæ. Si dicitur, q̄ solū sacer-
dotij ordo sit sacramentum, cuius mate-
ria est calix cōsecratus. Videtur eū nullā
posse de facto celebrari calice non con-
secrato: q̄ non oporteat calicem traditū
ordinat⁹ esse cōsecratum: sed sufficiat de
facto tradere calicē non cōsecratū cum
pane, & uino. Illa enim uidentur suffice-
re ad necessitatem sacramenti Eucharis-
tię. Itaq; ratio præcisa cōsecrationis olei
trāsnā materie sacramenti extreme vn-
ctionis est diuina institutio. Quod etiam
habere uidetur Dion. & Vercellē. in sua
extractione eccle. Hierar. cū inquit, Dor-
mientibus in fine cōfertur olei sc̄i in un-
ctio: quasi uictoribus certaminū. Sancti
inquit: potest tamen in necessitate ali-
quid olei non consecrati consecrato ad-
misceri: dumō totū sit de oliua: & sic totū
reputatur consecratum. sicut cum aquæ
benedictæ admiscetur aqua non benedi-
ctæ: & pannus non benedictus albæ bene-
dictæ. de consecra. ecclesie. ca. Quod in du-
bjs. ¶ Queritur, a quo debet esse oleum
consecratum. Palu. conclusio. iij. quæst. j.
artic. j. dicit: q̄ sit ex institutione eccle-
siæ, & non ex ordinatione diuina; quod
sit consecratum ab episcopo. Et cum cō-
stitutio humana subest ordinationi papæ:
posset Papa committere sacerdoti

simplici, q̄ omnem materiam, cuius san-
ctificatio requiritur ad usum sacra-
menti, consecraret, & benediceret: sicut eccle-
się, altaris, & uasorū &c. Ex quo sequitur
q̄ olei consecratio est de necessitate sa-
cramenti. Sed q̄ sit consecratum ab epi-
scopo, est ex institutione humana: & de
necessitate ministri. ¶ Quarta conclusio.
Licet sacramenti vnctionis extreme plu-
res reperiantur formæ: Vna indicatiua:
alia deprecatiua: Tertia ex utrisq; cōpo-
sita: atamen non prima: sed secunda: tā
quam tutiore, & congruentiore, ac quan-
doq; tertia Romana uentur ecclesia a
beato Petro ea in re, ut p̄cā creditur sa-
tis edocta. Prima pars patet: quia reperi-
tur quedam forma indicatiua, quæ dici-
tur obseruari in ecclesia Ambrosiana. s.
Vngo hos oculos tuos oleo Sācto in no-
mine patris, & filij, & spiritus sancti. Hæc
refert Palu. esse Ambrosianam, non re-
probatam: sed tacite reprobatam. Alia
est deprecatiua, de qua supra in explana-
tione notificationis vnctionis extreme.
Tertia est ex utrisq; cōposita: hec enim
premissæ indicatiuę deprecatiuae anne-
ctit. Secunda partem facti docet con-
tingentia. Et q̄ illa sit tutior, probatur:
quia de prima multi dubitant, an sit for-
ma determinata. De secunda uerō null⁹
dubitat, quā beatus Petrus nō dedit, sed
docuit. ait Palu. & Richa. Beatus Iacob⁹
eā tacite insinuat, cum dixit, ut orent
super eum de hereticis. ca. Ad abolendū,
dicitur. Qui de ecclesiasticis sacra-
mentis aliter sentire, aut docere nō metuūt,
quā sacrosancta ecclesia Romana prædi-
cat, & obseruat, uinculo perpetui anathe-
matis innodamus. sed ecclesia Romana
uitur illa forma tanquam necessariā de
necessitate sacramenti, & ministri ad hoc
sacramentum: ergo tutior. Quia sit con-
gruentior tenet sanct. Thom. & Palu.
primò: quia suscipiens hoc sacramentum
est proprijs uiribus destitutus. hinc indi-
get aliorum suffragijs, & auxilijs: eam
ob rem beatus Iacobus illam formam
uocat orationem dicens. Et orent su-
per eum. Secundò, quia datur ex eun-
tibus de hoc mūdo, qui iā desinūt esse de
foro ecclesie, & in manu solius dei re-

G
Cōcl. 4.
Plures
formę
extre-
mæ vn-
ctionis.

linquantur: ideo indigent intercessione apud deum, & sunt deo p orationes fidelium commendandi. Tertiõ: quia per istam formam exprimitur actus sacerdotis inungentis: intentio ministr: effectus sacramenti: infirmus inungendus: auctor effectus sacramenti, & oratio ecclesie deprecatoria. Ex illo patet differentia formæ huius sacramenti, quæ est deprecatoria, a forma aliorum sacramentorum, quæ est indicatiua. ¶ Quia si qui utuntur forma. ij. ex utrisq; composita, verba in dicatiua non sunt forma: neq; de essentia formæ: sed quedam dispositio, & exhortatio ad formam. in quantum intentio ministri determinatur per illa verba ad huius, vel illius membri vñtionem. secundum Tho. Pal. dicit hoc esse verum, quando vtraq; verba simul dicuntur. Scius dñi seorsum illa, vel illa forma indicatiua, vel deprecatoria profertur. Addit: qd nulla illarum formarum est ab ecclesia prohibita: ideo obseruanda sit consuetudo ecclesie huius, vel illius hoc saluo, qd semper fiat inuocatio trinitatis sub signo crucis. de consecra. dist. v. Nunquid ubi dicitur: qd omnia sacramenta crucis signaculo perficiuntur. Verum respiciendo textum videtur solum loqui de sacramentis, quæ chrismatis vñtionem perficiuntur. ¶ Quinta conclusio. Solum sacerdos vel episcopus est vñtionis extremæ ministrus idoneus. Patet in explanatione notationis vñtionis extreme. Cum enim vel episcopus sacramentum illud non est de necessitate salutis simpliciter, & absolute: ideo nõ oportet habere ita generalem ministrum: puta laicum, sicut baptisimus ad salutem necessarius. Solum sacerdos ordinatione, & institutione diuina est ministrus huius sacri de necessitate sacri nõ excluso epõ q & ipse e sacerdos. de sacra vñtionem. c. vnico & distin. xcv. cap. Presbyteros. Sed istud. Non sic diaconus, nõ sacerdos. licet possit Christi sanguinem ministrare in necessitate: non tamen potest sacramentum vñtionis dare. Nec oportet plures sacerdotes ad esse in vñtionem infirmi. Si plures affuerint, vnus solus faciet officium, formam proferendo, & materiam intentione debita applicando. Nec

obstat dictum Iacobi, cum dicit pluraliter. Inducant presbyteros. Bonum enim est habere plures intercessores pro infirmo. Solum autem sacerdos: cum vel sine clerico ministrabit vñtionis sacramentum. Si tamen vnus sacerdos, qui facit officium, deficeret, potest alius continuare, vbi ille dimisit. Et cum singulæ particulares vñtiones singulas particulares habent formas: sicut in sacramento panis, & vini: si aures vñctæ sunt, procedat ad alia membra. Si vero aures vna, vel oculus vnus tantum vñctus est incipiet sacerdos in membro illo partim vñcto nõ obstante illo, qd prius facta est partialis vñctio membri geminati in parte vna tantum, secundum Palud. ¶ Quia si legitur quandoq; plures sanctos fecisse vñtiones: & ita non esse de necessitate sacramenti, qd solus sacerdos sit ministrus: Dicendum: qd illa non fuerunt sacramentales: sed medicinales ex gratia sanitatis & curationum. Sacramentalis solis sacerdotibus determinata est. de vñtionem. l. cra. cap. vnico. de verbo. signi. ca. Quæsiuit. & Iaco. v. ¶ Sexta conclusio erit de effectu huius sacramenti. Difficile est hic respondere: cum ad hoc non est clarus textus ex scriptura, vel ecclesie determinatione. & videtur: qd sic possit dici salua sententia saniore. Esset vñtionis extreme est remissio peccati. probatur auctoritate Iacobi. Et si in peccatis est dimittetur ei. & ex tenore formæ cum dicitur. Quicquid deliquisti &c. ¶ Præterea sacramenta efficiunt, quod figurant, vel significant: sed per formam huius sacramenti, & materiam clare exprimitur, & significatur dimissio peccati: igitur hoc efficiunt. Dimittit ergo hoc sacramentum peccatum Luca. 7. Dimissa sũt ei peccata multaz: quoniam dilexit multum. pœnæ dimittuntur propter feruorem deuotionis, & intentionem dilectionis ad Christum. ita & hic multis orantibus pro egro, consequitur eorum oratione remissionem pœnarum. Insuper confertur ei gratia ex opere operato: si est vere pœnitens, & capax gratiæ: ut sic aucta gratia in eo deuotius petere possit remissionem peccatorum a deo. Cõ-

I Cõcl. 6. De effectu huius sacramenti, & est remissio peccati.

feritur gratia ad robur contra demonem, cum iam exiturus est: sicut prius in sacramento confirmationis data est gratia ad robur contra mundum: ut intrepidus cõfiteatur nomen domini coram principibus, & potestatibus &c. Item orante ministro ecclesie orat ecclesia catholica p ægro, in cuius nomine sacerdos facit deprecationem, & orationem. Hinc præmittuntur septem psalmi cum letanijs, & orationes ecclesie a sacerdote ministro: ut scilicet intercedant pro eo: quatenus salubri sine concludere possit: si dominus eum vult de medio tollere &c. Ita vult Durandus. quæst. j. cum dicit Melius est: qd dicatur, qd proprius effectus huius sacramenti est remissio peccatorum. ¶ Sed tunc stat dubium, quorum peccatorum, & an quo ad culpam, an ad pœnam. Est communis sententia: qd solum duo sacramenta conferunt primam gratiam, baptisimus, & pœnitentia. ergo non potest dici, qd vñctio extrema dimittat culpam mortalem: quia contra hunc morbum est pœnitentia in baptizatis, quæ etiam venialem culpam tollit, vt supra. Item quæretur quis: quomodo tollit peccatum veniale: an quo ad culpam tantum, an pœnam, & culpam &c. de hoc supra dist. xv. ¶ Sanctus Tho. vult: qd hoc sacramentum non est institutum directè contra culpam originalem, vel actualem, qua tollitur vita spiritualis anime: sed contra illos defectus, quibus homo spiritualiter infirmatur: vt non habeat perfectum vigorem ad actus vite gratiæ, vel gloriæ. Est ergo institutum ad sanandum infirmitatem peccati: vt sicut baptisimus est spiritualis regeneratio, & pœnitentia quædam spiritualis suscitatio: sic extrema vñctio est quedam spiritualis sanatio, vel medicatio. Cõcludit ille doctor: qd principalis effectus huius sacramenti est remissio peccatorum quo ad reliquias peccati. Ex consequenti verò etiam quo ad culpam, si eam inueniat. Quod videtur sic intelligendum: vt dicitur q. ij. Inungendus si non potest confiteri peccatum sacerdoti ex causa, dolet tamen de commissis contra deum cum proposito confitendi singulas: si tempus, & locus affue-

Dubium, an quo ad culpam, an ad pœnam, quoad pœnam peccata delet hoc sacramentum.

rint: sicq; dolendo cum proposito pœnitentiæ quandoq; consummandæ sumit hoc sacramentum extreme vñtionis stante peccatorum contritione: iam illi infunditur gratia sacramentalis huius sacramenti: & propter bonam suam dispositionem stante pœnitentia in voto, & proposito cessante fictione datur gratia prima. Et sic duplicem consequitur gratiam: vnã sacramentalem: aliã propter pœnitentiam in voto, sine qua vñctio ipsa præcisè non conferret gratiam, nec remitteret culpam stante lege. Et sic vt dicitur. q. ij. in rationum vñtione, ex consequenti tollit culpam, si inuenit: quia sufficit pœnitentia in voto ad hoc, vt subiectum disponatur pro susceptione gratiæ sacramentalis in casu necessitatis: cum non stat per eum &c. ¶ Quod autem dicitur tollere principaliter non reatum culpæ, aut pœnæ: sed reliquias peccatorum, quæ secundum Tho. sunt infirmitas spiritualis manens in mente, non habitus, aut dispositiones præter relicta ex actibus, potest concedi ad sanum intellectum confessæ ad sacramentum confirmationis. Sicut enim in eo augetur gratia, & datur gratia sacramentalis ad robur, ad consistendum fidem Christi &c. perseveranter, & cõstanter in mudo: ita hic datur gratia ad robur exituro contra diaboli, & omnes mentis defectiones potentes venire ex peccatorum commissorum recordatione, ne desperet in domino: sed eius gratia sacramentali adiutus constans permaneat in fide catholica cum spe certa future retributionis, & remissionis peccatorum Christi merito. Item orante pro eo ecclesia consequitur auxilium sanctorum, & remissionem pœnarum &c. Videtur esse magna similitudo huius sacramenti ad sacramentum confirmationis, quod est roboratum: illud infirmorum. ¶ Septima K Cõcl. 7. Vñtionis sacramentum nõ solum spiritualiter curat ægrum, & roborat vt fortis in domino pugnare possit contra hostem malignum exiturus de hoc mundo: sed etiam affert quandam alleuacionem corporalem propter orationes fidei: si ei expedit ad salutem. Pro rituali =

Cõcl. 7. Vñtionis sacramentum nõ solum spiritualiter curat ægrum, & roborat vt fortis in domino pugnare possit contra hostem malignum exiturus de hoc mundo: sed etiam affert quandam alleuacionem corporalem propter orationes fidei: si ei expedit ad salutem. Pro rituali =

De Signo crucis.

H Cõcl. 5. Solus sacerdos vel episcopus est vñtionis extreme ministrus.

Nõ plures possunt ministrare hoc sacramentum simul.

rat egru- batur auctoritate beati Iacobi. Infirma-
 & robo- tur quis in vobis, inducat presbyteros ec-
 rat, sed cleſie, & orent super eum vngentes eu-
 etia af- uabit infirmum; & alleuiabit eum dñs:
 fert qua & si in pctis est dimittentur ei. cap. ij. ait
 dam al- glos. Alleuiabit eu ab infirmitate corporis.
 leuiatio Hinc Marci. vj. dicitur de discipulis chri-
 nem. ſti, q̄ vngebant oleo multos agros, & ſa-
 nabatur. Dicit Beda ibidem. Vnde patet
 ab apoſto. huc modū eſſe traditū: ut ener-
 gumini, & alij agroti vngantur oleo cō-
 ſecrato a pontifice: quod nō poteſt intel-
 ligi niſi de ſacramento vnctionis. Refert
 hic Palud. de quodam inungēdo, qui fuit
 curatus ſucceſſiue, ſicut particulariter
 inungebatur: & cōpleta inunctione tot⁹
 fanatus. Noui ego mulierem honeſtam
 oculorum lumine priuatam, que dū vn-
 gereur oleo ſancto, ſtatim viſu recepit,
 & in ſinem vite uſq; retinuit. ¶ Si q̄ritur,
 a quo cauſatur illa ſanatio corporalis:
 Reſpondet ſan. Tho. Non proprietate,
 vel operatiōe naturali olei: ſiue cōſecra-
 ri, ſiue nō cōſecrari: ſed oparione diuina
 Richar. tenet: q̄ quandoq; ſiat illa cura-
 tio operatiōe nature, & inquantū mētis
 alacritas interior, cōſequitur inunctus,
 redundat in corpus, meliōre diſpoſitio-
 nem in eo cauſando, vel peiorem miti-
 gando. Quādoq; pure ſupernaturaliter,
 effectum, qui eſt ſupernaturalis alleuia-
 tio corporis, ſemper cōſequitur infirm⁹,
 ſi digne hoc ſacm̄ ſuſcipit: & ſi deus no-
 uit ei expedire ad ſalutē. ij. Corint. xij.
 de Paulo contra ſtimulum. Non enim
 debet infirmus petere corporis ſanitatē
 contra anime ſalutem. Et cum neſciat, ſi
 ſanitas corporis ſibi cōducatur, vel nō: di-
 cat: Fiat uoluntas tua dñe. Et cum beato
 Martino, Domine ſi adhuc populo tuo
 ſum neceſſarius &c. Et cum leproſo, ſi uis
 potes me curare &c. Prima pars de alle-
 uatione ſpirituali: patet ex conſiſione
 priore. ¶ Sed diceret aliquis: vnde habet
 hoc ſacramētū producere effectū illū, q̄
 eſt fortificatio inuncti ad pugnam habē-
 dā cum diabolo: ad reſiſtendum quoq;
 innumeris eius machinatiōibus, & tenta-
 tiōibus plurimis, quibus nititur vincere
 moriturū, & cum ducere in barathrū de-

ſperationis ex pctōrum commiſſorū re-
 minifcencia &c. Ad hoc rōndē Palu. diſt.
 ij. q. ij. Vnumquodq; ſacramētū inſtitu-
 tum eſt a deo in ſpeciale remediū contra
 ſpecialē hoīs defectum, ſiue defectus ille
 ſit culpa, ſiue pœna ex culpa dereliſta,
 ſiue culpe debita, ſiue quodcūq; aliud
 conſimile: itaq; in quolibet ſacramēto
 datur aliquod ſpeciale remediū cōtra
 aliquem ſpeciale defectum, q̄ non tol-
 litur per gratiam gratum faciētē p ſe,
 & immediatē: nec per augmentū gratiæ
 gratū faciētis: ſed ſtare pōt cū grā, & de
 facto in pleriq; ſtat cum grā. Vnde licet
 per gratiā gratū faciētē tollatur omnis
 culpa, & pœna æternarū adhuc cum grā
 ſtat pōt pctū veniale, & pœna t̄p̄alis cul-
 pæ debita. Item cōcū piſcentia praua: de-
 ſectus quoq; multiplex in agendis: in-
 clinationes prauæ ad peccatū & ſimilia,
 q̄ ſtat cū gratia. Cū ergo quis ſumit ali-
 quod nouæ legis ſacramētum digne:
 ſic q̄ non ponit obiecm̄ gratiæ: illi ex
 opere operato cōferetur grā gratū faciēs
 ex inſtitutione diuina: & cum hoc gratia
 ſacramentalis, que eſt gratia gratis data
 formata charitate, & non eſt gratia gra-
 tum faciēs, valens in ſpeciali cōtra ſin-
 gulares, & ſpeciales hoīm defectus, quos
 comparatur gratia gratum faciēs. Hoc
 patet in ſingulis ſacramentis. Penitētia
 eſt contra omne actuale pctū. Baptiſ-
 mus contra originale. Matrimoniu in re-
 mediū cōtra cōcupiſcentiā prauā. Cōfir-
 matio contra timiditatem, & verecūdiā
 aduerſus hominē, ſeu mundū. Vnctio ex-
 trema dat in robur contra hoſtem mali-
 gnū t̄p̄e mortis. In ordine datur ſpecialis
 gratia exequēdi officii ecclēſiaſticū. In
 matrimonio: vt ſciat vas ſuum poſſi-
 dere in honore, & ſanctificatione. In Eu-
 chariſtia, vt in fortitudine cibi illius am-
 bulare poſſit hō ad montem dei Oreb.
 Illa ergo gratia ſacramentalis, que eſt
 alia, & alia in ſingulis ſacramētis, eſt grā
 gratis data: ſi ſuppones tñ gratiā gratū fa-
 ciētē, quā quis cōſequitur ex ope opa-
 to: ſi ſumendo ſacramētū nō ponit obij-
 cem gratiæ. Nec ſufficit dicere ſecundum
 eundē, q̄ effectū vnus ſacramēti aliud
 ſacm̄ plenius opatur: & modo ſpeciali:

Omnū
 ſacramē-
 torum
 effectus.

vt puta per baptiſmum actualia pctā ple-
 nius remittantur: quam per ſacramētū
 penitentiæ: ſi ſufficere vnā grā: &
 nō oportet gratiā ſacramentalē ita mul-
 tiplicare: vt nunc dictū eſt. Ratio eſt ſe-
 cundum eundē: quia illi effectus ſpecial-
 es conſequuntur gratiā gratū faciētē p
 acciēs, & nō p ſe. Si. n. ſpecialia remedia
 i alijs ſacramētis eēt p ſe ex gratia gra-
 tū faciētē, & virtutibus p ſe, qui inſundū-
 tur in ſacramentorum ſuſceptione: & nō
 p acciēs. Eucharistiā plus remediaret
 ad omnia, quā cetera: & ſic alia ſupflue-
 rent. Ita videtur ille doct̄or velle. Qui-
 bus nūc dimiſſi in ſuo valore tenēt plu-
 rimiq; nulli habitus inſuſi ſunt ponēdi:
 niſi vbi cogit ratio experientia, vel
 auctoritas ſcripturæ, & ſanctorum. Hæ-
 enim ſunt rationes ponēdi habitum, ut
 ſupra diſtinct. xxij. & xxxij. tertij. Col-
 lec. Cum verò nulla ratio, vel experien-
 tia, ſeu auctoritas ſcripturæ cogat pone-
 re huiusmodi gratias ſacramētales a grā
 gratū faciētē diſtinctas: & pluralitas eſt
 vitāda, vbi ad eā neceſſitas nulla cogit:
 ideo declinat̄ aliquis ab illo dicto. Pa-
 ri. n. ratione dicendū foret nō eſſe vnā,
 & eādē gratiā ſacramentorū. Itē nō eēt
 in uno homine vnā, & eādē gratiā gra-
 tum faciētē totalē. Itē nō fuſſe vnā
 gratiā in patribus, & eorū ſucceſſorib⁹.
 Niſi ſacramēto aliquo munitus velit
 qualēcūq; experientia allegare ex do-
 ni alicuius perceptione. & ad bonum in-
 clinatione &c. ¶ Corollariū. Pie teneri
 pōt dñm deū hoc ſacramētū vnctionis
 inſtituiſſe, p ſalute iſſimorū, & vltra gra-
 tiam gratum faciētē, quam cōfert nō
 ponenti obijcēs: ſicut, & cetera nouæ leg-
 ſacramēta, ex paſſionis Chriſti merito
 ſit exituro medicāmētū ſalubre reſiſtēdi
 rētor̄i diabolo, q̄ tunc plurimū eius in
 ſidiar̄ calcaneo. Cum. n. hō naturaliter
 diligit corpus ſuum, Eph. ij. ideo tūc
 pl⁹ ſibi timet, cū veriſimiliter cognoscit
 ſibi de ppinquo iminēſ multifarū pœnā
 ppter pctā præterita, que forte cogitat
 non eſſe ſufficienter deteſtata. Occurrūt
 deniq; homini morituro viſiones horri-
 biles. Ioan. vlt. Ideo neceſſe eſt ei: vt qua
 ſi pugil inungatur contra dēmonem tūc

Coroll.
 Pia opi-
 nio.

plurimum inſeſtum; ſicut confirmandus L
 inūgitur contra mundum. ¶ Octaua cō- Cōcl. 8.
 cluſio. Alleuiatio corporalis: eſt ſacramē Alleuia-
 ti vnctionis effectus, non primarius, ſed tio cor-
 ſecundarius. Patet ex dictis. Hinc effe- poralis:
 ctus ille non exprimitur in forma huius eſt eſſe-
 ſacramēti ¶ Corollariū reſponſiū. ctus ex-
 Vnctionis extreme ſacramētum eſt a tremæ
 Chriſto contra duplicem animæ, & cor- unctio-
 poris morbum inſtitutum, ſalua limita- nis.
 tione præmiſſa. ¶ Quantum ad articulū Arci. 3.
 tertium mouenda ſunt dubia. Primum Dub. 1.
 dubium eſt. Cui hoc ſacramētum ſit ex Cui hoc
 Chriſti inſtitutione, & ecclēſiæ catholi- ſacramē-
 cæ ritu dandum? An ſanis, an pueris tum ex
 ratione caſentibus, an fatuis, & furio- Chriſti
 ſis, an omnibus infirmis, & morituris, inſtitu-
 an innocētib⁹, qui nunquam peccate tione, &
 rūt: & ſic de ſimilib⁹. ¶ Ad primum. So- ecclēſiæ
 lis infirmis dandum eſt hoc ſacramē- ritu dā-
 tum, ut ſupra. & ex verbis beati Iacobi. dum.
 ca. ij. Et Marci. vj. legūt̄ur apoſtoli infir-
 mos oleo vnxiſſe. Huius poteſt eſſe ra-
 tio poſt Chriſti inſtitutionem, & laudabi-
 lem ecclēſiæ ritum. Nam illa, q̄ in ſacra-
 mentis geruntur interius, debent ſignifi-
 cari per ea, que ſunt in ſacramentorum
 vſu, vel ſuſceptione exterius. ſed effect⁹
 interior, & principalis huius ſacramēti
 eſt ſanatio languētis aiḡ iā ſepandē ⁊ cor-
 pore p mortem. ut dictū eſt: ideo debet
 habere ſuam ſignificationem in illo, cui
 conferitur. Hæc enim ſignificatio videtur
 eſſe de eſſentia ſacramēti. Talē autem
 habet in infirmo iā morituro, & nō in ſa-
 no. Et licet qñq; ſit maior neceſſitas ſpi-
 ritualis curatiōis in ſanis corporaliter:
 quā in infirmo corporaliter: tamē pro-
 pter defectū reſpresentationis huius cura-
 tionis in ſano corporaliter: nō ſanis, ſed
 infirmis dari debet. Sufficiens deniq;
 ſanis prouiſum eſt per alia ſacramēta,
 quorum uſū, ac personali deuotione a
 peccato, & peccati pœna ex purgari. Sūt
 enim baptiſmus, & penitētia directē, &
 principaliter inſtituta cōtra pctū origi-
 nale, & actuale: & ſi alia ſacramēta cul-
 pā remittunt, hoc eſt propter incluſio-
 nē ſacramēti penitentiæ in voto: ut ſupra.
 Nec impedit: q̄ infirmi inuncti non ſem-
 per curantur corporaliter: licet curēt̄ur

Spiritualiter, si indigent, nisi ponant obicem. Sicut, & in baptismo, stat corpus non lauari proprie per forium ablationem (pono, quod non habeat sordes, & immunditias) sufficit enim, quod illa ablutio, vel asperio, vel immersio sit de sui natura representatiua ablationis corporalis, & quantum est de se nata sit abluere corpus. Si dicitur ergo similiter hoc oleum erit de se natum curare corpus: & ita oleum infirmorum erit medicina generalis omnibus morbi; quod videtur absurdum, & contra experientiam. Dicendum, sufficit illam materiam de sui natura esse lenitiuam, vel curatiuam vulnerum conuulsi tantum. Hinc dicitur: Vulnerus, & liuor, & plaga tumens non est circum ligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Esaias. j. Nec obest glossa. Iacob. ij. ut eam allegat San. Bonauent. Infirmatur quis mente, & corpore, scilicet vel fide: quia disunctiue loquitur, & infirmitate supponit corporis. Sicut ergo baptismus non est omnium intrancium, sed illorum tantum, qui sunt extra uterum in parte, vel in toto, & abluitionis corporali possunt subesse, representanti abluitionem internam anime in esse, vel in fieri: ita unctio est solum illorum exentium, qui corporali sunt infirmitati subiecti, & allevatione indigent. Secus si qui sani ex instinctu spiritus sancti uncti leguntur, & statim mortui. Deus enim suam potentiam sacramentis non alligauit. Ad secundum. An scilicet sit dandum pueris ratione carentibus, fatuis, & semper furiosis: Responderetur, quia sacramentum illud est institutum dumtaxat contra peccata actualia, ideo his qui non potuerunt peccare peccato actuali, scilicet pueris, & perpetuo furiosis, & fatuis, siue baptizatis, siue non baptizatis: & alijs quibuslibet: rationis usum carentibus sine interuallo lucido, non est danda sacramentalis infirmorum unctio. Patet: quia esset mendacium in forma cum dicitur. Quis quid deliquisti &c. Tales enim non peccarunt actualiter. Originale autem peccatum in baptismo dimissum est. Item secundum Richar. & Thomam: hoc sacramentum exigit deuotionem in susci-

piante: & ideo sicut Eucharistia non datur pueris: ita nec hoc sacramentum. Hoc s. Bonauent. colligitur ex serie verborum beati Iacob. cum inquit, Inducat presbyteros &c. Et si in peccatis fuerit. Hoc autem scilicet inducere, ponere: & in peccatis actualibus esse, est solum adultorum. Posset dici: sicut hoc sacramentum est hominis penitentis: ita deuotionem habentis. Nec datur directe contra reliquias originalis peccati: nisi in quantum autem sunt per peccatum actuale. Et ideo licet in pueris etiam reperiantur infirmitates: non tamen ex actuali: sed originali peccato dumtaxat causate. De furiosis, & amentibus ait. Si habent lucida interualla, & speratur eorum conualescentia: non debet inungi: sicut nec baptizari. Si autem non speratur conualescentia: nec etiam in sanitate constituti petierunt sibi hoc sacramentum dari: non tamen sunt excommunicati: nec uita praua fuerunt ante lapsum: sed bene presummi debet, quod non fuerunt immemores salutis proprie: sed si preuidissent hunc statum futurum, petuissent, aut uoluissent sibi tunc unctioem dari: & ita presummi debet: quod petierint, & uoluerint inungi: saltem habitu, & secundum mentis preparationem. Hinc non debet eis unctio extrema subtrahi ceteris paribus, licet tunc non habent actualem deuotionem: nec habere possunt. Dicitur est ceteris paribus: quia si facerent irruentiam sacramentum, cum illud sacramentum non est necessitatis simpliciter: estimo eos non fore inungendos tunc. Attamen reputat probabile: quod tales furiosi deberent ligari, & inungi, quia de per accidens extrema unctio potest esse de salutis necessitate: ut si quis est solum attritus: & non contritus, nec confessus: nec potest confiteri tunc in hoc casu ceteris paribus furiosus debet inungi: licet nesciat quid sit: & sufficit deuotio precedens, quo sic inunctio ex attrito sit contritus &c. Hoc non quod

Debet fieri confessio in hoc sacramento.

N drat. ideo infra laicus examinatur. Ad tertium: An omnibus infirmis, & probabiliter de proximo morituris: Dicendum, quod non: quia non his, qui nunquam peccauerunt actualiter. Hinc beata uirgo, que tota pulchra est sine omni macula peccati, non uenit inungenda. Sic nec beatus Ioannes Baptista, qui in utero sanctificatus, nunquam creditur actualiter peccasse. Non enim deliquerunt quocumque sensu: sicut & pueri, qui licet baptizati sint, & contraxerint originale, cum non peccauerunt actualiter, non inunguntur: ut supra. Sed esto: quod aliquis adultus baptizatur in lecto mortis: ut refert Palu. de patre sancti Augusti. quæst. iij. huius distinctio. nunquid talis uere baptizatus est, & ita immunis ab omni culpa, uenit in mortis articulo inungendus? Responderetur; quod sic: quia restat ei pugna contra hostem: & sicut peccauit, ita & facile potest peccare, cum habet rationis usum, ideo necessesse est: ut spiritualiter contra eum armetur. Et licet sit sibi remissa pena, & culpa omnis peccati in baptismo: manet tamen in eo debilitas quedam, & eger tunc nunimine contra hostem malignum. Secus de paruulis in utero sanctificatis, & similibus, qui non peccauerunt actualiter.

Coroll. Corollarie sequitur. Non solum illis, qui indigent penitentia: sed etiam qui non indigent, peccarunt tamen actualiter, quandoque danda est unctio extrema. Item unctio extrema non debet dari ultimo supplicio plectendis: & ad mortem danatis: licet sint ex horrore penarum infirmi, ut est casus possibilis. Nec propter rationem Petri quod iij. quia scilicet sunt infames in facte ecclesie: ut etiam inuere uidetur sanctus Bonauent. quia pari ratione non deberet eis dari Eucharistia: immo longe minus. Quod etiam concedere uidetur Palu. cum tamen expresse teneat oppositum dist. ix. quod iij. iuxta finem questionis, allegans ad hoc ca. Super eo de hereticis li. vi. ubi penitentia, & Eucharistia non negatur relapso, cum paratus est incendio. Et distinct. lxxxvj. Cum tanta etiam excommunicato, & cuiusque in morte non negatur pe-

nitentia: nec per consequens, uictum, quod in penitentia inclusum intelligitur. de peni. & remis. ca. Quod i te. Sed quod dictum Palu. stare non possit, cum dicit damnatis ad mortem forte non danda esse Eucharistiam, ostendi potest multis canonibus patrum. Quamuis enim institutio sacramenti Eucharistie, & eius communicatio sit iuris euangelici. Luc. xxij. tamen determinatio temporum, & personarum, quæ & quando illud sumere debeant, est ex ordinatione iuris canonici post legem euangelicam ab apostolo promulgata. j. Corinth. xj. Ea siquidem, quæ Christus circa hoc preceptum non expresse docuit, & disposuit: reliquit apostolis, & ecclesie constituida. de conse. dist. ij. ca. Liqueo. Hac enim uictoria emanauit cap. omnis utriusque. de po. & re. cum multis alijs capitulis. Hinc ait Paulus de Eucharistia sacramento scribens. Cetera, cum uenero, disponam. j. Corinth. xj. Et quia clara canonum inspectio patet eucharistiam non esse negandam ultimo supplicio plectendis, aliquos adducere placuit. Primum est clarus textus. xij. quod ij. ca. Questio: ubi notatum his, qui in patibulis suspenduntur, in sine communio esse danda statuitur. Communionem uero patres, & doctores uictum nominant. xxvj. quæst. vj. Qui recedunt. Item in c. ij. de iuris dicit textus: quod si fures, & latrones comprehensi fuerint confessi, communitio eis non negatur: & in ca. prius allegato Super eo. de hereticis li. vi. ubi hereticis relapsis, qui sine audientia relinquuntur seculari potestati, si penituerint, Eucharistia non negatur. & tunc hereticis, & in se, & in pena enormius est crimen. ca. Quid in omnibus. xxxij. quæst. vij. facit ca. Vergentis. de hereticis. & cap. Quid autem. xxij. quæst. iij. Insuper textus in Clementina prima. de po. & remi. disponit: quod moneri, & coeerci debent iustitiam per locorum ordinarios: & si necesse fuerit ecclesiastica censura compellere iustitiam omnes, & dominos temporales: ut ultimo supplicio deputatis non denegent penitentiam sacramentum. Et dicit glossa. Ioan. Andr. Idem de Eucharistia. & alle-

Danati ad mortem debent esse communicati ad sacramentum penitentiam.

M Dub. 2. An sit dandum pueris, & ratione carentibus.

gat textum optime probantem in cap. Quod in te, de pœni. & remis. ubi per generalem quandam interpretationem, & declarationem disponens Inno. tertius: In illo uerbo inquit, per quod pœnitentiam morientibus non negamus, uaticum etiam, quod uere pœnitentibus exhibetur, intelligi uolumus ut nec ipsum decedentibus negetur. Et in illo, quod sequitur in textu nunc allegato. Licet aut per generale interdicitur de negetur omnibus tamen unctio, quâ sepultura ecclesiastica, concedimus tamen &c. In illo inquam, textu quidam se fundant uolentes unctio nem esse dandam ad mortem damnatis: cū hic uideatur esse prohibitum tēpore interdicitur: & nō hic cū plectendi sunt ultimo supplicio. Ex quo .n. nō est prohibita, uidetur esse cōcessum: & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Sed certē lex distinguit quia lex diuina Marci vj. & Iacobi. v. statuit hoc sacramētum infirmis. Sic habet ritus ecclesiæ, & ius scriptū positum. xxvj. q. vj. Ab infirmis: & in periculo mortis. Itē dist. xcv. cap. Illud, ubi ostēditur episcopi nō esse prohibitum inungere infirmos. Itē de uerborū signi. ca. Quæsiuit. Item de sacra unctio ne cap. vnico. In his omnibus textus loquitur de infirmis: sed dānati ad mortē, nisi gladio plecterētur, nō essent morituri: ergo nec infirmi. Præterea maxima ratione sic interpretatū esse uidetur: q̄ in pœnitentia uaticū includatur: quia secū dū Sco. in iij. dist. ix. nō requiritur maior diligentia ad dignē cōmunicandū, quā ad securē moriendū. Sed potest aliquis ultimo supplicio deputatus securē mori posita peccatorū suorū perperī detestatione, ac proposito satisfaciēdi: & deinceps rectē uiuēdi. Cum ergo quis sic detestatur peccata sua, quæ cōmisit in genere, & in specie: securē moritur: ergo & dignē pōt cōmunionem recipere. Ex cōsequēti Eucharistia non est ei deneganda, nisi aliud ob sit impedimentum, quod hic nō apparet. Iniuste ergo priuatur quis uaticū sibi tunc exituro saluberrimo, & ne cessario. ca. Is qui de corpore. xxvj. q. vi. Quam obrem uidetur esse contrariū fraternæ charitati, & honori dei, priuare ho-

Unctio
datur in
firmis.

minē moriturū uaticū sine causa, & de merito: & est abusus damnabilis. ubi supra in Cle. Nulli. n. dubium: quin pœnē temporales non in odium personæ: sed delicti fulminentur: ne impunitas alijs incentiuum tribuat delinquendi. xxiii. q. iij. cap. Est iniusta. in mo frequentē deus flagella, & infirmitates infligit: ut homines conuertantur ad deū. Nec habet hic locū replica quorundā dicentium: q̄ impediretur executio iustitiæ: q̄ tales immunitatē cōsequerētur per cōmunionem corporis Christi: ut ostenditur in glos. dicti cap. Quæsiuit. xliij. q. ii. Nam propter cōmunionem non cōsequuntur immunitatem ecclesiasticam. & priuilegium ecclesiæ non debet trahi ad consequentiā. Et ideo communicati Eucharistia non gaudent libertate ecclesiastica, sicut fugientes ad ecclesiā: licet Eucharistia maior sit omnibus. Hoc enim est priuilegiū ecclesiæ tantum: & ita non debet trahi ad consequentiā. ¶ Et potest hoc cōfirmari primō. Cū habetur aliquis castus clarē expressus, & extensus: illa extensio nō potest, nec debet fieri sorte ex quadam similitudine, aut similitate qualicūq; causæ hic, & alibi ad aliū casum non sic extensum, & expressum: nisi ex præsumpta tacita mente legis, quæ cessat: quando ex dispositione iuris apparet contrariū: quemadmodum in proposito sit: ut patet intuenti textum in dicto cap. Super eo de hære. lib. vi. ubi relapsis hæreticis cōmunitio non negatur: & nihilominus sine ulla audientia relinquendi sunt iudicio seculari. quod utiq; non fieret, si immunitatē cōsequerentur ex illa cōmunionē Eucharistia. Igitur immunitas confugiētiū ad ecclesiā in cōmunicandis, vel cōmunicatis ultimo supplicio plectendis nō habet locū: quia hoc ex nulla lege tacite haberi potest. Item argumentum a simili in mere positiuis non quadrat. Nec sequitur in mere positiuis: ubi eadem causā: ibi eadem lex: nisi per uerbum potest. Et ex illo casu nūc allegato de hæretico relapso etiā patet: q̄ non impeditur ex hoc executio iustitiæ: quia ille cōmunicatus nihilominus traditus fuit iudicio seculari. ¶ Secun-

Relapsus hæreticis cōmunitio non negatur.

dō: quia licet illa extensio priuilegiij cōfugientium ad ecclesiā ad corporis Christi percipiōnem esset fauorabilis damnato ad mortem: quia tamen esset cōtra alium fauorem, scilicet celere iustitiæ executionem, in qua utilitas reipublice uersatur: ideo non potest fieri extensio casus scripti ad non scriptum ex identitate rationis. ¶ Sed forte contra conclusionem quis instat per cap. Si quis episcopum. ij. q. iij. Et cap. Epiphaniū. v. q. vi. ubi statuitur: q̄ qui falsis criminibus episcopum presbyterum, aut diaconum impetierit, etiam in fine cōmunionē priuatur. Ad hoc dicitur: q̄ ille textus interpretationem, & limitationem recipit ab alia constitutione ut intelligatur, nisi resipuerit: ut dicit textus in cap. Pos qui. iij. q. x. Sicut enim in canone biblicæ frequentissime textum textus exponit, & dilucidat, ita non est nouum: ut lex ad legem trahatur: ut cūteur correctio. de Electio. li. vi. cap. Cum expediat concordare iura iuribus: & eorū correctiones, si sustineri ualeant, uitari &c. Nec obstat cap. Placuit. xxliij. q. v. quia expressē loquitur de his, qui impœnitens in suis sceleribus moriuntur: vel qui actu facinoroso seipso ferro, ueneno, aut alias interimerit, ut faciunt homines desperati sese occidentes. Et ita non est ad propositum. ¶ Nec potest adduci longeuū temporis consuetudo, aut consuetudo huius, vel illius loci, in quo damnati ad mortem non perceperunt cōmunionē: quia consuetudo illa cum sit legi, & rationi contraria: nullus est roboris, vel momenti. per Cle. j. de pœni. & remis. ubi nominatur abusus dānabilis, & inuigetur locorum ordinarij, ut ab usum hūc damnabilem etiam per censuram ecclesiasticam extirpent. Et licet Cle. illa loquatur de pœnitentiæ sacramēto: tamen ut patuit ex legislatoris interpretatione in ca. Quod in te. eo. ti. includitur in pœnitentiā uaticū: quod est Eucharistiæ sacramētū. ¶ Nec pōt hic diuersitatis ratio assignari. illa. scilicet Eucharistia non est de salutis necessitate, sicut pœnitentiā: quia utrumq; in mortis articulo est de salutis necessitate, si haberi potest: ita Eu-

charistia sicut pœnitentiā. Quia si nō potest haberi sacerdos hoc, vel id conferens sufficit bona uoluntas absq; sacramentali mā. iudicatione: sed nō sine manducatione spirituali. Sicut sufficit peccatorū detestatio cum proposito contēdendi pro loco, & tempore, cū sacerdos haberi nō potest, ad bene moriendum, cum non stat per peccatorem, quo minus confiteatur, vel communicetur. ¶ Adducit hic ab aliquibus, & illa ratio. Ex inhabilitate susceptionem sacramenti alicuius, consuetudo non potest facere habitū, & idoneū patet in cap. Noua de pœni. & remis. ubi nulla consuetudine potest induci feminas ordinari in officia presbyterorum. Facit in arti. cap. Quāto de consuetudine. ubi probatur: q̄ ad collationem alicuius sacramēti cōsuetudo nulla inhabilitate potest ut loquitur ibi textus de sacramento cōfirmationis: quod dābant simplices sacerdotes solam consuetudine pro se habētes, ergo nec ad susceptionem eius: quia correlatiōrum eadem est doctrina. Ex quo inferunt: q̄ neque habilis ad sacramentorum susceptionē potest inhabilitari per consuetudinem. Cum ergo damnati ad mortem, sine ad ultimum supplicii sint habiles ad cōmunionē ex dispositione iuris ut supra patuit: ergo per cōsuetudinem nō possunt inhabilitari: maxime cum consuetudo non dandi cōmunionem huiusmodi plectendis sit laicorum consuetudo: quibus in spiritualibus nulla competit facultas statuendi; neq; iure scripto: neque non scripto. ca. Laicis. xvj. q. vij. cū similibus. Nec per consuetudinem possunt illam præter here. ca. Messana ecclesia. de elec. ¶ Ad maiore, cum dicitur. Ex inhabilitate susceptionem sacramenti alicuius consuetudo non potest facere habitū, & idoneum: potest quis dicere: q̄ non est simpliciter, & indistincte uerū. Nā cū cōfessio pœnitentiæ sit de lege diuina, est tū quo ad tempus de lege positua: ut in c. Omnis utriusq; de pœni. & remis. Cum autem sacerdos uolēs celebrare habet peccatum mortale nec confessum, nec contritum, est inhabilis simpliciter ad susceptionem sacramenti: ut patet ex doctrina

Nulla consuetudine pōt induci feminas ordinari in officia presbyterorum.

Apostoli. j. Corinth. xj. tamen posita peccati contritione, potest per consuetudinem habitari, sic q̄ non teneatur prius confiteri. Quia enim nunc tenentur ad confessionem cum celebraturi sunt extra tempus paschale: puto esse ex sola consuetudine. Sic de sumere volentibus alia sacramenta: dicendum: q̄ tenentur præmittere confessionem sacramentalem in loco, ubi est illa consuetudo: q̄ confessio præmittatur. alias videtur sufficere peccati detestatio cum proposito confitendi. Et ita consuetudo illum facit inhabilem, si prius non confiteatur: cū alias ex parte illa (saltem posita peccati contritione, & proposito confitendi) esset habilis. ¶ Sed forte illa maior loquitur in alio casu: vt puta de ordinatione personæ in habilis ex lege diuina ad actus clericales exercendos. ¶ Ad regulam de correlatiuis dicendum: q̄ non est vniuersaliter ueracur alibi ostenditur. Nam iniuriam pari non est peccatum, sed facere; & percutitur quis iniuste, & fert lesionem iuste percussus iniuste. ¶ Præterea illa consuetudo non communicandi damnatos ultimo supplicio, est actus de se maius, & contrarius legi diuinæ, fraternæ dilectioni: & iuri communi: ergo non est consuetudo: sed corruptela, & prorsus irrationabilis. Quia sit de se malus actus, pater: quia est de genere malus: & contrarius legi diuinæ. Est quoq; contrarius iuri communi, & institutioni ecclesiæ. in Clem. j. de pœ. & remis. Lex vero diuina vult, vt homo non inhabilis suscipiat hoc sacramentum, & viaticum. Ioan. 6. Illi autem possunt esse habiles, si penitentur, & sūt de corpore Christi mystico, & volunt mortem subire pro distamine iustitiæ, tanquam pœnam peccati, & non sunt prohibiti, nec lege Christi, nec ecclesiæ. Sed in Clem. j. de pœni. & re. habetur: quod sunt communicandi: & q̄ oppositum facere est abusus damnabilis, quodq; per ordinarios debent compelli iustitiarj, ut Eucharistiam tribuāt &c. Nulla ergo consuetudine rationabili potest eis auferri in detrimentum salutis eorundem, quod iure diuino eis debitum est. Priuatur vtiq; gratia sacramentali, quæ ex o-

pere operato debetur susceptioni, & m̄ dicationi sacramentali. Nec potest dici; q̄ ratio huiusce consuetudinis, attentis circumstantijs, loci temporis, & personarum &c. vincat rationem legis diuinæ, & ecclesiæ de communicando morituros: vt supra. Nec cessat ratio legis: quia penitentur: & sunt in articulo mortis, & indigent viatico &c. Nec facit id, quod quandoq; ad iuratur, scilicet q̄ fiat in terrore m̄ ceteris: quia non sunt faciēda mala, vt inde proueniat bona: & malorum correctio nihilominus habet executionē suam. Quis enim dubitat illam manducationem sacramentalem (cum persona illa secundum legem dei non est inhabilis) esse magnæ utilitatis iam iam in agone certaturo? ¶ Ideo videtur finaliter dicendum: si precepto de fraternæ dilectione non potest per consuetudinem derogari: vt puta q̄ non sit iuris diuini: & nō liget (si pro quia) non potest iudex ille a gravi peccato excusari; quin delinquat in proximum suum, ipsum diuinissimo sacramento priuando, quod nihilo magis ad eius pertinet iudicium, quam sacramentorum institutio, & administratio. ¶ Hæc cū submissione adducere placuit: vt salua maneat sententia Petri de Palude, quæ est vera, dist. ix. iuxta finem, & tam diuino, quam humano iuri consona. ¶ Sed quid de recluso in carcere perpetuo: vt inibi finem faciat vitæ suæ propter nefas, quod commisit: an sit in mortis articulo inungendus? Item rixantibus aliquibus si quis lesus moritur ex illato vulnere, prius vtiq; inungitur, si petit verè, vel interpretariue inungi. Et quare non pari lege inungitur cruciatus ex tortura carceris, q̄ moritur, si alias non occideretur? Ad illa dicitur: q̄ sic reclusus potest, & debet inungi cum ex naturali infirmitate occasionata forte per carceres appropinquat ad exitū. ¶ Quid si aliquis detentus in carcere, inficeretur peste? Vtiq; esset inungendus ceteris paribus: sicut & alij infirmi: & differenda esset iustitiæ executio. Sic si ex carcere incidere letalem infirmitatem, q̄ probabiliter patatur moriturus de proximo, si carnis vitam non auferret, existimo talem

Dub. 1. Quiddam recluso in carce pro perpetuo a sit in mortis articulo inubgendus.

talem inungendum fore. Et laici in contrarium agentes, vel statuentes contraveniunt fraternæ dilectioni. ¶ Secundum Dub. 2. an sicut in ecclesia, vel loco sacro inungere? ¶ Quia solum in valetudinis lecto inungendi sint infirmi: videtur habere vetustissima ecclesiæ consuetudo. Præterea hoc videtur conducere significationi effectus huius sacramenti, qui est infirmi alleviatio secundum beatum Iacobū. Itē nō debet dari nisi probabiliter ex infirmitate morituris. sed tales nō sūt, vt videtur, ambulare potētes: & nōdum valetudinis lecto decumbentes. Hi enim censentur sani: & ita inhabiles ad perceptionem huius sacramenti. ¶ In oppositū verò q̄ pestilentici, & verè infirmi possunt nēdum in valetudinis lecto: sed & in alio loco honesto, & maxime in ecclesia consecrata, in qua communionē perciperunt, vel percipient, inungi: sic potest ostendi. Id quod circa sacramenti alicuius perceptionem, vel collationem nec Christus sacramenti institutor: nec apostolus aliquis sacramenti promulgator, nec ecclesiæ: nec concilium graue: nec papa: nec quicumq; alius superior verè, vel interpretariue prohibuit: videtur esse cōcessum, & licitum: maxime cū nō ē cōtra bonos mores: sed conducit fidelium deuotioni, & pietati. Sed inungere pestilentium inungendū in loco sacro, aut alio loco honesto extra valetudinis lectū est huiusmodi: ergo. Maior nota, & est Aug. ad Ianuarium epistola. xij. Quæ nō sunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem melioris vitæ, vbiq; institui, vel instituta videmus, non improbemus: sed etiam laudando sequemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, vt amplius detrimentum sit. Minor probatur: quia Christus sacramentorum institutor nullum locum determinauit vnctioni. Nec beatus Iacobus &c. Inunguntur enim aliqui in sella, cum jacere non possunt: vel cum id plus conducit vel infirmo, vel sacerdoti. Tum in tabulina, seu stupa: tum in cubili: tum in campo &c.

Nec constat de quacunque superioris prohibitione. ¶ Quia non sit contra bonos mores: sed conducit fidelium pietati, deuotioni, & ad meliorem vitæ profectum, probatur. Illud conducit fidelium pietati, & deuotioni, quod plurimum remouet prohibens deuotionem, & hominis pietatem, & affert conducent ad pietatem, promouetque ad vitæ melioris profectum, & latius culum. Inungere infirmū moriturum in loco sacro, saltem pro loco, & tempore cum aegritudo id commode sustinere potest &c. est huiusmodi: ergo consequentia bona. Maior nota. Minor probatur. Nam ob hoc dedicatur Ecclesia, & quali primum baptizatur, vt in ea postmodum homines ad salutem regenerandi baptizentur. ait Hugo de sancto Victor. libro. ij. parte. v. capitu. j. loquens de dedicatione ecclesiæ. subiungēs. In qua cetera omnia sacramenta celebrantur. Hinc præmittuntur exorcismi ad fugandum, & expellendam potestatem inimici, ne impediatur ibi salutē querentes. Cuius exemplū ponit beatus Grego. iij. dia. c. xxx. Propter quod & locus ille terribilis demonibus dicitur. Conferunt quoque intrantibus ecclesiæ intrinsecus quedam deuotionis virtus, vt incensus secluso maligno suo famulentur creatori. Huic consonat illud Heliodori verbum. ij. Macha. iij. dicentis, quod in templo vere sit virtus quedam dei. Nam ipse, qui in coelis habet habitationem, visitator, & adiutor est loci illius. Beatus Thomas parte. iij. quæst. lxxxij. articulo tertio dicit ecclesiam ex consecratione consequi quandam virtutem spiritualem, per quam apra redditur diuino cultui: vt homines deuotionem quandam ibi recipiant, qua paratiores sint ad diuina, nisi hoc propter irreuerentiam impediunt. Ex quo quidam sumunt: quod per ingressum ecclesiæ consecrata remittantur venialia. Hinc cæcogressum nit ecclesia in profa. Hic nouam pro ecclesiæ lem gratia parurit secunda spiritum sancto. Angeli ciues visitant hic suos: surte remittunt vnuerfa corporis nocua, pereunt peccatrici animæ crimina. quod & ad venialia

sacram pertinet vnctionem: Præterea secundum doctrinam beati Iacobi ad infirmum inungendum inducendi sunt sacerdotes, ut orent super eum vngentes eum in nomine domini, & oratio fidei saluabit eum. Sed ad orare volentes inquit dominus. ij. Paralip. vij. Elegi, & sanctificauit locum istum: ut sit nomen meum ibi in sempiternum: & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus, & aures meæ erectæ erunt in orationes eius, qui in isto loco adorauerit. In isto notanter dicit quem elegit, & sanctificauit templum scilicet. & Deut. xij. Ad locum, quem eligit dominus, venietis: & offeretis in illo holocausta, & victimas. Et prouerb. ix. Sapientia ædificauit sibi domum: excidit columnas septem in molauit victimas, miscuit vinum, & posuit mensam. que vtiq; non ad literam, sed typice sunt intelligenda. Dicit Psal. in iij. distinct. xv. quæst. v. ar. ij. q. oratio plus valet in templo consecrato, q. non consecrato: iuxta illud. Adorabo ad templum sanctum tuum. Non enim sine causa tam solemniter consecratur: ergo &c.

¶ Præterea pro hominum custodia: ne orare volentes in templo molestentur a demone: posuit dominus angelorum custodiam. Esa. lxij. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt &c. Certum uero est Hierusalem cœlestem, que libera est, & mater nostra, non opus habere custodia. de qua propheta. Posuit fines tuos pacem. Et iterum. Portæ eius non claudentur per diem, nox non erit in ea. Nullas enim uicissitudines patitur Hierusalem mater nostra. Custodia ergo illa nobis deputata est in nostro templo: ut muros defendet, & eos, qui murorum ambitu continentur. ait beatus Bernardus sermone. iij. de dedicatione templi. Cum ergo locus sacer a deo electus sit, & sanctificatus ad dei cultum, angelorum deniq; custodia munitus, propulsatis dæmonibus per exorcismos: ibique singularis dei virtus eluceat: multa denique daturum se promisit dominus orantibus in templo Salomonis. iij. Regum viij. Tu

tius ergo, uilius, & salubrius suscipitur hoc sacramentum, quod oratione confertur in loco consecrato orationi, & cultui diuino dedicato, quam in loco phano ceteris paribus. Attamen etiam extra ecclesiam tunc suscipitur. Et sic dicitur de sancto Hieremia. ij. Macea ultimo. Hic est, qui multum orat pro populo, & pro sancta ciuitate Hierusalem, in qua olim prophætie officio functus fuit. Ita dici uere potest de ceteris ecclesiarum patronis: ut patet ex sanctorum legendis. Cum deniq; sit in templo dei scripturarum frequentatio, orationum instantia, relique sanctorum, uisitatio, & domini, & angelorum &c. non est, qui diffidere possit: quin hæc omnia fidelium promoueat pietatē, & deuotionē. Sūt quoque ibi picturæ, & imagines sanctorum; ac utriusq; testamenti volumina: & quis nesciat picturas esse laicorum libros, quibus ad salutem, & dei honorificentiam instruantur, & moueantur &c. Item secundum doctrinam Hugō. ubi supra. Ecclesie dedicatio est ueluti eius primaria baptizatio: ut in ea postmodum hoies ad salutē regenerandi baptizentur, in qua cetera omnia sacramenta celebrantur. Illud non potest intelligi de sola hominis regeneratione per baptismum: sed & de alijs sacramētis: ut puta cōfirmatione, eucharistia, ordine, matrimonio, penitētia, & vnctione extrema: dum saltem in ecclesia commode suscipi potest ab infirmo. Nec uidet ratio diuersitatis de uno sacramentorum plus, quā de alio: cum uidetur omnia sacramenta solum in ecclesia recipi debent: dum id fieri potest, & infirmitas, uel necessitas aliud nō suadet. Baptismus in ecclesia, & non extra recipi debet. in Clemēt. de baptismo, & eius effectu: nisi necessitas aliud suadeat: & dum filijs regum, aut principum deferendum est. Eucharistia sacramentum infirmis datur in edibus: sanis non nisi in ecclesia consecrata. Consecritur uero solum in altaribus consecratis. de consuetudine eccle. & alia. Confirmatio, & penitentia in ecclesia recipiuntur, exceptis infirmis. Ordo similiter, & matrimoniu

Ecclesie
cōsecra-
tio ē ve-
lut pri-
mariaba-
ptizatio

ante fores ecclesie: ut ceteris pateat. Cū ergo sola infirmitas, aut necessitas sit causa: quare aliqua sacramenta extra ecclesiam recipiantur: licet deferendum sit regibus, & principibus quoad filiorum suorum baptizatiōem: ergo & hic: quia nulla potest dari ratio diuersitatis. Itaque cum morituri sunt in probabili periculo mortis constituti: ut pestilentia: tenentur (ut uidetur) sacramentum in ecclesia recipere, & eucharistia, & vnctionis, nisi impotentia ambulandi, & debilitas aliud suadeant: aut mors incerta, & subdita infirmi fragilitas, quæ de momento in momentum expectatur &c. ¶ Ex quo uidetur concludendum salua sententia saniore: q. omnia sacramenta debent in ecclesia recipi: dum id commode fieri potest, & necessitas aliud non suadet: ut etiam docet Hugo. ubi supra. cuius sunt hæc uerba. In qua (ecclesia. s.) omnia sacramenta celebrantur. Non solum ergo licet in ecclesia, dum opportunitas patitur unctionē extremā recipere: sed et ita debet fieri: & ut ita fiat, sūt ob hoc ecclesie dedicate. Ad quod sonant uerba prædicta. Prouer. ix. Sapientia edificauit sibi domum: excidit columnas septē. Glos. Septiformi spū ecclesias illustrauit: uel secundum Lyram, septem sacramenta instituit, quibus tota fulcit ecclesia. Querant ergo infirmi: si fieri commode potest, medicā corporis, & aie in ecclesia sancta dei, quam elegit, & sanctificauit dominus, & orationis domum esse, & dici uoluit: humiliter sese coram deo dicentes: Dñe nō sum dignus: ut intres sub tectum meum: occurrant sacerdoti dei ministro &c. in templo cum leprosis querendo, si commode id facere possunt citra mortis accelerationem, aut infirmitatis aggranationem: & sic de similibus periculis, quæ solent quandoq; accedere infirmo. In loco orationis constitui peccant sanctorum, & sacerdotum orationes, orent & ipsi: ut uirtute illius sacramenti eis a deo remittatur, & pœna, & culpa peccati. Ait Gerson in floribus de hoc sacramento. Vnctio extrema ritē suscipere delet uenialia. Immo uidetur: quod absoluat ab omni culpa coniun-

Omnia
sacramē-
ta debe-
rent in
ecclesia
recipi.

Vnctio
extrēa
ritē su-

cta petitione recipientis: ita quod digne scepta recipiens etiam ab omni pœna liberetur: tum quia peccata, & perseveranter & pro se. & iuste. Hæc ille. Cum autem ille petitiones ceteris paribus deuotius fieri possunt in ecclesia, q. extra. igitur &c. ¶ Per hoc ad rationes ante oppositū dicendū: q. illa consuetudo uetustissima, quæ in plerisq; locis inualuit: ex hoc forte uenit, quia cū non nisi probabiliter morituri dandū ē sacramentum: & statim morituri rarissime possunt ambulare: sed ut cōmuniter decumbant. igitur &c. Et cū pestilētiāle tempus raro accidat: ideo statim generali obseruantia, & nō aduertitur: q. melius esset egrum adhuc ambulare potentem in ecclesia, quam extra inungere ceteris paribus: tum ex negligentia sacerdotum tū ex inconsideratione infirmorum: cū nescitur momentū uite, uel mortis quo ad senio cōfectos, & pestilentios: aut consiliū morbo periculoso laborantes. ¶ Præterea conformant se sacerdotes illi: q. ut in plurib⁹, & cōiter accidit circa egrum morituros. Si ergo quis sine uicē periculo uellet ingredi, & posset id commode facere in ecclesia: & ibi ex deuotione sacramenta percipere: non esset prohibēdus, aut culpandus citra scandalū pusillorum. Et si forte aliquid pusilli, & indocti, qui scripturas nesciunt, aut non legunt, ex hoc scandalizantur, debent erudiri de ueritate. q. si nolunt erudiri, est scandalum acceptum non curādum. Mutatis hominibus possunt mores immutari: immo de facto mutantur. Cum olim et in libris facta fuit vnctio, decuit ppter pudicitia integritatem id fieri in lectulis lectis &c. Nūc sec⁹ est: & partes unguēde sine uerecūdia exponi possunt in loco sacro ad hoc congruo. Nec ualet ceteris paribus hic allegare: ut dicant subditi: habemus ius acquisitum; q. curatus, uel sacerdos nos inungat in edibus, & lectulis. Intelligitur. n. pro opportunitate temporis, & loci: cū infirmi de proximo morituri ambulare non possunt commode ad templum. Valent ad idē dicta Augu. in dubio sequenti. ¶ Ad secundum dicendum: utrobiz; significatur infirmi alleui-

tie ex egritudine inunctione sacramentali, siue fiat eo sedente, siue decumbente. ¶ Ad tertium. Pestilentiæ verè sunt infirmitas: ut patuit: nõ habet vllum tempus, in quo vitã, aut mortè verè sperare possint secundum Isido. Hęc cum submissio ne recitare volui disputatè. ¶ Tertium dubium. An extreme vnctionis sacramentum sit dandum ante, vel post viaticum.

Dub. 3. An extreme vnctionis sacramentum sit dandum ante, vel post viaticum. Nomine viaticum venit Eucharistia. xxvj. quæst. vij. cap. Qui redeunt. Et ibidem. q. vij. cap. Ab infirmis. ¶ Ad istud dubium existimo non esse dandum aliam responsum a generali regula Aug. in episto. ad Ianuarium. xciiij. & alibi, cum ait. Nulla disciplina in his melior est graui, prudētiq; Christiano, q̄ ut eo mō agat, quo agere uiderit ecclesiam, ad quamcūque forte deuenerit. Quod enim nõ cōtra fidem, nec bonos mores inūgitur, indifferenter est habendū: & p̄ eorum, inter quos uiuitur, societate seruandū ē. Ad quod allegat dictum beati Ambr. qđ respondit matri suę Monicę, & sibi Aug. Cum Romã uenio, ieiuno sabbato, cum hic sum, non ieiuno. Sic etiã tu ad quã forte ecclesiam ueneris, eius morem serua: si cuiquam non uis esse scandalo, nec quęquã tibi. Hęc ille. Sic in hoc sacramēto quidam hoc attendunt, quia est sacramentum exequentiũ: ideo ultimo dāt post omnia alia: ut post ipsum non sit aliud: sicut baptism⁹ primū, ante q̄ non aliud. Quidam uero attendunt: q̄ vnctio ualeat ad remissionem uenialium: immo ad remissionem omnis culpę coniuncta petitione recipientis: ut habet Gerson in floribus. Ideo premitunt vnctionem Eucharistię: tanquam præuiam dispositionem ad sacram communionem, ad quã utiq; maior requiritur mētis deuotio, q̄ ad sacrã vnctionē. Pro quo facit textus xxvj. q. vij. cap. Ab infirmis. ubi dicitur. Orationibus, & consolationibus ecclesiasticis sacra vnctioe olei inuncti scđm statuta sanctorū parit̄ cõione uarietati reficiuntur. ¶ Quartū dubiū. An vnctionis extreme sacramentum sit iterabile: seu an extrẽmẽ imprimat characterẽ. Respõdetur: q̄ nõ imprimat characterẽ: & nõ iterabile. Quod nõ imprimat characterẽ, patet: quia solū

Dub. 4. An unctio sacramentum sit iterabile: seu an extrẽmẽ imprimat characterẽ. Respõdetur: q̄ nõ imprimat characterẽ: & nõ iterabile. Quod nõ imprimat characterẽ, patet: quia solū

tria sunt sacramenta imprimenda characterem, baptismus, scilicet ordo, & cõfirmatio: quæ etiã dicuntur iterabilia: quia nullū taliū pōt licitè eidẽ psonę pluries exhiberi: seu quia nullum horum secundum speciem, & nomen circa eadem psonã pluries iteratur, ob hoc. n. sacm̄ aliquid dicit iterabile: ut supra dist. vj. q. ij. Cum ergo sacramentum vnctionis non imprimat characterem: ideo potest vni, & eidem personæ pluries dari: nõ solū in diuersis infirmitatibus: quã in singulis probabiliter timeatur de morte: sed in vna, & eadem cum est diutina, ut ethica, vel hydropisis: quotiescūq; homo ex tali infirmitate deducitur ad periculū mortis, scđm Pal. q. 4. Extreme. n. vnctio non præcisè respicit infirmitatem: sed statum infirmitatis: qui quotiescūq; iteratur, siue in eadem infirmitate, siue in diuersis, potest vnctio fieri. Consonat. Richard. San. Bona. & San. Tho. Ex quo sequitur: q̄ infirmus non debet inungi: nisi cum secundum humanã existimationẽ est moritur⁹. Si patitur breuẽ, & nõ diuturnã infirmitatem, cum iam uenerit articulus mortis, inungendus est. Si uerò patitur recidiuam: iam est alia infirmitas: & pōt suo tpe, cū moritur⁹ est scđm humanam existimationẽ, inungi. Si uerò est diuturna, & māsua, quã dicit infirmitatẽ chronicã: tunc quicūq; homo ex hac infirmitate uenit ad articulū mortis, potest, & debet scđm Richar. iterum inungi, quia iam est quasi alius, & alius infirmitatis status, quamuis non sit alia infirmitas simpliciter. Non ergo ualeat opinio illorum, qui dicunt hoc sacramentum regulari secundum motum astrorum: sic q̄ cum in anni spatio sit reuolutio corporum superiorum, tunc primum iterandum est hoc sacramentum circa infirmū: ut refert Palu. post Sanct. Bonauen. hęc opinionem impugnando. ¶ Si diceret aliquis: vnctio altaris, vel ecclesię non iteratur: similiter vnctio in confirmatione, & ordine: ergo nec illa vnctio iteranda est. Item si iteratur, uidetur: quod suum effectum non habeat integrum circa illū, cui datur. Sicut hostię cõsecratio circa eandẽ materiam, cum habeat effectum

Aut suum integrum, non iteratur. Non enim bis cõsecratur idem panis. Si ergo non habet effectum suum integrum, nõ uideretur esse plenum sacramentum. ¶ Ad primum dicitur. vnctio altaris, vel ecclesię non iteratur: quia ille cõsecratioes habent effectum suum integrum, qui est esse dedicatum deo, & ad cultum diuinum. Et simile est de cõsecratione materię sacramentorum ordinis, & confirmationis. Neq; cõsecratio olei infirmorum iteratur: quia ponit totum effectum suum circa illam materiam cõsecratã. Sic de cõsecratione panis. Quamuis ergo sacramentum Eucharistię pluries sumatur, cum homo semper peccet: & eo indigeat: tamen cõsecratio sacramenti, siue sacramentum ipsum non pluries iteratur circa eandẽ materiam. Nec susceptio huius sacramenti est essentia sacramenti: sed species sacramentales dicuntur sacramentum. Sic in proposito: Oleum solum semel cõsecratur. Vnctio uero cum oleo ceteris paribus est sacramentum, & iteratur circa eandẽ personam infirmitate diuinã: cum morbus eiusdem personę uel alteratur, uel inuouatur, uel redit: sed non circa eundẽ statum infirmitatis. Vnde circa eundẽ infirmitatis statū habet pleni suum effectū: & nõ iteratur. Sec⁹ cū status infirmi mutatur. & sic nõ semel: sed aliquoties pōt haberi totū suū effectum circa vnū hoim, pluries secundum humanam cõiecturam moriturum propter aliam, & uariã status sui mutationem. ¶ Si queritur: an ne sit certa, & determinata ætas habenda in adolescentibus: ita q̄ ante illam nulli dandum sit hoc sacramentū. Dicendū q̄ nõ: sed cui dari potest maius sacm̄: puta Eucharistię, quod in homine requirit maiorem conscientię discussionem secūdam doctrinam Pauli. j. Corint. xj. illi et pōt dari min⁹: puta vnctio extrẽa. Vide ad hoc facere rex. xcv. dist. Illud. cum dicitur. Nam quibus reliqua sacramenta negantur: quõ vnũ genus putatur posse concedi: Ergo p̄ locū cõtrario sensu: quibus maius non negatur, nec minus. Constat enim non haberi in scripturis: immo nõ minus tenetur ad hmoi sacri

Oleum semel cõsecratur vnctio uero iteratur.

An sit ætas de terminanda.

perceptione adolecētes, q̄ adulti: cum apti sunt suscipere uicium. Si enim possunt peccare, indigent medicatione sacramentali. ¶ Quintum dubium. Cum illud sacramentum dicitur vltimum, & exeuntium: quare non vltimo loco ponitur post alia sacramenta in determinatione magistri, & doctorum? Rõdetur post Sanct. Bonauen. & Tho. q̄ qđam sacramenta: puta quinq; numero, respiciūt bonum vnus personę, scilicet baptism⁹, confirmatio, eucharistia, pœnitentia, unctio. Alia duo respiciunt bonum commune, uel bonum toti⁹ speciei humanę, sicut, & in naturalibus quædam deseruiunt cõseruationi indiuidui: quædam uero speciei. Et cum multitudo sequitur unitatem, & bonum commune, siue multorum sequitur bonū vnus trũ. Bonū. n. commune ex bonis singularibus confurgit. Ideo illa sacramenta, quæ sunt ad cõseruandam, promouendam, uel consummandam gratiam vnus personę: præcedūt illa, quæ respiciunt gratiam toti⁹ multitudinis, & quæ ordinantur ad bonum multitudinis: ut matrimonium, & ordo. ¶ Sextum dubiū, quõ inungendi sūt cæci, manci, qui nec manus habent, nec oculos: sic claudi &c. Si enim innocentes, & immunes a peccato actuali: secundum prædicta non debent inungi: quia fieret mendacium in forma: ergo nec cæci, nec claudi, nec manci &c. quia non peccauerunt uisu, auditu, gressu, tactu, olfactu &c. quia deficiunt in membro tali, uel tali: quo potest homo uenialiter peccare. ¶ Præterea uidetur: q̄ totū corpus debeat inungi, sicut & totum abluatur in baptismo. Et cum illa vnctio significat infirmitatem spirituales, & eius curatio nem, quę sit in anima, quę est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte totius: ergo totum corpus inungendū est. ¶ Item ecclesia hodie nõ ungit, & renes, & lumbos: queritur. cuius auctoritate: cū circa sacramenta non competat homini facere mutationem. Alias sacramenta nulla essent: ut supra de baptismo: & de mutatione forme. dist. iij. q. vnica. ¶ Ad hoc rõdetur a doct. Richa. Thom. Bonauen. Scot. & Petro Palu. supposito institutio

ne diuina. Ex quo sacramentum unctio-
nis institutum est contra peccatum: ut
supra: & ista unctio corporalis est repre-
sentatiua medicationis spūalis in hoīe
iam exituro: ideo ad significandā hāc cu-
rationē sufficit aliquā partem corporis
inungere: quia illa medicatio corporalis
p̄cise non affert sanitatē spiritūalē: sed ē
causa sine qua non ut supra, de causalita-
te sacramentorum dist. q. j. Sic enim fit
in curatione corporali: q̄ licet totū cor-
pus curandum sit: medicina tñ applicā
determinatē partē corporis, & illi, quæ
principaliter, & plus est lesa: vel quæ est
radix morbi: ergo similiter cum illa cu-
ratio corporalis significat medicationē
finalē, & spūalē a p̄cīs, scđm aliā, & aliā
opportunitatem debet fieri potissimum
in illis partibus corporis, quæ vt pluri-
mum suere principia, seu instrumēta p̄cī
propinqua, & immediata. Cum verō se-
cundum doctrinam beati Iacobi cap. j.
vnusquisq; tentatur a sua concupiscen-
tia abstractus, & ille dū concupiscētia
verō cū concepit, parit p̄cīm: p̄cīm cum
consummatum fuerit, generat mortem:
Ideo abusus quinq; sensuum exteriorū
est quasi radix, & principium multorum
peccatorum venialium, & mortalium.
Nihil .n. est in intellectu, quin prius ali-
quo modo fuerit in sensu: & necesse est
intelligentem phantasma speculari, scđm
philosophum. Cum enim aliquod
sensibile, vel appetibile presentatur ap-
petitui sensitiuo: statim fertur in ipsum:
& mox adest voluntas vt natura com-
placentiam in hoc habendo propter cō-
nexionē, & colligantiā potentiariū &c.
Et nisi ratio voluntatē auertat: subest pec-
catū in foribus. Hinc Hier. ix. Intrauit
mors per fenestras &c. Cū ergo abusus
sensuum p̄cīs omnibus alijs p̄stet prima-
riam occasionē peccati: ideo unctio illo-
rum videt esse de necessitate sacramen-
ti. Constat, q̄ ad incustodiam sensuū com-
mitatur virtus progressiua ad habendū
visum uolunt. Sic de incēntio pecca-
ti carnis, & inobedientia membrorum
genitalium dicendum, q̄ comitantur in-
cautum visum, turpē auditum, tactū &c.
ut patuit etiā in Adā, qui se sensit nudū

cum viso pomo pulchro, & apro gustui
comedit ipsum contra p̄ceptum. Inun-
gendi sunt ergo oculi, aures &c. vel par-
tes propinquiores, aut loca eorundē, cū
quis est cecus natus. Videtur tñ aliquib;
ne fiat mendacium in forma, q̄ istę par-
tes non essent inungendæ: quia nunquā
peccauerunt visu cęci nati, vel lingua na-
turaliter mutui: sed earum unctio esset
prorsus omitrenda. Verum cum peccatū
sit essentialiter in voluntate, & non in
sensu: & forte quandoq; voluerint vide-
re, el loqui contra rationem rectam, &
ita per uisum &c. peccauerūt, nō per po-
tentiam imperantem: sed per voluntatē
elicientem: aut obiectiue solum: ideo de-
bent inungi cęci, surdi, muti, manci &c.
Cū ergo omnē peccatū a cognitiua sensu-
tiua ortum habet primariū, ideo serua-
tur unctio in organo sensuum, visus, au-
ditus, olfactus, gustus, & tactus, veluti de
sacramenti necessitate. Et cum uis appe-
titina cognitiua sequatur: & ita fit cau-
sa secundaria, similiter & progressiua seu
etiam motiua: ideo aliqui non obseruāt
unctioem illorum membrorū. Aliquē
inungunt pedes, & omittunt renes: ideo
de unctioe ad pedes, & renes dicit Pa-
lu. esse seruandam loci cuiusuis consue-
tudinē. Tactus verō licet sit diffusus per
totum corpus, tñ principaliter est in ma-
nibus: ideo ille inunguntur. Sic etiam di-
cit de unctioe manuum episcopi, & sa-
cerdotis esse seruandam loci consuetudi-
nē. Aliqui .n. ne faciant iniuriā unctioi
episcopali: dicunt manus episcopi non
ad intra, sed ad extra, vbi etiam est sen-
sus tactus, esse inungendas. Par ratio est
de sacerdote: cuius manus etiam sunt
inunctæ. ergo dicit in ea re consuetudi-
nem esse seruandam. Non est dubium il-
las unctioes differre specie, cum iam
inunguntur vt moritur, & prius uncti
sunt in ordinis susceptione: ideo vna
nō p̄iudicat alteri: sicut & puer bap-
tizatus in uertice ungitur christate: & ta-
men si postea ordinatur in episcopum,
iterum ungitur in uertice. Ideo & hic
simile videtur posse fieri de unctioe ma-
nuū episcopi, aut sacerdotis: cū moriturū
sunt, non obstante q̄ prius unctæ fue-

runt. Ergo per istam unctioem sacra-
mentalem, quæ communis est omnibus
christianis per naturam in periculo mor-
tis cōstitutis, priori unctioi non fit iniu-
ria. I. umbi non inunguntur propter par-
tium illarum scđtatem. hinc natura
eas texit: & naturaliter horror est eas
videre: vel alijs vidēdas committere: nisi
p̄ualeat peccati malitia, & ratto abfor-
ptā languescat. Et cum ecclesia eas non
inungit, in hoc non mutatur sacramen-
tum in essentialibus sacramenti, quæ sūt
solū ex Christi institutione, nec Iacob^o
determinatē expressit partes inungen-
das. ¶ Per hoc ad rationes. Ad primam
patuit de cæcis, & surdis. ¶ Ad secundam:
sicut in baptismo sufficit aspersio, & par-
tis corporis ablutio, continet tantum:
ita: & hic sufficit facere partium inun-
ctionem: vt habet ritus ecclesie: & hoc
sufficit ad significationem effectus hu-
ius sacramenti. & licet anima sit tota
in toto corpore &c. tamen videt oculis,
& non manu. ¶ Ad vltimum dicitur, q̄
ecclesie ritus, & auctoritas in hoc suf-
ficit: quod nihil quod est de essentia hu-
ius sacramenti in hoc omittitur, vel mu-
tatur. in casu sufficeret mēbri vnus in-
ctio. si obijctur: de corde procedunt co-
gitationes malæ, Matthæ. xv. ergo suf-
ficit locum cordis inungere: Negatur
consequētia. Cor carneum attingi non
potest, cor spirituale vngi non potest
quod est anima. Vnde licet de corde pro-
deant cogitationes malæ, hoc tamen
est ministerio sensuum: quia mors intra-
uit per fenestras: & per imaginationē,
quæ est mors a sensu factus. ij. de anima.
Anima ergo est principium remotum:
sed potentia visua vel auditua (vt di-
cit) totum compositum est radix pro-
pinqua, & principium propinquum: seu
organa sensuum, vt alij loquuntur &c.
¶ Septimum dubium: Vtrum de licen-
tia sacerdotis curati suspēsi, vel excom-
municati possit alius extraneus sacer-
dos infirmum excommunicato subditū
inungere unctioe extrema: & eius con-
fessionem audire. Respondet Palud. q̄
sic q. ij. artic. ij. licet excommunicatus
nō possit delegare: quia delegatio fit pri-

cipaliter ratione iurisdictionis. Ista autē
licentia, q̄ datur alteri ad audiendū con-
fessionē vel inungendū infirmū, fit p̄cise
rōne ordinis sacerdotalis. Nō .n. oportet
illi sic substituto, imprimere nouū chara-
cterē in quo fundet potestas hoc facien-
dis: sed sufficit ei illū subijcere: quæ prius
nō habuit materiā subiectā. Et addit, q̄
hoc possit fieri de licentia etiā suspēsi a
iurisdictione. Si enim non esset suspen-
sus a iurisdictione, nō haberet dubiū. Nā
alter habet potestatem clauium, & non
est prohibitus ab executione seu usu ea-
rundem cum habet subditū. Cum ergo
curatus excommunicatus subijcit alteri
suum parochianum, & ille parochianus
similiter vult se illi subijcere, iam habet
usum clauium in eum: ita quod potest
eum a peccatis absoluerē: & ei sacra-
ministrare unctioem cæteris paribus.
In effectu idem doctor has conclusiones
approbare videtur. ¶ Prima. Excommuni-
catus vel suspēsus ab officio non de-
bet hoc sacramentum ministrare, si vult
irregularitatem non incurrere: quia in-
gerit se diuinis in officio sacerdotalis
ordinis cum sit excommunicatus vel sus-
pēsus. ¶ Secunda conclusio. Suspēsus
a beneficio tantum, licite potest ecclesiam
suam officiare. de electis. cap. Cum in cū-
ctis. ¶ Tertia conclusio. Suspēsus ab in-
gressu ecclesie tantum, & non a diuinis
potest mittere clericum ad ecclesiam: aut
omnia necessaria pro extrema unctioe
effert: & sibi extra ecclesie suæ locum
presenter equibus sic habitis potest infir-
mū in domo inungere sine irregularita-
te & p̄cō. patet: quia non est prohibit^o
vel suspēsus nisi ab ingressu ecclesie. Hinc
si ecclesiam ingrederetur: & sicut moris ē
cū solemnitate solita sacralia inde trans-
portaret ad infirmū in unctioe, incurrit
irregularitatem, ac si diuina in ecclesia ce-
lebraret. ¶ Quarta conclusio. Suspēsus, &
ab ingressu ecclesie, & a diuinis, dato q̄
nunquā suā ingrediatur ecclesiam: si tñ
inungit infirmū: quia actū officij sacerdo-
talis suspēsus a diuinis exercet, irregu-
laritatem incurrit. ¶ Quinta conclusio.
Vbi propter excōcicationē vel suspēsi-
onem nō licet proprio curato inungere:

ibi nec licet inunctionem ab ipso recipere scienter: sed tunc licet extraneum aduocare. Hec ille. ¶ Octauum dubium.

X Dub. 8. An oportet sacramenti huius ministrum esse sacerdotem proprium. Responso. De iure communi sacramenti huius minister debet esse sacerdos proprius, & non alienus. Hoc dictum procedit de necessitate precepti non sacramenti: quia si non suus inuingeret, ceteris paribus, infirmus uere est inunctus: sed contra prohibitio nem iuris. Secus si quis praesumatur absolueri peccatorem sibi non subiectum. Sententia enim a non suo iudice lata nulla est. Est ergo precepti generalis, quod sacramenta a suis sacerdotibus, & non ab extraneis nisi de licetia suorum recipiantur. Vnde nisi subit mortis periculum ex mora proprii sacerdotis: non suus non debet infirmum communicare, vel inungere. Cum autem uere fuerit inunctus siue a suo, siue ab alieno curato, unctio non debet repeti si omnia rite facta sunt. Hinc prohibetur religiosis sub poena excommunicationis late sententiae clericis, aut laicis sacramenta unctionis uel eucharistiae administrare. de priuilegiis & priuilegiis. Cle. j. Sed quid iuris in necessitate, cum necessitas non habeat legem? Respondet praefatus doct. quod in casu necessitatis alienus potest licite inungere: sicut & absolueri alienum infirmum. Vnde sicut quis rogatus ab infirmo morituro ut eum absoluat, cum suum curatum habere non potest: tenetur & debet eum absolueri: ita et tenetur eum conuincere, si alius apertus est, & similiter inungere, nisi interdicitur vel aliud obstat. Viaticum enim magis annexum est penitentiae quam unctio extrema, quae tempore interdicitur omnibus interdicitis negati: non autem penitentia, & viaticum de poen. & re. ca. Quod in te. ¶ Et videtur quod sicut secundum dictum beati Ambrosii qui non uult pascere fame morientem cum potest, & debet, occidit eum: ita rogatus in necessitate a curato exercitium non habente, aut ire non potest: tenetur moriturum sacramenti ecclesiasticis ad salutem necessarijs muniat: cum alius non habetur ad manum: qui id facere uelit aut debeat, vel possit: reus est animae illius per eum

utrumque neglectum. ¶ Nonum dubium est contra dicta de ministro huius sacramenti. Si baptismus eo, quod est sacramentum necessitatis, potest dari a laico: ergo etiam penitentia: cum etiam sit de necessitate salutis: & similiter unctio. Respondetur: penitentia exterior non habet meritum, & absolutam necessitatem salutis quia sufficit quandoque in uoto. Vnde in adultis pari passu necessitatis ambulat penitentia exterior, & baptismus fluminis. Quicumque non potest penitentiam exteriorem in facto suscipere, etiam potest eam in uoto recipere. sed puer non potest baptismum recipere in uoto: ergo si facto non suscipit, non saluatur statu lege. Itaque propter necessitatem baptismi instituti principaliter contra commune unum morbum, talis est minister, qui semper potest haberi. ¶ Decimum dubium. An sacramentum unctionis sit necessitatis, & precepti. Dicunt quidam: quod non est necessitatis, vel precepti simpliciter: quia non est contra aliquod, quod non possit tolli post hanc vitam. Per accidens tamen secundum Palu. potest esse necessarium illi qui est attritus de mortali: & non potest confiteri: quia perdidit loquelam, nec communicare: quia patitur vomitum, vel quia non potest alias recipere. Ponatur ergo non potens confiteri in extremis habens peccatum mortale: de quo est attritus inunctus saluabitur: non unctus damnabitur. Ponatur eum esse confessum: stat quod propter remissionem doloris fuit factus respectu sacramenti penitentiae, qui non est vel erit factus, respectu sacramenti unctionis. Sicut aliquis non est factus respectu baptismi qui est factus respectu penitentiae. Maior enim deuotio requiritur in suscipiente sacramentum aliquod ad quod per se requiritur actus suscipientis: quam in eo in quo non nisi per accidens. Item ponatur quod recepit communionem. Forte adhuc est in peccato, delendo per unctionem. Maior enim deuotio requiritur ad Eucharistiam quam unctionis sumptionem. Hanc est sententia Pe. de Palu. q. j. art. iij. ¶ Secundum hoc respondet consequenter: cum quaeritur: quot sunt sacramenta necessitatis. quod sunt duo, scilicet baptismus, & penitentia. Illa principaliter ordinant contra ea, quae in

Y Dub. 9. Contra dicta de ministro huius sacramenti

Z Dub. 10. Unctio An sit precepto de necessitate.

A Vtrum unctio sacramenti unctiois extreme de attrito contritus possit fieri.



futuro seculo non remittuntur. scilicet peccatum originale, & actuale. Sed per accidens possunt esse quinque sacramenta necessitatis: in quantum non ficto remittunt mortale, de quo tantum erat attritus. scilicet baptismus, penitentia, confirmatio, eucharistia, & unctio. Alia duo ordo. scilicet & matrimonium non possunt esse per accidens de necessitate salutis. Non enim debet, nec tenetur moriturus attritus ordinari, vel matrimonio copulari: ut fiat contritus: licet concubinos am ducendo moriens ut legitime filios ex ea susceptos, bene faciat. Verum quia dictum illud magnam habet dubitationem: ideo de hoc erit quaestio secunda.

QVÆSTIO II.

QUÆSTIO II. VTRUM secundum: Vtrum unctio sacramenti unctiois extreme de attrito contritus: & de attritione contritus possit fieri. ¶ Quia sic, ostendi potest auctoritate multorum doctorum. Richard. art. j. q. v. ait. Sicut per sacramentum penitentiae ex vi sacramenti formatur attritio prius informis: sic ex vi huius sacramenti confortatur mens ad habendum sufficientiam penitentiae venialia delentem, quae quandoque ante huius susceptionem sacramenti tam debilis est, ut non sufficiat ad plenam venialium remissionem. Hanc ille. Et de sacramento ordinis idem habet dist. xxiii. art. iij. q. j. Sanct. Tho. art. ij. q. j. ad secundam rationem dicit. Extrema unctio aliquo modo, quo ad illa tria, quae sunt in peccato. scilicet macula, reatus poenae, & reliquiae peccati, remittit peccatum. Quamuis enim culpa quo ad maculam sine contritione non remittatur: tamen hoc sacramentum per gratiam, quam infundit, facit, quod ille morus lib. arb. in peccatum fiat contritus. sicut etiam in Eucharistia, & confirmatione potest accidere. hanc ille. Idem dist. xviii. q. j. art. iii. quaestio i. j. & dist. xxij. q. ij. art. j. quaestio i. j. dicit. Si quis non plene contritus accedit ad confessionem: si fuerit attritus, & non ponat obiectum in ipsa confessione, & absolutione: confer-

tur ei gratia: & remissionem consequetur peccatorum. secundum illud glossa super illo verbo. Confessio, & pulchritudinem, confiteri, ut sis pulcher, rectus. Et sic inuenit duplicem modum consecutionis remissionis peccati, scilicet quandoque in ipsa sacramenti perceptione: ita quod tunc asit dispositio, & obiectis remotio, quandoque ante sacramenti perceptionem. Scotus de penitentia dist. xliij. q. ij. dicit. Et sic fit attritio contritio, sine reali mutatione actus ipsius. Ad idem dist. xvi. q. ii. & ubi supra xliij. q. iij. loquens de sacramento penitentiae sic ait. Virtute huius sacramenti culpa remittitur, quae sine hoc sacramento in actu non remitteretur. Et licet hoc dictum eius non sit de extrema unctio: sed penitentia solum: conducit tamen ad propositum. Paulus idem tenet, ut supra in fine quaestiois precedentis. ¶ In oppositum: Sicut peccatum actuale sola voluntate committitur: & sine voluntate (stante lege) committi non potest: ita etiam non sine voluntate dolente a peccato receditur. secundum Aug. cap. viii. de vera, & falsa penitentia. ¶ Quaestio ista tribus terminabitur articulis. ¶ Quantum ad articulum primum supponatur dicta dist. xliij. q. ii. & dist. xvi. q. j. de contritione, & ea concernentibus. Quibus addendum venit: Contritio secundum Gualter. Parisien. in de sacramentis cap. de penitentia, est contractio, & conuincio, & quasi in puluerem redactio veteris hominis. iuxta illud Esai. xix. Et comminuetur, quem admodum conteritur lagena figuli contritione perualida, & non inuenietur de fracturis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio: aut hauriatur parum aquae de fouea. Talis enim esse debet contritio consummata: ut non inueniatur diabolus in corde peccatoris, ubi ponat igniculus prauis desiderij, aut modicum aquae, hoc est noxae voluntatis: quia debet esse de peccatis omnibus, & singulis contra deum commissis. Hinc venari potest ratio nominis: cur perfecta delictorum displicentia veniat nomine contritionis, & non attritionis, alludenter ad corpora-

B Artic. j.

De contritione & ea concernentibus.

Qualis debet esse

lia: quæ dicuntur atrita, si aliquo modo sint comminuta. Contrita uero si omnes partes quasi in puluerem minutissimum sunt comminutæ, & non in partes magnas diuisæ. Hinc ab effectu contritionis multifario diuersis nominatur nominibus. Quandoq; pœnitentiæ interior. sic etiam sepe nominat Aug. Quandoq; humiliatio mentis secundum Greg. Quandoq; humiliatio, & cōpunctio secundum Iud. & Guiliel. Parisien. q̄a tunc primū sentiuntur spine peccatorum; cū spiritus sc̄i gratia cor peccatoris illustrando tergerit. Q̄nq; scissio cordis Iohel. ij. Scindite corda uestra &c. Q̄nq; reuerſio, quasi de hostibus ad pacē: siue de regione dissimilitudinis ad terrā p̄missionis. Esai. xxx. Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis. Ponuntur & alię nominationes, quibus euidentius fructus ei⁹, & virtutes declarantur. Dicitur baptism⁹ flaminis, siue in spū san. Nominat, & quatuor festiuitatū nominib⁹. In ea. n. & p̄ eū nascitur in nobis per gratiā adoptionis dei filius: facit hō in Christo genitus trāsitu per mare rubrū, de Ægypto in terram p̄missionis: seu resurgit homo peccator a morte peccati ad vitam gratificati⁹: ei spiritus sanctus illabitur ipsum sanctificatiuē inhabitando: ut ascendere possit ad patrem luminum de profundo vitiōrum &c. Hinc diuersi diuersas ponunt eius notificationes. ¶ Generaliter uerō definitur a sanctis, & doct. ut supra di. xvj. Est dolor pro peccato uoluntariē assumptus cum p̄posito confitendi, & satisfaciendi. Illa notificatio videtur esse bona: quia datur per genus, & differentias saltem largē. Loco generis ponitur dolor. Dolor inquam, non passio appetitus sensitiui: sed dolor displicentiæ, vel nolitiō uoluntatis: seu dissensus uoluntatis a peccato, & nō passio resultans in dissentiente a peccato commisso. Quamuis enim huiusmodi dolor sensitiuus, aut sensibilis, vel etiam lachrymarum effusio sequatur cōtritionem, non tamen sunt de essentia contritionis, immo nec tristitia. Paret: quia contritio secundum totum id, q̄ ad peccati detestatiōem (salte quātum ad substantiā actus) requirit: est in facul-

Varijs
nominibus
dicitur
contritio.

Contritio
quid
sit.

tate nostræ uoluntatis. Alioquin quāsi inuitus teneretur in peccato: contra illud Ezech. xvij. & xxxij. de conuersione peccatoris, & uocatione eius ad penitentiā. Lachrymæ uero, & mentis tristitia, aut etiam dolor non sunt simpliciter in hominis potestate. Videre. n. est; q̄ multi licet plurimum affligantur flere nō possunt. Itē possūt impediri p̄ causas secundas positiuē, uel priuatiuē: quis ipsa uoluntas intensam displicentiā habeat de peccato. Hinc lachrymæ, quibus peccata lauanda sunt non de exterioribus, sed de interioribus flexibus intelligendæ sunt: q̄ fletus sunt nolitiō peccati p̄ deū & non corporales lachrymæ, quæ propter complexionis uarietatem, & uarias causas concurrentes, sæpe haberi non possunt. Ex illis habetur: quodd genus ad contritionem est peccati displicentiā, quæ hic dolor nominatur. ¶ Dicitur consequenter, Pro peccatis uoluntariē assumptus. ubi primū tangitur materia contritionis, & excluditur dolor naturalis, & uolentis. Sunt ergo illę dictiōnes ueluti differentię determinantes illā displicentiā ad genus moris. Displicentiā de bono, mala est; & de malo bona: ideo dicitur pro peccatis, quæ mala sūt. Itē debet esse meritoria, debet esse uoluntariē assumpta. Et cū illa notificatio datur de contritione: non ut est actus uirtutis tantum, sed ut est pars sacr. mētis: ideo subiungitur, Cū proposito confitendi, & satisfaciendi. Verum q̄a non est opus ad salutem confiteri uenialia: ideo illa notificatio proprie dicitur de mortalibus, quæ priuant hominem gratia. Venialia deleri possunt per satisfactiōem in purgatorio, nō sic mortalia. Et si placet, potest addi in notificatione illa: Est dolor charitate formatus: ut sic habeatur propria eius notificatio. ¶ Diceres. qualem contritionem habuerunt veteris testamenti peccatores: cum nondū erat instituta cōfessio? Respondetur secundum Tho. Richar. & aliosq; habuerunt contritionē, ut est actus uirtutis pœnitentiæ: sed non ut est pars penitentiæ: ut p̄nia sacrm̄ est. Est ergo contritio ex quid nominis termini, perfecta, & consummata pecca-

Materia
contritionis.

Qualē
contritionem
habuerunt
peccatores
ve. test.

et detestatio: tum ex parte liber. arbitri. peccatum ritē detestantis: tum ex parte dei gratiam infundentis; & peccatum remittentis. Non curando quantumcunq; modicus, & remissus in suo esse naturali sit ille dolor peccati: dum saltem est gratia formatus. ¶ Attritio est informis, & insufficientis dolor pro peccato. sumendo dolor, ut supra. Illa imperfectio, & insufficientia prouenire dicitur quandoq; ex parte finis, & intentionis: & primū ex hoc. quia homo timet offendere, qd̄ diligit. Nulla enim uidetur esse ratio: q̄ quis peccatum non odit, nec detestatur: nisi quia est contrarium, & offensiuum alicuius, quod homo diligit, seu offendere timet. Ideo timor uidetur esse proxima radix detestatiōis peccati. secundum illud August. sermo. x. ad fratres in ere. Timor, qui pœnitentiā concipit: compunctionem parit. Et magister. dist. xiiij. lib. iij. Pœnitentię uirtus timore cōcipitur. Hinc Esa. xxvj. A timore tuo domine concepimus, & peperimus spiritū salutis. Sic ex regione timor est proxima radix insufficientis detestatiōis peccati, ex eodem fundamento. ¶ Et quia quadruplex distinguitur timor secundum magistrum, Mundanus, Seruilis, Inicialis, uel mercenarius, Filialis, uel castus, de quibus in. iij. dist. xxxv. q. unica: ideo etiam quadruplici fine contingit p̄ctm̄ detestari, quorum aliqui sunt uitiōsi: aliqui indifferentes: ut supra dist. xiiij. q. ij. Primū contingit ipsum detestari ex timore mundano: ut puta q̄a p̄ctm̄ contrariatur honori mundano, quem diligit: aut priuat hominē dignitate, uel sublimitate inordinatē concupita. Sic quis uitat adulterium, ne priuetur officio, de quo plurimum honoratur. Hypocrita uult non peccare publice, uel detestatur peccatū suum propter superbiam: quia uult iust⁹ reputari. Auarus propter auaritiā: quia spoliatur honoribus, uel diuitijs inordinatē uoluitis. hōmō detestatio uitiōsa est propter finem malum in quem ordinatur &c. Secundō contingit ex timore seruili, quia demeritorium gehēne. Tertio ex timore mercenario, seu iniciali: quia ablatiū glorię. Vellet. n. saluus eē. Quar-

Attritio
est informis,
& insufficientis
dolor pro
peccato

Quadruplex
timor.

ter timore casto, uel filiali, quia offensiuum dei summi boni: & super omnia dilecti, cuius legi cōtrariatur: & a quo prorsus auertit formaliter, uel virtualiter. Detestatio ex timore mundano principaliter non promouet, sed prohibet peccati remissionem: immo est obex gratiæ. Detestatio secundō modo: quandoque impedit peccati remissionē, cū. s. accipitur ut includit deformitatem seruitutis peccati: ita q̄ quis uellet actu peccare si pœna non sequeretur. Secus cum nō includit illam deformitatem: sed dicit actum, uel habitum declinandū peccatū, propter pœnā peccato debitā: & sic per accidens facit lugere peccatum, amore sui ipsius, cui timet pœnam. Verum cum non procedit ex amore dei, sed sui ipsius: non est sufficiens. & perfecta detestatio. Detestatio tertio modo quæ fit ex timore iniciali, qui est quasi medius inter seruilem, & castum per participationem extremorum. Facit. n. partim seruire timore pœnæ, & partim amore iustitię. Oriatur itaque amore dei, & sui ipsius. Dei quem timet offendere, & sui ipsius, cui uult bonum, & non pœnam. Talis detestatio promouet, & disponit ad bonum: sed non sufficit: quia magis amore sui, quā dei cauet peccatum: & ita non est perfecta: non enim est circumstantiata circumstantia finis ultimi. Detestatio quarto modo facta sufficit: quia illa procedit ex timore casto, & filiali, quo homo reueretur deum: & quia deū diligit, uult cauere eius offensam. ¶ Secundō potest dolor pro peccatis assumptus esse imperfectus, & insufficientis ex negligentia pœnitentis, aut ex omissione uoluntatis: seu defectu alicuius circumstantiæ adesse debite. ut puta: quia non precessit diligens; & debita uitæ discussio ad reducendum in memoriam omnia, & singula in deum commissa: cum omnibus circumstantijs mortaliter aggrauantibus. Contritio enim debet esse de quolibet peccato mortali in specie: si potest haberi eius remissio, uel memoria: quod tamen non oportet de ueniali peccato. Cum ergo quis ex negligentia, uel

Per accidens
quomōdo
fugit
peccatū

ignorantia culpabili detestatur quidem peccata sua: sed non, vt debuit, & poruit, conscientiam suam examinavit: & in memoriam omnia, & singula delicta, & commissa reducere studuit: detestatur tamen & uult, quæ tunc occurrunt: illa detestatio est insufficientis. Tertio secundum multorum doctorum opinionem stat, quem conscientiam suam examinare: & vt sibi videtur, se non habere peccatum aliquod, quod non detestetur, vel detestatus sit propter deum dilectum: & nihilominus suam penitentiam esse informem, quæ per susceptionem sacramenti formatur. Et sic attritio sit contritio. Oportet enim secundum Richar. dist. xvij. ar. j. q. v. si attritio debet formari, & fieri contritio, quæ magnitudo motus deliberatione voluntatis in detestando peccatum, respondeat magnitudini adhesionis, quæ fuit in peccando. alias attritio non fit contritio. Requiritur ergo ad contritionem, si fieri debet ex attritione contritio: aut si attritio debet formari, mora certa, & continuatio quædam, ac doloris intensio. Alias deus non infundit gratiam. Talis penitentia nondum formata (si sane intelligo hanc opinionem) attritio nominatur, donec formetur. Idem videtur velle Scot. dist. xliij. q. iij. & ii. Nam licet alias actus sit bene vestitus circumstantiis adesse debet, si tamen non est continuatus ad certum tempus a deo præfixum magnitudini peccati illius: non infunditur a deo gratia. Secundo notandum: quod sicut est duplex displicentia, formalis scilicet & virtualis, sic etiam est contritio formalis, & quædam virtualis. Displicentia seu detestatio formalis, quid sit, satis claret. Virtualis vero est actus aliquis includens in se eminenter, vel causaliter displicentiam rei alicuius, vt causa suum effectum. sic actus dilectionis, & charitatis dei includit virtualiter peccatorum nolitioem propter deum dilectum: quia sine dilectione dei non potest esse vera contritio, & vnum infert aliud necessarium, scilicet lege. Non enim simul stant perfecta dei dilectio: & peccatorum complacentia: vel cuiuscunque rei contra deum dilectio. Ponatur casus: quod aliquis subito rapiatur ad

Not. 2.
D
Duplex
displicentia
formalis &
virtualis.

Ca
sus
notad.

martyrium, nisi sacrificet idolis: est casus possibilis: quod sit in peccatis: nec habet tempus se se recolligendi: & peccatorum contritionem eliciendi: quia non potest de eis cogitare. Ille sic promptè, & hilariter sustinens martyrium pro Christo habet perfectum actum dilectionis dei non compatiens peccatum: sed virtualiter detestantem: quia propter deum finaliter sustinet martyrium. Io. xv. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat pro amicis suis. De hoc in ij. distinct. xxxv. Sic posset distinguere de opere penali formaliter, vt puta quod verè affert dolorem, & penam agentis: vt ieiunium, corporis castigatio &c. & de opere penali virtualiter: quod scilicet includit eminenter perfectionem operis penalis: & reddit hominem paratum, & beniuolum ad subeundum penam pro loco, & tempore: licet tunc homo non sentiat penam, cum opus tale sustinet. Ex pluribus de sanctis martyribus, de quibus scribit beatus Augustus, lib. xxii. Soliloquiorum, quod dulcedo, & seruu charitatis lapides torrentis, & cruce dulces fecit. loquitur de sanctis Stephano, & Andrea. Sic & alij in penis constituti super roseos flores se ambulare dixerunt. Quartum ad articulum secundum est conclusio prima. Peccatori baptizato peccati mortalis conscientiam habenti, vel habere debenti, peccatum non dimittitur, stante lege, sine displicentia, vel contritione formali, vel virtuali. Probatur Luc. xliij. Nisi penitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Item Mat. j. Penitentiamini, & credite euangelio. Ad idem Act. iij. Et Apoc. ii. Memento, unde excideris, & age penitentiam. Et Aug. super illud Psal. lviii. Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem. dicit: Omnino nulla peccata deus impunita relinquit. Iniquitas omnis magna, parua ue sit, puniatur, necesse est: aut ab ipso homine penitente: aut a deo vindicante. Nam & quæ penitet, punit seipsum. Puniamus ergo peccata nostra, si querimus misericordiam dei. Et in de vera, & falsa penitentia cap. ix. inquit. Rectè penitens, quicquid sordidum post purificationem

Arti. 2.
E
Cocl. 1.
Pctõri
baptiza
to mort
talis cõ
scientiã
habenti
pctum
non di
mittit
stãte le
ge sine
displic
tia.

fictionem contraxit oportet, vt abluat saltem lachrymis mentis. Et cap. viij. Penitentia baptizandis non est necessaria, sed baptizatis. De maioribus, & minoribus peccatis penitendum est. Per fidem enim ecclesie sola remittuntur peccata, quæ contraxit homo in origine: vt sicut a patre peccante damnationem accepit: ita per matris ecclesie fidem recipiat remissionem. Sed qui per se peccauit, per dolorem proprium, & fidem ecclesie indulgentiam acquisiuit. Hæc per baptismum reddunt hominem mundum, & nouum: aut nil remaneat, quod displiceat. Sine penitentia nulli profuit baptismus, qui peccauit spontaneus. Ecce clare dicit nulli peccatori, qui spontaneus peccauit, baptismum sine penitentia prodesse actu. ij. habetur. Penitentiam agite, & baptizetur unusquisque. Secus de paruulis solum originale habentibus. De quibus dicit. Penitentia baptizandis nõ est necessaria. hoc de adultis intelligi nõ potest: alias sibi ipsi contradiceret. Si ergo hoc habet veritatem de non baptizato adulto, quod tenetur habere peccatorum suorum commissorum dolere proprium, & displicentiam: longe amplius de peccatore adulto iam baptizato. Ad idem cap. ij. de penitentia medicina. & habet magister distinct. iij. quarti. Omnis, qui iam suæ uoluntatis arbiter constitutus est, cui accedit ad sacramentum fidelium, nisi peniteat eum veteris uitæ, nouam non potest inchoare. Ab hac penitentia cum baptizantur soli paruuli immunes sunt. Et subiungit magister inferendo conclusionem. His alijsque testimonijs aperte ostenditur, adultis sine fide, & penitentia vera non conferri in baptismo remissionis gratiam: quia nec paruulis sine fide aliena, qui propriam habere nequeunt, datur in baptismo remissio. S. Bonauen. eadem disti. dicit hoc intelligendum de penitentia sacramento, quod transit: quia vera virtus penitentia nunquam est sine sacramento saltem in uoto. Secus de sacramento solo. Cum subiungit sufficere actum informem, ut pura attritionem: Atteri enim penitere, est inquit: Dicendum quod priusquam sacramentum

gratiam conferat ex operato, requiritur saltem prius natura, & concomitanter talis dispositio, quæ sufficeret de congruo ad gratia infusionem, si sacramentum non sumeretur, ceteris paribus. Cui quo adhuc stat: quod penitentia sacramentum primam gratiam conferat: quia prior displicentia peccati sine proposito suscipiendi sacramentum baptismi, aut penitentia non sufficeret. Probatur conclusio: quia uoluntas peccati semper manet, nisi eliciatur actus formaliter, vel virtualiter contrarius. Hinc dicitur Ezech. xvij. Considerans, & auertens se ab omnibus iniquitatibus, quas operatus est, uita uiuet, & non morietur. Sed per nullam re peccator ita auertitur a peccato, sicut detestatione peccati, & nolitioe rei prius contra deum uolite: quod utique sine actu uoluntatis fieri non potest. Hinc sicut peccatum, quod commisit, uoluntarium fuit: ita oportet e regione recessum a peccato uoluntarium esse. Non autem est actus proprie uoluntarius, qui non est sufficiens coram deo ad detestationem peccati merito congrui. Debet enim esse totus uoluntarius contra peccatum: alias nullus est. Sicut secundum Augustinum non est uirtus sine charitate: quia non coniungit hominem deo: ita nisi actus sit uoluntarius, & perfecte secundum deum: non potest dici contrarius proprie. Sicut enim deus hominem, quem sanat, perfecte sanat, nõ dimittendo peccatum unum sine alio: ita nec acceptat hominis detestationem, nisi sit perfecta in esse nature ad gratia infusionem de congruo. Præterea idem est totum, & perfectum secundum Philosophum. Corollarium. nullum peccatum actuale remittitur adulto sine uoluntatis proprie motu bono de congruo meritorio et cum sacro baptismatis aut pnie, aut quouis alio. Si dicitur, sufficit attritio præuia, quæ etiam est peccati displicentia, cum susceptione sacramenti baptismi, vel penitentia, tunc queratur de illo actu, qui est attritio, ad quid ponitur in sacramento susceptione, cum utique est dispositio imperfecta, & insufficientis, seu nõ ultimata pro gratia susceptione: inter

Ad uõ
luntatis
debet to
tus esse
uolunta
rius con
tra pec
catum.

Coroll.
Nullum
peccatũ
actualem
remittit
ur adul
to sine
uolunta
tis proprie
motu bono
no &c.

quã, & infusionem forme siue in natura libus, siue in gratuitis est medium. Sicut inter sufficientem, & ultimã dispositionem ad formam, siue in naturalibus, siue in gratuitis, nullũ est mediũ. Vel. n. dicitur requiri, quia uirtute facti fit contritio. Sed hoc impugnatum est dist. xvj. quest. j. cum actus illi differant specie, & sint diuersorum obiectorum: ideo per nullam intensionem attritio potest fieri contritio. Vel dicitur requiri, tanquã qualif eumq; dispositio subiecti pro digna sacramenti susceptione. Contra. nõ uidetur esse differentia inter sufficientem subiecti dispositionem, & nõ dispositionem negatiue p. g. susceptioem. Si ergo attritio nõ sufficienter disponit subiectũ, igitur non disponit ipsum: ab eodem ad idem. Ideo enim non inatur attritio: quia non sufficiens dispositio. immo potest stare cum peccato mortali, ut supra, & sic: q. aliq; damnatur postea attritioe sine sumptione sacramenti, secundum Pal. Ratio uero insufficientie non uidetur esse alia; nisi quia non est uere uoluntaria, & contraria peccato etiam in esse nature, quæ uidetur esse immediata dispositio de congruo ad gratiam secundum Scot. Sed tunc stantibus dictis Aug. ut supra, illa detestatio non uere uoluntaria etiã cũ sacramento suscepto nõ sufficit. Sic. n. aliquid culpæ remitteretur sine actuali detestatione peccatoris, contra prius dicta. Illud scilicet, quod sumptione sacramenti remittitur, & prius nõ poterat remitti stante imperfectione actus ante sacramenti sumptionem. Sic Augustin. in de uera, & falsa penitentia. c. ix. Quomodo qui crimen reseruat, de alio recipit ueniam? Sine amore dei consequeret indulgentiam, sine quo nemo unquam inuenit gratiam. Quædam impietas infidelitatis est ab illo, qui iustus est, dimidiam sperare ueniam, ergo talis attritio non prodest peccatori. Sic si non est debite circumstantiata in genere moris, & maxime circumstantiata finis: ut puta secundum August. ubi supra, displicent latroni peccata: quando agitur de pœna: de sic uindicta, reuertitur ad crimina. Hunc latroni, n. peccasse penitet propter supplicia:

Pœnitentia illa non est ex fide, & charitate procedens: & ita sterilis, & sine misericordia: non purgat conscientiam: nec lauat crimina. Huic concordat, qui consentitur inuiti, non amore boni: sed ut fugiant damnũ, vel incommodum seculi. Si quis de illa ad ueram penitentiam non conscendit, deceptus æternaliter peribit. Requiritur ergo circumstantiata finis ultimi saltẽ cõcomitans sacramenti susceptionem, quæ est principalissima omnium circumstantiarum, cum ceteris adesse debitis in genere moris. ¶ Forte dicitur: q. assistentibus omnibus circumstantiis adesse debitis in g. re moris, cũ nõ est continuata usque ad terminum præfixum a deo pro peccati illius remissione: non sufficit ad iustitiam, secundum Scot. distinct. xiiij. quest. ij. sine sacramento baptismi, uel pœnitentiæ. ¶ Contra actus detestationis circumstantiata finis ultimi uelut nunguam ponitur in esse perfecto naturali: quia simul tempore infundatur gratia. Ita q. nunquam stat aliquem peccatum detestari propter deum peccatẽ, & finaliterquin posito tali actu in esse suo perfecto naturali: etiam non curando quantẽ continuationem gradualis sit: simul tempore ponitur charitatis infusio, & actus illius forma. igitur nõ oportet ponere aliam actus continuationem. Antecedens probatur ex uerbis Ezech. xxxij. cap. Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. ¶ Si dicitur detestatio peccati debet esse meritum de congruo remissionis peccati, & infusionis gratiæ. Meritum uero est latitudo gradualis, & nulla talis potest fieri a creatura in instanti. Alioquin creatura æquaretur deo in modo agendi: cum tanta uelocitate produceret suum effectum, quanta deus producere potest, ut in instanti, ergo cum in hoc actu meritorio requiritur latitudo quædam gradualis, semper erit ibi prius, & posterius, & ita cõtinuatio quædam igitur non potest dici, q. illa detestatio possit fieri in instanti. Item quod est cum continuo, & tempore. non est in instanti. Sed uniuersaliter humanum intelligere, & agere est cum con-

quãdo
agitur
de pœna.

tinuo, & tempore: ergo nullum tale est in instanti. Maior patet, quia implicat successionem esse in instanti. Minor est philosophi de sensu, & sensato. Præterea instans nihil est: quia nulla pars temporis est indiuisibilis. instans uero ponitur minima pars temporis, quæ scilicet est indiuisibilis. ¶ Respondetur concedendo: q. illa detestatio præcedens erit meritum de congruo remissionis peccati. Et q. meritum est latitudo gradualis. Negetur: quod nulla talis potest fieri in instanti. Vnde illam latitudinem produci in instanti, non dicit aliud: nisi q. potest produci tota simul, & non pars post partem. Et si esset aliquod tempus indiuisibile, id mensuraret huius productionem, quod quia non est: non habet mensuram adæquatam, sed maiorem. Ostensum est in ij. distinct. xvij. q. successio non est de ratione meriti, & quod meritum potest causari in instanti, eo q. omnia ad meritum requisita possunt simul esse in instanti. non sicut unum in uase, secundum Ockam. Sed sicut illa propositio. Generatio est in instanti, ponitur causa breuitatis loco illius orationis, Dum aliquid generatur, non generatur pars ante partem, sed totum simul: Ita in proposito, meritum aliquod est, uel p. est in instanti: ualeat. Dum aliquis mereret, possunt omnes causæ ad meritum requirite esse simul, & non pars post partem acquiri successiue. Ex illo sequitur, possibile est creaturam rationalem in primo instanti sui esse mereri de Christo negari non potest. quia nunc potest habere simul, & semel omnia ad meritum requisita, tam ex parte potentie, quæ potest impediri, quàm ex parte obiecti, q. potest esse præsens, q. ex parte gratie gratum facientis. Nec oportet effectum eorum suæ causæ esse a causa prima. quia secundum August. Splendor genitus ab igne, ignis esset coæternus, si ignis esset æternus. Nec oportet ex tempore præcedere mereri: sufficit, q. natura præcedat. Sicut actus primus præcedit natura actum secundum. Non enim erat prius sol, quàm eius lumen. Ita i. propositio. Sic tenet doctr. plurimi, q. beata uirgo in instanti coope-

rata est spiritui sancto ad materie preparationem, alterationem, condensationem, figurationem, & c. ut supra in. iij. dist. iij. ¶ Nec est uniuersaliter uerum: q. uirtus finita non agit in instanti, quia cum effectus potest produci in instanti: totus simul, ita potest produci in instanti: sicut in tempore ceteris partibus. Sic secundum philo. x. Ethic Delectatio, & uisio fit in instanti: tota simul. Et si lux aliqua in instanti produceretur, in eodem instanti mox produceret lumen. Nec ex hoc sequitur creaturam æquare deo in modo agendi, quia deus semper de sui natura agit independentes: & in impedibiliter creatura uero solum dependenter, & facile potest impediri deo non cogente. Nec oportet secundum omnem habitudinem esse differentiam inter actionem dei, & creature. ¶ Ad secundum dicitur post Marsilium. q. xij. tertij. Aliquid potest esse cum continuo, & tempore dupliciter: scilicet in fieri: & in permanentia. Aliqua. n. instantaneæ hũc, & creaturæ: quæ tamen durant tempore multo, ut anima hominis. Conceditur ergo: q. id, quod est cum continuo, & tempore, nõ est in instanti: eo modo, quo est cum tempore. Quod enim per tempus permanet, non mensuratur instanti: & q. successiue producit, non producit instantaneæ: totum simul. Sed negatur minor: q. uniuersaliter intelligere, & agere sit cum continuo, & tpe, quo ad fieri, licet quo ad factum esse uel permanentiam ita sit, quia durat tpe multo, etsi possit produci, & produceretur quæque in instanti totum simul. Philosophus aut loquitur de intelligere rerum, q. successione fiunt, uel successiue presentantur: sicut motus, & sonus. Vel loquitur de permanentia intellectiois iam productæ. Non autem uniuersaliter uult: q. omnis intellectio successiue producatur. Nam dicit uisionem, & intellectioem fieri in instanti. Ex quo sequitur: q. aliquid potest in tempore, & cum continuo instantaneæ produci, quia totum simul sine partium successione. ¶ Ad aliud, conceditur; q. instans nihil est ad hunc sensum. Nulla pars temporis est indiuisibilis. instans uero est pars temporis. Sed intel-

Aliquid
potest esse
cum continuo,
& tempore
dupliciter.

ligendo illam propositionem, Meritum potest esse in instanti, Generatio est in instanti, quando aliquid generatur, acquiritur tota forma simul, & non pars post partem, sic, quando aliquis meretur potest pro eodem instanti, siue sine successione simul tempore habere omnia ad meritum requisita. Vel sic: pro eodem tempore precise potest haberi causa sufficiens actus meritorij, vel demeritorij, & ita subiecto ponitur actus in instanti: Sic negandum est: quod instans nihil sit meritum, & similiter demeritum potest esse in instanti: ut supra dist. xiii. q. ij. & secunda propositio. Tamen si in unctiois extrema, & cuiusvis legis noue sacramenti perceptione sufficit ad consecutionem gratie sacramentalis opus operatum cum obicis remotione, nec per se requiritur bonus motus, qui mereatur gratiam istam sacramentalem; at tamen ut subiectum sit capax talis gratie sacramentalis, requiritur in peccatore opus operans, & tale, quod de congruo possit mereri prioritate temporis, uel nature gratie infusionem. Hæc propositio est deo. pro parte prima dist. j. q. v. Palu. dist. j. q. j. & Sco. dist. xvij. q. j. Si queritur: quid est obicis remotio? non uidetur esse aliud, nisi uoluntatis peccantis correctio. Talis enim uoluntas tam diu dicitur manere, quousque peccator contrarium eliciat uoluntati priori. Quia sicut peccatum actuale sola libera uoluntate committitur, ita etiam non sine uoluntate ipsum detestante remittitur; sed tam diu manet etiam quocumque suscepto sacramento in adultoracionis usum habente stante lege, do nec contrariam priori eliciat uoluntate, formaliter, uel virtualiter, ut supra notabili. ij. & conclusio prima. Nec uidetur obicis remotio dicere dumtaxat actus peccati siue interioris, siue exterioris cessationem, etiam cum intentione recipiendi, quod ecclesia intendit in sacramento conferre; quia transeunte in huiusmodi actu adhuc manet reatus culpe, & offensa dei, & ita adhuc uere dicendus est peccator, donec corde pro peccato poeniteat cum uoluntate suscipiendi sacramentum poenitentiae. Requiritur ergo uolunta-

is, quæ peccauit, uera correctio, quæ mereatur de congruo gratie infusionem. Et sicut uelle habere contritionem secundum Palu. est contritionem habere, sic in proposito uelle poenitere, uelle inquam efficax, & non fictum, est poenitere. Si dicitur: si non ponere obicem est corrigere priorem uoluntatem, & uoluntatis correctio, siue emendatio non stat sine gratie infusione; ergo nullum sacramentum nisi baptismus paruulorum conferret primam gratiam. Et sic, ut uidetur, frustra essent sacramenta a Christo: quia non ad gratie acquisitionem. Secundo sequitur: omnes sumpturi eucharistiam committerent se se discrimini peccati mortalis, per consequens peccarent mortaliter. Sequela probatur, quia cum non conferret primam gratiam, presupponit gratiam. Et cum homo citra reuelationem scire non potest, an uiuat uita gratie, uel non, igitur. Tertio, plus requireretur ad dignè communicare, quam secure mori quo ad adultum. probatur, quia ad secure mori sufficit homini detestatio peccatorum propter deum, cum proposito confitendi, & abstinendi. &c. Secus hic: quia requiritur uita gratie præparata. Quarto sequitur deum esse personarum acceptorem, quia ita facile acceptaret magnum peccatorem, sicut minimum, cum uoluntatem ueterem corrigeret: & ita in tempore breui posset consequi gratiam pro multis, sicut alter pro paucioribus. Quinto, non daretur modus, quo sacramenta noue legis conferrent gratiam ex opere operato. Immo uidetur, quod susceptus se haberet pure passive respectu gratie sacramentalis: & quod nullum esset sacramentum noue legis quo ad adultos, quin dignè susceptum duplicem conferret gratiam. Vnam correspondentem uoluntatis correctioni, & obicis remotioni. Aliam susceptioni sacramenti precise. Sexto: si obicis remotio debet esse præparata prioritate nature dignè susceptioni sacramentorum: uel ergo illa uoluntatis correctio erit formata charitate, uel non. Primum (ut uidetur) dici non potest: quia non formatur nisi per charitatem coexistentem. Sed illa posita iam peccatum

uelle habere contritionem. H Dubia.

Prop. 2. requiritur opus operans in peccatore, ut subiectum sit capax gratie.

Obicis remotio

peccatum est remissum. ex consequenti non potest dici, quod illa emendatio uoluntatis siue obicis remotio sit dispositio ad gratie susceptionem. dispositio enim ad formam debet esse prior forma. hæc autem presupponit uoluntatis correctionem, & ita gratie infusionem. Nec secundum dici potest: quia talis non est dispositio sufficiens, cum adhuc stat peccatum non remissum, & ita obex non est remotus. Septimo queri potest: an obicis remotio aliquo modo se habeat per modum meriti ad gratiam infundendam suscepto sacramento. Non meriti de condigno: ut notum est, cum ille actus non sit elicitus ex gratie inclinatione. Nec de congruo, quia ad hoc requiritur constantia finis ultimi, & ita quod propter deum dilectum quis detestetur peccatum, & uoluntate corrigat, & sine dilectione dei fieri non potest, per consequens non stat sine charitate. Et ita iterum oportet procedere charitatem. Octauo. Est commune dictum: gratia infusionem esse causam expulsiōis culpe. Et causa precedit suum effectum. In nullo ergo priore, cum iam uoluntas correcta est, actus ille esset formatus charitate, & prior remissione culpe. Priusquam ad rationes illas respondeatur: expedit præmittere quid sit ponere obicem, uel etiam remouere obicem post iam dicta, salua semper sententia saniore. Ponere obicem est habere uoluntate, propositum, aut complacentiam peccati presentis, præteriti, aut futuri, actualiter, uel virtualiter. Remouere obicem est huiusmodi uoluntate ex dilectione dei naturali super omnia corrigere, & oppositam elicere formaliter, uel virtualiter. Et cum tripliciter aliquis dicitur esse in peccato, ut supra, potest consequenter dici, quod aliquis tripliciter ponat obicem: & ex consequenti, quod obicis remotio tripliciter fiat, scilicet cessando precise ab actu peccati: Detestando peccata in genere, & in specie, & de eis contritionem elicendo cum proposito ea rite confitendi. Et absolutionem sacramentalem recipiendo tempore, & loco opportunis. Primum seorsum non sufficit, quia sic dormiens, aut nunc non habes memoriã

I Quod sit ponere obicem, uel remouere obicem.

peccati commissi, aut propositum actuale deinceps peccandi, diceretur peccati obicem remouere. Secundo uidetur sufficere ad obicis remotionem. Tertium sine secundo non sufficit, salua comuni terminorum acceptione. Videtur enim probabiliter dicendum: quod tunc remouetur obex peccati intrinsece, quando a suscipiente sacramentum elicitor ex dilectione dei naturali super omnia actus uoluntatis contrarius actui peccati actualiter, uel virtualiter, & talis: quod eo quod mereari possit de congruo gratie infusionem. Non enim aliud uidetur intelligi per obicem peccati nisi peccatum, & culpe mortalis reatus. Hic obex uidetur remoueri, cum peccati per poenitentiam, & displicentiam uoluntatis remouetur de congruo. Non enim dimittitur peccatum, nec iustificatur aduersus stante lege, qui est actuali peccato inuolutus, sine motu bono uoluntatis, & nisi peccatum uoluntate contraria explicitè, uel implicitè, actualiter, aut uirtualiter detestetur propter deum, quod prius contra præceptum commisit, uel omisit. Talismodi actum detestationis peccati oportet procedere saltem natura, licet non tempore, dignam sacramenti perceptionem. Nec habetur ex scriptura, uel ratione cogente: quod oporteat ipsum esse tantè uel tantè intentionis, durationis, uel continuationis. Sufficit eius perfectio naturalis rectè circumstantiata circumstantia finis ultimi in esse quantumcumque, remissio. Chryso. in de reparatione lapsi, & magister dist. xiiij. Quantumcumque, & quantumlibet breui tempore gestam non respuit poenitentiam, suscipit etiam eam, nec patitur quamuis exigue conuersions perire mercedem. Et infra. Non temporis longitudine, sed affectus sinceritate poenitentia breui ad tempore breuissimo. Et de latronis conuersione, cui tantum spatium suffecit, quantum expendi potuit: donec unum posset proferre sermonem: ita ut intra momentum temporis, totius uite sceleribus absolutum præcedere ad paradisum etiam apostolos mereretur. Et iterum:

Extra ad poenitentiam breui ad tempore breuissimo. Et de latronis conuersione, cui tantum spatium suffecit, quantum expendi potuit: donec unum posset proferre sermonem: ita ut intra momentum temporis, totius uite sceleribus absolutum præcedere ad paradisum etiam apostolos mereretur. Et iterum:

Non querit temporum longitudinem, nec crucis afflictionem: ad hoc scipue respicit: si uera sit, & eouerso sincera. Hec ille. Et sicut in naturalibus quoadocunq; ponitur ultimata dispositio ad formam, simul tempore est cu inductione formae naturalis: ita pariter in gratuitis, quoadocunq; ponit ultimata hominis dispositio ad susceptionem gratie gratui facientis; ut supra, simul tempore infunditur charitas, uel gratia. Ioan. xiii. Si quis diligit me, &c. Hec est proxima dispositio ad charitatis infusionem. Et id non potest intelligi de dilectione gratuita: quia illa presupponit charitatem: ergo de dilectione dei ex puris naturalibus super oia, que utiq; est in hominis potestate constituta. Ex illo sumi potest: quo sacramentum dicitur conferre gratiam ex opere operato. quia posita bona dispositione sumentis ultra eam gratiam, quae debetur de congruo sua bona dispositio naturali, confertur ex solo Christi merito, & spotione diuina alium gradum gratiae, correspondentem praecise sacramentali sumptioni rite factae. Ex quo etiam colligi potest differentia factorum legis nouae, a sacramentis le. uet. quia nouae legis sacramenta ultra priorem gratiam de congruo debitam bonae sumentis dispositioni, conferunt, & causant ueluti certa, & efficaciam signa alium gradum gratiae. Nec obest: si prius infusa est gratia sumpturo sacramentum, nihilominus sacramentum est certum signum gratiae iam existentis: & infuse. Si ergo quis in ipso accessu primu recte disponitur, in illo instanti duplex ei confertur gratia. Vna correspondens eius detestationi. Alia digne sacramentali susceptioni. Secus de sacramentis le. ue. quae gratiam significabant, & promittebant, non causabant, ut supra, & duntaxat ex opere operante gratiam contulerunt dempta circumcissione. Nec dicuntur medicinae: quia primo curant morbos: sed quia non fuissent instituta, si morbus non fuisset. secundum Ockam. q. viii. & ix. quarti. quamuis poenitentia, & baptisimus etiam primo curare dicantur, quia contritio non ualet sine poenitentia sacramento in uoto: & poeni-

Quomodo duplex confertur gratia.

rentia uirtus adulto non sufficit sine baptisinate in uoto. Per hoc ad rationes dici potest post dicta. q. ij. & j. distin. xiiij. nulli opinioni prauidicando. Ad primum cum inferitur: quod nullum sacramentum nisi baptisimus paruulorum conferret gratiam primam. Respondetur: sacramentum aliquid conferre primam gratiam potest intelligi dupliciter. Primo sic. quod respectu talis gratiae sacramentalis homo se habeat pure passiuus; ita quod cessante eius merito de congruo actuali, & fide confertur ei gratia ex solo Christi merito. sic solus baptisimus paruulorum confert primam gratiam. Alio modo sacramentum dicitur conferre primam gratiam: quia eius uirtute, & non alias actus detestationis peccati meretur de congruo primam gratiam. Sic nondum baptizatis adultis baptisimus confert gratiam primam, cum uolunt ipsum ex Christi institutione sumere, remedium peccatorum suorum Christi merito remittendorum, non tamen sine poenitentia uirtute. Et sic de poenitentiae sacramento cum non potest recipi in actu, sed in uoto, pro loco, & tempore, ex defectu alicuius ad confessionem requisiti. Sicut enim Christi passio curauit patres uolentes eius fide, & merito (quandoq; exhibendo) saluari, & curari: sic sacramentum poenitentiae, & baptisimus adultorum cum habentur quandoq; uoto, aut proposito efficaciam habent in homine ex Christi benignitate, & merito. Quia si alia sacramenta quandoq; dicuntur remittere culpam, hoc tamen non fit sine sacramento poenitentiae in uoto saltem, dummodo in actu haberi pro tunc non potest. Exemplum de sumpturo eucharistiam, cui nunc occurrit peccatum nondum confessum, uel in specie detestatum. Poenitentia ergo, & baptisimus sine proposito, & uoto sumendi caetera sacramenta, non ponenti obicem gratiam primam conferunt. Alia uero non sine poenitentiae sacramento, saltem in uoto. Dicitur ergo poenitentia primam conferre gratiam, & non alia sacramenta: quia eo excluso nullum sacramentum confert primam gratiam adulto baptizato. Sic de baptismo adul-

K
Ad roes
supra
positas
respon-

x

torum: secundum. San. Thom. distinct. xviii. quaest. j. artic. ii. j. quaestiu. j. Valer ad idem dictum eiusdem distinct. xxii. quaest. ij. artic. j. quaestiu. ij. Sic intelligendi sunt doctores loquentes etiam de alijs sacramentis, cum dicunt ea remittere culpam, si inueniant eam. Et beatus Iacobus de sacramento uinctiois loquens dicit. Si in peccatis est, dimittetur ei. Expone. S. Thom. dist. praesenti. Ex consequenti quo ad culpam. Non potest dictum beati Iacobi intelligi. Si quis est uere in peccato primo, uel secundo modo, de quibus nullam habuit displicentiam, uel contritionem: sed neque uoluntatem peccandi corripit, eliciendo actualiter, uel uirtualiter actum contrarii, quod ille praecise propter hoc sacramentum recipiat remissionem culpae etiam cuiuscunq;. Sed uult beatus Iacobus in suo dicto includi, & non excludi, uel poenitentiae sacramentum in uoto, uel poenitentiae uirtutem, si poenitentiae sacramentum non fuit tunc institutum illo tempore. Hinc dicit. S. Thomas dist. praesenti. q. j. artic. ij. quaestiu. j. quod si aliquid aliud sacramentum culpam delectat ex consequenti, non excludit poenitentiam, quae principaliter instituta est contra culpam actualem. Sic pariformiter dicendum, cum eucharistiae sumptio peccatum, si inuenit, remittere dicitur propter inclusionem sacramenti poenitentiae in uoto: ut cum quis nunc communicandus meminit alicuius peccati prius oblit. Cum coniungitur. Sic frustra essent alia sacramenta instituta: Negetur. Ad probationem, quia non ad gratiae acquisitionem: Negandum est: quia sunt ad gratiae acquisitionem instituta saltem aliqua directe baptisimus, & poenitentia ad sensum praemissum. Omnia enim conferunt gratiam ex opere operato non ponenti obicem, licet non omnia primam gratiam conferant directe. Ad secundum negetur: quod omnes sumpturi eucharistiam committerent se discrimini peccati mortalis: quia sufficit homini ad euitationem noui peccati: quod nescit se esse in peccato, & quod sciat se uelle facere facienda pro digna sacramenti eucharistiae sumptione: &

ad hoc efficaciter pro posse conetur. Non oportet: quod euidenter sciat se uinere uita gratiae, nec ad hoc obligatur a deo, sed quod non sit sibi conscius de peccato, seu conscientia peccati, quod detestetur peccatum commissum, quod nouit in specie, aut in genere: si eius reminisci non potest, & ducitur ignorantia inuincibilis: uel ita quoque deinceps cauere oem peccatum, & satisfactionem pro commissis subire cum uitae efficaciam emendatione. Sic accedendo non committit se discrimini. Ad tertium, negetur. Ad probationem, esto: quod eucharistia gratiam augeat, & non conferat primam gratiam, ut habet Seco. dist. praesenti: non tamen requiritur: quod homo sciat se uinere uita gratiae. Sufficit: quod probabiliter credat se esse sine peccato, ut uideret nouum peccatum. Ad quartum, negetur: quia nullus est debitor nisi sua gratuita uoluntate. Ad probationem dicendum: quod deus maiorem exigit satisfactionem, & peccatorum displicentiam a magno peccatore pluribus, & maioribus peccatis in uoluto extentiue, quam ab eo, qui paucis fuit in uoluto peccatis, & minus peccauit. Non tamen oportet maioris peccatoris displicentiam, & contritionem esse gradualiter intensiorem displicentiae, & contritionem minoris peccatoris, ut dicitur. Sufficit: quod singulis eorum omnia, & singula mortalia, quae commisit, quorum reminisceniam habere potest, & debet, detestetur propter deum super omnia diligendum Consonat Richar. dist. xvij. artic. j. q. v. dicens in hoc esse necessariam maiorem attritionem, sed non contritionem: quia sufficit quantumcunq; parua contritio pro peccati dimissione, propter gratie infusionem. Ad quintum negetur: quia sic dicendo magis habetur differentia inter sacramenta le. ue. & le. noue. Siquidem sacramenta nouae legis ultra bonam suscipientis preparationem, & obicem remotionem etiam conferunt uita sacramenti gratiam sacramentalem ex opere operato, ex solo Christi merito. Et ita dignae susceptioni duplex correspondet uita gratia. Vna operanti, quae tempore, uel gratia sacramentali praecedat infusionem. Alia

L
sacramen-
ta no. le.
ultra bo-
nam sus-
cipien-
tis prepara-
tionem co-
ferunt et
ui sacra-
menti gra-
tiam sa-
cramentalem
ex opere
operato, ex
solo Christi
merito. Et
ita dignae
susceptioni
duplex cor-
respondet
uita sacra-
menti gra-
tiam sa-
cramentalem.

Coroll.

operi operato præcisè. Sed q̄ prærequiritur obicis remotio, uerum est propter dignam sacramenti susceptionem, & subiecti dispositionem. Verum ad effectum sacramenti consequendum sufficit opus operatum, priori tamen dispositione non exclusâ, sed posita. ¶ Corollariè sequitur. probabiliter teneri potest, omne sacramentum nouè legis, si digne suscipitur ab adulto, duplicem eidem conferre gratiam. Vel sic. cuiuslibet adulto digne suscipienti sacramentum aliquod nouæ legis duplex confertur gratia: una correspondens operi operanti: alia operi operato. Si dicitur tunc sacramentum penitentia, & baptismus adultorum nõ conferrent primam gratiam; Negetur: ut statim deductum fuit. Nam illa duo sacramenta sunt directè, & primum contra peccata instituta. Sed de modo, quomodo conferant primam gratiam, non idem sentiunt doctores. Positus è mod⁹, q̄ uidet̄ probabilis, & planus, q̄ si non placet eligatur alius. Alex. parte. iij. quæst. lxxx. dicit. Sacramentum penitentia delet actuale peccatum, prout comprehendit contritionem interiolem, & exteriorem confessionem, & satisfactionem. S. Thomas dist. præsentis. quæst. j. arti. iij. quæstiuncula. ij. in corpore quæstionis, dicit contritionem esse de essentia facti penitentia. ait enim in responsione ad corpus. ij. quæstiuncula. articu. iij. quæ. j. Remissio peccati fit in penitentia existente contritione, quæ est de essentia sacramenti penitentia. Hæc faciunt pro dictis. Rich. dist. xxij. ar. ij. q. ij. loquens de effectu sacramenti penitentia dicit. Eius effectus est remissio actuali⁹ peccatorum. Et talis remissio actuali⁹ peccatorum semper præsupponit penitentia interiolem coniunctam exteriori in re, vel in proposito explicite, uel implicite. Subiungit. De lege cõi remissio peccatorum actualium semper præsupponit exteriorè penitentia in re, vel in proposito explicite, uel implicite. Et tunc ad propositu dicit: q̄ per penitentiam exteriorem realiter habitâ quadoq; causatur actualis peccati remissio. Patet: quia interior penitentia informis si non sit ob-

staculū ex parte penitentis, per penitentiam realiter habitam formatur. hæc ille. Pal. dist. xvij. q. iij. ar. ij. dicit. Contritio è pars sacramenti penitentia essentialis. Et dist. præsentis. q. iij. Penitentia de mortali requirit contritionem in speciali, & confessionem &c. Videntur huiusmodi doctores parum, uel nihil a prædictis dissentire. ¶ Corollariū. Sacramentū penitentia tunc remittit actuale peccatu: qñ peccator habet in corde rectè circumstantiam peccatorum suorum displicentiam, & penitentia. Vult quoque ex præcepto Christi, uel ecclesie sacramentum penitentia sumere in opere, uel in uoto. Itaq; si pro illo instanti, quo superius est sacramentū penitentia in re, non possit ipsum habere in re, per illius suæ uoluntatis actum elicitū mereri possit, & de congruo mereatur in eodem instanti gratia infusionem. Sic. n. præuentus morte, si non possit habere sacramentum in re, nihilominus saluaretur. Illa interior penitentia non habet efficaciam operandi circa morbum peccati, ut ait San. Tho. dist. xxij. q. ij. ar. j. quæstiuncula. ij. nisi ex suppositione propositi exterioris penitentia, stante lege Christi, & absolutionis desiderio. Quia in penitentia interior contra morbu peccati operans præcedat quadoq; tempore penitentia exteriorè, & sacramentalè. Sicut iustificatio a peccato interdum præcedit sacramentum baptismi, & liberat a peccato quocunq; propter sacramenti baptismi propositu. hæc ille. ¶ Corollariū secundum. Potest probabiliter teneri: q̄ si adultus in illo instanti, in quo sumpturus est sacramentum penitentia, uel baptismi, nõ habet dispositionem præuia, uel concomitantem, qua tunc mereatur de congruo gratia infusionem, non perficitur præcisè sacramenti susceptione hoc, quod minus habet de uoluntatis suæ motu bono. Et ratio potest esse. Nam potestas clauium non attingit peccati remissionem, & gratia infusionem nisi sicut causa sine qua non, aut forte dispositiue, ut loquitur San Thom. ubi supra. dist. xvij. q. j. artic. iij. quæsti. j. Vnde secundum eundem, nunquam per sacramen-

Contritio

Coroll.

Coro. 2

tate contritionis dimissura est: quadoq; natura: cum iam attritus sumit sacramentum aliquod digne, & deservatur propter deum suum peccatum &c. eliciendo autem, circumstantia finis ultimi rectè circumstantionatum: qui præcedet gratia infusionem saltem natura: quia quando cunque talis actus ponitur in esse perfecto, qui dicitur attritio, & informis, in eodem instanti infunditur gratia: quia est ultima dispositio ad formam introductam. Ex illis patet: q̄ nõ est idem: ex attrito fieri contritum, & ex attritione fieri contritionem. ¶ Ad septimum: satis patuit. ¶ Ad ultimum conceditur, ad communem intellectum, infusionem gratia esse causam expulsionis culpæ. Cum subiungitur, causa præcedit suum effectum, uerum est natura non opere, non oportet, quia effectus potest esse cognus sue cause, ut supra. Nam solus deus est causa effectiua expulsionis peccati. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum: quomodo maioris peccati, & plurimorum maior erit displicentia, & penitentia, quam uariis, & paucorum. De pena multorum peccatorum respondetur, minus oportet dubitare. Respondecut sicut ad diligendum deum super omnia, non requiritur: q̄ homo deū plus omnibus diligat intenciuè gradualiter, sed secundum appreciationem: ita q̄ deū rebus omnibus plus apprecietur, & magnificiat, & potius uelit dimittere, & offendere omnem creaturam, quam deum summum bonum, ut supra. dist. xxvij. retri: ita pariformiter in proposito sufficit maioritas affectus quantum ad appreciationem: ita q̄ cognito peccato aliquo, quo deum offendit, de hoc doleat, nolens deinceps pro ulla re mundi deū offendere, aut eius mandatis contraire, ut supra statim dictum fuit articu. ij. Et sic habet correspondentia magnitudinis detestationis peccati commissi ad magnitudinem adhesionis, seu dilectionis creatura, ad quam se conuertit deum offendendo, & sese a deo auertendo. Hoc uidetur posse colligi ex dictis Richard. dist. xvij. cum dicit pro quanto cunq; magno peccato quantum cunq; paruam

Ex attrito prius sit contritus cum sumit sacramentum.

M Arti. 3. Dub. 1. Quomodo maioris peccati, & plurimorum maior erit displicentia & pena, quā uariis, & paucorum

ficere contritionem charitate formatam: & displicentia rei amate cum peccator auertens se a deo conuertit ad creaturam, saluator in quantacumque contritione parua. Si illa duo dicta uera sunt, non uidentur, quin etiam pro quacumque magno peccato sufficiat quantacumque parua peccati illius detestatio, uel ita circumstantia finis ultimi: dum tamen fit maxima quantum ad appreciationem dei dilecti, & affectus maioritatem quoad deum plus quam ad quamcumque creaturam. Siquidem deus ex sua infinita bonitate non determinauit preceptum de dilectione quantum ad certam intentionem gradualē, sed quantum ad intentionem appreciationis, & maioritatem affectus: ut supra in tertio. Ex eodem fundamento etiam potest saluari: quod maior debet esse displicentia de quocumque mortali, quam de alio malo quocumque, & ita de similibus dictis. Aug. xij. de Ciuitate. xxvj. In amissione rerum necessē est, ut tantum uerit dolor, quantum haeserat amor. Dolor uero in sensu, sed in uoluntate, & non tantum secundum gradualē intentionem, sed secundum appreciationem, & longe plus, ut deus omnium rerum dilectioni preponatur. Secundum dubium respicit omnia, quae in fine praecedentis questionis tacta sunt de dictis Palud. in dubio ultimo. Primum: an illud sacramentum sit quandoque necessitatis, & precepti, illi scilicet, qui est attritus: sed non potest confiteri, ut percipiendo sacramentum poenitentiae in re fiat contritus. Ad hoc patuit: quod illud dictum Palud. ut uerba sonant, nullum est: quia nullius sacramenti uirtute fit praecise contritus ex attrito sine bono motu interiori, quo peccator mereatur de congruo gratiam, ut supra declaratum fuit. Ad aliud, scilicet aliquem factum esse respectu unius sacramenti, & non respectu alterius: quia maior deuotio requiritur in uno: quam in alio: ut supra deducitur. Respondet: si saltem mentem docto recte capio, factus dicitur in proposito respectu sacramenti alicuius, qui non habet peccatorum suorum contritionem: sed attritionem: & talem, quae etiam respectu illius sacramenti non suf-

ficat. ut ex attrito fiat contritus: ut sacramenti illius; quod sumptus est. Nam secundum eundem docto. maior deuotio requiritur in suscipiente respectu sacramenti, ad quod per se requiritur actus suscipientis, quam in eo, in quo non nisi per accidens. Et ita stat, quem esse factum respectu unius sacramenti, & non respectu alterius. Dicitur etiam factus, qui in suo accessu ponit obicem gratiae scilicet infidelitatem: uel mortale peccatum: quod tunc actu uoluntatis committit, aut cuius nullam habuit displicentiam. Si esse factum intelligitur secundo modo, quicumque est factus respectu unius sacramenti nouae legis, etiam factus est respectu cuiuscumque alterius: quia ponit obicem gratiae, nec ut sic, est capax gratiae sacramentalis cuiuscumque sacramenti, & intelligitur de adultis. Si intelligitur primo modo, dicendum est, ut supra: sacramenta conferunt gratiam sacramentalem ex opere operato subiecto rite disposito ad gratiam susceptionem: & hoc uerum est in quolibet sacramento, respectu gratiae sacramentalis in adultis. Verum in ipso accedente alia, & alia requiritur, ut sit non indignus, uel ut ipsa susceptione, non incurrat peccatum. Hanc autem dispositionem nullum sacramentum dare potest, cum suscipitur sine actu bono interiore suscipientis sacramentum. Nec etiam potestas clauis se ad hoc extendit, nisi dispositiue in sacramento poenitentiae. Sic nullius sacramenti perceptio facit ex attrito contritum, sed bona dispositio hominis, quae non posita, nuda & absoluta perceptio sacramenti non facit bene dispositum, qui alias non fuit bene dispositus ad fructuosam sacramenti alicuius in re perceptionem. Et ideo si non potens loqui ut confiteatur actu peccata sua, habet actu mortale, de quo non est contritus, sed tantum attritus: hic non fit contritus uinctionis sacramento praecise: sed est indispotus ad gratiam sacramentalem eiusdem sacramenti: ut supra patuit ex S. Thoma in solutione rationis quinta. & ideo damnabitur etiam uinctus, si non fuerit contritus suo motu bono ac-

cessete gratia dei Sic de alijs suo modo dicitur. Ad replicas, quae possent in contrariū fieri, supra dictum est secundum hanc opinionem. Videtur salua reuerentia doctorum, quod hoc dictum de insufficientia attritionis etiam positum omnibus circumstantijs moralibus adesse debitis, & circumstantia finis ultimi: ex hoc solum, quia non est ita continuata usque ad certum terminum, quem deus praefixit huic attritioni, & tante intentionis, quantum esse deberet, non sit fulcitur aliqua auctoritate scripture, uel ratione fundata in scripturis, sed quod generet plures scrupulos, ardet uiam ad regnum, & desperationi uiam parat. Quo enim praesumere poterit peccator magnus: quod tam breui tempore se possit ad communionem, uel poenitentiae sacramentum recte preparare? Vel quo consolari poterit peccator moriturus in aqua, uel igne sine poenitentiae sacro, cum etiam habet peccatorum suorum propter deum displicentiam? Cessabunt denique, ut uidentur, omnes consolationes dande ingrediētibus bellum, qui non praemittunt confessionem. Immo uidetur stare illa opinio, quod committant se discrimini peccati mortalis, qui habent peccatum non statim contententur, quia displicentia de congruo delicti culpa erit multae continuationis, & laboris, & semper habet homo timere: quod non satis doluerit de peccatis. Et est: quod belligeri non teneantur ecclesiae statuto ad confessionem, tamen periculum, quod imminet ex hoc, quia non habet tempus in bello plangendi peccatum commissum, & forte subito percutitur ferro & ita non possunt continuare peccatorum displicentiam usque ad terminum debitum sine sacramenti poenitentiae reali perceptione, uidentur eos constringere ad confessionem, alias committunt se discrimini peccati mortalis. Sic de infirmis, & grauius morbo periculoso. Sic de senibus: immo in genere de quibuscumque alijs, qui aestuant horam, uel diem mortis. Teneatur ergo quantocumque confiteri, ut uidentur, secundum illam opinionem contrariam, & non sufficit, uelle contritionem solum elicere. Refert loqui de hominis dispositione, ut dignae, & gratuae sacra-

mentum aliquod recipere possit: & ad consequendum gratiam sacramentalem ex opere operato. Concedi potest: quod ad gratiam sacramentalis consecutionem sufficit in omnibus sacramentis: non ponere obicem, secundum S. doct. dist. i. q. v. & dist. xvij. Sed ad dignam, & inculpam sacramenti huius, uel illius sumptionem, alia & alia requiruntur, uel sufficiunt. De adulto baptizando, & peccatore absoluedo: quid requiratur, dictum fuit. Ad euangelicam dignam perceptionem requiritur iudicium duplex prauium discretionis, scilicet quo discernat cibum illi animae plena fide a cibo corporis: quo discernat seipsum, si sit in peccato, si ab ecclesia prohibitus, si ieiunans, si denique a peccatis absolutus &c. Ad aliorum sacramentorum perceptionem forte sufficit contritio sine confessione sacramentali, nisi consuetudo aliud habeat, quae est lex non scripta. Requiritur denique: quod quis non sit prohibitus ab alicuius sacramenti perceptione. Sic bigami ab ordine sacro, & clerici a matrimonio, sani ab unctione extrema prohibiti sunt. &c. Confirmatio adultis, & paruulis datur. &c. Quamuis ergo ad consecutionem gratiae sacramentalis sufficiat opus operatum, & obicis remotio: tamen ad dignam huius, uel illius sacramenti susceptionem requiritur ex parte suscipientis bona dispositio. Nec una, & eadem praecise sufficit, sed requiritur alia, & alia. Cum ergo Palud. dicit: quod quis potest esse factus respectu unius, & non respectu alterius, intelligitur ex dispositione ex parte suscipientis sacramentum, quae respectu diuersorum sacramentorum est alia, & alia. Hinc pueri, & fatui baptizantur, sed non communicantur. Confirmantur pueri, sed non ordinantur, nec matrimonio copulantur. Inunguntur non sani, sed egeri morituri. Sed quod attritio, quae est peccatorum displicentia informis, sumpto hoc sacramento formatur, & non sic formaretur sumpto alio, & maiori sacramento, non intelligo. Nam attritio non fit contritio: ut supra patuit dist. xvj. q. j.

Contritio cum charitate.

Dub. 2.

Quis dicitur factus.

Ad euangelicam dignam susceptionem requiritur duplex prauium iudicium

DISTINCTIO. XXIII.



NVNC ad considerationem sacrae ordinationis accedamus &c. In prioribus magister determinavit de quinque sacramentis respicientibus vtilitatem in speciali determinate personae, & quae data sunt, in remedium vnius personae, consequenter in dist. pñti. xxiiij. agit de sacramentis datis in remedium totius ecclesiae: hoc est respicientibus totam multitudinem ecclesiasticam. Et primum de sacramento ordinis distinct. presenti, per quod generatur fideles spiritualiter, & in militia ecclesiasticam ordinantur. Dehinc dist. xxvj. de sacramento matrimonij, per quod generantur fideles naturaliter, & ad dei cultum destinantur. Determinat autem de sacro ordinis in duabus dist. Distin. presenti, prout respicit suscipientem, & dist. xxv. prout respicit ministrum ipsum conferentem. Summarium dist. presentis tribus complectitur conclusionibus. ¶ Prima, propter septiformem spiritus sancti gratiam ordinandis conferendam, Christus in dei ecclesia septem ordines constituit, quorum omnium officia in semetipso exhibuit, & ostendit. ¶ Secunda conclusio. In sacramento septiformis spiritus sancti sunt gradus ecclesiastici. In quorum gradibus constituti singuli, recte vocantur clerici. ¶ Tertia conclusio. Ordinibus septem, dignitates quaedam super adduntur, & officia multiplicata, ut sic rite consummatur, & perficiatur religio Christiana. Harum conclusio nam probationem textus ostendit.

QVAESTIO. I.

AUtem quomodo sit ecclesiae sacramentum unum, vel plura



CIRCA distinctionem illam quaeritur: utrum ordo sit ecclesiae sacramentum unum, vel plura characteris, & gratiae septiformis impressum. Tribus solito modo re questio haec absoluetur articulis. ¶ Quartum ad primum notandum. Nomen ordo multipliciter accipitur, Primo secundum beatum

Aug. de ci. dei li. xix. c. xiiij. est paritudo partium; rerum suarum cuique loca distribuens dispositio. Sic multitudo aliqua in qua contingit inuenire dispositionem congruam partium, & imparium in suo loco, dicitur habere ordinem primo modo. Et illa dispositio est rei pulchritudo. Et sic sine ordine nihil dicitur pulchrum. Sic ait apost. Quae a deo sunt, ordinata sunt. Ro. xij. Et philosophus. xij. Metaphysice ostendit omnium entium, quae sunt in universo, esse ordinem, quodque primum bonum post bonum ducis, est bonum ordinis. Et commentator eiusdem. Et isto modo generali sumendo ordinem, contingit ordinem inueniri nescit in rebus naturalibus, sed etiam in ecclesiasticis, nescit in politica civilis, sed etiam in Hierarchia ecclesiastica, cum utrobique contingat inuenire quandam multitudinem recte ordinatam: multimoda denique diversitate officiorum, aut membrorum exornata. Secundo modo accipitur ordo, ut est gradus praeminens in aliqua politica recte ordinata, siue civili, siue ecclesiastica. Sic persona in tali constituta gradu dicitur habere ordinem, sicut dicitur habere quaedam praeminentiam gradum antonomastice, quia hi, qui sunt in gradu inferiori, non dicuntur sic habere ordinem. Sic dicimus esse ordinem militum, & pugillum. Item ordinem ministrorum pro cultu dei exequendo. Et hoc modo etiam contingit ordinem reperiri in ecclesiastica politica, sicut secundum primam acceptionem. Secundum primam acceptionem tota ecclesia, & totum universum potest dici ordinatum. Sed secundum aliam, persona habens gradum eminentem, seu quandam praeminentiam ultra alios homines, ordinem habere dicitur, & potest dici ordinata. Vnde dist. lxxxix. c. Ad hoc dicitur. Ad hoc dispensationis prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos: ut dum reverentiam minores prioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio, & recte officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim universitas alia poterat ratione subsistere: nisi huiusmodi magnus eam differentiae ordo seruaret. Ex hoc claret: quod significata nomine ordo pro prima, & secunda acceptione non sunt eadem

Arti. 1.
Not. 1.
Nomen ordo multipliciter accipitur.

eadem: licet ubi reperitur ordo primo modo, potest inueniri gradus eminentis, & ita ordo secundo modo. Isto secundo modo potest adhuc multipliciter accipi. Primo ordo est gradus eminentis in ecclesia dispositus ad aliquem actum eminentem ecclesiasticum: vel ad habendum ius aliquod seu privilegium spirituale, & ecclesiasticum, ut puta habere ecclesiasticum beneficium, in iurisdictione ecclesiastica exercere, gaudere immunitate clericali: ut inf. Dub. iij. effectus tonsurae. Et sic accipitur large ordo clericalis. ca. Cum contingat. de aetate & quali. ordi. Et potest dici quod ecclesia instituerit ordinem clericalem: non laicalem. secundum Panor. ca. j. de vita & honestate clericorum. Et clericus dicitur, qui non est laicus, seu qui est secundum formam ecclesiae privilegiatus, & coetus clericorum adiunctus. dist. lxxxix. cap. Quoniam. Secundo modo ordo potest notificari sic. Est gradus in ecclesia dei dispositus aliquem simpliciter, vel de congruo ad exequendum simpliciter, vel debere actum aliquem sacramentalem. Gradus ille non est potestas: sed disponit ad actum exercendum, secundum Sco. Sic definit ordinare, vel etiam ordinari, Guilielmus Parisien. in de sacramentis. tracta. de ordine. Ordinari nihil aliud est, quam ad divinum cultum ministerium pontificali benedictione, & manuum impositione sanctificari. Et ordo est sanctificatio, seu sanctitas huiusmodi pontificali ministerio collata. Hoc modo episcopatus potest dici ordo, quia episcopatus addit ultra sacerdotium, confirmare, & ordines conferre &c. quia eius est sanctificare alios, & divinum cultum applicare. Tertio modo ordo accipitur, ut est gradus eminentis in ecclesia dispositus hominem de congruo, vel simpliciter ad actum aliquem ecclesiasticum circa eucharistiam. Sic episcopatus non est ordo distinctus, aut superior a sacerdotio, sed est sacerdotium, cui convenit actus nobilissimus, scilicet consecratio corporis domini. Isto tertio modo restrictus accipitur, quia primo, vel secundo modo: quia sic principaliter respicit eucharistiae consecrationem, & actus ad eucharistiae consecrationem disponen-

Ordo quid sit.

tes. Et hoc modo ordo non est sacramentum proprie loquendo: cum non sit signum sensibile, sed gradus quidam eminentis in ecclesia dei dispositus ad actum pertinentem ad eucharistiam. Sacramentum vero signum est sensibile. ¶ Cum autem ordo ponitur sacramentum, sumitur pro ordinatione. Et potest sic notari carum secundum Sco. Ordinatio est institutio alicuius in gradu ecclesiae praeminente, cui convenit aliquod ministerium exhibendum circa corpus Christi verum, aut mysticum, facta a ministro idoneo certa verba proferente simul cum intentione debita, ministerium gradus, vel ordinis illius aliquo signo visibili representans ex institutione divina, gratiam praeminentem, qua ordinatus dignus aliquod ministerium exequatur, significans. Et secundum illam generalem notificationem ordinationis, possunt proportionabiliter formari particulares notificationes singularum ordinationum, siue singulorum ordinum. Exemplum. Ordinatio sacerdotalis est hominis in gradu ecclesiae praeminente, dispositus ipsum ad faciendum eucharistiam, facta ab episcopo certa verba cum intentione debita proferente &c. Applicentur & aliae clausulae praemissae. Hoc modo etiam definit Althodoren. lib. iij. de ordine, dicens. Ordo est signaculum sacrum, quo spiritualis potestas confertur alicui, & officium. Et intelligitur per signaculum signum aliquod sensibile &c. Sic ordinatio diaconatus est institutio hominis &c. ad eucharistiam dispensandam, saltem sanguinis. Subdiaconatus ad materiae offerendum praeparationem, & oblationem. Ratio enim inferiorum in ordine ad eorum primum sumi debet. Acolyti ad recte disponendum populum sumpturum eucharistiam per devotionem, & orationem. Lectoris per intellectus illuminationem. Exorcistae ad remouendum demones. Ostiarii ad propellendum malos homines, ne impediunt in actibus circa eucharistiam &c. Sic de episcopatu suo modo dicendum: qui vtiq; est ordo, & praeparat ministros ad illa officia, quae & ipse potest exercere. ¶ Corollarie se-

B Ordo put est sacramentum.

Exemplum de ordinatione sacro.

Coroll.

Diffinitio ordinis. quitur, est differentia inter ordinem, & sacramentum ordinis. Ordo largè est gradus eminens in ecclesia disponens hominem, vel simpliciter, vel de congruo ad actum sacramentalem debite exercendum. Sacramentum verò ordinis nunc notificatum est. Magister in textu definit cum Altissiod. sacramentum ordinem, dicens ipsum esse quoddam signaculum, in quo spiritualis potestas traditur ordinato. ¶ Dicitur primò, est institutio alicuius in gradu ecclesiæ præeminente. Institutio inquam a Christo, qui solus habet instituere sacramentum propriè dictum, licet ab eo institutum aliis possit promulgare. ¶ Dicitur in gradu ecclesiæ, quo innuitur potestas tradita ordinato, quæ non datur alicui, stante lege, gradum illum non habenti. Nec conuenit illa notificatio baptismi: quia quamuis in baptismo datur potentia ad suscipiendum alia sacramenta, sed non potestas. Potestas enim dicit potentiam actiuam cum quadam præeminencia. Nomen verò potentia secundum Sanct. Thom. & Palud. est commune ad actiuam, & passiuam. Hinc datur ordo pro utilitate ecclesiæ. Ideo notanter dicitur in definitione potestas, scilicet actiua cū præeminencia quadam. Potissimum enim consistit in potestate collata hoc sacramentum ordinis ad exercendos actus aliquos, reliqua verò sacramenta ad effectus aliquos suscipiendos, secundum S. Tho. q. ij. art. j. Et Palu ar. j. q. j. cum dicit characterè ordinis esse potentiam actiuam: addens quod nomen potestas determinatè importat actiuam: licet ly potètia commune sit ad actiuam, & passiuam. ¶ Dicitur, cui conuenit aliquod ministerium. Ministerium istud multiforme est. Subdiaconus sacramenti materiam a populo acceptam diacono tradit. Diaconus presbytero offert: presbyter ipsum consecrat. Remouent prohibèes ostiarij, qui hominè malum, & exorcista, qui angelum malū expellit, Conferunt conducens lector intellectum illuminando: Acolytus affectū inflāmando. Portat .n. cereos accensos ad deuotionē excitantes. Episcopus emittētē habet quicquid sacerdos. Habet .n.

ministeriū circa corpus Christi verum, & mysticū, ut dicitur. Habet etiam omnes ordines conferre, & alia facere &c. ¶ Dicitur facta a ministro idoneo. Minister idoneus huius sacramenti, qui ipsum conferre habet, est episcopus. Præilegiati quādoq; cōferunt minores ordines. ¶ Dicitur certa verba proferente. Si quaerit, quæ remittātur ad pontificales libros eorum. De forma ordinationis sacerdotum probabile est dicere: sint ibi duæ formæ partiales, in quarum vna datur potestas consecrandi eucharistiam. In alia potestas absoluendi. Sic & discipulis primū data fuit potestas super corpus Christi verum potestas consueiendi eucharistiā in cœna domini: & post hoc potestas ligandi, & soluendi, super corpus Christi mysticū, cū insufflauit, & dixit post resurrectionem. Accipite spiritū sanctum: quorum remisistis peccata &c. Ioā. xx. Nec simul tempore collatæ fuerunt hæc potestates ordinis sacerdotalis apostolis. Et videtur quod etiam modo in ordinatione sacerdotum, distinctis, actibus, temporibus, & verborum formis consecrantur ordinandi. Primam confert episcopus cum tradens ordinando calicem cum vino, & pane superposito patenæ dicit. Accipe potestatem offerendi, & consueiendi pro viujs, & mortuis. Secundam confert paucis interpositis ponens manum super caput eius, & dicens. Accipe spiritum sanctum. ut sic episcopus conformiter agat Christo, qui prius apostolis contulit potestatem consueiendi corpus Christi verum, & deinde potestatem super corpus Christi mysticū. Et secundū hoc nonnulli tenent duplicem characterem infundi in collatione ordinis sacerdotalis secundum duplicem potestatem eis collatam. Consecratio episcoporum aliam habet formam, & characterem, & alia traditur potestas supra sacerdotiū ipsi episcopis, cū ordinatur. ¶ Dicitur simul cū intentione debita, ut supra in alijs sacramentis dictū est de simultate verborū, & intètionis pariter, & actus &c. ¶ Dicitur ministerium gradus, vel ordinis illius aliquo signo sensibili representas, in quo innuitur materia sacramenti ordinis remota, & pro-

Consecratio episcoporum quod conferat. Materia sacramenti ordinis

nis remota, & propinqua.

pinqua. Quilibet enim ordo datur aliquo signo sensibili, in cuius perceptione, vel traditione etiam imprimitur character illius ordinis, vel illius. Vnde dat regulam generale Richard. art. ij. quæst. iij. & Palu q. ij. Ex que in collatione cuiuslibet ordinis distinctus, & alterius speciei imprimitur character, ideo in hoc instrumento, siue in huius instrumenti traditione, quæ sit singulis ordinandis hoc, vel hoc ordine (quo principalis potestas, quæ confertur huius ordinis collatione expressius significatur, & representatur, accedente quorundam verborum formalium prolatione a ministro ordinante) traditur ordinis illius character. Attamen secundum eundem certum non est, in quo actu præcisè characteres infundantur. Hinc quia principalis potestas ostiarij in clauium: lectoris in lectionarij, Exorcistæ in exorcismorum libri: Acolyti in candelabri, seu cerei, vel secundum aliquos viceoli, vel ampullarum: Subdiaconi in patenæ, & calicis vacui: Diaconi in libri euangeliorum: Sacerdotis in calicis cum vino, ac patenæ cum pane traditione, & assignatione clarij representatur; quæ in aliquo alio, quod circa ipsum fiat: ideo in huiusmodi traditione materia propinqua huius, vel illius ordinis designatur, & character, in quo fundatur ordinis illius potestas, imprimitur. Ex quo consequenter sequitur: quod ordo sacramentum habet determinatam materiam, sed non vnā vnitate simpliciter dicta: sed aggregatiuè. Vnde sicut ordines sunt vnum sacramentum vnitate finis, & ordinis, seu vt Richard. loquitur, vnitate integra ex pluribus partibus ordinatis ad vnā sacerdotij potestatem: Ita distinctæ materiæ ordinum singulorum vnā completam sacramenti ordinis constituunt materiam. Palud. quæstio. prima artic. primo, reputat probabile, cum illi ordines constituunt vnū sacramentum, non esse necessarium: quod diuersas habeant materias, cum illa sit magis ad ponendum quasi in possessionem. Sicut canonicus inuestitur per librum: Abbas per baculum: Episcopus per anulum indifferenter siue aureum,

Materie singulorum ordinum.

siue cupreum. Tutius tamen esse dicitur cum Richardo: quod singulis ordinibus singula tradantur instrumenta, vt lectori lectionarij: Exorcistæ exorcismi &c. Annectit rationem. Vbi quæstio est distincta forma, siue in eodem sacramento, siue in diuersis, ibi est distincta materia etsi non specie, saltem numero: Exemplū in Eucharistia quo ad primum: panis siquidem differt specie a vino. Et in vnctione quo ad secundum. Ad singulas enim vnctiones aliud oleū recipitur numero, non specie. Ita & in hoc sacramento alia, & alia porriguntur instrumenta, & libri alij: quamuis in vno codice potest contineri textus euangeliorum, exorcismorum, & lectionum. Et calix idem vni potest conferri vacuus: alteri plenus vino. ¶ Dicitur consequenter ex institutione diuina efficaciter significans gratiā præminentem. Solus enim deus, qui dat gratiam, & gloriam, instituere potest huiusmodi signa certa, & efficacia gratiæ: vt supra de baptismo. ¶ Dicitur verò est gratiam præminentem. Nam secundum sanctum Thomam & Palud. Ordo disposito ad eius dignam susceptionem maiorem confert gratiam, quā alia sacramenta: & maior ordo maiorem gratiam. Maior etiam gratia requiritur ad actus ordinum digne exercendos, quam ad alios actus communes, & ad maioris ordinis actum maior gratia. Confertur ergo in quolibet ordine gratia gratum faciens, non tantum ad idoneam ordinis susceptionem, sed collatæ potestatis dignam executionem. Ideo subiungitur. Qua ordinatè digne aliquod ministeriū exequatur. Potest dari ratio illius dicti. Nam ordo non confertur pro utilitate vnius personæ duntaxat: sed totius ecclesiæ. Et vt communiter dicitur, datur contra defectum ignorantie depellendæ: non personæ vnius: sed totius ecclesiæ, quā ordinatus habet sua doctrina illuminare. Ideo ordinatus tanta indiget gratia, quanta sibi necessaria est etiā pro aliorum salutifera eruditione. Sicut ergo apostolis etiam pro utilitate ecclesiæ data fuit gratia spūs sancti, ita ordinatis. Non ergo sufficit grā gratis data

Not. 2.
Ordines di-
cuntur
facti.

sine gratia gratum faciente, sed requiritur etiam gratia gratum faciens, per quam ad maiora reddantur idonei, qui sunt sacris ordinibus preediti. ¶ Secundò notandum: quod omnes ordines dicuntur facti, quodammodo nonnunquam alii dicuntur respectu maiores, & facti, reliqui vero minores, & non facti. Sacrum quandoque sumitur absolute: & sic omnes dicuntur facti; & conferunt potestatem ad actus sacros. Alio modo antonomastice: & sic ordines immediatius ceteris respicientes eucharistia consecrationem dicuntur facti: sicut Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotium. Tum ratione materiz, quia etiam habent actus suos circa vasa, & instrumenta sacra. Subdiaconus enim calicem consecratum cum pane, & vino, diacono, & Diaconus sacerdoti offert, qui ea consecrat. Tum ratione continentiz annexæ clericis occidentalis ecclesie; quia votum continentiz reddit eos deo deuotos distinct. xxxij. cap. Erubescant. Episcopus in sacerdote includitur. Secus in quatuor minoribus ordinibus, quia nec actus eorum sunt immediate circa aliquod factum, siue consecratum: nec eis est continentia annexa, ideo non dicitur sic facti, vt alij res ordines.

Not. 3.

¶ Tertio supponatur ex dist. viij. quest. ij. quod vnum multipliciter accipitur, & dicitur. Ibi quomodo sacramentum aliquod dicitur esse vnum multiplici ratione.

Artic. 2.

Cocl. 1.

Ordo è nouæ le-

gis sa-

cramen-

tum a

Chro

pro ec-

clesie

militan-

tis vtili-

tate in-

stituti.

¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Ordo est nouæ legis sacramentum a Christo pro ecclesie militantis utilitate, pariter & decore, alludenter ad prisceorum ritus & mores vetustissimos recte institutum. Prima pars probatur. Cui conuenit definitio, ei & definitum, sed ordini conuenit definitio, ergo & definitum. Maior nota. Minor probatur: quia ordo est inuisibilis gratiz visibilis forma, cuius gratiz gerit imaginem, & causa existit. Est enim actus quidam exterior representans gratiam inuisibilem: cuius etiam est causa & signum certum. Secunda pars quod ordo sit institutus a Christo: patet distinctio. i. quest. secunda. de sacramentorum institutione. Pars tertia persuadetur multipliciter supposita

auctoritate prius allegata. lxxxix. dist. Ad hoc. & Dionys. cap. quinto, ecclesie. Hierarch. Primo sic. Quantum director, & gubernator multitudinis alicuius est magis sapiens, tanto minus in eam cadit, aut cadere potest confusio. Sed Christus gubernator & director ecclesie fidelium est maxime sapiens: quia dei patris sapientia, in quo thesauri sapientiz, & scientie dei reconditi manent, ad Coloss. ij. igitur nullam in ea fuit confusionem, sed omnia ordinat, & disponit suauiter. Maior nota, & minor. Hinc in terris visus, & cum hominibus conuersatus est, Baruch. iij. Ascendens denique in celum spiritum misit, qui omnem docuit veritate. Ioan. xvi. ¶ Præterea sapientia filij dei sponsi ecclesie amplius commendari non potuit, nisi in distinctione ordinata rerum, & maxime spiritualium. Quod significatur per hoc, quod regina Sabba, videns omnem sapientiam Salomonis, & domum, quam edificauerat, & cibos mensæ eius, & ordines ministrantium &c. non habebat ultra spiritum &c. tertij Regum decimo. ¶ Præterea vulgatum est prouerbum: Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Cum ergo Christus ordinare voluit pro ecclesie salute, & necessitate quæcumque necessaria: quia per vnum commodè fieri non poterant, ministeria diuisit, vt sic sine grauiamine, & confusione singula rectè fierent. Hinc Numeri xi. dedit dominus Moysi. lxx. senes populi in adiutorium, auferens de spiritu suo, & tradens eis, vt sustentent onus populi. ¶ Item secundum Dionysium cap. v. ecclesiasticæ Hierarchiæ, Lex generalis Hierarchiæ est, vt inferiores per suos superiores sursum agantur ad diuinos splendores sibi illucescentes. Rectè ergo deus non testam. alios, & alios idoneos ministros instituit, ad lumen diuinum, & hauriendum, & influendum alijs. Hoc autem congruentius fieri non potest in ecclesia dei, nisi per multifariam, & ordinatam ministrorum gubernationem, a qua singuli pro sua capacitate, & qualitate in fide plenius poterunt erudiri, quâ ab vno solo. ¶ Præterea gentiles, suos flamines hoc est sacerdotes, quosdam

Gentiles,
quoque
diuide-
batur sa-
cras di-
gnitates,

quosdam simpliciter flamines, alios archiflamines, alios proflamines nominabant xxi. dist. cap. Decreti. Et Hugo de sancto Victo. lib. ij. de sacramentis parte iij. cap. iij. de ordinibus sacris loquens dicit. Et habentur illa verba in continuatione epistolæ Clementis ad Iacobum episcopum Hierosolymitanum. Isti ergo ordines sacri diuersis locis per orbem terrarum quocumque sanctæ ecclesie corpus diffusum est, disponuntur, non solum voluntaria patrum ordinatione, sed ex ipso quoque gentilitatis usu conuenienter assumpta. In illis siquidem ciuitatibus, vbi olim gentiles suos flamines instituire consueuerant, nunc episcopi sunt ordinati, & vbi fuerunt archiflamines, ibi succedunt archiepiscopi. Allegat ad hoc itinerarium, aut librum Clementis, & facta beati Petri, ecclesias vbi prius gentiles fuerunt sic ordinantis. ergo longe amplius id expedit fieri in ecclesia dei: Item ecclesia Iudæorum etiam habuit suos sacerdotes. Et ante sacerdotij institutionem Aaron, sacerdotium annexum erat primogenituræ, & primogeniti faciebant officia sacerdotum. Genesis decimo quarto. Abraham dedit deimas Melchisedech sacerdoti dei altissimi: quamuis sacerdotium adhuc non erat institutum. Ille Melchisedech non erat sacerdos, sed fuit Sè primogenitus Noe secundum I. yram cap. vt supra. Idem habetur de primogenitis Exodi xix. quod faciebant officium sacerdotum vsque ad institutionem sacerdotij Aaron. De quo Exod. xxviii: & deinceps. De consecratione Aaron, & filiorum in sacerdotes Exodi xix. De leuitis Numeri tertio, qui erant associati Aaron, vt ministrarét ei &c. Ecce sacerdotes, & leuitas. Cum verò temporum successu Dauid ministeria domus domini ampliare vellet, & arcam duci faceret per sacerdotes, & leuitas de domo Obededon ad ciuitatem Dauid Sion. iij. Regum. viij. ad locum, quem ei preparauerat, vbi & tabernaculum tederat pro ea, constituit ianitores, & portarios, cantores, succentores, & præcentores ad præcinendum melodiam, & alios canentes in diuersis instrumentis

Vbi in
lege ve-
sunt in-
stituti
ordines.

musicalibus, pro dei cultu explendo. primi paralipo. xv. & xvi. Inter quos etiam erat princeps prophetiz ad canendum, qui alijs ostenderet, quæ dicta prophetica canere debebant cap. xv. vt supra. Ecce ostiarios lectores, & cantores. Salomò verò constructio templo cum arcam de ciuitate Dauid, de Sion deferri faceret per sacerdotum ministeria, oratione expleta oblationes fecit plurimas iij. Reg. viii. Idem Salomon quendam modum exorcizandi inuenit, quo demones adiurati ab obsessis corporibus pellebantur, dist. xxj. cap. Decretis. Verum quando Salomon hoc fecerit, an scilicet cum adhuc habuit spiritum dei, & ita oratione diuina, an ita factus idololatra, & ita arte magica demones expulerit, clarum non est. Facit ad idem dictum Bedæ in Actib. ca. xix. Vbi dicit Iosepho referente. Excogitauit, & docuit suos Salomon modos exorcismi coniurationis, quibus immundi spiritus expulsi non audebant ad homines reuerti. Ad idem Hugo in de sacramentis, ubi supra cap. vij. Sic habentur etiam exorcismi. De sacerdotibus, leuitis, Nathineis, & ianitoribus &c. ac eorum officijs Paralipo. ix. & j. Esdra. ij. Item primi Esdra. viij. Nathineus dedit Dauid, & principes ad ministeria leuitarum ducentos viginti. De præsignatione radendi coronam infra dubio primo. Item secundum Rabanum Aaron summus sacerdos formam episcoporum, & filij eius sacerdotes presbyterorum gerebant. de institutione clericorum. Ex quibus habetur: quod in lege veteri fuit summum sacerdotium Aaronicum. Fuerunt & minores sacerdotes. Fuerunt leuitæ, & Nathinei, qui nunc dicuntur diaconi, & subdiaconi. Fuerunt ostiarii, & ianitores, fuerunt cantores, & principes ad canendum: similiter & præcentores, qui nunc lectores dici possunt. Fuerunt exorcistæ. De acolytis, quod tunc temporis fuerint alij a minoribus sacerdotibus, & filijs Aaron, non satis claret ex scriptura. Tamest magister dicat de acolytis loquens. Huius officij formam gerebant illi in veteri testamento, qui lucernas candelabri componebant, & accendebant

igne caelesti ad illuminandas tenebras Aquilonares. Verum si illi, qui huiusmodi fecerunt ministeria, fuerint alij a minoribus sacerdotibus non claret ex textu scripturae. Quia autem huiusmodi ministeria olim habita fuerint, habetur Numeri vii. Vbi Nicolaus de Lyra dicit, quod Aaron poterat nedum per se, sed & filios suos, qui erant sacerdotes, facere officium compositionis lucernarum. Ad hoc Exodi. xxij. De cadalabro, atque lucernis Exodi. xxv. & xl. Et secundi Paralipome. quarto. Et istae lucerne incendebantur ab igne recepto de altari holocaustorum, qui erat perpetuus. Leuit. vi. Et de caelo datus. Leuit. ix. ¶ Si ergo in lege veteri huiusmodi ordinum officia in personis plures dispersa fuerunt pro diuini cultus exploratione: & apud gentiles ex parte salute: Decet, & congruit: & in noua lege, cuius lex uetus figura fuit: huiusmodi reperiuntur ministeria, & ordinum gradus. Cuius plures ponit rationes, & congruentias Guilielmus Parisiensis de sacramentis tractatu de ordine. Item manuum impositio similiter prefigurata est. Nam Isaac manus imposuit, & benedixit Jacob, & Jacob filiis suis. Gene. vigesimo octauo. Item Moyses super caput Iesu Naue manus imponens dedit ei spiritum virtutis, & ducatum in populo Israel. Et hoc quoad episcopos. ¶ Conclusio secunda: In primitiua ecclesia pauci fuerunt electi ordinati: sed temporum successu, autem fidelium deuotione distincta sunt singulorum ordinum ministeria, & in singulis ordinibus certi constituti ministri. Prima pars patet: quia in Dionysio de ecclesiastica Hierarchia solum leguntur pontifices, presbyteri, & diaconi. Et alibi non leguntur fuisse nisi presbyteri, & diaconi: ut patet ex actibus apostolorum. Apud veteres iidem episcopi, & presbyteri fuerunt: ut videtur vigesima prima distinctio capit. Cleros. Pauci enim tunc erant credentes: & ita pauci sufficere poterant ad conficiendum, & dispensandum eucharistiam. Et idem plurimorum officia facere potuit. Quia diaconum omnium inferiorum ordinum ministeria supplendunt, secundum Dionysium. capit. tertio

Cocl. 2.
E
In ecclesia primitiua pauci fuerunt clerici ordinati.

ecclesiasticae Hierarchiae. Sicut & hodie saepe numero faciunt officium leuitarum, & subdiaconorum sacerdotes ad altare ministrando, epistolam, & euangelium legendo. Cum uero creuit numerus fidelium, ecclesia multiplicauit ministros, non ordines aliquos instituendo: sed ordines auctoritate a Christo recepta pluribus conferendo. Et in hoc numerum ministrorum quoad singulos ordines auxit. Cum ergo ministerium ordinum aliquorum tunc non esset necessarium, non sunt instituti ministri in singulis gradibus, quia pro paucis pauci suffecerunt ministri. Sicut & hodie cum fidelium deuotio languet, non sunt in singulis ordinibus determinati ministri: quia homines iam raro accipiunt eucharistiam, tunc saepe numero receperunt, & sic opus erat multorum ministerio. ¶ Quia ministeria ordinum singulorum octonario clauduntur numero, claret ex dictis plurimorum doctorum: & ut dicunt, ex facto Christi: qui singulorum actus ordinum in se ipso exhibuit: & in le. vet. prefigurauit. Et potest sic deduci. Quot sunt gradus eminentes in ecclesia dei disponentes hominem de congruo, vel simpliciter ad actum aliquem ecclesiasticum exercendum qui respicit eucharistiae consecrationem, vel dispensationem, & populi dignam perceptionem, tot sunt ordines ecclesiastici. Octo uero sunt gradus tales eminentes, ergo tot sunt ordines. consequentia bona. Maior nota ex quid nominis Ordinis. Minor claret ex declaratione notificationis sacramenti ordinis. Potissimum enim instituti sunt ordines a Christo, & ecclesiae ministris Hierarchicis uice dei ad hoc ordinatis, ut ministrarent in ecclesia, & faciant unionem populi cum deo. Haec unio maxime fit in eucharistiae sacramento, in quo Christus a nobis sumitur. Data ergo sunt potestates plurimae ministris ordinum, ut sic uel collati ordinis possint recte ministrare sacerdoti conficiendi eucharistiam, uel materiam offerendam praeparando: uel prohibens remouendos: aut conducens applicando. ¶ Nec cogit replica, si dicatur: Hierarchia ecclesiastica ordinata est secundum

Hierarchiae angelicae, secundum Dionysium. cap. v. partis primae ecclesiae. Hierarchia in qua reperiuntur noui chori, siue ordines, ergo a simili in ecclesiastica nouerunt ordinatorum ministeria & gradus. Ratio est: quia ordines angelici distinguuntur secundum exigentiam Hierarchiarum trium, quarum quilibet tres habet ordines ad tria distincta officia ordinatos, ut supra in secundo. Ordines uero ecclesiastici accipiuntur non secundum tres Hierarchias, sed in ordine ad effectum unum principalem, scilicet ad conficiendum corpus Christi, & ad praeparandum populum ratione suscepti ordinis ad ipsum. Ad hoc sufficit, ut dicitur (habitu episcopo, qui ordines confert.) vij. ordines & septuplicia ministeria, quae simul iuncta ministerium illud diuinissimum complent. ¶ Tertia conclusio. Tametsi secundum opinionem plurimorum septem sint ordines proprie dicti: scilicet ordines ostiariorum, lectorum, exorcistarum, acolythorum, subdiaconorum, diaconorum, & sacerdotum: tamen solum unum est ordinis sacramentum unitate finis, & ordinis. Prima pars de ordinum septenario numero patet ex conclusione secunda. Secunda pars ex dist. viij. quaest. ij. Sicut enim species panis, & uini sunt unum sacramentum, quia ordinantur ad unam hominis spirituales refectionem, & nutritionem tanquam ad finem proprium: ita & septem ordines: licet plures habeant effectus re: ut loquitur Palud. quaest. secundus: sunt tamen unum ordine. Et ideo omnes septem ordines dicuntur unum sacramentum: quia omnes ordinantur ad finem unum proprium, & immediatum, qui est unire fideles Christo per eucharistiam. Ad hoc autem requiruntur & materia praeparatio, & eucharistiae consecratio, ut supra, qui sunt actus ordinum. ¶ Praeterea quodcumque habent actiones multae sacramentales ad unum finem, & effectum principalem principaliter ordinate, quem nulla earum attingit, aut attingere habet ex Christi, uel ecclesiae ordinatione, sed ex omnibus illis simul adunatis rite, & legitime habetur ille effectus: omnes illae actiones dicuntur

Cocl. 3.
E
Etsi ordines sint septem proprie dicti tamen solum unum est ordinis sacramentum unitate finis.

unum sacramentum unitate integra ex pluribus partibus ordinatis ad unam actionem. Sed sic est de septem ordinibus, ergo. Maior est doctorum plurimorum. Minor patet ex dictis. ¶ Distinctum est ex Christi, uel ecclesiae ordinatione. Quamuis enim diaconus, subdiaconus, & infra, nihil noui possunt nunc post ordinationem, quod prius de facto non potuerunt, possunt tamen nunc multa de iure ex officio ordinatione Christi & ecclesiae, quae prius non potuerunt sic agere. Dicuntur autem posse, quod de iure licite, aut ex officio possunt. ¶ Quarta conclusio. Licet septem ordines sic se habeant: quod maior, & superior praesupponat inferiorem in uno, & eodem ordinando, non tamen simpliciter necessarius, & essentialis est huiusmodi praesuppositionis ordo. Probatio. Nam alias per saltum ordinatus in sacerdotem, non esset ordinatus nisi prius denuo ordinaretur, & ordinem omissum prius nunc susciperet. Consequentia patet: quia in his, quae essentialia ordinem habent adiuuicem, posterius esse non potest sine priore. Falsitas consequentis patet: quia clericus per saltum promotus non est reordinandus, quantum ad illum ordinem, quem per saltum recepit: sed solum supplementum est illud quod defecit in ordinatione quo ad ordinem prius non susceptum. de clerico per saltum ordinato. cap. Tuus litera. Vbi Papa quaedam, qui diaconatus ordine praetermissio presbyterij ordinem recepit, mandat in diaconum ordinari: sed non ordinem sacerdotij reiterari: sed ipsum dei misericordia permittente in ordine sacerdotij ministrare, quia de iure executionem illius ordinis non habet. Et distinctio. liij. capite. Sollicitudo. ubi quidam dimisso subdiaconatu, diaconatu, & sacerdotium recepit: & iussus fuit subdiaconatum recipere, & donec reciperet, ab aliorum ordinum executione cessare. ¶ Nec est simile de presbytero ordinato nondum baptizato, qui prius debet baptizari, & iterum ordinari. De presbytero non baptizato, cap. Si quis presbyt. Nam baptizatus dicitur fundam

Cocl. 4.
G
Licet septem ordines sic se habeant, quod maior, & superior praesupponat inferiorem in uno, & eodem ordinando, non tamen simpliciter necessarius, & essentialis est huiusmodi praesuppositionis ordo.

mentum, & ianua omnium sacramentorum, & eo non suscepto nullū suscipi potest. secundum Sanct. Tho. q. j. art. ij. Et Palud. q. iij. dist. vij. Secus de ordine. Nā vnus ordo est alium præsupponat, non tamen absolute, & necessariō. ¶ Si dicitur de sacramentis non iterandis. cap. j. Cautē debet suppleri, quod ommissum fuit, & nihil est iterandum; Respondet Palud. Verum est, quando id, quod fuit ommissum, non fuit essentialē, & principale in sacramento illo. Sic enim quod ommissum est, suppleri potest. Sicut cum puer in periculo constitutus baptizatur ab obstetrice. Postea nihilominus a sacerdote legitur exorcismus, & catechismus: cum sit purum sacramentale. Quādo verō omittitur, quod est de essentia illius sacramenti sic, q̄ sine eo non est sacramentum: omnia reiterantur. ¶ Quinta conclusio. In singulorū ordinum collatione characteres singulos conferri creditum est, qui sunt a se inuicem specie distincti. Ita tenet Sco. Duran. Palud. Richard. S. Tho. & Bonauent. Probatur conclusio. Quia quilibet ordo ad aliquem actum specialem ordinatur. Nec aliquis est iterabilis, ergo quilibet ordo imprimit characterem indelebilem, in quo fundatur, vel habet characterem propriū sibi correspondentem. ¶ Præterea omne sacramentum non iterabile imprimit aliquem effectum indelebilem. Sed ille non potest esse gratia gratum faciens: quia sine ea potest de facto ordo aliquis suscipi. oportet ergo effectum illum esse characterem indelebilem. ¶ Si dicitur in solo sacerdotio, & episcopatu conferri noua potestas: in alijs autem ordinari nihil noui possunt: ergo frustra in eis datur character: Ad hoc respondēt aliqui. Ex quo character est potestas, per quam homo operatur actiones diuinas: sicut dicitur aliquis habere potestatem simpliciter, & absolute: quia nunc potest in actum aliquem, in quem prius non potuit: vel secundum quid, quia nunc potest in actum ex officio, in quem etiam prius de facto: sed non ex officio, potuit: Sic & character vno modo secundum illos dicitur potestas, per quā quis potest

simpliciter, & absolute in aliquid, in quō prius non poterat. Alio modo est potestas secundum quid, per quā ex ordine potest quis nunc in aliquid, in quod etiam prius poterat: sed non ex ordinatione, aut officio. Accipiendo ergo characterē pro potestate simpliciter dicta, & primo modo: sic & habere characterem consequenter dicunt: q̄ solum in sacerdotio imprimatur character. Cuius ratio hæc est: quia sacerdos nunc potest ligare, & soluere, & eucharistiam consecrare, & id prius non potuit, nec de facto: nec ex officio. Diaconus, & subdiaconus, & reliqui ordinati ita poterant prius in suos actus de facto, & quoad potestatem facti sicut nunc, licet non potestate officij. Nā diaconus prius ante ordinationem suam etiam potuit eucharistiam dispensare, & euangelium legere: Subdiaconus epistolam, & materiam offerendam præparare, & ita de reliquis minoribus ordinibus sicut nunc. Nullam ergo ex ordinatione receperunt potestatem simpliciter dictam, quā prius de facto, & simpliciter non habuerunt, licet nunc possint licite post ordinationem hoc ex ordine collato, & potestate officij, quod prius non sic poterant. Exemplum de milite cui nō datur potestas facti: sed officij. ¶ Quicquid sit, de hoc constat ex quæst. ij. dist. vj. sine character ponatur relatio, siue qualitas absoluta, non est de ratione characteris præcisē, q̄ est potestas, per quā homo operatur actiones diuinas. Sic enim gratia gratum faciens esset character. Et similiter gratiæ gratis datæ in utilitatem ecclesiæ. ¶ Præterea in confirmatione imprimitur character, propriē dictus, & similiter in baptismo, & tamen ratione illius characteris non possunt baptizati, & confirmati, in aliquid, in quod prius non potuerunt etiam licite. Nec illa est præcisē sufficiens ratio ponendi characterem in sacramentis: vt supra dist. vj. q. ij. Aliqui vero tenent: q̄ solū exorcistatus, sacerdotium, & episcopatus conferunt characteres. Aliqui tenent probabiliter: q̄ sicut in sacerdotio duplex confertur potestas. s. super corpus Christi verū, & mysticum, ita & alius, & alius impi

Exempla de milite cui nō datur potestas facti: sed officij.

imprimitur character, in quo potestas illa gemina fundatur. ¶ Sexta conclusio. Pro illorum, quæ ordinis sunt, digna executione, confertur gratia gratum faciens in singulorum ordinū digna susceptione. Patet ex dictis, secundū Palud. & Richard. Thomam, Duran. &c. ¶ Quantū ad articulum tertium est dubium. Primū de epatu, de corona siue tonsura de clericali: tu: ite de psalmistatu: An sit ordines, vel dispositio quādam necessariō præuia ordinū susceptioni. Quia sic de tonsura, de æta, & quali. ordi. cap. Cum contingit. De alijs dist. xxj. c. Cleros. Et dist. xxx. c. Perlectis. De epatu est non parū dubiū. Et q̄ sic, habetur. xxj. di. c. Cleros. Raban⁹ de institutione clericorū lib. j. ca. iij. ponit octo gradus clericorum. Habet enim lectoratum, & psalmistatum pro eodem, & supradidit epatum Guliel. Altissiod. in quarta parte, de sacramento ordinis, recitata cōmuni opinioe de numero septenario: dicit sibi plus placere: q̄ sint nouem, correspondenter ad ecclesiam triumphantem. superaddit episcopatum, & archiepiscopatum. Probat auctoritate apostoli, ad Hebræ. vij. Sine ulla contradictione minor a maiore benedicitur: sed archiepiscopus episcopum, ep̄s sacerdotem consecrat: ergo inter se differunt. Item psalmo. xvij. Moyses, & Aaron, in sacerdotibus eius, uel ergo fuerunt æquales, uel non. Quia Moyses fuerit maior: patet ex textu. Exo. iij. Tu eris ei in his, quæ ad deum pertinent &c. Ad hoc est prima propositio. ¶ Tonsura est ad ordinū susceptionem congrua dispositio: & non ordo, propriē loquendo de ordinis sacramento a Christo instituto. Siquidem secundum Palud. est ex institutione, & ordinatione ecclesiæ: & potest conuenire mulieri. Nec est prima tonsura nuda crinium amputatio, vel rasiō: sed est quādam benedictio data alicui ab eo, cuius interest: ratione cuius disponitur ad ordines, & ecclesiæ priuilegium clericorū ad ipsum extendit. vt in cap. Contingat ad ætate, & quali. ordi. Nec est propriē loquendo sacramentum: sed sacramentale secundum Altissiod. & signum materiale ad præparandum, & suscipiendum

Artic. 3. Dub. 1. De episcopatu de corona, & clericatu, siue de psalmistatu an sint ordinis. s.

Prop. 1. Prima tonsura pot conuenire mulieri

ordines. Idem tenet Rabanus lib. j. de institutione clericorum. Et licet sit signū alicuius rei sacræ, non tamen est signum rei sacrantis, quam efficit. hoc est: non est signum certum, & efficax gratiæ, que formaliter sanctificat se habentem. Est tamen signum rei sacræ: quia per tonsuram deputatur quis ad actum spirituales: quia ad militiam clericalem: quatenus in collegio clericorum positus, cui per tonsuram adscribitur, dei laudes ex officio canere habeat. Sicut enim baptismus, quem adscribit generali collegio Christianorum: ita prima tonsura alicui adscribit, collegio clericorum, illorum, qui specialiter sunt de sorte domini. Et sicut baptismus non deputat ad speciale officium: ita clericatus, siue tonsura prima in genere deputat quem ad chorū. Sicut & ordo religionum, ordo dicitur: quia deputat ad cerimonias status illius, uel illi⁹. Nec obstat: q̄ dē ætate, & qualita. ordi. ca. Cum contingat. q̄ clericalis ordo confertur per primatōsuram. Ordo enim est. Priuilegium ordinis clericalis extensum est per ecclesiam ad habentem tonsuram primam, siue coronam: quod etiam posset extendi ad purum laicum. Hinc qui percutit habentem primam tonsuram, incidit in excommunicationem: quia percutit clericum. Percutit enim habentem clericalem ordinem, ut ibidem dicitur. Ad hoc de sententia excommunicata. cap. Non dubium. Verum, Clericum ibi ualet nō laicum, sed priuilegiatum. Et ly ordo sumitur large pro ordine ecclesiastico a Christo, uel ab ecclesia instituto: qui et nominatur clericalis ordo: priuilegium. Quia sit ad sacramentum ordinis dispositio congrua: probatur. Quia per illam præcisionem crinium; & rasuram capitis in vertice ad modum coronæ aptantur ad statum clericalem; & ueluti quōdam distinctiuo signo a laicis separantur. Crinium enim amputatio uitorum significat abiectiōnem, & noui hominis inductionem, & inuolutionem secundū Raba. Nec uerum est: q̄ priuilegium clericorum non possit a legislatore extendi ad purum laicum. Exemplum de con Gab. Biel. D †

Priuilegium clericorū.

Criniū amputatio quod si significat.

uersis laicis. ideo corona fit clericalis in capite: quod est signum, & decus regale. Debent enim ecclesie ministri esse reges, ut se, & alios regant. secundum illud. j. Petri. ij. Vos estis genus electum, regale sacerdotium. Denudatur caput clericorum: ut eorum mens ad deum semper libera demonstrari possit. Capitis enim summitas mentis eminentiam indicat: & denudatio capitis mentis eleuationem: de hoc distinct. xxiiij. cap. Prohibete. ¶ Præterea nedum radi debent clerici in capite in modum spheræ: sed etiam habere crines tonsos vsq; ad reuelationem sensuum, oculorum scilicet, & aurium: ne eorum mens præpediatur ad audiendum, & intelligendum verbum dei. Crinium præcisio, uitiorum per organa sensuum pullulantium amputationem representat. capi. Non liceat. Vfus tonsuræ secundum Hugo. lib. ij. parte. iij. cap. ij. & Raba. capit. ij. lib. j. de instit. cleric. & Magistrum, a Nazareis exortus esse putatur, qui prius crine feruato, deinde ob uitæ continentiam caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponebant. Hinc usus ille ab apostolis introductus est: ut qui diuinis cultibus mancipati deo consecrati, quasi Nazareis: sancti posito crine inueniuntur. Sicut ad Ezechielem prophetam ait dominus. Fili hominis sume gladium acutum: & duc super caput tuum, & barbâ. Hoc enim in nouo testamento. Priscillam, & Aquilam Nazareos fecisse legimus. actu. xvij. Sed respiciendo diligenter textum, potius videtur intelligendum dictum Lucæ de facto Pauli: quod sibi tototondent caput in Cenchris, quàm de Priscilla, & Aquila, ut etiam uolunt August. & Hieronymus. referent gloss. ibidem. Aliqui tamen de Aquila, & Priscilla, & Paulo exponunt textum. Illa consignatio clericorum ad sortem domini congrua est, ex eo. Sicut enim in naturalibus nunquam fit transmutatio materiæ de forma una ad aliam, nisi mediante certa materiæ dispositione: ita etiam decet assumendos a statu laicali ad statum clericalem prius aptari per tonsuram, & certo modo disponi. Sicut

& baptizandus, & ita militia Christianorum adscribendus, prius exorcizatur, & catechizatur. ¶ Si dicis: ergo clerici nostri temporis debent radere totum caput exemplo Nazareorum Numeri sexto, & Iudicium decimotertio: Respondetur negando consequentiam. Ea enim, quæ fiebant in lege uere. imperfecte, & a remoto representant ea, quæ sunt in leg. no. Et ideo ministeria leg. no. non solum per ministeria leuitarum representantur: sed etiam Nazareorum. Cui non essent ordinati ad ministerium diuinum: tamen profitebantur quandam perfectionem in depositione comæ totalis: per hoc designantes contemptum temporalium: sed non radebantur in modum coronæ: immo totam comam radebant: quia non erat tempus regalis, & perfecti sacerdotij. Sic hodie quicquid conuersi renunciâtes temporalibus omnino tondentur: sed non radunt in modum coronæ: quia non sunt deputati proprie ad sortem domini. Sententia est San. Thomæ. Ferè consimilem responsionem dat Rabanus, ubi supra. ¶ Nazareus fuerunt in duplici gradu: ut refert Hugo. & Lyræ super eay. lib. Numerorum. & in gloss. que est August. Iudicium. xiiij. Aliqui enim fuerunt Nazareus ad totum tempus uitæ suæ: sicut legitur de Samuele. j. Reg. j. & de Sampson. Iudicium. xii. Et isti quantum ad obligationis perpetuitatem possunt dici fuisse figura religiosorum no. test. quorum uotum, & obseruantia per totum tempus uitæ durare, & obligare debet. Idem uidetur esse de clericis sacris initiatis. Alij fuerunt Nazareus ad determinatum tempus: sicut Paulus secundum Hugo. Act. xxi. Sicut hodie aliquis uouet ad certos dies uelle ieiunare, aut peregrinari: seu uelle ab hoc, uel illo abstinere propter deum: quod expleto iam non tenetur deinceps ad id, quod pro certo tempore se facturum promiserat: Sic & in leg. uet. huiusmodi nazareus redierunt ad uitam communem aliorum peracto suo uoto. de his Num. 6. Et fuerunt figura non religiosorum: sed illorum, qui ad opera supererogationis pro certo tempore, uel loco sese deo deuouerunt. Primi Nazareus nunquam rade-

K
Nazareus
in dupli
ci gradu
fuerunt.

bantur: nec uinum, aut siceram bibebant: ut habetur de Sampson. Iudicium. xiiij. Hinc secundum Hugo. Numeri. vj. quidam pingunt Christum, & apostolos crinitos non in re, sed pro signo sanctitatis. Alij uero tempore suæ separationis, & consecrationis non radebant caput ad detestandum cultum idololatricæ, quorum sacerdotes capita radebant. Baruch. vj. Hinc prohibiti erant sacerdotes uet. leg. ne raderent caput, aut barbam. Leuit. xxi. Eadem ratione Nazareus non radebat caput tempore suæ consecrationis: quia illo tempore erat deputatus diuino cultui. Hinc ait August. Uouentes, uotumque reddentes non radebantur. quæst. liij. super Iudicium. sed expletis diebus completionis sui uoti radebantur, & uinum bibebant: ac ad communem uiuendi modum redierunt. Quid est: quod Nazareus capillos nutriunt: nisi quod per uitam magnæ continentie præsumptionem cogitationes crescunt, ait beatus Grego. ij. mora. §. xxxviiij. Sed quid est quod deuotione completa, Nazareus caput radere, & capillos in igne sacrificij ponere iubetur: nisi quod tunc ad perfectionis summam pertingimus, cum sic exteriora uicia vincimus: ut etiam cogitationes superfluas a mente refecemus. Caput enim tondere est cogitationes superfluas a mente refecere. Itaque sicut Nazareus expleto suo uoto caput tondebant: & capillos in igne sacrificij ponebant ad ostendendum se totos pro tunc diuini amoris igne inflammatos, noxias quoque cogitationes, & superfluas prorsus crematas esse in eis: sic clerici ad sortem domini non horarie, sed perpetuo uocati semper prohibentur comam nutrire: hoc est defluentes animi cogitationes habere, ne remissa defluant nec defluentes se per illicita spargant, & ne sparsæ oculos cordis deprimant. Hinc Cant. iij. Sicut uitta cocinea labia tua sponsa. Vittæ enim crines capitis constringit: Significatur per hoc: quod mens clericorum semper ad rectam, & synceram intentionem ligata esse debet: ut. s. mundo mortui, soli domino, ad cuius sortem uocati sunt, uiuere studeant. Semper quoque clerici no. leg. caput tondere iubentur: & capillos in igne sacrificij ponere: quia semper studere debent perfectioni: & actus hierarchicos in dei ecclesia exercere, singulos in suo ordine. ¶ Præterea illa ratio crinium significare potest in clericis projectionem sollicitudinis temporalium, & curam superfluum eorumdem, ac separationem a statu secularium. Hinc plus, uel minus raduntur clerici religiosi, & seculares, & etiam laici religiosi licet non clerici. Et. cum per illam rasuram applicentur omnes, & singuli clerici ad ministerium diuinum: ideo in modum coronæ raduntur: quod non fiebat Nazareis. Clerici uero, & etiam laici non clerici præterea regulam sanctitatis plus raduntur: quia uouerunt paupertatem: nec licet eis habere proprium. de statu Monach. ca. Cui ad monasterium. Ad maiorem ergo tenetur perfectionem acquirendam. Cateri uero, qui non sunt perfecti uitam regularem, possunt habere proprium. j. quæst. ij. cap. Pastor. & cap. sequent. & xij. quæst. j. episcopi. Debent tamen huiusmodi clerici non regulares minus esse solliciti, quàm laici de temporalibus, & de suis facere largiores elemosynas, secundum Richar. Ex quo inferri potest: quod temporalium abrenunciatio non est annexa tonsuræ, quia aliqui clerici uitam habent propriam: ut puta non perfecti uitam regularem, nisi alias sponte sua reliquerint sese deo uouendo. Nec impeditur clerici uet. test. non habebant sortem ab alijs tribus distinctam. Numeri. xvij. cum dicitur. In terra eorum nihil possidebitis: nec habebitis partem inter eos. Ex quo enim accipiebant victum a populo secundum dispositionem legis ibidem, non debebant habere partem in hereditate. Hinc ait dominus. Ego pars, & hereditas tua in medio filiorum Israel. Nam secundum Richar. quæst. iij. ar. j. debebat inter alios morari propter diuinum cultum exercendum. ca. propter ab eis receperunt prouisionem, & habebant cum illis proprias possessiones, & ius in hereditate paterna secundum Thom. Dedit enim dominus filijs Leui decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiuerunt in tabernaculo foederis, quas in eorum usum,

Prop. 2.
I. licet tō
sura sit
ad ordi
nis susce
ptionē
disposi
tio tamē
respectu
benefi
cij ē ne
cessita
tis.

L
Prop. 3.
Accipie
do nomē
ordo in ge
nere epi
scopat⁹
est ordo
& cēt.

& necessaria conuertere poterant: ut ha
bet lex Nume. 18. Tenebantur autē leui
tē de decima sua summo sacerdoti deci
mam dare. Hodie uerō clerici quidam
habent decimas, quidam beneficia, & p̄
bendas &c. Nec facit contra dicta, quod
habetur Deut. xxxij. de captiuitate nu
dati capitis inimicorum. Et Hiere. xlix.
Dispergi in omnem ventum, qui attrō
si sunt. Nam secundum dicitur de Aga
renis, qui in modum pugilum reddebantur
propter honorem idoli. Et primum
dicitur de confusione captiuorum secu
dum morem illius temporis &c. ¶ Secun
da propositio. Licet tonsura sit ad ordi
nis susceptionem dispositio non neces
sitate, sed congruitate: attamen respec
tu beneficij, & etiam iurisdictionis ec
clesiasticæ est necessitate. Prima pars
probat. Quilibet enim ordo inferior
ppriē dictus essentialis se habet ad su
perioiorem: & magis presupponitur supe
riori, quam tonsura respectu cuiuscunq;
ordinis. sed inter ordines non est essen
tialis presuppositio: ut supra ar. j. conclu
sione. iij. igitur nec tonsura necessariō p̄
supponitur. Secunda pars ostendit: quia
ius spirituale non cadit in laicum. Non
ergo tenet beneficij collatio, aut iuris
dictionis commissio facta laico non ton
surato. Nam qui non est clericus, nō est
capax de transactionibus. ca. Ex literis.
Et rescriptum impetratum tacito: q̄ sit
laicus, nō ualet. de test. ca. Ex parte. Nec
laicus admittitur ad accusationem, vel
testimonium contra clericum. de test. c.
De cetero: q̄ hodie non seruatur de cō
suetudine, inquit Palu. ¶ Tertia propo
sio. Accipiendo nomen ordo in gene
rentur dicitur gradus dignitatis, & præcel
lentię in ecclesia dei: ratione cuius sibi
comperit ex officio exercere actum emi
nentem, seu etiā sacramentalem, epi
scopat⁹ est ordo: sed accipiendo proprie ut
respicit Eucharistię consecrationē, seu
corp⁹ christi uerū, ad q̄ omniū actus ordi
num ordinantur, sic non est ordo distin
ctus a sacerdotio. Siquidem secundum
Gerso. in de potestate ecclesiasticæ: licet
episcopatus sit potestas hierarchica su
pra sacerdotium: quia tamē nihil pote

statis addit respectu consecrationis Eu
charistię, ultra sacerdotium: igitur non ē
ordo: sed bene noua potestas. Est ordo:
sed indistinctus a sacerdotio: immo est
consummatio sacerdotij. Licet ergo epi
scopus ut talis, habeat ordinare, chrisma
re &c. illa tamen non respiciunt directē,
& immediatē Eucharistiā. Nullum
enim officiorum septem ordinum con
uenit episcopo ut tali præcisē ratione
episcopatus. Patet discurrendo omnia.
Hinc cum omnis episcopus sit sacerdos,
& supra hoc specialem habet potestatem,
dignitatem, & iurisdictionem includit
epatus eminetē oēs ordines ecclesiasti
cos ad eucharistiā consecrandā pertinē
tes, superaddit nouam iurisdictionem, &
dignitatem sacerdotio aliquo modo uni
uersaliorem, & latiore extensionē. Et
licet ratione illius possit dici habere or
dinem præcellentiore, & eminentiorē:
omnes alios eminentes præcellentem:
quia habet conferre omniū ordines: nō tñ
potest dici habere ordinem specialem p̄
tinentē ad Eucharistiā consecrandā,
dispensandā, uel summandā: & ut sic nega
tur episcopatus esse ordo specialis secun
dum communem ordinis diuisionem:
non sistendo citra, nec transeūdo ultra.
Posset enim sic ordo diuidi. uel est ad ex
ercendum actus ordinum, & non ad con
ferendū eosdem, uel est ad utrūq; simul,
aut ad conferendū dūtaxat alijs. ¶ Per
hoc ad rōnes: & primum ad auctoritatē
decreti: ubi in genere omnes ordines, &
dignitates ecclesiasticæ ponuntur, non
solum illi septem pertinentes ad Eu
charistiā. Et sic loquitur Raba. Hinc
nominat octo gradus clericorū: sed nō
octo ordines: nisi nomen ordo sumatur
largē ut supra. ¶ Ad Guliel. Altissio. di
cendum: q̄ possunt secundum aliam, &
aliam considerationem, & rationem plu
res ordines poni: sed ordines ecclesiasti
ci secundū ea, quæ pertinent ad eucha
ristiā ut supra, sunt septem. Item distin.
xcij. ca. A subdiacono. ponuntur solū,
octo, & eorundē ordo, & p̄suppositio. s.
tres maiores cum episcopatu, & quatuor
minores. Et dist. lxxvij. c. Illud p̄atorum
ordinum numerus: & p̄suppositio

eorundem unius ad alterum ponuntur.
Et nihil habetur de tonsura, vel p̄sāl
mistatu: immo uidetur: q̄ ibi ponatur de
terminatus numerus, & ordo ordinum
ecclesiasticorum. Sed loco præfato. dist.
xxj. recitantur in genere secundum lī
do. gradus ecclesiastici: non solum ex di
uina, sed & humana institutione. Et ita
possunt illi textus concordari cum cap.
Cum contingat. de eta. & quali. ordi. q̄
loquitur in genere de clericatu. ¶ Ad a
postolum ad Hebræ. vij. Sine ulla con
tradictione quod minus est, a meliore
benedicitur. intelligitur secundum Altis
sio. maior est sine ulla contradictione,
qui ex officij dignitate benedicit aliq̄,
quam qui benedicitur: scilicet cum hoc sit
ex dispensatione necessitate. Exemplum.
Iure suo, & ex officio Archiepiscopus e
piscopum, Episcopus sacerdotem bene
dicere habet. sic inferior papa, papam
consecrat, cum non habet se maiorem.
¶ Ad dictum psalmi. xcviij. dicendum: q̄
Moyses dictus fuit sacerdos more scri
pturę appellatis quādoq; uiros magnos
sacerdotes. Non enim fuit uerē sacer
dos nisi secundum semiplenam signifi
cationem nominis sacerdos. Ita loquit
ur Altissio. Nam consecrauit in sacer
dotem fratrem suum Aaron: & filios ei⁹:
& sic fuit usus officio sacerdotali: sed nō
obtulit hostias: q̄ uerē erat officium sa
cerdotis. Aaron autē fuit summus sacer
dos, & ab eo incipit sacerdotium Aaro
nicum. Filij autem eius fuere sacerdo
tes, & ab illis secundum Raba. cap. vj.
Ordo sacerdotum, & presbyterorum sū
psit ex ordium. ¶ Corollarium. qua ra
tione ordines alij a sacerdotio possunt
dici ueri ordines ecclesiæ, eadem, & for
tiori episcopatus potest dici uerē ordo etiā
respectu corporis ueri. Non potest ratio
dari diuersitatis eogens: hi ministrant pa
nes, & uinum, & calices &c. hic ministrū
sunt dici reparat, & ordinat. de hoc lati⁹ in dubio
vj. ¶ Quarta propositio. P̄salmistatus no
men est officij non ordinis proprie dicti
prop. 4. secundum Richar. Est. n. officium an
nexam lectoris, cuius est distincta prolatio
ne intellectum populi illuminare, quæ
non potest conuenire multitudini. Et de

post una cū alijs canendo etiā inflāmare
affectum. Non est ergo ordo, sed neq; di
gnitas aliqua, nisi nomen dignitas im
proprie sumatur, & extensē. In ea re nō
cogunt dicta doctorum: sed opus est ha
bere determinationem ecclesiæ: si quis
uellet assertiuē aliquid dicere. ¶ Secun
dum dubium est de subiecto tonsuræ:
Quibus possit dari tonsura. Item de mi
nistro tonsurę. Et tēpore, qñ potest confer
ri. Ad primum. Septem habens ætatis an
nos potest tonsurari, & beneficium ecclē
siasticum habere. 28. dist. ca. De his. Atta
men non habent uocem in electionib⁹,
cum non habent discretionis annos de
elect. lib. vj. cap. Ex eo. Nec potest eis an
imarum cura committi: nec possunt habe
re personatū cuiuscunq; ecclesiæ ante an
num. xliij. De hoc ad ius scriptum Papa
multa potest. Sed licet maiores septē annis
possunt tonsurari, & beneficium ecclē
siasticū habere: sunt tamen secundum illū
doct. sēplices personæ prohibite. Car
teræ uera nō prohibite tonsurā p̄mitt
unt habere: cū sit edictū prohibitium.
¶ Primo prohibentur mulieres a corona
clericali. Possunt tamen Beguine, & mo
niales, & forte debent radi caput: sed nō
in modū coronæ clericalis. Ad hoc dist.
xxx. cap. ij. ¶ Secundō Bigami, & irregu
lares, & serui sine consensu domini. lib.
6. de Bigamis. cap. unico. Vbi prohiben
tur sub anathemate deferre coronam,
uel habitum clericalem bigami. Sunt. n.
nudati omni priuilegio clericali. ¶ Ter
tiō infantes, qui non sunt septennes, ut
supra. Infans enim est, qui non comple
nit septennium. lib. vj. de temporibus
ordinan. c. vltimō nisi infans uellet reli
gionem intrare. tūc. n. potest tonsurari: ut
ibidem. Ex quo sumi potest: q̄ minor an
nis, qui non habet septennium, potest re
ligionem intrare. ¶ Quartō illiterati. ibi
dem. Non enim sufficit clericus ad cho
rū, & clericorum collegiū deputato scire
Pater noster, Symbolum, & similia, quæ
oim laicorū sunt: sed debet scire psalmos
canere, & legere: ad hoc. n. deputat
ratione tonsurę clericalis. ¶ Quintō cōiuga
ti: nisi uelint religionem intrare: aut sa
cris initiati de consensu uxoris, uel spō

M
Dub. 2.
De sub
iecto tō
surę qui
bus pos
sit dari
tonsura

fr. Coniugati inquam, & per verba de presenti, & futuro contrahentes: vt in cap. prefato. ¶ Sexto prohibetur quis coronari a non suo episcopo sine licentia sui diocesani. cap. prefato. lib. vi. ¶ Quæritur: an clerici, qui quandoque dicuntur tonsurati, teneantur palam tonsuram portare. Dicendum sub distinctione. Clerici bigami, aut alias ex causa clericali privilegio exuti, non tenentur portare coronam; sed debent eam non deferre. de bigamis cap. Altercationis. lib. vj. Et hoc dictum Richar. dicit esse verum de secularibus, & non de religiosis, qui tonsuram ante bigamiam receperunt. quod ostendit ex serie textus. Clerici vxorati, non bigami volentes gaudere privilegio clericali: & ad bigamiam non transire: tenentur portare coronam. Quia si quis clericorum ideo recusat deferre coronam in fraudem: ut possit vitare forum ecclesiasticum propter crimine, quod commisit, & non est bigamus: nec alias demeruit priuilegium clericale, & compelli potest, ut deferat coronam. Si non facit in fraudem: sed quia vult esse de collegio laicorum dumtaxat: vt puta vult esse miles, negociator: bellator &c. nec peccat non portando, nec compelli potest, vt deferat, secundum Richar. Ratio primi manifesta est: quia priuilegium meretur amittere, quod concessa sibi abutitur præte. Et frustra legis auxilium inuocat, qui peccat in legem. de sen. excommuni. Continuit, secundum. Ratio secunda est: quia alias non possunt cognosci esse de collegio clericorum, & scandalizant proximum, si non deferunt. Ratio tertia: quia talis facit iniuriam toti ecclesiastico statui, cui datum est priuilegium pro clericorum tutela, & laicorum violentia coercenda. de sen. excoica. Contingit. j. Nec potest quis renuciare priuilegio concessio in fauorem totius clericalis status: quale est huiusmodi indultum: quia facit iniuriam tertio. De foro cõpe cap. Si diligenti. Secus dum priuilegium concessum est præcisè in fauorem personæ vnius: tunc enim potest quis sine iniuria, & præiudicio tertij succedere priuilegio. Præterea fraus, & dolus nulli præiudicari debet. Ratio quarti

est: quia nemo compellitur esse de collegio clericorum, & potest quis suo privilegio renunciare. Secundum hoc possunt iura concordari, quorum aliqua prohibent sub anathemate; ne aliqui clerici deferant tonsuram, vel habitum clericalem: vt puta bigami. lib. vj. de biga. c. unico. Aliqua construngunt ad delationem coronæ. dist. xxij. clericis. & de vita, & honestate. cleri. ca. Si quis. & ibidem cap. Clericus. ii. vbi habetur: quod etiam inuiti tondere debent, qui sunt clerici &c. ¶ Ad aliud de tempore: quando scilicet possit quis tonsurari, vel in clericum radi: Respondet Palud. quæst. iij. omni die: quia iura non exprimunt certum diem. Nec constringunt tonsuram ad tempus determinatum: sicut fit de ordinum susceptione in quatuor temporibus. Igitur omni tempore licitum est tonsurari, & ita dicit generalem consuetudinem.

¶ Quæritur circa conclusionis quartæ dictæ: An ante baptismum perceptionem aliquod aliud sacramentum possit haberi, & sumi. Quæstio illa magnam continet difficultatem: non nisi per ecclesiam, aut generale concilium, sine reuelationem diuinam sufficienter explanandam. de presbytero non baptizato. ca. Veniens. vbi talis est casus. Quidam credens se baptizatum, ascendit ad sacerdotium: tandem comperiens se non rite baptizatum, secundum formam euangelij ex iussu Innocentij tertij baptizatus est. Post hoc disputatum fuit super ordinibus prius susceptis. An. si verè fuerit ordinatus ante perceptionem baptismi. Visum fuit quibusdam: quod non; quia cum baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum: ideo ante ipsum nullum potest suscipi sacramentum: quoniam vbi fundamentum non est, super ædificari non potest. Et ita illi senserunt: quod ante susceptionem sacramenti baptismatis, quod omnium aliorum sacramentorum non legitur ponitur ianua, nullum aliud suscipi potest sacramentum. Licet enim coniugium infidelium sacramentum dicatur: tamen improprie: & statim matrimonium, cui non est annexum sacramentum, scilicet ante sacramentorum a Christo institutionem, & ante baptismi

Quando quis possit tonsurari.

Quæstio circa dicta quartæ conclusionis. An ante baptismum susceptionem aliud sacramentum possit haberi.

perceptionem. Contra alij dixerunt. Ex quo verum christianum, & Christi membrum, non sacramentum fidei præcisè: sed fides vera per dilectionem operans facit: & in numerum filiorum dei ponit: saluat quoque hominem huiusmodi fides vera sine sacramento fidei in re: & non contra sacramentum fidei sine fide vera: vt patet de fide baptizato, aut in mortali constituto. Est insuper verum christianorum fundamentum, præter quod aliud poni non potest: super quod ædificari possunt bona christianorum opera. Ergo stante huiusmodi fide vera, & baptismus in spiritu sancto sine flammis sine baptismus fluminis, potest quis & alia facte de facto sacramenta ecclesiastica recipere: etiam baptismi sacramentum in re non susceptum: siue uet. siue no. legis. ¶ Præterea, ut arguunt illi, sacramentum pontificalis ordinis, & etiam sacerdotialis, ac Leuitici generis ex institutione sua præcessit baptismum: per quod videtur, quod etiam ante baptismum possint huiusmodi ordines rite conferri alicui maxime his, qui baptizati creduntur. ¶ His argumentationibus permixtis dicit Papa Innocentius: quod cum in concilio apud Compendium legitur constitutum: quod si quis in presbyteri ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur: & iterum ordinetur: Ideo is, de quo casus sonat, ex mandato Pape volentis partem tutiorem amplecti, est in hoc dubitabili facto denuo ordinatus per singulos ordines vsq; ad sacerdotium, & permissus in sacerdotio ministrare: quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum: nec male de sacramento sentitur, cum illud non religionis cõceptus: sed articulus necessitatis excludit. hæc ibi. Et in cap. primo sic dicitur: Si quis in presbyteri ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur: & iterum ordinetur. Existimo neminem dubitare: quin aliquis infidelis posset de facto, sicut & peccator sacramentum Eucharistia sue sub specie panis, siue vini sumere etiam vsq; ad sacrilegiam: immo etiam brutum animal: cum sub illis speciebus tandiu manet corpus Christi, quoad diu species illæ manent

tales, quod si ibi esset substantia panis, & vini, possent ipsum informare: alias semper dubitandum esset de absentia, aut presentia corporis Christi sub speciebus: nec deus miracula multiplicat sine causa. De ministro, qui potest conferre tonsuram, & de effectu tonsuræ, consule Pe. de Pal. q. iij. articulo. iij. ¶ Tertium dubium est: An singulorum ordinum sint actus distincti: secundum distinctionem characterum in ordinum collatione ipsis ordinatis in futurum. Et que sint ista officia: vbi denique Christus illa officia ordinum expleuit. Respondetur affirmatiue: singulorum ordinum in ecclesia sunt actus proprii, & principales, seu primarij inter se distincti; tametsi reperiantur multi secundarij, & communes, seu indistincti, quos contingit nonnunquam ob paucitatem ministrorum in eade in persona demandari executioni. Prima pars ostenditur dist. xxj. Cleros. & sunt verba Isido. in. vij. Etymo. ca. xij. Hugo de sacra. lib. ij. part. iij. cap. v. Nam ostiarij est templum custodire, ecclesie claves retinere, eam claudere, & aperire tempore opportuno: omnia quoque, quæ sunt ecclesie, in debita habere custodia: Fideles ad ecclesiam colligere. Excommunicatos propellere, sic dicitur secundum Raba. ca. xij. lib. j. de institutione cleri: quia præest ostiarij templi. Hoc officium Christus expleuit, quando facto de funibus flagello vendentes eiecit, & ementes. Ioan. x. Ego sum ostium: per me si quis introierit saluabitur &c. Et cum id, scilicet repellere malos, & admittere bonos, conuenit ostiarij ex ordinis officio: licet id ipsum, & alij facere possint potestate facti: sed non officij, seu potestate ordinis, videtur quod tales non faciendo id, quod est sui officij, grauius peccent ij, qui scienter excommunicatos non arcent a Missæ audicione: sed quasi acceptant non prohibendo, cum id ex officio ordinis ad eos non pertinet secundum Palud. Refert hic San. Thom. quæst. ij. articulo. ij. esse quorundam opinionem: quod ostiarij qui olim in le. vet. ianitores dicebantur: detur in ordinatione quædam vis diuina, ut arcere possint malos, & prohibere de te

P Dub. 3. An singulorum ordinum sint actus distincti

Ostiarij officium.

plo. Sicut & in Christo fuit, quando eiecit vendētes, & ementes de illo. Verum Christus fuit deus, & homo, & quæ uoluit uoluntate humana, diuina uis potēter effecit ob assistentiā specialem. Aug. lib. ij. ca. iij. de mirabilibus scripturę. Sic etiam intelligitur illud dictum Palud. dist. j. q. j. dicentis non includere contra dictionem: si quod uni creaturę cōuenit naturaliter, alteri creaturę datur supernaturaliter. Sic dixit Christus Mar. ultimo. Data est mihi omnis potestas in cōelo, & in terra. Nullum enim inconueniens secundum eundem uidetur esse, si omnem potentiā alterati uiam, quā habet corpus quocumq; , etiam habuerit corpus Christi: ut sic suo tactu curaret omnem morbum, quem herba, uel gemma quacumq; curaret suo tactu. Consimilis uirtus potuit communicari etiam umbrę s̄c̄i Petri, ac uestibus eiusdem. Unde de Christo dicitur. Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et sic secundum eundē uerificatur uerbum beati Greg. ij. dialo. dicentis, q̄ sancti uiri aliorum miracula ex potestate faciunt. Et similiter anima Christi omnem uirtutem motiuam cōeli, & corporis supernaturaliter habuit, quam habet angelus quicumq; , naturaliter secundum Palud. Possēt ad hoc allegari Sapien. xvj. Quod mirabile erat in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis nalebat. & infra. Quodam tempore in aqua supra uirtutem ignis exardebant undiq; , aut iniquam terrę nationē exterminaret. ¶ Lectores, qui secundum tenent ordinem ascendendo ad sacerdotij consummationem formatam, & initium a prophetis acceperūt. Horum est uerbū dei, siue doctrinā pronūciare. Hir. n. populis scripturas legūt, siue p̄dicant, q̄ sequantur dicit Magister, & Raba. Sicut psalmi s̄c̄i sic a canendis psalmis dicti, suo cantu ad cordis compunctionem audiētium animos excitant. Horum auctores fuerūt Dauid, & Asaph, qui primi post Moysen composuere psalmos. Mortuo Asaph filij eius surrogati sunt a Dauid: fueruntq; per successionem generis cantores. Verū p̄dicare ibi non dicit scripturę interpretationem, quam hodie fa-

De lectoribus unde sūp̄rū officium.

cere solent diuini uerbi cōcionatores: sed dicit nudam scripturę coram populis tempore diuinorum lectionem. Unde sic imaginandum uidetur quoad cōsummationem ministerij lectorum scđm ritum primitiurę ecclesię: ut habet Diony. cap. iij. eccle. Hierar. Cum pontifex facram Eucharistiam, siue cōmunionē conficere uoluit, & eam sumere, ac alijs dare: primum fudit orationem suam super altare. Dehinc facturus thurificationem uadit de altari, ac totum phanum circuit: quo factō iterum redit ad chorū, & altare: & ibidem mox concinentibus secum omnibus ecclesiasticis ordinis gradibus incipit canere psalmos. Deinde ministrorum officio sanctarum scripturarum lectio suo ordine recitatur, ait Vercellen. Ministri legunt lectiones de sacris scripturis. Hoc uidetur fuisse lectorum officium tempore primitiurę ecclesię: legere scilicet uetus test. & potissimum dicta prophetarum: ut ea, quæ uetus p̄dixit uentura, & futura, in nouo nunc ostendantur impleri. Hinc addit Vercellen. Postea recitantur lectiones agiographorum tractatum, quorū plenior est intelligentia: instar declamationū, q̄ fiunt a sacerdotibus pro populi exhortatione i die festo. Sic & tunc lectio prophetica consummata per lectionem, & psalmis decantatis, quibus interesse poterant entergumini, carechumini, & pœnitentes, facta fuit ad eos exhortatio: & in fide instructio p̄ fidei, & baptismi susceptione per maiores, ac celeri ad uitam sanctam conuersione. Sic secundum Aug. in quinquagenis lector legit psalmum aliquem audiente populo. Dehinc Aug. quis dictauit, in mediū pronūciat cōmentationes eiusdē pro populi eruditione, & scripturę apertione. Actū licet olim sic fierent exhortationes, & eruditiones ad enterguminos, catechuminos, & in pœnitentia constitutos, non t̄n̄t̄ projiciebātur margaritę ante porcos: hoc est sacra mysteria, quę ab eis habebātur quasi pro nihilo, non aperiuntur eis per actus hierarchicos sacerdotum, & pontificū, quorū est scđm Diony. purgare, & illuminare, & perficere indoctos

& imperfectos: quia non erant ad intelligendum ea digni, & capaces. Sed dicti entergumini, arrepticij, catechumini, apofata, & in pœnitentia adhuc positi extra delubrum fiebant, & licet admittēbantur ad lectiones, & psalmos: sed non ad celebrationem diuinorum, & sensibilibus signorum intellectionem, & interpretationem. Intus uero manebant hi soli, qui diuina spectare merentur, atq; percipere. Erantq; ibi positi custodes pluri, quorum aliqui asabant foribus templi clausis: alij uero proprij aliquid muneris agebant. Dehinc pontifex ad officium processit: & completo symbolo a pontifice, ac omni clero t̄quam generaliter catholice ueritatis confessione, ac diuinarum perfectionum laudatione recitabantur quædam sacre scripturę commemorationes sacram conuersionem, & beatum finem sanctorum patrum ostēdentes, inquit Vercellenis, Et ut haberet alia translatio, Mystica piorum sanctorū fit recitatio. Sed quia catechumini nondum regenerati baptismi lauacro, & qui q̄ modo adhuc doctrinis obstericantur, non erant perfecti ad istorum mysteriorum intelligentiam: ne contingeret eos ex immaturo partu periclitari: sicut paruuli immaturo tempore nati abortiui patiuntur: ideo tales nondum admittuntur ad fidei secretiora mysteria: sed ad rudem in fide eruditionem. Sic etiam entergumini a diabolo vexati, & peccatorum mole obrui: quia carni uiuere student, & non spiritui: & similiter apofata, & a fide recedentes, & catholicam fidem ostentati habentes: ac nondum plenē ecclesię reconciliati: sed pœnitentię condignæ adhuc subiecti, ueluti porci sunt, ad quorum pedes margaritę non sunt projiciendæ. Matth. vii. ideo tales exteriores fiebat, nec admittēbantur ad eucharistię spectationem, perceptionem, seu celebrationem. Hęc ex Diony. Horum officij Christus expleuit, cum in medio seniorum librum Esatę aperiens distinctē ad intelligendum legit dicens. Spiritus domini super me &c. ¶ His succedunt exorcistę ex græco in latinum adiurantes dicti, uel increpantes: quia per exorcismos

R Exorcistę unde

dæmonem expellere habent ab entergumini: & alijs grauatis demonio. De exorcistis, cuius uirtutis sint supra. dist. vj. q. iij. Et sicut dictum est de potestate supernaturaliter data ianitoribus, & ostiarijs ad propellendum malos homines de ecclesiā: sic de exorcistis possēt dici suo modo ad propellendum dæmones. Refert Iosephus regem Salomonem exco-gitasse, inamq; gentem docuisse modos adiuurationis ad propellendum ab homine dæmones nunquam reuersuros. De hoc in actibus Apostolorum cap. xix. dicitur. Tentauerunt autem quidam: & de circumstantibus iudæis exorcistis inuocare nomen domini &c. Inuenimus etiā, ait Raba. eos, quos Esdras nominat actores templi, nunc esse exorcistas in ecclesiā dei. cap. x. lib. j. de insti. clerico. Horum officium Christus tenuit: quando salua sua tetigit aures surdi, & muti, di. Ef feta, quod est adaperire. Mar. vij. docens nos per hoc debere spiritualiter aperire aures p̄cordiorum hominum ad audiendum, & intelligendum uoluntatem dei: & ora ad laudandum deum. Sic faciunt sacerdotes puerum baptizandum exorcizantes. Vfus est hoc officio Christus, cū multos dæmones expulit ab hominibus: & multos dæmoniacos liberauit. Hinc dixit. Sic ego in Belzebub eieci dæmonia, filij uestri (exorcistę. f.) in quo eieciunt? Matth. xii. Dicitur magistri cum dicit: Hic ordo a Salomone uidetur descendisse, qui quædam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati ab obsessis corporibus pellebantur: sano indiger intellectū. Nam secundum p̄dicitā solus Christus instituit sacramenta: & ita non Salomon. Ordo autem sacramentum est: & in singulorum ordinum collatione ex Christi institutione infunditur character, in quo potestas illa faciendi fundatur. Potest tamen dici: q̄ ipse inuenit modum exorcizandi, p̄figurando, & p̄signando id, quod per Christū erat instituendū: sicut patet de aliorum ordinum p̄signatione. Quia si Salomon cum adhuc haberet spiritum domini, exorcismos illos inuenit, dicendum est de eis sicut de exorcistis alijs ab ec-

Acolyti
latine
ceroferarij,
&
officiu.

clera institutis: q̄ consimiliter habet effectum suum: sicut exorcismi ecclesie. Si vero cum factus fuit idololatra: & ita in uentione humana inuenit, dici potest: q̄ arte magica expulit daemone: sed formam uoluntarium. Attamen cum exorcista ordinatus ab ecclesia utiq; maiore habet uirtutem ratione ordinis, qua non ordinatus, potest dici: q̄ exorcismi exorcistarum maioris sint, aut fuerint efficacit, qua Salomonis. Vnde dicitur Mar. xii. Ecce plus qua Salomon hic. Et Luc. xj. Ita sentit Palud. q. iij. ¶ Succedunt quarto loco Acolyti: qui latine dicuntur Ceroferarij, quorum officiu sicut & prioru describit. xxj. dist. Cleros. Horu est portare cereos; du legit euageliu, uel du fuit thurificationes in Missa officio: no ad repellendum tenebras: sed in signum laetitiae secundum Rabanum: ut sub typo luminis corporalis, ostendatur lux illa, de qua in euangelio. Erat lux uera &c. Ioan. j. Quorum typum praeferebant illi, qui de domini mandato in tabernaculo lucernas quotidie accendebant supra candelabrum positas. Item acolyti habent portare uereolos ad altare cum pane, & aqua: licet non habent potestatem super contentis in eis. Horu officio usus est Christus cum dixit, Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris &c. Ioan. viii. Qui autem illoru forma, & typum gesserunt in uet. testa. habitum est conclusione prima. Hi legere possunt epistolam de uita & honest. cle. cap. iij. addit glos. In necessitate, & in ecclesijs, in quibus non sunt subdiaconi. Et quia secundu Palud. omnes actus horum minorum ordinum etiam possunt licite fieri de eodum consuetudine a non ordinato: ideo ut uidetur, si quis in minori bus constitutus est excommunicatus, uel suspensus, & ingerit se ad exercitium illorum actuum, qui etiam sine ordine licite fieri possent de iure, uel consuetudine, non efficitur ex hoc irregularis. Sic si quis inciperet, Deus in adiutorium meum in choro solemniter cantando: ubi id non est solum fieri specialiter a constitutis in sacris, non incurrit: cu & ibi laici psalmos cantant. Secus si consuetum est id

fieri a sacerdote duntaxat. Nam & moniales horas canunt, & psalmos. Hec ille. ¶ Quintus ordo & primus inter maiores est subdiaconorum, qui apud graecos Hypodiacones dicebantur: nunc uero subdiacones: uel subdiaconi dicuntur ex eo, q̄ subsunt praecipis, & officijs diaconorum, & in eorum ministerium releuandū sunt instituti, j. Esdrae. viii. ubi Dauid, & principes instituerunt in ministeriu Leuitarum Nathinaxos. cccx. Qui ergo nuc subdiaconi, olim Nathinaxi dicebantur: in humilitate domino seruitentes. De illoru ordine fuit Nathanael secundum Hugo. & Raba. de quo in Ioan. euangelio. j. Ecce uerus Israelita, in quo dolus non est. Proprium officium subdiaconorum est secundum Scotum, materiam consecrandam offerre, & praeparare. Hic est actus proprius, & immediatus: sed legere epistolam est actus remotus, & improprius. & ideo habent diaconis subseruire: & eis calicem cu patena ad altare deferre: & iterum peracto ministerio referre: uerecolu quoq; & aquam, manile, & manu tergiu tenere, cu presbyter, & leuite altaris ministerium perficere uolunt. Item oblationes ad altare ponere, prout sufficit populo dei, hoc est hostias consecrandas siue panem, & uinum pro Eucharistia coficienda. Insuper corporales, & pallas, & substratoria lauare. Nunc alius usus multarum ecclesiarum. Palla etenim, & substratoria a laicalibus mulieribus: corporales uero, uel corporalia quandoq; a uirginibus, & sacris monialibus lauantur secundum Palud. q. v. praesertim dum prima ablutio facta est a subdiacono. Sed hac obseruantia Angelus in Summa dicit esse iuris constitutioni contraria. de consec. dist. j. Nemo. Et dist. xxiii. cap. Sacratas. & cap. praecedenti. Sacrimonialis. §. Vasa. ubi omnino prohibentur sanctimonialiales sceminae sacra uasa, uel sacratas pallas contingere. Et si hoc habet ueritatem de Pallas, longe amplius de corporalibus. Et forte nomine Palla ibi uenit etia corporale, quod etia substernitur sicut Palla eucharistiae. In cap. Nemo allegatur pro ratione: ne forte puluis dominici corporis male decidat. Et de sum-

S
De subdiaconis, conione & officiu vnde distum.

done expresse addit ultra nunc dicta textus: q̄ etiam no debet lauari extra sacra: riu: q̄ si quis secus fecerit. peccat: & hoc in pelui noua, quae nihil aliud tagat. Nec licitum est ibidem pallas, & uela ianuaru lauare in eadem pelui, hoc est cortinas al raris. Quia autem nomine sindonis ueniat corporale: quamuis etia ueniat nomine pallae: ut uidetur posse sumi ex rigore textus: patet in cap. sequenti. Consulto. de consec. dist. j. & Matth. xxviii. Disponitur ergo in cap. Nemo. q̄ diaconi cum humilibus ministris hoc est subdiaconis pallas, & uela, quae in sanctuario sunt, si fuerint, fordidia, lauent. Sindonem uero non foris abluant: & erit hoc non operanti peccatum. Attamen si preualuit consuetudo, & obseruantia; q̄ corporalia traduntur monialibus lauanda: ut supra expediens uidetur: q̄ prima eorum ablutio fiat per constitutos in ordinibus sacris: & ablutio projiciatur, praesertim prima, non ad locum profanum: sed intra sanctuarium. Addit Palud. q̄ si qui ex deuotione uolunt corporalia tangere, deuotio illa indiscreta est, & praesumptuosa: sicut Oza praesumpsit tangere arcam domini. ij. Regum. vj. cum bonos calcitrabant: & morte percussus fuit a domino. De ministerio diaconorum, & subdiaconorum, & caeterorum ministrorum celebrante episcopo, habetur in epistola Anacleti iuxta medium. Itē cu subdiaconus ordinatur: ut diacono imponitur ei manus ab episcopo: sed alia est manus impositio, quae fit subdiacono. de sacra. iterum cap. j. & ultimo. Habet etia tangere uasa sacra: ut diaconus: quod nulli inferiorum permittitur. Computatur inter sacros ordines de eta. & quali. ord. cap. A multus. Et de ser. non ordi. cap. Miramini. dicitur: q̄ subdiaconus cum diacono pari gaudet priuilegio. Nam licet sacer ordo non reputetur in primitiua ecclesiae: tamen a constitutione Greg. & Urbani secundum moderna tempora sacer gradus minime esse dubitatur. Hae ibi. Verum quia subdiaconus ordinem sacrum recipit: & primum inter maiores: ideo ex ecclesiae statuto ad continentiam tenetur. distinct. xxviii. cap. Nullum. ubi

dicitur. Nullum facere subdiaconum praesumant episcopi nisi qui se castum uicturum esse promiserit. ubi glos. Ecclesia neminem cogit continere: sed in ordine, quem dat, legem potest imponere, qua uult. Item dist. xxxj. Ante trienniu. Itē dist. lxxxiiii. cap. Cum in praeterito. ¶ Hinc oritur dubium. Si tenetur ad continentiam: quaritur, super quo cadit uotum eorundem cum ia ordinantur? An super non nubere, uel super non fornicari, aut non luxuriari: seu non uelle uti copula coniugali: quod est non nubere? Ad hoc respondere uidetur Seco. dist. xxxviii. quartus: q̄ clericus uouens continentiam uoto solenni, ponunt se in potestate ecclesiae quantum ad oppositum eius, ad quod est contractus matrimonii. Quod onus ecclesiae ad sortem domini uocandis ex causa rationabili imponere potuit, & imposuit. Pro illo est textus addita glos. Itam allegatus. & cap. de his ubi supra cum dicitur. Coram totius clerici, plebisq; conspectu uoluntas eorum. s. ordinandorum de experendo coniugio ab episcopo perferretur. Vbi concilium Toletanum disponit: q̄ accessuri ad subdiaconatum profiteantur continentiam: ita q̄ non nubere sit illud, super quo fertur subdiaconorum continentiae uotum directe, & immediate. Hinc dicitur infra, cauendum tamen est his, ne quando suae sponsionis immemores: aut ad terras nuptias. glos. quae terram implent: aut ad furtiuos concubitus, id est concubinarum: seu contractus occultos non solemnizatos: ubi tamen mutus interuenit consensus, secundum Archid. utro concurrant. Et dicitur notanter, Nuptias, quae terram implent: per quod notatur usus coniugalis copulae, quem ecclesia intendit remouere. Et furtiuos concubitus concubinarum: ut in cap. Is qui dist. xxxiiij. Et sequuntur in cap. de his. Quibus autem uoluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit: concessam ab apostolo nubendi licentiam auferre non possimus. Ex quo sequitur: q̄ uotum, quod faciunt subdiaconi in susceptione maioris ordinis, & religiosi cum profitentur

T
Dubiu
Si subdiaconus tenet ad continentiam: quae rit super quo cadit uotum cu ordinatur.

secundum Gerſo. in regulis moralibus de matrimonio: immediate fertur ſuper non nubere, & non ſuper non fornicari: ſaltem ex eccleſie inſtitutione, quicquid ſit de libera promittentis ſponſione, & promiſſione. Hoc etiam poteſt oſtendi ex quid nominis vouere: quid utiq; reſpicit dicitur opus ſupererogationis: ut dicitur doct. & Gerſon in regulis de matrimonio ubi ſupra: & non cadit ſuper ea, que ſunt precepti: ut dicitur diſt. xxxviiij. Cum ergo non fornicari ſit precepti diuini, ſuper eo proprie non cadit votum: ideo cum aliquis ordinandus, aut profuſus vouet caſtitaſtem, votum illud proprie cadit ſuper non nubere. Hoc enim ſupererogationis eſt, & libertatis. Hinc beatus Ambroſius & habetur. 3 2. q. j. cap. Inſtegritas. Integritas corporis expetenda eſt a nobis, qua ego pro conſilio ſuadeo, non pro imperio precepto. Sola enim eſt uirginitas, que ſuaderi poteſt: imperari non poteſt, res magis uoti, quam precepti eſt. Quod utiq; uerum non eſſet: ſi uouere caſtitaſtem caderet ſuper non fornicari: hoc enim precepti eſt: non nubere uero, conſilij. Quid eſt non nubere: eſt non uelle uti copula coniuſgali, ſive coniuſgali commixtione. Nam ſecundum ſecurum clericus uouentes in ordinando ponunt ſe ad oppoſitum illius, ad quod eſt contractus coniuſgaliſ communis lege. Non dicit ad oppoſitum illius, quod eſt contractus, ſed ad quod eſt contractus coniuſgaliſ: hoc eſt non uelle uti copula coniuſgali. de quo infra diſt. xxxviii. de uoto. Quomodo enim alias uirgo Maria ſeruauit uotum continentia: (de quo infra) contrahendo cum Ioseph? Ad hoc Aug. ſermo. xxxvii. ad fratres eremitas: Sacerdotibus coniuſgij prohibetur. Coniuſgij inquit. Hinc Apoſtolus. j. ad Timot. v. de iuuenibus uirginitatis emittentibus, & luxuriantibus: & deinde nubere uolentibus, ait. Adoleſcentes uiduas deuota, cum enim luxuriantes fuerint, in Chriſto nubere uolunt, habentes damnationem; quia prima fidem irritam fecerunt. Ecce Apoſtolus in his uerbis huiusmodi uiduas luxuriantes dixit; non quia fornicatae fuerint:

ſed quia poſt emiſſum caſtitaſtis uotum in uirginali, uel uiduali ſtatu degentes nubere uoluerunt. Nam continentia talis cum cadit ſub uoto: non ſolum capeſſere nuptias: ſed etiam ſi non nubent, nubere uelle. i. cum propoſito experiendi libidinem in matrimonij conſummatione (quod non fuit in coniugio Ioseph, & Mariae) damnabile eſt. Hinc ſuam habet damnationem: quoniam primam fidem irritam fecerunt: et ſi non nubendo: non uolendo. non quia nuptia damnatur: ſed danatur propoſiti fraus. Damnatur uoti fracti ſides &c. que late explicantur xxxvii. q. j. Nuptiarum. Ex quo elici poteſt: ſicut uouens non nubere eſt uoti fractor, ſi nubit, aut nubere uult: ita obligans ſe obligatione ſpeciali: citra eccleſia, & ſanctorum patrum obligatoriam intentionem ex ſuo libero propoſito ad non fornicandum poteſt dici talis promiſſionis uoluntor: ſed non uoti fractor proprie ſumpto uocabulo. Poteſt enim ſecundum Durand. quis uouere etiam id, ad quod tenetur lege diuina. Dicitur eſt obligatoriam eccleſia, & ſanctorum patrum intentionem. Nam ſicut decalogus datus eſt, ut per eius obſeruantiam homo mereatur uitam aeternam: & hoc intendit legiſlator; non tamen obligauit hominem ultra actus ſubſtantiam, & precepti materiam ad eius meritoriam obſeruantiam, qua tamen plus intendit, qua obſeruantiam ſimplicem ad literam: alias ſi obligaret ad eius meritoriam obſeruantiam: quis ſeruando ad literam, & non ex gratia inclinatione peccaret: Ita in propoſito intentio obligatoria eccleſia: cadit ſuper non nubere directe, & non ſuper non fornicari in uoto continentia. Ad idem loquitur Palud. diſt. xxxviii. q. ii. S. Septima diuiſio. cum inquit. In ordine ſacro eſſentia uoti eſt ab eccleſia, que ipſum annexit ordini. Eſſentiam uoti dicit materiam uoti: ut patet in expoſitione ſua. ¶ Ex his poteſt inferri conſeſſio reſponſiua ſalua ſententia ſanior, & eccleſia determinatione. Votum continentia, quod ex inſtitutione eccleſia eſt ſacris ordinibus annexum: quodq; ſubdiaconi, & clerici ex ſtatu eccleſia faciunt

Concl.
riſua.

faciunt ordines ſacros ſuſcepturi, cadit uel inſtitutionis, & ordinationis eccleſia obligatiue directe, & immediate ſuper non nubere, & non ſuper non fornicari, niſi accedat alia ordinandi obligatio libera, & ſingularis, qua ſe quis uult ultra legem prius datam a deo modo ſpeciali amplius obligare. Poteſt conſeſſio perſuaderi. Nam a uoto continentia, quod faciunt ordinandi, poſſunt accedente diſpenſatione papali liberari. Immo ſicut eccleſia ſtatuit: q; ſi fieri debeant: ita poſſet ipſum tollere, & retractare. Hoc autem de fornicatione, aut debiti redditione poſt contractum legitimum poteſtate humana fieri non poteſt, cum ſit precepti diuini. Non enim poteſt eccleſia dare licentiam ad fornicandum: ſed ad utrius contractum matrimonio, & ad nubere clericis. Hoc poteſt etiam oſtendi auctoritate ſanctorum patrum, & ſcholasticorum doct. Sancti Tho. ij. q. lxxxviii. art. undecimo dicit. Non eſt eſſentialiter annexum debitum continentia: ordini ſacro, ſed ex ſtatu eccleſia. Vnde uidetur: q; per eccleſiam poſſit diſpenſari in uoto continentia: ſolemnizato ſacri ordinis ſuſceptione. Addit idem doctor, q; non ſit annexum eſſentialiter ſtatui, & uoto religionis. Idem tenet Palud. diſt. xxxviii. q. iiii. artic. iiii. conſeſſio x. & xj. ubi refert papam diſpenſaſſe cum rege Aragonum, quem propter defectum proliſ compulſit exire monaſterium ad matrimonium contrahendum, qui uxoratus liberatus fuit a uoto caſtitaſtis. Vnde nec poſt mortem uxoris tenebatur continere, & paupertatem habere: unde & filios heredes habuit. Sic etiam de uoto obedientia dicendum. Quia autem deſuncta uxor reſiit ad monaſterium, perſeſſionis fuit. Hæc ille. Sic ſecundum eundem licet papa non poſſit facere, q; profuſus non fuerit profuſus: poteſt tamen facere, q; non ſit obligatus religionis: nec ad uota religionis: quia in omni obligatione intelligitur auctoritas papæ excepta. Ad idem eſt Richard. diſtinct. xxxviii. arti. ix. q. j. ubi cum dixit papam poſſe diſpenſare in omnibus uotis, que non ſunt precepti diuini: ſed dicitur ſu-

pererogationis: exemplificat de uoto continentia: tanquam de uoto reſpectu obiecti ſupererogationis: dicens. Si perſona, que continentiam uouerat, nubat per obedientiam domini Papæ, ſua obedientia magis meritoria eſt ſibi, qua continentia, quantum ad premium ſubſtantiale. Sic uicatio communis mali: uicatio probabilis tranſgreſſionis uoti: ſi probabilitas ſit uehemens, aut maior profectus. ſic etiam uicatio maioris mali, ſecundum Durand. q. ij. diſt. xxxviii. poſſunt eſſe rationabiles cauſe diſpenſandi in quocunq; uoto ſupererogationis. Alias enim quod pro charitate factum eſt, contra charitatem nonnunquam militaret. Hinc conſeſſio idem doct. & Durand. Omne uotum, quod eſt de his, que ſunt ſupererogationis, diſpenſabile eſt ſubſiſtente cauſa rationabili: quia in quolibet tali poteſt inueniri profectus maioris boni: uel euitatio mali, ſiue per comparationem ad reſpublicam, ſiue ad priuatam perſonam uentem. Dicitur enim ratio reſta aliquæ eſſe in loco dei conſtitutum in eius eccleſia, qui periculis communis, & perſonarum penſatis infirmitatibus, & utilitatibus, & damnis poſſit rationabiliter obuiare. Ex illo etiam poſſet ſumi ratio de ſenſionis multorum religioſorum, qui petunt ſecum ex cauſa rationabili diſpenſari: uel cum de ſtatu religioſorum in aliquo loco ſit collegium canonicorum ſecularium. Secundò poteſt conſeſſio ſi oſtendi. Si uotum iſtud clericorum non fertur directe, & immediate ſuper non nubere: quod eſt abdicare proſus a ſe coniuſgalem copulam carnalem: ſed ſuper non fornicari: eccleſia durior legem impoſuiſſet eccleſia latinorum, qua graecorum præter eorum demeritum. Sic. n. in eccleſia latinorum ultra legem dei prohibitionem, qua ligantur non fornicari, & eccleſia conſtitutionem de non nubendo habere ſpecialem obligationem ultra legem diuinam de non fornicando: quod eſſet eis maximum onus. Nā non licet eis contrahere: nec uti matrimonio ex ſtatu eccleſia. Et tenentur non fornicari ex propria, & ſimiliter diuina prohibitionem, & obligationem. Eccleſia pro

Obediētia
meritoria,
q; continētia.

Græcorum solum tenetur non fornicari ex lege diuina: nec prohibetur ab usu matrimonij prius contracti. in cap. Quonia. dist. xxxj. Immo in sacris constituti licite videntur copula coniugali. Ita tamen, q̄ coniugium præcesserit ordinationem. Cum enim iam ordinati sunt, deinceps contrahere non possunt: vt est clarus textus iuncta glos. dist. xxxij. Si quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptijs copulari: hoc ante subdiaconatus ordinationem facit. Ad hoc cap. Nicæna dist. xxxj. Errant itaq; dicentes græcos iam in sacris constitutos posse contrahere. Sicut ergo græci clerici iam ordinati nō possunt nubere: ita & latini ordinati promittunt velle non nubere, poterant tamen prius nubere: iam verò sunt per ecclesiam illegitimati ad coniugium ordinis susceptione. ¶ Tertio idem potest probari ex serie textus statutorum ecclesie, & patrum definitione. Nā in cap. Aliter dist. xxxj. dicitur. Aliter se habet orientaliū traditio ecclesiarū, aliter huius sanctæ Romanæ ecclesie. Nam eorum sacerdotes diacon, atq; subdiaconi matrimonio copulantur: matrimonio contracto vtuntur: Istius autem ecclesie nullus sacerdotum a subdiacono vsq; ad episcopum licentiam habet coniugium sortie ndi. Per solum autem castitatis votum Latini fecernuntur a Græcis. Clare ergo habetur ex hoc textu, q̄ votum castitatis clericorū latinorum cadit super non nubere. Per nubere enim, & non nubere hæc ecclesie distinguuntur a Papa Stephano in prædictis verbis. Idem habetur in cap. Quoniam eadem dist. cum dicitur. Quoniam in Romani ordine canonis cognouimus esse traditum eos, qui ordinati sunt (secundum glos. ordinantur presbyteri, vel diaconi profitentur) q̄ iam suis non copuletur vxoribus. Vbi expressè dicit eorundem professionem esse de non nubere: quod est non vti vxore in re vxoria. Ad idem in cap. Si laici. eadem dist. Sacerdoti, cui semper offerenda sunt sacrificia, semper orandum, semper matrimonio carendum est. Ecce iterum de non nubere fit sermo. Euidenter hoc dicit cap. Lex. ibidem. Lex con-

tinentiæ eadem est ministris: subdiaconis: & diaconis, secundum Arch. quæ presbyteris. Qui cum essent laici, siue letores: in minoribus constituti ordinibus secundum Archid. licite & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: sed cum ad prædictos peruenerit gradus, cepit eis non licere, quod licuit. Ad idem est August. & habetur. xxxv. qj. cap. Cū igitur. vbi ait. Ecclesia post apostolica instituta, quedam consilia perfectionis addidit: vt puta de continentia ministrorum. Ecce cū vellet asserere ecclesiam quædam nunc instituisse pro præceptis, quæ apostolorū tempore erant de consilio, & perfectione, exemplum posuit de continentia ministrorum. Ex quo aperte colligitur: q̄ hæc continentia, quā vouent subdiaconi ex statuto ecclesie, non respicit vī constitutionis nō fornicari: quia hoc semper fuit præceptis: sed non nubere: quod fuit consilij tempore apostolorum. Ex illo etiā patet solutio: si queritur, an clerici, aut etiam religiosi fornicarij sint dicendi voti fractores, an non. Et respondet Gerson vbi supra, q̄ non. probat ex quid non minis vouere. Et nota: q̄ dicitur vī constitutionis præcisè. de hoc infra latius dist. 38. Et tantum de illo dubio, sententia maiorū, & ecclesie determinatione semper salua. ¶ Si queritur, vbi, vel quando dominus vsus est subdiaconorū officio: Respondetur Ioann. xiiij. secundum Hugo. quando lintheo se præcinxit, & mittens aquam in peluum pedes discipulorū lauit, & lintheo terfit. ¶ Diaconorum vero officium, qui in lege veteri Leuitæ dicebantur a tribu Leui, vnde & nomen receperunt, est sacerdotibus assistere, & ministrare in omnibus, quæ aguntur in altaris sanguinem dominicum: sed non corpus domini dispensare nisi in necessitate (ait Palud.) cum infirmus est moriturus, & presbyter non potest ad manum haberi, vel cum presbyter est impeditus: aut non sufficit per sese (vt in paschate) totum populum communicare. dist. xciiii. cap. Prætere. An diaconus habeat prædicare ex officio nouum testamentum, euangelium. s. & epistolam, sicut lector vetus testamentum: vt refert magister in

V
Diaconorum officium.

litera: Videtur, q̄ sic, accipiendō prædicare hic sicut supra in officio lectorum, ponendo differentiam inter planam lectio nem scripturæ, & eius explanationem siue interpretationem pro populi illuminatione, & perfectione: vt est actus hierarchicus. sic enim prædicare non conuenit diacono ex officio seu ordine xvi. qj. Adijcimus. vbi habetur q̄ nullus præter domini sacerdotes prædicet siue monachus siue laicus, etiam quomodo cūq; de nomine scientiæ gloriatur. Proprium officium & immediatum est circa Euchari stia materiam offerendā vel dispensandā: & non legere euangelium. hic est actus remotus, & minus perfectus secundum Sco. & Rab. cap. vi. vbi supra. Potest tamen diacono committi, vel ex consuetudine, vel auctoritate superioris officij prædicandi: quia licet non habeat auctoritatem ex ordine, habet tñ habilitatē secundū Palu. Possunt etiā viri docti nonniquā facere orationes pro profectu vel cleri, vel aliorū in gymnasijs, aut conuentibus. Sic alia persona deuotas exhortationes pro profectu suorū subditorū: sed non publicas conciones. Et licet Pal. dicat q̄ archidiaconus habet ex officio prædicare: tñ ex serie textus de officio archidiacon. c. Officiū vero. non habetur aliud nisi q̄ potest, cū vult euangeliū legere, aut diaconis id ipsum committere. Sic etiam cum dist. xxv. cap. Perlectis. dicitur, q̄ sicut lectoribus vt. test. ita diaconis nouū prædicare præceptum est: prædicare ibi sumitur pro legere: vt dicit Glos. in cap. Adijcimus. supra allegato. Sed q̄ nec laicis, nec etiam alijs diaconis liceat sibi vsurpare officium prædicationis, habetur de hæreticis cap. Cū ex inuictō. §. Cum igitur nisi mittatur ad hoc secundum doctrinā apostoli. Et in cap. Excommunicamus. §. Quia verò. dicitur. Quia verò non nulli sub specie pietatis auctoritatē sibi vendicant prædicandi: cū Apostolus dicat: Quomodo prædicabūt. nisi mittantur: oēs qui prohibiti vel non missi præter auctoritatē ab apostolica sede, vel catholico episcopo loci susceptā, publice vel priuatē prædicationis officij vsurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo

innodentur. Nō igitur licet laicis prædicare. ibidē cap. Sicut ti. Nec mulieribus xxiiij. dist. cap. Mulier. Cū autē diaconi habent habilitatē vt Paulus. loquitur ad prædicandum ex ordine, possunt vel de licentiā diocesani, aut curatorum, vel aliorū stante cōsuetudine ad populū concionem facere: quod quidam prædicare dicūt. Plura alia q̄ de cōsuetudine minus principaliter ad officij diaconi pertinent, habēt in magistro & Hugone. Hoc officio Christus vsus est, quādo post cenā sacramētū corporis & sanguinis dispensauit, & qñ eosdē dormientes ad orationē excitauit dicēs. Vigilate, & orate, ne intreris in tentationē. Hinc & hodie diaconus præmonet habere aures ad dominū. Ipse donat pacem & annunciat ad benedictionem populū hortatur, & similia. Hic ordo apostolis celebratus legitur Act. vj. quando apostoli constituerunt septem diaconos plenos spiritu sancto: quos præfecerunt ministerio mensæ, vel his qui ministrabant: vt sic ipsi circa verbi dei seminationē sine impedimento sese occupare possent. ¶ Sacerdotū siue presbyterorum officij quod a filijs Aarō inchoatum est secūdū Rabanum: & non propriè ab Aaron principe sacerdotum nisi in quantum fuit sacerdos: hoc officij inquam respicit & corpus Christi verum & mysticū. His duplex datur in ordinatione præs, nō simul & semel: sed successiue. Quarū vna respicit cōsecrationē corporis sanguinis domini. Et illa præs cōi ter dicit potestas ordinis: quia est inseparabiliter annexa illi ordini, & in impedibiliter: quia nō potest impediri, vel auferri, quin sacerdos habēs materiā aptā & intentionē debitā cū ceteris ad hoc requisitis, nō obstāte quacūq; prohibitionē, vel suspensionē, vel degradationē, possit de facto consecrare. Alia potestas respicit corpus Christi mysticū: & dicitur quando: q̄ potestas administrationis sacramentorum, & presertim sacramenti penitentiae: quo etiam speciale sortitur vocabulum, q̄ dicitur præs clauis, vel etiā inuictionis spūalis in foro penitentiæ. Hæc præs soluendi & ligandi a peccatis eum potest dici præs ordinis, & officij: quia

X
Sacerdotiū, vel presbyterorū officij.

fundatur in charactere suscepto in ordinis susceptione: qui cum sit indelebilis, & potestas illa indelebilis est. Et cum sacerdos quempiam absoluit in foro pœnitentiæ: hoc principaliter facit ratione ordinis, quâ ratione iurisdictionis: quia illa per accidens concurrat secundum Palud. Et licet oportet esse subditum quempiam si sacerdos vult ut iudex alium absolueret: & hoc duplici subiectione. scilicet voluntaria ipsius peccatoris consentientis, & auctoritativa superioris dantis favorem confessuro, ut possit se subijcere iudici, hoc est sacerdoti, & neutra sine alia sufficit: tamen illa ministrandi doncitæ & materiæ sic subiectæ congruitas non sunt ex institutione ecclesiæ, sed Christi, qui sacramenta instituit: & huiusmodi potestatem clauium suo ministro tribuit: ut supra dist. xix. Et ideo si alterum illorum defuerit, nihil fit simpliciter. Potestas prima omnibus sacerdotibus confertur æqualiter, nec plus vni quâ alteri: siue sit episcopus siue non episcopus. Nam ad omnes sacerdotandos dicitur æqualiter. Hoc facite in meam commemorationem. Et iterum. Accipite spiritum sanctum: quorum remisistis &c. Non sic potestas executionis, vel etiam iurisdictionis. Valde refert habere potestatem clauium, & habere executionem clauium. Nam habere potestatem clauium: non dicit habere potentiam propinquam ad soluendum, vel ligandum: sed remotam: quia stat quem habere potestatem clauium, siue ordinis: & tamen ipsum esse prohibitum a superiore: ut puta suspensum, irregularem excommunicatum &c. Potestas ordinis fundatur in charactere indelebili & inseparabili, quem vi ordinationis suscipit: sed potestas iurisdictionis aut executionis dicit potentiam propinquam, & exigat materiam subiectam, & non prohibitam iurisdictionis executionem: qua carent qui sunt ab ecclesia prohibiti, vel non habent materiam subiectam. Materia subiecta est peccator subditus. Subditus duplici subiectione: ut dictum est secundum Gerson. considera. ij. de potestate ecclesiastica. Ecclesia enim non vult hominem peccatorem esse subiectum excō-

municato vel præciso. Sic stat aliquem habere potestatem iurisdictionis, & non ordinis: ut curatus qui non est sacerdos. Ex quo sequitur primo: quod omnis sacerdos ritè ordinatus habet potestatem siue clauem ordinis, siue habeat actum subditum, siue non. Hanc potestatem omnes apostoli a Christo immediate receperunt: sed potestatem iurisdictionis mediate: quia mediante Petro. Hic enim subiectos sibi a Christo ceteris subiecit: & ita iurisdictionem dedit in eos. Si verò est sacerdos non habens subditum, iam habet potestatem ordinis, sed non iurisdictionis quia relictæ: dicuntur ad se inuicem: sicut seruus ad dominum, habere iurisdictionem, & habere subditum. ¶ Corollarium secundum. Stat aliquem habere clauem ordinis: & tamen non habere executionem clauium: ex ecclesiæ prohibitione modo alio prædictis. ut puta aliquis ordinatur ab eo, qui non habet executionem iustam clauium: is non potest eam dare alteri. Cum ergo quis ordinatur ab episcopo degradato, excommunicato, vel suspensio, aut qui renunciauit episcopatu: siue ab episcopo non suo sine licentia sui episcopi, quamvis illi sic prohibiti possint verè ordines conferre: attamen cum ipsi sunt prohibiti ab executione ordinum, qui ab eis ordinantur, etiam prohibentur ab ordinis executione. Ratio est: quia sic ordinantes eam rem potestatem executionis: ideo in alios transfundere non possunt. Quod .n. non habet quis, non potest alij dare. j. q. j. Qui perfectionem, & cap. sequen. Et idem est, si essent conformia impedimenta ex parte ordinati. Potestas igitur executionis datur & accipitur cum ordine, cum iam dicta non subsunt impedimenta. Et hæc potestas executionis, siue sit vna siue plures: dicitur potestas remota: quia positum ordine potest simpliciter impediri. ¶ Corollarium tertium. potestas clauis vel ordinis super corpus Christi mysticum, est potestas ligandi, vel soluendi non propinqua: sed remota: quia non semper potest in actum & in executionem. Est .n. potestas non naturalis: sed voluntarie concessa: ideo non potest in opus contra volun-

Coroll.
2.
Stat aliquem habere clauem ordinis, & tamen non habere executionem clauium.

Coro. 4

voluntatem concedentis. Est ergo potestatem remota, indigens alia potentia adiungant, exire possit in actum, scilicet concessione, & non prohibitione superioris: & subiectione peccatoris. Dictum est notanter. Vel ordinis super corp^o Christi mysticum. Nam potestas ecclesiastica primo diuiditur in potestatem ordinis, & iurisdictionis. Ordinis subdiuiditur in corpus Christi in consecratione, & mysticum in sacramentorum administratione. Iurisdictionis etiam diuiditur in foro exteriori, & interiori. In interiori duplex est. una clauis scientiæ, & potestatis peccatorum absolutione. Alia in penarum commutatione per indulgentias secundum Gerson. ¶ Corollarium quartum: potestas executionis, & iurisdictionis nihil dicunt superadditum primæ potestati clauium, vel ordinis ex parte ipsius sacerdotis habentis eandem: sed potestas executionis ultra potestatem ordinis dicit remotionem prohibitionis: ne quis hoc ordine utatur, quâ prohibitionem sublata iam habet executionem. Sed tertia, puta iurisdictionis, dicit subiectionem materiæ: que est peccator subditus subiectione voluntaria, & superioris. Prima ergo potestas ordinis est potestas remota ad executionem, & iurisdictionem. Fit autem propinqua, si tollitur prohibitio executionis: & si peccator se subiecit, vel subijcere potest potestatem habenti. ¶ Corollarium quintum. Si quis subiectus est alteri, potest se eo annuente, & uolente alicui subijcere: & ita eius iurisdictionem in foro ligandi, & soluendi recipere. Nec tunc dat ei de nouo facultatem ligandi, & soluendi: sed illam prius habuit in potentia remota: quia caruit materia, in quâ eam exercere posset: quod ille annuens nunc subiecit quârum ad se spectat. ¶ Corollarium sextum.

Coro. 5

Coro. 6

Si quis non habet potestatem ordinis: ut puta quia non est sacerdos: est tamen curatus habens iurisdictionem in alium: potest aliquem alium aduocare qui de eius licentia subiectos absoluat: dato etiam quod is, qui dat licentiam alteri exercendi clauem ordinis in suos, sit excommunicatus præcisus, vel suspensus ab officio, vel iurisdictione: ut supra distinct.

Coroll.
3.

xxij. quest. j. Nam sic non dat alteri potestatem clauium, & facultatem ordinis absoluendi, & ligandi suos: sed prius eam habet ex ordine suscepto. dimittaxat subiecit sibi prius non subiectos, & facit eum exire in opus materiam ei subijciendo, in quam prius non potuit potestatem ordinis exercere. Vnde dicitur de penitent. & remissio. Omnis utriusque, quod sine licentia proprii sacerdotis alter non ualet eum absolueret. Non dicit sine auctoritate eius: sed sine licentia: quia absoluendi potestatem remotam habet suo iure, quia sacerdos: sed non habet peccatorem subiectum. Ex hoc sumitur fundamentum illius communis dicti, quod in articulo mortis, quilibet sacerdos est ueluti summus pontifex, quo ad potestatem ordinis, & iurisdictionis: sic quod potest absolueret tunc, & a uinculo excommunicationis maioris, & a peccatis sicut Papa: sed non potest sicut Papa indulgentiam dare: secundum Palud. distinct. xx. & xxij. Etiam si duo sacerdotes essent in articulo mortis constituti maioris excommunicationi subiecti, potest alter alterum absolueret: quia in iure parificatur impedimentum ignorantia, & necessitatis. Ignorantia cum est inuincibilis excusat: & necessitas non habet legem. Nunc autem excommunicatus cum ignorat se talem: aut cum ab alijs nescitur excommunicatus esse: ut puta occulte excommunicatus, potest absolueret, & excommunicare, & tenet factum, ac si non esset ligatus: quia paria sunt, non esse: & non apparere. de sen. & de re iudi. cap. ad probandum. & ij. quest. vij. s. Verum tamen. Vbi ualet sententia lata a seruo, qui putatur liber. Ita etiam in casu necessitatis proposito alter alterum soluere potest: ac si non esset ligatus. Hec ille. Sic refert Panor. de consecra. eccle. cap. Si ecclesia, quod pollutio seminis cum occulte fit, non pollutio ecclesiam: ita quod indigeat recedillatione. Et si contingeret quempiam ex his sanitati restitui pristina, non uideretur necessarium: quod peccata semel confessa licet excommunicato iam iterum confiteatur, quâuis non obstat. Debet tamen se presentare iudici, & absol-

Christus discipulis, & petro promissus, & postea concessit.

lutionem ab excommunicatione recipere: ut sic ecclesie possit reconciliari. ¶ Vt autem de potestate ecclesiastica hic obiter tacta amplius clarescant; & considerandis; quod Christus eam discipulis, & Petro promissus, & postea concessit. Promissus Petro seorsum Matth. xvj. claves regni cælorum: ubi secundum plures etiam venit potestas ordinis super corpus Christi verum, cum per verbum singularis numeri inquit: Tibi dabo claves regni cælorum. Promissus omnibus apostolis, & Petro, Matth. xvij. cum verbum pluralis numeri dixit. Quæcumque alligaueritis &c. Et Petrus subiunxit. Domine quotiens in me peccabit &c. Dehinc Petro, & omnibus alijs apostolis potestas ordinis super corpus Christi verum data fuit in ceteris: cum inquit ad omnes. Hoc facite in meam commemorationem. Lu. xxij. Hanc æqualiter omnibus tradidit apostolis, & Petro, ac eorum successoribus. Potestatem clauium dedit omnibus æqualiter cum Petro post resurrectionem suam. Io. xx. dicens. Accipite spiritum sanctum &c. Et sic potestatem ordinis, & claves receperunt apostoli immediate a Christo, & equaliter. ¶ Cuius autem potestas clauium partim est ordinis: ut supra; & partim iurisdictionis: & quo ad primum partim est potentia propria, qua respectu corporis Christi veri: partim potentia remota, quo ad absolutionem peccatoris: ideo quo ad iurisdictionem, qua requirit subiectionem materia, ut possit exire in actum, & esse potentia propria, Petrum ceteris præfecit, & eum omnium suarum pastorem, & iudicem constituit: & per ipsum in ceteros secundum sui dispensationem iurisdictionem deriuat uoluit. Hoc designauit Lu. xxij. secundum opinionem multorum: cum inquit. Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Commisit ergo Petro agnos suos pascendos. Ioan. ultimo, & secundum Petri dispensationem alijs discipulis. Et si iura quandoque dicere uidentur, quasi prius dederit potestatem, Matth. xvi. & xvij. hoc intelligitur promissum: quia promissus se daturum. Nec uidetur probabile multis; quod Petrus Christi uicarius in terris ullam habuerit iurisdictionem Christo adhuc uiuente in peccatores absoluendos: secus de baptizando quoscunque. Sic itaque a Petro, qui omnem potestatem recepit super omnes gentes immediate a Christo ueluti ecclesie capite: omnis iurisdictionis defluxit in quoscunque ceteros: & solus Petrus omnis potestatis plenitudinem continet eminenter. ¶ Ex illis colligi potest responsio: si queritur. An potestas ecclesiastica sit uariabilis. Si quidem potestas ecclesiastica consideratur formaliter, & in se, inuariabilis est a principio nascentis ecclesie usque in fine mundi. Si materialiter, & quodammodo respectiue: prout applicatur ad hanc, uel illam personam: sic est uariabilis, & auferibilis in multis casibus. Sic sunt reservationes, & casuum limitationes. Sic uno mortuo alter eligitur, & consecratur. Si quo ad usum, uel exercitium: sic iterum est multipliciter uariabilis. ¶ Circa quod notandum: quod usus potestatis ecclesiasticæ, quandoque est licitus, & ratus: dum sacerdos rite consecratur, uel absoluit sine defectu alicuius adesse debiti: uel de necessitate precepti, aut sacramenti. ¶ Secundus est usus licitus, non ratus, dum bona fide absoluit subditum putatiue solum, credens eum esse subditum, aut penitentem. ¶ Tertius est illicitus, & ratus, cum de facto consecratur in mortali peccato, aut contra ecclesie preceptum. Est. n. potestas factitium quo attendatur, sit quidem, licet male: & iuris, dum iuste fit. Sic dicitur. Hoc possumus, quod iure possumus. ¶ Quartus est usus illicitus, & irritus, cum scienter uult absolueri non subiectum &c. ¶ Quintum dubium: An omnes apostoli fuerint episcopi: & si sic, a quo ordinati immediate: an omnes a Christo. Quia Christus Petrum ordinauerit episcopi: dubium non est: & de aliorum episcopatu propter ecclesie catholicæ per eos institutionem. An autem omnes alios ordinauerit episcopos, dubium est. Sunt, qui tenent (ut deducit Ioan. de Turri cremata. lib. ij. cap. xxix. in de ecclesia Car. Alexan. in distin. Decreti. distin. xv.) quod solus Petrus fuit immediate a Christo ordinatus in episcopum: ubi, nescitur. Forte cum dixit. Pascite oues meas, uel agnos meos: Ioan.

risdictionem Christo adhuc uiuente in peccatores absoluendos: secus de baptizando quoscunque. Sic itaque a Petro, qui omnem potestatem recepit super omnes gentes immediate a Christo ueluti ecclesie capite: omnis iurisdictionis defluxit in quoscunque ceteros: & solus Petrus omnis potestatis plenitudinem continet eminenter. ¶ Ex illis colligi potest responsio: si queritur. An potestas ecclesiastica sit uariabilis. Si quidem potestas ecclesiastica consideratur formaliter, & in se, inuariabilis est a principio nascentis ecclesie usque in fine mundi. Si materialiter, & quodammodo respectiue: prout applicatur ad hanc, uel illam personam: sic est uariabilis, & auferibilis in multis casibus. Sic sunt reservationes, & casuum limitationes. Sic uno mortuo alter eligitur, & consecratur. Si quo ad usum, uel exercitium: sic iterum est multipliciter uariabilis. ¶ Circa quod notandum: quod usus potestatis ecclesiasticæ, quandoque est licitus, & ratus: dum sacerdos rite consecratur, uel absoluit sine defectu alicuius adesse debiti: uel de necessitate precepti, aut sacramenti. ¶ Secundus est usus licitus, non ratus, dum bona fide absoluit subditum putatiue solum, credens eum esse subditum, aut penitentem. ¶ Tertius est illicitus, & ratus, cum de facto consecratur in mortali peccato, aut contra ecclesie preceptum. Est. n. potestas factitium quo attendatur, sit quidem, licet male: & iuris, dum iuste fit. Sic dicitur. Hoc possumus, quod iure possumus. ¶ Quartus est usus illicitus, & irritus, cum scienter uult absolueri non subiectum &c. ¶ Quintum dubium: An omnes apostoli fuerint episcopi: & si sic, a quo ordinati immediate: an omnes a Christo. Quia Christus Petrum ordinauerit episcopi: dubium non est: & de aliorum episcopatu propter ecclesie catholicæ per eos institutionem. An autem omnes alios ordinauerit episcopos, dubium est. Sunt, qui tenent (ut deducit Ioan. de Turri cremata. lib. ij. cap. xxix. in de ecclesia Car. Alexan. in distin. Decreti. distin. xv.) quod solus Petrus fuit immediate a Christo ordinatus in episcopum: ubi, nescitur. Forte cum dixit. Pascite oues meas, uel agnos meos: Ioan.

An potestas ecclesiastica sit uariabilis,

Vnde tres episcopi in ordinatione episcopi.

Y Dub. 5. An omnes apostoli fuerint episcopi.

¶ Vbi post dñi resurrectionem. Non enim dubium: quin forma ordinandi Petrus a Christo didicerit. Vnde scribit in epistola Clemens ad Iacobum archiepiscopum hierosolymitanum, Petrum dixisse: Si eum edoctus sum a domino meo, qui misit me, hunc (puta Clementem) uobis episcopum ordino, cui & potestatem ligandi, & soluendi a domino mihi traditam trado &c. Idem Petrus (ut legitur in lib. iij. itinerarij Cle.) manibus superpositis Zacheo orauit, ut inculpabiliter episcopatus sui seruari officium. Ad idem August. in quæstionibus. vet. & nouis. Sacerdotes autem, quos antistites dicimus, regulam habent uerbis solemnibus ordinatam, & traditam sibi, quam supponentes hominibus benedicunt. q. cix. Ad idem Palud. distinct. xxvj. q. iij. Qui uult: quod in consecratione episcopi sit a Christo tradita certa forma, quæ non potest mutari quo ad substantialia. Allegant illi pro se ea. In nouo distinct. xxj. ubi dicitur Sacerdotalem ordinem accepisse a Petro. Consequenter uolunt: quod Petrus primum ordinauerit Iacobum Zebedæi, & Ioannem modo, & formis dispensatione sibi a Christo traditis, & cõsequenter hi tres Petrus, Iacobus, & Ioannes Iacobum Alphei ordinarunt episcopum, & in hoc tradit ecclesie dispositio, & in omni ordinatione episcopi, tres & non minus tribus adesse oportet. cap. Porro. distinct. lxxvi. Secus forte tempore primitiue ecclesie: ubi unus unum ordinauit episcopum. Nam Petrus ordinauit solus Clementem, & Zacheum in episcopos. Adducunt etiam epistolam secundam Clementis hoc approbantem. ¶ Præterea cum episcopatus sacerdotium præsupponat: non uidetur rationale dictum; quod Christus ordinauerit eos episcopos, cum tradidit potestatem clauium. Ioan. xx. dicens. Accipite spiritum sanctum &c. Item Thomas tunc abfuit, queritur: ubi fuit ordinatus episcopus. Facit pro illa opinione Clemens in epistola ad Iacobum, cum inquit. Nec inter apostolos par fuit institutio: sed unus omnibus præfuit. Nec in ciuitate una binus, uel ternos episcopos: sed singulos instituit præcepit Petrus. Non autem in uillis,

castellis, aut minoribus ciuitatibus. ¶ Verum hoc dictum Clementis parum facit ad propositum. Nam et si Petrus fuerit caput aliorum: ex hoc non sequitur: quod alij non fuerint episcopi a Christo ordinati. Præterea apostoli ibant in omnem terram. Adiungit Clemens Petrum dixisse ex traditione, & informatione dñi, quod episcopi uicem tenent presbyteri. Varia dicta recitantur in glossa. Porro. ubi supra. sed uidentur carere fundamentum. Allegat & dictum apostoli ad Hebr. viij. Sine ulla contradictione, quod minus, & a maiore benedicunt. de quo Aug. ubi supra late disputat. Item de sancto Marthia per sortem electo queritur: ubi fuerit episcopus ordinatus, qui sicut & Thomas non fuit minor alijs apostolis. in cap. In nouo distinct. xxj. ubi dicitur Petrum primum potestatem ligandi, & soluendi a domino recepisse: ceteros uero cum eodem pari consortio honorem, & potestatem accepisse, ipsamque principem esse uoluerunt. Verum est: claves eodem modo receperunt a dño, secus de clauium exercitio, que secundum plenitudinem in solo Petro refedit, & ab ipso in apostolos alios pro loco, & tempore deriuata est. Secundum Gerſo. in de potestate ecclesiastica. confide. ix. probabile uideatur, quod dñs dādo apostolis potestatem clauium concessit quod tunc, & usum, siue exercitium. Hinc Marci. ult. dixit. Euntes in mundum uniuersum &c. In genere locutus est, sine distinctione ¶ Sextum dubium: ubi episcopus, & sacerdos sit uicem synonyma, & habeat uterque administrationem eodem. Sunt, qui dicunt (ut refert Palud. q. vj.) quod episcopus, & sacerdos sunt uicem synonyma: & habent administrationem eodem. Hic sacerdos in quantum talis potest omnia sacramenta administrare, & confirmationem, & omnes ordines, quæ sunt de potestate sacerdotali. Attamen ad cauendum schismatis periculum ordinatum fuit in ecclesia: quod sacerdotes uerum ex se eligerent, qui alijs præesset, & nomine speciali significaretur: ut puta episcopus: & idem administrationem quorundam sacramentorum, & sacramentalium

Z Dub. 6. Vtrum episcopus, & sacerdos sint synonyma.

solus haberet: & sibi referuaret de cōsuetudine, ac etiam ecclesiæ institutione. Dicitur ergo talis episcopus: quia super alios habebat intēdere, & facere ordinationes: & alia, q̄ nunc sunt eporum. Cui alludit interpretatio vocabuli. Secundū Aug. lib. xix. de ciuit. dei. ca. xix. Ep̄s nomen est operis non honoris, gr̄cum. n. est: sic dictum: q̄ ille, qui p̄ficatur alijs, eis, quibus p̄ficatur, superintēdere habet, & eorum curā gerere. Hęc uidetur fuisse opinio beati Hieronymi ad Rusticum Narbonen. ep̄m de uita, & conuersatione ep̄i, & septem gradibus clericorū: de sexto gradu ecclesiæ, qui est ordo sacerdotum, & recitatur dist. xv. Ecce ego. cū inquit. Et quia scriptum est, Presbyteri duplici honore honorentur, decet eos p̄dicare, utile est benedicere, congruū confirmare &c. atq; omnia dei sacramenta complere. Præsertim cum in oriente eam cōsuetudinē semper, & in Illyrico, & Italia, atq; Africa, oibus locis t̄pibus apostolorū fuisse māifestū sit: ac propter solam auctoritatē summo sacerdoti clericorum ordinatio, & uirginum consecratio reserua sit, cū Basilicę, altaris, & chris̄m dedicatione, vel sanctificatione: ne a multis disciplina ecclesię uēdicata concordiam sacerdotum solueret, scandala generaret &c. Ad idem. xcij. dist. cap. Legimus. Item. j. Timo. ij. in Glos. interlineari. & super epistolam ad Titū. dist. xc. cap. Olim. Olim idem psbyter, qui ep̄s, & antequam diaboli instinctu schismata in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli: ego sum Apollo: ego uero Cephe. j. Corinth. j. Gloriabantur enim se baptizatos baptismo huius, uel illius, credentes baptismū unius meliorem esse baptismo alterius. sequitur. Comuni presbyterorum consilio ecclesiæ regebantur. Postquam uero unusquisq; eos, quos baptizabat, suos esse dicebat: non Christi: decretum est in toto orbe: ut unus de presbyteris præponeretur, & schismatum semina tollerentur. & infra. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex consuetudine ecclesiæ ei, qui sibi præpositus fuerit esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis consuetudine, quā

Nomen episcopi quid significet.

dispensationis dominicę ueritate presbyteris esse maiores. Ostendit etiā in epistola præfata ad Rusticum ex scripturis: q̄ & presbyteri episcopi nuncupantur ad Titicum primo: ubi quem nominat presbyterum statim dicit episcopum. Item. j. ad Timo. iij. Paulus uocat presbyterum qui Timotheum in ep̄m ordinauit per manus impositionem. Item in eadē epistola ca. iij. uolēs docere episcopū, statim transit ad institutionem diaconi. Nō autē est uerisimile: q̄ omissō sacerdote diaconum instruat: nisi idem sit ep̄s, & sacerdos: & ut in presbytero summam sacerdotij collocatam esse ostendat. Ad idem Aug. in quæstionibus uere. & no: testa. q. c. j. Astipulare uidetur Panor. cum inquit cap. quarto de consuetudine. Statim post Christi mortē omnes presbyteri in cōmuni regebāt ecclesiam: nec sic inter eos erat episcopi: sed idem presbyter, q̄ ep̄s, & pariter omnia cōserebāt sacramenta. Et infra. Olim presbyteri in cōi regebāt ecclesiā, & ordinabant sacerdotes. & infra. Simpliciter sacerdotes habebant olim potestatem sacramenta illa conferendi: disputa in quib⁹ imprimis character: sed ex ritu, & dispositione apostolorū sublata: potestate nihil iuris conferunt. Et iterū. Licet Papa nō possit dare laico potestatem super corpus Christi uerum ad conuersionem ipsius: cū hoc sit diuinę ordinationis: attamē possit sacerdoti delegare indistinctē collationē ordinū nedum minorum: sed & sacerdotū, maxime ex eo: quia hoc olim poterant, & delegatus nihil facit auctoritate propria. ca. Sane. de offi. dele. Subiūgit. Quinimo dico. q̄ minorū ordinum collationem possit Papa: sacerdotibus proprio iure cōcedere. Nā sacerdos potest hodie conferre primam tonsuram, dummodo habeat subditum, secundū Hostien. cap. Cū contingat degra: & quali. ordi. Et abbatibus id ipsum ē concessum: ut supra de tonsurę ministro. lib. vj. de priuile. ca. Abbates. & in ca. j. de sup. neg. præla. de ordi. ab episcopo qui renun. ca. j. Non autem inferiori Papa potest talem delegationem facere. Qui sunt de illa opinione hanc ponunt conclusionē. ¶ Summa potestas ordinis erat

potestas sacerdotalis: ita q̄ omnis sacerdos quantum est de potestate sacerdotali potest, omnia sacramenta ministrare, confirmationem omnes ordines, omnes benedictiones, & consecrationes facere: sed propter periculum schismatis aliqua uni ex eis electo sunt reseruaata humana dispositione, & hic dicebatur episcopus. Ratio secundū eos est: Apostoli in quorum locum succedunt episcopi, non leguntur aliquam potestatem a Christo recepisse, nisi in comna, dum dedit eis potestatem super corpus suum uerum: & in die resurrectionis super corpus suum mysticum dicens. Hęc quotiescunq; . & Accipite spiritum sanctum &c. Illa autē fuit sacerdotalis, & datur in sua ordinatione omnibus sacerdotibus: nec legitur Christum nisi presbyteros ordinasse. ergo nec apostoli prius, nec episcopi potērius aliam habent potestatem supra sacerdotium. ¶ Et si diceret quis ergo frustra sit episcopalis consecratio modo specialis, si non conferatur potestas specialis: Respondent negando consequentiam. Nam sacerdotum manus inunguntur: & tamen per hoc non accipiunt specialem potestatem: sed aptantur: & quasi designantur esse aptatę ad tractandum sacra. Sic episcopi caput inungitur, nō ad recipiendum nouam potestatem: sed ad ostendendum ipsum esse caput, & superintendentem ceterorum: & q̄ ab ipso ueluti a capite, & primicerio ceteri debent ad militiam spiritualem ordinari. Concludunt. Episcopus est maior sacerdote quantum ad potestatem iurisdictionis, nō quo ad potestatem ordinis, uel cōsecrationis: sic enim pares sunt: attamē si aliqua sint (ut sup.) episcopis reseruaata. ¶ Alia est opinio: quę dicit: q̄ potestas consecrationis, & ordinis in episcopo est maior, quā in sacerdote non solum ex ordinatione ecclesię, sed etiam ex natura ordinis, & consecrationis per diuinam institutionem. Hęc opinio probabilior, & communior: sic episcopus super sacerdotes habet amplitudinem consecrationis, & ordinationis, & non tantum iurisdictionis. Cuius ratio est. Nam lex uet⁹ est figura eorum, quę sunt in le. no. & q̄

sunt in le. no. sunt signa præteritorum: sed in leg. ue. episcopus, siue summus sacerdos consecratus fuit (diuina, & non humana dispositione) consecratione specialis, & fuit ad actum speciale deputatus ultra alios sacerdotes simplices. Si quidem Leui. viij. solus summus sacerdos caput ungebatur: qui habebat alios ordinare suis officijs. Liq; soli licebat ingredi in sancta sanctorum semel. Ad Hebrę. ix. Item ungebatur oleo unctionis: quo prohibebatur inungi omnis homo: exceptis sacerdotibus, & regibus secundum Lyram. Exo. xxx. Illo enim oleo unctio nis ungebantur Aaron, & filij eius: ut sacerdotio fungerentur coram domino: Aaron in capite, & manibus: filij solum in manibus: & erat oleum illud unguentum compositum opere pigmentarij ex diuersis, quę ibi recitantur: nec erat tūc aliud oleum consecratum, nisi oleū unctionis. ergo ut uidetur etiam in lege noua decuit summum ministrū esse: & qui supra sacerdotes habet alios consecrare, & similia facere. cap. Quamuis distinctio. lxvij. hunc quoq; speciali consecratione inungendum esse, & consecrandū. ¶ Volunt aliqui: q̄ sacerdotum minorū manus non fuerunt unctę: sed uestes eorum solum aspergebantur quadam mixture ex oleo unctionis, & sanguine arietis. Nec ualet dicere: q̄ illud tunc fuerit iudiciale: recto, q̄ sic placuit tamen deo illud ecclesię suę nouo præcepto in no. leg. per apostolos suos præcipere, & intinere: licet non legatur: ubi apostoli morem illum seruauerunt, uel Christus sacramentorum institutor, in cuius potestate fuit sola uoluntate eos facere noui testamenti ministros. Nec alia cęrimonialia nunc obseruari solita obseruauit in apostolorum consecratione: sed cum in cęna dixit, Hoc facite &c. dedit eis potestatem super corpus Christi uerum: & post tempus aliquod super corpus Christi mysticum. Vnde primum poterāt Eucharistiam cōsecrare: potestate sibi a Christo collata: & dehinc soluere, & ligare. Et siue dicatur potestatem hanc duplicem fundari in uno, uel duobus characteribus: est tamen vnus ordo sacerdotalis.

lis, & unum sacerdotiū unitate cuiusdā ordinis, & necessarię presuppositionis, ut infra. Et sicut placuit deo secundā, quę est potestas clauis, non dare sine prima: similiter potestas episcopalis p̄cisē priorē duas pręexigit, & requirit. Claret autem: q̄ solum consecrare eucharistiā minus est, quā consecrare, ligare, & alios benedicere. Cum ergo potestas episcopalis potestatem super corpus Christi verum, & mysticū includit eminēter ex institutione Christi, & aliam sup̄addit, manifestum est ipsam esse maiorem sola sacerdotali auctoritate, & voluntate diuina: ex consequenti non habet cōmunē administrationē episcopus, & sacerdos. ¶ Volens tenere illam secundā opinionem (si saltem potest dici opinio) diceret ad rationes primę opinionis. Ex quo ita est ap̄ oīs episcopus est sacerdos, & non econtrā dicit Hieron. eundē fuisse episcopum, & sacerdotem. ¶ Pręterea verisimile est: q̄ in primitiua ecclesia p̄pter paucitatem ministrorū oēs sacerdotes fuerint, & epi: ut haberent in oibus plenā potestatem, & poterant in eadem ciuitate ante diuinitatem, & ecclesiarū distinctionē esse plures episcopi. Sic in iudea erant oēs apostoli: qui t̄m fuerūt epi. Iudiciū autē sumitur de frequēter accidētibus. ¶ Si d̄r, Christus nō cōsecrauit nisi sacerdotes &c. Dicendum t̄ supra in dubio. iij. negando: q̄ non ordinauerit eos episcopos: Petrum per seipsum, vel ministerio Petri a se ordinari in epi iuxta aliquorum opinionem. Multa enim facta sunt, quę scripta non sunt, & sufficiunt in his auctoritas ecclesię, quę ritū illū ex diuina institutione ab apost. didicit non simul, & se meli: sed tēporū successu: sicut & in alijs sacramentis. ¶ Ad dictum Hieron. q̄ subiectio sacerdotum respectu eorum fit ex dispositione humana: hoc sic intelligitur. potestas ordinis data a deo diuisa est humana institutione, & ordinatione: ita quod tota potestas episcopi aggregatiōe diuisa est in duas. Sic & Christi discipulis primō dedit potestē cōsecrandi: deinde ligandi. Hoc modo uoluit ecclesia: quod illa partialis potestas sacerdotalis esset in uno homine, sicut

hodie est sine ep̄ali potestē: ita q̄ nō semper detur unī tota: sed diuidat̄ quęq; in duas personas. Est ergo character ille, vel ille a deo, & potestē ministerii traditio potestis sic, aut sic ab homine. Si aliud uoluit Hieronymus, dimittatur. Dicitur beati Aug. de nomine episcopus non contradicere huic sententię: ut patet: ut sic conuenit utrisq; . Ad illud, q̄ adducitur de impositione manū presbyteri: Dicendum secundū Chryso. Homil. xij. sup. j. ad Tim. iij. Non de presbyteris hoc in loco loquitur: sed de ep̄iscopis. Neq; n. presbyteri p̄fecto ipsum ordinant. Hęc ille. ¶ Ad illud dist. xcij. c. Legim⁹ dicendum secundū Hugo. glossatorem decreti. Semper in primitiua ecclesia, sicut & modo differentia fuit inter episcopos, & presbyteros, quo ad consumptionem sacerdotij, & plenitudinē potestatis ordinis. Item quo ad administrationē, plationē, officij, & sacramentorū aliquorū collationē: ut patet ex ep̄stola ad Hebrę. in multis ca. Tametsi in plerisq; scripturā locis, & in actibus apostolorū c. xx. nomine ep̄s ueniant sacerdotes simplices: eum inquit Paul⁹: In quo posuit vos presbyterius sanctus episcopus. Ait Beda: & est in glossibidē. Vna ciuitas plures episcopos non habuit: sed quos supra sacerdotes dixit, hic episcopos nominat. Conuētus est enim gradus, & in multis penē similibus. Et secundū Lyrā intelliguntur illo nomine episcopus in genere ministrū ecclesię, qui habent superintendere, & gerere curā populi: hoc autē cōpetit episcopo, & sacerdoti. Cū autē episcopus aderat, sacerdotes non celebrant. xcv. dist. cap. Presbyteri. sed cum ceteris de populo de manu episcopi comunicabāt: & calicem non manu propria: sed de manu diaconi perciperunt. Quod attendentes diaconi cōeperunt insolescere contra sacerdotes, & superbire: dicentes se maiores sacerdotibus: quia scriptum est: quia maior est, qui ministrat, quā cui ministratur. Hoc supercilium Hieronymus redarguit in diaconibus, ostendendo sacerdotes etiam dici ep̄scopos nominis appellatione cōmuni. j. ad Tim. iij. & ibi Chrysost. & Gloss. ordina. Pro illis

Ecclesia
cui sit si
milis.

dici testimonio est Anacletus quartus a beato Petro: & Clemens Petri discipulus, cuius meminit, & dicta refert Anacletus in ep̄stola ad omnes episcopos, & Christifideles, ubi Anacletus nomine episcopus intelligit omnes curam aliorum habentes. Hinc & legis doctores episcopos nominat, quos & pastores dicit: & ita sumit nomen episcopus generaliter pro aliorum curatore. Dehinc ponens eorundem distinctionem clare innuit: quod distinctis nominibus, & officijs ueniat episcopi, presbyteri, & diaconi: cum dicit. Nam, ut ait beatus Clemens antecessor noster in ep̄stola ad beatum Iacobum episcopum Hierosolymorum (ubi Clemens ea refert uerba, quę ponit Anacletus) Similis est omnis ecclesię status naui magnę, quę per undosum pelagus diuersis locis, & regionibus uiros portat ad unam potentis regis urbē properare cupientes. Sit ergo urbis portus omnipotēs deus, nauis ecclesia, gubernator Christus. Tum deinde prout officij ep̄s impleat: presbyter nautarum: diacones dispensatorum teneant locū, qui catechizant, nauitologis cōferantur. Nauitologi sunt, qui navigationis rationē ponunt. Ep̄ibatis autē (Ep̄ibatis dicitur laici, qui nauem conscendunt) totius fraternitatis multitudo sit similis. In eadē ep̄stola Clementis beatus Petrus loquēs ad Clementē, ut Clemēs scribit, ostēdit lucidissime episcoporum officij esse ligare, & soluere. Et posita admonitione episcoporum, presbyterorum monita subiungit beatus Petrus, & de hinc diaconorum, quos episcoporum oculos nominat. Pro illo etiam facere uidentur dictum Dionys. cap. v. eccle. hierarc. ubi ponit tantum tres ordines, pontificalem, sacerdotalem, & ministrorum. Item eiusdem in ep̄stola ad Demophilū monachum: ubi ponit magnā distinctionē inter pontifices, sacerdotes, & cultores, monachos, & cōmunē populū, & ministros. Sic orator Ambrosius in commentatio primę ep̄stolę Dionys. colligit ex dictis philonis contemporanei apostolorū fuisse in primitiua ecclesia, pontifices, sacerdotes, ministros, cultores, seu monachos,

& plebem sanctam, distinguendo eorum officia &c. Item beatus Hierony. in ep̄stola ad Rusticum ep̄m Narbonensem nō dicit: q̄ epi sint sacerdotes, aut econtrā: sed expressē uult: q̄ sepe nuncupant eodē nomine. Quod multis textibus canonice scripture probat. Et cōtra superbiam & inuidiam aliquorum episcoporum disputas ostēdit sacerdotem ita uerē consecrare Eucharistiā, & ab eo posse sumi & non minorē, quā ab ep̄o, sed licet conueniant sepe in nomine, nō potest ex hoc inferri idēitas ordinis in utroq;. Siquidem sacerdotes etiam possunt dici episcopi, superintendentes alijs, & regione episcopi sacra dantes. Hinc idē Hierony. ut supra, patienter inquit dimissis alijs &c. Episcopus habet ordinare sacerdotes, & leuitas &c. Adhuc pertinet christina. Huic summa ab omnibus clericis reuerentia exhibenda est &c. & ita non negat ordinem episcopalem præcellere sacerdotale, & episcopū posse, quod non potest sacerdos simplex. Si Iudas mortuus est ante resurrectionem Christi, potest dici semisacerdos, respectu aliorum apostolorum. Item Paulus instituendo episcopum ad Timo. includit sacerdotē: qui potest dici semiepiscopus, si licet ita nomen fingere. Si quidem ut patet ex scripturis sæpenumero eodem gaudebāt nomine presbyter, & episcopus: sicut & hodie quis tacito nomine honestioris natus gloriosum assumit: & sæpe in eodem homine fuerunt illi duo ordines, scilicet sacerdotalis, & episcopatus. Sic Aug. Hieronymus, & econtrā Papā nominat: quia pater uenerandus, & omni sanctitate plenus fuit uterq; sic presbyteri episcopi dīcti fuerunt: quia habebāt aliorū salutem intendere, scđm Chrys. ubi supra. Cura n. ecclesię utriusq; fuit, commissi, & adiutores presbyterorum coepiscopi, compresbyteri, vel consuperintendentes. distin. lxvj. ca. Presbyteri. ¶ Si queritur: quomō exorta est illa confusio administratiōis inter episcopos, & sacerdotes simplices: Dicendum uidetur ex eo. cum olim tante paucitate ministrorum omnes sacerdotes essent episcopi: postea multiplicatis ministris, & facta eorundem ordinata

Iudas
se
mi sacer
dos re
spectu
aliorū
apostolo
rum.

Quo sit
exorta
cōfusio
administratiōis
inter episcopos
& sacer
dotes.

distinctione, existimabant simplices sacerdotes, & minus docti: se totum illud posse, quod poterant episcopi: non intel ligentes inter eos, & illos esse magnam potestatis distinctione ex natura ordinis. Videtur potissimum causam fuisse inuidiam, & superbiam: quia episcopi uole bant dominari: quo uiso sacerdotes etiã se dicebant, & nominabant episcopos. Episcopi autem uolebant, cum illis com municare in nomine. & Hoc Hiero. di cit esse superbiam. Sic intelligit cap. Olim idem presbyter &c. xcv. dist. Et item cõ muni consilio presbyterorum regebantur ecclesie &c. Sed hoc non arguit in distinctionem episcoporum, & presbytero rum. Sic potest responderi ad dictum Pa nor. Nec ualeat arguere, qui potest prin cipale consecrare, potest & accessorium consecrare. Intelligitur in his, quæ sunt eiusdem rationis, & cum id non depen det ex alterius uoluntate: ac cum prin ci pale includit minus principale. Nã etiã in artificialibus, & naturalibus non se quitur. Qui potest ratiocinari, quod ma ius est, potest, & uolare, quod minus est. Nec sequitur: hic scit artem militarem, quod maius est: ergo scit artem frenosa ct oriam: quod minus est: & tanquam ac cessorium ad militarem. ¶ De Christinate uideã dubitare Hier. ubi supra: & in hoc remittit ad ecclesiam hierosolymitanã. Si dicis naturalissimũ operũ in uiuenti bus est generare sibi simile: ergo sicut e piscopus episcopum: ita sacerdos sacer dorem consecrare potest: Responde tur negando consequentiam. Hoc enim non habet ueritatem nisi in actione na turali: secus de potestate alicui ab alio concessa, & data determinate, seu restri ctã. Et si forte diceretur (quod tamen nõ conceditur) episcopi, & sacerdotis chara cterem esse indistinctum specie: tamen in sacerdote simplici est diuina ordina tione restrictus: donec superueniat ec clesie alia ordinatio, quã auctoritate, & institutione diuina Petrus docuit. Et for te in illo se fundabant oppositum tenen tes. Item absolute comparando potesta tem spiritualem ad corporalem, spiritua lis maior est corporalis: tamen non opor

tet: q̄ in omnibus ei equetur formaliter, sufficit spirituale continere eminenter omnem perfectionem corporalem. Sic deus non est asinus: eius tamen per fectio perfectionem asini eminenter in cludit. Sic rex Romarum non genera rat filium regem, cum hoc non depedet precise ex carnali generatione: sed ho minum uoluntate, & electione. Ad hoc facit Luc. x. cum. lxxij. designauit, qui uicini presbyterorum tenent, sicut xij. a postoli episcoporum, ut habet gloss. Luc. x. ubi pater distinctio episcoporum, & pres byterorum. Hos enim xij. apostolos, qui confirmabant, & manus im ponebant, perfecit. lxxij. Nec Christianus generat Christianum. ¶ Septimum dubium est contra illud: q̄ ordo faciat pro decore, & utilitate ecclesie. ¶ Contrariũ uidetur uerum, eo q̄ status ecclesie est status libertatis. Nam secundum aposto lum, ubi spiritus domini ibi libertas. sed hanc tollit ordo: quia nõ potest esse sine prælatione, & dñio, ac subiectione. Item non magis debet admitti repugnã liber tati in statu gr̄e, quã innocẽtiæ, sed in innocentiã statu omnia fuisse libertas, & nulla prælatio, nec subiectio, ergo nec in statu gratiæ: cum Christus dicat. Si filius uos liberauerit, uerẽ liberi eritis. Io. viij. ¶ Item uidetur esse contra naturam hominis subesse prælationi. teste Greg. super illud Gen. j. Dominamini piscib⁹ maris &c. Non dixit hominibus. Est. n. contra naturam, ut homo homini domi netur. ¶ Ad primum negando consequen tiam, conceditur: q̄ status ecclesie est sta tus libertatis, ut libertas opponitur ser uuituti peccati. Qui enim facit peccatum seruus est peccati. Ioan. viij. Huic enim seruituti libertas spiritus contrariatur. Non autem repugnat seruituti politicæ occasione peccati introductæ, vel despo tice sue regali. Sic ait Petrus. Serui sub diti estote dominis &c. j. Pe. ij. Est enim quædam subiectio promouens libertatẽ, & propellens subiectorum ignorantia, & illa habetur in ecclesia post peccatũ. Est prælatio eruditionis ad docendum subditos, ad defendendum a concussori bus, & iniustis opprẽssoribus: ad corrigẽ

Dub. 7.
B
Status ecclesie est status libertatis.

dam, & cohibendum pacis turbatiuos. Creditur primum fuisse in paradiso, ta meti. non fuisse ibidem culpa, vel igno rantia. Insuper parẽtes docuissent filios. Item uigentes, & præcellentes ingenio alios erudissent. Secus de duabus alijs, cũ ibi nõ fuisset peccatum. Sic de dominio suo modo dici potest. Despoticum domi nium ibi nõ fuisset, quod requirit serui tatem pœnosam inductam propter pec catũ: secus quo ad cetera animalia. Gen. j. Dominamini piscibus &c. Vnde Gen. ix. Terror noster, & tremor sit super cun cta animantia terre. dixit dominus ad Noe. ¶ Alio modo dominium nõ exclu dit: sed includit dilectionem: uel secundã certas leges: ut in dominio politico, uel se cundum liberam uoluntatem, ut in cõ iugio, & illud fuisset in paradiso quo ad coniugem, & prolem. ¶ Si dicitur iusto non est lex postea: hoc est iustus non iu stificatur littera legis. Verum est, corre ctionis, uel coercionis. secus de lege eru ditionis. Ex illo sequitur: q̄ nunc post peccatum, & hominis lapsum necessariũ est habere ordines i ecclesia dei ad exer cendum auctoritatu, & ex officio actus Hierarchicos per eosdem. Nec est con tra naturam hominis subesse prælatio ni, non mercenariæ, quærenti uel hono rem, uel commodum proprium, sed pas torali, exemplo Christi, qui animã suã posuit pro multis. Hinc Paulus. Qui epi scopatũ desiderat, bonum opus deside rat. j. ad Timo. iij. Loquitur de episcopa tu non ut est status honoris. Sic enim appetere episcopatũ turpe est: sed ut est nomen officij: ratione cuius alicui cõ petit aliorum salutem curare, & alijs su perintẽdere, quod est geminẽ charitatis. ¶ Octauum dubium contra conclusionẽ v. Cur in hoc sacramento plus, quã in alijs totplex gratia, & character con fertur. Non enim septiformis spiritus sã cti gratia designanda uidetur esse in cau sa. Nec est maximum sacramentorum in ecclesia dei. Nec sacramentorum aliorũ susceptio est in causa: cum baptisimus se cundum prædictã est ianua omnium sa cramentorum. ¶ Præterea: q̄ in minori bus ordinibus non conferatur character

Dub. 8.
Cur in hoc sa cramen to plus, quã in alijs to tplex

probat. Character est spiritualis pote stas uel in eo fundatur spiritualis pote stas. sed habentes minores recipiunt po testatem corporalem, & aperiendi, legere corporaliter prophetias, coniurare dæ mones, deferre. carcos. &c. ¶ Confirma tur. cuius usus est corporalis, & ipsum ẽ corporale, sed huiusmodi potestatis usu corporalis est: ergo & ipsa corporalis. ¶ Præterea sic ordinatus potest manere in seculo, & uxore ducere: & sic nõ erit distinctus a clericis: cum tamen chara cter sit signum distinctiuum: ergo frustra datur. ¶ Respondetur: quia ex institutio ne diuina nullus ordo est iterabilis: ergo imprimi characterem. Illa enim est ratio non iterandi stante diuina ordinatio ne. Cum autem dicitur. Cum in hoc sa cramento &c. dici potest salua maiorũ sententia primum quoad gratiam &c. In digna actuũ ordinis ecclesiastici ex ecutione tota salus, & deuotio fidelium pender, & subsistit, ad propellendum im pediens, & habendum conducens, & nec cessarium ad salutem. Siquidem per ec clesie Hierarchas omnis ignorantie ne bula propellitur, ueritas aperitur, myste ria panduntur, sacramenta consuecuntur, & ministrantur. Et Ideo potissima causa est diuina uoluntas, & ecclesie per Hierarchas purgandæ, illuminandæ, & per ficiendæ necessitas. ut supra. Datur enim gratia in hoc sacramento non solum p̄ suscipientis iustificatione, sed totius ec clesie utilitate, ut ministri ea, quæ sunt ordinis digne exequi possint. Exemplũ de apostolis, quibus mittendis in mundũ plenitudo gratiæ collata est. Conceditur etiã: q̄ septiformis numerus ordinum septiformem gratiam spiritus sancti re præsentat. Hinc & maiori solemnitate datur sacramentum illud, & multiplici spiritus sancti inuocatione. Nec est ma ximum dignitate, quo ad contentum: p̄ cedit eucharistia: sed est maximum offi cij dignitate. Hinc dicitur sacramentum dignitatis a multis: cum omnes illi ordi nes respiciunt sacramentum eucharistiæ, ut dicitur, & ad ipsum ordinantur, tamẽ diuersimode secundum prædictã: ideo in

gratia, & chara cter con fertur.

Septi formis numerũ ordinũ septiforme gratiam spiritus sancti re præsentat.

Aliquis
priuatur
execu-
tiōe du-
pliciter
uel facti
uel iuris

primam opinionem. Addit, q̄ promoti ab huiusmodi p̄cisīs, & degradatis nihil recipiunt. Hęc opinio stare non p̄t: quia non priuatur executione facti, sed iuris tantum. Possunt enim de facto consecretare eucharistiam, igitur & ordinare. Priuatur tamen executione iuris, qui sunt ab hereticis p̄cisīs, & degradatis ordinati. Sicut enim conferens confert contra prohibitionem, ita recipiens accipit ad suam condemnationem. Attamen sic ordinatus contra prohibitionē uerē est ordinatus. j. quæst. i. cap. Quod quidem. & sunt uerba Aug. ad Parmenianum. q̄ Aliquis priuatur executione dupliciter, uel facti, uel iuris. Executione facti, quæ p̄cisē consistit in collata potestate, priuari non potest, a quo non potest potestas data recipi. Executione iuris priuari dicitur, qui potestate sibi concessa illicitē, & contra prohibitionē utitur. Executio enim iuris ultra potestatem, exigit licitum, & concessum usum. Executio uerō facti: solum exigit potestatem. Et istam opinionem nunc recitatam, & improbatam. San. Thom. dicit esse quartam. Annectit uerō eam priori, qui ei cōtrarium tenet. q̄ Alij dixerunt: q̄ p̄cisī ab ecclesia, & excommunicati pariter, & degradati possunt ordines conferre, & alia sacramenta ministrare, si debitam ecclesie formam seruant, & intentionem: & quantum ad effectum primum, qui est characteris, & quantum ad secundū, qui est gratiæ gratum facientis infusio. Et hęc est opinio. ij. secundum San. Thom. quam impugnat: quia cum quis communicat cum heretico excommunicato, & ab ecclesia p̄cisō, ac ab omnibus actibus legitimis suspensio in sacramentorum perceptione peccat, & agit contra ecclesie prohibitionem: per consequens fidei, & sine gratia sumit sacramentum. Secus forte de baptismo in necessitatis articulo: dum nō est alius, qui baptizare uelit, aut possit nunc moriturum in forma ecclesie. q̄ Alij dixerunt: q̄ uera sacramenta conferunt, & uerē, sed cum suscipiens suscipit contra ecclesie prohibitionem, ponit obicem gratiæ: & ita non consequitur effectum sacramenti, qui est gra-

tia infusio. Et hęc est tertia opinio, & uera, & priori opinioni contraria, dum modo tamen sacramenta conferunt secundum formam, & intentionem ecclesie, quam si non seruant, nihil faciūt. Et si eam rectē seruant, tamen, & ipsi cōferentes, & suscipientes peccant: quia ab executione officij sunt perpetuo suspensi ipso iure, ideo non licet ab eis sacramenta recipere. Hinc eorum consecratio sepe dicitur irrita, quod intelligitur quantum ad executionem iuris. Secundo notandum: q̄ aliquis dicitur, secundum Scot. ab ordinum susceptione tripliciter excludi: uel eos nō posse suscipere. Aut quia non potest debite, & cum reuerentia, ac deuotione suscipere. Aut quia non potest licite suscipere. Obstat enim sibi p̄ceptum, uel prohibitio aliqua. Aut quia nullo modo potest etiam de facto ordinari ex prohibitione diuina. Sic pariformiter possit dici: aliquem non posse exequi actum ordinis. Aut quia debite non potest. Aut quia non licite: propter prohibitionem. Aut quia simpliciter nullā habet ordinis potestatem. q̄ Possit hoc dictum ad binarium reduci. Nam contingit a liquem excludi ab ordinum susceptione aut de necessitate sacramenti: quia non potest de facto ordines suscipere: aut de necessitate p̄cepti, & non sacramenti: quia non potest licite, & honeste suscipere. q̄ Primo modo excluditur sexus muliebris, qui stante prohibitione legis diuine ordinari non potest. Est ergo de necessitate sacramenti ordinandum esse sexum uirilem. Nec ualet quorundam opinio dicentium sexum uirilem esse dū taxat de necessitate p̄cepti: eo q̄ reperitur diaconis: item presbyteri. Sed illa sic dicuntur: quia seniores, & uidi: aut quia ad legendum euangelium, & Homilias sunt speciali benedictione in religione ordinati. q̄ Secundo modo excluduntur quicumq; sunt uel de iure scripto, uel ecclesie prohibitione: aut alia causa rationabili: quandoq; propter culpā, quandoq; sine culpa, sed non sine causa, ab ordinum perceptione, & executione prohibiti. Et illi possunt esse in duplici differentia. Quidam minores annis, &

et æt

etate pusilli rationis usum nondum habentes: alij adulti. Cum enim quis ordinatur, suscipit gradum, per quem disponitur ad ministrandum in certo gradu ecclesiastico: quod quia facere nō possunt p̄uerti non habentes adhuc usum rationis, ergo ordinandi non sunt. Secundum San. Tho. Richar. & Palu. honestatis est: q̄ suscepturus minores ordines habeat usum rationis, & congruitatis: q̄ habeat uoluntatem suscipiendi hunc, uel hunc ordinem minorem saltem interpretari uam. Quo ad maiores uerō p̄cepti est. Hinc in Cle. vltima de æta. & quali. or. decernitur, ut alio non obstante canonico impedimento, possit quis in xvij. ad subdiaconatus: in xx. ad diaconatus: in xxv. uerō ætatis suæ anno ad presbyteratus ordines promoueri. Lib. vj. de temporibus ordinum. cap. Nullus, prohibetur infans tonsurari minor. vii. annorum. secundum gloss. nisi uelit religionem intrare. & annectitur p̄næ priuatio collationis tonsuræ clericalis: si quis contra uenerit. Adulti uerō exclusi ab ordinum perceptione possunt esse in duplici differentia. Quidam enim prohibentur propter culpam, quidam sine culpa, sed non sine causa. Propter culpam, quandoq; propriam, quandoq; aliter. Propter culpam propriam excluditur degradati, excommunicati, siue depositi. de quo supra in recitatione secunda opinionis. Carent enim executione iuris, non facti. Degradatio enim non tollit sacerdotem characterem sacerdotalem: sed licetiam actus executionis cuiuscūq; ordinis. Et insignitur solum a iudice: secundum formā, quæ habetur cap. Degradatio. lib. vi. tit. de p̄nīs. propter heresim, de hereticis cap. Ad abolendam. Schisma. de schismaticis. cap. Abscindendos. lib. vi. Reuelationem confessionis. cap. Omnis de p̄. & re. Item excluduntur infames irregulares. Irregularitas autē multis modis incurrī potest, prout idem Scot. recitat: ut puta ex quatuor criminibus committi solitis circa ordines, uel auctus eorum. Quorum unum est Simonia, siue ex ordine, siue ex beneficio. Secundum, furtum in ordine. de eo qui

Irregularitas
multis
modis
incurrī
potest.

furtiue ordines suscipit ca. j. & ij. Tertium, ministerium in ordine non suscepto. de clerico non ordinato ministrante per totum. Quartum contumacia in non seruando p̄nās ecclesiasticas de clerico deposito, uel excommunicato ministrante. per totum. Item prohibetur quis suscipere ordines non propter culpam propriam, aut alienam: ut puta serui non manumissi. dist. lxxij. per totum. Et de seruis non ordi. ca. De seruatorum. Prohibetur corpore uitiati, & notabiliter mutilati. De hoc latē habetur dist. lv. & de corpore uitiatis non ordinandis. per totum. & de clerico debilitato, uel egrotante. Quodq; prohibetur quis propter homicidium commissum ab ordinum susceptione, & ministratio. De quo de homicidio uoluntario, uel casuali. & eodem tit. lib. vi. cap. Is qui ubi habetur, q̄ si mandataris, cui commissum fuit alium uerberare, non tamen occidere, excesserit mandatum, & alter ex hoc mortuus fuerit, irregularis efficitur: & ita ordinari nō potest. Ad idem dist. lv. & dist. l. & dist. lviii. in multis capitulis. Prohibentur bigami. de bigamis non ordinandis. Item presbyterorum filij, & illegitime nati. De filijs presbyterorum. & in sexto. eo. ti. quorum p̄cisā determinatio hic locum nō habet. Hos defectus omnes Sco. irregularitates nominat extenso uocabulo. q̄ Quantum ad articulum secundum ponendæ sunt conclusiones. Quærit autem quæstio. An omnis episcopus possit ordinare. Secundo, an tantum episcopus, & ita de ministro huius sacramenti. Tertio, quando possunt ordines cōferri. Quarto, quibus, & ita de impedimento ordinum in generali. q̄ Prima conclusio. Probabile est dictum, omnem episcopum ritē consecratum, & solum talem posse ordinaria potestate omnes ordines in dei ecclesia conferre: non obstante quacūq; uel cuiuscūq; degradatione, uel humana prohibitione &c. Ita tenent Sanct. Tho. Richar. Palu. Tho. Argenson de potestate ecclesie. &c. Quilibet enim episcopus ratione episcopatus p̄cisē aequalis est Papæ in potestate consecrationis: sicut in potestate iur-

C
Art. z.
An ois
eps pos
sit ordi
nare.

Cōcl. i.

risidioris. Hinc electus in Papam nō accipit nouam consecrationem secundū Palu. q. j. Sed Papa potest omnes ordines cōferre ex potestate ordinis, quā habet ergo & episcopus rite cōsecratus idē pōt ex ordine. Hinc & Papa vocat episcopos fratres. Si enim non omnis episcopus hoc potest, vel hoc est propter demeritum vitæ, vel carentiā fidei, aut gratiæ gratū facientis: quia hereticus: aut quia ab ecclesia prohibitus: aut suspensus, vel excōmunicatus: aut degradatus, & præcisus: aut pœnis canonicis innodatus. Sed nullum horum impedit. Non primum: quia vitæ demeritum non impedit characteris infusiōnē, qui a solo deo infunditur, & non ab alio, nisi a deo auferri potest. In quolibet autem ordine character infunditur secundum prædicta ex opere operato: si ordinator debitam habet intentionē, & alia necessaria obseruat, quæ ex diuina institutione obseruari debent in ordinationibus. Secus de gratia gratū faciente, quæ nō infunditur in maliuolam animam. Item carentia habitus fidei, & gratiæ gratū facientis similiter non impedit: quin episcopus possit ordinare de facto ceteris paribus. Sic. n. ecclesiæ ministri essent in maximo periculo constituti: & ecclesia ipsa, cum non potest homo citra reuelationē scire se, vel alium esse in gratia dei. Et ita semper dubitandum esset, si quis rite esset ordinatus, vel non. ¶ Præterea non requirere necessariō, & de facto fides in eo, qui sacramenta vult cōferre, nec gratia gratū faciens: dū tamē alias debita seruat formā, & intētionē. j. q. j. cap. Quod quidē. ¶ Præterea potestas, quæ datur episcopo in sua cōsecratione, datur ei indelebiter. Datur ei per cōsecrationē: ergo semper manet manente re sacra. Et licet is, qui est excōmunicatus, priuatus sit executione iuris, nō tamen priuatur executione facti, quæ directe correspondet potestati acceptæ j. q. j. cap. Si quis. Potestas enim, per quā quis potest, non requirit licitum vsum, sicut executio iuris, quæ vltra potestatem requirit etiā licitū vsum. ¶ Præterea. cū clericus degradatur, nō priuatur caractere ordinis: sed solū exiuitur

priuilegio clericali, & dignitate, ac legitima ordinis, vel gradus executione. Nec obstat, quod dicitur. j. q. j. cap. Quod qui dē. §. Opponitur autē. cū dicitur. Degradatus episcopus potestatem largiendi sacros ordines nō habet. quia hoc intelligitur de executione iuris. Illā. n. amisit in degradatione: sed non executionem facti. Nā adhuc potest ordines cōferre: sed nō licite. Hoc vult textus sequens, & gloss. Vbi innuitur differētia inter habere potestatem distribuendi ordines: & habere executionē illius potestatis. Nomen executio includit in hoc loco vsum licitū: & dicit executionem non prohibitam. Item de ordi. ab episcopo qui renū. episcopatu. cap. j. & ij. habetur. Si quis ordinatur a tali ad rogatum alterius episcopi, dummodo solum renunciauit loco, non male agit: sed si renunciauit loco simul, & dignitati: potest quis ab eo suscipere minores ordines, sed non maiores. Quia si de facto recipit maiores ab eo, si habet ignorantiam inuincibile, potest auctoritate episcopi ministrare. Si non habet ignorantiam inuincibile: sed craftam, licet recipiat ordines, caret tamen executione officij. Et ita est verē ordinatus, sed executionem iuris non habet. Et cap. sequente dicitur: q̄ episcopus potest dispensare cum his, qui ignoranter, siue ex ignorantia ordinati sunt ab episcopo excommunicato. ¶ Ex illo sequitur corollariē: q̄ potestas conferendi ordines potest alicui conuenire dupliciter: scilicet ordinaria potestate, & episcopali consecratione. Et sic conuenit solum episcopis ex institutione diuina. Cuius congruentiam tanguit doctores præfari. Cum enim episcopus est summus sacerdos, & ecclesiæ princeps, merito ad eum pertinet duces ecclesiasticæ militiæ ordinare, & constituere exemplo principis secularis. Alio modo conuenit alicui generali, vel speciali commissione, seu de consuetudine: vt puta presbyteris, cardinalibus, & abbatibus. Itaq; episcopi suo iure ordinant: ceteri vero commissione sibi facta. Hinc episcopus vt iure suo, & veluti habens plenitudinem administrationis omnium sacramentorum ordinat: non

Coroll.
Pōt cōferendi ordines pōt alicui conuenire dupliciter.

episcopus autem, vt iure alieno. Episcopus propter episcopalem consecrationē: non episcopus propter papalem cōmissionem, stante ordinatione eiusdem in sacros ordines: aut ex consuetudine &c. Et ideo Paludes nominat cōsecrationem episcopi sacramentum: non distinctum a sacerdotio: sed quia est pars sacramenti sacerdotij. ¶ Secunda conclusio. Sacerdoti nō episcopo potest ex generali, vel speciali commissione papæ dari potestas conferendi minores, & forte maiores etiam dempto sacerdotio. Patet ex dictis supra. & Panor. capit. quarto de consuetudine. ¶ Nec videtur hic militare dictum aliquorum, qui hanc conclusionem non admittunt de ordinibus maioribus. Nā non potest dari ratio diuersitatis. Immo ratio eorum videtur esse contra eos. Dicit enim Sanct. Tho. q̄ Papa potest committere non episcopo ea, quæ ad episcopalem pertinent dignitatem: dummodo illa non habeant immediatam relationē ad verum corpus Christi. Sed quia maiores ordines habent immediatam relationem ad corpus Christi: supra quod conficiendum Papa non habet maiorē potestatem, quā simplex sacerdos: ideo non potest committere sacerdoti simplici eorum ordinum collationem. Illa ratio non videtur sufficere. Nam secundū eundem exist. præcedenti. q. ij. art. ij. Diacono, & subdiacono committitur doctrinæ noui testamenti pronuntiatio. vbi ponit officium maiorū ordinum: docens officium diaconi esse annunciare doctrinam euangelicam: Subdiaconorum uero apostolicam. sed illa remote respiciunt consecrationem eucharistiæ. Et si actus eorum proprii, & perfectissimi ponuntur circa materiam offerendæ oblationem, quod est subdiaconi, etiam secundū Sanct. Tho. & eucharistiæ dispensationē, quod est diaconi: tamen constat: q̄ officium subdiaconi non habet immediatā relationem ad corpus Christi cōsecrationem, sed remoram: quia nullam habet potestatem circa contenta in calice, quæ potest diaconus in necessitate dispensare. Et si hoc officium dicitur habere immediatā relationē ad eucharistiā: hoc

Cōcl. 2.
D
Sacerdoti nō epō ex gñali, vel speciali cōmissione ne papæ dari pot pōt cōferendi minores.

tamē non est circa eius cōsecrationē: sed dispensationem. & vtrūq; potest alius nō habēs maiores ordines, de facto: licet nō de iure. Potest enim de facto laicus calicem cum vino porrigere, & pane, etiam non tangendo vasa consecrata nuda manu. Et ita omnes actus illorum ordinū possunt fieri ab aliquo non ordinato: secus de cōsecratione eucharistiæ. ¶ Tertia conclusio. Licet episcopi possint sola voluntate, & verbo his, quæ merē iurisdictionis sunt, humana potestate priuari: attamen quo ad ea, quæ sunt ordinis, seu consecrationis, aut potestatis episcopalis præcise, non possunt nisi a solo deo spoliari. Prima pars est in gloss. de consec. ecclie. vel alta. cap. Aqua. Sicut enim cōfertur, ita auferri potest iurisdictione: sed confertur sola voluntate, & verbo. igitur &c. Secunda pars probatur ex dictis ibidem. Ecclesia enim non potest ministrū impedire in his, quæ sunt ordinis præcise: sed posse conferre ordines, est in episcopo cōsecrationis, & ordinis, ergo &c. Ad idem est gloss. de ordi. ab episcopo qui renun. episcopatu. dicens. Resignatio non abstulit illi ordinē, sed ordinis executionem. Facit ad idem. j. q. j. cap. Quod quidem. Sicut ergo dignitatem, & officium apostolatus apostoli, quorum episcopi sunt successores, immediatē receperunt a Christo deo, & homine: ita & episcopus non nisi a deo solo, suo potest ordine priuari. capiendo ordinem largē vt supra: vt scilicet est gradus eminens disponens aliquem ad actum determinatum ecclesiasticum exercendum in dei ecclesia. ¶ Quarta conclusio. Quamuis episcopus hereticus, apostata, degradatus, præcisus, vel publicē excommunicatus sit ipso iure omni iurisdictione priuatus: nec possit quenquam a peccatis absoluerē: potest tamen de facto omnem hominem ordinis capacem non nolentem etiam sibi non subditū ordinare nō obstantē ecclesiæ iusta prohibitione. Prima pars videtur nota ex præcedentibus. Secunda probatur: quia cōsecratione, & ordine episcopali priuari non potest. Non ergo requiritur in ordinis collatione de facto: q̄ ordinā d^o sit subdit^o ordinatori:

Cōcl. 3.
Licet epī possint sola voluntate his, q̄ sunt merē iurisdictionis priuari. attē quo ad ea, q̄ sunt ordinis, nō possunt nisi a solo deo spoliari.

Cōcl. 4.
E
Quis ep̄s hereticus, apostata, degradat^o. licet ipso iure priuatus: pōt tñ oēm hominē ordinare.

ficut ex natura absolutionis, qua par-
 tim est ordinis, partim iurisdictionis, &
 hoc ex ordinatione Christi. Potest ergo
 talis episcopus alicui volenti potesta-
 tem recipere, dare ordinem ministeriali-
 ter. Et cum character ordinis indelebili-
 ter, & ex opere operato a deo infundi-
 tur ad ministerium episcopi, ecclesia non
 potest illam characteris infusionem impe-
 dire: licet potest facere sua prohibitione-
 ne: ne quis sit illi, vel illi iudicialiter sub-
 iectus: ne denique sese possit illi, vel illi iu-
 dicialiter subicere: & ita sententiam ab
 eo recipere. Sententia enim a non suo
 iudice prolata nulla est. ¶ Corollarie se-
 quitur. Ad hoc: quod aliquis possit ordi-
 nari, sufficit ex parte subiecti (saltem de
 facto: licet non de iure) subiecti capaci-
 tas, ut puta homo masculus, qui non est
 contrarie inuitus, & inuoluntarius ad or-
 dinis susceptionem. Et ex parte ordinan-
 tis, quod sit episcopus, aut ad ordinandum
 delegatus a Papa, & sacerdos. Patet ex
 dictis. ¶ Dicitur de facto. Nullus enim
 sacerdos ipse, & de iure habet ministrare
 quocumque sacramentum secluso neces-
 sitatis articulo nisi in sibi subiecto. ¶ Co-
 rollarium. Sicut quis potest consecrare
 alienum, & furatum calicem, aut panem
 seu vinum: ita & hominem peregrinum,
 in quem nec habet dominium, nec iuris-
 dictionem. Et licet omne agens requi-
 rat subiectionem matris, non tamen
 subiectionem iurisdictionis. ¶ Dicitur est
 in conclusione, Publice excommunicatus;
 secus de occulte excommunicato. ut
 supra. Si aliquis diceret: excommunica-
 ti, & heretici non ordinant nisi ministeri-
 aliter: Instrumentum autem non agit
 nisi coniunctum principali motori, igitur
 cum non sunt deo coniuncti, nihil pos-
 sunt. Ad hoc est conclusio sequens.

Coroll.

Coroll.

Cocl. 5. ¶ Quinta conclusio. Episcopi heretici
 ipse ordinati, precisi suspensi, degradati,
 heretici re-
 excommunicati &c. seu quocumque mali-
 te ordi-
 nati pos-
 sunt di-
 cris inu-
 ditū quid
 Deo iu-
 sti.

genti principali (cuius facit: licet pro-
 hibiti ministerium) secundum formam
 ecclesie ministerialiter coniuncti. ¶ Sex-
 ta conclusio. Suscipiens ordinem pre-
 ferit maiores scienter ab ordinum mini-
 stro, qui executionem sui officij ob eccl-
 esie prohibitionem, aut spontaneam re-
 signationem non habet, licet sit rite ex-
 teris paribus ordinatus: tamen est ab or-
 dinum, quos suscepit executione, iure p-
 hibitus & suspensus. Probatur conclu-
 sio, j. q. j. cap. Remissionem, dicitur, Et
 praesertim maiores, quia ut habetur de
 ordi. ab epi. qui renun. episcopatu, si quis
 a tali, licet renunciauerit episcopatu, re-
 ceperit minores ordines: potest in ipsis
 deservire: & deinceps in maioribus in-
 titari. Quia si receperit ab eo scienter mi-
 niores ordines, caret executione officij.
 Secus si ignoranter tunc potest episco-
 pus cum eo dispensare. Quia non liceat
 ordines recipere ab alieno episcopo, cum
 non sit sibi subiectus: nec habet executio-
 nem in alienum parochianum non habi-
 to dimissorio. ix. q. ii. per totum. Et in vi.
 de temporibus ordi. cap. Eos, qui, prohibentur
 episcopi ne absque licentia superiorum
 scienter, vel ignoranter ignoran-
 tia crassa, vel affectata alienae diocesis
 clericos ordinare presumant, sub pena
 suspensionis ab ordinum collatione per
 annum. Et ordinati sic executione ca-
 rent. ¶ Dicitur superior hoc in loco: de
 cuius diocesi est ordinandus, seu in cuius
 diocesi obtinet beneficium ecclesiasticum:
 seu habet (licet alibi natus fuerit) domici-
 lium. cap. Nullus. eo. titu. lib. vi. De
 ordinatis simoniae dicitur sequen. Ra-
 tio conclusionis habetur. j. q. vii. capit.
 Daibertum. Qui nihil habuit, nihil da-
 re potuit. saltem eo modo, quo non ha-
 buit. Sed tales, de quibus conclusio, non
 habent ordinum executionem: cum sint
 ab ecclesia prohibiti. igitur. ¶ Pro ter-
 tia parte quaestiones de tempore ordina-
 tionum, & aetate ordinandorum supponantur
 hic dicta precedentis dist. de tempore
 de subiecto, & ministro tonsurae. ¶
 Quibus suppositis est haec conclusio
 septima. Tametsi ecclesia, seu ius scri-
 ptum, & tempus, & aetatem congrua pro
 ordinum

Cocl. 6.
 Suscipi-
 ens or-
 dines p-
 ferit
 maiores
 scienter

De aetate.

Cocl. 8.
 Ordinis
 sacram-
 tum li-
 cet non

ordinum susceptione, & collatione de-
 terminauerit: attamen huiusmodi deter-
 minatio, & limitatio non est de necessitate
 sacramenti, sed praecipue, & ministri.
 Probatur conclusio. ca. De eo. de tempo.
 ordinarum. Licet enim est episcopus domi-
 nicus, & alijs festiuis diebus unum, aut duos
 ad minores ordines promouere. Et sic ha-
 betur limitatio temporis pro collatione
 minorum ordinum, qui omnes possunt
 uno die recipi. dist. xix. cap. Si Romano-
 rum. Et cum hoc tempore collationis
 maiorum ordinum. de eo, qui fortuitus or-
 di. recepit. De maioribus ordinibus habe-
 tur. cap. praefato: quod non possunt recipi, nec
 conferri ab episcopo, nisi in iij. temporibus.
 In sabbato paschali. Item de pas-
 sione domini. Sed illa limitatio quo ad
 tempus non restringit Romanum pontificem.
 Minister transgrediens illud ius ab ordi-
 num executione, & ordinatus suspenditur,
 & punitur donec habeat Papalem
 dispensationem. eodem tit. ca. Quidam.
 Aut episcopi. cap. Consultationi. Nec
 possunt duo maiores vni eodem die con-
 ferri. eo. ti. ca. Literas Episcopus in con-
 trarium faciens suspenditur a potestate
 ordinandi. cap. Dilectus. ¶ De aetate ordi-
 nandorum statuitur in Clemen. Generalem.
 de aetate. & quali. ordi. Annus. xvij. p-
 subdiaconatu, vicissimus pro diaconatu:
 vicissimus quintus pro sacerdotio. Ita
 quod factum est attigisse. xxv. Aetas minorum
 ordinum est maior infantia, hoc est septen-
 nio. xxix. dist. cap. De his. Item li. vj. Nul-
 lus. de tempo. ordi. Et per hoc corriguntur
 dicta in decre. dist. lxxvij. Nunc enim
 mores contrarij contrariae inniuntur
 ratione. Tunc. n. tardius, nunc citius eruditur
 Christiani, in his quae pertinent ad di-
 uinum cultum, nec abiciuntur diuina
 mysteria, ut olim &c. De minorennibus
 adhuc infantibus, quoad oes ordines, ad
 hoc est sequens propositio post Sancti
 Tho. Bonauen. Richah. Palu. Thom. Ar-
 gen. Scot. ¶ Octava conclusio. Ordinis
 sacramentum: licet dari non debeat quo
 ad ordines maiores non habenti usum
 rationis, & adulto: attamen non exigit
 in suscipiente de necessitate sacramenti
 rationis usum, sed de congruitate, & ne-

cessitate praecipue ecclesiae. De pueris. j. q.
 j. c. Pueri: Pueri ad sacros ordines nulla
 tenus admittantur. Includunt aliqui etiam
 ordinationem episcopi, secus de obliga-
 tione officij episcopalis. Cum enim de-
 bet esse sponsus ecclesiae, requiritur ad
 eius obligationem, & acceptationem ra-
 tionis usus. Sic nullus potest esse cura-
 tus, abbas, prior, beneficiatus, nisi assen-
 triat de iure canonico. Vnde lib. vj. de pre-
 ben. Si tibi absentis dicitur, quod dum
 beneficium absentis confertur, nullum
 ius ei acquiritur, quousque ratum habeat.
 Ita intelligendum est dictum San. Tho.
 & Bonauen. dicentium ad consecratio-
 nem episcopalem necessario requiri usu
 rationis. Ratio primi est, uoti continen-
 tiae ex statuto ecclesiae annexio. Et nul-
 lus potest obligari uoto nisi proprio. Di-
 cit Palu. distin. xxxvij. quaest. j. Puer, si in
 cunis ordinaretur, cum iam adolefcent,
 tenetur ex statuto ecclesiae ad continen-
 tiam propter susceptum ordinem. Hic di-
 citur: quod non tenetur continere: sed verus sa-
 cerdos existens potest contrahere: quia non
 potuit nesciri obligari. Hoc uidetur
 esse uerum de obligatione personali, &
 de uoto clericorum personali: ut cum
 parentes pro eo uouerunt. Sic enim po-
 test resiliere, & non tenetur eorum uo-
 to. secus de statuto ecclesiae. In distinct.
 xxxvij. loquitur de statuto ecclesiae, quod
 secundum eum potest ignorantem ob-
 ligare: dum habuit eius notitiam. Et ita
 poterunt eius dicta concordari: quia ali-
 ter, & aliter loquitur de obligatione uo-
 ti: uel ex statuto ecclesiae, uel obligatio-
 ne propria. Ratio secunda est, quia con-
 gruitur nulli detur gradus ecclesiasticus,
 cuius actum exercere non potest, sed ca-
 rens usu rationis non potest congrue ac-
 tum ordinis exercere. ergo &c. Ratio
 conclusionis potest esse. In collatione
 ordinum nihil aliud fit, nisi quod datur alicui
 potestas ad exercendum actum ordi-
 nis. Quid enim est ordo, nisi gradus dis-
 sponens ad ministrandum in determina-
 to gradu ecclesiastico: ut supra. Sed gra-
 dus, respectu cuius competit actum il-
 lum exercere, potest duratione, & tem-
 pore praecedere actum illum, uel poten-

dari de-
 beat ni-
 si haben-
 ti usum
 rationis,
 attamen
 non exi-
 git in su-
 scipiente
 de ne-
 cessitate
 usum
 rationis

etiam propinquam. Non auté repugnat aliquem recipere potestatem, cuius non statim potest habere usum. Et potestas ipsa potest esse prior actu. Remoto verò posteriori non tollitur prius. Item sufficit quem posse quandoq; exire in actu, dum sibi confertur potestas exercendi actu. Præterea, potest aliquis baptizari nullo homine posito in mundo nisi baptizando, & ministro ceteris paribus. Sic similiter confirmari, ergo & ordinari sine eius consensu: ut fit in minoribus ordinibus, & tamen illa sacramenta imprimunt characterem. Nullibi enim reperitur diuina lege prohibitum. De clerico ordinatio per saltu habetur de quodam, qui ante annos discretionis recepit ordines minores, & tamen factus uir nō fuit reordinatus, cum maiores suscepit ordines. ¶ Ex parte ordinandi non uidetur aliud requiri, nisi non repugnantia subiecti: sed puer non habet uoluntatem contrariam: et si non possit elicere positiuam uoluntatem. Et licet in adulto suscepiro sacramentum nō indignè requiratur uoluntas positia, uera, uel interpretatiua: secus tamen est in paruulis nō habentibus p tunc usum rationis. Sufficit. n. q. non habeant uoluntatem positiuè cōtrariam, ita q. uelint non suscipere. Stat ergo (ur uidetur) conclusio, quam uis sic ordinans peccaret, & ecclesie cōstitutiōi contraueret. ¶ Corollarie sequitur. Sicut baptizatus dissentiens contrarie simpliciter, & absolute nihil recipit: ita similiter ordinandus uolens nō ordinari simpliciter, & absolute nihil recipit. Nemo. n. compelli potest: q. iniurius, & cōtrarie nolens suscipiat baptismum, uel ordinem. caput. Maiores. de baptis. & eius effectu. ¶ Dicitur est dissentiens simpliciter: quoniam si dissentiret conditionaliter, attamen uellet ordinari, noller tamen non posita illa, uel illa cōditione: hic uere ordinatur, sicut supra de baptisino. ¶ Corollarium. ij. Quamuis aliquis nō possit absolute cogi, ut ordines suscipiat, potest tamen cogi cōactione conditionata, ut puta metu inferendæ pœnæ, priuationis beneficij, aut ecclesie: uel præbendæ: aut executionis &c. tempore necessitatis in

ecclesia deitunc metu peccati, aut læsionis reipublice, uel gemine charitatis. ¶ Si dicitur, ergo cum ex parte ordinandi non requiritur ceteris paribus nisi nō repugnantia subiecti, ergo mulier potest ordinari: Nam ubi est idem agens, & passum eiusdem specie: erit idem effectus. Respondetur: uerum est de agente naturali necessitate: secus de agente uoluntario, & contingenter. Nec episcopus dat characterem, sed facit actum sacramentalem, ad quem Christus characterem. Est ergo agens ministeriale, nec necessarium sequit effectus sacramenti, nisi necessitate passionis diuina. Negatur ergo cōsequentia. ¶ In quarta parte queritur habetur de impedimentis ordinis, quæ possunt reducti ad tria. scilicet natura: fortuna: & maculæ. De impedimento naturæ est hæc conclusio ad præcedentes. ¶ Nona cōclusio. Sexus uirilis est ex institutione Christi de necessitate sacramenti ordinis ecclesiastici: ita q. in hoc papa non potest dispensare. Probat. per sacramentum ordinis aliquis ponitur in gradu eminenti ecclesie. Hoc autem nō competit mulieri ex ordinatione apostolica: & dei dicentis Gen. ij. sub uiri potestate eris. Cum ergo non est sexus hierarchie dominationis: sed subiectionis. ergo &c. Cur enim Christus non contulisset matri suæ ordines, si fuisset capax? Cur denique ecclesia spoliasset totum sexum illo privilegio: si fuisset capax ordinis? Hinc apostolus prohibet mulierē docere in ecclesia. j. Timot. ij. Item debet orare uelato capite. Et sicut ecclesia christo: ita mulier uiro subiecta erit. Ephe. v. Palu. q. iij. ar. uult: q. papa possit mulieri dare coronam: cum hoc sit posteruum. Hermaphroditus cum est monstrum in natura, ordinari non debet, & corpore uitiatus. Effet enim opprobrium clericis. Præterea sepe nescitur cuius sexus: An uir, uel mulier. Si mulier, ordinari non potest. Si uir, non debet: alludenter ad legem uet. corpore uitiatos cohibentem a ministerio. De ætate habetur conclusio vij. & viij. ¶ Decima conclusio. Defectus natalium, pari- ter & seruitutis, conditio ordinis impe-

Cōcl. q. Sexus uirilis est de necessitate sacramenti ordinis ecclesiastici ex christi institutione.

Cōcl. 10 Defectus natalium,

pediunt susceptionem non de facto, sed de congruo, & iure scripto. Primum patet dist. lvj. Presbyterorum filij ad sacra officia non sunt admittendi. De filiis presbyteri non ordinant. Filij presbyterorum, & ceteri ex fornicatione nati ad sacros ordines non promoueantur: nisi aut mox nati fiant, aut in congregatione canonica regulariter uiuant. Sic enim secundum Richar. iam professi possunt sine dispensatione sacris initiari. Deutero. xxij. Non ingredietur maner, hoc est de scorto natus in ecclesiam domini usq; ad decimam generationem. Sunt enim sepe imitatores paternæ incontinentiæ. Si florent uirtute, possunt per dispensationem promoueri ad ordines. ¶ Si dicitur: uel quisque suam portabit iniquitatem, conceditur. Et unicuique plus obest demeritum proprium, quā alterius peccatum respectu dei: redandat tamen apud homines sæpenumero in malum pœnæ, non culpæ alterius. Nec per hoc filius portat iniquitatem patris: cum ueluti illegitimus natus arceatur ab ordinibus, & paterna successioe in eadem ecclesia, quia sine culpa propria arceatur uelut irregularis ab illis. Irregularis enim contrahi potest sine peccato. Exemplum de iusto iudice iudicio sanguinis. De conditione seruili. De filiis presbyterorum. cap. j. Item de seruis non ordinandis. ca. j. q. ante manumissionem non debent ordinari: alias suo restituentur domino. dist. liiij. ferè per totum. Impediuntur. n. per hoc sacramentum ab onere seruitutis suis dominis debitorum. ¶ Nec obstat dictum apostolicum. In Christo Iesu non est seruus. Gal. iij. uerū est subiectione legali: quia lex cessat ueniēte euāgelio: nec acceptio personarum est apud deum. ¶ Præterea: licet seruitus peccati etiam impediatur ordinis susceptionem de congruo: ita q. suscipiens ordines in mortali, mortaliter peccat, secundū Richar. illa tamen non enumeratur inter impedimenta irregularitatem inducentia, quæ respiciunt forum ecclesie. Ideo dictum fuit in conclusione. Non de facto &c. Ratio generalis omnium huiusmodi impedimentorum secundum Bo-

natien. & Thom. hæc est. Hoc sacramentum ordinis cetera præcellit ratione signi, & significationis. Nā non solum sacramentum ipsum est signum: sed etiam suscipientis ipsum habet rationē signi. Ordinatus. n. ordine sacerdotali Christus representat vnicum ecclesie spōsum, & qui est unus unius. Cum uerò talis ratio secundum omnes deficit in bigamo, qui carnem suam diuise in multas: igit arceat ab ordine. Insuper abundat hoc sacramentum in ratione remedij: quia secundum prædicta confert gratiam multiplicem ad curandum subiectū, & habitandum ipsum. Hinc nominari solet sacramentū dignitatis: quia ponit hominē in eminentē statu, & gradu ecclesie: & requirit de congruo ex constitutione humana alludenter ad diuinam, hominē honestum apud seculum. ¶ Ad honestatem secularē requiritur claritudo multiplex. Originis, nois, famæ, corporis, actionis, conditionis, & cōuersationis. Illegitimè nati carent claritate originis. Habent enim obscuram, & probrosam originē, et in leg. vi. Deutero. xxij. Publicè peccantes, & infames carent nois claritudine propter maculam infamiam, quam contraxerunt. Obscuritatem corporis habent demoniaci, epileptici, in corpore notabiliter uitiati, in mēbris trūcati, & imperfecti. Homicidæ carent bonæ actionis claritudine: quia humanū literit sanguinē, ueluti humanæ sanitatis hostes seui, & truculenti. Conditio seruilis avertit p iudiciū domino susceptis ordinibus, nisi emācipetur: sic avertit quandam obscuritatem personæ seruili. Temporalium sollicitudo prorsus auertit ab ordinē executione, & notabiliter est impedimento. dist. lj. cap. j. Sic de obligatis ad ratiocinia. Ideo tales prohibentur ordinari propter cuiusdam honestatis carentiam, quā uult ecclesia suis ministris non abesse. ¶ Nunc de impedimento fortunæ, q. est homicidij. Circa qd notandum est, ut habet glos. Cle. vni. de homicidio. Mutillatio comparatur homicidio quo ad irregularitatem. Homicidium aut inuenitur qd duplex, scilicet simpliciter uoluntariū, & id semp requiritur ad incurrendū irre-

Ad honestatē secularē requiritur claritudo multiplex.

I Homicidij quadruplex uoluntariū.

Coroll.

Cor. 2.

gularitatem ratione homicidij, siue hoc fiat consilio, ope, auxilio, defensione, pcepto, mandato, cooperatione, exhortatione &c. ut occidat hominem cum effectu. diff. l. Si quis uisum. Et de clericis pug. in duello ubi dicitur. cap. Henricus. Homicidium tam factum, quam pcepto, quam consilio, quam defensione perpetratur &c. Vnde in eo. cap. Sacerdos, qui posuit pugilem, qui reum ictibus mactauit irregularis est, ac si per semetipsum occidisset. Ad idem cap. Sicut dignum, de homicidio. Oportet autem mortem cum effectu sequi, quia lex promotionis factum requirit. xv. q. j. cap. Si quis non iratus.

Nō uoluntariū ¶ Homicidium non uoluntarium contrahitur ad uoluntarium, est per abnegationem liberæ uoluntatis, & electionis, ut in furiosis, & amentibus. Hinc dicitur Clemen. unica. de homicidio. Si furiosus, aut infans, seu dormiens hominem occiderit, uel mutilauerit: nullam per hoc incurrit irregularitatem. Carent enim usu rationis. Dormiens uidetur esse, qui nocturno dormiendo ambulat, & hominem occidit nesciens quid faciat.

Inuoluntariū ¶ Homicidium inuoluntarium contrahitur ad uoluntarium: uoluntarium, cum quis uult actum elicitum non occidere: & tamen sequitur occisio. Exemplum. Aliquis me nolente leuat brachium meum uolenter, & occidit manu mea hominem. Vel cum ego succido arborem, & alius me prohibente quantum possum, opponit se lapsus arboris &c. Hic ego potius dicor patiens, quam agens: nec incurro irregularitatem propter de factum uoluntarium. l. diff. Si qui arborem.

Homicidium mixtum ¶ Homicidium mixtum ex utroque: puta quod est partim uoluntarium, & partim inuoluntarium, seu conditionatum: ut cum uolo non occidere hominem: sed quia mortem uitare non possum, nisi occidam meum inuasorem: uolo eum occidere: alias non occisurus es: nisi pateret alia uia effugij: quia non directè uolo eius mortem, sed meam euasione, & defensione: non incurro irregularitatem Sic dicitur ubi supra Clemen. unica. Ad idem censemus, de illo, qui mortem aliter uitare non uales

suam occidit, uel mutilat inuasorem. Notanter dicit suam inuasorem, & mortem propriam: secundum glossam ibi dedit. Si enim quis uellet inuadere mihi coniunctum sanguine, uel amicitia, & ego occido eius inuasorem, incurro irregularitatem: quia non occido meum inuasorem. Hinc non oportet ponere illam distinctionem, quam facit Palude questione tertia: articulo secundo. conclusio. iij. post Gratianum. xv. que est. j. quod sic occidens in casu inuitabilis mortis potest in susceptis ordinibus ministrare: sed non ulterius ordinari: quia nouum ius uidetur uetus hic corrigere. Consimilia exempla possunt poni de homicidio casuali. cap. Lator. De homicidio. cap. Dilectus, cum quis dedit operam rei licite, uel illicite &c. ¶ Secundò notandum: quia mutilatio comparatur homicidio quandoque. Mutilare multipliciter accipitur. Angelus in sum. in uer. Corpore uitiat. dicit. Debilitatio membri reddit ipsum inefficax: sed mutilatio dicit amputationem. Vnde secundum eundem habere membrum mutilatum est habere membrum abscissum. Idem uult auctor casuum in. vj. cap. Is, qui de homicidio. & allegat alios. Item uidetur uelle Richar. qui sepe utitur mutilatio pro amputatione. Et Palu. similiter. Idem Panor. cap. De diaco. Qui cle. uel uo. Quid si non mutilat membrum, sed debilitat ipsum? Respondet: non incurrit irregularitatem: quia ad hoc facit ad decorem, & in pœnis mitior pœna est acceptanda. Et sic idem est apud eum de truncare, amputare, mutilare. ¶ Quid autem uenit nomine membri: non idem uidetur sentire doct. Secundum Palu. mutilatio membrorum dicitur illarum partium corporis, quæ amputata deinceps non crescunt. Nam abrasio crinium, unguium, uel euulsio, lesio pellis, aut carnis, non dicuntur mutilatio membrorum. Talia enim non dicuntur membra. Sed amputatio manus, digiti, pedis, articuli digiti uel notabilis partis pedis, quæ redire non possit, dicitur mutilatio membrorum proprie dicitur. Panor. dicit membrum esse, quod habet officium separatum, & distinctum ab

Not. 1. Mutilatio comparatur homicidio quia

alijs

alijs membris. ut occulus. l. v. dist. Si eugjelica. Vel manus, aut pes ad tangendum uel ambulandum. Addit. Digitus autem non est proprie membrum: sed pars membri. Et ita secundum Angelum uer. Homicida. v. Pro hoc textus. lxxxix. dist. cap. Singula iuncta gloss. ubi appellatur membrum, quod habet officium distinctum.

Ex quo potest inferri secundum doctores. incidens alicui digitum non est irregularis: secus si totam manum, uel oculum, aut pedem. Ex illis facile formari possunt conclusiones de impedimento fortunæ. Ponitur pro ratione prohibitionis homicidarum ab ordinum susceptione. ex cap. j. de homicidio. lib. vi. Nā sacramentum ordinis principaliter ordinatur ad eucharisticam consecrationem: quæ est sacramentum pacis, & charitatis, & omnis benignitatis. Occiso uero uoluntaria hominis est inimica pacis, & charitatis, & opus crucifigentium, & contraria Christo, qui attulit uitam, & uenit dispersos congregare in unum &c. ¶ Considerandum est: quod ad incurrendum irregularitatem non sufficit sanguinis effusio sola, secundum Panor. ubi supra: sed oportet; quod interueniat mors, uel membri detruncatio. Aut secundum Angelum, omnimoda membri debilitatio, & inhabilitatio. Et ita secundum eum non uidetur sufficere, quod membri præsentia faciat ad decorem, dum totaliter debilitatum est. ¶ Consequenter notandum circa primam homicidij acceptionem; quod homicidium quandoque committitur mandato, seu pcepto, & tunc mandatarius, & mandans peccant: & uterque incurrit irregularitatem si mors subsequatur, uel mutilatio: quia ut dicitur de sententia excommuni. cap. Mulieres. Is committit, cuius mandato delictum committi probatur. Ad hoc de cleric. pug. in duello. ca. ij. ubi dicitur, quod homicidium fit tam factum, quam pcepto. ¶ Committitur consilio cum non solum consulitur directe alterius occisio, uel mutilatio, sed etiam consulitur aliquid, quod est causa propinqua occisiois, uel mutilationis: ut notat Panor. cap. Ad audientiam. & cap. De cætero. de homi. De huiusmodi consilio dicendum sicut su-

Nota. Homicidium quandoque committitur mandato, seu pcepto, & tunc mandatarius, & mandans peccant: & uterque incurrit irregularitatem si mors subsequatur, uel mutilatio: quia ut dicitur de sententia excommuni. cap. Mulieres. Is committit, cuius mandato delictum committi probatur. Ad hoc de cleric. pug. in duello. ca. ij. ubi dicitur, quod homicidium fit tam factum, quam pcepto. ¶ Committitur consilio cum non solum consulitur directe alterius occisio, uel mutilatio, sed etiam consulitur aliquid, quod est causa propinqua occisiois, uel mutilationis: ut notat Panor. cap. Ad audientiam. & cap. De cætero. de homi. De huiusmodi consilio dicendum sicut su-

pra de bello. Licet clerico exhortari alios ad fortiter pugnam: ad quod sepe committatur mors non nolita: sed non ad occidendum. ¶ Committitur defensione dum quis de facto paratus est alium defendere, & defenditur: mors subsequatur siue per se ipsum, siue per alios, quos ad hoc ordinat sua auctoritate. Sic de mutilatione. cap. Henricus. de cleric. pugnant. in. duell. Et cap. Sicut dignum. de homi. Et non est curæ quo ad irregularitatem: si mandatarius alias erat eam occisurus uel non, secus quoad restitutionem. Non enim tenetur dans consilium ad restitutionem: si ille, cui dedit consilium, alias occisurus erat eundem. Sufficit ad irregularitatem incurrendum, quod eo defendere parato ex animo cum effectu occisus est. Sic Saulus nunc Paulus custodiuit uestes lapidantium Stephanum, sed in eius promotione dispensauit Christus. Nec tunc erant constitutiones ecclesie. Uterque ergo, & mutans, & missus pro defensione homicidij animo, & uoluntate occidendi, ut homicidium in effectu consummari possit, irregularis est subsequente morte: secus si mors, aut mutilatio non sequatur cum effectu. ¶ Item permissione committitur homicidium. Et licet quidam dicant hoc habere locum in prælatis: quorum est ex officio cohibere malignantes: at tamen iura loquuntur uniuersaliter de omnibus, qui ex dolo nolunt prohibere: ne mors inferatur, cum id facere possent cum effectu. Quia enim sitiunt alterius mortem: ideo nolunt prohibere. ¶ Cooperatione. sicut in capit. Dignum. de homi. §. j. ubi dicitur. Illi qui uenerunt, seu accesserunt animo occidendi, ferendi, seu capiendi illum sanctum uirum Thomam Cantuariensem, & tamen non iniecerunt manus in eum: tamen ex illa captione. mors secuta esset, pari, uel fere pari pœna essent cum occisori- bus puniendi. Ad idem cap. Studeat. l. distinct. Dederunt enim operam rei illicitæ: & uoluntate interpretatiua quantum in se fuit, inuasere eum. Qui ergo uult irregularitatem ex homicidio uitare, necesse est nec uoluntate, nec opere

seu actu homicidium commiserit per se, vel alium: & q̄ operam non dederit rei illicitæ: feceritq; diligentiam debitam, & solutam ad præcauendum homicidium. cap. Dilectus. de homici. Si uero dedit operam rei illicitæ, reus est omnium, q̄ sequuntur ex hoc. libr. vj. cap. Is qui editu. De eo, qui concepto in alium odio fecit eum per alios verberari, expressè tamen prohibendo, ne occidant eum. Sed cum mors subsecuta fuit, mandataris irregularitatem incurrit, & is, qui mandatum dedit, ut percuteretur. Dedit enim operam rei illicitæ: & debuit hoc malum præuidere. ¶ Animatio, vel exhortatione. cap. Sicut dignum. de homi. Quod limitat Panor. quando illa animatio specialiter directa est ad homicidium: quia tunc incurritur irregularitas. ¶ Auxiliatio, quantumcumq; paruum sit auxilium. Et licet auxilium id quandoq; fiat in re licita, ad quam tamè mors sequitur: licet careat peccato, sed non irregularitatis pœna propter mortem subsecutam. Si dicitur: Exo. xxij. Leuitæ in le. uet. potuerunt occidere, igitur & nunc: Respondetur negando consequentiam: quia iudicialia habent finè: & lex illa fuit lex timoris, & infligens pœnam sanguinis. Noua uero lex pacis: ideo ecclesia illud prohibuit nunc: licet tunc fuerit ad iussum Moyfi Leuitis permissum. ¶ Quia autem Petrus auriculam amputauit Malcho; & de hinc ordinatus fuit in episcopum, non impedit: quia tunc non fuit illa ecclesiæ prohibitio. Item Phinees occidendo, sacerdotium meruit. Numeri. xxv. Machabej bellatores fuerunt sacerdotes. j. Machabeo. v. Item factu David tunc fuit iudiciale. &c. ¶ De uero de impedimento macule videndum. Dicitur autem aliquid macula dupliciter. Vel ex disscoueniètiâ p̄sentia, & appositione. Vel ex inesse debitiu absentia, & priuatione: cum quis priuatur eo, quod pertinet ad eius formâ: dispositionem, exercitium, statum, officium, &c. Sic peccator carens gratia gratum faciente dicitur maculam habere. Itè carens mēbro debito ad hunc, uel illum a s̄u inesse debentē. Sic dicitur in-

famibus non patent portæ ecclesiarum, dignitatum. De reg. iuris li. vj. De infamia, & infamiæ macula supra habetur. Hic de corpore uitiatu dicitur. ¶ Vitiatus ex iusta necessitate, uel casu, & præter suam culpam, si ex hoc non generatur notabilis deformitas corporis: rectè potens, uel horrorem, uel scandalum populi, aut ordinis irreuerentiam, uel indecentiam gignere, aut inhabilitas, uel impotentiam ritè exercendi ordinis officium, non prohibetur cæteris paribus ab ordinum susceptione, uel perceptorem administratione. Hæc conclusio habetur in diuersis canonibus. distinct. lv. Et de corpore uitiatu non ordinandis. Et exemplatiuè, figuratiuè, & alludenter in uet. le. Leui. xxj. Sic non prohibetur ab ordinibus, qui ex iusta necessitate facit sibi amputari uirilia. Exemplum de sacerdotibus qui ad consilium medici propter uitare lepram hoc in se fieri permisit. De corpore uit. i. cap. Ex parte. ij. Sic dicitur distinct. lv. cap. Eunuchus si per insidias hominū factus est: uel si in persecutione eius amputata sunt uirilia: uel si ita natus est, potest cæteris paribus in episcopum promoueri. Ad idem ca. Si quis pro ægritudine. cap. Si quis a medicis. Si quis a medicis factus est, aut a barbaris abscissus, in clerico permaneat. ¶ Corollariè sequitur. Si quis sponte, & non ex necessitate debita facit sibi amputari uirilia, uel membrum aliud propter fugere ueneria &c. homicida est, & ordinari non debet. cap. Penitentes. cap. Si quis absciderit. cap. Si quis carnali. cap. Qui partem de corpore uit. Non enim habet iustam causam. Nec facit obsequium deo, quia irrationabile est, & legi contrarium. ¶ Dicitur uel casu &c. Qui enim uolens operi rusticario intendere præcindit sibi digitum, non incurrit irregularitatem. Item non dedit operam rei illicitæ. Secus secundū aliquos: si dedisset operam rei illicitæ. c. j. de cor. uit. de clerico, qui in duello partem digiti amisit: sed tam paruam, q̄ sine scandalo populi celebrare potuit. fuit ergo cum eo dispensatum. Et ita dans operam rei illicitæ, si ex hoc priuatur mēbro, incurrit irregularitatem. Concor-

Coroll. Si quis sponte, & non ex necessitate sibi amputari facit uirilia, est homicida, & non debet ordinari.

Coroll.

dat Palu. q. iij. ar. iij. cōclusionē. iij. dicit. Si quis per factum, & culpam suam &c. Sic si quis uitiatu propter ægritudinē corporis. Ab hostibus. In bello iusto. In persecutione infidelium. Si casu fortuito cap. Lator præterentio. distinct. lv. Normani presbytero digitum absciderunt. Dicitur enita ibi. Si qui a medicis, uel dominis, siue paganis nō sponte tale quid patiantur: non prohibentur ab ordinibus. Sic in capit. Cum de tua. dicitur de habente in oculo maculam. Si non generat notabilem deformitatem, potest in episcopum promoueri. Et de ele. ægro. capi. Presbyterū. prohibetur presbyter a celebratione, cui amputati fuerunt duo digiti a prædone cum medietate palmæ: tum propter infirmitatem, tum propter scandalum populi. Sic leprosus curatus prohibetur ab administratione propter honorem populi. ca. Tua nos. & sequen. eo. titu Item si careat ambobus oculis, non debet ad sacerdotium ordinari. dato etiam, q̄ unum oculum casu amisit. capit. Præcepta canonica. &c. Si euangelica. distinct. lv. Vix enim poterit omnia uidentia in altari uo oculo conspiceret: & legenda ritè legere. Sic abscissio pollicis, uel tâta debilitatio: q̄ eucharistiam frangere non possit. c. Thomas de cor. vit. Ideo nominati disponit: q̄ ille, cui erut⁹ est oculus, nō debet ordinari in sacerdotem. c. Si euangelica. &c. Præcepta canonica. dist. lv. ¶ Corollariè sequitur. Quodlibet corporis uitium undecumq; p̄ueniat, si reddit hominem impotentem, & inhabilem ad sacerdotium, & eius ministerium ritè peragendū, impedit ordinis susceptionem. Sic de uitio generare scandalum, & horrorem populi aut amputatione nasi &c. Inducit in quandam obscuritatem personæ. Quia si alienū post susceptum ordinem talia cōtingunt præter suam culpam: potest ea, q̄ sunt sacerdotalis ordinis, exequi: depta celebratione missarum, dicit Angelus in Sum. ver. Corpore uit. Allegat cap. presbyterum. de cleri. ægrotantē. ¶ Ad factū. San. Marci postea patriarche Alexandri ni, amputantis sibi pollicem: Dicitur Exemplar, & facta sanctorum non sunt

semper trahenda in sequelam. Ordinatus enim ex dispensatione Petri fuit, & ordinatione spiritus sancti, si saltem impeditus fuit aliqua lege prohibitiua. Et forte tam modica fuit amputatio: q̄ nihilominus potuit facere suum ministerium, si dicitur: afflictio non est addenda afflictio: Negetur, cum subest casualiter nō præcesserit culpa. Nec illa prohibitio ab ordine est proprie dicenda afflictio in corpore uitiatu, sed salubris prouisio &c.

¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum. Quia sexus uirilis non fit de necessitate ordinis. Probatur post dicta prius. xxvij. quæst. j. cap. Diaconissam. Et cap. Si quis rapuerit. ubi habetur, q̄ diaconissa non debet ordinari ante annos xl. Et in alio cap. disponitur de pœna rapientis diaconissam. Item dist. xxij. fit mentio de presbytera. ergo ordines non solum conferuntur in uirilem sexū, sed in muliebrem. ¶ Præterea: si ordo repugnat sexui muliebri, hoc est: quia mulier non potest habere potestatem iudicandi, aut doctrinandi. Sed hoc non prohibetur. Iudicum. iij. Delboræ iudicauit populum Israel, & ei præfuit multis annis. Item Maria Magdalena nominatur apostola, & bene docuit populum, ut docet eius legenda. nō obstat dicto apostoli. j. ad Timo. ij. ubi prohibet mulierem docere in ecclesia. ¶ Præterea: mas, & femina in specie humana sunt eiusdē speciei specialissimæ: ergo quod conuenit uni ratione speciei humanæ: & alteri. sed uiro hoc competit, qui homo. Præterea. subiectum characteris est anima rationalis: & illa est eiusdem speciei in muliere, & uiro. ¶ Præterea: quæ sunt eiusdem speciei specialissimæ, habent ratione suæ naturæ eandem actionem, & in eundem possunt effectum. Sed sic est de uiro, & femina: igitur. ¶ Dicendum. Mulier non est apta ad ordinum susceptionem, cuius ratio est diuina uoluntas: & ordinatio. Ad primum dicit glos. Diaconissa: abbatissa. Aut diaconissa non ab ordine diaconatus: sed quia ad legendum euangelium publice in officio diuino ordinata, & instituta ad hoc orationibus, & decretis ecclesiæ: ut Palu. uidetur.

M
Arti. 3.
Dub. 1.
Quod
sexus uirilis nō
fit de necessitate
ordinis.

sentire de mulieribus; possunt consuta-
rurum hoc sit ecclesiar. ¶ Presbyteria ue-
ro dicitur matrona senior, aut uirum uni-
uira, aut matricuria. cap. Mulieres. distin.
xxxij. quæ fuit uxor presbyteri Græco-
rum, aut potentis habere uxore. Dicitur
ergo psbyteria ex etymologia nominis,
non ex ordine suscepto. ¶ Ad aliud:
Character ordinis non uidetur natura-
liter repugnare mulieri de potentia dei
absoluta; secus de ordinata. Nec repugnat
mulieri habere potestatem iudicandi in
temporalibus, sed potestate clericorum,
quæ fundatur in charactere ordinis, seu
ordine. Nec congruit mulierem publi-
cè docere in ecclesia. Nam secundum
Chyso. super cap. ij. epistolæ primæ ad
Timo sunt multum loquaces, præstaret
fomenta luxuriæ. Item debent esse ex
institutione diuinæ subiectæ uiro: ideo
non permittitur eis auctoritatiue; & ex
ordine docere: secus de piæ, & deuota ex
hortatione, quam dubium non est fan-
ctas quandoq; fecisse. Sunt etiam aliæ ra-
tiones. ¶ Ad aliud. Inter uirum, & mu-
lierem non est distinctio quæ ad cõ-
secutionem salutis æternæ. Et sic locu-
tus est apostolus. ad Gal. iij. & Augusti-
nus. xxj. de ciuita. dei. Secus quo ad regi-
men ecclesiæ, & actus Hierarchicos exer-
cendos. Sic enim solos uiros elegit Chri-
stus. Et ideo uiro, non ut homini: sed
ut homini masculo conuenit habere or-
dinem. ¶ Ad aliud, negetur maior.
Vir enim non potest concipere, sicut
mulier. Vnde illa maior non habet ue-
ritatem de agente quodammodo instru-
mentali, & maxime respectu talis effe-
ctus, qui attingi non potest a tali cau-
sa: non posita quadam extrinseca, & qua
si in alterius uoluntate constituta dispo-
sitione sibi conueniente ex ordinatio-
ne principalis agentis liberi, & contin-
genter includentis huiusmodi effectum,
ut inquit Tho. Argen. Sic enim non ob-
stante similitudine in passis duobus: po-
test huiusmodi instrumento competere
actio minus effectus, quæ non competit
alteri non habenti talent extrinsecam
dispositionem ex ordinatione libera, &
uoluntaria principalis agentis. De termi-

nat enim in hoc casu agens principale
passum id ad hunc effectum, & non a-
liud. Determinat inquam, dando sibi po-
tentiam propinquam, pariter & remotã
ad actum aliquem. Sic episcopus, qui
est quasi minister, & instrumentum dei:
ex diuina ordinatione præcisè determi-
nat, & ordinat masculum ad ordinum
exercitium, & non muliebrem sexum:
cunrei ut tali ex diuino statuto non cõ-
petat habere exercitium ordinum &c. N
¶ Secundum dubium. Esco: aliquis de le-
ge ueteri sacerdos superuixit usq; ad in-
stitutionem nouæ legis, An talis fuisset
de nouo ordinandus. Et quod non, uide-
tur. Nam dicit Paulus. j. Corin. x. Om-
nes eandem escam manducauerunt spiri-
ritalem: & omnes eundem potum spiri-
talem biberunt. & ita (ut uidetur) ean-
dem obligationem fecerunt nobiscum,
ergo & in ordine participarunt. ¶ Item
canticorum vj. Vna est columba mea: una
est perfecta mea. & ita una ecclesia: sicut
& una fides: ergo & unum sacerdotium
in le. uet. & noua. ¶ Respondetur secun-
dum apostolum ad Hebræ. vij. Traslato
sacerdotio necessè est, ut fiat legis trans-
latio: legalium sacrificiorum. Quia autẽ
sacerdotium Aaronicum, & leuiticum
sit translatum, probat ibidem apostolus.
Nam Christus uos sacerdotij princeps
non fuit de tribu Leui: sed Iuda, in qua
tribus nihil de sacerdotio locutus est Moy-
ses, inquit Paulus. ideo arguit. Transla-
to sacerdotio necessè est, ut & legis trans-
latio fiat. Vnde desinente sacerdotio le-
uitico (in quo plures facti sunt sacerdo-
tes, & alter alteri successit, ut Aaron Fe-
leazar, Eleazar, Phineas, & ceteros, quod
morte prohiberentur permanere) super-
uenit sacerdotium perpetuum Iesu Chri-
sti, eo qd ipse maneat in æternum. Vnde
& saluare potest per seipsum in perpet-
uum &c. Quicquid ergo in le. uet. factum è,
figura fuit futurorum. ad Hebræ. iij. &
ident potus, ac eadem esca significatiue,
quæ unum sacerdotem futurum genera-
lem curatorem omnium hostiæ legis ue-
representabant: & in una fide omnes sal-
uati sunt, qui præcesserunt, ad Hebræ. iij. &
bantur. Hi ex Christi merito præuiso p-

pter bonam fidem de redemptore futu-
ro. Alij ex Christi merito iam consum-
mato &c: Sic de aqua fluente e perra. De
pane cœlesti angelicis manibus prepara-
to. Non autem fuerunt eadem quantum
ad existentia, & quantum ad effectum,
& quantum ad effectum. Nihil enim ad
perfectum deduxit lex. Hebræ. vij. Hoc
est legis litera, siue lex factorum, ut talis,
siue gratia Christianorũ secundũ Aug.
¶ Ad secundũ, eadem siue personæ tũc,
sicut & nũc quo ad fidem, & exercitium
virtutum: ut supra in iii. sed non quoad
exercitium sacrorum ordinum a Chri-
sto institutorũ, nec quo ad officium eis
debitum actum Hierarchicorum. Sa-
cerdotium enim potestatem super cor-
pus Christi uerum, & mysticum respicit,
qua caruerunt patres ue. testamenti. Ha-
bebant deniq; sacerdotes tunc mactare,
& occidere hostias &c. Secus de lege no-
ua &c. ¶ Corollarium responsium. Sa-
cerdos legis uete. non habuit ordines a
Christo institutos: nec ordinum ecclesi-
asticorum officium: ideo fuisset tunc ordi-
nandus. Sed pro ritu temporis illius an-
te sacerdotij institutionem primogeniti
habebant officium sacerdotum. Deinde
Aaron, & filij eius siue consecrati in sa-
cerdotes, & uincti, saltem aliqui. Exo.
xxix.

Coroll.

Vtrũ sa-
cris or-
dinibus
initiato
liceat p-
tali sa-
cramẽ-
to aliqd
alio tpe
dare or-
dinato-
ri.
Artic. i.
A
Simo-
nia qd.

QVAESTIO. II.



VAESTIO secunda. Verum
sacris ordinibus initiato, vel
initiato liceat citra simo-
niam pro tali sacramẽto, aut
quouis alio aliquod temporale liberẽ,
vel exacte dare ordinatori, vel cuiusvis
sacramenti collatori. Consimilis quæ-
stio posset moueri de recipiendis tem-
porale pro spirituali, sicut nunc facta est
de dante spirituale pro temporali. ¶ Pro-
articulus primus, qui terminos declarabit,
suppono primum dicta in expositione
canonis nullæ præceptoris mei, lectione
xx. iij. de simonia. Simonia. j. quæst. j. est
studiosa uoluntas emendi, uel uendendi
aliquid spirituale, uel spirituali annexũ.
Ista definitio bona est, & generalis, & de

finitur per actus, & obiecta sicut & nomi-
na uirtutum. Actus tangitur, cum dicitur
studiosa uoluntas emendi, uel uendendi.
di. fundatur enim, & habet sedem in con-
tractu emptionis, & uenditionis simonia.
Obiectum, cum dicitur spirituale, uel spi-
rituali annexum. ¶ Dicitur primum uo-
luntas: quod hic est nomen actus, siue in-
terioris, siue exterioris: ut definitio con-
ueniat omni contento sub definito, &
non solum simonia exteriori prodeunti
in opus ad extra. Placet aliquibusq; no-
men uoluntas hic dicitur actum uolunta-
tis interioris: & ly emendi, uel uendendi
di innuit actum exterioris, & materiã,
circa quã. Clarius est: ut nomen uolun-
tas utrumq; actum, elicium. s. impera-
tum dicat: & ly emendi, uel uendendi actũ
illum specificet. ¶ Dicitur studiosa: scẽ-
dum aliquos ex deliberatione procedẽs.
Secundum Gerson additur studiosa: quia
simonia proprie dicta, quã punit ecclesia
fulminatione poenarum ecclesiasticarũ,
non stat in sola uoluntate. Cum ergo
de simonia in genere, inuicitur in hoc
utrumq; scilicet uoluntatis deliberatio,
& uoluntatis prauæ ad extra declaratio,
siue offensio in effectũ, scilicet uerbo, si-
gno, nutu, operis exhibitione. Hanc n.
solum punit ecclesia de patente iudicis,
apud quã idem est non esse, & non appa-
rere. Hinc aliqui simoniam pure men-
talem, quæ non prodit ad extra, non no-
minant simoniam, neq; dicunt esse pecca-
tum. Verum est in foro ecclesiæ: per cõ-
suras multandum: secus apud deum, qui
intuetur cor. Hinc Palud. dicit. Est uo-
luntas quo ad deum &c. ¶ Dicitur emen-
di, uel uendendi: per quod in genere in-
nuitur, omnis contractus non gratuitus:
quia omnis talis quo commutatur, uel
datur spirituale pro temporali &c. potest
esse sedes simoniae, cum non gratis datur.
Dicitur tamen generaliter fundari in cõ-
tractu non gratuito emptionis, & uen-
ditionis largẽ. Et accipitur ly datur lar-
gẽ, ut etiam extendit se ad omissionem
alicuius spiritualis pro temporali &c. ut
cum quis negligit, uel omitit punire de-
linquentes propter temporale, uel con-
sequendum, uel remittendum, uel non

amittendum, vel cum datur pecunia ad non prestandum testimonium, ad non eligendum quem pius &c. ut in cap. Nemo. de simonia. Nam sicut propositum in proposito: ita oppositum in opposito. Dicitur autem utrumque, emendi .s. & vendendi. Simon .n. magus emere voluit gratiam conferendi spiritus sancti, ut operationes suas vendere posset alijs. Actus .viii. & ita voluntatem emendi, & vendendi habuit. Giezi vero famulus Helisei pro sanitate ad preces Helisei collata munera accepit a Naama Syro. iiii. Regum. v. Et sic possunt dici a Simone mago emente, & vendente Simoniaca Giezi vendente Giezi. Dicitur consequenter spirituale, non physicum, quod est res indivisibilis: sed theologium. Dicitur autem spirituale theologium tripliciter. Primo essentialiter, ut virtutes infuse. Character sacramentalis. dona sancti spiritus. Secundo causaliter, vel dispositivè, ut sacramenta causantia gratiam ex opere operato, & sacramentalia ex opere operante, ius patronatus, ius vicariae, ius vicariae ecclesiasticae, potestas spiritualis &c. Et ad haec antecedentia, comitativa, consequentia, inquit Duran. Tertiò actualiter, siue effectivè, ut effectus procedens a causa spirituali. Item effectus, qui fluunt a potestate ecclesiastica, siue ordinis. Vel ab officio ecclesiastico: aut a dono spiritus sancti: ut actus baptizandi, vel baptismus, confirmatio, unctio, ordinatio, absolutio, quae sunt ipsa sacramenta, prophetare, miracula facere, docere scientiam pietatis, & sic de alijs procedentibus a dono prophetiae, vel doctrinae. j. Corinth. xij. Hi .n. sunt actus spirituales a spiritu increato, & a donis increatis spiritus sancti procedentes mediata, vel immediate. Ideo enim, vel vendi non possunt. Causa .n. & potestas unde procedunt, spiritualis est: ergo & actus ipsi. Et cum pari passu ambulat ius ad actum, siue potestas ad actum, & actus ipse: sicut unum est spirituale, & a spiritu increato fultè causaliter, & originaliter: puta ius id fundatum in aliquo, quod est a spiritu sancto: ut puta in ordine ecclesiastico: ita & actus. His possunt adungi benedictio nuptiarum: con-

secratio ecclesiarum, altarium, calicis, vestitus sacerdotalium, & similia ad sacra pertinentium. Item comitoriorum, virginum, & similia ad divinum cultum applicanda: ut benedictio abbatum: electio clericorum: absolutio a censuris: missio in possessione beneficiorum: renunciatio spiritualium: visitatio, correctio, oratio, predicatio, beneficiorum officio, cura animarum, ingressus monasterij, professio, officium sepulchri, permutatio beneficiorum: praebenda ecclesiastica &c. Et in genere omnes actus, & omnia beneficia annexa clericali ordini. Et sicut illa dicta procedunt de spirituali a spiritu increato: ita potest esse triplex spirituale a spiritu creato. Primo per effectum: ut scientiae philosophicae, quae per studium acquiruntur, & sunt veluti habitus, aut effectus derelicti in aliquo ex doctrinatione praevia. Et possunt sub illis includi omnes habitus humanitus acquisiti, & omnes virtutes morales acquisitae. Spiritualia per causam: quia generant effectum spirituales: ut docere, consilium, indicare, testificari. Quid .n. est doctrinatio, nisi generatio scientiae in alio? In doctrinatione enim duo sunt attendenda: .s. labor docendi, & opera docentis quo ad unum. Et scientia genita in aliquo quo ad secundum. de quibus infra. Dicitur consequenter in definitione. Vel annexum spirituali, correspondet ad praedicta de spirituali in ordine ad spiritum increatum, vel creatum. Pro cuius intellectu notat Alex. p. ii. q. clxxxv. Aliquid dicitur annexum spirituali dupliciter. Vno modo spirituali, quod praecedit ipsum annexum, ut ius recipiendi decimas annectit ordini clericali. Alio modo spirituali, quod sequitur. Ut ius patronatus est annexum spirituali: puta beneficio ecclesiastico: & praesentationi ad idem, quae sequitur tale ius, quod dicitur ius patronatus. Idem fere sentit beatus Thomas. ii. ii. q. c. dicens. Dicitur annexum spirituali, quia in spirituali fundatur: aut quia ex spirituali dependet: & non potest de iure competere nisi spirituali. aut clericali statui. Hoc alij nominant usum praerogative fundamenti. Antecedendo: quia dirigit vel ordinat ad spirituale: quod alij nominant ratione termini. Exempla patent ex dictis. Richard. Durand. Palud.

Triples
spirituale a
spiritu
creato.

In do-
ctrina-
tione
duo la-
bor doc-
cendi, &
opa do-
centis.

idem volunt. Omnia enim annexa spiritualibus secundum eos, aut sunt annexa sacramentis, quae sunt spiritualia per causam sine qua non, in quantum sunt cause effectivae gratiae sacramentalis, quae est spiritibus per effectum: aut sunt annexa spiritualibus officiis: vel iuribus, aut potestatibus, quae conveniunt alicui ex dono spiritus sancti gratis dato: vel officio, aut ordinatione ecclesiae: aut alias modo con simili: antecedenter, concomitanter, consequenter. Antecedenter ad sacramenta, ut termino, ad quem diriguntur, ordinantur, vel disponuntur: ut iura sacra, & consecrata: ornamenta ecclesiastica: ius patronatus, quod est ius praesentandi aliquem ad beneficium, vel officium ecclesiasticum: & potest cadere in laicum: nec potest de iure vendi ex prohibitione ecclesiae. Vasa consecrata spiritualibus antecedenter annexa vendi non debent: nisi prius sint in massam redacta, praesertim calix consecratus. Potest enim in ecclesiae necessitate vendi solum respiciendo materiale, quod est in eo, & non consecrationem: ut propter hoc carius vendatur. xii. q. ii. Aurum. Et est Ambrosius in de officijs. Sic ius patronatus vendi non potest ex prohibitione ecclesiae. Est enim annexum spirituali, ad quod dirigit, & ordinat, puta officium ecclesiasticum, aut beneficium. Nec in feudum dari, sed transit cum re vendita, & comitatur eam. de iure repatronatus. capite De iure. Nec propter ipsum licet nullam carius vendere, aut emere. Nam secundum praedicta pari passu vadunt actus, & ius agendi. ideo sicut officium ecclesiasticum vendi non potest: ita nec ius ordinans ad ipsum. Item accessorium sequitur naturam principalis: sed id vendi non potest: ergo nec accessorium. Possit tamen venditor nullam sibi per expressum ius patronatus reservare: & illud in venditione velle excipere. eo. ti. cap. Ex literis. Concomitanter ut labor corporalis annexus quasi inseparabiliter spiritualibus in sacramentorum administratione, consecratione altarium, ecclesiarum &c. Hic enim labor secundum Richard. locari potest, si minister non tenetur alias ad exe-

cutionem illorum officiorum: sicut patet secundum Palud. in clerico legente psalterium pro defuncto &c. Secundum Palud. & Duran. labor, qui est in administrando sacramenta, non potest vendi, nec unquam cadit sub empione labor operantis: sed opus ipsum operatum: etiam in pure corporalibus. Quis enim unquam emerit laborem operantis (inquit) nisi propter fructum operis? Nullus. Hinc secundum eosdem, & Sco. in Quodlibet. ridiculum est dicere: quod ministri possint suum laborem vendere. cum opus ipsum vendi non potest. Dicitur quandoque (licet improprie) sacerdos locare operas suas. cuius sensus est. id est locat personam suam vel corpus suum ad operas ipsas impendendas. Hoc modo locatio personae dicitur locatio operarum non quod opere locentur: sed persona locat. Sicut locat quis alteri ius percipiendi fructus beneficiale, qui sunt intrinsecè quid temporale, & perceptionem decimarum. In locatione dominium rei locata non transit in conductorem, sed manet apud locatorem. Ideo licet vendere ius decimarum sit simoniacum: sed non locare ius decimarum. Primum prohibet ecclesia, non secundum. Et ideo licet locatio sit contractus non gratuitus: tamen in proposito dicitur gratuitus, quia excludit precium: sed non sustentationis stipendium. Recipit enim sacerdos sustentationis stipendium: sed non precium pro operis. Hinc nec vendit laborem, nec actus suos sacerdotales. Spirituale enim gratis sine precio debet concedi: & non pro mercede locari. Cum ergo minister sacramentorum aliquid recipit: recipit id titulo iustae sustentationis, non ut precium operis, vel laboris. Ex illo sequitur. Sicut principium illorum actuum est spirituale, & similiter finis eorundem: puta gratia: quorum neutrum potest vendi: ita nec labor, nec opus laboris. Consequenter ut perceptio decimarum, hoc est ius ecclesiasticum levandi decimas: item beneficium ecclesiasticum. Dicitur notanter ius ecclesiasticum propter ius laicale decimarum laicalium: seu ius vassalicum potens cadere in laicum: ut praebenda lai-

cales in hospitalibus, ecclesijs, monasterijs, potentes cadere in laicum, & precio comparabiles. Tale enim ius non habet se consequenter ad spirituale, nec conficitur statum ecclesiasticum, uel clericalem. Sic consequenter se habent ad spiritualia officia consequentia ad sacramenta, quae quis recipit. Sic si in certo collegio sunt determinata officia ministrandi & dispensandi temporalia: aut cathedra di, uel legendi: quae de iure, aut consuetudine solis personis ecclesiasticis solent conferri, dicuntur se habere consequenter ad spiritualia, & esse eis annexa. Sic recipere, & ius recipiendi oblationes, & primitias, se habent consequenter ad spiritualia, & dicuntur eis annexa: & possunt dici annexa spirituali tanquam suo fundamento, & titulo, in quo ius id fundatur: puta beneficium, & officium ecclesiasticum. In patronatus tanquam termino, ad quem dirigit, & praesentat: sicut beneficium ecclesiasticum, aut officium.

¶ Secundo notandum. Licet illa simoniae definitio multis non placet ex eo, quod non additur opere suscepto: intelligunt. n. ipsi de simonia, quae corrigitur ab ecclesia: & ut procedit in opus ad extra: non curando de simonia occulta soli deo cognita: attamen philosophice, & theologice loquendo cum omnis definitio bona debet conuenire omni contento sub definito, & simonia mentalis est uere simonia apud deum perpetuis igne, & sulphure punienda, nisi sequatur penitentia: potest dici definitionem priorem non esse malam. Anno secundum Gerson in floribus: simonia notificata ut supra, est de genere mortalis, plus uel minus, proprie uel improprie, iuxta naturam eius, quod dicitur spirituale. Nam etsi quaedam res dicatur deo sint uere temporales, attamen licet sint temporales, quia dicuntur sunt ecclesiae, dicuntur quaedam spiritualia. Hoc autem solum est de iure positio ecclesiae: ex quo & non alias recipiunt nomen simonia. ¶ Ut clarior fiat res ipsa, Simonia accipitur multipliciter. Quandoque largi: ut dicit uoluntatem liberam emendi, uel vendendi spirituale, uel spirituali annexum, siue uolun-

Not. 2.
C

Simonia accipitur multipliciter.

tas illa progrediatur in actum exteriorum, siue non, siue etiam interueniat pactum, aut conuentio, seu promissio dandi, aut exactio rei temporalis pro spirituali siue non. & haec acceptio conuenit omni simoniae. Strictè accipitur, ut est collatio effectualis non gratuita temporalium pro spirituali non interueniente pacto. Exemplum. a. dat aliquod temporale non exactus, & sine pactione praui ipsi b. ob hoc praecise, ut ab eo recipiat ordines: & ne repellatur ab eo, seu pro re consimili, finaliter, & principaliter. Et b. praecise eodem animo, & intentione recipit ut praemium. Vel forte b. noluit in animo suo ordinare a. nisi leuaret, aut speraret ab eo temporalia pro suis operibus. hic est simonia. Et potest dici mentalis, non pactionalis. Simonia mentalis accipitur dupliciter. Quandoque mentalis distinguitur contra exteriorum, & effectualem, quae procedit in operis exterioris executione. & sic mentalis est, quae non est effectualis, seu quae non deducitur ad extra in actum exteriorum. Quandoque mentalis dicitur, quae non est pactionalis, siue conuentionalis: licet procedat ad extra. Prima potest dici pure mentalis. Secunda mentalis, non pactionalis: eo quod non interuenit pactione. ¶ Notat quidam in tractatu suo de simonia prope finem par. iiii. de poena, & poenitentia simoniacorum: quod conuentionalis dicitur non solum si conuentio, aut pactione temporalium interueniat ad sacramenta: sed etiam si interuenierit exactio. Pura sacerdos non uult sacramentum dare, nisi detur pecunia. Talis simonia (dicit) si est manifesta, inducit irregularitatem: etsi conuincatur in iudicio, infamiam. Depo- nitur enim talis, uel beneficium priuatur. cap. De hoc. cap. In sinuatum. cap. Ex diligenti. & ibi de infamia cap. Diligentius si lius. cap. Sicut pro certo. cum multis alijs de simonia. Si uero est simonia occulta, est grauissimum crimen, quod pro sui uera poenitentia requirit restitutionem perceptorum temporalium, post que, perfecta poenitentia, potest in officio ministrare. Quod autem docto. tenet, simoniacum (in beneficio) occultum non esse suspen-

Simonia mentalis duplex.

Simonia occulta quae.

sum, mutatum est per extraneam Mar- tini quinti. Eugenij iiii. Pij. ii. &c. Hi. n. pontifices occulte simoniacum in ordine, aut beneficio declarant suspensum, & excommunicatum. Sed illa declaratio non extenditur ad alios simoniacos, circa quos nihil innouatum esse uidetur. haec ille. ¶ Dicitur simonia occulta, de qua non constat per sententiam, uel confessionem in iure factam, aut per rei euidenciam, quae nulla posset tergiversatione celari, ut habent Summistae. Et per contrarium simonia manifesta, uel notoria dicitur, de qua constat, uel per sententiam, uel confessionem in iure factam, uel rei euidenciam. ¶ Strictissime sumitur simonia, ut ultra illam effectualem, non gratuitam conuentionem temporalem pro spirituali etiam interuenit pactione, promissio, uel obligatio. Et illa dicitur pactionalis, uel conuentionalis: cum quis ex pacto uel ex actu praecise dat cum effectu temporale pro spirituali. Videtur enim talis exactio rigida, & absoluta pactionem includere. cap. Ex tua. de simonia. de eo, qui noluit sacerdotem praesentare &c. nisi daret. vi. solid. ¶ Addit Panor. aliam speciem simoniae, quam dicit quasi conuentionalem, ubi scilicet nescitur, an id donum temporale datum pro spirituali sit libere dono datum: & ut tale receptum praecise: uel an sit alias illicitè datum, & simoniace. cap. Et si quaestiones de simonia. Pro cuius consideratione dicit occultum esse habendum ad qualitatem personae dantis, & recipientis. Nam facilius praesumitur de liberalitate, & donatione cum a diuite sit pauperi, quae contra. Item ad quantitatem muneris. Nemo enim praesumitur suum iactare, & libere conferre, quae sunt magnae importanciae. Item ad tempus donationis: an in necessitate, uel extra. Non enim praesumitur quis dare multa necessitate non postulante. ut supra. cap. Et si quaestiones. Et istam simoniam sic strictissime sumptam quidam nominant simoniam secundum modum, & rem simul: quia interuenit pactum, & effectuale datio. Si uero non interuenit pactum: exit tamen datio in opus extra, dicunt

secundum rem, non secundum modum: eo quod non interuenit pactum. Si uero utrumque extremum alicuius commutationis spiritualis pro spirituali esse spirituale: dicunt esse secundum modum tantum: ut cum duo commutatur sua beneficia sine licentia superioris, & auctoritate propria. Et si placet idem tenere de exactione, quod de pactione secundum hoc extendatur nunc dicta, & interpretentur. ¶ Tertio notandum est circa illam praepositionem pro, quae accipitur multis modis. Primo, ut dicit appreciationem: ut scilicet suum casuale sit precium condignum alterius: & sit ibi adaequatio valoris unius ad alterum. Exemplum, do tibi decem Florenos pro equo. Qui sic dat, recipit, uel expectat corde, ore, uel opere: aut etiam cum pactione, exactione, promissione &c. aut sine expressa pactione, uel exactione spirituale pro temporali, quasi unum sit rationale, & adaequatum precium alterius: licet etiam hoc non teneat: est simoniace, aut Giuziata. Et secundum Gerson in floribus potest fieri corde, ore, aut opere. Et haec tria oportet esse in simonia generaliter loquendo: scilicet temporale, & spirituale, uel spirituali annexum, & commutationem non gratuitam unius pro reliquo. Et hoc est vendere, uel emere spirituale largi in talismodi non gratuita commutatione unum pro alio recipere, uel expectare, uel in alium de iure, aut facto transferre &c. ¶ Secundo modo accipitur: ut dicit causam principalem, & finalem mouentem ad opus: & sine qua praecise opus non fieret. Sic dare, aut facere spirituale pro temporali uicinate, & finaliter propter comodum temporale datum, aut dandum, aut exactum praui avaritiae affectione &c. simoniaceum est. quia non gratuito datur: sed in animo sit commutatio non gratuita huius pro illo. Sic dare rem pecunia aestimabilem pro spirituali praecise, & finaliter turpe est. De hoc San. Thomas Quodlibeto. viii. quaest. xi. querit de ituro ad ecclesiam propter distributiones temporales. Si ille distributiones temporales ponantur principalis finis ingressus in ec-

Not. 3
D
Interpretatio quod simonia multis accipitur modis.

2

clesiam, simonia est. Sic de celebrante propter pecuniam finaliter, & principali- ter. Si autem non sunt finis principalis: sed deus ipse finis est, cui ut seruire possit, sustentationem recipit necessariam, sic non est simonia. Et hoc modo acceptio distributionum non est præcisè causa, quare intrat ecclesiam: sed est causa, quare protic ingreditur, & nõ alia vice.

3 ¶ Tertio modo accipitur: nõ ut dicit causam finale, & principale: sed solũ ut dicit causam allicientem, trahentem, persuadentem ad donandum aliquid liberè intuitu beneficii suscepti, vel suscipiendi siue ante, siue post fiat, sublato pusillorum scandalo, & specie mala, unde sumi posset suspitio simoniaca. Sic relicta, & permilla sunt, & assignata nonnunquam temporalia præganis, & infidelibus ut convertantur ad fidem: ut uisa fidelium beneuolentia, & salutis eorundem cupiditate conuertere studeant. Sic cum Iudæis fieri posset: quia ecclesia relinqueret eis (& eos de hoc certiores redderet) temporalia uage restituenda. Si. n. uaga restitutio potest alijs applicari: quare non eis, ut conuertantur, dimittit? Sic secundum Alex. par. ij. q. clxxxvi. mem. j. art. iiii. dantur elemosinæ pauperibus, & religiosis, ut prouocentur in amicitiam spiritualem oraturi deum pro benefactoribus. Lucæ. xvi. Facite uobis amicos &c. Sic ea. Et si quæstione. §. Quod autem. de simonia. admittit aliquid modici precij ordinari dari. sic prædicat aliquis secundu eundem: aut celebrat: ut moueat alios ad opera pietatis nõ ut precij le. ne. ex. plo

4 Pauli apostoli. j. Corin. ultimo. ¶ Quarto ut dicit stipendationem, siue iustam ministri sustentationem. sic prædicator non vendit operas suas, sed gratis prædicat expectans sustentationem a subditis: dato, quia nollit prædicare, si non daretur stipendium: quia ad hoc non tenetur. Sic dantur sacerdoti beneficia: ut officium suum gratis exoluere possit. Math. x. Dignus est. n. operarius mercede sua. Lu. x. & secundum apostolum. Qui altario seruit, de altario uiuet. Nec magnum est, si seminans spiritualia metat temporalia. j. Corin. ix. Hoc titulo, quod dicitur iusta ministri sustentatio secundum Ger-

son. lect. iiii. de uita spirituali anima: omnis moderata receptio temporalium pro spiritualibus saluari potest secundum Durand. quæst. iiii. dist. præsentis. Idem in floribus. Sustentationem suam moderatam (in temporalibus aliunde non habens) si quis expectat ex opere spirituali, non incurrit ex hoc simoniam: quia iure diuino dignus est operari mercede sua. Ad idem tract. de simonia propositione viij. & ix. ¶ Quinto dicit punishmentem. Sic dat quis temporalia pro absolutione: non ut precium absolutionis: sed in pœnam correctionis. Tenetur tamen secundum Richard. recipiens vitare scandalum, ne magis uideatur intendere aurtitiam, quã delinquentis correctionem.

¶ Sexto, ut dicit quandam præmittionem gratuitam ad meritum præcedens. Sic temporale datur pro spirituali ratione pietatis: ut supra in tertio modo. Sic ait Daniel. cap. 4. Peccata tua elemosynis redime. Redimere ibi capitur non pro emptione ciuili: sed metaphorice: nec elemosyna sumitur pro re temporali præcisè, sed dicit meritum actionem, quæ est quoddam spirituale consistens in elemosinæ largitione. Sic dantur indulgentiæ pro pecuniis, quibus nonnunquam ecclesia opus habet: ut gratis perceptis indulgentiis auimentur ad dandum temporalia pro spiritualibus: vel in proposito non ut pro precio, sed ratione actus, quem quis facit, meretur hoc sibi dari gratis: tamen indulgentias non fuisset consequutus nõ faciendo id, propter quod dantur pro tunc. Sic dicunt sancti apostolos mercatos fuisse regnum cælorum suorum expropriatione. Et dicitur regnum cælorum emi, mereri, metaphorice. Et possent acceptiones includi in. iiii. ¶ Septimo: dicit vexationis iniustæ redemptionem: sed ille factis includitur in primo ratione appæciationis. Cum enim cessatio vexationis iniustæ est quid æstimabile precio, potest habere rationem mercis appæciabilis: & sic reducitur ad primum modum. Exemplum. Sacerdos meus non uult mihi dare sacramentum, ut tenetur do sibi temporale: non ut emam spirituale: sed ut

iniustam uexationem redimã. Non ergo emitur actus sacerdotis. Si enim liceret eum emere, liceret & uendere: & sic posset uendere actus, & labores suos. Ad hoc est Person in flo. & in tract. de Simonia in responsis ad sextam rationem. Et Palud. q. v. ar. ii. cum inquit. Sicut licet iure ciuili sanguinem suum redimere, sic iure canonico uexationem; quod fit: quando homo dat pecuniam, non ut ius aliquod sibi acquirit de nouo: sed ne ius sibi debitum, & iã iure quæsitum iniuste impediatur. ¶ Octauo: secundum aliquos: ut dicat reuerentiam, seu consuetudinem obseruari solitam. Sic dicitur pecunia dari pro sacramento, propter reuerentiam sacramenti: & quia sic habet consuetudo gratitudinis uice, ut detur temporale aliquod ministro spiritualium, & hoc non prohibent iura, cum dicunt: quod nihil debeat recipi. Verum est in ratione precij: cessante pactione. cap. Ad apostolicam. de simonia. sed seruari iubent consuetudinem. ¶ Nono inuenitur accipi, ut dicit adminiculationem: ut gratia exempli, a. debens legere missam primam, dicit ad b. legas tu missam meam, ego legam tuam. Et secundum Richard. dist. præsentis. art. ij. q. j. dicit quidam. Baptizo te, ut baptizes me, est simoniacum. sic enim spirituale non datur gratis. Posset autem dici pactio gratuita non ciuilis: & pia intentio factum excusare potest. San. Tho. dicit primum casum esse uitiosum, si interuenit pactum. Angelus uerò dicit nõ esse illicitum, cum ly pro denotat adminiculationem. Est enim retributio gratuita, & ly pro non dicit appæciationem. sed sic forte accipiunt doct. casum inculpantes. ¶ Quarto notandum. Valde refert dare spirituale pro temporali nõ iam habito: sed quandoq; consequendo a dante spirituale: & dare spirituale pro temporali iam habito, & præexistente. Requiritur enim ad rationem simoniæ, cum fundatur in ratione contractus emptionis, aut uenditionis secundum San. Tho. ii. q. c. ar. v. q. commodum temporale, uel munus aliquod retributionis expectetur: quasi quandoq; habendum pro concessione spiritualium, uel eis annexorũ.

Not. 4.
E
Valde
refert
dare spi-
rituale
pro tempo-
rali non
iã habi-
to.

Hinc episcopus concedens præbendam suo consanguineo præcisè propter consanguinitatem, non expectat aliquo temporali lucro, non incurrit simoniam etiam capiendo, propter ut dicit causam principalem motiuam. Et ratio est: quia mouens ad collationem præexistit collatione: & ita non emitur, uel uenditur: quia in omni uenditione res uendita transfertur de iure, aut facto in aliu: sed id temporale ratione cuius spirituale concessit, prius habet, & haberet sine illa collatione præcedente. Ad hoc facit. j. q. iij. cap. Non solum. ubi ostenditur: quod nõ est simonia; nisi ubi commodum temporale, uel minus retributum concessionis spiritualium, uel eis annexorum interuenit. Ad idem cap. Peruenit. & j. q. j. cap. Quibusdã in glos. innuitur: quod in simonia debet interuenire munus, uel commodum applicandum re, uel specie uendenti. Hinc cum nude preces præcisè nihil dant, nec sunt aliquod munus conferendum in commodum alterius, non inducunt simoniam. Ad idem Alex. par. ii. q. clxxxvii. memb. iiii. ar. ii. §. vi. dicens: Gratis datur, quod pro nullo precio habendum datur. Et infra. Gratis dedit: quia non intuitu precij, quod recipiat, dedit, qui tantum propter consanguinitatem dedit. Et iterum. Cũ spirituale amore pecuniæ alicui confertur, intentio est; quod aliquid transeat ad ipsum conferentem aliquo modo ab eo, cui confertur. Hinc concludit Alex. quod conferre alicui spirituale amore carnis, non inducit simoniam: quia tunc nihil confertur danti spirituale: nec aliquid ab eo accipitur. Nisi hoc dictum ad sensum turpem retorqueatur: intelligedo per carnem nõ amicitiam, & consanguinitatem carnalem: sed comixtionem turpẽ &c. unde sequitur. Affinitas. Nec obstat c. Nemo presbyterorũ. de simonia: quia ut habet textus; is, qui respectu consanguinitatis peccati manifestãdũ epõ noluit manifestare, sed celare: hoc fecit propter emolumentũ, & xenium, quod recepit: & ita fuit ibi comixtio spũalis pro tpali precio. Præterea (ut uidetur) si ego olim multa bona feci plato alicui nõ propter uelle cõsequi aliqũd spũale ab eo: sed ex mera liberalitate, & amicitia,

nihil protic cogitando de refusione cuiuscunque doni: nunc uero uolens habere beneficium ecclesiasticum, allego coram eo id beneficium preteritum, ut principale motiuum praelati ad conferendum mihi spirituale propter temporale olim exhibitum: non incurro simoniam ex hoc: quia non possum ipsum allegare, ut precium seu commodum nunc conferendum pro illo spirituali, uel nunc consequendum a collatore. Hinc ubi supra, me. iiii. ar. ii. §. vi. concludit Alexan. Licet detur spirituale, uel annexum pro re temporalis tanquam pro fine, uel motiuo, non est simonia: si non datur tanquam pro precio consequendo, uel habendo: sed est aliud genus peccati: scilicet acceptio per sonarum, uel simile quid. Necessesse est ergo: quod temporale aliquando habendum saltem aptitudine detur in ratione precij pro spirituali, uel econtra, si debet esse uera simonia. ¶ Quinto notandum secundum Gerson in tract. de directione cordis, cōsidera. 3. 1. & de simonia proprie finē, post Petru de Altiaco, quod in administratione, uel receptione temporalium pro spirituali, uel econtra: ualde utilis, & necessaria est cordis directio. Nam sepe numero si quis recte suam formaret intentionē, & cordis directionem in dando, & recipiendo temporale pro spirituali, uel econtra, euaderet simonię labē, quā alias incurrit. Preterea tam multi uidentur esse textus contra multorum doctorum, & de. m. timentium diuinitam practicant; quod nisi inueniatur exitus aliquis per cordis rectificationem, uix inuenitur, qui ab hac labe immunis euadat. ¶ Contingit autē in dando temporale pro spirituali, uel in expectando temporale commodum pro spirituali, quadruplicem haberi intuitū, uel respectum. ¶ Primo potest intuitus ferri ad temporale commodum tanquam ad precij rei spiritualis quasi sit adęquatio ualoris unius rei ad alteram: sicut est in emptione, & uenditione simili; ubi datur pecunia pro merce: quasi rationale eius precij. Et hoc dupliciter. Vel ex deprauatione iudicij intellectus; ita quod intellectus credat assentiendo hoc temporale commodum uere posse esse precij rei spiritua-

or. N. 5. F
In administratione temporalium pro spirituali ualde utilis cordis directio

Quadruplex intuitus in expectando temporale pro spirituali.

lis etiam adiecta pertinacia sic creditur: ita quod sit uere error pertinax, & in intellectu practico, & speculatiuo simul. Vel secundum: licet non credat spirituale posse uel debere licite pecunia comparari: tamen uult simpliciter, & finaliter habere temporale commodum pro spirituali quasi mercedem quandam, alias non daturus spirituale: ita quod sit error in intellectu practico tantum, & receptio comodi temporalis sit precisa, & principalis causa dationis, seu etiam expectationis rei spiritualis. ¶ Secundo contingit intuitum ferri ad commodum temporale tanquam ad motiuum precij, & principale dandi spiritualis: ita quod commodum temporale sit finis principalis, & ultimus dandi spiritualis: in quo sicut intuitus spiritualia conferentis. Et ille intuitus potest procedere ex sola deprauatione affectus per auaritiam remanente iudicio recto intellectus speculatiui: uel potest uti super & intellectus, & affectus esse uere, & omnino deprauatus: ut ex intellectu deprauatione uere sequitur heresis inuncta pertinacia, & error in fide. ¶ Tertio contingit intuitum tanquam ad motiuum minus principalem, uel ad finem subordinatum fini ultimo, & principali. Et tunc secundum doctrinam philosophi, hi duo fines habentur tanquam unus: cum unus est propter alterum, & minus principalis propter principalem. ¶ Quarto contingit intuitum commodi temporalis ferri tanquam ad rem debitam de iure naturali, & diuino: uel ut habeatur iusta sustentatio ministri iuxta doctrinam Christi, & apostoli, sumptam nunc ex lege nature, nunc scripture. Aut enim. Dignus est operarius mercede sua. Luc. x. & Mat. thei. x. Cibo suo. ubi Christus determinat, que sunt de iure beneficii respectu officij, & multa similia. j. Corinth. ix. ubi dicit; dominum ordinasse ut de euangelio uiuat, qui euangelium annunciat. Et cum altario participant, qui altario deserviunt &c. ¶ Constat; quod primus intuitus, & secundus sunt uere simoniaci de iure diuino: & includuntur in prima, & secunda acceptione lib. pre. nota. tertio. Et si utrobique concurrat error intellectus

specu

speculatiui, & spiritualia sic possint de facto & de iure emi, quo ad primum, aut quo ad secundum, quod liceat sic de iure pro spirituali recipere temporale; quod datio spiritualium possit recte recusari nisi detur temporalis: est error manifestus, & heresis proprie dicta accedere principia: & sic agentes re secuta habendi sunt tanquam heretici pertinaces. Hinc frequenter simonia heresis dicitur: quia omnis simoniacus est uere, uel interpretatur hereticus. Verē, in casu nunc dicto. Interpretatur, cum non posito errore speculatiuo nihilominus non uult dare spirituale nisi habito commodum temporalis. Videtur enim quasi uendere spirituale huiusmodi posita intentione praua, & erronea practice: et si non speculatiue. Hinc omnis simoniacus potest haberi suspectus in fide presumptione iuris, uel operis. Tertius uero, & quartus intuitus possunt fieri sine omni peccato laudabiliter, & meritorie: dum tamen apostolica obseruetur doctrina, qua dicitur ab omni specie mala abstinere uos. ut si non exerceatur spiritualia, uel administrantur, nisi prius percepto commodum temporali. Si turpiter, & scandalo se extorqueantur, uel exigantur temporalia. Si a paupere. Si tempore necessitatis. Si in excessiua quantitate: & cum auaritie nota. In his etenim, & similibus casibus, quorum aliqui habentur ca. Et si questiones, de simonia, ad minus dubitari potest de intentione dantis, uel recipientis, rationabiliter haberi suspitio de simonia ca prauitate, tam presumptione iuris, quod facti. immo secundum Gerson sic agentes possent tanquam tales iudicialiter euocari. Ex illo sequitur: quod simoniaca labe sepe penumero uitari potest per rectificationem intentionis, desiderando scilicet uel accipiēdo temporalia: non ut precium spiritualium quo ad primum: nec ut cupiditatis, & auaritie nutrimentum, quo ad secundum intuitum: sed ut necessariz, & debite sustentationis corporalis adiuuamentum. ubi tamen concurrat quedam apparens factio: ut do, si des, uel do, ut des, ut do beneficium, ut des officium. Beneficium namque dari dicitur propter officium. hoc est ius recipiendi sustentationem ui-

te corporali concedentem datur alicui propter obligationem ad exercitium aliquod impendendum alteri pro consecutione felicitatis eterne: seu etiam pro illo exercitio, quod sit gratis ad utilitatem spiritualem alterius ut saluetur, & non damnetur. Primum dicitur beneficium ecclesiasticum: sumendo nomen pro iure beneficii. Secundum officium ecclesiasticum. Si quidem illę dationes conditionales, & causales: ut si propter, pro, &c. non dicunt necessariō appreciationem, uel causam principalem: sed etiam consecutiuam, & minus principalem; seu motiuam, uel administratiuam ut supra. Sic diligitur deus propter retributionem, ut retributio sit finis sub fine. Caucaut autē quilibet, ne meriatur iniquitas sibi. Nisi ita dicatur, uidentur ferē omnes sacerdotes, & religiosi esse in periculo constituti, ac etiam laici. Quomodo. n. poterūt institui beneficia, uel officia ecclesiastica: nisi interueniat largio noie cōuentio que dam, & pactio? Quis assumitur ad predicandum, uel legendum, nisi prius audito ualore stipendij, onerū qualitate &c. Quomodo conducitur socij diuinorum, quomodo ordinantur anniuersaria, & similia multa, sine conuentione seu pactioe? quāuis ut quidam loquuntur, illę fiāt sup temporalibus, & non spiritualibus, quod utique omnino gratis dantur. Rich. in iij. uult saluare plebeos de illa re illa loquentes & tractantes: quasi uere liceat pacisci, & conuentionem facere, ut in temporalibus. Ad idem Gerson in tract. de simonia consideratione. iij. ubi ponitur multa, quę licet possent fieri recta intentione, tamen modus agendi scandalizat. Nam uidetur fieri pactio de spiritualibus, & temporalibus. Quantum ergo fieri potest, uirtanda est species mali per boni speciem opposita: quia non est nostrum scandalis omnibus acceptis occurrere. Hęc ille. Nec est illa consequentia necessaria: hic recipit stipendium, uel beneficium propter officium: ergo non gratis impendit spirituale exercitium sed econtra bene sequitur: quia hic gratis impendit spirituale officium, uel exercitium: ergo recipit beneficium, uel sustentationis stipendium.

Gab. Biel. G†

G Quantū ad articulum secundum collationem & disputatiōem solū sunt aliquot propositiones. ¶ Prima Deliberatē; & ex animo intendēs dare, aut recipere, exigere, aut exactus reddere, seu remittere temporale pro spirituali, & e contra: primo, uel secundo intuitu: siue capiēdo ly pro primo aut secundo modo: siue ponatur error in iudicio intellectus practici, & speculatiui simul: siue practici tñ: cum affectus deprauatione mentalem, & execrandam committit corā deo simoniā ab ipso grauiter puniendā. Hęc propositio claret ex primo notabili, & ex tertio, & quarto: & alijs. Et act. viij. cum Simon magus ait apostolis. Date & mihi hanc potestatem, ut cuiuscūq; inposuero manus, accipiat spiritum sanctū: ait Petrus ad eum. Pecunia tua tecum sit in perditionem, cor tuum nō est rectum coram deo: pœnitentiā itaq; age pro hac nequitia tua: & roga deum, si forte remittat tibi hęc cogitatio cordis tui. ¶ Secunda propositio. deliberatē dans, uel recipiens, exigēs aut exactus reddens temporale pro spirituali, uel e contra primo, uel secundo modo: ut supra: siue etiam interueniat pactum siue non, execrandam committit simoniā diuino, & humano iure ueritatē. De iure diuino Matth. x. ubi Christus ordinauit spiritualia gratis accepta gratis dari debere, & prohibuit uenditionem omnium actuum spiritualium. Et iij. Regum. v. percussit Giezi seruum Helisei: quē recepit munera a Naaman leproso, quē dominus ei⁹ curauit a lepra: hinc lepra Naamā ei⁹ adhæsit: & factus est leprosus, sicut nix. Item. iij. Reg. xij. Euerit deus domum Hieroboam, & deleuit de superficie terre. Nā secundum Nicolaū de Lyra ibidē. Hieroboam uendebat sacerdotium: & ideo qui implebat manum ipsius, plus. s. dando aut maius precii sibi offerendo, hic obtinebat sacerdotium: & ita fuit simoniacus pactionalis saltē implicite. Item Micheæ iij. dicitur. Principes eius in muneribus iudicabant: & sacerdotes eius in mercede docebant: & propheta eius in pecunia diuinabāt &c. & sequitur. Propter hoc causa uestri Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem qua-

si acernus lapidum erit, & mōs templi in excelsa syluarum. Ecce quātum malum pœnæ minatur dominus se facturum propter peccatum simonię. Quia etiā prohibita sit iure humano, patet per totū de simonia & j. q. j. fere per totum. Item in extrauagāte Marti. v. & Eugenij. iij. Et Paulus secundus expōsit dicit simoniam dānatā diuino, & humano iure in extrauagan. Quia autē in precedenti conclusione dictū est de simonia mentali: qd sit execranda coram deo, & ab eo puniendā: In presentē uerō conclusione id omittitur ratio est. Nam secundum beatū Thom. ij. ij. q. c. ar. vj. licet quo ad deum sola uoluntas faciat simoniacum, attamen quo ad pœnā ecclesiasticā exteriorē nō punitur, ut simoniacus ut renūciare teneatur: sed debet de mala intentione pœnitere. Istud dictū indeterminatē, & idē dicitur procedit de mentali simonia: siue sit diuino, aut humano iure prohibita. Et idem uidetur esse quo ad rationē peccati prauitatis uoluntatis, siue sit de simonia de lege diuina, siue hūana prohibita. An tōminus par. ij. ti. ca. iij. §. j. post enumerationem multorum spiritualiū, de quibus in definitionis explanatione aliquid tactum fuit, tripartitum ponit dictum. Primum, exigere, uel exactum soluere, aut promittere, aut pacisci pro aliquo predictorum spiritualium consequendo pro pecunia seu re q. precio estimari potest, alias ipsum spirituale habere nō potest, est expressa simonia per ecclesiam puniendā. j. q. ij. a. Quā pio. ubi dicitur. Cesset omnis pactio: cesset omnis cōuentio. Secundum dictū. Et si sine pactioe uel exactioe expressa quis confert spirituale propter hoc præcisē, & principaliter ut recipiat temporale: ut cum quis audit confessionem, qui sperat firmiter se habiturum pecuniam: sic si dat temporale præcisē propter spirituale etiam sine pactioe, & conuentione: ut terq; mentalem committit simoniam: licet transferit in opus, re secuta: sed nullam incurrit ecclesiasticam censuram. c. finali de simonia. ideo pœnitentiā tolli potest licet sit mortale, & graue peccatum. Tertium dictum. ubi uerō nulla sit

Prohibita est si-
monia
iure di-
uino, &
humano,
no.

pactio uel conuentio, nec principalis intentio dirigitur ad temporale consequendum, uel recipiendum, sed spirituale datur gratis, & pecunia recipit ut liberale donum pro sustentatione necessaria ministri, pro honore, & ruerentia sacramenti, aut obseruantia laudabilis consuetudinis, nulla incurritur ceteris paribus simonia. Hęc ille. Ex quo dicta etiā illa patet clausula adiecta in propositione: Siue interueniat, siue non interueniat pactum. ubi enim interuenit pactum, ibi inducitur obligatio, & ex consequente spirituale non liberē confertur: quod liberē conferendum est ordinatione diuina, & ecclesie. Ad hoc ualēt notabili. ij. de mentali pactionali, uel non pactionali. Et qm mentalis dicitur pactionalis. ¶ Sed diceret aliquis. in canone allegato Quā pio. solum sit mētio de conuentione, & pactioe. Quid de exactioe? An licet exigere pecunias, uel temporale precio estimabile ab his quibus licitum est dare temporale pro spirituali, & eodem modo siue intentione quib⁹ licitū est aliquid pro spirituali dare, uel datum liberaliter recipere? Quod nō uidetur ex notabili. ij. ubi secundū aliquos exactio sufficit ad cōuentionalem: & si est manifesta inducit irregularitatem &c. ergo uideat q. exactio faciat de mentali pactionalē siue conuentionalem ab ecclesia puniendam. Ad hoc cap. Non satis. ca. Cum in ecclesia. cap. Ea. quæ. cap. Ad apostolicā. de simonia. Item. j. q. ij. in multis ca. ¶ In oppositum: q. licet exigere quod licet recipere est beatus Tho. ij. ij. q. c. artic. ij. cum inquit. Si uerō exigantur quasi quædam stipendia per consuetudinem approbatam, non est simoniacū si intentio fuerit recta. nam (ut uidetur) nihil impedit de per se exigere temporale pro spirituali ceteris parib⁹. Nam posita exactioe alieuius temporalis: ita liberē post exactioem potest quis dare ipsum sicut ante: & forte etiam non posita exactioe quacūq;, nihilominus daturus fuit temporale vice gratitudinis, & amicitialis remunerationis prouocatus per dationem rei spiritualis. Præsertim capiēdo ly exigere: ut nō dicit nisi simplicem, &

planam rei temporalis postulationem, & non extorsionem quandā pecuniarum cū scandalosa spiritualiū subtractione, & denegatione, etiā ab inuitis, ac nolentibus, aut nō ualentibus ex penuria dare quicquā tēpore administrationis spiritualium, uel sacramentorum. Si quidem posita uetusta consuetudine dandi aliquid temporale, cum ministratur spiritualia, non uidetur is esse simoniacus ceteris paribus, qui simpliciter uerbo petit consuetudinem laudabilem obseruari, siue per se ipsum, siue per alium monentem alios ad dandum stipendium debitum, uel alias munus consuetudinarium, & uoluntariū ministro spiritualium. Et quid faciūt speciosa uerba? Quid refert, si sit monitio, ut detur, & si simpliciter dari rogatur, & petitur, siue per se, siue per alium? Hinc S. Thom. ubi supra. ar. ij. ait: q. licet dare, & accipere temporale pro sustentatione ministri secundum ordinationem ecclesie, & consuetudinem approbatam, posita sinceritate intentionis: dum ab inuitis nō exigantur per spiritualium exhibēdo sum subtractionē. Istud. n. habet speciem mali. Gratis uerō sine precio spiritualibus prius exhibitis licitē possunt alij prouentus exigere a nolentibus, & ualentibus soluere auctoritate superioris interueniente. Sic sacerdos curat⁹ redargit populum, & denunciat ei scelera sua commissa, uel committenda: si non rectē soluat decimas. Item exigit mortuaria, Canonica portionem, oblationes altaris ordinarias, & similia sibi iure, uel cōsuetudine debita. Sic beneficiatus exigit fructus sui beneficii etiā corā iudice seculari. ¶ Dictum est notanter: q. de per se nihil uidetur impedire, exigere tēporale sibi de iure, uel cōsuetudine debitū in spirituali administratione. Nam per accidēs inducit malā speciem emptionis, uel uenditionis spiritualium; quasi non gratis conferatur, quam forte tollere posset, q. tēporale exigit, uel recipit, aut dat, promittendo palam, & expresse: q. nō det inuitis, & nolens ad alteri⁹ exactioe, uel extorsionem: q. q. nullaten⁹ sic dare uellet, si constaret aliū id uel nō posse iure recipere, uel petere. Is deniq; q. recipit hoc,

Vetusta
consuetudo
dā
di aliq. d
tēporale
cum spi
ritualia
ministrā
tur non
est simo
nia.

H
Exigere
tempo
rale sibi
debitum
ex con
suetudi
ne nihil
uidetur
impedi
re.

perit ueluti consuetudinarium, aut stipendium debitum. Sicut in simili omnis pactio, & conuentio est prohibita in spiritualibus. Verum est illicita, & inhonestat: ut habet glos. in allegato. cap. Quia pio. j. q. xij. cum multis allegationibus. Quia enim multe sint permissæ pactiones, & conuentiones, non est, qui nesciat: in curatoribus, in adiutoribus diuinorum, in concionatoribus, in doctoribus, & legentibus in anniuersarijs &c. Hinc in ca. Ad apostolicam, & c. Sna nobis. de simonia. dicitur. Ne clerici exigant, uel extorqueant aliquid pro exequijs mortuorum, uel benedictionibus nubetium. Si tamen est laudabilis consuetudo aliquid dandi, cum sacramenta gratis conferantur, posunt ad hoc superioris mandato compelli. Non ante dicit exigant, uel extorqueant. Et in cap. Non satis. prohibetur ne ulla precij exactio attentetur pro sepultura, chrismate, uel oleo. quod clarum est, & alios textus exponit. Sed in ca. Cum in ecclesie, & c. Ea que. eo. ti. exactio prohibetur. Hainricus Gorichu Colonien. in tract. quoda de simonia, cuius initium. Sagitta potentis acutę propositione. x. pro concordantia diuersarum auctoritatum, & allegationum papalium dicit esse notandum: ut omnibus instantijs dari possit responsio. Quia omnes constitutiones patrum ad hoc tendunt: quod spirituale non commutetur cum temporalis, ut precium adæquatam, siue in ratione precij, aut principalis motiui: sed solum ferat animus ad temporale, tanquam ad aliquod organice subseruiens ad sustentationis, & stipendij solacium: non ut ad appreciationem spiritualis cum temporalis. Et quod nihil per subtractionem sacramenti, uel alterius actus spiritualis exigatur: & quod ministrantes sacramenta se non exhibeat suspecti exigendo immoderate iura sua: uel ultra, quam eis sit stipendium debitum, seu necessarium. In responsione ad dubium sibi motum: An sacerdos possit celebrare pro pecunia: Dicit propositione prima. Quis obligatus a liquo modo ad actus spirituales, potest propter eos licite aliquid exigere quodam modo. capiendoy propter, ut dicit mer

An sacerdos possit celebrare pro pecunia.

cedem, uel stipendium sustentationis, aut laboris, seu causam occasionalem remoramur supra notabili. iij. declarat. Nam sepe reperiuntur curæ parum habentes in prouentibus pro sustentatione ministri: ut statuitur, uel ex communi consensu parochianorum, uel aliorum deum timentium, ad succurrendum multis defectibus, & prauis cupiditatibus, quod in missa defunctorum tantum detur curato: tantum in sepultura: in uigilijs solennibus tantum. In tali ergo casu, inquit, exhibitis antea spiritualibus potest minister recipere consueta dari, & exigere a uolentibus, & ualentibus soluere, & hoc tanquam debitum stipendium, & mercedem laboris. Nec obest: si minister habet alios sumptus sufficientes, potest nihilominus temporale recipere pro spirituali ad sensum præmissum, si facit actus, ad quos ex officio non tenetur: sed ad aliorum instantiam, & rogatum. Concludit. Licet gratis dari debeat spirituale: tamen recipiens spirituale ex debito repetit temporale. Ex debito inquam, non pactiois, & conuentionis: sicut aliquis se obligat alteri: sed ex debito moralis gratitudinis, quo quis ex gratitudine tenetur recognoscere beneficium, quod gratis accepit. Sic ergo est ibi debitum cõcedentis, & gratitudinis: sed non pactiois, & conuentionis præuie. Hæc ille. Item Hulricus querens utrum aliquid possit recipi, cum recipitur monachus, aut canonicus, aut consecratur episcopus, ex consuetudine: Respondet. Si obinetur aliquid tale per exactioem iudicij: uel per uolentiam, uel pactum antecedens, uel subsequens, simonia est nulla obstante consuetudine. cap. j. cap. Sicut pro certo de simonia. Si uero sponte offeratur ratione consuetudinis, uel charitatis, etiam si fuerint excitati pro spirituale beneficium, non est simonia. j. quæst. ij. Quam pio. Et licet illi, qui solent hoc recipere, non possunt hoc exigere, ex consuetudine tamen possunt monere illos: ut bonæ seruent consuetudinem: non autem debent eos actare per subtractionem sacramentorum, & huiusmodi. tan per superiorē compelli possunt. cap. Ad apostolicam. de simo

Utrum aliquid possit recipi, cum monachus recipit, aut episcopus consecratur.

nia. Item Guiliel. Duran. super Rai. in tit. de simonia. Si quis episcopo, qui dedit precibendam, dat rogatus: uel non rogatus precibendum, uel aliud, non ut precium, uel principale motiuum; sed ex dilectione exorta ex suscepto beneficio, uel deuotione, non incurrit coram deo simoniam se nota praua intentione. Sic si quis dat quippiam monasterio, propter hoc: quia recipit suum fratrem, uel nepotem rogatus, uel non rogatus, dum indiget, siue cum non indiget, non corrupta intentione, ex deuotione, uel dilectione exorta ex beneficii impositione, non incurrit in foro penitentialem simoniam. Et si quid exigatur: ut debitum, dans uero liberè dat: & non ut debitum, praua protestatione: quod gratis, & non ex debito constet, postquam retributione intentionis: non inducit in dante coram deo simoniam. Nec ut uidetur (inquit) requiritur ad hoc: quod quis liberè dare dicatur spirituale, cum exigitur temporale: et si non daretur spirituale, adhuc dare uellet temporale, siue exactus, siue non exactus. Hoc ualde durum esset, inquit super illo uerbo Rai. Si quis alias esset daturus, quod non obstat requisito. Existimo enim: quod si uolens recipere spirituale haberet ex consuetudine dare aliquod temporale: ut puta prelati aliquis inuectendus, uel confirmandus, aut consecrandus ab episcopo, qui solent ex consuetudine aliquid dare: certe credo: quod nullus quippiam daret, uel daturus esset: si crederet se non posse consequi spirituale illud: uel episcopum nolle dare. Hinc tenent plerique: cum in talibus aliquid datur sine pacto: non ut debitum: sed ut dari cõsuetudine: non est simonia. Cõsonat. Panor. in cap. Suam nobis. de simonia: ut infra propositione. viij. allegatur. Satis concordat San. Thom. ubi supra. artic. ij. dicens. Consuetudo non præiudicat iuri diuino, aut naturali, quo simonia prohibetur. Intellegitur simonia ex prohibitione exigantur, quasi precium rei spiritualis cum intentione emendi, uel uendendi, est manifeste simonia: & præcipue si ab iniusto exigantur. Si uero exigantur quædam stipendia per consuetudinem

approbatam, non est simonia: si tamen desit intentio emendi, uel uendendi: sed intentio referatur ad solam consuetudinis obseruantiam, & præcipue quando aliquis uoluntarie soluit. In his tamen omnibus ab omni specie mala abstinendum est simoniae, uel cupiditatis. j. ad Thess. ult. Per hoc ad replicam: Consuetudo non ualet contra legem diuinam. Sed aliquid recipere pro sacramentorum administratione est legitimum: contra legem diuinam: ut licet, non potest induci consuetudo. Dicitur potest concedendo maiorem, & minorem, capiendoy pro ut dicitur precium adæquatam, uel motiuum finale, & principale: secus si dicit causam admittentem. Licet enim est: ut supra notabili: iij. recipere stipendium sustentationis: ut supra. Secundum hoc limitanda sunt iura, que dicunt nihil esse exigendum pro spiritualium collatione a laicis non obstante consuetudine. Verum est: ut precium, uel ut principale motiuum, aut stipendium non debitum. Nam secundum Pa. in cap. Iacobus, de simonia. ualet consuetudo, ut laici dent aliquid clericis pro spiritualibus receptis: quicquid sit de clericis inter se. Et iura, que uidentur prohibere: ne a laicis quid recipiatur, intelligenda sunt ante spiritualium collationem. Hoc enim inducit malam speciem. Sed gratis datis spiritualibus possunt recipi temporalia, non ut precium spiritualium, uel ut principale motiuum pro cupiditatis fatieret: sed ut iustum, & debitum stipendium, dum ad operas ipsas ex officij debito non tenetur secundum Duran. quæst. ij. Nec licet huiusmodi stipendia scandalose exigere, que ex consuetudine solita sunt dari, ab iniustis, aut nolentibus, seu non ualentibus dare per spiritualium subtractionem: sed nolentes possunt compelli auctoritate superioris. Quicquid sit in foro contentioso, in foro conscientie, uidentur hæc dicta doctorum procedere posita sinceritate rectæ intentionis. Tercia propositio. Licet omnis simoniacus non pure mentalis, sed opere subsecuto possit suspensus iuris, uel operis haberi in fide suspectus: tamen solus ille, qui iudicium intellexit.

Consuetudo non ualet contra legem diuinam.

I Prop. 3. Quis suspensus iuris.

petit ueluti consuetudinarium, aut stipendium debitum. Sicut in simili omnibus pacto, & conuentio est prohibita in spiritualibus. Verum est illicita, & inhonestas: ut habet glos. in allegato. cap. Quā pio. j. q. xij. cum multis allegationibus. Quia enim multe sint permissæ pactioes, & conuentiones, non est, qui nesciat: in curatoribus, in adiutoribus diuinorum, in concionatoribus, in doctoribus, & legentibus in anniuersarijs &c. Hinc in ca. Ad apostolicam, &c. Sā nobis. de simonia. dicitur. Ne clerici exigant, uel extorqueant aliquid pro exequijs mortuorū, uel benedictionibus nubetium. Si tamen est laudabilis consuetudo aliquid dandi, cum sacramenta gratis conferantur, possunt ad hoc superioris mandato compelli. Notanter dicit exigant, uel extorqueant. Et in cap. Non satis. prohibetur ne ulla precij exactio ardeatur pro sepultura, chrisimate, uel oleo. quod clarū est, & alios textus exponit. Sed in ca. Cum in ecclesie &c. ea que eo. ti. exactio prohibetur. Hainricus Gorichū Colonien. in tract. quodā de simonia, cuius initu. Sagitte potentis acutę propositione. x. pro concordantia diuersarum auctoritatum, & allegationum papalium dicit esse notandum: ut omnibus instantijs dari possit responsio. Quia omnes constitutiones patrum ad hoc tendunt: q̄ spirituale non commutetur cum temporalī, ut precium adæquatum, siue in ratione precij, aut principalis motiui: sed solū seraf animus ad temporale, tāquā ad aliquod organicę subseruiens ad sustentationis, & stipendij solatium: non ut ad appreciationem spiritualis cum temporali. Et q̄ nihil per subtractionem sacramenti, uel alterius actus spiritualis exigatur: & q̄ ministrantes sacramenta se nō exhibeāt suspectos exigendo immoderare iura sua: uel ultra, quā eis sit stipendium debitum, seu necessarium. In responsione ad dubium sibi motum: An sacerdos possit celebrare pro pecunia: Dicit propositione prima. Quis obligatus alio modo ad actus spirituales, potest propter eos licite aliquid exigere quodā modo. capiendū ly propter, ut dicit mer-

cedem, uel stipendium sustentationis, aut laboris, seu causam occasionalem remotam ut supra notabili. iij. declarat. Nam sæpe reperitur curę parum habentes in prouentibus pro sustentatione ministri: ut statuitur, uel ex communi consensu parochianorum, uel aliorum deum timentium, ad succurrendum multis defectibus, & prauis cupiditatibus, q̄ in missa defunctorum tantum detur curato: tantum in sepultura: in uigilijs solennibus tantum. In tali ergo casu, inquit, exhibitus antea spiritualibus potest minister recipere consueta dari, & exigere a nolentibus, & ualentibus soluere, & hoc tanquā debitum stipendium, & mercedem laboris. Nec obest: si minister habet alios sumptus sufficientes, potest nihilominus temporale recipere pro spirituali ad sensum præmissum, si facit actū, ad quos ex officio nō tenetur: sed ad aliorum instantiā, & rogatū. Concludit. Licet gratis dari debeat spiritualia: tamen recipiens spirituale ex debito recipit temporale. Ex debito inquit, non pactiois, & conuentionis: sicut aliquis se obligat alteri: sed ex debito moralis gratitudinis, quo quis ex gratitudine tenetur recognoscere beneficium, quod gratis accepit. Sic ergo est ibi debitū cōdecentię, & gratitudinis: sed non pactiois, & conuentionis præuixę. Hęc ille. Item Hainricus querens utrū aliquid possit recipi, cū recipitur monachus, aut canonicus, aut consecratur episcopus, ex consuetudine: Respondet. Si obinetur aliquid tale per exactioem iudicij: uel per uolentiam, uel pactum antecedens, uel subsequens, simonia est nulla obstante consuetudine. cap. j. cap. Sicut pro certo de simonia. Si uerō sponte offeratur ratione consuetudinis, uel charitatis, etiam si fuerint excitati pro spirituali beneficium, non est simonia. j. quæst. ij. Quam pio. Et licet illi, qui solent hoc recipere, non possunt hoc exigere, ex consuetudine tamen possunt monere illos: ut bonā seruent cōsuetudinem: non autem debēt eos actare per subtractionem sacramentorum, & huiusmodi. tñ per superiorē cōpelli possunt. cap. Ad apostolicā. de simo-

nia.

Vtrum aliquid possit recipi, cum monachus recipit, aut episcopus consecratur.

nia. Item Guiliel. Duran. super Rai. in ti. de simonia. Si quis episcopo, qui dedit p̄ bendam, dat rogatus: uel nō rogatus p̄ lefredum, uel aliud, non ut precium, uel principale motiuum; sed ex dilectione exorta ex suscepto beneficio, uel deuotione, nō incurrit corā deo simoniam se nota praua intentione. Sic si q̄s dat quippiam monasterio, p̄pter hoc: q̄a recepit suum fratrem, uel nepotē rogatus, uel non rogatus, dum indiget, siue cum non indiget, non corrupta intentione, ex deuotione, uel dilectione exorta ex beneficij impensione, non incurrit in foro pœnitentiali simoniā. Et si quid exigitur: ut debitum, dans uerō libere dare: & nō ut debitum, praua protestatione: q̄ gratis, & non ex debito confert, positua rellitudine intentionis: non inducit in dāte corā deo simoniā. Nec ut uidetur (inquit) requiritur ad hoc: q̄ quis libere dare datur spirituale, cum exigitur temporale: et si non daretur spirituale, adhuc dare uellet temporale, siue exactus, siue non exactus. Hoc ualde durum esset, inquit super illo uerbo Rai. Si quis alias esset daturus, q̄ non obit requisitio. Existim enim: q̄ si uolens recipere spirituale haberet ex cōsuetudine dare aliquid temporale: ut puta prelati aliquid inuestitus, uel confirmandus, aut consecrandus ab episcopo, qui solent ex consuetudine aliquid dare: certe credo: quod null⁹ quippiam daret, uel daturus esset: si crederet se non posse consequi spirituale illud: uel episcopus nolle dare. Hinc tenent pleriq; cum in talibus aliquid datur sine pacto: non ut debitum: sed ut dari cōsuetū: nō est simonia. Cōsonat. Panor. in cap. Suam nobis. de simonia: ut infra propositione. viij. allegatur. Satis concordat San. Thom. ubi supra. artic. ij. dicens. Consuetudo non præiudicat tūri diuino, aut naturali, quo simonia prohibetur. Intelligitur simonia ex prohibitione diuina: & ideo si aliqua ex consuetudine exigantur, quasi precium rei spiritualis cum intentione emendi, uel uendendi, est manifeste simonia: & præcipue si ab inuito exigantur. Si uerō exigantur quasi quedam stipendia per consuetudinem

approbatā, non est simonia: si tñ desit intentione emendi, uel uendendi: sed intentione referatur ad solā consuetudinis obseruationem, & præcipue quando aliquis uoluntarie soluit. In his tñ omnibus ab omni specie mala abstinentum est simonia, uel cupiditatis. j. ad Theol. q̄ Per hoc ad replicam: Consuetudo non ualet contra legem diuinam. Sed aliquid recipere pro sacramentorum administratione est legi diuinę contrarium: igitur ad hoc, ut liceat, non potest induci consuetudo. Dici potest concedendo maiorem, & minorem, capiendū ly pro ut dicitur precium adæquatum, uel motiuum finale, & principale: scilicet si dicitur causam admirabilem. Licet enim est: ut supra notabili. ij. recipere stipendium sustentationis: ut supra. Secundum hoc limitanda sūt iura, que dicunt nihil esse exigendum pro spiritualium collatione a laicis non obstantē consuetudine. Verum est ut precium, uel ut principale motiuum, aut stipendium non debitum. Nam secundum Pa. in cap. Iacobus, de simonia. ualet consuetudo, ut laici dent aliquid clericis pro spiritualibus receptis: quicquid sit de clericis inter se. Et iura, que uidentur prohibere a laicis quid recipiatur, intelligenda sunt ante spiritualium collationem. Hoc enim inducit malam speciem. Sed gratis datis spiritualibus possunt recipi temporalia, non ut precium spirituale, uel ut principale motiuum pro cupiditatis satietate: sed ut iustum, & debitum stipendium, dum ad operas ipsas ex officij debito non tenetur secundum Duran. quæst. ij. Nec licet huiusmodi stipendia scandaloſe exigere, quæ ex cōsuetudine solita sunt dari, ab inuitis, aut nolentibus, seu non ualentibus dare per spiritualium subtractionem: sed nolentes possunt compelli auctoritate superioris. Quicquid sit in foro contentioso, in foro conscientie, uidentur hæc dicta doctorum procedere posita sinceritate rellictæ intentionis. ¶ Tertia propositio. Licet omnis simoniacus non pure mentalis, sed opere subsecuto possit suspitione iuris, uel operis haberi in fide suspectus: attamen solus ille, qui iudicium intel-

Consuetudo nō ualet cōtra legē diuinā.

I Prop. 3. Quis si-
cus here-

ctus practici, & speculatiui habet deprauatum una cum affectu adiuncta pertinacia, est hereticus uere cōfendus. Patet ex notabili. v. Verū in foro conscientie internotari debet, non presumpcio, secundū doctores. ¶ Quarta propositio. obligatus ex officio, seu beneficio ecclesiastico spiritualia, & sacramēta ministrare non potest aliquid ex his, quibus sic ex officij debito alitricus est, cū pacto, uel sine pacto ultra debitum, & assignatum sibi propter hoc beneficium, seu stipendium exigere etiam in ratione stipendij absq; simonia. labe. Attramen gratis, & liberaliter oblatum, & dono datum, aut ex laudabili consuetudine dari solitum, iuste, & licite potest stante recta intentione recipere, non ut precij, vel ut principale morium: sed ut liberale, aut consuetudinarium, uel gratitudinis donum. Prima pars conclusionis patet. Nā si secus ageret, diceretur uendere suum officium, & non operas suas locare, quas ex debito suscepti officij, & beneficij tenetur gratis impendere. Hinc recepit beneficium propter officium gratis exhibendum: ut ad hoc ex textus. j. q. iii. cap. In templo, & cap. Non solum. Item. ca. Ad apostolicā. de simonia. ca. Non fatis. ca. Cū in ecclesia. ca. Ea. quar. ca. Ad nostram. eodem ti. Item. j. q. j. cap. Placuit: ut nullus &c. Pro secunda parte conclusionis faciunt dicta, & allegata in conclusione. ij. & cap. Sicut. j. q. ij. ubi dicitur. Eius oblatio nullā culpę maculā ingerit, q̄ non ex ambientis petitione p̄cessit. Et licet multa cap. videantur esse ad oppositum in titu. de simonia: uidetur tamen ex aequitate iustitij, & ratione, & etiam rigore literar: q̄ sint intelligenda consonē ad dicta Sanct. Thom. & aliorum doctorum, de quibus conclusione secunda. Et uidetur probabile dictū: q̄ ita ualeat consuetudo inter clericos: sicut inter laicos, & clericum de recipiēdo aliquid dari solitum, non ut debitum, post dationem spiritualium. Hinc & Sanct. Thom. indistinctē loquitur, ut supra conclusione secunda. Nec impedit ca. Emendari. j. q. j. qui scdm̄ laudabilē cōsuetudinē quā ad apostolicā. de simonia, seruandam

Prop. 4. Obligatus ex officio sacramēta ministrare nō potest aliquid sibi exigere ultra &c.

dicit: liceat aliquid dare ad sensum p̄missum sacerdoti baptizanti, cōfirmanti, uel inungenti cessante scādalo, & specie mala, quæ nunc sublata uidetur p̄ uetustissimā consuetudinem. secus de scādalo extorsione, cum sacramentorum denegatione: aut in ratione precij &c. Nonne passim pralati, & episcopi, ac superiores ministrantes spiritualia recipiant pecuniā a clericis, & religiosis tuētes se sola cōsuetudine. Et si dicitur negādo propter constitutiones extrauagan. quæ huiusmodi prohibēt, Martini Quinti, & Eugenij potest dici: q̄ solū loquitur de ijs, qui simoniacē dant, uel recipiunt ordines, aut beneficia. Oportet deniq; cōcedere secundum Gerson. in floribus: q̄ in actibus, qui sunt simoniaci ex solo iure positiuo, cadit p̄scripcio. Si prohibentur archiepiscopine aliquid pro consecratione episcoporum recipiant. cap. Sicut tuis. de simonia. tenentur enim ad hoc ex officio. Item prohibentur episcopine quicquam pro ordinationibus recipiant, nec nō ministri, & notarij saltē episcopi. eo. tit. c. j. Item pro confirmatione electorum, collatione beneficiorum, missionem in possessionem, aut installationem, pro consecratione, confirmatione, unctiōne, oleo sancto, consecratione ecclesiarum, & altarium, salua procuracione moderata, benedictione uirginum, & abbatū, pro absolutione, pro reconciliacione peccatorum, pro spiritualiū, aut sacramentorū collatione. Sic prohibētur maiores: ne celetur peccatum alicuius, p̄pter fauorē, gratiā, aut pecuniā, seu precium. &c. Prohibentur monachi, & religiosi, ac moniales, ne alias pro pecuniā ad p̄fectionem recipiant. c. Veniens. de simonia. ¶ Quinta propositio. Non obligatus ex officio, seu beneficio ecclesiastico alicui spiritualia ministrare: si rogatus, uel nō rogatus ministrat eidē spiritualia, uel sacramenta, nō obstante q̄ alias sufficientes habeat sumptus: potest nihilominus sustentationis stipendium dari solitum, & consuetum sine pacto petere, & recipere: sed non ut quantulūcūq; administrationis illius p̄ciū, aut auaræ cupidinis fatiatium. Patet ex quotidiana obseruan-

Prop. 5. Non obligatus ex officio, ministrare spiritualia potest petere, & recipere. &c.

tiā etiā maiorū deum timētium. Qui. n. seruit altario, de altario & uiuet, & qui plātat vineam, ex fructu eius edet, secun dum apostolū, ubi supra. Nec peior est ea in re conditio diuitum patrimonij habētū, quā pauperum. Quis suis stipendijs militat vnquam? ut. j. q. j. c. Iudices. Vnde super illo. j. ad Timo. v. Qui bene p̄sunt p̄sbyteri. dicit glos. Aug. Accipiant sustentationē necessitatis a populo, & mercede dispensationis a domino. Et San. Tho. in. iij. articulo secundo, secundi articuli principalis quæstioncula. j. Si sacerdos habet sumptus, & non tenetur missam cantare, potest accipere denarios, sicut faciunt sacerdotes conducti, non quasi precium missæ: sed sustentationem uitę. Et notanter dictum est in propositione. Non obligatus ex officio &c. ut supra propositio quarta &c. ¶ Sexta propositio. Non obligatus ex officio, seu beneficio ecclesiastico alicui spiritualia, aut sacramenta ministrare, si multo tempore multo operas suas alicui locare, potest (ut uidetur) interueniente conuentione super sustentationis stipendio non super spiritualibus, iuste, & licite quantum est de sustentationis: mercedē constitutere, petere, & recipere, & se assignato stipendio ante, uel post ad spiritualiū administrationem obligare. Ita uidemus fieri, cū assumuntur socij diuini orū. Item cum quis auctoritate superioris ponit substitutum: cum se uult absentare ad tempus. Sic subeunt onera spiritualium, quo ad sacrificium celebrandum sic, & sic, quo ad exercendum curam illius ecclesie, quo ad predicandum, adiutores, & substituti, cum p̄missione, & obligatione ad certum tēpus sic famuladi, & officium suum fideliter exercendi. Sic conducuntur predicatorum Theologi, ut predicerent, uel legant mercede ex pacto constituta. Cum autem dicitur sacerdos hoc officium facere pro stipendio, ly pro dicit causam adminiculantē, nō appreciationem sacramenti, uel officij, uel auaricie saturationem. Quia autem sacerdos possit sic operas suas, ad quas nō tenetur locare, est cōmuni modus loquēdi, cōsonē ad dictū Saluatoris. Dignus

Prop. 6. Nō obligatus ex officio, aut beneficio ecclesiastico potest alicui operas locare.

est operarius cibo suo. Lu. x. Nec obest, si sacerdos indigeat sumptibus, uel nō: dummodo saltē adsit recta intentio, nec mentiatur iniquitas sibi. Valent ad hoc. j. Corint. ix. Et Gerson in tracta de sollicitudine ecclesiariū. ferē p̄ totum. Hinc Hieronymus. Apostolicis uiris, & euangelizatorib; Christi in necessarijs uisibus nō tribuere, seipsum damnare est xv. q. j. ca. Apostolicis. & j. q. ij. cap. Clerici. dicitur. Clerici omnes, qui ecclesia fideliter, uigi lanternq; deseruiunt. Stipendia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritum per ordinationem canonū a sacerdotibus cōsequantur. Ecce quā patentur hic canon consilij Agathen. disponit: q̄ iuxta meritū laboris ecclesiastici stipendia sacerdotes distribuunt. Cum autem licitum sit, & iustum huiusmodi stipendia dare, & recipere: cur super eo conuentione erit illicita, cum intento dantis, & recipientis est recta, & synecra, non uelle ap̄ precari spiritualia, aut auaricie uoragine satiari: sed stipendium accipere, & dare p̄ operis exhibitio, nō in ratione precij, sed stipendij nomine ut possint spiritualia gratis administrare? Præterea cum pacificetur, pacificetur super temporali principaliter, non super spirituali. Nec obest: q̄ sacerdos tunc non ministrare spiritualia, si non haberet stipendium. Patet ex dictis. Præterea cum hic contrahitur quidam obligatio partium, non potest abesse conuentione. Omnis. n. obligatio conuentionem habet. Nōne potest quis se obligare ad manendum tanto, uel tanto tēpore cum aliquo curato, uel beneficiato &c. Nonne expedit scire, quæ sint opere ad tollendum lites, & dissentiones innumeratas: ne denique aliquid agendorum omittatur: & ita de similibus? Constat ex glos. j. quæstio. ij. cap. Quam pio. supra allegato: non omnem pactionem, aut conuentionem in spiritualibus esse prohibitam: sed illicitam, & inhonestā. Sic sæpenumero dignitates aliquæ non conferuntur: aut facultates aliæ, nisi iuramento tali, uel tali. ut dist. c. ca. In ea synodo. & xxij. ca. Quāquā. Alludit Panor. de simo. c. Suam. cum inquit. Si proprius sacerdos habet, vñ uiuat, tūc cessant

Conciliū Agath. disponit, qd iuxta meritum laboris ecclesiastici stipendia facerdes distribuunt

re consuetudine non potest aliquid exigere. ut in c. Suam. & ca. Cū in ecclesiā: de simonia. sed gratis oblatum potest recipere. ut in c. Proximo. & in ca. Tua. & cap. Esti. quæstiones eorū. Si verò desit ei sumptus necessarij, si potest victum aliunde habere ex opere manuali, vel puerorum doctrinatione, non potest aliquid ultra exigere: sed imputer sibi: quæ tam exile beneficium accepit. Quærat ergo victum manibus, sicut Paulus quæsierat. Si verò non potest sibi aliunde acquirere victum: tunc vel episcopus sibi præuidebit, vel populus poterit compelli ad præbendum sibi necessaria pro victu. Ad quod remittit ad glos. de confesse. dist. j. cap. Omnis christianus. quæ dicit: sacerdotem indigentem posse subtrahere populo spiritualia, nisi faciat oblationem, unde possit uiuere. Si verò est sacerdos alienus, qui forte inuitatus est ad exequias faciendas, uel alia spiritualia impudenda, licite potest suas operas spirituales locare: non ut directè pro spiritualibus recipiat temporales: sed in compensationem damnorum perceptorum in sustinendo ibi præsentiam suam, & trahendo moram in spiritualibus impediendam. Et dicit hoc esse extendendum etiam ad alienum sacerdotē habentē sumptus. Talis enim potest exigere in compensationem damnorum, cū ad hoc ex officio non tenetur. Hæc ille. Concordat Rai. de simonia. Et licet pleriq; videant dicere: quod si sacerdos habet sumptus necessarios, & uult facere, uel assumere noua onera, ad quæ ex officio non tenetur, debet uel gratis facere, uel omittere: Attamen uidetur: quod non incurrit cæteris paribus simoniam, si habens sumptus recipit stipendium ab his, quibus militare non tenet. Licet forte hic possit esse nota auaritia pro loco, & tempore dum fatiari non potest &c. Nec placet dictū glos. de omissione spiritualium in pœnā nō subventionis temporalium: melius est, & iuri conformius: quod interpellat potestatem superioris: & eius auctoritate petat populum compelli, ut faciant, ad quod iure tenentur: uel cedat beneficio, si prouisionem sufficientem habere non potest: secū-

dum prædicta ad hoc ca. Ad apostolica. de simonia: Septima propositio. Sacramento, uel sacramenti initiatio licet quantum est de se, semotis pactio: & nullorum scādalo: liberè dare collatori amico requirenti, uel non requirenti, & maxime post sacramenti collationem aliquod temporale per modum liberalis doni: seu etiā stipendij pro operis debitis: aut domini consuetudinarij sic dari soliti. Nō autem in ratione principalis prouocatiui, uel motiui ad sacramenti collationē. Neq; in ratione precij, siue pro sacramēto appreciando: siue etiam pro actu sacramenti collatione: cum uel sine pacto, siue liberè, siue exactè id fiat. Potest tamen iniusta uexatio: precio redimi. Secus dicendum de matrimoniali onerosa obligatione: Dicitur in propositione. Licet quantum est de se. Nam oportet cauere scandalū pusillorū, quod oritur quandoq; ex modo: si datur pecunia ante sacramenti susceptionem, forte ad prouocandum collatorem alias nō daturum. Item cum excessiua donaria dantur tempore, & loco insolitis &c. Itē cum dans est necessitate pressus, uel abundans, & collator nunc premitur penuria. Possit tamen tolli data clara informatione, cum sic facit, ut supra propositione. ij. Dicitur, Amicè requirenti, uel etiam nō requirenti. ar. ad hoc cap. Cū apostolus. de celsibus. ubi dicitur: quod praelati possunt subsistente causa cum charitate moderatum petere auxilium. Quis enim multi textus omnem uideant prohibere exactiōem: attamē intelligitur solum prohibere temerariam, & scandalosam nō fieri solitam, & consuetam: ut supra propositione secunda, stante limitatione doctorum ibi posita. Dicitur Et maxime post sacramenti collationē. Quis enim etiam ante fieri possit quantum est de se: habet tamen ex illa circumstantia, & modo tali aliquo modo specie malitiae & scandali: ideo melius possit fieri. Dicitur: seu stipendij pro operis debitis: ut supra propositione. v. & vj. Dicitur, Non autem in ratione principalis &c. quia si per hoc principaliter uellet flectere, & mouere collatorē faci, alias nō collaturus, esset uere simonia ex parte dantis. Vult enim

L
prop. 7.
Initian-
d' sacra-
mentis
ferunt li-
berè da-
re aliqd
per mo-
dum do-
ni libe-
ralis col-
latori.

princi-

principaliter ad habendum spirituale dare temporale citra iniustæ uexationis redemptionem: aut cum ordinandus nō est habilis. Dicitur neq; in ratione precij. Sacramentum enim precio comparari non potest. Sic etiam sacramenti collatio actiua præcisè precio comparari non potest: quamuis possit dari stipendium pro illis operis habitis. Et licet Scotus dicat in iij. dist. v. q. ii. iuxta finem: Si sacerdos nitatur uendere actum baptismationis, potest ille, qui offert paruulum, emere: non intendens actum illum in quantum est sacramentalis, emere: sed sacerdotis laborē in actu: sicut conducuntur sacerdotes ad celebrandum missas: non ut ipsi uédant, & alij emant actum celebrationis, in quantum est sacramentale: quod absit: sed ipsi rendunt laborem, & alij emunt eum: Oportet enim quenq; de suo labore uidebitare: Tamē clarius loquitur in Quodlibet. quæst. xx. artic. iij. ubi dicit: quod sacerdos non commutat laborem suum corporalem pro aliquo temporalis: quia non est uerisimile: quod aliquis uellet ei tantum dare pro labore corporali in illo actu. Hæc ille. Itaq; actus ille nō emitur, uel appreciatur: sed datur operanti pro operis habitis quandoq; debitum, quandoq; non debitum stipendium: non autē adæquatum precium. Hinc dicit San. Tho. in iij. dist. præsentis. ar. ii. principali. q. ii. quæstiōne. i. q. actus, qui sunt spirituales ex parte agentis: quia. s. competunt alicui ex aliquo spirituali dono, uel officio, nullo modo locari possunt sine simonia. Potest tamen pro eis stipendium recipi in sustentationem uitæ &c. Ad idem Duran. q. iij. & Palu. Sacerdotes conducuntur excusantur: quia in sustentationem uitæ, non quasi precium missæ, nec laboris, recipiunt. q. v. ar. ii. Et secundum prædicta notabili primo, pari passu ambulat potestas ad actum, & actus ipse. Quid refert, si dicatur: sicut quis locat equum suū alteri ad agriculturam: ita sacerdos locat se ipsum ad operas illas: uel quod ille locutiones communes Scoti, & aliorum ubi supra tantum ualent? Cum enim locatur aliquid, dominum rei locatæ non transfertur in conductorem, sed manet

apud locatorem. Ideo locans ius decimarum, non est simoniacus: sed uenditor iuris decimarum. Unde non est sermo proprius: locaui operas meas: quia opere quæ sunt fructus percipiendi, a conductore non locantur: sed ius percipiendi illas operas potest dici locari: & illa locatio fructuum est æquiualeter uenditio fructuum, uel usus rei. Locat tertio sacerdos operas suas: quia locat personam suā ad illas operas exercendas. Cum ergo dicitur locatio personæ: locatio operatum: sensus est. persona locatur ad operas impendendas. In simonia semper aliquid expectatur prius non habitum, ergo. ut supra in notabili. iij. q. ij. cap. Clerici. Dicitur: potest tamen iniusta uexatio redimi precio. Nam cum iniusta uexatio est res æstimabilis precio, potest pecunia tolli, & redimi: & tunc datur temporale pro temporali, & non pro spirituali, uel annexo spirituali. Deberet enim prelatus, uel curatus, aut alius habens conferre spirituale talismodi iniquum uexationem omittere: & sinere hunc, qui habet de facto ius ad rem spiritualem consequē dam: ut iure suo sibi debito rectè ad hunc optatum uti possit, & eum in hoc nullatenus impedire. Cum autem id facere recusat, nisi detur pecunia: licet non ius id iam habitum ad rem emere: sed pecuniam dare ut a uexatione, & impeditione iniusta liberetur: ut supra notabili tertio. Consonat Serfon in tractatu de Simonia dicens. Redemptio uexationis uideatur habere locum: non quidem in acquirendo ius nomen ad officium, uel beneficium huiusmodi spirituale: præferim apud conferentem temporale: sed inuenitur habere locum, dum tolli queritur impedimentum, quod apponitur ne quis iure suo, uel re sua pacificè utatur, uel potiat. Sic fortassis etiam excusari possunt subditi respectu curatorum: dum compelluntur exactiōne præuia pecunias prius dare ante spiritualium eis debitorum collationem. Ut gratia exempli; aliquis qui debet, & tenetur puerum baptizare, uel confirmare ex officio, uel sepelire mortuum, aut absoluere, uel ordinare, uel eucharistiam conferre, recusat il-

M
Iniustæ
uexatio
redimi
pōt pre-
cio.

lud facere: nisi detur pecunia. Item aliquis legitime electus est ad officium requirens ordinem infra certum tempus: habet ius ad ordinem. Non sic beneficiatus beneficio non exigente ordinem, nec religiofus. Cum ergo aliquis talium, vel cõsimilium uexatur super iure suo, quod iam habet actu ad rem: nec potest ipsum consequi nisi data pecunia, potest uexationem illam pecunia redimere: quia est res æstimabilis precio. Ex quo sequitur: quod redimere uexationem est super acquisitione inris haberi, seu ad quod habet ius ad rem, uel in re. Si enim aliquod spirituale ius est adhuc acquirendum alicui: ita quod ad id non habet ius ad rem, nec in re: quamuis ex gratia consequi possit: non licet ibi uexationem redimere. Sic enim dando pecuniam pararet sibi uiam ad rem spiritualement habendam sibi, nunc iure non debitam. Nam nõ uolens dare alteri, quod habere uellet: sed recusans dare, eo quod alter non habet ius ad ipsum, non uexat ipsum iniuste: quia non tenetur sibi illud dare. Et istud uidetur rationabilius, quã dicere: quod licet alicui uendere actum suum non habito respectu ad spirituale: uel ut est quid sacramentale: sed ut est quidam labor humanus. Si enim licet uendere, licet & emere: & sic pateret uia uendendi omnes actus sacramentales. Nam in proposito cum uexatio redimitur, & spirituale, ad quod quis habet ius ad rem, uel ius in re, iniuste impeditur, non emitur id ius, quod spirituale est: sed de facto habetur: sed uexatio iniusta precio dato redimitur. Est enim res æstimabilis precio: nec redimens uexationem cooperatur peccato alterius: uel consentit peccato simoniæ huiusmodi curati, uel prelati iniuste uexantis, & iniuriam inferentis: sicut in materia de usuris licet quandoque recipere ad usuram in casibus certis: quamuis alteri nullo modo licet dare ad usuram. Sic iniustus a latrone iniuste coactus dat licite pecuniam, & sine peccato, nec cooperatur peccato alterius, qui iniuste recipit. ¶ Istus modus dicendi placet plus, quã dicere, si non potest haberi baptismus sine pecunia, debet puer dimitti sine baptismo: ut cum nõ est,

qui sciat formam, aut possit, seu uelit baptizare nisi data pecunia &c. Idem uidetur esse de quocunq; sacramento siue necessitatis, siue nõ necessitatis, cui quis habet ius ad ipsum. Additum fuit. Secus de matrimoniali onerosa obligatione. de quo infra propositione. viii. ¶ Corollarium primum. Licet baptizando, confirmando, comunicando, absoluendo, inungendo, uel ordinando, quãtũ est de se liberẽ citra iniustam, & scãdulosam exactionem aliquid dare collatori, per modum liberalis doni dari soliti, & consueti, maxime post susceptionem sacramenti: ad quod prouocatus est per gratiam gratis sibi factam in sacramenti collatione. Et etiam pro redimenda iniusta uexatione ante sacramenti susceptionem, præuia protestatione fieri solita, si opus est pro tollendo scãdalo: aut etiam in ratione stipendij debiti: cũ ad operas illas alias ex officio nõ tenetur. ¶ Corollarium secundum. Non licet baptizando, confirmando &c. uel ordinando dare aliquod temporale per modum precij propter actiua baptismationem, confirmationem &c. aut ordinationem: aut per modum mercedis pro uocatiua principaliter, ut collator conferat sacramentum. Neq; pro illis operis spiritualibus, siue ante, siue post, siue liberẽ, siue exacte detur: siue deniq; interueniat, siue non interueniat pactio, uel conuentio. Ex his possunt consimilia corollaria multiplicari de multorum sacramentalium, & spiritualium collatione. ¶ Corollarium tertium. baptizando, confirmando, comunicando, absoluendo, ordinando, inungendo &c. non licet emere precio ius baptizandi, confirmandi, benedicendi &c. sed neq; actum officij, baptizandi, confirmandi &c. quia utrumq; est spirituale. Actus enim illi sunt spirituales ratione principij: quia nõ competunt nisi habenti ordinem ecclesiasticum: & etiã ratione finis, uel obiecti: & ut frequenter ratione ipsiusmet obsequij: ut Gerson loquitur: sicut sunt baptizare, confirmare, ordinare, benedicere, & celebrare missam, a peccatis absoluere. ¶ Corollarium quartum. Non licet materialia sacramentorum, si consecrata sunt, carius emere propter consecrationemposito casu, in

Coroll.

1.

Licet suscipiendi sacra aliqd dare post collationem fieri.

Coroll.

2.

Coroll.

3.

Coroll.

4.

quo alias liceret ea emere: forte consuetudine emendi aquam a sacerdote de proximo consecrandam. Oleum uero, & balsamum non sunt materialia sacramenti, nisi sint consecrata, quæ episcopus gratis dare tenetur, & suis expensis. j. q. cap. Placuit. & ca. Statuimus. Pari enim passu ambulant actus, & ius agendi. Cum ergo actus est quid spirituale: ergo & ius agendi, & contra. ¶ Octaua propositio. gratis dato, & accepto hinc, & hinc matrimonij sacramento, licitum est coniugibus (sepe ad matrimonij onera supportanda reciproce, & uicissim obligantibus) a se inuicem temporalia, non pro sacramento, sed nature officio, seu onerosa matrimoniali obligatione, ac onerum matrimonialium, iusta ac fieri solita perpessio ne, exigere, petere, ac recipere etiam in compensationis, & precij ratione. Nec ualet hic sententia dicentium: quia in sacramento matrimonij gratia nõ confertur: ideo licet pro eo pecuniam petere, & exigere. Ex quo enim est sacramentum nõ le. a Christo institutum, confert gratiam ex opere operato: sicut & cetera no. leg. sacramenta. Cum uero matrimonium nõ solum est sacramentum: sed etiam nature officium: ideo ut sic, licet pecuniam exigere: sed nõ ut est sacramentum, uel pro sacramento. Vnde nõ est propria locutio: quod sacerdos conferat hoc sacramentum sicut cetera: sed coniuges sibi mutuo conferunt, & accipiunt. Vnde cum unus coniugum hoc sacramentum ab alio ut partiali ministro recipit: nõ licet recipienti dare conferenti aliqua temporalia pro matrimonij sacramento transitiuẽ sumptu, nec in ratione precij, nec stipendij: sed ratione liberalis doni: ut supra de alijs sacramentis dictum est. Nam sacramenta non sunt precio comparanda. j. quæst. j. cap. Quicquid. Item stipendium datur pro labore, & opera: sed cum sacramentum matrimonij transitiuẽ confertur coniugi a coniuge, nõ est ibi labor aliquis: sed solum exhibetur aliquod signum sensibile indicans consensum coniugum. Item conferenti sacramentum ipsum similiter non licet recipere a suscipiente temporalia, ut precium, nec ut stipendium pro sacramen-

to, seu etiam actiua sacramenti collatione. Nec licet pro eo quicquam exigere: quia nec ut precium, nec ut stipendium. Hoc dictum etiam procedit capiendõ sacramentum matrimonij intransitiuẽ: hoc est, ut est ipsum matrimonium unio, seu uinculum personarum coniugaliũ. sic enim non est sacramentum propriẽ: sed signum sacrum, dicente Apostolo. Sacramentum hoc magnum est, magnæ rei sacrum signum in Christo, & in ecclesia. Sic non licet ipsum uendere, cum sit sacramentale, nec licet pro eo in ratione stipendij quicquam exigere, uel recipere. Potest tamen talis unio coniugalis habere rationem beneficii nati, prouocare alium ad rependendum liberẽ quippiam temporale. ¶ Corollarium sequitur. Si quis suscipit matrimonij sacramentum ab alio coniuge, siue transitiuẽ, siue intransitiuẽ sumatur: potest illi, qui sibi hoc confert, dare temporalia, non pro sacramento: sed pro obligatione illa, qua conferens ipsum sese obligat ad multa onera supportanda, ex parte suscipientis ipsum per modum precij, & compensationis. ut puta conferens hoc sacramentum alteri uult alere ipsum recipientem, eius curam gerere, bona sua ei communicare &c. Hæc autem obligatio regulariter conuertitur sacramentum, & non est sacramentum ipsum, & est multum onerosum, & precio æstimabilis: nec est necessario annexa matrimonij sacramento. Possunt enim coniuges coniugaliẽ coniugij: & sibi illam libertatem reseruare de non communicando bona sua in toto, uel in parte, & quod quilibet de suo alatur, posita educatione prolium, si erunt proles. Hæc enim non sunt de essentia matrimonij: sed suscipiunt ad eius essentiam personæ legitimæ, consensus, & signa, & mutua corporum translatio ad actus coniugales cum petuntur. Et esto: quod onera illa sint annexa spirituali: quia tamen ecclesia non prohibuit uendi huiusmodi onera: licet ipsum uendere, sicut & alia predia annexa spiritualibus nõ prohibita uendi. Non ergo tenet quis illa gratis subijcere. ¶ Consimiliter dicendum est de suscipiente, & conferente benedictionẽ matrimonialẽ sicut supra

Coroll.

Si quis suscipit mat. sacram ab alio coniuge pot illi, qui sibi hoc confert, dare temporalia.

de suscipiente, vel conferente baptismum, vel confirmationem &c. reddendo. singula singularis. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum: Vtrum simoniaca labes possit cadere in Papam. Hoc dubium uideatur in Palud. qui aliquo modo impugnat Duran. ¶ Conclusio prima. Vtrū la ma. Aliqua simonia proprie dicta quoad culpam: ut puta diuina lege prohibita monia - & in alium hominem diuinae legi subiectum. Culpa non excludit poenam coram deo pro peccato debitam: sed poenam iuris. Probatur conclusio. Omnis homo faciens contra legem diuinam, cui subiectus est, peccat. Sed omnis homo uendens spirituale pro temporalibus (saltem lege diuina prohibito uendi, & de hoc hoc est in lege, & euangelio secundum Duran.) facit contra legem diuinam, cui subiectus est. ergo talis peccat, & non nisi peccato simoniace ex definitione simoniace praemissa. ergo propositum. Maior nota ex notificatione peccati secundum beatum Ambro. & Aug. Minor patet ex dictis. Lex enim diuina, & naturalis omnem hominem inuoluit, & neminem excipit. Cum ergo Papa est homo, tenetur uiuere, obediens legi diuinae, si uult saluari: sicut & Christus secundum naturam humanam uoluntati diuinae semper sese conformare curauit. Ita habet Sanct. Tho. ubi supra ar. j. & Duran. immo ut uideat, grauius peccat ceteris, quanto praeter ceteris scandalizat amplius. Et licet res ecclesiae sint Papae, ut principalis dispensatoris: non tamen est dominus earundem secundum Sanct. Tho. ¶ Secunda conclusio. Quia sius positius legibus in quantum tales sunt, Papa non est subiectus: ideo simonia ex sola iuris positui prohibitione non potest in Papam cadere. Probatur: quia princeps legibus solutus est: ut dicunt iurista: par in parem agere non potest. Cum ergo ut sic, sit supra legem pure posituam poenalem, non ligatur lege tali positua poenali. Hinc ait Palud. Papa non potest committere simoniā quoad poenam iuris positui, cui non subest. Vnde nec excommunicationem, nec suspensionem, aut alias poenas, uel censu-

ras ecclesiae incurrit; etiam si clericum peccatui suadente diabolo. Potest tamen si uult sese sponte, ut uideatur, subicere legi posituae, sicut & alius homo opus supererogationis potest uouere. ¶ Tertia conclusio. Simoniaca labes sicut de perse non est heresis, sic non auferit a Papa necessarium suam potestatem, uel ecclesiasticam potestatis plenitudinem, seu executionem. Prima pars patet ex dictis: quia potest aliquis esse simoniacus ex sola prauitate affectus per auaritiam sine errore intellectus: ut dictum est. Heresis uero non est sine errore intellectus circa ea, quae fides tradit. Secunda pars patet ex propositione secunda. ¶ Secundum dubium. Vtrum is, qui emit a Papa beneficium, uel ordinem: seu ordinis executionem, uel aliud spirituale, aut ei annexum, uel eo ipso a simonia liber, & a poena canonica: quia emit huiusmodi spiritualia a papa, etiam in casu quo papa prorsus esset immunis, & a culpa, & a simoniae poena. Quia sic, ostenditur ex dictis multorum doct. quorum aliqui tenent, quod nec papa, nec alij existentes in curia committant simoniam, si papa scit: & ex certa scientia tolerat. Dicunt enim. Certa principis scientia purgat hoc uictum. In oppositum est Cle. Si summus de sen. ex commu. ubi dicitur effectu. Si Papa etiam scienter excommunicato participat, per hoc non absoluit illum, nisi exprimat se hoc uelle. Et si scienter sub titulo dignitatis aliquem nominet, uel honoret: per hoc illum in dignitate non approbat. Ad hanc Cle. respondent multi dicentes: Secus esse si Papa confert alicui ordinem, uel beneficium propter pecuniam: et si communicat alicui excommunicato, uel nominet aliquem nomine dignitatis. Nam per hoc nulla dispositio inducitur, uel traditur sic enunciato nomine dignitatis, seu illi, cui communicat. Cum uero confertur ordo, aut beneficium a papa alicui pro pecunia: censetur papa ratione talis facti, ex communi theoria cum eo dispensare: nisi id nominatim exprimat. Theoria haec est. Papa exercens actum in personam subditi scienter, qui contra dispensationem non ualere: uel sal-

Cocl. 3.
Dub. 3.
P
Vtrū is, qui emit a papa beneficium, uel ordinem sit eo ipso liber a simonia.

tem diceretur illegitime factus: ut puta cum scit eum indigere dispensatione: in hoc casu censetur cum eo dispensare, & eum uelle habitare. ut gratia exempli, si sciens aliquem esse excommunicatum nihilominus confert ei ordinem, aut irregularem, aut simili defectu grauatum. Nam dignitas collata per principem facit infamiam abolere: ut dicunt iurista. & xvij. q. iij. Si quis suadente. §. Committunt. ubi dicitur. Instar sacrilegij est disputare an dignus sit, quem princeps elegit. Item. xciiij. dist. cap. j. Non enim praesumitur papam aliquid frustra concedere, & imperfecte. Concedit ergo cum principali omnia ad hoc necessaria: ut praesumi recte potest. Censetur ergo uelle dispensare cum eo, quem nouit excommunicatum, uel irregularem, & nihilominus confert ei ordinem, uel beneficium: ut possit executionem ordinis habere. Hic cum dat alicui priuilegium, uel rescriptum, primum absoluit eum ab excommunicatione si quam incidisset, ut aptus reddatur &c. Et forte posset dici: hoc dictum procedit: quando Papa scienter confert beneficium, uel ordinem excommunicato, seu simoniaco: & pro pecunia: secus de aliis a Papa. Et licet Papa sciat: quod domini cardinales, & alij exigant pecunias pro spiritualibus, & toleret id ipsum, non tamen censetur ex hoc dispensare cum illo, qui in curia beneficium aliquod pro pecunia adeptus est: sed manifeste inuoluntur tales uirio simoniace sicut & ceteri: ut est uidere in diuersis extrauagantibus. In Paulina de casibus seruatis, cuius initium: Et si dominici gregis. referuatur simonia in ordine, & beneficio, siue in curia, siue extra contracta sit. Et iterum in alia Paulina: cuius initium, Cum detestabile. Item in extrauagantibus Martini. v. & Eugenij inuoluntur etiam cardinales &c. Tenent oppositum uidentur loqui de ijs, qui recipiunt temporalia datis spiritualibus pro sustentatione curiae, & officialium secundum ordinationem Papae, non in ratione precii: sed pro sustentatione ministri. Sic enim periade est, ac si papa reciperet. Sic recipiuntur, & soluuntur an-

nae, seu primi fructus pro collatis beneficijs in curia, pro bullis, pro dispensationibus, pro gratijs, non ut precium rei spiritualis, sed pro sustentatione curiae in supplementum sustentationis necessariae pro regimine totius ecclesiae. Sic non uidetur esse simonia, si papa per uiam reservationis temporalium collaturus alicui episcopo patum, uel officium diceret, Conterto tibi. N. cum hoc onere: quod singulis tantundem dabis illi personae, uel curiae meae. iam enim referuat sibi collaturus aliquod beneficium, quod ante collationem suam fuit. Facit ad hoc antiquissima curiae consuetudo, quae multos sanctos, & doctos fouit uiros. Prater ea cum talia temporalia dantur pro bullarum expeditione, non emittit spirituale iam gratis datum, & obtentum sine precio rei spiritualis: sed salarium debitum datur curialibus aliam prouisionem non habentibus. Ita uidetur sentire Baptista in summa. & concordat Angelus de Simonia. ij. §. ultimo. Ex illis patet solutio ad rationem ante oppositam. ¶ Tertium dubium. Vtrum liceat pro quocumque accepto, uel exhibito obsequio ecclesiastica largiri beneficia, uel officia. Ad hoc dubium quidam responsuri multiplicem ponunt obsequij distinctionem. Si honestum, uel inhonestum fuerit: Si spirituale, uel corporale: Ordinarium, uel non ordinatum ad spiritualia. Quorum primum (quod non respicit ut finem spiritualia) nominant prophanum obsequium. Aliud uero non prophanum, quod est ad spiritualia ordinatum. Et uidetur: quod non sit opus huiusmodi distinctione in foro conscientiae: secus de praesumptione. Hinc est responsus conclusio: ex qua elici poterunt corollaria: quae omnia sicut & praecedentia collatiue, & disputatiue solam recitatur. ¶ Conclusio est haec. Sicut contingit dantem, uel recipientem pecunias pro spirituali, uel ei annexo, uel econtra: quandoque incurrere, uel non incurrere simoniam mentalem, uel factionalem, a deo solum, uel etiam ab ecclesia puniendam, ita pariformiter suo modo contingit praestantem, uel acceptantem temporale obsequium precio aestimabile pro

Dub. 3.
Q
Vtrū liceat pro quocumque accepto obsequio largiri beneficia, uel officia.

Concl.

spirituali, uel econtra, quodcumq; sit illud, quandoq; incurrere, uel non incurrere simoniam mentalem, uel pactionalē a solo deo, uel etiam ab ecclesia puniendam. Pater ex dictis. Nihil enim refert dare pecuniam, seu precium quodcumq; pecunia estimandum, & dare obsequium uice pecunie. Notum est obsequentes pecuniaria mercede constitui, & conducti.

Idem ergo est dare spirituale, uel annexum pro obsequio exhibito, uel exhibendo: ut ly pro dicit causam finalem, uel appreciativam: ac si daretur pro precio pecuniario &c. ¶ Corollarium primum.

Coroll.
1.
Faciens obsequium spirituale siue spirituale, ut remunerationem habeat sui laboris per collationem beneficii exercenda comittit simoniam.

Faciens obsequium, uel seruitium siue temporale, siue spirituale alicui prelati, uel monasterio, non gratis, sed ut in ratione precij, uel principalis motiui spirituale remunerationem habeat sui laboris per collationem beneficii ecclesiastici, uel monasterii, execranda comittit simoniam, a deo si sine pacto, uel etiam ab ecclesia si cum opere exteriori, & cum pacto fiat grauius ferenda. Pater ex dictis, quo ad eam partem, cui obsequium est temporale, & precio, uel pecunia comparabile. Si n. principaliter seruit sibi cum pacto: ut consequi possit beneficium ab eo, est simonia pactionalis. Si sine pacto, principaliter tamen propter habere beneficium, est simonia mentalis: ut quidam loquuntur. Si uero est obsequium spirituale: & interuenit pactum inducens obligationem: in spirituale non gratis datur: & est simonia saltem secundum modum: etsi non secundum rem: cum non interuenit ut precium aliquod temporale pro spirituali, sed spirituale datur non gratis, & cum pacto pro spirituali. Immo illa obligatio ex pacto proueniens uidetur esse res estimabilis precio: & sic datur spirituale etiam pro temporali saltem tacite. Si non interuenit pactum, adhuc uidetur esse simonia: saltem secundum presumptionem iuris: ex eo quia spirituale, quod expectatur, non potest esse precium alterius spiritualis: quia non est precio comparabile. Item obsequium spirituale non gratis impenditur: sed expectat aliud spirituale reddendum, uel uti precij laboris illius, cum tamen hoc spirituale obsequium non possit precio comparari secundum dicta: sed g. actis dari debet. Se-

cus dicendum ceteris paribus: si aliquod onus temporale esset annexum auctoritate legitima illi officio spirituali: de quo infra.

¶ Secundum corollarium. Faciens gratis, & libere honestum obsequium, uel seruitium temporale, uel spirituale alicui prelati, uel monasterio cum spe, & expectatione alicuius compensationis, uel remunerationis spiritualis gratuite, & liberaliter pro meritis, & qualitate personae obsequentis conferenda, non in ratione precij, uel mercedis, pacto cessante non pollutur simoniaca labe: & dicitur honestum. Nam si esset turpe, & inhonestum, esset simonia secundum presumptionem iuris, secundum Palu. Pater corollarium auctoritate beati Gregorij in Registro; cum inquit. Ecclesiasticis utilitatibus deseruentis ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere. Hoc enim meretur deuotio gratis obsequentis. Sic diligimus deum propter se principaliter cum spe remunerationis eterne beatitudinis, & temporalium. Ad idem Gerson. de simonia propositione vj. & Sanct. Thom. ubi sup. arti. v. Hinc ait Richar. Clericus seruens alicui prelati cum spe future remunerationis spiritualis, pro sua idoneitate simoniam non incurrit: dummodo principaliter hac intentione non seruiat: nec prelati principaliter, & directe propter seruitium impensum prebendam assignet. de simonia ca. Cui esset. in gloss. Sic secundum Palu. art. iij. q. v. cum curie prelatorum probatiua sunt clericorum: si aliquis clericus famulatur prelati ob hoc precesse, ut eius idoneitas, & bona qualitas innotescat prelati: quatenus ea sic cognita inueniatur dignus beneficio: & prelati comperta idoneitate gratis conferat sibi beneficium: alias non collaturus etiam posito quocumq; impensio, uel impendendo obsequio: neuter incurrit simoniam: sed illud obsequium erat quasi probatio eiusdem. Sic forte abbas, uel alius prelati religionis alicuius dicit perentem pro religione: Non recipiam te, nisi scias illam uel illam artem: nisi prius artium magister, uel theologie baccalaureus &c. nisi emendaueris uitam tuam, nisi dimittas illa, & illa &c. Nec illa pactio inducit simoniam: quia non tendit ad recipiendum aliquod

Coroll.
2.
Faciens gratis, & libere honestum obsequium &c. non pollutur labe simoniam.

temporale pro spirituali: sed aperit qualificationem personae assumendæ. Perinde n. est, ac si diceret: recipiam te, si inuentus fueris idoneus: & ita qualificatus, ut status ille perit, uel necessitas personarum existit &c. Unde potius est quadam monitio, seu eruditio, quam pactio, uel conuentio. Sic si alicui beneficio annexum est hoc, uel hoc onus. s. docere theologia, prædicare &c. necesse est personam assumendam esse sic qualificatam. Et licet recipiatur cum tali pacto &c. tamen proprie non est hic pactio: sed explicatio onerum annexorum beneficio. Ita dicitur de conferente beneficium propter obsequium: sicut de permanente obsequium propter habere beneficium dictum est suo modo. Posset tamen quis habere prauam intentionem, non petendo illam personae qualificationem propter officium: sed propter quæstum inde profuturum, quem querit, uel principaliter, uel secundaria intentione &c. Notat hic Duran. Si munus a manu est tantum: quod presumitur inclinare affectum ad collationem rei spiritualis, sic est simonia. Si tantum paruum, quod non presumitur &c. non est simonia. Verum est in foro ecclesie presumere de exterioribus. Quo ad deum semper est simonia, si propter munus magnum, aut paruum in ratione precij conferre spirituale. ¶ Corollarium tertium. Sicuti munus a manu quam uolumus; sit, si datur in ratione precij pro spirituali, inducit coram deo simoniam, siue ad sit, siue non ad sit pactio: ita pariformiter dicendum est de munere ab obsequio, quantumcumq; sit illud. Pater ex definitione Simonie. ¶ Corollarium quartum. Sicuti in foro ecclesie presumitur quandoque presumptione iuris, uel operis de simonia: cum munus a manu, quod datur in collatione spirituali, & præsertim ante collationem, est tantum, uel tale quod merito presumi possit de inclinatione uoluntatis, & affectu recipientis ipsum ad conferendum pro eo spirituale, ut supra, seu non potest sumi presumptio de inclinatione affectus propter doni exilitatem, & modicitatem, atque circumstantiis uarijs loci, ac temporis, ac personæ dantis, & accipientis: sic suo modo dicendum est de munere ab obsequio. ¶ Corollarium quintum. Sicuti in munere a manu attenditur in foro co-

scientiæ intentio dantis, & recipientis: cum dabitur alias de simonia non obstantibus quibuscumq; iuris, uel operis presumptionibus contra militancibus: ita in munere ab obsequio, aliter in foro conscientie, quod respicit intentionem: aliter in foro ecclesie, quæ exterioribus innititur signis, & factis presumptionem inducentibus dicendum uenit. Ut n. simonia est peccatum solum, sola uoluntate committitur: ut uero inducit poenam iuris, committitur per munus a manu, a lingua, ab obsequio. ¶ Quartum dubium: Verum uelle realiter, & cum effectu consequi per preces pro se, uel alio suscipi aliquod spirituale, uel ei annexum: reputa ordinem, aut officium, aut beneficium ecclesiasticum sit simonia uere dicendum. Premittenda est terminorum declaratio. Notandum, sicut est munus a manu, & munus ab obsequio, quo incurritur simonia uicium: ita est & munus a lingua. Et illud quandoque dicitur adlatio, siue locutio eorum, que mule ent aures audientis, siue prurientes. Quandoque est preces suscipi pro se, uel pro alio cum sponcione, & promissione tacita, uel expressa alicuius muneris a manu, uel ab obsequio, uel cuiusdam laudationis, commendationis, aut consimilis obsequij præcisè procedentis a lingua. quod beatus Grego. dicit fauorem, aut gratiam. Et beatus Tho. ubi supra. ij. q. art. v. q. c. dicit laudem pertinentem ad fauorem humanum, qui cadere potest sub precio, uel etiam preces, ex quibus fauor humanus procedit. ut eutetur contrarium: quia etiam carere malo, bonum quoddam est secundum philosophum. v. Ethico. Est ergo munus lingua, quod consistit in actu lingue sicut laus, uel quod ex lingua initium sumit: sicut cum quis ex hoc, quod precibus alicuius satisfacit, expectat fauorem, aut gratiam ut habet in iij. ar. ij. ar. xxj. Ex quo dicto Thomæ sumitur: quod locutio beati Gregorij est casualis: ita quod fauor, & gratia accipitur pro causa laudationis alicuius: cui fauor seu quem fauore prosequor: ita quod causa ponitur pro effectu. Vel oportet ponere. iij. simoniae species. Nam & ille ceteris paribus uere est simoniacus: qui propter habere fauorem, & gratiam hominum, et intus manentem curam

Dub. 4.
R

Not. 1.
Sicut est munus a manu, & ab obsequio, sic est munus a lingua

Coroll.
3.

Coroll.
4.

Coroll.
5.

pruptionem in laudē sui, uel alterius, uel etiam citra alterius muneris temporalis collationem, uel dare: aut dat spiritalia finaliter, & principaliter alias nō daturus: & tamen ibi nec est munus a manu: nec ab obsequio: nec a lingua. Sic. n. habere fauorem, & gratiam hominum est pecunia, & precio estimabile. Ergo uel locutio beati Gregorii erit causalis, & ponitur causa pro effectu: uel oportebit aliam, & quartam ponere speciem. ¶ Secundo notandum suppositis dictis Notabili quarto, qd preces nudæ, ut tales præcisē sine sponſione, uel obligatione, pactione aut promissione muneris a manu: uel ab obsequio impenso, uel impendendo, & maxime in ratione precii, aut principalis motiui pro spiritali consequendo, cessante pactione, & scandalosa pactione, non inducunt cæteris paribus simoniæ labem: Nam precari, seu petere aliquem præcisē, non est de per se sibi munus aliquod tēporale dare. Alias rogatus pro spiritali dando, nunc esset ditior, quā prius fuerit ante huiusmodi pactionem suam. Nec esse enim est, cum simonia fundatur in contractu emptionis, & uenditionis, qd dans spiritalia pro temporalis aliquod temporale quādoq; accipiat, uel consequatur: ut precii rei spiritalis ut supra notabili quarto: fit in contractu emptionis, & uenditionis. ¶ Tertio notandum. Precum alię sunt spiritalia: quę. s. faciunt duntaxat & præcisē pro explicatione, & manifesta ratione meritorum personę pro qua petitur: ut cognoscatur eius merita tanto officio, & beneficio condigna. Alię sunt non spiritalia sed carnalia, ubi. s. allegatur affinitas uel consanguinitas: aut multiplex beneficentia: eius pro quo petitur. Et si talibus annexantur minā nisi exaudiantur ad inueniendum formidinem, & metum illi qui rogatur, dicuntur preces armatę. ¶ Quarto notandum, qd ideo uidetur minus lingue inducere simoniam: quia aliquo modo tollit libertatem donationis rei pro qua petitur. Vnde Seneca lib. ij. de beneficiis. Non (inquit) tulit gratis, qui cum rogasset accepit. Et iterū. Nulla res carius constat, quā quę præci-

Not. 2. Preces nudæ cō induunt simoniæ labem.

Not. 3.

Not. 4.

bus empta est: cap. Sunt nonnulli. j. q. j. Hinc ut uideatur canones diuersi tanta pœnarum ex aggregatione preces in ordine & beneficio tam rigidissime prohibent: secus de alijs sacramentis & sacramentalibus ac spiritalibus: quę licet humiliter petere: quia ea petere humiliter non inducit regulariter simoniam: sicut petere pro ordine, uel beneficio: siue id fiat pro se siue pro alio. j. q. j. ordinationes. & cap. De ordinationibus eadem. q. ubi dicitur. De ordinationibus aliqui accipere sub districta interdictione decernimus. Oportet ergo ut, neq; per donū, neq; per gratiam, neq; quorundam supplicationem aliquos ad sacros ordines consentias, uel permittas adduci. Verba sunt beati Gregorij. Similia multa ibidem & alibi ponuntur. Ex hoc forte motus fuit Hugo decreti glossator dicere post alios. cap. Tuam. de. tra. & quali. ordi. Si quis ordinari suis precibus, quātūcumq; alias est idoneus, simoniā cōmittit. allegat cap. Ordinationes. j. q. j. Et quidam alij moti uidentur ex uerbis beati Grego. loco allegato cap sequente ad dicendum: qd petens pro se curam animarum, simoniam incurrit. Palu. hoc exponit secundum presumptionem iuris in foro exteriori. Sanct. Tho. dicit ar. v. ut supra: qd per hoc simpliciter redditur indignus: secus de non curato beneficio si sit indigens. Idem habet ar. ij. principali ar. ij. ¶ Quinto notandum: qd in hac materia doct. solent distinguere de digno, & indigno. Dignum dicunt qui nō habet canonicum impedimentum, quo minus possit ordinem uel beneficium cōsequi. Indignum per oppositum. Et hoc potest contingere dupliciter, secundum qd ly indignus cōtrariē uel priuatiuē aut contradictoriē sumitur. Contrariē censetur indignus, qui habet contrarium dignitatis: ut hereticus, notorie criminofus, infamis infamia iuris. Talibus enim potē dignitatem non parere. Priuatiuē, qui priuatur his quę merito dignitatis adessent: non tamen habet aliquid beneficium, uel ordini contrarium: ut corpore uitiofus, illegitimus &c. Vtriusq; indignitatis exēpla habentur. j. ad Timo. iij. Et lj. dist. cap.

Not. 5.

ca. Qui i aliquo crimine. plura ponuntur impedimēta, qd faciunt hominē irregularet ad ordines, uel beneficia. Nec oportet ut uideatur, distinguere de digno uel indigno: cū qritur de munere, a lingua, qn̄ inducat simoniā, secundū ueritatē. & corā deo: secus in foro cōtēioso, & ecclesię. Cum enim preces sunt p̄ indigno, satis probabiliter præsumi pōt secundū Durand. q. iij. qd nihil aliud moueat collatorum, nisi timor ad uitandum malū aliqd: aut fauor parentis, uel laus, quę expectatur: aut simile quid. Sic cum formantur p̄ces armatę. Cautē ergo uidendū, quādo dicta doctorum sint intelligenda de simonia secundum ueritatē: & quando secundum presumptionem tñ iuris, uel operis. Cum autem sunt p̄ dignū secundū humanū iudiciū, quātū tales preces etiam possint esse simoniacę coram deo, ut notum est: præsumitur tamen, qd dans magis moueatur p̄ donecitare, & bona qualitate personę, quā fauore, gratia, laude, timore, metu, aut consimili causa indebita: immo tales preces acceptantur, ut te simoniū bonę cōditionis alius, pro quo petitur. Potest tamen qñq; oppositū fieri. ¶ Conclusio prima, responsiua ad dubiū: an licet sibi ipsi petere pro beneficio curato. Si quis principaliter, & finaliter amore dei, & proximi uult associari militiæ clericali, & nescit se indignum ad hoc, sed morali certitudine, & probabili coniectura præsumere potest de sua idoneitate, cuius iudiciū, & scrutiniū secundum ecclesię ritum, maiorum, quorū interest, cōmittit examini, & discussioni, paratus eorundē ea in re obtēperare mādatis, petit sibi ipsi beneficium, uel officium curatum, uel nō curatum: hic immunis esse uidetur, & a simonię labē, & a presumptionis, & ambitionis uitio, ac ab auaritię, & cupiditatis ardore, nec sibi sumit honores: sed a deo uocatus, eius patet dignē, & laudabiliter uocationi. Tales enim preces nō sunt proprie peritio: nec: sed bonę cōditionis explicationes, & ad officium oblationes: ut supra nota bili. iij. Cum enim finaliter, & principaliter mouetur amore dei, & proximi, nec sese offert, uel obligat ad quęcunq; do-

Cōcl. 5. An licet sibi ipsi petere pro beneficio curato.

naria pro ordine, uel beneficio, aut officio, quomodocunq; danda collatori, uel alteri eius nomine, & agit secundū formā ea. Quando. xxij. dist. sc̄re per totū, non uidetur, ut sic indignus esse. ¶ Secūda cōclusio responsiua ad dubium tale: An licet alicui petere ordines factos propter habere beneficium. Si quis finaliter, & principaliter propter cōsequi beneficium petit ordines sacros, uel ecclesiasticos officium: aut si ab alio rogatus, ut ordines suscipiat, simpliciter recusat ordinari, nisi respondeat, & punitat cū obligatione se daturum sibi beneficium, nō euidet auaritię, aut simonię labem: quātū possit de obtinendo beneficio bonā habere spem, & secundaria, seu minus principāle intētionem. Patet: talis enim principaliter intendit deo seruire propter beneficium, & tēporaliū perceptionē: nec impedit, si non interuenit peractū expressum corā deo stante uolūtatis prauitate. ¶ Tertia conclusio responsiua ad dubiū istud. An petere religionis ingressum propter uitę sustentationem, sit simoniacū. Petens recipi ad aliquam religionem approbatā ppter habere honestam sustentationē, alias non petiturus, non incurrit ex hoc simonię labem, si citra pactionē finalē, & principāle habet ad seruendū deo intētionem: ac uitę suę laudabilem emēdationem. Sic enim temporalia sunt finis sub fine. & secundum prædicta: ubi unum propter aliud, iam non duo, sed unum sunt secundum philosophum &c. ¶ Quarta conclusio respondebit ad illud dubium. quando preces suscipit pro se, uel alio pro beneficio, aut ordinis adeptione inducunt simoniā. Si quis pro seipso, uel alio suscipit preces alicui pro ordinis, aut beneficii ecclesiastici consecratione prælatum ipsum, quem rogat, multiplici laude, & gloriā palā prosequitur, seu amicitia, uel beneficentia plurimā eidē uel ei conuenctis a se, uel alio, pro quo petit prouenturā, & exhibendā allegat, tum in boni utilitē, & commodi appositione, tñ in mali quantū fieri possit, ppulsiōne, fortē cum timoris incussione, aut mirū intētionem, non curando de dignitate, uel indignitate illius, pro quo

Cōcl. 2. An licet alicui petere ordines factos propter habere beneficium.

Cōcl. 3. An petere religionis ingressum sit simoniacū.

Cōcl. 4. Quando preces pro se, uel deo pro beneficio, aut ordinis adeptione inducunt simoniā.

petit, ob hoc finaliter, & principaliter ut
 pp huiusmodi oblata, uel allegata, aut in
 tentata ipsemet petens, uel is, pro quo pe
 tit, cōsequi possit ordinē, aut bñficiū ec
 clesiasticū. siue interueniat, siue nō inter
 ueniat passū, posita hmōi uolūtatis pra
 uitate, & is, q̄ rogat, & is, cui⁹ noīe cōsen
 su, & uolūtate sic rogat, & similiter roga
 tus, ac etiā mediator, & collator simonie
 habē corā deo contrahunt: si saltē colla
 tor talismodi satisfactorius peritio, &
 oblationi cōcedit spirituale, ut mercedē,
 uel precii laudis, seu amicitie, uel bñfici
 ti, seu etiā suę collationis principale, &
 finale motiui. Gerson de consolatione
 theolli. iij. p̄. a. iij. inquit. Pōt fieri, ut ido
 neus aliquis seruire deo in regimine pa
 blico querat illud intēdens ex consequē
 ti, & secundariē, sustentationē uitę pprie
 sufficientē habere: quatenus absq; men
 dicare, uel improporcionato sibi labo
 re seruiat in hoc statu liberiori q̄tē deo
 Nec est leuiter hoc imputādum simonia
 e prauitati. Sicut nec dū frequentantur
 horę canonicę ad recipiendū distributio
 nes solitas. Et q̄ ibi loquatur de cura ani
 marū, patet ex uerbis p̄cedentibus. Et
 infra inquit. Dicā amplius. Si proficetur
 aliquis uitā claustralē, rationabiliter in
 tendens illic sufficienter sustentari, alio
 quin non intraturus neq; tunc simonia
 eus est, dū intentio principalis est seruire
 deo, & sustentatio uitę est ad illum finē,
 & sub illo. Vbi autem unū propter aliud,
 iam non duo: sed unum sunt. Hęc ille.
 Et postquam doctor ille in tractatu de
 directione cordis quadruplicem posuit
 intuitum, quem habere contingit, cum
 datur temporale pro spirituali: sic inqt.
 Cōsideratione. xxxvj. Potest ex p̄missis
 elici, qualiter liceat homini se trāsferre
 ad statum clericalem, aut religiosum: im
 mo ad curam animarum, aut ad p̄latu
 rā, quatenus possit habere sustentationē
 uitę suę, sine sollicitudine tēporalis exer
 citij: itā tamē q̄ illā libertatē, uel ocīa re
 ferat principaliter ad honorē dei, & eius
 obsequium, suamq; & aliorum salutē. &
 infra. Si opponitur, nullus pōt appetere
 p̄laturā, & minus illā licite q̄rere: q̄ ad
 officiandum in tali statu p̄lature, neces

saria est gratia dei, de qua nō pōt esse cer
 tus; si habeat illam: uidef ergo p̄sumptio
 nis esse sese ingerere: Respondet. Fallit
 hęc ratio, quia magnorū sit doctorum,
 qm̄ ex simili feret argumentū, q̄ homo
 nō possēt appetere, aut q̄rere celebra
 re missam, uel eucharistiam recipere: q̄
 requirē: q̄ homo sit in gratia; alioquin
 iudiciū sibi manducar, & bibit: quia indi
 gnē sine gratia sumit. Hoc ille. Et in hoc
 doctor ille soluit Achillē aliorum, cum
 non liceat officium curatum querere,
 aut petere: quia scilicet exigit p̄fectionē
 in gratuitis, de qua nō ē facile p̄sumere.
 Idem in floribus ca. de auaritia, sic inqt.
 Rarō licet alicui q̄rere p̄laturā: sicut
 rarō contingit: q̄ aliquis possit sine p̄
 sumptione iudicare se talem, qualem de
 scribit Apostolus, dicens ad Timor. iij.
 Oportet episcopum irreprehensibilem
 esse. Tamen necessitas euidēs ecclesię, &
 probabilis coniectura, fidē faciens de suf
 ficientia sua possunt appetitum talem
 aut excusabilem, aut laudabilē efficere.
 Ecce hic innuitur quē posse habere pro
 babilem coniecturam de sufficientia sua.
 ¶ Forte q̄runt aliquis: quid si petens p̄
 beneficio, uel ordine tibi, uel alteri, non
 allegat munus quodcumque siue a ma
 nu, siue ab obsequio, nec etiam a lingua,
 dandum quandoq; collatori, uel tibi con
 iunctis eius nomine, & gratias: sed allegat
 aliquam causam quandoq; debitā, quan
 doq; indebitā: quā uult quandoq; prin
 cipaliter, uel non principaliter respici a
 rogator, quandoq; p̄teritā, quā principali
 ter ob hoc forte allegat: ut nūc moueat
 rogatum ad dandū, id quod petit: uel so
 lum remissionem reducit ut causam
 occasionalem, & motiuam ad dandum.
 Quandoq; allegat obsequia licita, & ho
 nestā habita, uel habenda: Item genus, fa
 miliam, consanguinitatem, carnis ppin
 quitatem, uel ut is, qui dotandus est be
 neficio illis temporalia docet, & benefa
 ciat, uel ut inde laudentur, uel ipsi aut ip
 se ab hominibus: & similia multa? Ad il
 la dicendum: in collatione beneficij p̄
 fertim non curati haberi licite potest re
 spectus ad petentis obsequia licita, & ho
 nestā: ad genus, & amicitiam carnalē nō

Si quis
 petens
 p̄ se uel
 alio nō
 allegat
 mun⁹ a
 manu,
 uel ab
 obseq̄o
 sed aliā
 causam
 an sit si
 monia
 eus.

turpem: ad spem proficiendi in futuro, &
 similia multa: dū tamē intētio primaria,
 & finalis, & ad cōferendū p̄cise prouo
 catiua sit deus ipse, & utilitas ecclesię se
 motis p̄actione, & scādalsa specie, ut su
 pra dubio tertio. Dicitur p̄sertim non
 curari: quia curatum secundum commu
 nem opinionem doct. exigit p̄fectionē
 in gratuitis in illo: cui conferendum est:
 ut etiam habet Gerson in florib⁹. de qua
 non ita facile p̄sumi potest in singulo
 rum per eum agendorum executione
 propter diuersa occurrentia, sicut in sim
 plici beneficio, quāuis & illi scito ef
 se in mortali non sit conferendum bene
 ficiū. Item plura alia ad hoc officium
 dignē exercendum, quā in alio requi
 runtur &c. Sed cum reuerentia, tametsi
 multa habet facere curatus, ad q̄ non re
 netur sacerdos simplex: attamen pro di
 gna officij executione in uno sicut in al
 io exigitur p̄fectio in gratuitis. Et po
 test quis petendo pro curato ad sensum
 in conclusione primaria esse liber a p̄
 sumptione, & ambitione, & ita intende
 re p̄desse, non p̄cesse, ministrare, non
 ministrari &c. sicut petens pro simplici.
 Dicitur. Licite haberi potest oculus, seu
 intentio. suppleatur minus principalis, &
 secundaria: ut finis sub fine principali,
 & ultimo. Dicitur. Ad petentis obsequia
 licita & honesta. Sed caueat quisq; ne
 oculus suus nequam sit. Si enim sunt ob
 sequia illicita, est simonia p̄sumpta: ut
 in notabili. v. Dubij quarti. Et in du
 bio de munere manu. Dicitur. Ad genus,
 & amicitiam carnalem non turpem. Ad
 genus respici potest, & ad consangu
 nitatem: non ut ad principale motiuum
 conferendi: sed secundario: saluis his,
 quę dicta sunt quæst. vij. distinct. xv. de
 conferentibus beneficia. Et an peccent,
 dū minus idoneum p̄ferunt meliori,
 cōsanguineo extraneo &c. Quia si petēs
 illam conditionem principaliter uellet
 attendi a collatore, & per eam ipsum
 principaliter ad dandum prouocare, &
 penitus eadem intentione confert: est
 acceptio personarum: sed non simonia:
 quia hic nullum est munus tēporale æsti
 mabile precio dandum collatori. Et secū

dū Alex. & Thomā spirituale gratis con
 fertur: quia non pro precio. Nō. n. uendit
 hoc spirituale: cum nihil temporalis pre
 cij cōsequatur. Est tamē illicita, & carna
 lis collatio: sed non simoniaca: quia ni
 hil ibi accipitur. Simonia enim fundatur
 in contractu emptionis, & uenditionis.
 Si tamen aliquis dat beneficium ecclē
 siasticum alicui: ut suis amicis, consan
 guineis, uel affinis, aut familiaribus be
 neficiat: & eos diuitijs accumularet: uel ut eū
 fauore, gratia, & laude p̄ferantur
 ut honorem a populis habeat: ut fa
 milia sua nobilitetur, ut fortior eua
 dat &c. est simonia uera mentalis, uel
 p̄actionalis, si pactum interueniat. Secun
 da secundar quæst. c. artic. v. In quarto
 scripto idem uidetur uelle, cum ait. Non
 est simonia, si cōfero beneficium alicui ra
 tione cōsanguinitatis: ita q̄ bonum tēpo
 rale pueniens cōsanguineo ex hoc, non
 redundat in me: sed auant p̄cise apud
 consanguineum sine redūdantia in me.
 Vnde cum dicitur. Confero tibi benefi
 cium ratione cōsanguinitatis &c. potest
 esse intellectus duplex. Vnus: quia es cō
 sanguineus meus: ideo principaliter, &
 p̄cise confero tibi: tibi listendo. Alius:
 quia es consanguineus &c. confero tibi
 Joan. beneficium, ut meis consanguineis
 hoc, uel hoc facias: illa uel illa dones
 &c. Alius, quia es consanguineus &c. cō
 fero tibi, ut familia nostra gloriosior red
 datur: ut me fauore, & gratia p̄se
 quaris &c. Dicitur ad spem proficien
 di in futurum. Si enim profectus esset in
 sufficiens ad obsequium ecclesię, nec ef
 fet ulla spes de p̄fectu in futurum: si pe
 teret talis beneficium, & collator hoc
 sciret, aut scire deberet, uterq; grauit
 peccat: & rogans, & rogat⁹, & mediator:
 si adest. Dicitur: & similia multa. Con
 tingit enim sæpe allegari non munus
 temporale dandum, uel consequendum,
 sed causam, uel debitam, uel indebitam.
 Indebitam, quæ meritō neq; moueret
 collatorem principaliter ad dandum spi
 rituale, nec etiam allegaretur ut cau
 sa: attamen uterq; & petens, & conferēs
 respicit eā, & eius intuitu principaliter
 cōfertur, & recipit spūale sine acceptio

Interp
 ratio du
 plex ho
 rū uer
 borum:
 confero
 tibi hoc
 benefi
 cium ra
 tione cō
 sangui
 nitatis.

ne cuiuscunq; muneris tēporalis in se, uel alio, ut puta confanguinitas, affinitas &c. Sic est acceptio psonarum, & nō simonia, secundum p̄dicta. Si uerō allegatur, & acceptatur, ut minus principali ter motiua, tūc si est inhonesta, p̄ces sūt illicitę. & si cōfertur spirituale: cum hic nullum est munus, uel precium, uel non est simonia, uel solum p̄sumpta. Si est honesta, uel affert aliquod temporale p̄cium collatori, uel non. Si secundū, non est simonia. Si primum, potest esse simonia, ceteris paribus posita intentione praua secundum p̄dicta. Si allegatur ut de bica, & spiritualis, sic acceptatur tanquā apertio, & manifestatio bonę qualitatis, & idoneitatis personę. Et sic non est simonia ceteris paribus. Potest tamen cōferens p̄cisē respicere fauorē humanū, uel simile quid, ut supra. & erit simonia. Ecōtrario etiam potest esse defectus in intentione petentis, sine defectu conferentis. Quandoq; uerō nihil allegatur & tūc respicienda est intentio dantis, & recipientis: & quōd cum moueat ad petendum, uel conferendum: consone ad p̄dicta. Cetera patent ex dictis de munere a manu, & obsequio. Secundum hoc procedit dictum Palu. cum inquit. Quicunq; intuitu precium concedit, uel rogat beneficium intendens, q̄ propter p̄ces hoc fiat, est simoniacus in foro conscientię. Si autem p̄latus ad p̄ces alius concedit alias non concessurus: q̄a supponit de dignitate petentis: & habet p̄ces, ut testimonium bonę cōditionis, non incurrit simoniam. Qui autem scit, uel credit conferentem sibi cōtulisse beneficium, uel ordinem principaliter propter obsequia, siue p̄ces carnales, si erat indignus, debet resignare, quia tunc succedunt loco p̄cis. Si dignus, non tenetur resignare, sed agat p̄nitentiam de intentione corrupta: si ita procurauerit sibi dari. hæc ille. ¶ Quid de illo casu: Ego dico Ioā. si effeceris apud patronū: q̄ habeam hanc p̄laturam, uel hoc officium spirituale, dabo tibi .x. floren. aut beneficium tale, uel tale? Respondetur. est simonia in me, & Ioanne, siue pactū interueniat, siue non: dummodo princi-

Alius casus frequens in aulis sacer-

paliter intuitu illius obligationis, uel sponsonis mihi factę fundo p̄ces pro Ioanne. Immo illa obligatio uidetur includere pactum, & tollit libertatem donationis, & potest collator rei illius nescius, recte conferre beneficium. Ego. n. uideor emere beneficium pro donario, quod spopōdi me daturum, si res fortiaur effectum. Simonia autem consistit in emptione, & uenditione spiritualis pro temporalibus: uel etiam secundum alios spiritualis pro spirituali. ¶ Forte quis diceret. B. expestat spirituale quoddam ab A. pro beneficio, seu officio ecclesiastico sibi obtinendo, & sic non est hic simonia. Dicitur. si pactum interuenit, uel obligatio includens pactonem, iam est simonia. Talis enim tollit libertatem donationis. Si non interuenit pactum expressum: est tamen implicitū: & spirituale datur ut precium spiritualis: & ita non gratis, igitur adhuc uidetur esse simonia, uel detur aliud uocabulum. Huiusmodi praua, ac mercenariam commutationem significans Palu. q. iij. arti. ij. dicit: q̄ permutatio spiritualis cum spirituali: si fiat cum pacto: est simonia. Et infra. Mirum est quomodo permutatio est minus de se simoniaca, quā uenditio &c. Ratio eum mouens uidetur esse, quia est contractus non gratuitus, nec spirituale omnino gratis datur licet non detur pro precio, eo quod uendi non potest. ¶ Quintum dubium. An Papa potest uendere simplex beneficium, uel simplicem canonicatum citra simoniam. Ad illud diuersi diuersimodē respondēt. ¶ Quidam dicunt de beneficio simplici, siue de canonicatu simplici secluso officio ecclesiastico; quōd Papa potest licite ipsum uendere, cum sit quiddam annexum spirituali: non tamen potest uendere officium ecclesiasticum, sed neque beneficium propter officium, uel officio, uel respectiue ad annexum officium. Hoc enim est lege diuina, Math. x. ubi dicitur, Gratis accepistis, gratis date: prohibitum, ubi prohibetur uenditio omnium actuum spiritualium. Et licet Papa sic possit simplex beneficium uendere, & officium ipsum alicui gratis

I Dub. 5.

conferre, tamen male ageret sic faciendo: ut puta dicendo, officium confero tibi gratis, siue canonicatum uendo tibi p̄bendam, quia iam semel datum uideret. Dando enim canonicatum dat per consequens p̄bendam: secundum Pal. Vel loquendo de officio ecclesiastico. Obligando enim quemquā ad officium tale: non potest ab eo recipere beneficium sibi debitum propter officium. quamuis per uiam reservationis possit sibi aliquid de beneficio referuare, & sic agendo referuaret sibi, quod ante collationem suam erat. ¶ Alij tenent oppositam dicentes: q̄ Papa non potest simplicem canonicatum, uel beneficium simplex uendere. Huius opi. uidetur esse Duran. q. v. Cum enim in primis ostendit peccatum simonię posse cadere in Papam, sicut in aliu hominem subiectum legi diuinę: ostendit pro secundoq; conferre pro pecunia simplicem canonicatum est simoniacum de se, & non solum iuris prohibitione. Quod p̄bat: quia in canonicatu simplici sunt duo, scilicet officium, & beneficium temporale, q̄ datur propter officium ad sustentationem ministrī. Officium uendi nō potest, cū sit mere spirituale. Nec beneficium, quod est annexum spirituali. Hūc imitatur Palu. & Gerson. de simonia. Suppositione. vij. di. Beneficium ecclesiasticum, hoc est ius percipiendi temporalia, quantumcumq; uideantur, est spirituale ratione finis, & obiecti. Et ideo non magis, quam officium ecclesiasticum cum potest uendi. Ratio Palu. est. Quando aliquid est partim corporale, & partim spirituale, sicut est calix consecratus, cuius materiale est aurum, uel argentum: sed consecratio, & ad diuinū cultū deputatio est qui spirituale: & uendens potest directe illud temporale aliu transferre, non mediante spirituali: potest illud corporale uendi sine relatione ad spirituale. Sic autem non est in uenditione officij, uel beneficij ecclesiastici. Officium enim est mere spirituale, & ideo secundum se uendi non potest. Nec etiam potest uendi ratione temporalis annexi, hoc est ratione beneficij. Nam id nō potest transferri in alium, nisi trās lato officio,

ex quo datur propter officium. Si ergo uenderetur beneficium, uenditio caderet super officium, quod est spirituale prohibitum uendi lege diuina. modo accessorium sequitur principale: & cū principale puta officium uendi nō potest ex prohibitione legis diuinę: ideo nec accessorium uendi potest: & hoc ex prohibitione legis diuinę. In iure patronatus accessorium est ius patronatus, & villa, cui annexitur principale, ideo comitatur ipsū: & possit citra prohibitionem legis diuinę uendi auctoritate Papę. Habet, & aliam rationem, quando uenditur beneficium, non uenditur ipse prouentus, qui utique uendi potest, & locari: sicut & prouentus, & fructus decimales uendi solent, & locari: sed uenditur ius percipiendi prouentus illos. Ius uero percipiendi illos fructus temporales non est aliud secundum eundem a iure officij: quod quia uendi non potest ex prohibitione iuris diuini: nec uendi potest ius percipiendi fructus illos. Ponit exemplum. in sacerdote est unus, & idem character. quo ei competit potestas consecrandi, & ligandi, seu super corpus Christi uerum, & mysticum. Sic (dicit) est unus canonicatus, ius officij, & ius percipiendi officio debitum. Sicut ergo Papa non potest licite uendere consecrationem calicis: ita nec canonicatum, uel beneficium. ¶ Volens tenere illam opinionem secundum iam (a qua tamen multi declinant) dicere: q̄ beneficium potest uendi acceptum non ipso iure percipiendi fructus illos in sustentationem concedentem uitę temporalis officij: ratione sui spiritualis officij: sed p̄cisē ipsis fructibus, & prouentibus, qui sunt quid mere corporale, qd potest locari, uel etiam uendi laico. Sicut enim officium ecclesiasticum quandoq; accipitur pro iure officij: quandoq; pro obligatione ad officij: quandoq; pro actu officij, quorum quodlibet est mere spirituale: sic similiter dici potest de beneficio. Cum autem beneficium accipitur pro iure, ut supra, corre-

Quomodo benedictio officij ad prastandum beneficium uendit potest. Quomodo benedictio officij ad prastandum beneficium uendit potest.

dum,correspondet eidem.Sed actus beneficii actui officij, uel exercitio correspondet:& hoc iure diuino,& naturali. Neutro illorum trium modorum uendi potest: sed solum cum sumitur pro ipsiſ prouentibus præciſe:non autem pro iure leuandi talia ratione officij,ad quod tenetur propter beneficium. Sicut dicitur de iure ecclesiastico decimarum:q̄ conuenit ratione ordinis soli clerico: ideo nō potest uendi,secus de fructibus, & prouentibus decimalibus, qui possunt locari. Hinc ait Palu. ut supra. Fructus alicuius canonicatus uendere licet, nō autem ius percipiendi. Hoc enim spirituale est, & in laicum non cadit. Item posset quis dicere: ut supra. ius agendi, & actus pari passu ambulant, sed actus beneficii, qui est, & actus officij uendi non potest: inrimo ei⁹ uēditio est de se simoniaca: igitur etiam ius agēdi ipsius beneficii, quod est ius percipiendi fructus &c. uendi nō potest, & est eius uenditio de se simoniaca. Similiter dicendum de obligatione, igitur restat id solum: q̄ fructus beneficii uendi possunt. Et si non beneficium pro illo fructu accipitur, & supponit, habetur intentum. Est ergo beneficium quolibet illorum trium modorum acceptū spirituale ratione principij: quia exigit personam clericalem, seu ordinatam: licet prima tonsura non sit ordo sacramentalis: sed benedictio ecclesiæ: & etiā ratione obiecti. Et ideo cum habet sibi annexum spirituale: uel uerius ipsum annexum est spirituale: & necessariō annexū diuina lege, & naturali, ideo non potest uendi: sicut nec officium ecclesiasticum. Et licet causa primordialis beneficii, uel canonicatus sit a iure positiuo, & humano, ut quidam uolunt: & ita sibi accidit esse spirituale annexum: attamen cum est ad diuinum cultum dedicatum per eos, quibus comperit potestate a deo accepta rem aliquam diuino cultui dedicare, & assignare certis solemnitatibus, & orationibus: ideo simoniacū est illam deputationem uendere. Immo de se simoniacum. Sufficit enim ad hoc, q̄ uendere aliquod spirituale de se sit simoniacum, q̄ sit ad diuinum cultum ritē deputatū.

Nec oportet: q̄ habeat in se spiritualitatem aliam ab ea, quæ est per relationem rationis. Et quia illa deputatio est uerē spiritualis, sicut cultus diuinus: ideo uendi non potest. Ad idem San. Tho. Secunda secundæ. q. c. Et Richar. & Alex. parte. ij. q. clxxxvij. Concludit Palu. Ut aliquid sit spirituale sic: q̄ eius uenditio sit de se simoniaca, non requiritur ipsum esse a deo institutum: nec q̄ habeat in se aliquam entitatem supernaturalem, quæ sit spirituales per essentiam, uel etiam a spiritu increato: sed sufficit: q̄ ipsum sit ritē, & legitime ad cultum dei dedicatum per ecclesiæ ministros, & orationes, siue benedictiones nunc in le. nō. licet olim secus fuerit in lege uete. Non enim uendere sacerdotium erat tunc simoniacum: quia a deo institutum: sic enim cuiuscunq; rei uēditio esset de se simoniaca, cū sit a deo instituta: sed quia erat ad dei cultum ordinatum, & institutum. Sic etiam dedicatur ad dei cultum clericus tonsuratus dumtaxat: & nondum ordinatus ordine sacramentali. Opinioni illarum examen, & discussionem maioribus committo. ¶ Sextum dubium de ministro ordinatoris, uel collatoris alicuius sacramēti. Et posset formari questio sicut de collatore sacramenti. Sunt autē ministri, Archidiaconus examinans ordinandos, Item idem, uel alius euocans ex ordine ordinandos, Notarius, &c. Respondetur. Sicut supra. arti. ij. in propositionibus dictum est aliquid licere, uel non licere ordinato respectu ordinatoris &c. Ita hic dicitur similiter de ministris, reddendo singula singulis. Ministerium siquidem ministri accessorium est ad ordinationem, & reduci uē eundem generis cum eo, sequitur ergo principale. Item officium ministri est annexum spirituali, scilicet ordini, uel clericature: ita q̄ oportet talē esse clericū. igitur de talibus indicandum est: ut supra de spirituali ratione principij, seu fundamenti, & termini. Nec est curandum: an notarius habeat salarium, uel nō: notarius inquit, qui intitu lādos, & ordinādos conscribit, dummodo saltem est notari⁹ episcopi, & ad hoc per eum deputatus ratiō

V Dub. 6. De ministro ordinatoris uel collatoris alicuius sacramēti.

tionē sui officij. Hoc enim non facit sibi licitum, quod est alias illicitum. Dedit: si non habet stipendium, ab episcopo petere, cui principaliter seruit, & non ab ordinādo. Sicut dici potest de substituto uel auditore diuinorum, quē pascere debet curatus: & non subditi. Est. n. organū, & instrumentum, siue minister curati: qui tenetur ex officio ad illud ministerium. Petat ergo, & recipiat ab eo stipendium. Ad hoc quoq; habet episcopus, sicut & curatus suā prouisionem, ut ea, q̄ sunt officij, gratis exequatur. Possunt tamen donaria libere dari, & accipi, ut supra. Potest iniusta uexatio redimi. Possunt etiam materialia, formata, puta ceras, pergamenum &c. solui secundū Duran. q. iij. Nec licet emere formatam, ut testimonium ordinationis. Nam hoc testimonium gratis dandum est etiam in re prophana, quæ non est spiritualis. Datur enim pecunia pro huiusmodi testimonio rei spiritualis: puta ordinationis in ratione precij: simoniacum est: quia non est aliud nisi emere testimonium, quod prohibet episcopus, qui loquitur in formata. Nec obstat c. ij. de simonia, ubi prohibetur, ne ordinatus aliquid det pro ordinatione, siue pro chartis: quia hoc uerum est in ratione precij: secus per modum doni, aut redemptionis uexationis iniusta, uel modo consimili: ita q̄ non detur in ratione precij. Et si utiq; aliquis contendit dicens, ius simpliciter prohibuisse, ne aliquid detur pro chartis, cōceditur hoc uerum esse de iure positivo, contra quod secundum Gerson in floribus potest cadere præscriptio. Dicit. n. in actibus, qui sunt simoniaci solo iure positivo, cadit præscriptio, ut in receptiōe moderata p̄ sigillo, aut literis, aut sustentatione ministrorum in collatione ordinum: in alijs non ita. Palud. inquit arti. ij. & Duran. q. iij. Cum sigillum iudicis non sit nisi testimonium iudicij sui, non apparet, quomodo possit aliquid pro sigillo petere, nisi forte expensas cære, & sigillatoris, & clericorum ad hoc deputatorum. Sunt, qui dicunt: ubi non est consuetudo dandi aliquid pro formata non precium, sed ut dari so-

litum: aut pro materialibus cere &c. nō licet aliquid exigere, seu petere. Nam si non habet notarius sufficienter stipendium, petat ab episcopo, cui seruit. Secus de notario, quem forte ordinatus rogat, ut conficiat sibi instrumentum &c. Hic enim dignus est mercede suam: cum ad operas illas ex officio non tenetur. Secus etiam de notarijs in curia recipientibus ab his temporalia, quibus Papa cōfert beneficia, uel gratias expectatiuas. Nam illa recipiunt a beneficiante Papa, cuius est pars fructuum ex uacatiōe beneficii, qui potest id, quod ad se prinet, notario assignare. Sic & episcopi primos fructus recipiunt. Et sacerdos dando nihil dat de suo: sed dat id, quod est episcopi ex uacatione beneficii. ¶ Septimum dubium. An habens officium aspergendi aquam benedictam in loco certo: seu etiam ministrandi ad altare: ut puta ferre ampullas, portare cereos &c. possit ipsum officium, uel etiam ius obuentionum pro huiusmodi officio alteri locare, uel uendere. ¶ Hic primō uidentum est: q̄ aliud est officium faciendi illa: ius exercendi illos actus: Aliud ius leuandi temporales obuentiones ratione officij. Item quandoq; hoc officium annexum est ordini, hoc est presupponit clericatum, uel ordinem in illo, cui competit, quandoque non est annexum ordini, uel clericatui. Sic bigami, & pueri non ordinati, habent ministrare &c. Si est annexū ordini, uel clericatui est simonia ipsum officium uēdere, uel locare alteri, seu contractu nō gratuito in alium transferre. Sic enim est officium ecclesiasticum, & annexum spirituale. Si uerō nō est annexū ordini, uel clericatui, adhuc uidetur esse simonia, si quis uendit, uel locat, aut contractum non gratuito in alium transferat hoc officium. Probat. Est enim quoddam in se spirituale. Et cum aqua est benedicta, illa aspergio est sacramentalis: ideo nō potest uendi, sicut nec aqua benedicta. A simili oratio pauperis, & laici emi non potest: licet non sit annexa ordini, secundū omnes doctos. Hinc ait San. Thom. secunda secundæ. arti. iij. & post eum Richar. non potest & Palu. Dantes elemosynas pauperibus, test.

X Dub. 7. An habens officium aspergendi aquam benedictam in loco, & similia possit ipsum officium uēdere, uel ius obuentionum.

Oratio pauperis, & laici emi non potest.

ut orationum impetrent suffragia, non dant quasi uolentes orationem emere: sed uolunt per gratuitam beneficentiam pauperum animos ad orandum prouocare. Est enim oratio spiritualis simplici ter: & quantum ad essentiam, & quantum ad causam, secundum Rich. Sic de legentibus psalterium, & in ratione precij pecunias recipientis idem dicendum est. Ergo etiam non licet emere illam a personam, seu officium aspergendi, licet sit laicale, & non annexum ordini. Sic & actus minorum ordinum in loco, ubi non sunt annexi ordini, non sunt emendi, uel uendendi, pro precio, quamuis possit pro eis stipendium exigi, ad sensum premissum. Itaque officium illud siue sit, siue non annexum ordini, non potest precio comparari. Ius uero obuentionum annexum tali ordini, secundum plures potest locari alteri ad tempus: retento sibi officio, & etiam dum alter ad officium substituitur. Probat. Potest enim quis alteri ad tempus beneficium locare ecclesiasticum retento sibi officio: & id non minus est spirituale, uel annexum spirituali, quam sit illud ius leuandi temporalia obuentiones. Et licet communis opinio habet: quod fructus illius officij possunt locari alteri retento sibi hoc iure leuandi temporalia, quod est spirituale: sicut & actus, siue officium, ratione cuius sibi hoc competit ex communi dicto, ius agendi, & actus pari passu ambulant: sicut etiam dicitur de iure decimandi, quod non potest cadere in laicum, quod fructus possunt locari: quia tamen fructus illarum obuentionum possunt esse res usu consumptibiles ut pecunia, uel esculentia: & de ratione locationis est: quod res, quae locatur, non consumatur: sed eius dominium, & proprietatem manet apud locatorem, siue uero locatur, recipit fructus rei illius, & comoditates, quas natura est afferre: ergo cum substantia rei hic non manet salua, cum dicuntur obuentiones locari, sequitur: quod obuentiones non locantur proprie: quia consumuntur, sed ius leuandi obuentiones, quod manet, & in alium transfertur. Quia si locari dicitur, est sermo improprius. Et si dicitur: ius obuentionum est annexum

spirituali: igitur non est locale, uel alterabile contractu non gratuito: Dicitur ex quo est quid in resec temporale, non est illicitum ipsum contractu non gratuito alteri concedere, uel locare, nisi hoc sit iure prohibetur. Ius autem positum non prohibet temporalia annexa spiritualibus, seu iura obuentioinum temporalium locare ad tempus alicui, dummodo ecclesiasticum officium non locetur. Et si dicitur. Illa locatio est uirtualiter uenditio: sed ius id uendi non potest: Respondetur concedendo: omnis locatio est uirtualiter uenditio fructuum, sed non rei locatae. Unde cum loco alicui agrum meum, uendo ei ad tempus fructus agrum inde prouenientes. Sed formaliter locatio non est uenditio. Ideo locatio cadit super illo iure obuentioinum temporalium, quod non transfertur quo ad dominium, & proprietatem in alium: sed manet saluum, & apud locatorem quo ad dominium, & proprietatem. Venditio uero, quam uirtualiter includit, cadit super obuentionibus, non super iure leuandi illas obuentiones. Et si hoc dictum procedit, secundum sic opinantes, licet ius ecclesiasticum decimarum non potest cadere in laicum, potest tamen locari laico ex communi fundamento. Ex illo sequitur: quod nec officium, nec beneficium istud, siue ius obuentionum potest uendi, uel emi, potest tamen ius obuentionum locari alteri retento officio: & per illam locationem dominium non transfertur, nec amittitur: sed manet saluum, & apud illum, cui conuenit hoc officium. ¶ O. Y. Etiam dubium est de doctoribus, & doctrinantibus, siue magistris docentibus: An liceat eis ab auditoribus recipere, & exigere pecuniam pro sua doctrinatione, siue etiam pro scientia, quam tradunt. Et an liceat auditoribus dare pecuniam pro doctrina. Et consimili modo potest queri de praedicatoribus, de concionatoribus uerbi dei. ¶ Notandum: quod in doctrinatione duo sunt: scilicet actus docendi, siue labor docentis, aut opera docentis. Item ueritatis cognitio, & actualis intelligentia genita in illo, qui docetur. Quid enim est docere, nisi in

alio instrumentaliter scientiam gignere? capiendū scientiam largē, ut non distinguatur contra sapientiam, prudentiam, intellectum, & artem. Et licet aliqui distinguant hic de scientia, an sit pietatis, uel non pietatis: tamen uidetur: quod sit sub iudice maneat, quae scientia praesens dicatur pietatis, uel non pietatis. Pietatis scientiam quidam solam theologiam diuinitus reuelatam intelligunt, quae est de fide, spe, & charitate. Et de illa per omnia sicut de oratione dicunt: quod est uere spiritualis quantum ad principium, quantum ad obiectum, finem pariter, & essentiam. Quidam nomine Theologia, uel praedicta, intelligunt omnem moralem scientiam humanitatis adiuuentam, ut ethicam, politicam, & conomicam, monasticam. Item metaphysicam, quae est de ente primo, & eius passionibus. Ad quod uidetur facere dictum beati Aug. de doctr. Christiana. Scientiam non pietatis dicunt, secundum Aug. ubi supra, Mathematicam, & ei subalternatas, grammaticam, logicam, theoreticam, & artem mechanicam. Hinc difficile est solidam in ea redare solutionem. Alex. inquit parte. ij. ubi supra: quod magistri artium liberalium possunt pro labore suo pecuniam accipere: scientiam uero debet gratis dare, alias committerent simoniam. mem. iij. ar. ij. §. j. q. clxxxvii. Et infra. Cognitio ueritatis non est emenda, sed eo modo, quo docetur. S. Tho. art. ij. inquit. Habens scientiam, si non obligatur ex officio ad docendum, licite potest precium suae doctrinae recipere: non quasi ueritatem, aut scientiam uendens: sed quasi operas suas locans. Si autem ex officio ad hoc tenetur, censetur uelle ueritatem uendere, si pecuniam recipere. Et posset id distinguere consone ad sua dicta, & ad ea, quae habentur de magistris. cap. j. & alijs. Si habet publicum beneficium: ut puta de communi arario, & non beneficium ecclesiasticum, committit crimen concussionis aliquid exigendo ultra stipendium sibi debitum saltem ab eis, quibus praefectus est in magistrum. Si habet beneficium ecclesiasticum, committit simoniam aliquid exigendo, uel recipiendo etiam in ratio-

ne stipendij: quia tenetur gratis docere. Secus si aliqua liberē, & gratitudinis uice donatur, & offeruntur. Richar. dicit. Doctrina scientiarum philosophicarum, quae humana inuestigatione, & doctrina acquiruntur, uel di potest de iure, & de facto: cum doctor habet stipendium ab ecclesia, ratione cuius docere tenetur. Si uero habet salarium, incurrit uitium simoniae, uel quasi simoniae, si pro doctrina sua precium exigat a clericis eiusdem ecclesiae: & pauperibus undecumque sint. de magistris. cap. j. & cap. Quia nonnullis in textu, & in gloss. Addit Richard. Scientiae autem praedictae, nec de iure, nec facto uendi possunt. prouerb. xviij. Quid prodest homini stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit? Palude dicit. Pro doctrina ipsa dicunt quidam, non est simonia, si pro labore pecunia recipiatur: quia non per relationem ad spiritum sanctum, sed humanum. Alij sic. Sed de theologia uidetur simonia, de alijs scientijs non. Videtur ad hoc facere de magistris cap. Quia nonnullis ubi statuit Inno. iij. in concilio generali: quod in ecclesijs metropolitanis debet haberi theologus. Et in cap. Super specula. ordinatur: quod quidam ad studium theologicum a praelatis, & capitulis debent ordinari, & mitti &c. Potest ergo ad dubium responderi per conclusiones. ¶ Prima: ueritas doctrinae cuiuscumque scientiae, quae est ueritatis actualis, uel habitualis cognitio, uel adhesio a quocumque ministerialiter tradatur, uel gignatur, a spiritu sancto est. Ambro. testis: & nec de iure, nec facto potest uendi, aut precio comparari. Est enim res spiritualis secundum essentiam. Haec conclusio uidetur esse de mente doctorum supra allegatorum, & etiam gloss. Exod. xxiiij. & aliorum sanctorum: & habetur prouerbio. xviij. ¶ Secunda conclusio. Sicut praedicatori uerbi dei non licet laborem suum uendere, tamen possit diuina, & apostolica tori uerbi dei ordinatione operas suas, ad quas non tenetur, alteri locare, ut est modus loquendi licet improprius, & sic stipendium debitum petere, & recipere: Ita pariformiter doctori ueritatis theologiae non licet uendere.

Cōcl. 1.

Cōcl. 2.

Praedicatori uerbi dei non licet laborem suum uendere, tamen possit diuina, & apostolica tori uerbi dei ordinatione operas suas, ad quas non tenetur, alteri locare, ut est modus loquendi licet improprius, & sic stipendium debitum petere, & recipere: Ita pariformiter doctori ueritatis theologiae non licet uendere.

laborē suum uendere: tamen si possit. &c. v. supra. Patet conclusio ex dictis: quia ille labor, siue actus ille docendi est spiritualis ratione obiecti, & finis: immo per essentiam, siue de se ut actus sacramentalis, & orationes: immo ut videtur, ratione principij, quia est actus sapientie. Omnis autem sapientia a domino deo est. Eccl. i. j. Et secundum apostolum. j. Cor. ix. ordinavit dominus his, qui euangelium annuntiant, de euangelio uiuere. Dictum est notanter doctori ueritatis theologice: hoc est, scientie pietatis. quia uideretur in allegatis doct. q. doctores aliarum scientiarum possunt precium suarum operarum exigere, & recipere. Demptis duobus casibus, de quibus supra in definitionis simoniae explanatione: scilicet cum ex officio ecclesiastico quis tenetur ad docendum. Sic enim est annexum spirituali, non curando qualis sit scientia. Et tunc nec in ratione precepti, nec stipendij, nisi liberaliter offeratur, & detur stipendium illud non debitum: cum habent beneficium licitum est eis, qui sic docent, pecunias accipere. Item si ex hoc pererent, peccarent: quia maxime ordinant ad scientiam pietatis. Sic. n. uenderet scientia pietatis. ¶ Tertia conclusio. Doctor, qui ex officij siue ecclesiastici, siue prophani debito, tenetur alios docere siue pietatis, siue non pietatis scientia, habito beneficio siue ecclesiastico, siue ex erario publico, congruo, & honesto, non potest pro sua, ad quam tenetur doctrinatione, uel precium, uel stipendium aliud stante priore obligatione, & congrua partitione exigere, petere, uel recipere ab his, quos docere tenetur, si saltem uult concussionis crimine, uel simoniae labem euadere. Patet ex dictis: reddendo singula singulis. Et pariformiter dicendum de auditoribus doctoris illius. ¶ Quarta conclusio. Doctor, qui ex officij debito non tenetur alij usum doctrine impedire, potest operas suas locare alijs, & uel stipendium pro operis scientie pietatis, uel etiam precium, & stipendium pro operis scientie, non pietatis exigere, petere, & recipere: & auditores ad dandum talia praeuio pacto obligare. Patet ex dictis. Et licet ueritas doctrinae gignat in aliquo posita huiusmodi

di ministeriali doctrinatione: quia tamen ueritas ipsa non est huiusmodi opera docentis: sed actus ipse, & industria docendi, est opera docentis: ideo pro actu docendi non pro ueritate genita: licet stipendium ceteris paribus recipere. ¶ Sic suo modo responderi potest ad dubium, si queritur: Si doct. scholasticus possit collectam imponere auditoribus. Item concedere festum, uel negare ipsum &c. Nam capiendum festiuitate primo modo pro colere deum cultu patriae: & festum pro cultu patriae. Aut etiam secundo pro cessatione ab operibus scholasticis, siue ab actibus scholasticis, cum est festum scholasticum propter colere deum: siue etiam tertio pro iure festuandi primo, uel secundo modis: Et capiendum ly concedere, pro concessione: sicut dicimus concedo tibi hanc rem, concessio, ut utaris ea: siue placet, ut ea utaris: siue pro non impedire, quo modo ecclesiae concedit Iudaeis exercere ritus suos: Clarum est: si doctor non uult concedere festum, quocumque; doctorum modorum accipiatur festiuitate, nisi data pecunia cum relatione tamen ad primum, ut cultus dei perficiatur: quia uis agendi, & actus pari passu ambulant: est simonia uera. Sic. n. festum (quod quolibet illorum modorum est spirituale, siue accipiatur pro colere deum: siue pro cessare ab actibus scholasticis ad colendum deum: siue pro iure festuandi primo, aut secundo modis, cum relatione tamen ad cultum diuinum) non conceditur nisi data pecunia. Et est simile; sicut cum quis non uult concedere, seu permittere: ut sacerdos celebret diuina: nisi data pecunia: & hoc in loco, & pro tempore, cum habet ius celebrandi. Sic enim festum semper est spirituale: aut ad spirituale ordinatum, & ei annexum. Potest tamen iniusta uexatio redimi, quae est res aestimabilis precio, ut supra. Verum capiendum festum praecise, & absolute pro cessatione ab actibus scholasticis: secundum morem, & ritum ecclesiae, uel uniuersitatis illius sine relatione ad cultum diuinum perficiendum: sic non est simonia: sed illicitum non uelle concedere festum nisi data pecunia: quia ad hoc tenetur doctor, & competit auditorio ius fe-

Z Si doct. scolasti cº possit collectam imponere suis auditoribus.

stiuandi: hoc est sciendi illo die: ex statuto, uel ecclesiae, uel uniuersitatis. Sic festum non est spirituale, nec ei annexum. ¶ Secus si docens ex officio ecclesiastico, ut sic, non uult dare festum nisi habita pecunia. sic est annexum spirituali: & committitur simonia. Actus enim illi siue sint quid posituum, siue priuatiuum, hoc est cessatio ab agendis: contrahunt quandam spiritualitatem ex eo: quia competunt ei ratione officij ecclesiastici, cui annexum est. Sic dispensare est annexum officio ecclesiastico: & ita est spirituale quoddam. Sic non uelle corrigere uicia, cum quis officio ecclesiastico ad hoc tenetur, licet illa ommissio non sit proprie quid spirituale: sed oppositum spirituali. Ex illo etiam patet: quando licet, uel non licet scholasticis dare aliquid doctori propter habere festum ordinatum. Et non est cure, qualis, uel de quo sit lectio. Nam fundamentum in hoc stat quia festum est quid spirituale: a. r. spirituale ordinatum. Aut quia officium, ratione cuius ad hoc tenetur, est ecclesiasticum: ideo simoniae. ¶ Secus uero si quis legeret die festo praecise ad rogatum aliquorum, & non ex conductione, uel officij debito. Iste si non obseruat festum: hoc est: si legit non prohibitus alias, praecise ad uoluntatem, & rogatum aliquorum: potest recipere stipendium: sed non precium pro illo actu, si est scientia pietatis. Si uero non est scientia pietatis, potest ceteris paribus ut supra precium suarum operarum recipere. Ceteris paribus dixerim. Obstat enim ei praecceptum dicens. Sabbatum sanctifica. maxime si est festum ecclesiae &c. ¶ Nonum dubium est de licentiae concessionem. An liceat pro licentia docendi quicquam rei temporalis dare, uel recipere. Licentia docendi quandoque sumitur pro simplici concessionem, & consensu, ut alter legere possit, capiendum concedere, ut supra: pro consensum dare ad hoc, ut legere possit, uel docere. Quandoque sumitur non pro simplici iure docendi: sed solenni, quod praestatur solenniter auctoritate Papae, uel cancellarij, & ad recipiendum insignia magistralia, & ad doctrinandum publice, &

auctoritate scholastica quacumque; scientiam, siue pietatis, siue aliam &c. ¶ Prima conclusio. Exigere temporale pro licentia: iure docendi simpliciter: siue pro licentia primo modo capta, non curando quacumque; sit illa scientia, est illicitum, & iure prohibitorium: & si sit ad docendum scientiam pietatis, est cum hoc simoniae. Patet de magistris part. iij. cap. No. solum in ratione praecise: sed & alias. Possunt tamen uniuersitates sic legere uolentes non admittere, nisi sint inuictriculae: & fecerint, quae nouitij uniuersitatum facere tenentur. Hoc enim petit idoneitas personae. Ius enim ad actum, & actus pari passu ambulant. Sed pro actu docendi scientiam pietatis, non licet recipere precium ut supra: igitur nec pro iure docendi: quod est licentia primo modo capta. Et cum illa licentia, uel licentiae concessio non est opera, uel industria, uel labor: sed simplex concessio, uel concessus: non meretur stipendium. Et hunc consensum quis dare tenetur ex officio, cui incumbit, uel saltem non impedire. Possit tamen aliquis idoneus ad legendum, & auctoritate publica admittis redimere uexationem iniustam, cum est ad legendum graduatus, & publice licentia. Et licet illa probatio solum ostendat illud esse simoniae, cum recipitur precium pro licentia docendi scientiam pietatis: possit tamen consonum ad praedicta id ipsum ostendit: quod sit illicitum, si sit pro alia scientia: & peccati concussionis. Verum ex praecedentibus patet secundum eos, qui tenentur ut supra, Dubio viii. quod nulla ueritatis cognitio possit vendi. ¶ Secunda conclusio. Quamuis illicitum sit dare licentiam secundo modo captam etiam ad scientiam, quae non est pietatis: & simoniae, si sit ad pietatis scientiam pro precio, seu pecunia: attamen licitum est licentiam conferenti, si ad hoc non tenetur ex officio: prophano, uel ecclesiastico, stipendium petere, & exigere pro operis habitis in licentiae collatione ad actum illum necessario prauijs, uel concomitantibus: aut adesse debitis. Prima pars patet; ut prior conclusio, quia cum licentia hoc modo sit ius: est etiam officium in una signa-

Cocl. 3. Doctor prater stipendium ex erario &c. non potest aliud petere.

Cocl. 4. Doctor quoniam potest operas suas locare.

Cocl. 1.

Cocl. 2. Quo licet ad scientiam, quae non est pietatis: & simoniae, si sit ad pietatis scientiam pro precio, seu pecunia: attamen licitum est licentiam conferenti, si ad hoc non tenetur ex officio: prophano, uel ecclesiastico, stipendium petere.

A Dub. 9. De licentiae concessione.

ficatione. sed officia non debent esse ue-
nalia. Item ius illud non minus est spi-
rituale. quā actus eius, pro quo concedi-
tur: sed cum ille sit spiritualis, etiam cō-
cessio iuris ad actum erit spiritualis. Ius
enim ad actum, & actus pari passu ince-
dunt. Item stat quēpiam hoc ius con-
ferentem ad hoc constringi ex officio ec-
clesiastico: & ita est annexum spirituali:
& committit simoniam, uel peccatum
concussionis: si non ex officio ecclesi-
astico ad hoc teneretur, sed ex publica stipē-
diatione, cū recipit temporalia in ratio-
ne precij, uel stipendij sibi non debiti, ni-
si merē liberaliter secluso scandalo do-
naria aliqua offerantur. Facit ad hoc.
xxij. quæst. prima cap. Militare. & j. quæ-
stio. prima cap. Vendentes. Secunda pars
patet. Nam illæ operæ habitæ in licen-
tiæ collatione, non sunt maioris spiritua-
litas, quā actus, quibus licentiandus
doctus est. sed pro illis licitum est stipen-
diū recipere ab uniuersitate: uel alias &c.
igitur & hic. Nec uideretur uniuersitas uel
le suos stipendiarios, & legentes ad hos
actus constringere quasi accidentales, &
extraordinarios: ut puta examinare, ten-
tare, promouere, commendationem
facere &c. sine speciali stipendio. Pro
quo facit uetustissima obseruantia. Im-
mo uniuersitas conducendo eos semel uo-
luit eis pro huiusmodi actibus stipendiū
solutum dari a promouendis. Cætera pa-
rent ex dictis. ¶ Decimum dubium. Vtrū
dare, uel recipere, uel etiam exigere tem-
poralia pro sepulturis, pro exequijs, pro
cessionibus, stallis in ecclesia, & similibus,
sit simoniacum, & illicitum. ¶ De sepul-
tura sit hæc propositio prima. Accipien-
do sepulturam simpliciter pro terræ ef-
fossione, seu tumuli præparatione: aut
cadaueris impositione: quamuis sic mor-
tuum sepelire sit opus misericordię per-
missiue, & non positiue: potest tamē pro
ea pecunia dari, & recipi: & in ratione sti-
pendij, & precij. Probatur: quia sic non
exigit potestatem ordinis, uel ecclesiasti-
cæ personæ. & talia misericordię opera
permissiue dicta possunt uendi. Sicut pa-
nis quandoq; dandus pauperi, & elemo-
sina quandoq; cum non datur pauperi,

uenditur: nec tunc proprie dicitur elemo-
sina. sed cum datur pauperi, est opus
misericordię, & non est spirituale prohi-
bitum emi, uel uendi. ¶ Secunda conclu-
sio. Capiendo sepulturam pro officio ec-
clesiastico, quod fit circa sepelitionem, dicen-
dum est de ea per omnia: sicut de missarū
celebratione, & actiua sacramentorum
administratione, & similibus. ¶ Tertia cō-
clusio. Accipiendo sepulturam pro ter-
ra, uel loco sepelitionis consecrata, uel
consecrato non potest emi, uel uendi ra-
tione consecrationis. Sic enim emeretur,
uel uenderetur consecratio, quæ non
potest precio comparari, cum sit merē
spiritualis: immo esset de se simoniacum
eam uendere. Item accipiendo terram
quo ad materiale, est communis toti illi
communitati: & non habet eius dominiū
pælatus ecclesiæ: ideo eam uendere non
potest. Nec etiam licet terram non cō-
secratam emere ob eam causam præcisē:
quia ibi sepultus est fidelis. Sic enim eme-
retur Christianitas defuncti, ut quidam
uolunt. Secus si non haberetur respectus
ad spiritualitatem illam: sed præcisē ma-
teriale emitur secundum se. Sic fecit A-
braham emendo spelūcam duplicem ab
Ephron. Gen. xxij. Alias loca, in qui-
bus trucidati fuerunt martyres, non lice-
ret emere: aut in quibus recondite fue-
runt sanctorum reliquiæ. Talis enim ter-
ra non est, consecrata pontificali benedi-
ctione, quæ facit eam uerē spirituale, &
non præcisē mortui cuiuscunq; sepeli-
tio. Licet tamen sepelilio faciat locum
esse religiosum secundum leges: sicut &
per defunctorum translationem definit
secundum eas esse religiosus. xii. q. ij. c.
In ecclesiastica. Item de religiosi domi-
bus. cap. Ad hæc. Sic enim homo Chri-
stianus uendi potest. Exemplum de san-
cto Paulino episcopo Nolano, qui se uē-
didit. Sic Abraham emit (ut dictum est)
spelūcam duplicem: ideo dictam dupli-
cem: quia in mansione superiori Adam,
in inferiori uerō Eua condita fuit. Quia
si opponitur Ephron, a quo emit pec-
casse: Dicendum: non ideo peccauit
præcisē: quia terram uendit. Nam uo-
luit eam gratis dare. Et Abraham coope-
rando

Cōcl. 1.

Cōcl. 3.
Sepul-
tura p
terra, &
loco cō-
secrato
nō pōt
uendi.

Cōcl. 4.
Qñ li-
cet redi-
mere
uexatio-
nē a re-
ctore ec-
clesiæ p
sepul-
tura.

Spelūca
duplex,
q̄ Abra-
hā emit
quō di-
catur.

rando peccato suo grauius peccasset. sed
peccauit, quia nimis magnum precij exe-
git: cum Abraham eā ex deuotione olim
ibi defunctorū habere uoluisset: ne postea
infideles sibi usurparēt ibi locum sepul-
turæ. Aut forte peccauit: quia precium
ratione sepulchræ fidelium augeri uoluit.
Abraham uerō non peccauit: quia emit
terram non consecratam. secundum Ri-
chard. licet locus fuerit religiosus. Cum
enim uidit locum illum prophanari, po-
tuit ut christicola uexationem iniustam
redimere: & ut honor debitum mortuorū,
& loci illius præcisē obseruaretur, ulera
naturalem ualorem precium augere ex
pietate. Sic si hodie occuparentur loci
ab infidelibus, in quibus reliquiæ sancto-
rum recondite manent: liceret pro ho-
nore sanctorum locum illum præcisē
emere: & ab iniustus possessoribus uexa-
tionem redimere. Secundum San. Tho.
licet Ephron gratis dare uellet agrum,
cognouit tamen Abraham: q̄ sine offen-
sa gratis eum habere non possidet: ideo ter-
rā ratione materialis præcisē emit. Alia
solutio uideatur in postill. ¶ Quarta cō-
clusio. Si rector ecclesiæ noller annue-
re ad sepeliendum caduera parochiano-
rum in loco communi ad hoc dedicato:
in quo & habent ius acquisitum sepeliri:
licet iniustam redimere uexationem ci-
tra loci illius consecrati, in quo sepelien-
dum est, appreciationem. ¶ Dicitur. In
quo, & habent ius acquisitum. Si enim
esset locus non communis parochianis
omnibus: sed forte solis clericis debitus,
non licet dare, uel recipere precium pro
illo loco habendo, uel pactum de dando
quidpiam interuenire. xii. q. ij. c. Preci-
dendum. cap. Quæstio est. cap. Postquam
cap. In ecclesiastico. Possēt tamen sepe-
liendus dare elemosinam ecclesiæ ali-
cui ante, uel post sepelitionem secluso
scandalo cum spe obtinendi ex deuotio-
ne pia locum illum gratis, & liberē, uel
uti pro bono opere meritorio. quemad-
modum fit in indulgentiarum cōcessio-
ne: cum quis tantūdem largitur pro ec-
clesiæ alicuius reparatione. Sic habentur
multa facta sanctorum, ubi quis ex
deuotione cū suis quiescere uoluit. xiii.

q. ij. Ebron. & cap. sequente. Vnaquæq;
mulier. de Adam, & Eua. Item Isaac
cum Rebecca. Jacob cum Lyra, Abrahā
cum Sara. Sic Tobias senior uxore suam
secum sepeliri uoluit Tobie. iij. Sancta
Scholastica cum sancto Benedicto. To-
seph in ægypto mortuus reduci uoluit
ad sepulchra patrum. In lib. Reg. habetur
de multis: q̄ appositū sunt ad patres
stos. Quidam fuerunt priuari sepultura
patrum suorum. Sanctus Severus episco-
pus cū uxore sua, & filia sepeliri uoluit.
Sanctus Philippus fecit sepulchrum para-
ri pro se, & filijs suis &c. Ad idem est Au-
gust. in de cura pro mortuis. cap. ij. & alij
xiii. quæst. ij. cap. Placuit. Vbi habetur:
q̄ uir, & mulier simul sepeliri debent.
¶ De exequijs, & processionibus, ut dicitur,
quid dicendum ueniat facile sumi po-
test ex dictis. Beatus Thom. artic. ij. di-
cit. Dantur aliqua temporalia deum lau-
dantibus in celebratione ecclesiastici of-
ficii pro uiuis, siue pro mortuis, non qua-
si precium, sed ut sustentationis stipen-
dium. Et eodem modo pro processionibus
faciendis in aliquo funere elemo-
synæ, & stipendia recipiuntur. Si autem
talita fiant cum pacto, aut cum intentio-
ne emptionis, aut uenditionis, simonia ef-
set. Patet ex dictis. Nam pactio in spi-
ritualibus est prohibita, & maxime in il-
lis, quæ non sunt operæ. Præfert enim
speciem mali quasi interueniat precium
inter spirituale, & temporale. Item in-
ducit obligationem, quæ est res, compara-
bilis precio. Magni enim precij est,
quem sic esse obligatum secundum præ-
dicta. Si enim mutuo alicui quippiam
gratis cum pacto, q̄ emat domum meā:
illa pactio obligationem inducit precio
æstimabilem. Inducit ergo simoniam,
uel usuram reddendo singula singulis.
Illicita (inquit San. Thom.) esset illa or-
dinatio, seu statutum illud negatiuum,
quo disponeretur nullum debere ibi se-
peliri, uel cum processione ad sepulchrū
deduci: nisi det tantūdem: quia per hoc
præcluderetur uia gratis impediendi pie-
tatis officium. Maxis autem licita esset,
si fieret affirmatiue, ut puta, uolens sibi
hoc fieri det tantūdem in sustentationis

De exe-
quijs.
C
C

Dub. 10.
B
B
prop. 1.
De se-
pulturis
& alijs.

spendium, vel ecclesie reparationem. Notanter dicitur, magis licita esset, no simpliciter commendando: quia forte prese fert speciem auaritia, & q pecunia principaliter intendatur. Sed ubi consuetum est sic fieri, & dari, & maxime post factu, uidetur non esse malum secundum predicta. Plura de hoc Henricus Gorichu in tractatulo de simonijs ubi illam materiam funeralium obsequiorum determinat. ¶ De stallis in ecclesia dicendu per propositiones. Prima. Licet prelatus aliquis, seu ecclesie preses possit alicui benefactori ecclesie prouocatus per eius deuotionem, & beneficentiam assignare, sed non uendere stallum proprium in ecclesia: sumendo stallum pro iure ibi standi pro se, & suis duxat: non tamen licet extra donaria liberis, & gratis data, aut dari solita recipere, vel exigere, aut dare quicquam in ratione precij, uel principalis motui cum pacto, vel sine pacto. Patet ex predictis: quia hoc ius est spirituale: sicut & ecclesia, in qua datur. Et pariformiter dicendum est de iure sepeliendi. Sic enim dantur pauperibus elemosina, ut prouocentur ad orationes rependendum &c. ¶ Secunda propositio. Est probabile dictu: q non eo ipso, q quis edificat stallum in ecclesia pro se, & suis, ideo habeat ius standi proprium sibi, & suis. Nam fundus ecclesie non est sui domini. Et sicut plantans arbores in campo communi non facit per hoc arbores esse suas, sed sunt comunitatis: ita in proposito. ¶ Cogitandum est hic: an ne aliquis, qui multa beneficia attulit ecclesie: & similiter sui antecessores, & familia tota, possit per longuam stationem ibi, uel ibi habitam, aut etiam uetustissimam sepelitionem suorum ibi, uel ibi, prescribere, & sic obtinere ius ex prescriptione standi ibi, uel sepeliendi. Et uidetur quibusdam, q sic. ¶ De panis, & alijs funeralibus, quae quandoq apponuntur: An licet clericis cum relictis defuncti pacifici: q nisi talia relinquunt ecclesie, non uelint eum sepelire, seu nisi redimant ea pecunia, non uelint sepelire, aut loco eorudem tantu pecuniae dederint &c. Respondetur secundum predicta. Pactio in

ppō. 1.
De stallis in ecclesia.

ppō. 2.

De panis, & alijs funeralibus.

spiritualibus prohibita est, praesertim cum non sunt opera: quia inducit obligationem precio estimabilem, & ita spirituale non gratis confertur, sed pro precio. Cum autem hic pacta praecedunt, spirituale non gratis datur. Item sicut non licet monasterio pacisci cum professo super bonis suis, quae non sunt monasterij ante eius professionem: ita & hic cum illa funeralia forte apponenda nondum sunt eorum, posita consuetudine apponendi aliquid. Nec licet illa exigere ad sensum tactum supra de statuto, An licet prohibere, ne quis ibi sepeliatur nisi data summa pecuniae. Nec qualitercumq: cum eis conuenire, aut pacisci de redemptione, uel appositione funeralium pannorum. Plura alia adduci possent: sed haec breuiter de simonia ex dictis maiorum collegisse sufficiat, ecclesie auctoritate, & melius sententium sententia in omnibus, & per omnia semper salua.

QVAESTIO. III.

TERTIO queritur de poena, ac satisfactione simoniacorum. Veru: quia circa hoc doctoru discors est sententia, ideo eorum, & extrauagantium dicta utcumq: citra iuris peritiam seruatido pauca annotare placuit. ¶ Primo considerandum est secundum Angelum in summa, & alios, q illud uulgatum dictum, Omnis simoniacus est excommunicatus, intelligitur duxat de simonijs scienter in ordine, & beneficio. in ver. simonia. vj. §. ix. non sic de alijs simonijs. Item extrauagantes omnes de simonia loquentes sunt ueteris iuris declaratoriae, & sic nihil noui afferunt. Patet inspiciendo textus eorudem. Sed cum ius uetus non excommunicat nisi simoniacos praefatos, in ordine scilicet, & beneficio: & poenae non sunt extendendae: igitur solu illi sunt excommunicati de iure, & no sic alij. ¶ Praeterea secundum Angelum, & alios, intelligitur hoc dictum de excommunicatione simoniacoru q simonia pactio nali, uel conuentionali, no de materiali: ut distinguitur contra pactio nalem. Facit ad hoc

A De poena simoniacoru

ca. finale de simonia. Snt ergo tales simoniaci in ordine, uel beneficio pactio nales, dummodo scienter id faciant, siue manifesta, siue occulta sit eoru simonia, excommunicati, & quoad se, & alios suspensi, uel la haberes ordinis cuiuscumq: executione, nec ius quodcumq: in beneficio simoniace adepti. Nec fructus possunt facere suos, sed tenent, & beneficii simoniace adeptum, & perceptos fructus restituere, si uolunt uere poenitere restituere inquam non danti, sed ecclesie in cuius ignominiam receperunt: ut infra. Et debent poenitentia deponere, & infamia, si de crimine confiterentur. cap. Inquisitioni. de accusa. Nec possunt recuperare pecuniam, qua dederunt. xliij. q. v. c. Non sane. Eorum absolutio, & restitutio soli Papa reseruat extra mortis articulum. Et dato; q Papa daret alicui commissionem absoluendi ab omni crimine, aut censura ecclesiastica, tamen adhuc est casus reseruat Papae, nisi nominatim, & clare concedatur, & exprimat. Nec solum illi sic sunt excommunicati: sed etiam mediatores, & procuratores: ut habent extrauagana. Verum id, quod habent de reuelando Papae simoniacos, si qui sciuntur, creditur hodie non obligare, nec seruandum esse de necessitate. Multi loquuntur indistincte, siue sint manifesti, siue occulti: ut tamen pactio nales sunt simpliciter suspensi, & quoad se, & alios. Aliqui uero distinguunt dicentes. Si est manifestus simoniacus pactio nalis in beneficio suscepto, secundum Panor. in capit. tanta. & San. Tho. Secunda secundae quaest. e. artic. vj. est suspensus simpliciter, quoad se, & alios: non curando, an sit curatum, uel non curatum beneficium. Si occultus, est suspensus quoad se, non quoad alios. Uterq: tamen siue manifestus, siue occultus simoniacus pactio nalis tenetur resignare beneficium simoniace adeptum, & fructus inde perceptos quoscumq: Immo secundum Sanct. Thom. ubi supra, si quis scienter, & propria sponte accipit simoniace ordinem, uel beneficium ecclesiasticum (quo modo etiam dicta priora sunt limitanda) non solum priuatur eo, quod accepit, ut scilicet ca

reat ordinis executione quoad se tantum, si est occultum, quoad se, & alios, si est manifestum: & non solum tenetur resignare beneficium cum fructibus inde perceptis: sed etiam ulterius punitur: quia notatur infamia, & tenetur ad restituendos fructus non solum inde perceptos, ut dictum est: sed etiam eos, qui percipi potuerunt a diligenti possessore. Quod intelligendum est secundum eum de fructibus, qui supersunt deductis expensis factis causa fructuum, exceptis fructibus illis, qui expensi sunt alias in utilitatem ecclesie. Dictum est notanter, Si quis scienter, & propria sponte &c. Nam si eo nesciente, & nolente uere, uel interpretatur per alios suos fautores procuratur illa promotio, uel collatio simoniaca, caret quidem hic promotio, uel beneficium ordinis executione in ordine, uel beneficio sic adepti: secus in alijs non sic adeptis. Et tenetur secundum Sanct. Thom. resignare beneficium, quod est sic simoniace adeptus cum fructibus existentibus. Non autem tenetur restituere fructus consumptos: quia bona fide consumpsit, & possedit. Si uero inimicus eius fraudulenter, & dolose eius nomine dedisset pecuniam pro eius promotione eo nesciente, nec uolente: aut si ipse contradixit talismodi simoniace conuentioni: non tenetur ad renunciandum, nisi forte postmodum pacto consenserit soluendo quod fuit promissum. Hinc Palud. artic. j. quaest. v. ponit. iij. casus, in quibus simoniacus ignoranter non tenetur resignare beneficium. Primus, si inimicus daret me contradicente: ubi non est quis excommunicatus. cap. Nobis de simonia. Tertius, quando sine pacto tacito, uel expresso. ¶ Sed quid de conferente ordinem, uel beneficium simoniace? Dicunt quidam de conferente ordinem simoniace: q est suspensus ut recipiens per trienniu. Alij pro perpetuo. Videt tamen cum illa distinctione, qua innuit beatus Tho. Si est manifestu, est suspensus quoad se, & alios. Si occultum, quoad se tantum, ut scilicet de executione sui ordinis se non intromittat, sed non quoad

Casus notad.

Quae poena conferentis ordinis simoniace.

alios, ut scilicet nullus ei communicet in ordinis executione. Sed licet quis sic simoniace recipiat ordinem nihilominus tunc recipit ordinem, & characterē propter sacramenti efficaciam. Attamen quia huiusmodi agit recipiendo ordinem contra ecclesie prohibitionem, punitur condigne: nedom in pœnâ peccati, sed etiam quandoq; illa puniō est effectus acquisitionis iniuste. De conferente beneficium simoniace: dicunt doct. Si est manifestum peccatum, est suspensio quo ad se, & alios. capit. Accusatum. de simonia. Commisit enim crimen enorme, & manifestum, & omne tale impedit ordinis executionem etiam peracta pœnitentia, nisi adsit dispensatio. Si occultum, est suspensio quoad se tantum: sicut quilibet criminofus occultus. Idem dicitur de mediatore, & procuratore ita scienter, & nolenter practicante, seu procurante, ut illa simoniace fiant. ¶ Dubium est de restitutione perceptorum in simonia mentali, ut distinguitur contra pactioalem, ubi scilicet nulla interuenit pactio; uel exactio: & hoc ratione ordinis, uel beneficij. Quia enim tales non incurrant cœsuras, quas ecclesia infligit simoniaco pactionali, concors est omnium sententia, ut uidetur. Sufficit enim tali satisfacere suo creatori. cap. finali de simonia. Si autem tenetur ad resignationem, & restitutionem beneficij, uel fructuum sic perceptorum, uolunt quidam, qd non: quando est simonia de iure positio. Secus de iure diuino. Quidam uero cap. finali de simonia indist. nctē intelligunt: dicētes, qd in simonia mentali, ubi nō interuenit pactio, non oportet renunciare, sed sufficit de mala intentione pœnitere. Hinc Sanctus Thomas ar. vi. Quoad deum sola uoluntas facit simoniacum, sed quo ad pœnâ ecclesiasticam exteriorem non punitur ut simoniacus, nec renunciare tenetur: sed de mala intentione debet pœnitere. Et Richar. in fine dist. xxv. ait. Si clericus seruiat principaliter intentione obtinendi beneficium ecclesiasticum aliquod, nullo tamen pacto interueniente, quamuis grauiter peccet, & simoniam incurrat mentalem, non tamen illam si-

C
Dubium de fructibus perceptis in simonia mentali.

moniam, quæ obligat ad resignationem beneficij simoniace adepti cap. Mandato nostro. de simonia. Sic etiam tenet Antoninus. ut supra quæst. ij. conclusionē. ij. allegatum fuit. & Ray. in summa. & Per. de Palud. artic. primo. q. quinta. Et est: qd secus sit in simonia de iure diuino, & positio; tamen quæ sunt simoniaca de iure diuino precei, & per se, non est clarum in omnibus, & per omnia, ut supra. ¶ Considerandum etiam uenit: quod multi tenent, Papam posse dispensare in simonia etiam de iure diuino, ne scilicet quis teneatur ad restitutionem perceptorum simoniace. gloss. in cap. Ordinatio nes. j. quæst. j. Et dicit Guillelmus super Ray. titu. de usuris: qd Papa possit dispensare; qd non solum in simonia mentali: sed etiam in pactionali posset quis retinere, quod est simoniace acquisitū. Nec est simile secundum illos de usura, & simonia: quia in usura læditur proximus, cui de iure diuino ut domino rei fieri debet restitutio, sed in simonia læditur ecclesia, in cuius ignominiam datum, & acceptum est aliquid simoniace. cap. Ad hoc. de simonia. Papa uero habet plenā, & liberam dispensationem circa bona ecclesie, ut dicunt. Hoc dictum satis procederet: si sicut ecclesia annexit huic peccato simoniæ censuras, de quarum numero, ut uidetur, non est restitutio iniuste perceptorum: ita similiter annexisset restitutionem: sed cum restituere alienum, & non suum est de lege diuina, Nō furum facies: difficile est dicere, qd non tenetur quis restituere iniuste acquisitū, & contra legem diuinam, nisi dicatur: qd sicut in uagis restitutionibus Papa habet ordinare, & disponere: ita & hic. Nam dans non est hæres illius, quod iniuste receptum est ab alio, & simoniace contra legē diuinam: sed ecclesia, in cuius ignominiam datum est: uel forte pauperes ipsi, secundum Anto. in summa. Ecclesia (inquit Angelus) quandoq; secularis, quandoq; regularis. in uer. Simonia. vii. §. j. Nisi omnes de ecclesia sint in culpa. Tunc enim secundum Palud. dandum est pauperibus. quæst. v. Et ita habetur quasi uaga restitutio. Posset ergo Papa hic dispensare,

spondere, & eis remittere in casu, uel dare alteri. Vel forte diceret aliquis. simoniacus tenetur restituere simoniace adeptum: tenetur inquam lege diuina: sed cum Papa factus est dominus illorum sic adeptorum in ecclesie contumeliam, & simoniaco commercio, potest, si uult, illi remittere, uel alteri donare. Cum autem remittit ei, uel nō exigit ab eodem cœsatur eū eo dispensare: qd nō tenetur ad restitutionē sic perceptorum. Et sicut simul stat illa duo: qd tenet ad restitutionē lege diuina: & qd Papa rerum illarum dñs potest ei remittere, uel potest eū nō cōpellere ad restituendum, & sic tacite annueat, qd retineat eas permissione, & cōcessione: Sic uidetur Papa facere eū dat facultatem componēdi super perceptis simoniace etiam interueniente pacto, & cōuentione. Jam. n. remittit res sibi debitas, qd factę sunt sui domini, ppter cōtractum simoniacū prauum, & phibitū. Et tunc diceretur ad c. finale de simonia: qd loquitur irrestrictē in omni simonia mentali, ubi non interuenit pactum, uel exactio, que facit pactioalem. Et qd in omni tali habet Papa disponere sicut in restitutione uaga, aut in rebus proprijs. Videtur multis: qd in simonia mentali episcopus habet absoluerē: & sic uigore confessionalium in reseruatō sēdi apostolicæ. Pœnitentiæ uero uidetur arbitraria esse: quia non reperitur de hoc textus expressus. Secus de pactionali, quæ reseruat Papæ nisi specialis fiat de hoc mentio &c. Sed quid de pecunia data pro ordine simoniace suscepto? Respondetur secundum Angelum, ubi supra. Dabitur ecclesie cathedrali, in cuius iniuriam uidetur data: si quis non ordinatur ad titulū ecclesie: uel ecclesie aut beneficij, ad cuius titulum ordinatur. ¶ De pœna recipientium, & receptorum ad religionem simoniace, uidetur dicendum post extranagantē Urbani. v. qd sunt excommunicati, & nō nisi a summo pontifice extranecessitatis articulū absoluedi. Quod secūdu prædicta uidetur uerū de simonia pactionali. Si uero est mentalis tantū, & nō pactioalis possunt ut supra absolui ab episcopo: si sibi reseruat casum illum. Nec

D
De pœna recipientium, & receptorum ad religionem simoniace.

per hoc incurunt aliquam censurā. Nec tenetur egredi talis persona recipiens, uel recepta monasterium, sed potest ibi manere, & de praua intentione dolere, confonē ad prædicta de simonia mentali in beneficio, & ordine. Sed si est simonia pactioalis, tunc illa persona nō potest inibi cum bona conscientia manere sine dispensatione, nec habet quodcunque ius in illo monasterio. Sicut de habente beneficium simoniace: simonia pactionali. Siue persona recepta sic fecerit pactum illud per se, siue per alios ea scienter, & nō cōtradiciente. Tenet itaq; nisi habeat dispensationem, ire ad monasteriū parisi rigoris propter professionē in illa religione factam. Et potest in pœnam peccati in locum acrioris regulę de trudi. Nō tñ oportet, qd cōfessor hoc sibi imponat, cū pœnitentię sunt arbitrarię. Præterea bona illa debet restitui, nec possunt retineri a monasterio, quod sic tenet per alia simoniace recepit pro spirituali. Nā illa ecclesia male recepit. Debet ergo alteri ecclesie, uel pauperibus assignari, & dari si persona, que attulit, mortua ē. Quia si ingredi uult monasteriū tenuerit, & parum habens in redditibus, potest illi dari. Staret etiam: qd bona illa deberēt dari, & relinqui monasterio, in cuius ignominia, & iniuriam recepta sunt: ut puta si personæ, quæ commiserunt simoniam, sunt mortuę, & decesserunt a uita, uel loco: uel saltem maior pars nō est amplius in illo monasterio. Potest etiā persona illa accedente dispensatione ibi manere: sicuti dicitur de habente beneficium simoniace. Nec oportet: qd quantocyus cedat monasterio in effectu: sed secundum preparationem mentis parata sit cedere, si nō obtineat dispensationē seclusis fraude, & dolo. Et uolunt aliqui: qd in fauore religionis potest episcopus eū ea dispensare: & maxime si ea ignorante ius, & factum cōtingit illa negligētia. ¶ De simonia cōmissa in alij sacris breuiter dicendum. Si est occulta, possunt sacerdotes curati suos absoluerē, nisi sit casus reseruatius ab episcopo. Si est manifesta, & pactioalis, tunc talis simoniacus suspensus est quo ad se, & alios. Enormia enim

E
de simonia in sacramento alij suscipiens.

crimina, & mediocritas, si sunt manifesta, inducunt irregularitatem: ita quod non potest celebrare, seu communionem recipere, nec ad alios ordines circa dispensationem ascendere. Insuper tenent plerique doctores resque sacerdos sic simoniacè conferens sacramentum, uel sacramenta, si est notorium, & pactionalis simonia, potest ab episcopo absolui a crimine: si restituit quod iniuste accepit, & cessat ab ordinum executione, & fructuum beneficij perceptione, a quorum perceptione suspensus est. Per hoc tamen non restituitur dignitati, ut uult glo. in ca. Presbyter. xv. q. v. Laici uero simoniacè recipientes sacramenta, quamuis factum sit notorium, tamen poena suspensionis ab ordine non habet in eis locum. Possunt ergo ab episcopo pro crimine emendari, nisi uellent ordinari in clericos. Sic enim uidetur opus esse dispensatione, secundum plures. Hæc dicta procedunt secundum opinionem tenentium nullum simoniacum esse de iure, uel secundum extrauagantem excōmunicatū, nisi sit simoniacus in ordine, uel beneficio, prout tenent Angelus, & Baptista in Summis suis. ¶ De simoniacijs circa alia spiritalia: uel puta officia mortuorum, benedictiones nubentium, consecrationes cœmiterij, uel stium, uel forum &c. Dicendum: quod cum eis potest episcopus dispensare post peractam penitentiam, secundum Angelum in uer. Simonia. vj. §. v. Quod uidetur procedere: si est simonia notoria, & manifesta, ac pactionalis, siue exactionalis. Talis enim egent dispensatione etiam post peractam penitentiam per communem theoricam: quod quilibet notorius peccator suspensus est ab executione ordinum: donec cum eo fuerit dispensatum. cap. si. de tempo. ordinan. Dispensant ergo episcopi in talibus saltē de consuetudine. Si uero est simonia occulta, non uidetur opus esse aliqua dispensatione. Non enim sunt tales suspensi ab ordine, uel officio: cum peccatū sit occultū. cap. si. & cap. Ex tenore. de tempo. ordinan. secundum benigniorem opinionem multorum. Et tantum de illa materia breuiter collegisse sufficiat.

DISTINCTIO. XXVI.



VM alia sacramenta post peccatum, & propter peccatū &c. In præcedenti magister egit de ordinis sacramento: per quod multiplicatur, & generantur filij spirituales. Consequenter agit de matrimonij sacramento, quo generantur filij carnales. Spirituale enim carnali præfertur. Et hoc facit ab hac distinctio. xxvj. vsq; ad distinctio. xliij. Agit autem de matrimonio, seu matrimonij sacramento in ordine ad suas causas. Primo formalem: hoc est de matrimonio formaliter inquantum sacramentum, quærēs eius institutionis tempus, locum, causam, eademque significationem, bonitatem, indulgentiam, uel concessionem. distinctio. præsentis. Secundo de eius causa efficiente, a distinctio. xxvij. vsq; ad distinctio. xxxj. Tertio de finali, a distinctio. xxxj. vsq; ad xxxiiij. Quarto de materiali, a distinctio. xxxiiij. vsq; ad xliij. exclusiue. Sententia præsentis dist. his complectitur conclusionibus: ¶ Prima. Matrimonium ante peccatum in officium legitur institutum in paradiso, pro naturæ non libidinosæ, aut dolorosæ, sed immaculatæ multiplicatione. Post peccatum uero in remedium pro illecebrosâ carnis cohibitione. ¶ Secunda conclusio. Tamen si matrimonij in officium institutio, & ante, & post peccatū pro certo tempore fuerit præcepti; & mandati: attamen posita iam iam hominum multiplicatione, est secundum indulgentiam, & non secundum imperium. ¶ Tertia conclusio. Bona res est coniugium, seu matrimonium: quia diuinitus institutum: nec nisi fornicationis causa diuertendum: miraculosa dignificatione condemnatum: & apostolo laudatū: rei sacratissimæ signum, & sacramentū significatione maximū. Conclusio- num illarum explanatio ex textu sumi potest.

VÆRITVR circa distinctio. illam. xxvj. Vtrum matrimonium a diuina prouidentia pro humanæ speciei conseruatione, ac multiplicatione in paradiso, & ante peccatum institutum sit no. legitimum sacramentum, & omnium sacramentorum primum, ac significatione maximum. ¶ Quantum ad primum articulum notandum. Matrimonium dicitur quasi matris officium: quia dat mulieribus esse matres. Dicitur enim a matre, & muniū, officium: quod quia plus apparet in matre, quam in patre: ideo non patrimonium: sed matrimonium solet dici. ¶ Dicitur etiam quandoque connubium, cōiugium, nuptiæ, quorum nomina rationes ponit Palu. quæst. j. arti. j. Sæpe tamen pro synonymis habentur. Matrimonium solet sic notificari. Est uinculum indissolubile inter marem, & foeminam ex mutua translatione potestatis corporū suorum in se inuicem, si petitur ad procreandam prolem debitè, & religiosè educandam. Quidam sic notificat. Est uinculū, seu unio coniugalis personarum legitimarum. Vel sic est maris, & foeminæ cōiunctio indiuiduam uitæ consuetudinem retinēs. Indiuiduā quantū ad uirtutē animi, non oportet duo ad actum temp. Vel sic est consensus maris, & foeminæ habitus in præsentis: quo sicut animi sunt uniti legitime: sic corpora per carnalem copulā quo ad propositum legitime uniuertur: nisi aliter a deo fuerit reuelatum. Contractus uero matrimonij, est actus interior, insensibilis, sensibilis signis expressus. Vel sic est mutuus consensus coniugalis duarum personarum legitimarū in se inuicem, ut coniuges quibusdam signis consensum hunc exprimentibus palam exhibitus. Ita quod ille consensus coniugalis mutuus, qui manet in animo cuiuslibet, dicitur contractus matrimonij. Nam per illum consensum ueluti per actum quandam interiorē nascitur obligatio coniugalis. Sed sacramentum matrimonij intransitiuè est ipsum matrimonium: & idem cū matrimonio. Transitiuè ue-

ro potest dici signū consensus mutui coniugalis, siue hoc signum sit uerba de foris sonantia, quæ exprimentur in contractu matrimoniali, siue quod aliud, quo signi fiat, & datur intelligi mutuus consensus coniugalis. Scdm. Sco. sic describitur. Est expressio, uel exhibitio certorum uerborum, aut signorum maris, & foeminæ ad se inuicem: signantium traditionem, uel translationem mutuā, & uoluntariā potestatis corporū ad prolem debitè procreandam, & educandam est institutione diuina efficaciter gratiam significans, legitime contrahentibus conferendam, ad cōiunctionem mutuā animorū gratiosam. ¶ Dicitur est expressio, uel exhibitio certorum uerborum, aut signorū: quia non semper uerba certa sunt forma huius sacramentis: sed, & alia signa. ¶ Dicitur maris, & foeminæ: loco cuius quidam ponunt legitimarum personarum non prohibitarum simul contrahere: sed hoc innuitur in clausulis sequentibus. Et in hoc etiam exprimitur materia huius sacramenti: puta mas, & foemina non prohibita simul contrahere. Ex his siquidem ueluti ex duobus ramis tota humana natura procedit, & subsistit: secundum Guilielmum Parisien. in de sacramentis. quorum neuter sine alio sufficere potest ad generandū. ¶ Dicitur ad se inuicem: quia reciprocam oportet esse illam consensus expressionem, seu obligationem. ¶ Dicitur signantium &c. Vbi tangitur causa efficiens matrimonij: quæ est mutuus consensus, & uoluntarius in huiusmodi contractum, & obligationem. Quæ obligatio quia secundum Richar. uerius dicitur matrimonium quam aliquid ceterorum: ideo ipse dicit matrimonium ut sumitur pro eo quod est, & res, & signū, esse mutuā obligationem coniugale &c. ¶ Dicitur ad prolem debitè non fornicariæ nec adulterino coitu percreandam, & religiosè educandā: ubi innuitur finis matrimonij, scilicet cultus dei multiplicatio: ¶ Dicitur ex institutione diuina &c. ut supra de alijs sacramentis. Et licet effectus totalis illius sacramenti sit gratiosa animorum cōiunctio: secundum Scot.

eamen etiam dici potest diæ gratiæ in animabus contrahentium. Nec est uerū hoc sacramentum non conferre gratiā. Est no. le. sacramentum, & sic a Christo institutum secundum prædicta uere causat gratiam. Cum enim dominus dedit coniugibus potestatem transferrēdi sua corpora in se inuicem ad actus conjugales, & pro restrictione ardoris libidinosi ne essent sicut equus, & mulus quibus nō est intellectus, sed sciat unusquisq; uas suum possidere in honore, & sanctificatione: gratiam dare uoluit non ponentibus obicem in sacramenti illius collatione, & acceptione mutua. Vel etiam ad alterius ministerium. Nō aut exprimitur hic minister: quia regulariter hoc sacramentum sibi conferunt, & a sese accipiunt personæ contrahentes. Et ut uideatur, omnis ille qui potest esse minister in cōtractu matrimonij, ille etiā potest esse minister sacramenti. Sic spe contrahūt parentes pro filiis astantibus. Item, procuratores aut amici inquirentes cōsensum contrahentium: quem, & signo aliquo denotant, & ostendunt. Sufficit etiā ad formę unitatem unitas integritatis: nec requiritur, unitas indiuisibilitatis, ut supra. Siue enim forma ponatur aliquod certum sensibile signum a deo institutū ad significandum efficaciter gratiam siue contractum ininitum, siue ponantur uerba hinc inde sonantia, & consensum conjugalem exprimentia: sunt tamen vna forma, & unum signum integrum respectu contractus, & respectu gratiæ. Nec est inconueniens plures partiales formas esse unum sacramentum: secundum Scotum. ut supra. ¶ Secundo notandum: quod aliquod sacramentum dicitur prius aliquod aliis multipliciter, sumendo ly prius sacramē large, ut etiam dicitur prioritate excellentiæ aut significationis, suppositis distis in distinct. ij. quæst. j. scilicet institutionis tempore. & sic matrimonium ē omnibus alijs prius institutione. Cætera enim sacramenta post peccatum, & propter peccatum exordium sumpserunt. Matrimonium uerō etiā ante peccatū, quia in principio creationis hominis, dū adhuc esset in statu naturæ integræ, legi-

tur a domino institutum licet tunc non habuerit annexum sacramentum. Item est prius uel antecellit loco. Cum enim cætera in exilio quo homo propter peccatum relegatus est, sunt instituta: matrimonium in loco quo in terris dignior non est: soli statui innocentie, & puritatis debito, in paradiso scilicet institutum legitur a domino. Teste si quidem scriptura Gene. j. & ij. formata muliere de costa uiri statim dixit dominus per os Adæ: relinquet homo patrem suum &c. & adheret uxori suæ. Præmisit uerō dominus. Crescite, & multiplicamini. Quoru in uerborū prolotione matrimonium institutum dicitur a multis. Quamuis quidam dicāt uerba illa fuisse quandam benedictionem matrimonij: & dominū instituisse matrimonium cū protoplast⁹ noster ore ppheticō diceret: Hoc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Antecellit quantum ad finis propinquū efficaciam. Cum enim secundum magistrum cetera sacramēta post peccatum, & propter peccatum remediandum instituta sunt: nec fuissent instituta si homo non peccasset: ratione cuius omnia sacramenta dicuntur esse medicinæ quædam secundum Ockam: atamen matrimonium simul, & in officium, & in remedium institutum legitur: & quantum ad utrumq; excellentiam quandam habet, & prioritatem. Nam in officium propagationis humanæ naturæ institutum est, sine quo homo non nasceretur, nec alia suscipere posset sacramenta si prius esse non haberet. Quantum uerō ad remedium institutum est post peccatum, & indultum (ut qui loquantur): contra carnis incentiuum; & concupiscentiæ ignem naturalem, gladiumq; feruentis inimici acutissimum. In remedium nōn curatiuum peccati commissi sicut cætera sacramenta: sed quod longē nobilium est, & melius, in remedium pseruatiuum a peccato, ne cōmittat. Quis enim dabitur eligibilis esse pseruari a lapsu, ne quis labatur quā factō lapsu releuari ab eodem? De hoc August. de bono coniugij. Infirmis incontinentiæ q̄ est in carne peccatum mortua, ne cadat

in rui-

in ruinam uitiorum excipitur honestate nuptiarum. Antecellit omnia alia sacramenta significatione. Est enim matrimonium præsertim consummatum: signum summi beneficii generi humano a Christo exhibitum: scilicet coniunctionis Christi, & ecclesiæ. Coniunctus est autem Christus ecclesiæ dupliciter: scilicet naturæ conformitate; quia naturam nostram in unitatem suppositi hypostaticam assumpsit: ut sic ecclesia Christi spōsa suo sponso copularetur in naturæ identitate: quæ coniunctio significatur per commixtionem coniugum, qua efficiuntur una caro. Ephe. v. Relinquet homo patrem suum, & matrem suam; & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una, & ad generandum carnem unam. Sacramentum hoc magnum est: dico autem in Christo, & in ecclesia tanquam in significato. Coniungitur deniq; Christus cuiuslibet animæ fideli per fidem formatam charitate, cum eam inhabitat illapsu sanctificationis. Hanc coniunctionem significat spiritualis, & amorosa coniunctio coniugum: & consensus, siue concordia animorum. De hoc apostolus ubi supra. Viri diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea. &c. Sic duplex unio coniugum, spiritualis scilicet animorū, & carnalis corporum expressio cæteris sacramentis representat duplicem coniunctionem Christi cum ecclesia. Spiritualem, quæ nunc est per fidem, & tunc per gloriam; & naturalem, qua carnem nostram assumpsit. Est ergo significatione maximum, & primum sacramentum: sed non simpliciter maximum: immo ultimum inter alia sacramenta. Ex quo sequitur post prædicta: q̄ sacramenta se habent ut excedens, & excessum. Siquidē baptismus necessitate confirmatio ministro: poenitentia parato medicinali auxilio: eucharistia cōtecto: Extrema unctio finali præparatorio: ordo dignitatis officio: coniugium signo præcellit. ¶ Quantum ad secundum articulum est conclusio prima respondens supposito quæstionis. Hominem uelle procreare hominem, seu prolem in specie sua, est actus

Artic. 1.

Cōcl. 1.

C

Homi

rationi recte, & naturali consentaneus, nem uel recte, & bene circumstantijs moralibus le pro- formandus: & ita non de se malus. Pro- create batur conclusio. Non magis contraria- tur rationi, & naturali inclinationi ho- in spe- minem saluare speciem suam, quā brut- cie sua ē tum quodcumq; in quacūq; specie anima act⁹ cōi- lis. sed bruta per multiplicationem, & naturali generationem speciem suam saluant, cum cōsenta- neus. in indiuiduo permanere nō possint: igitur & id fieri ab homine: & sic alteri suæ perfectionem uelle prout potest communicare: nō contrariatur rationi, nec naturali inclinationi: immo magis uidetur esse consonum rationi, posita perfectione speciei humanæ ultra alia animalia generationi apta. Maior, & minor uidentur notæ, & esse de mente philosophi. ij. de anima. cap. iij. cum inquit. Naturalissimum operum uiuentibus est quæcumq; perfecta, & non orbata sunt, aut generationem spontaneam habentes, facere alterum quale ipsum, animal quidē animal, plantam aut plātam, quatenus ipso semper & diuino, & immortali participant, secundum q̄ possunt. Omnia enim id appetunt, & illius causa agunt omnia, quæcumq; secundum naturam agunt. Quoniam uerō communicare non possunt ipso semper, & diuina continuatione, eo q̄ nihil corruptibile contingit idem numero permanere, secundum q̄ potest participare, unumquodq; communicat sic, hoc quidem magis, hoc uerō minus, numero quidem non unum, sed speciei unum. Vbi philosophus dicit hoc opus esse naturalissimum in uiuentibus, magis a natura intentum: licet non perfectissimum. Natura enim uniuersalis gubernans hanc mundum magis intendit speciei, quā indiuidui perpetuitatem. Hinc operibus uegetatiuis quandam delectationem inseruit, qua quasi stimulis allicerentur ad opus ipsum. Non q̄ opus sit propter delectationem: sed delectatio propter opus. Vel si dicitur naturalissimum opus, perfectissimum inter opera uegetatiua: quia solum perfectis secundum qualitatem, & quantitatem, & non orbatis conuenit: iterum facit ad propositum. Et dicit q̄ homo esset immortea

Gab. Biel.

I †

lis, adhuc secundum inclinationem re-
ctam naturę, secundum Sco. cōpeteret ei
communicare suā perfectionem eo mō,
quo potest. hoc autē fit per propagatio-
nem. Sed fortē quis diceret: ergo carnis
commixtio non est peccatū. de hoc in-
fra. Pręterea: honestum est agere pro re-
paratione angelicę ruine, & restauratiōe
ciuitatis superne Hierusalē secundū prę-
destinationem diuinā. Prędestinati uerō
non nisi per propagationem recipiunt esse
naturale: igitur sic uelle agere non est
contrarium inclinationi naturę. Secundū,
scilicet qđ sit rectē circumstantiabili, &
circūstantia finis, & obiecti. Finis est pro-
lis pia, & religiosa educatio. Sicut etenim
quilibet debet sese diligere ad honestam
conuersationem, & perfectā operationē
humanam, quę est finis hominis secundū
Philosophū. j. & ij. Ethic. ita, & proximū:
& maxime prolem suā. Hinc secundum
Aug. ix. super Gen. bonum proli nō dici-
tur ipsa proles: sed spes, uel desiderium ha-
bendi prolem, ut religiose instituat. Et
licet in coitu uago etiam cōtingat gene-
rari prolem, cum tamen hoc cōtrariatur
fini generationis humane, qui est bonum
proli: ideo illa propagatio debet esse de
terminatarū psonarū nō unius sexus: sed
maris, & femine. Hinc qđ creauit homem,
masculum, & feminā creauit eos. Matth.
xix. & Gen. j. Non maris, & femine cu-
iuscūq; sed determinatarū personarum
cōingaliter sibi pro perpetuo copulata-
rū. Vaga enim maris, & femine cōmix-
tio repugnat, & contrariatur bono pro-
lis, familie, & ciuitatis, obuiat quoq; ra-
tioni naturali, & sacre scripture: ut dedu-
cit Scot. Stante enim uaga cōmixtione
quis diceretur parens? quis genitrici suc-
curreret? quis eam aleret? quis releuaret
in tanta miseria? quis prolem educaret,
aut suam esse diceret? quis eius curam ge-
reret? Vnde oriatur bona familia, qđ
constitit in infirma adhesionē personarū
principalium familie: alicui? Vnde quoq;
sumi posset bonum amicitie ciuili: quod
constitit in determinata propinquitate,
& gradu certo; cum proles esset de coitu
uago, & ita incognita, cuius, uel unde sit?
Quia sit contrarium legi diuine, & scri-

Quid
bonum
proli
dicatur.

Fornica-
tio, &
adulteri-
um con-
demna-
tur.

pturę canonicę, patet Gen. secundo. Mar-
thęi decimonono, & Marci decimo. &
Lucę decimosexto. Et unumquemque
suam habere uxorem docet Paul. j. Co-
rint. septimo. Ut unusquisq; suum uas
sciat possidere in honore, & sanctifica-
tione. j. ad Theſsaloni. iij. An uerō ma-
trimonium sit de lege naturę proprie,
uel largē: infra dicitur. Hoc saltem con-
stat: qđ ad illam propagationem huma-
nam certas determinari personas sibi cō-
morantes, & cohabitantes, est honestū,
ac proli pię educandę summopere ne-
cessarium, & opportunum. Ex eodem
fundamento sicut determinatio ad com-
morandum, & mutuō seruientium con-
ducit debite proli educatione: ita etiam
indissolubilitas; qđ scilicet personę illę
sint ibi obligatę uinculo indissolubili, &
pro perpetuo: ut sic fidei semper, & pro
semper adhereant, & sese amore comple-
stantur. Et si hoc non potest deduci ex
per se notis, & necessarijs, & ex lege na-
turę euentissima: qđ sic sit uinculum
indissolubile inter coniuges, est tamen
consonum rationi, & his, quę sunt de le-
ge naturę. Ex illis sequitur tertium:
scilicet, qđ actus ille non est de se malus.
Vnde autem illa indissolubilitas procedat
an solum ex lege positua dei: an
etiam ex obligatione uoluntaria, sequens
conclusio ostendet. ¶ Secunda conclu-
sio. Expedit (supposito, & posito matri-
monij contractu libero) personarum
contrahentium indissolubilitatem pro-
cedere primō a lege dei positua, & prę-
ceptua consonē se habente ad legem
naturę, & secundariō ex contrahentiū
spontanea obligatione, & mutua uolun-
tate. Quia deus sic pręcepit, patet
Matthęi xix. Marci decimo. Luca decimo-
sexto. Et primę Corint. vij. ait
apostolus, His, qui matrimonio coniūcti
sunt, pręcipio, non ego, sed dominus u-
xorem a uiro non discedere, & si disce-
serit manere inuuptam, aut uiro suo re-
conciliari. Et uir uxorem non dimittat.
Et infra mulier alligata est uiro, quan-
diu uiuit uir eius &c. Quia autem sic fi-
ri expedit, quia licet sit consonum legi
naturali personas coniugales libere, &

D
Cōcl. 2.
Expedit
persona-
rum cō-
trahen-
tium in-
dissolu-
bilitate
procede-
re a le-
ge Dei.

uoluntarie contrahentes indissolubili
uinculo propter bonum proli sic esse
obligatas pro suo perpetuo: tamen cum
id non est de lege naturę euentissima,
non est omnibus manifestum: quia non
per se notum: ego expedit necessitatem
illius pręcepti determinari a lege posi-
tua, & pręceptua. Fortē raro occurren-
tibus matrimonij oeribus seruaretur
illa indissolubilitas: si non adesset pręcep-
tum. Debit autem lex illa pręceptua
dei esse, & non hominis. Siquidem ho-
mines ut communiter minus obediunt
dictamini rationis, & legi naturę largē,
quā deo pręcipienti. Verentur quoq;
& timent auctoritatem diuinam, & iu-
diciū futurum, ac panarum acerbita-
tem plus, quā remorsum conscientię
proprie: ideo expediens fuit deum su-
per ea re dare pręceptum: & ita factum
est. Insuper cum illa indissolubilitas de-
bit esse uniformis apud omnes homi-
nes: leges uerō humane uariantur secū-
dum mores hominum uarios, & diuer-
sos. lib. vi. de senten. ex communi. cap. Al-
ma. ideo decuit, & expediens fuit illam
legem pręceptuam primō fieri a deo,
& non ab homine. Hoc factum est Ge-
ne. secundo, & Matthęi. xix. ut supra.
Cum enim pharisęi quaererent a Chri-
sto: Si licet homini dimittere uxorem
suam quacūque ex causa: respondit eis
Christus. Non legistis Gene. secundo:
quia quī fecit hominem ab initio mascu-
lum, & femine fecit eos? Et dixit
per os Adę ueluti ore patris diuini-
tus illustrati, edocti de matrimonij ob-
ligatione, & indissolubilitate, ac de eius
institutione. Propter hoc dimittet ho-
mo patrem, & matrem: & adhaerebit u-
xori suę: & erunt duo in carne una.
Itaq; iam non sunt duo, sed una caro.
Quod ergo deus coniunxit, homo nō se-
paret. Matth. xix. ¶ Hic tamen conside-
randum est: qđ aliud est pręcipere illum
contractum matrimonialem in officium
& aliud pręcipere illam adhesionē per-
petuam. Primum factum est a deo per
modum pręcepti affirmatiui obligan-
tis semper: sed non ad semper: quia so-
lum pro tempore necessitatis: nedum p

necessitate primi temporis cum pauci es-
sent homines: sed etiam pro necessitate
nostri temporis, si opportunitas adesset.
Secundum uerō pręcepit per modum
pręcepti negatiui obligantis semper, &
pro semper, nisi per legillatorem fiat
specialis specificatio: ut dicitur. ¶ Tertia
conclusionis probat ultimā partē secun-
dę cōclusionis. Sicut expediens fuit ob-
ligationem personarum coniugialium
nasci, ac procedere non solum a lege
dei positua: sed etiam ex coniugum,
mutua ac uoluntaria obligatione: ita
expediens fuit actus illos, scilicet con-
tractus coniugalis, ac mutua donationis
potestatis corporum pro suo perpetuo
pariter, & obligationem indissolubilem
certis, & euentibus signis mutuō expri-
mi, uel ostendi. Probatur pars prima. nā
si solo diuino mandato cogerentur, sic
pro perpetuo sibi matrimoniales copu-
lari citra liberam, ac uoluntariam per-
sonę coniugalis electionem, facile seque-
retur contemptus: & esset occasio ma-
gnę dissensionis future. Quod enim qđ
nō eligit, nec optat, non diligit. Et quod
non diligit, facile contemnit. xx. quæstio
ij. cap. Præsens. Expediēns ergo fuit ob-
ligationem istam nasci nedum ex diui-
no mandato: sed etiam ex coniugū libe-
ra uoluntate. Hinc actus ille contractus
dicitur quasi simul tractus duarum uolū-
tatum: ut do, si des, uel do, ut des. Et per
consequens actus ille mutua donationis,
& obligationis requirit necessariō
actus uoluntatum concordantes in illa
translatione mutua: sicut fieri solent in
permutatione, & contractu uenditionis.
Secunda pars probatur: quia alias neu-
tri constaret de alterius uoluntate: cum
contractus ille, & consensus maneat in-
tus in animo. Nullus enim coniugum
uellet alteri dare potestatem sui corpo-
ris, nisi certus esset certitudine humana,
& probabili, & alii recipere dare. Dat
n. si alter dat, uel dat, ut alter det. Opor-
tet ergo contractum illū uel uocis emis-
sione, uel signi alicuius sensibilibus exhibi-
tione alterutrum innoscere, & signi-
ficare, cum corda intueri nō possunt ab
homine. ¶ Quarta conclusio. contractus E

Cōcl. 3.
Expe-
diens fuit
iugales
certis si-
gnis mu-
tuō expri-
mū.

Contra matrimonij in officium institutus est a deo in statu innocentie in paradiso: sed post lapsum tpe legis naturæ, moſaicę, & gratię euangelicę, et legitur institutus in remedium. Patet ex notabil. ij. De ſtatu e prima parte Gen. ij. De ſecunda ſecundum Scotum, & Richar. inſtituit ipſum in remedium, cum ait. In dolore paries filios tuos: & ſub uiri poteſtate eris &c. in paradiso. Item, Multiplicabo grammas tuas, & conceptus tuos. Item cum dixit Adæ: Quia audisti uocem uxoris tuę. Item cum Adam diceret. Mulier, quã dediſti mihi ſociam &c. Per hæc uerba inſtituit matrimonium in remedium ſaltem implicitè. Vel ſi hoc non placet, inſinuauit eis per hæc, & alia uerba Gen. ij. matrimonium etiam nunc eſſe inſtitutum, uel indultum in remedium, & non tantum in officium. Expreſſius autem hoc inſtituit in remedium: cum poſt diluuium dixit Noe, & ſi lijs ſuis. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Gen. ix. Sic & inſtituit, uel inſtitutum prius in officium inſinuat eſſe indultum ſine peccato. in remediũ, Matth. xix. Mar. x. Luc. xvi. cum inquit. Quos deus coniunxit, homo nõ ſeparet. Quia ſi hoc nõ placet, dicitur, q̄ per illa uerba oſtendit matrimonij contractum ſandudum inſtitutum eſſe, & ſeparari per hominem non poſſe. De lege Moſaica

Cõcl. y. Matrimonij cõtractus in officium cum ramentum eſt pceptũ affirmatiuum nõ obligabat, nec hodie obligat &c.

Deut. xxiiij. ¶ Quinta conſuſio. Tamenſi matrimonij cõtractus in officium, fuerit quandoq; & ante, & poſt peccatũ ſtante hominum paucitate pcepti diuini, cum tamen eſt pceptum affirmatiuum, non obligabat, nec hodie obligat: niſi pro loco, & tempore. Primum probatur: ſecundum Richar. Nam quia ante peccatum dominus dedit homini pceptum diſciplinę: pertinet ad perfectam gratiã: cum dixit Gen. ij. De ligno ſciẽtię boni, & mali ne comedas. Et ſimiliter pceptum pertinet ad conſeruationem naturę: cum dixit. De omni ligno paradifi comedas &c. Dedit etiam non ab ſe pceptum de multiplicatione indiuiduorum ſpeciei humanę propter impletionem numeri electorum, & reſtaurationem ruinę angelicę: cum dixit Gene. primo. Crescite, & multipli-

camini, & replete terram. Item ſecundũ Scotum, poſt lapſum bis dedit pceptũ de cõtrahendo. Gen. ij. & Gen. ix. deſerit iã hominibus per diluuium paucis dẽptis. Tunc enim neceſſitas exegit pceptum. Sic etiam ſi homines difficiles eſſent pro aliquo tempore: aut fuiſſent ad cõtrahendum, ſtante neceſſitate utile fuiſſet, aut foret in nouari, aut dari pceptum. Secũda pars patet. quia pcepta affirmatiua non obligant niſi pro loco, & tempore. Hinc non fuerunt priuũ parentes transgreſſores huius pcepti, cum non coierunt in paradiso. Cuius poteſt eſſe ratio multiplex. Nam (ut uidetur) ſtatim formata muliere demeruerunt per inobedientiam expelli de paradiso. Fortẽ expectabant a deo tempore determinationem pro multiplicatione. Item ſecundum Richar. nondum erat in eis ſuperſuitas cibi tertię digeſtionis: quę eſt materia ſeminis. Prima duę rationes ſunt Auguſt. libro nono ſuper Gene. ¶ Circa hoc occurrit dubium: An id pceptum etiam hodie obliget. Si non: ubi habetur de eius reuocatione. Item quomodo excuſantur beata uirgo Maria, & ceteri caſtitate uouentes: cum pauci tunc temporis, & in primitiua eccleſia erãt fideles: tamenſi forte multi homines. Item Deuter. ſeptimo, dicitur. Non erit apud te ſterilis utriuſq; ſexus: tam in hominibus, quã in gregibus tuis. Itẽ Exodo. xxiiij. Non erit inſcũda, nec ſterilis apud te. quod intelligitur, ſtante lege de commixtione uaga; quam prohibuit dominus. ¶ Ad primũ diuerſi diuerſimode reſpõdent: poteſt tamen dici: q̄ illud pceptũ citra eius reuocationem hodie non obligat: quia ceſſat cauſa pcepti, quę eſt hominum multiplicatio. Et ſic ſimul ſtante: & illud pceptum citra eius reuocationem, & tamen: q̄ non ſit obligatorium hodie. Obligaret autem ſecundum Scotum: ſi paucitas hominum ex clade, peſte, uel alias accideret. Si genus humanum, & numerus electorum non eſſet impletus &c. Non ergo oportet dicere: q̄ ſit reuocatum hoc pceptum de matrimonio cõtrahendo, ut eſt in officium: ſed eſt pceptum affirmatiuum,

obligans non ad ſemper: ſed pro ſemper. Nec ualet dicere, ceſſante cauſa huius pcepti ceſſat pceptum. Quia hoc dictũ, ceſſante cauſa ceſſat eſſe cõtus, intelligitur de cauſa efficiente, uel conſeruante tãtũ. Secus de cauſa pceptiua. Sicut excuſatur Abel ante egratẽ nubilem mortuus. Sic in ſimili dare elemoſynam, obligat pro loco, & tempore: cum habeatur pauperes. ¶ Sed forte quærit aliquis: an cauſa pcepti inſtitutionis pcepti in officium poſt peccatum fuerit hominum multiplicatio, an hominum ſaluandorum, & ab æterno electorum propagatio, ac angelicę ruinę reſtauratio. Vide utruq; in genere, & conſuſe tantum hominum ſaluandorum propagatio, & culrus diuini expletio. Bonum enim coniuſij non eſt proles ſimpliciter: ſed proles religioſe educanda. Præterea: cum homines de ſe proni fuerunt ad coniuſalẽ copulam, non opus erat tunc dare legem pceptiuanẽ de contractu matrimoniali. Hinc (ut uidetur) non obtinuit uoto caſtitate emiſſo per aliquem, ſi conſtaret ei ſufficienter, & uerẽ numerum ſaluandorum non poſſe impleri niſi prole creſcere faciat: tenetur in hoc caſu cõtrahere. Ita tenet Duran. q. ij. Facit ad hoc dictum beati Thomę. par. ij. q. xxvij. art. iij. de uirgine glorioſa, quę ante ſuam deſponſationem non emiſit abſolute uotum caſtitate: ſed poſt deſponſationem uoto communi cum Ioseph uouit caſtitate. Ratio ſecundum eum: quia tempore legis oportebat generationi inſiſtere tam uiros, quã mulieres: quia ſecundũ carnis originem cultus dei propagatur, antequam ex illo populo Chriſtus naſceretur. & ideo licet habuerit deſideriũ uouendi caſtitate, non tamẽ abſolute uouit ante ſuam deſponſationem: ſed ſub conditione: ſi deo placuerit. Verum cũ illa cõditio neceſſariõ includatur in omni uoto, ſi ſcilicet deo placet, ſi ex hoc conditionatum fuiſſet uotum uirginis Marię, & non abſolutũ: omne uotũ chriſtiani erit cõditionale, & nullũ abſolutũ. Sic de inſuſione illius, ſi placet ſuperiori &c. ¶ Sed diceret quis. Cur ergo in primitiua eccleſia cum pauci erant cre-

dentes Act. j. & ij. plures caſte uixerunt, & non contraxerunt &c? Reſpondetur: numerus ſaluandorum alias haberi poterat illis temporibus ex predicatione apoſtolorum, & aliorum ſanctorum doctri-na: unde plures conuerſi ſunt ad fidem. ¶ Ad ſecundum, & auctoritates allegatas reſpon detur. q. ij. diſt. xxx. Præterea: ſatis fuit ab aliquibus ſeruati pceptũ de cõtrahendo in officium cum effectu. quãuis enim datum fuit multitudini: tamen ſecundum Durand. non coniuſctim, ſed diuiſim multitudinem obligabat. Hinc ait. q. ij. Cuilibet licitum fuit continere: ſed non omnibus ſimul. ligauit ergo diuiſiue illum uel illum, non copulatiue illum, & illum. ¶ Sexta conſuſio. Matrimonium ut eſt in remedium, nec eſt, nec unquam fuit pcepti diuini etiam non poſta ſufficiente multiplicatione generis humani. Ita tenet Richard. art. ij. q. ij. quia ille morbus concupiſcentię carnalis alio modo poteſt ſedari, & temperari, quã per matrimoniãlem concubituũ: ut puta per meditationes celeſtium: per exercitiã uirtuofum: unde ſurgit homini quædam praguſtatio, & dulcedo gter-norum. Item per corporis macerationẽ. Hinc Grego. Cultaro ſpiritu deſcipit omnis caro. Beatus Aug. in lib. conſe. v. ſtatutum. S. Ambro. beatum predicabat, niſi q̄ cõlibatus eius ſibi uidebatur oneroſus. ubi ait. Neſciebam quales, quãtasq; ſua uirtutes ſentiret ipſe bene olentis caſtitate. Deniq; Gerſon in tract. de cõlibatu, ſiue caſtitate eccleſiaſticorum. in aſtu. ij. principali oſtendit facilius eſſe apud hominem, qui bona uoluntate zelat caſtitate, illam perpetuam, quã interpolatam cuſtodire. Dat exemplum de uxore, & cõlibe: & dicit cõlibem facilius ab omni uoluptatis illicite ſenſu deliberato, uel experientia continere poſſe: quã uxorem uoluptate illa moderate uti ſine quãuis impudicitie maculantis culpa. Hinc quidam ait. Ocia ſi rollas, periere cupidinis arcus. Adſit ſobrietates: abſit familiaritas. Præterea: difficile eſt inuenire rextum ſcripturę de matrimonio inſtitutione loquentem: quin ſemper legatur adiectum. Crescite, & multipli-

Cõcl. 6. Matrimonium ut eſt in remedium nec eſt, nec unquam fuit diuini pcepti &c.

camini. quod est in officium. De hoc enim solum reperitur mandatum diuini: quod non fit nisi propagatione.

Cōcl. 7. Matrimoniali cōtra-ctui pro statu la-
tūre cō-
gruū fu-
it ane-
cti sacra-
mentū
causati-
uū grā.

Sequentes conclusiones ad quæstum in questione respondent. ¶ Septima conclusio. contractui matrimoniali maxime pro statu naturæ lapsæ, sacramentum annecti causatiuum gratiæ congruū fuit, & opportunum: & ita a Christo factum est tempore legis euangelicæ. Probatur conclusio. Quia contractus ille etsi sit honestus, est tamen onerosus: cū ex eo nascatur obligatio plurimum onerosa: pro cuius releuatione congruum fuit annectere sacramentum. Ita fecit Christus Matth. xix. ubi etsi matrimonium prius institutum approbavit, tamē annexit sacramentum, vel instituit sacramentum matrimonij secundum Scotum. Quod potest colligi ex eo: cum dixit. Quos deus coniunxit, homo nō separet. Ut non dicatur deus præcisē coniunxisse coniuges, quia instituit matrimonij contractum: sed coniunxisse tunc gratiosē per institutionem sacramenti, quod comitatur illum actum contractus coniungentem personas conjugales. Præterea cum omnia sacramenta suam habent efficaciam ex merito passionis Christi præiuste, uel exhibitæ: si status innocentie steterit. Christus passus non fuisset. ideo nisi pro statu innocentie: sed culpæ instituit Christus hoc sacramentum: non in lege Mosaica: quia nihil de hoc habetur: sed pro lege euangelica, in qua Christus, & alij instituit sacramenta. de hæreticis cap. Ad abolendum. ¶ Octaua conclusio. Matrimonium est no. leg. uerum, & propriè dictum sacramentum, gratiæ gratum faciētis in animabus contrahentium, si non ponitur obex ex opere operato collatiuum. Probatur auctoritate, quæ ipsum connumerat inter septem sacramenta ecclesiastica. de hæreticis. cap. iam supra tacto. Et deniq; conuenit definitio sacramenti propriè dicti. Et si forte aliqui negātes ipsum esse sacramentum: uolunt qd non sit ita perfectum sacramentum sicut cetera, eo qd minorem ceteris sacramentis causat gratiam: forte transit eorum

Cōcl. 8. G Matrimonium ē no. leg. uerū. & propriè dictum sacm.

dictum. Est enim imperfectus sacramentum inter cetera sacramenta: ut supra notabili. ij. licet sit uerè, & uniuocè sacramentum. Quia si simpliciter negant ipsum esse sacramentum pro statu legis euangelicæ, uidentur contradicere dicto ecclesiæ: ut supra de hæreticis. Dicit Palud. exemplum. quamuis alius sit homine imperfectus animal: tamē ita uerè, est animal, & uniuocè sicut hō. & sicut Christ⁹ uerè, uniuocè, & ppriè est hō: quia habet oia essentialia homini: licet habeat aliquid, quod nullus alius habet: & caret aliquo, quo nullus alius homo caruit: ita septē sacramenta sunt uerè, & propriè dicta sacramenta no. leg. licet quodlibet habet aliquod singulare, quod reliquum nō habet. Ob hoc enim sacramenta se habēt, ut excedens, & excessum: tamen uniuocè conuenit ratio sacramenti propriè dicti. Et licet forte singulatim singulis contrahentibus ex opere operato minorem confert gratiam, quā cetera sacramenta: potest tamen dici, qd excedat alia sacramenta in hoc: quia eius effectus est duæ gratiæ in animabus contrahentium: & hoc singulare est in hoc sacramento. In alijs uerò uni duntaxat ex opere operato confertur gratia. Nec oportet quodlibet sacramentum causare omne id, quod significat, aut figurat. Non enim matrimonium est signum efficax coniunctionis Christi cum ecclesia &c. sed restringēda est illa propositio ad gratiam, quam sacramenta significant, & efficiūt: hoc est ad illam rem duntaxat, quā primò figurant: charitatem scilicet, quā coniuges debent sese diligere dilectione sancta: sicut Christus dilexit ecclesiā. Ephe. quinto. ¶ Nona conclusio. Etsi matrimonium alia sacramenta significatiue præcellat, & possit ut sic dici significatiue maximum: tamen non præcellit gratiæ causatione: sed creditur ut sic inter cetera fore minimum. Probatur primum ex dicto apostoli ubi supra ad Ephe. v. ¶ Decima conclusio: Sicut matrimonium est ultimum, & infimum inter no. leg. sacramenta: sic & status conjugalis alios ecclesiæ status non excedit: sed est ceterorum infimus, & ultimus, licet bonus: & ut

Cōcl. 9. Etsi matrimonium si gnificatiue a-
lia sacra-
mentū
attū nō
pccellit
grā cau-
satione.
Cōcl. 10

est in remedium, potius dicendus est a domino indultus, quā institutus. Probatur ex præmio status illius: ex diuino consilio: & tertio similiter exemplo. Ex præmio: nam perfectiori statui maius cor respondet præmium: sed statui conjugali debetur fructus tricesimus; in gloss. Matthei. xij. continentie sexagesimus: uirginali centesimus. Item dominus consulit continentiam: non autem matrimonium. Matth. xix. laudans eos, qui se eunuchant propter regnum dei. & j. Corinth. viii. De uirginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do. Et infra. Volo omnes esse sicut me ipsum. Item bonum est illis, si sic permanent. Et concludendo ait. Qui matrimonio iungit uirginem, benefacit: & qui non iungit, melius facit. Et Magister in litera dicit coniugium esse de minoribus bonis, & datum esse in remedium: nec habere palmam. Et qd coniugium indulgetur: conceditur. Coitus uerò, qui sit in continentia causa, toleratur: ita qd non prohibetur. Idem ostēditur exemplo Christi, qui utiq; habuit perfectissimum statum: hic & in se, & in matre, & in putatio patre, ac matris custode uirginitatem elegit, quem & de nuptijs uocauit utiq; ad perfectionem statum. Immo sicut damnare nuptias sapit hæresim Tatianam: ita nuptias æquare continentia, errori fauet Iouiniani, & Heluidij. xxiiij. quæst. iij. c. ult. Tertia pars conclusionis est Scot. cum ait distinct. præsent. Institutio contractus ad uitandum fornicationem non ita habetur per rationem naturalem sicut in officium. Immo uix tanquam licitum ex institutione diuina: nisi ut indulgente. Et ante hoc de matrimonio institutione loquens dicit. Nec habetur respectu eius institutio diuina: nisi propter hunc finem scilicet procreare prolem. Et infra. Deus ex hominis infirmitate post peccatum, & pronitatem ad actum istum indulsit; non approbavit actum istum ad uitandum maius malū. Et ista indulgentia posita contractum ordinatū ad ipsum instituit lege sua positiua tam quantum ad contractum: quā etiam quo ad obligationem. Subiun-

Hæresis Tatiana de matrimonio.

git. Sed difficile est inuenire ubi quoad contractum: quia nusquam in leg. uet. legitur contractus laudatus, uel præceptus: nisi ad propagationem. de hoc infra dubio. ij. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum: An matrimonium sit de lege naturæ. Sic de indissolubilitate personarum conjugalium: & de obligatione mutua. Supponuntur hic dicta in iij. distinct. xxxvij. qd aliqua dicuntur esse de lege naturæ propriè, & strictè: quia sunt principia practica, ac necessaria per se nota: aut conclusiones ex eis sequentes: seu euidenter deducibiles. Secundo, quia licet non sint necessaria, nec per se nota, uel euidenter aut in consequentia necessaria ex talibus deducibilia: sunt tamen eis multum consona, & alludentia. Idem habet Ockam prima parte dia. lib. vi. cap. xlvii. & clarius par. iij. lib. j. xxj. tract. cap. xv. Et Scot. in iij. dist. xxxvij. & Rich. dist. præsent. dicit ali quid esse de lege naturæ: quia causatur ex naturali necessitate nō cooperante uoluntate cuiuscūq; nisi illius, qui naturā instituit, & sic dicimus, qd sit de iure nature ignem ardere, & sursum petere. Alio modo: quia ad ipsum naturā inclinatur siue generica, siue specificata integra, uel corrupta: quamuis per lib. arb. perficiatur. secū dum quem modum uirtutes dicuntur esse de iure nature Alex. par. iij. q. xxxvij. mē. iij. artic. j. §. xxj. Aliqua dicuntur esse de lege naturæ: quia natura dicitur ea ut debita, & necessitatis præcepti, uel prohibitionis, uel quia utilia, uel quia expedientia &c. Item aliqua sunt de lege nature præceptiue, ostēsiuè, consultiuè, persuasiuè, doctrinatine, aut quia non includit iniquitatē, aut quia nō repugnat iuri naturali. Quibus præmissis est propositio prima. ¶ Contractus matrimonij nullo tempore est uel fuit de lege nature propriè, & strictè, uel etiam de naturali necessitate, non cooperante uoluntate particulariter agentis. Quod est secundum primam acceptionem Richard. Primum patet. Alias enim obligaret omnes homines. Secunda pars: quia non est sine libero consensu contrahentium: ut dist. sequen. ¶ Secunda propositio.

Arti. 3. Dub. 1. H An matrimonium sit de lege natura.

ppō. 1.

ppō. 2.

Personas conjugales esse determinatas: ac sibi inuicem indissolubiliter, & pro suo perpetuo copulatas, & obstrictas est de lege nature non proprie, & stricte: sed large: & quia ad illam indissolubilitatem inclinat natura generica, uel specifica. Probatur post Richar. & Sco. saltem de natura specifica: quia licet non sit idem modus procreationis, & propagationis in omnibus animalibus: sed alius, & alius, uagus. s. & quandoq; non uagus, secundum q; proles pro sua educatione maiorem, uel minorem exigunt curam, & temporis quantitatem, & quandoq; aliter sexus sufficit ad hoc, quandoq; non: sed requiritur uterq;: ut docet experientia: tamen cum homo educandus magnam petit curam, & temporis protractionem: non uagos, sed determinatos petit curatores. Preter ea secundum philosophum viii. Ethic. filij habent a parentibus esse, & nutrimentum, & disciplinam, & sepe magno tempore indigent disciplina, & fere per totum tempus uite. Dicit ergo ratio naturalis, & specifica humana, q; habeat parentes mansuos, determinatos, & certos. Alias facile negligeretur, & nulli pederetur: ut est uidere in gentris ex coitu fornicario. Item in rebus domesticis quedam soli mulieri, quedam soli uiro conueniunt. ¶ Corollarium primum. licet matrimonium, & personarum conjugaliu indissolubilitas sit de lege nature: & quasi ex instinctu nature: perficitur tamen libera, ac mutua contrahentium uoluntate, ac obligatione. ¶ Corollarium secundum. Matrimonium quoad contractum personarum conjugaliu, earudem determinationem, & perpetuam obligationem est etiam de iure positiuo scripto. Patet Gen. ij. & Mat. xix. Item j. Corinth. vii. Jus enim naturale cum sit in multis hominibus obfuscatum, secundum Aug. q. iiii. in quest. no. & ue. testa. indiget inuolutione, & quasi noua constitutione: uel prius instituti a natura, diuini expressione, uel approbatione, & ita a deo factum est. ¶ Corollarium tertium. Matrimonij contractus, & obligatio partim est a deo, & partim ab homine: a deo instituentem, & ab homine con-

Coroll. 1.

Coroll. 2.

Coroll. 3.

sensum contractui prestante: ut supra est clusione secunda. ¶ Secundum dubium: Quomodo matrimonium dicitur institutum a deo, cum tamen non uidetur esse bonum: eo q; actus eius, propter quem institutum est, hominem separat a deo, immo potius elongat ab eo, & facit ipsum totum carnalem. Hinc Exo. xix. precipitur ijs, qui debebant deum uidere: ut non accederent uxores. Item in le. uer. sacerdotes ministraturi uacabant ab uxoribus. Item priuat hominem usu rationis. Indiget excusatione per tria matrimonij bona. Non autem indigeret excusatione, si esset bonum, & a deo institutum. Preterea uirginitas constituitur ab apostolo: & secundum eum, bonum est homini mulierem non tangere: igitur per contrarium (ut uidetur) malum est ipsam tangere. Deicit hominem a perfectiori statu, & a uita angelica. Nam beatus Hieronymus angelicam nominat uitam, in carne preter carnem uiuere. Item per nuptiarum bonum non extinguitur, sed modificatur inobedientium membrorum malum, inquit Aug. ad Damianum epistola. lvi. ut limitata quodam modo concupiscentia carnalis fiat saltem pudicitia conjugalis. Quomodo ergo dicitur esse in remedium: si solum modificat illam inobedientiam: sic q; actus ille nuptiarum dicitur pudicitia conjugalis, qui citra diuinum indultum, & licentiam diuinam esset concupiscentia carnalis? Preterea in epistola Hieronymi (ut creditur) ad Demetriadem uirginem dicitur sic. Conceduntur quidem nuptie, sed harum abstinentia suadetur consilio perfectiori. Et infra. Ad uirginitatis honorem pertinet licentia nuptiarum. Ergo si conceduntur: & licentia ad hoc datur: uidetur esse male, & minus bone. Item dicit Magister. Prima institutio habuit preceptum. Secunda indulgentiam. Insuper q; facta hominum multiplicatio ne contractus matrimonij fuit secundum indulgentiam. Item Gerson in de celibatu ecclesiasticorum nititur multipliciter ostendere q; uxorem continuo habere, ac ei frequenter commisceri plus accendat, quam refrigeret concupiscentiam. ¶ Ad

Dub. 2.

Quo matrimonij dicitur institutum a deo.

Mala, q; pueniunt ex coitu.

primu:

primu: negetur matrimonium non esse bonum: quia est a deo institutum, & preceptum. Cuius enim usus bonus, & ipsum bonum est. Sed actus matrimonij bonus est ex prima conclusione: & humane propagationi, ac religiose educationi necessarius: & pro statu illo opportunus. Nec separat actus ille hominem a deo eum priuando gratia: licet faciat eum forte tunc non cogitare de deo. nec ad hoc semper tenetur. Alias enim dormitio etiam separaret a deo. Cum subiungitur: Elongat hominem a deo: Negetur loquendo de elongatione. quae sit per peccatum, & habitus gratia priuatione. Potest tamen concedi: q; elongat ipsum in hoc: quia occupatus circa carnalia minus cogitat de spiritualibus: sed mens eius quasi absorbetur: ut non possit libere intendere actui contemplationis (ut uidetur) deditus illi commercio carnali. Cum enim habet obiectum iugiter praesens, quod forte nonnunquam plus equo succendit inflammat, inebriat, & abducere nititur: opus est ratione bona, quae huismodi appetitum recte cohibeat. Ad hoc faciunt apostoli distacum. j. Corinth. vii. refert ea, quibus coniugati habent intendere: ob que quandoq; minus possunt diuina cogitare, cum non habeant facultatem sine impedimento dominum obsecrandi. Et ob hoc continentia fuit in dicta sacerdotibus le. uer. in hebdomada uicis suae, quando actu debebant uacare diuinis. Ad aliud, q; priuat hominem usu rationis: Esto: q; ita sit: tamen illa priuatio est momentanea, & comitatur actum illum a deo in officium institutum: ordinatur deniq; ex inclinatione naturali ad maius bonum consequendum. s. ad propagationem, & religiosam educationem hominis: quod est actus religionis: uel ad redditionem debiti, quod est actus iustitiae. Ad aliud indiget excusatione. Conceditur ad bonum intellectum. Nam matrimonium a deo institutum excusatione non indiget: sed actus conjugalis: ut infra dist. xxxj. dicitur. Nec oportet ob hoc actum illum esse malum: quia excusatur per bona matrimonij. Hoc enim non est ille: quasi actus ille conjugalis legi-

time prout debet celebratus sit malus: sed quia habet quandam similitudinem apparentem saltem cum actu fornicationis malo. Dicitur autem excusari: quia est actus iustitiae & actus religionis, propter transfigurationem perpetuam potestatis corporum ad actus conjugales cum petuntur: ut proles bene pro dei cultu educentur. Excusatur: claret, & patet esse excusatum, si rite sit cum suis circumstantijs. Ad aliud, conceditur: q; uirginitas constituitur ab apostolo. Et licet uirginitas sit consilij: non tamen ex hoc sequitur: q; matrimonium non fuerit aliquando preceptum. unde simul stat preceptum: ut ille, & ille contrahat: ubi alius non uult contrahere sed continere: & consilium, q; ille contineat: cum reperitur uolens contrahere. compatiuntur se ergo, nec contrahantur. Cum inferunt, Bonum est mulierem non tangere: ergo malum est ipsam tangere: negetur consequentia. Nam bonum ibi non sumitur ut contrariatur malo: uel absolute: sed comparatiue ad suum contrarium: quod est tangere &c. unde sensus. Bonum est, perfectionis est, & consilij, mulierem non tangere, sed simpliciter continere, propter multa impedimenta, quae actus carnalis commixtionis affert homini. in glos. j. Corinth. vii. Hinc beatus Hieronymus super Matth. inquit. Tempore quo conjugales actus exercentur, praesentia spiritus sancti non datur, etiam si propheta esse uideatur, & generationis officio obsequitur. xxxij. q. ij. cap. Connubia. Ad aliud, conceditur: q; est status imperfectionis saltem comparatiue. Et licet deiciat hominem a perfectiori statu: non tamen a statu gratiae: quia non priuat gratia: nec proicit hominem in malum: sed in minus perfectum statum. Et licet apostolus consulat abstinentiam esse ad eum non tamen tanquam a malo: sed a minus perfecto. Sic uita actiua praecellitur a uita contemplatiua, & uita contemplatiua optima est, secundum dictum Christi Luc. ix. cum dicitur Magdalenam optimam partem elegisse: respectu Marthae, quae studuit uitae actiuae. Attamen ex hoc non sequitur uitae actiuam esse malam: sed supponit eam esse

se bonam; sed minus bonam, quā sit contemplatiua: Consultit ergo apostolus abstinendum esse ab imperfectiori statu: nō a malo. Ad aliud, conceditur: quod non extinguitur ex toto: immo secundum apostolum tribulationem carnis habent coniuges. At tamen satisfaciens libidini cum sua ut tali, fatiatur pro tunc, ne aliam peccat. Et licet non intendat prolificationem: uel debiti redditionē adhuc propter bonū coniugale, quia actus ille fit cum sua, euadit mortalem culpā, & habet ueniā: ut supra. Ad aliud, Nuptiæ conceduntur: ut dicit Hieronymus: Respondetur supposita multiplici acceptione nominis concedere. dist. xv. quæst. xj. Nuptiæ conceduntur non ut malum quoddam: sed bonum a deo institutum, & præceptum. Cōceduntur, non præcipiuntur: alias studentes castitati, & pudicitie peccarent. Conceduntur: sunt bonum uoluntarium secundum Magistrum: aut minus bonum: eo quod non sunt bona consilij, nec præcepti. Cōceduntur secundum indulgentiam (ut infra) commixtiones conjugales cum sua in remedium fornicationis. Nuptiæ conceduntur. i. actus ille conceditur, qui fit per incontinentiam cum sua non causa prolis. Non itaq; nuptias, sed ueniā concedit apostolus secundum actum illum, qui non fit causa prolis, aut redditionis debiti. c. x. de bono coniuga. Quibus datur uenia: id est non carent peccato. ibidem. Hinc dicitur in cap. Cum apud de spons. & matrimonio. Cum prohibitorium sit id edictum de matrimonio cōtrahendo: ergo quicumq; non prohibetur hoc edicto prohibitorio, admittitur. Si dicitur: hæc omnia procedunt de matrimonio, ut est in officium, & ut habet circumstantiam finis, & obiecti debitam: ut supra. Non autem potest haberi talis modus honestas, & iustitias: prout est in remedium uitandæ incontinentiæ. Non enim potest delectatio in actu tali poni finis actus cum e contra delectatio sit annexa propter opus, & non opus propter delectationem. Nec uidetur ratio naturalis hic concludere quancumq; honestatē, uel iustitiā: Respondetur: hic est iustitia, & similiter honestas. Cum .n. deus hominē sibi

Varia
accep-
tio huius
uerbi cō-
ceditur
Nuptiæ.

ipsi dereliquit, & sua, in quibus non obligauit ipsum sibi: potest homo corpus transferre in alium: ut sic eo bene uti possit cum sua, cum id facere prohibitus sit a deo cum non sua. facta enim talis modus corporum translatione, iam corpus coniugis factum est suum, & contra. ergo potest eo uti, ubi non est prohibitus tanquam re sua, sicut posset uti re emptā, & nunc sua. Et tunc actus ille honestus erit propter illam iustitiam, & iustam corporum permutationem. ¶ Ad dictum Magistri conceditur: quod prima institutio habuit præceptum: secunda indulgentiam, & non præceptum: quia corporum translationem deus non instituit præceptiue in remedium: sed indulget, sumendo indulgentiam ut infra. Saltem certificauit nos in le. no. quod concubitus conjugalis potest et in alium finem fieri circa culpam mortalem scilicet in fornicationis uitationem. j. Corinth. vij. Ait enim Apostolis. Propter fornicationem unusquisq; suam uxorem habeat: & unaquæq; suum uirum. Hoc autem secundum indulgentiam dico, non secundum imperium. Quod intelligitur ad litteram proprie de commixtione in remedium. Indulgentia quid aliud est, nisi mollis, & delicta permissio? secundum Quintilianum. unde ait. Mollis illa educatio, quam indulgentiam uocamus, neruos omnes, & mentis, & corporis frangit. Non ergo indulgere est proprie ignoscere, seu ueniā dare pro culpa: sed est obsequi, & (ut ita dicatur) aliquid delicatē concedere. Indulget ergo dominus posito contractu matrimonij ob hominis fragilitatem: quod corpore coniugis ut suo, immo iam suo utitur in remedium fornicationis. Hoc puto uoluisse Simonem de Cassia lib. xv. de Christiana iustitia, cum inquit. Deo gratias: quod spiritus sanctus fuit in lingua Apostoli, cum diceret, Unusquisq; suam uxorem habeat. Non dixit, ducat. Habere suam. i. cognoscere eam carnaliter ut suam. Nam uxor ad denitandum fornicationem non est ducenda, sed habenda: ducendam uero deus statuit tanquam propter prolem. Et Hugo de sancto Victore lib. ij. par. xj. cap. ij. allegando August. inquit. Offi-

cium coniugij, hoc est carnis commixtio nem ante peccatum: non ad remedium infirmitatis: sed ad multiplicationem prolis institutum esse: post peccatum autem id ipsum ad remedium infirmitatis concessum esse, inquit August. & infra. Quia post peccatum copula carnis in conjugio admittitur, indulgentiæ magis est, & compassionis, ne uitium concupiscentiæ, quod in humana carne post peccatum radicaui, turpius in omnē excessum profueret: si nūquam licet excipi potuisset c. v. de bo. coniug. De hoc dist. xxxj. Ommino igitur inquit gloss. in gñe suo nuptiæ bonæ sunt: quia etiam id, quod ad se non pertinet, ignosci faciunt propter se. Neq; enim ille concubitus, quo seruitur concupiscentiæ, fit, ut habeatur fetus, quem postulat nuptiæ. Secundum hoc possunt dicta doctorum saluari, qui dicunt matrimonium non esse institutum in remedium: Verum est, non est præceptum: sed est indultum cum illa clausula. In fornicationis remedium, per hominis obsequio delicatē concessum. Obligationem tamen subsequētem instituit, & approbat. Est ergo secundum indulgentiam apostolicam cognoscere, seu habere suam in remedium fornicationis, nō proli amore: sed ducere uxorem non est secundum indulgentiam dictam: quia contractus bonus, est licet quandoq; sit indebitē propter alicuius circumstantiam defectum. Vel si placet admittere illam: Contractus matrimonij, qui fit præcisē in remedium fornicationis, ita quod illa sit finis contractus, est secundum indulgentiam. Ad aliud de Gerfo. cui forte addi posset illud philo. ophi. ij. Ethic. Infatiabilis est concupiscentiæ appetitus, & per operationem congruum augetur. potest dici: quod utiq; personæ conjugales secundum rationem uinere uolentes non utuntur actu illo si cut equus, & mulus, quibus non est intellectus: sed secundum dictamen, & ex dictamine rationis, & ex castitate coniugali, quæ uirtus est: immo acquirunt habitum temperantiæ circa delectabilia: ex actibus frequentatis. Dictū uero Philo. procedit de appetitu concupiscentiæ nō regulato ratione. Non ergo coniugium

datum est brutis: sed hominibus, quibus subesse debet appetitus: ut dominentur illius Gen. iij. ¶ Tertium dubium est contra dicta de institutione matrimonij a deo principaliter. Illud, quod efficitur per consensum humanum, huius principalis institutor est homo, & non deus: matrimonium est huiusmodi: ut dicatur sequen. dist. Nec potest dici: quod dicendorum. Crescite, & multiplicamini &c. instituerit: uidetur: quod illa uerba in genere protulerit, & ad alia animantia, uolens eorundem multiplicationem in terra. Dixit enim ea etiam die quinto ad reptilia aquæ, & uolatilia celi: & de hinc ad hominem die sexto. Ad primum paruit conclusio. ij. & in dubio j. Siquidem a deo institutum originaliter, & primò facta est coniunctio legitima maris, & femine. Matth. xix. Quos deus coniunxit, homo non separet. instituit uero, cum sua uoluntate rectissima uoluit hominis naturalē multiplicationem, quā homini innotuit primum ipsum Adam spiritu sancto inspirante de hoc illustrado, & certiorē reddedo. Ad quod propheticē, & prænunciatiue sonauerunt eius uerba cum inquit. Relinquet homo patrem, & matrem, & adheret uxori suæ: & erunt duo in carne una. Gen. ij. Deo uero instituyente uoluit Adā de suo consensu libero ducere Etiam in uxorem. Et cum in matrimonio est mutua obligatio, quæ oritur ex consensu libero contrahentium: tamen indissolubilitas illius mutue obligationis est de lege positua dei consonē se habere ad legem naturæ: ut supra. Sic & alia sacramenta non obstante: quod sunt a diuina institutione, consummātur, & implentur hominis intentione, & uoluntate, uel ex parte ministri, uel suscipientis. Neganda ergo est maior: quia secus est loqui de matrimonio institutione, & de matrimoniali obligatione: seu etiā indissolubilitate, & perpetua coniunctione. Primum a solo deo institutum. Secundū a deo, & homine interde, & consensu: sine cuius intentione, & consensu matrimonium nō est: sicut nec est baptismus: nec consecratio sine intentione ministri &c. Quia uerba illa. Crescite, & multiplicamini, dicta sunt etiam ad animan-

Dub. 3.
K
Contra
dicta de
instituti-
one
matri-
monij a
deo prin-
cipali-
ter.

tia bruta, conceditur: sed longe aliter ad hominem; quātuis uoluerit utriusq; multiplicationem. Et licet matrimonium sit primò, & principaliter a diuina institutione, & circa ea, quæ deus instituit in matrimonio, homo nō possit facere mutationem: at tamen quantum ad personarum contrahentium determinationem, ecclesia non sine causa fecit rationabilem constitutionem. Et quoad illud, posset dici matrimonium partim esse ab humana institutione: Verum est, quoad materiam contractus, inquit deus id ipsum inderminatū reliquit, & ecclesie suæ pro loco, & tempore determinandum, & statuendum commisit. Insuper refert loqui de matrimonij, & sacramenti matrimonij institutione. Sacramentum a solo deo est. ¶ Quartum dubium: An copula carnalis sit de integritate matrimonij. Quia sic uidetur esse, beatus August. ut refert Magister dist. præsentis dicens. Non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse commixtio sexus. Ad idem Leo Papa: quæ similiter refert Magister. In oppositum est coniugium Mariæ uirginis cum Ioseph, de quo dist. xxx. Respondetur: q̄ in matrimonio contingit inuenire gradus tres. Est enim matrimonium initiatum: quando scilicet fit contractus per uerba de futuro. & de huiusmodi integritate non est copula carnalis. Est ratum, & uerum matrimonium: sed non consummatum: & hoc iterum potest esse sine commixtione, cum scilicet fit contractus per uerba de præsentis. Est & consummatum, cum contractum priorem sequitur copula. Et de illo uidetur locutus August. cum inquit. Non est perfectum coniugium sine commixtione sexuum. Perfectum inquam significatione: quia matrimonium ratum non consummatum: licet sit perfectum perfectione essentiali, non tamen est perfectum significatione, secundum Magistru: quia non ita significat unionem Christi cum ecclesia, quæ est per naturæ conformitatem, sicut consummatum quod significat unionem Christi cum anima fidei per gratiam, & eam quæ est per naturæ con-

formitatem: vel sic significat unionem Christi cum ecclesia, & uerbi cū humana natura. Est ergo matrimonium ratum perfectum perfectione essentiali: sed non significatione. Perficitur matrimonium commixtione carnali, non quantum ad ueritatem, uel sanctitatem coniugij: sed quantum ad significationem: quia perfectius unionem Christi, & ecclesie tunc figurat, & significat. Mens beati Aug. est. mulier, quæ non habuit commixtionem &c. non pertinet ad illud matrimonium, quod expressam, & plenam representat figuram uerbi cum humana natura, uel Christi cum ecclesia in naturæ conformitate. De hoc distinctione. xxvij.

DISTINCTIO. XXVII.



DOST hoc aduertendum est: quid sit coniugium &c. In præcedenti dist. Magister egit de matrimonij causa formali. In hac dist. xxvij. & tribus sequentibus agit de matrimonij causa efficiente, quæ est consensus contrahentium. Et primum de consensu effectu, & perfectione. Secundo de defectu, & imperfectione dist. xxix. Primum ostendit dist. præsentis consensum esse matrimonij causam efficientem. In dist. xxvij. qualis debet esse consensus. In xxix. de defectu consensus ex coactione. In xxx. de defectu consensus proueniente ex errore. Sententia dist. huius tribus summarur conclusionibus. ¶ Prima. Matrimonium fidelium duntaxat, & consummatum, est uiri mulierisq; coniunctio maritalis, inter legitimas personas individuæ uitæ tenens consuetudinem. ¶ Secunda conclusio. Principium effectuum seu causa effectiua coniugij est consensus, nō quilibet: sed per uerba de præsentis, nō de futuro expressus uel designatus. ¶ Tertia conclusio. Coniugium tunc incipit esse, cū interuenit maritalis consensus: licet nec præcesserit, nec comiteur carnalis

lis amplexus. Harum conclusionum intellectum textus aperit.

QVÆSTIO. I.

QUÆSTIO I. R C A hanc dist. quaritur primo: dimissa notificatione matrimonij: de qua in dist. præcedenti: Verum matrimonij effectiua causa sit personarum coniugalium consensus mutuus, certis uerbis, aut signis sensibilibus expressus uel exhibitus. ¶ Quantum ad articulum primum. Notandum, q̄ consensus coniugalis quandoq; dicit duntaxat actum interiore uoluntatis intus manentem absq; hoc, q̄ declaratur ad extra aliquorum uerborum prolatione, uel signorum sensibilibus exhibitione. Alio modo dicit actum illum intus formatum, & ostensionem ad extra uerbis, nutibus, aut signis. Et sic idem est cōsensus coniugalis, & consensus coniugalis uerbis, aut signis sufficienter expressus. Hinc Magister cōsensum illum nominat actionem coniugalem, qui dicitur facere matrimonium. Et talis consensus secundum Scot. non est aliud, quam contractus matrimonij. Et est quasi nomen collectiuum: ideo dictum fuit quæstione præcedenti: q̄ contractus matrimonialis est mutuus consensus coniugalis duarum personarū legitimarū in se inuicē &c. Seu est actus interior insensibilis sensibilibus signis expressus. Tale si quidem uinculum coniugale, & translatio potestatis corporum sine consensu partium non fit, consensu inquam libero. Libera enim esse debent coniugia. c. Requirunt. de sponsalibus. & hoc institutione diuina, qui instituit coniugium esse debere liberum: & similiter illam potestatis corporum translationē. Gen. ij. Dicitur enim ratio naturalis nullum debere compelli ad aliquod arduū, & magnum, & uix tolerabile, ad q̄ nec lege naturæ, nec lege diuina tenetur, sine consensu uero, uel interpretatio. & cap. Tua nos. de sponsa. dicitur. Sine consensu cetera nequeunt coniugale fœdus perficere. Et eo. ti. Cum locum. Matrimonium solo consensu contrahitur. Ad

Arti. 1.
Not. 1.
Consensus cōiugalis q̄si que dicit dum raxat actum interiorē.

idem. xxvij. q. ij. c. Sufficiat. Et Gen. xxiii. de Rebecca. Vocemus puellam, & quaramus eius uoluntatem. ¶ Secundo notandum: cum consensus dicitur esse causa efficiens matrimonij, non est sensus: q̄ sit causa effectiua omnium quæ sunt de ratione matrimonij, seu quæ nomen matrimonium dicit: sed uinculi coniugalis, non q̄ effectiue faciat hoc uinculum: sicut causa suam effectum: sed est dispositio præuia ad matrimonij uinculum. sicut baptizari ad characterem, secundum Scot. Et forte posset dici causa effectiua, sicut præmissæ dicuntur causare conclusionem. Nam sine consensu non est matrimonium, nec uerum sine uero, ut in foro conscientie, nec presumptum sine presumpso consensu: ut in foro ecclesie. Est enim consensus uerus: est & interpretatiuus, siue tacitus, aut presumptus. Cōtingit enim nonnunquam personas aliquas, uel alteram ex eis non uere consentire in alium consensu coniugali, tamen signis, uel facto aliquo exteriori, uel uocis emissionem ostendant se mutuū consensum habere, quem forte postea negant, dicentes se animo ludēdi, aut copulā carnalem non coniugalem exequēdi hoc, uel hoc fecisse. Et tunc cum non constat de consensu, qui est substantiale in contractu, & essenziale, sine quo reliqua non sufficiunt: ecclesia presumit ex huiusmodi factis de consensu interiori uero, & non ficto. Presumit enim de meliori, & q̄ non sint aut fuerint immemores salutis proprie. Item tenet eas esse ueraces, cum non constat sufficienter de opposito. Dicitur enim lex naturæ: q̄ qui libet pro ueraci, & fidei habeatur: quousq; sufficienter doceatur, aut constet de contrario. Sufficit autem ecclesie, & personis contrahentibus certitudo probabilis, ut in alijs actibus humanis, de consensu personarum coniugalium. Hinc philosophus. j. Ethico. Disciplina est intantum certitudinem inquirere secundum unum quodq; genus: in quantum natura rei sufficit. Definiunt quidā presumptionem sic. Est firmatio conceptus mentis facta ex aliquibus coniecturis extrinsecis collectis. Ex illo dicto sumi potest: q̄ ē matrimonij.

B
Not. 2.
Cum cōsensu di causa efficiens matrimonij non est sensus, q̄ sit causa effectiua.

Dub. 4.
I
An copula carnalis sit de integritate matrimonij.

Tres gradus matrimonij.

monium uerum, cum. s. constat de cōsensu. Est & matrimonium præsumptum, cū non constat de consensu interiori, sed p̄ sumitur de consensu ex coniecturis quibusdam. ¶ Terriò notandum. Cum dicitur matrimonium cōtrahi solo cōsensu intelligitur de consensu secundo modo sumpto, hoc est aliquo signo extrinsec⁹ declarato, & manifestato. Nam si loquitur de matrimonio, ut est sacramentū: patet q̄ de ratione sacramenti est: q̄ fit consensu in signum sensibile &c. & ita non sufficit ad rationem sacramenti solus actus interior manens in uolūtate, qui potest dici consensus, sed requiritur ex institutione diuina exhibitio signi alicuius sensibilis declaratiui cōsensu interni coniugalitatis. Quia si quis loquitur de contractū praeiſe, non habendo respectum ad sacramentum: quamuis quo ad deū sola uoluntas sufficit ad sese obligandum ei: cū tñ contractus ille est civilis, aut conditiōalis: ut dosi des, uel ut des, & iter duos homines &c. ideo necessariò cōcurrat aliud, q̄ uolūtatem ipsorum ad extra ostēdat: & cōsentium obligatiōnis aperiat. Cum ergo dicitur: nihil aliud ad matrimonium requiri a consensu, uel q̄ solo consensu contrahatur: intelligendum ē: nihil aliud determinatē praeiſe cōsensu requirit: puta uerba sola, uel solē literæ &c. sed aliquid indeterminate: q̄ cōsensum exprimat. Ita tamen q̄ illud non sit proprie causa illius obligatiōnis: sed consensus signo aliquo extrinsecus expressus. Idem tenet Duran. quæst. j. alias contractus non obligaret, si intentio non pateret. Sic intelligendum est dictū Panor. de sponsa cap. Tuæ fraternitati. cum inquit ad substantiam matrimonij non requiri uerba: sed sufficere consensum legitimum. Et cum dicitur: q̄ uerba sunt necessaria quantum ad ecclesiā: quia impossibile est per naturam illum consensum clarescere sine locutione uerbalij, aut signo aliquo declaratiuo. Non. n. hō loquit homini sicut angelus angelo. Non autem uult: q̄ solus, & nudus consensus sufficit sine signo exteriori expressiuo consensus. Ad substantiam enim matrimonij requiritur materiale, quod

est consensus, & formale; quod est signū sensibile expressiui consensus. Glos. in cap. Sufficiat. xxvij. quæst. ij. dicit quo ad ecclesiā: quo ad probationem. Probatio uerò consensus non restringitur ad uerba, ut notum est: immo sepe uerba pro plus statuitur literis, quam uerbis. Non est curæ, an literis, aut uerbis nutib⁹, uel alias appareat. Potest enim mutus cōtrahere, & surdus sed nō sine signo exteriori consensus. cap. Cum apud de sponsa. & quod uerbis non ualent, signis declarat. Si pater saepe contrahit pro filia, uel p̄sente, uel absente: dummodo tamen filia signo aliquo consensum suum aperit, & ostendit. Sic fit contractus inter absentes, qui se nunquā uiderūt: sed non sine expressione consensus ad extra. ¶ Quātū ad articulum secundum est conclusio. j. Per legitimum, ac mutuum uiri, & mulieris consensum in ueritate contrahit matrimonij. Porbat de spons. ca. Tuæ fraternitati. & c. Tuā nos. Rationē ostenditur ex dist. p̄cedenti: & ex diffinitione matrimonij, & contractus matrimonij. Nam secundum Magistrum. Matrimonij est uiri, & mulieris maritalis cōiunctio inter legitimas personas in iudiciam uitæ consuetudinem retinens. In hac notificatiōe quadruplex genus causæ exprimitur. Formalis, cum dicitur maritalis cōiunctio. Efficiens, uiri, & mulieris: qui in quantum consentiunt, se habent in ratione causæ efficientis. Materialis, inter legitimas personas. Finalis, in iudiciam uitæ consuetudinem retinens. Vbi tangit secundū Sā. Bonā. bonū sacramenti: q̄ est principale bonū matrimonij. Præterea cum matrimonium sit uinculum, seu unio coniugalitatis personarum legitimarum: & ita cōtractus obligatorius: ad contractum aut obligatorium si debet esse ratus: necesse est interuenire consensum amborum, & mutuum sese obligantium, & potestatem sui corporis in se commutantiū, & transferentiū: nec quisquā pōt habere potestatem in corpus alterius. sine eius cōsensu libero: sed in matrimonio corpus mulieris uiri est: & contra. j. Corint. vij. ergo necesse est mutuum interuenire cōsensum. Dicitur notanter legitimum: quia

Artic. 2.
Cōcl. 1.
Per legitimum, ac mutuum uiri, & mulieris cōsensum in ueritate contrahitur matrimonij.

Cōcl. 2.

Cōcl. 3.

Cōcl. 4.

consensu existente ficto, & ex consequēti, nullo non contrahitur coram deo matrimonium cum talis consensus fictus nō sit consensus: sicut homo pictus non est homo. cap. Tuā nos. de spons. ubi dicitur de quodam fictē consentiente. Dolus solummodo affuit, & desuit omnino consensus: sine quo cetera nequeunt perferre sādus coniugale. Requiritur autē consensus amborum, uiri, & mulieris, ad causandū matrimonium; & non sufficit consensus unius tantum: quia matrimonij claudicare non potest: ideo dicitur mutuum. Et quia debet esse personarum non prohibitarum: ideo dicitur legitimum. ¶ Secunda conclusio. Consensus uiri & mulieris expressus, & declaratus uerbo, uel signo sensibili, causa est effectiua coniugalitatis uinculi. Probat ex notabili. ij. & auctoritate patrum, & doct. quos Magister refert. Ait enim Isidorus. Consensus facit matrimonium. & Chrys. Matrimonium non facit coitus, sed uoluntas. Et Ambro. Non desoratio uirginitatis facit coniugium: sed pactio coniugalitatis. hoc est consensus secundum interpretationem Magistri. Dicitur in conclusio ne expressus, & declaratus, pro quo sit hæc. ¶ Tercia conclusio. Ad uerē contrahendū matrimonij oportet interuenire consensum coniugum uerbis, nutibus, aut signis sensibilibus sufficenter expressum, & declaratum. Patet conclusio ex notabili. ij. Tum in quantum est sacramentū. Sic enim est sacre rei signū. Tū in quantum est contractus obligatorius: sic enim necesse est interuenire tantā uoluntatis expressionē; q̄ coniugales personę mutuum cognoscant uoluntatem, & corpus translationem. ¶ Quarta conclusio. Probabile est dictū: cum de contractus matrimonij essentia non sunt uerba uocalia, sufficere etiam in non mutuo, sed loqui potente, signa equipollentia consensum mentalem, & maritalē fatiis dicātia. Prima pars patet ca. Cū apud de spons. de surdo, & muto: qui possunt contrahere: quia non sunt prohibiti, & quod uerbis non possunt signis ualent declarare. Non possunt autē contrahere, si uerba essent de substantia, & essentia ma-

rimonij. Consonat Panor. in c. Si inter uirum. de sponsa. Secunda pars. quia de equipollentia non refert, quid fiat: dum saltem consensus fatiis indicatur. Et licet nullum aliud sacramentū sine uerbis perficiatur; tamen speciale est in hoc sacramento matrimonij: q̄ sine uerbis uocalibus haberi potest. Causa est ordinatio diuina. Verū quomodo cūque parentes cōtrahant pro filijs, seu etiam extranei &c. necessarium est: q̄ eorum insinuent consensum mutuum, & declarent aliquo signo, uel nutu. Alias non uideretur sufficere sola filiorum taciturnitas. Ita habet Angelus in uerb. Matrimonium. ij. §. iij. & v. Dicitur in conclusioe secunda: causa est effectiua coniugalitatis uinculi. Nam sicut baptismo contingit dupliciter loqui: Vno mō, ut nedū dicat illā ablutionem exteriorē: sed etiam characteris impressionem: Alio modo, ut dicit solū characteris impressionem ita periformiter in matrimonio quandoq; attenditur solum uinculum coniugale, seu unio coniugalitatis. quādoq; illud uinculum: & cum hoc signum extrinsecum sensibile de claratiuum consensus coniugalitatis. Primo modo sumendo nomen matrimonij scilicet pro uinculo coniugali solū, consentue efficit matrimonium, & causat uinculum illud: non autem secundo modo: sic enim matrimonium est consensus &c. ut supra. Et idem non est causa efficiens sui ipsius, quod tamen esset, si consensus poneret causa effectiua matrimonij modo accepti. Propter q̄ in conclusioe dicitur: q̄ est causa effectiua coniugalitatis uinculi, quod nunquā nominatur matrimonij. ¶ Quinta conclusio. Ad contractum matrimonij requiritur cōsensum uerbo de presenti. de spons. & matrimonij. cap. Si inter uirum. Probat. Nam in matrimonio fit translatio, & datio potestatis corporum: qui autem promittit de futuro se daturum corpus suum, iā nō dat nec trāsfert ipsum in alium, sed spondet se id facturum. ¶ Sexta conclusio. Sicuti sine consensu uero non potest esse uerbo matrimonium in foro cōscientiæ: ita nec sine consensu præsumptio, in potest esse plūmptum matrimonium pro-

ro ecclesie. Patet: quia non datur ratio diuersitatis. Quia autem consensus presumptus inducat matrimonium in foro ecclesie, habetur in cap. Tria nos. de spō. fa. & matri. Sic dicit Magister in litera. Si vir, & mulier verbis explicat, quod corde non uolunt, si non sit ibi coactio, uel dolus, obligatio illa uerborum, quibus consentiunt dicentes, Accipio te in uirū & ego te in uxorem, matrimonium facit. Quod ueritatem habet secundum presumptionem, quantum ad iudiciū ecclesie, quæ de meliori præsumens præsumit consensum interiore indicatum fuisse per illa uerba: nam huiusmodi significare ad extras: & ita quod fuerit ibi uerus consensus: ex consequenti uerum matrimonium. Iudicat enim ecclesia secundum allegata, & deducta. In foro uero dei statuitur confessioni unius pro se, & contra se.

E ¶ Quantum ad articulum tertium est primum dubium. Multiplicata causa multiplicatur & effectus: sed duorum coniugum sunt duo consensus. Si ergo consensus est causa uinculi illius, & ille est alius, & alius in utroque coniuge: ergo aliud, & aliud erit coniugale uinculum, & ita consensus unus coniugum facit duo matrimonia. Maior patet: quia non est minor unitas in principijs, quam in principijs: ut patet in lib. de causis. Præterea si oppositum non est causa oppositi: nec propositum est causa oppositi: ut patet in lib. Topicorum: Sed consensus coniugum non destruit matrimonium in contractum: igitur nec consensus efficit ipsum nondum factū. ¶ Ad primum dicitur. Maior ratio est uniuersaliter uera. Plures enim possunt eandem nauē trahere, & eandem domū cōstruere: quod dicitur possunt una causa totalis unitate integritatis: licet plures partiales. Sic & consensus in proposito unus dicitur effectiue, & unitate integritatis: quia unam facit unionem, & unum uinculum. Et esto: quod in quolibet coniugum sit alius consensus: tamen ad idem tendunt: & idem efficiunt functionem coniugale. dicuntur ergo unus causatiue. Ad auctorem de causis dicendum. Non negat eundem effectum posse produci a duobus causis

Arti. 3.
Dub. 1.
Multi-
plicata
ca multi-
plicatur
& esse
caus &c.

partialibus: Nam secundum Philosophum Hō generat hominē, & sol: Sed uult dicere secundum aliquos, quod causa per se sufficiens ad causandum aliquem effectum non est minus simplex, nec magis uariabilis suo effectu. Nec ex hoc potest inferri: quod matrimonium sit uariabile, & per consequens non indissolubile: cum consensus, quod est causa matrimonij est uariabilis. Nam licet consensus dicatur causa matrimonij: tamen non est causa totalis: nec sufficeret sine institutione diuina, quæ matrimonium instituit: & illam obligationem esse perpetuam præcipit. Cum ergo dicitur causam non esse magis uariabilem suo effectu: intelligitur de causa per se, & sufficiente, ac totali. Ad aliud, maior non est uera, nisi loquendo de tali proposito, quod est causa propositi non solum effectiua: sed etiam cōseruatiua. Quamuis. n. separatio sigilli a cera, cui impressum fuit, non sit causa destructiua figuræ impressæ, & derelictæ in cera sublata in sigillo, siue cauterio aliquo: tamen ex hoc non potest inferri: quod cōiunctio, & appressio sigilli, siue cauterio ad ceram, uel re aliam non sit effectiua forme illius. Et ratio illius est: quia licet applicatio sigilli sit causa effectiua imaginis impressæ, non tamen est causa destructiua remota iam a sigillo: & ita non est causa cōseruatiua. Nunc autem secundum Duran. q. j. & Palu. ita est: quod licet consensus sit causa effectiua posita diuina institutione: tamen non est causa cōseruatiua: sed causa cōseruatiua est diuina institutio, & uoluntas dei. Illa autem cōseruatiua causa per nullam creaturam potest mutari. Non ergo sequitur, dissensus coniugum non destruit matrimonium: ergo consensus non facit matrimonium ex illa topica. Fallit enim, ut tactum est: nisi id propositum: quod est causa propositi, sit etiam causa cōseruatiua illius, cuius est causa effectiua. ¶ Secundum dubium. An in istis signis alijs a uerbis, uel exhibitis ab alijs, quam a contrahentibus etiam saluetur ratio sacramentis: ac si ipsi contrahentes huiusmodi uerba protulissent, aut signa exhibuissent. Possunt enim, secundum prædicta contra filios pariter cōtrahere: quandoque annuli protectione, menti-

F
Du. 2.

An in istis signis alijs a uerbis, uel exhibitis ab alijs, quam a contrahentibus etiam saluetur ratio sacramentis: ac si ipsi contrahentes huiusmodi uerba protulissent, aut signa exhibuissent. Possunt enim, secundum prædicta contra filios pariter cōtrahere: quandoque annuli protectione, menti-

uel subtractione secundum consuetudinem loci, & patriæ. Et forte posset dubium sic formari. Cum deus sacramentum matrimonij instituit: & sacramentum est signum sensibile: an illud signum sit determinatum ex institutione diuina: ita quod sine eo non fiat contractus matrimonialis, & sacralis, ad quem gratia conferatur. Si. n. determinauit aliqua uerba exprimentia consensum, & contractum: uel illa sunt determinata, & præscripta quod sine eis non fit contractus: uel non sunt determinata: sed sufficit, quod consensum illum exprimat. Si primum, queritur quæ sint illa: & tunc sequitur quod non possit contrahere, cuius oppositum habetur in ca. Cū apud. de spō. & matrimonijs. Sequitur etiam: quod sepe fit contractus sine sacramento, cum illa uerba nesciunt, & diuersi diuersis contrahunt uerbis. Sed forte diceretur an se legem euangelicam fuisse matrimonium sine sacramento. Si secundum: uel ergo sunt tamen uerba exprimentia consensum, quæ sunt illa, & adhuc argumentum de nullo contra ea allegatum. Si autem determinatio illius signi non tamen est ad uerba consensum exprimentia: sed etiam ad alia quæcumque sint illa: uidetur posse dici: quod illa determinatio signi sacramentalis pro loco, & tempore dependet ex uoluntate humana. Placet enim deo gratiam conferre ad huiusmodi contractum sic celebratum, quod coniuges signi alicuius exhibitione possunt mutuum consensum, ac corporum translationem intelligere. & tunc signum id, quod homines sic utuntur pro eorum beneplacito ex approbatione, & institutione dei est sacramentum. Nec est inconueniens plures formas partiales esse unum sacramentum: exemplum de unctione extrema. Item de sacramento eucharistiæ panis, & uini. Et istud uidei esse probabilius: & ita habet communis ecclesie ritus: & ex consequenti dicitur, quod in quolibet contractu pro lege euangelica comitatur sacramentum. Per hoc factis patet ad primam partem dubij. Sic etiam uidetur sentire Scotus dist. xxvj. ¶ Sed in oppositum: quod non requiratur aliquod signum extrinsecum posset argui. Ad peccatum sufficit consensus interior peccantis: ergo & hic. Præterea

quid est aliud matrimonium: nisi uotum quoddam perpetue obligatorium duarum personarum adinuicem? Sed ad uotum sufficit interior uoluntas obligandi sine signo exteriori: ergo etiam ad matrimonium sufficit interior consensus. Pro quo uidetur facere ca. Tuæ fraternitati. ubi dicitur. Matrimonium in ueritate contrahitur per legitimum uiri, & mulieris consensum: sed necessaria sunt quantum ad ecclesiam uerba consensum exprimentia de presenti: ergo uidetur: quod de necessitate matrimonij sit, & sufficiat legitimus consensus: & ita non requiritur signum extrinsecum. Præterea de sponsa impuberū. lib. vj. §. Porro. sic dicitur. Porro ex sponsalibus, quæ parentes pro filijs puberibus, uel impuberibus plerumque contrahunt, ipsi si filij expressè, uel tactè cōsenserint, ut si presentes fuerint, nec cōtra dixerint, obligantur: ergo uidetur sufficere consensus tacitus sine signo exteriori ad contractum sponsalium, & similiter matrimonij. ¶ Ad primum dicendum. Secus est de peccato personali, & de contractu matrimoniali. Ratio diuersitatis est ex natura rei, & uoluntate diuina, pariter, & lege nature. Peccatum enim ab uno solo homine plene potest committi. Obligatio uero matrimonialis, que est reciproca, & conditionalis datio corporum, & obligatio, non nisi inter duos consentientes fieri potest. Et cum consensus intus maneat, nec possit uideri, necesse est: quod ad extra signo sensibili manifestetur. Alias enim non constaret humanitas de alterius consensu. Item matrimonium est sacramentum, & sacramentum est signum sensibile: ergo &c. Ad aliud de uoto dicendum. Voto quis astringitur soli deo, & sanctis suis. Deus autem intuetur cor: & sancti in uerbo, quæ uidere uolunt, uident. igitur non est opus signo expressi uo consensus hominis. Loquitur enim deo hominis uoluntas: ut dicitur in coll. Item institutio diuina est ad hoc, quod matrimonialis obligatio signo cognoscatur. Ad cap. Tuæ fraternitati. supra patuit notabili. iij. Legitimus enim consensus est, qui declarat quod est ad extra signo sensibili. Ad probandum uero eundem

consensum corā ecclesia: necesse ē haberi uerba ad hoc instituta. Nā secundum philosophū, ea que sunt in uoce, sunt eorū, quę sunt in anima passionū notā. Sufficiunt tamen, & alia signa æquipollentia probantia consensum interuenire, uel in teruenisse. Sic & muti licet contrahant nutibus, aut alijs signis: necesse tamē est: q̄ consensum suum indicent, & declarēt. cap. Cum apud. de spons. & matri. Ad illud de li. vj. claret, quid dicendū. Ex uerbis enim sequentibus requiritur: q̄ filij huiusmodi contractum postea ratificent si absentes fuerunt, uel ignorantes: alias non tenent. Sic simili modo dicendū esset de taciturnitate puellę, quę non reclamans censetur cōsentire, saltem ubi ius disponit: q̄ reclamare deberet. Vnde cū patienter tert iuxta se omnia fieri ad matrimonium necessaria, & fieri solita, & non reclamant, presumitur cōsentire. Palu. q. ij. ar. iij. Faciūt ad idem dicta in notabili tertio ¶ Tertium dubiū contra quintam conclusionem dicens, q̄ cōsensus de futuro non facit matrimonium, sicut de presenti. Sicut se habet expressio de presenti ad presentem matrimonium, sic se habet expressio de futuro ad futurum matrimonium. Sed expressio consensus per uerba de presenti, est causa presentis matrimonij. ergo etiam consensus per uerba de futuro est causa futuri matrimonij. Et ita uidetur: q̄ nō cōsensus de presenti: sed de futuro sit causa matrimonij, puta futuri, q̄ uidetur esse contrarium conclusioni. Dicendum: q̄ argumentum laborat in equiuocis. Et cum dicitur in maiore. Sicut se habet expressio de presenti. Expressio de futuro sumitur dupliciter: quandoq; ut dicit cōtractum stipulationis futurarum nuptiarum: siue expressio futurā, quę. s. in futuro fiet, & modo non est in re. Et sic maior potest concedi cū conclusionē: quia sicut expressio p̄sens, quę nunc est causat matrimonij, cuius est consensus: sic expressio futura. Expressio cōsensus, qui erit cras, & modo non est: tunc cū ponetur in esse erit causa illius matrimonij: cuius tūc erit cōsensus actualis, & de p̄nti: cū exprimet pro certo tēpore p̄ uerba de p̄senti. Alio mō

sumitur ly expressio de futuro p̄ expressione cōsensus p̄ uerbum futuri tēporis: accipiat te & c. cu. i. quis spondet, aut dicit se sumpturū pro tēpore futuro cōiugem: & sic maior est falsa: quia expressio, quę sic est futura, futuri temporis, & sponso per uerba de futuro: nunquam est cōiugem cā p̄senti cōsensui. igitur nunquā erit cā matrimonij. Talis enim dicit se quōq; consensum daturum ad futuras nuptias: sed non modo: & ita pro nunc nihil fit. Et sic accipitur expressio de futuro in proposito, & in conclusione quinta: ideo secundum hoc uenit maior neganda.

¶ Quartum dubium quærit de uerbis indicantibus, uel significantibus consensum. Pro quo notandum secundam mentem doctorum: q̄ uerborum, quę indicant cōsensus, quædam sic se habent: quod de sui natura, & secundum significationem eorum communem, ac communem hominum intelligentiam, aut iuris dispositionem indicant, & significant consensum partium contrahentium. Et talia sunt, ut in plurimum, Accipio te in meū, uel in meam: siue adiungatur uirum, uel uxorem: siue non. Talia enim: quia significant totum effectum contractus, & potestatis corporum translationem cum profertur a personis solutis, aut contrahere non prohibitis hinc, & hinc, uidentur sufficere ad eliciendum consensum mutuum: & ad certificandum hinc, & hinc contrahere uolentes more humano de contractu mutuo: immo uerba illa inferunt ut causa suum effectum, cū uerē proferuntur: ergo tu es uxor mea, coniux meus & c. Sequitur autem bene: Ioannes accepit Bertam in suam: ergo est uxor eius. Nec potest aut debet altera personarum contrahentium credere de alia: q̄ non consenserint in se prolatis huiusmodi uerbis, licet forte dicat se non consensisse in animo. Et ratio est: quia mulier (gratia exempli) ex hoc dicto ita certior reddita est de consensu alterius, sicut certior reddi potest humano more in hac materia. Et quæ ratione uellet dubitare de illo, eadem de quolibet alio, & ita nulla esset certitudo de consensu dato citra diuinam re-

H
Dub. 4.
De uerbis
indicantibus,
uel significantibus
consensum.

uelationem. Alia sunt uerba prædictis æquipollentia etiam temporis presentis: ut si dicat: Teneo, aut habeo te, seu reputo te pro uxore, aut uiro, & ita de similibus: aut cum dicitur, Teneo, habeo, aut reputo ex nunc te coniugem uirū, aut uxorem meam. Et cum nihil retinet, quid ex æquipollentibus fiat: uidetur secundum Palu. illa uerba sufficere sicut priora, dum hinc, & hinc a mare, & femina profertur. Ratio: quia uerba ista sunt talia, q̄ non possunt uerificari de presenti: nisi sit matrimonium de presenti: igitur uidentur sufficere. Siquidem de iure, uel facto non stat antecedens esse uerum sine consequenti: ut cum dico, Teneo te ex nunc, uel pro nunc uxorem meam: illa non est uera de facto, uel de iure, uel presumptiue: nisi & illa sit uera, tu es uxor mea. Sic, habeo te pro uxore, uera esse non potest de presenti, nisi & illa sit uera, tu es uxor mea. Facit ad hoc ca. Ex parte. de sponsalibus. Quomodo enim potest aliquis uere pro cōiuge, aut teneri, aut reputari: nisi sit talis, aut reputetur talis in animo alterius sic loquentis. Et ita uerba illa includunt consensum de presenti, uel necessariō inferunt de iure, uel de facto, uere, uel presumptiue. Exemplum extra propositum. Teneo hanc rem meam: est mea. Sic similiter si dicatur: prouideo tibi ex nunc tanquam uxori meę, infero, uel includit consensum de presenti; ergo tu es mihi uxor. Vel ponatur ad personam tertiam: ille prouidet a. ex nunc tanquam uxor, ergo est ei uxor, uel presumitur ei esse uxor. Sic etiam secundum Palu. dicendum uidetur de locutionibus futuri temporis includentibus ex propria significatione, siue manifesta restrictione presentem tempus: ut si dicitur: reputabo, habebo, tenebo te, nūc uel deinceps, & de cetero, sicut uxorem: prouideo tibi ex nunc sicut uxori. Quamuis enim locutiones illę sint futuri temporis, implicant tamen, & includunt presentem tempus: immo totum tempus sequens, incipiendo a nunc presentis. Præterea secundum prædicta sic haberi pro uxore, includit, immo secundum naturam præxigit esse uxorem.

Nam uerē nemo potest haberi pro uxore, nisi sit uxor. Ergo secundum doct. locutiones illę totales sic restrictę indicant consensum presentem: & ita faciunt matrimonium: nec possunt uerē de aliquo dici de iure, uel de facto: quin inferri possit hinc de quo uerificantur, esse cōiugem. Nec est simile si diceret: Accipiam te: quia esse uxorem non præcedit accipere in uxorem: sed sequitur sicut effectus causam. Hinc autem esse uxore præcedit haberi pro uxore. Et ergo in locutionibus prædictis includitur consensus presentis naturaliter prior ad sic haberi pro uxore: immo sicut causa illius habitationis. Si uerō nude profertur illę locutiones sine contractione expressa ad tempus presentem: sic faciunt solum sponsalia: quia sic non includuntur presentem, nec consensum de presenti. Nō enim sequitur, habebō, tenebō, reputabo te pro uxore: ergo es mihi uxor, feris cum accepero te, aut consensum ad hoc præstitero. Alia sunt uerba, de quibus dubium est, cum profertur, an significant consensum de presenti, uel de futuro, uel neutrum. Exempli gratia: Promitto tibi te habere uxorem. Non mutabo te pro meliore. Non habebō alteram præter te in uxorem. non uolo aliam nisi te. Promitto te tenere, aut habere pro uxore: donec terra operiat mihi oculos: seu donec terra ponetur super oculos meos. Et ita de similibus. Hoc potest ostendi de multis: quod sint uerē dubia: secundum doct. in cap. Ex literis. de sponsa. Possunt enim intelligi ab aliquo: sic q̄ expriment sensum coniugium, & de presenti. Nam mens illius locutionis potest esse, donec terra ponatur mihi a quocunq; siue quomodo: id fiat etiam in uita super oculos. Cum ergo talis procurat sibi superponi terram, iam conditio est purificata: & iam illa non est ei uxor, nec consentit in eam, ut in uxorem: nec consentit tempore præterito in eam, ut coniugem. Secundo: potest sic intelligi: ut sit sensus, donec moriar, & sepeliar, & tunc significatiua, & indicatiua consensus matrimonialis in illam saltem præ-

Dub. 3.
Contra
quintā
conclusionem
dicentē
quod cō
sensu de
futuro
non fa
cit ma
trimo
nium.

sumptiué, quousq; uiuat. Sic de similib⁹ figmentis pariformiter potest distingui. De illa uero: non uolo aliam nisi te, q; sic dubiapatet. Potest enim ille sensus esse affirmatiuus. Ego uolo te habere in uxorem: & nullam aliam nisi te. Et tunc cum totum, q; dicit, est temporis presentis, significat consensum presentem, & facit matrimonium secundum plures doct. & Panor. in ca. Ex literis. de spól. Potest & alius esse sensus. Non uolo aliam, nisi te, non uolo aliam ducere in uxorem nisi te. & sic indicant tempus, & consensum futurum. Sic (inquit Palu. q. j. ar. j.) differunt illæ duæ: promitto tibi: q; nõ ducã aliam a te & q; non ducam aliam nisi te. Nam prima potest habere sensum merè negatiuum, & non affirmatiuum. Potest enim habere mentem, q; uelit continere, & ita nullam ducere. Locutiones autem merè negatiue non inducunt spósalia, nec matrimonium, quia nihil ponunt, & hoc in foro conscientie, & stat q; ille noluit se ad affirmatiuam obligare. ar. ij. q. j. Alia uero potest habere sensum affirmatiuum: ita q; ly nifi aliquid ponat: ut cum dicitur, omnis homo dormit, nisi Sortes, qui scilicet uigilat: & si inducit matrimonium, uel sponsalia, ad quod requiruntur uerba affirmatiua, & non sufficiunt negatiua ceteris paribus. Sic secundum eundem cum dicitur: Uolo te habere uxorem meam: quia totum est temporis presentis: uidetur facere matrimonium. Si uero dicat: Uolo te accipere in uxorem, uel ducere in uxorem: non est uxor secundum aliquos, quousq; per alia uerba ducatur. Si dicat imperatiue, Esto uir meus: sicut dicitur Esa. iij. Esto princeps iroster: uidetur locutio esse temporis futuri in effectu: sicut solet dici: Esto mihi hæres. Esto mihi socius in uia illa. Hoc autem non uerificatur nisi de futuro. Hoc totum in foro iudiciali procedit: cum præsumptio est de consensu præuio. Insuper q; & illa sit dubia, promitto habere te in uxorem, patet. Potest enim esse sensus, id est promitto te ducere uxorem, uel promitto, q; uolo te mihi desponsare. Verbum enim promitto, uidetur includere actum futurum,

super quem cadit promissio: q; enim q; de facto facit, non promittit se facturum. & sic sonant illa uerba de consensu in futurum. Possent etiã sonare in presentis: sic assero, & confirmo te nunc habere, & tenere in uxorem meam: secundum intellectum aliquorum. Verum Panor. in cap. Quemadmodum. de iureiur. dicit: quod per illam locutionem promitto; q; habeo te pro legitima uxore, contrahitur matrimonium de presenti. Allegat cap. j. de sponsa. Et facit, q; in actibus pendentibus a mera dispositione disponentis, paria sunt uolo, q; is sit talis, & q; habetur pro tali. Sic idem est dicere. Uolo, q; sis uxor mea: & q; habeatis pro tali. Sed uidetur, quomodo per hoc illa promitto tibi; q; tenebo te pro uxore, sit illis synonyma. Sic de illa: non mutabo te pro meliorem: similiter dicendum potest etiam esse sensus de futuro: contra hanc tecum præ quacumq; alia. uel de presenti: id est ex nunc te habeo uxorem: præ omnibus alijs electam: Sic de illa, Non habeo aliam: præter resicuit de illa prædicta: Non uolo aliam, aut ducam aliam nisi te &c. Ita referunt doct. iuris propositiones illas diuersos habere sensus. Hinc ueniunt distinguenda. Illa autem distinctio locum habet in foro iudiciali, non pœnitentia. In pœnitentia enim foro creditur parti pro se, & contra se: & indicatur matrimonium secundum intentionem, quam dicit se habuisse, si saltem adhuc habet ei⁹ reminiscetia. si autem iudicatur secundum prædicta. Notat hic Palud. ex quo secundum Hila. non sermone res, sed rei sermo subiectus est: & intelligentia dictorum ex causis dicendi uenit assumenda: si dubiatur in huiusmodi dubijs locutionibus: an faciãt sponsalia tantum, uel matrimonium: uidentur est, de quo agebatur: & si de spósalibus contrahedis, & nõ de matrimonio, statim præsumi potest: q; per uerba illa uoluerit contrahere sponsalia, & nõ matrimonium. Si uero de matrimonio actum fuit: indicant consensum matrimonialē. Si autem dubiatur de quo actum sit: & nescitur, an de sponsalibus, uel de matrimonio: tunc in generali faciendū esse ui-

In pœnitentia foro p se, & contra se parti creditur.

detur interpretatio contra illum, qui legē apertius potuit declarare. ff. de pac. l. ij. ut si dicat, uoluisse se tantum contrahere sponsalia: & alius oppositum loquatur, & de matrimonio: tunc illi standum est, qui de matrimonio dixit: & conuerso hoc dempto. Si ille, qui primò responderet ad interrogata, responderet per uerba certa, de quibus satis constare potest, an faciant pro matrimonio, uel spósalibus: tunc uerba sequentia secundum intellectum illorum debent intelligi. Hæc ille. Sic & illa posset esse dubia. Promitto tibi; q; retinebo te perpetuo mecum. cum enim utraq; partium sic loquitur: quod etiam in prioribus locutionibus reciprocè intelligendum est: non uidetur esse matrimonium, nisi exprimat, q; uult eam retinere in uxorem. Aliqui tamen uolunt: q; sit matrimonium de iure canonico. Cum enim constat de mente, non est curandum de uerbis, quæ sint in foro conscientie, & quoad deum. Et præsumi potest: q; ambo intenderint huc sermonem de retentione coniugali. Sic ut refert Angelus in uer. Matrimonium. ij. §. xij. cum dicitur: Promitto tibi; q; habeo te pro legitima uxore: & alter similiter suo modo respondet: est matrimonium propter inclusionem ly de cetero: uel hoc tempore, secundum Hostien. & Gof. Præterea & illa locutio apud aliquos dicitur esse dubia: licet oppositum habere uideatur cõmunis obseruantia: cum dicit, uis habere talē p uxore, uel uiro? & ille, uel illa responderet, placet. Vnde notant, sicut refert Angelus ubi supra §. viij. q; uerbum placet, & uerbum uolo denotant tempus presentis: uerbum autē infiniti modij nullum tempus perfecte denotat: sed determinabitur secundum uerba præcedentia, uel sequentia ad presentis, aut futurum. Vnde si uerbo uolo, uel placet addatur uerbum, infinitiui denotans actum, qui non dependet ex sola libera uoluntate proferentis, non inducitur dispositio de presentis: sed de futuro: ut cum dicitur placet, uel uolo ascendere arborem: non sequitur, ergo ascendo: sed ascendam, futuritiue. Si uero uerbum infinitiui significat actum, qui procedit a sola uoluntate

proferentis liberè, distinguendum est. Si enim denotat principium actus, non inducitur dispositio de presentis. Exemplum: uolo tecum contrahere: uolo te desponsare. & sic non erit matrimonium secundum eundem. Si uero denotat executionem actus, sic inducitur dispositio de presentis. Exemplum: uolo te habere in uxorem: placeat mihi te recipere in uxorem, uel tenere pro uxore. & sic erit matrimonium. Hæc ille. Videtur alludere Præpositi. super. iij. Decretaliū de spons. & matri. cap. Ex literis. Nisi communis interpretatio, uel usus aliud haberet. His enim standum esset secundum eum. Circa nunc dicta breuiter notandū: q; anteq; altera pars mentem suam sufficienter declararet, non licet alteri alibi contrahere. Nam si una partium est certa de suo proprio consensu, & habet æquilibrium dubij de consensu alterius, contrahendo alibi exponit se adulterij periculo. Si altera pars mox alibi contraxit, ante declarationem istam non licet ei exigere: & teneatur reddere. Exigere .n. est sui iuris: alieni reddere. Posita uero declaratione poterit, & reddere fortassis. ¶ Quintum dubij est de signis alijs a locutionibus aut uerbis, quomodo cognoscantur, quando expriment consensum. Dicendum. In foro animæ semper recurrendum est ad intentionem. Si nescitur de intentione, uidendum est, quæ locutiones, aut uerba talismodi exhibita signa præcesserint ab utro, uel altero eorum prolata: & sic determinabitur de signis secundum uerba. Exemplum. Si a, dicit accipio te in meum, & si placet tibi, da mihi osculum, aut sume a me potum, uel annue capite &c. & sic erit matrimonium, alio signum acceptante, uel ei satisfaciente. Si uero locutionis uerba præcedentia denotant solum consensum de futuro, sic & signa. Quia si nulla præcesserunt uerba: sed solum exhibentur signa, iterum uidentur, ut supra: donec habeatur intentio. nam ut dicitur in cap. Cum apud. de sponsa. de muto, & surdo: Quod uerbis non ualent, signis declarare possunt. Et sic limitari oportet dictum Angeli, ubi supra §. vij. cum dicit, de signis loquens.

Non licet alteri alibi contrahere, ante quã mētē suam sufficienter declararet.

De signis alijs a locutionibus.

Si nulla præcesserunt uerba, scilicet de clarantia consensum, sic non iudicabo pro matrimonio &c.

QVAESTIO. II.

De sponsalibus qui ematrimonio præmittuntur.

ARTICULUS I. DE Sponsalibus, quæ communiter matrimonio præmittuntur: Vtrum sponsalia sint contractus matrimonij ueluti pars eius, aut dispositio præuia necessariè præmittenda, ac a sponsis post contractum habitum indissolubiter obseruanda. Solito more triplici quæstio absoluetur partitione. ¶ Quantum ad articulum primum est notandum. Sponsalia sic solent notificari. Promissio, seu sponsio futurarum nuptiarum. Secundum Hostien. sunt mentio, & repromissio futurarum nuptiarum. Vnde de xxx. q. v. c. Nostrates. dicitur. Fœdera sponsalia futurarum nuptiarum sunt promissio. Idem ergo est dicere sponsalia, & fœdera sponsalia. Dicuntur autè sponsalia: quia uolentes primores matrimonio copulari inuicem sibi primò spòdebant, & promittebant utriusq; accedere te consensu. Non enim possunt uel matrimonium, uel sponsalia claudicare: sed requirunt consensus partium. Hinc dicitur ubi supra. q. v. Fœdera quoq; consensu eorum, qui hoc contrahunt, & horum, in quorum potestatem sunt, celebrantur. Hinc sponsus quasi promissus, & sponsa quasi promissa dicitur. Sed post contractum matrimonij adimpleta est promissio: unde deinceps non dicuntur proprie sponsus, & sponsa, sed maritus, & uxor: etiam ante carnalem copulam. Hinc secundum Panor. quando agitur de odio, appellatione maritatus non uenit sponsalibus si ageretur de fauore. Sic l. u. ij. dicitur de Ioseph, q; ascendit cum Maria desponsata sibi uxore pregnantem in Bethleem. Inuenitur tamenq; & matrimonio copulari ante carnalem copulam dicuntur sponsa, & sponsus, ad debiti redditione cum id exigitur obligata, uel obligatus: cum deinceps secundum apostolum corporis sui potestatem nõ habeat. Sic possunt intelligi iura, quæ huiusmodi

matrimonia contracta de presenti appellent sponsalia: ut in cap. penult. de spon. & mati. Hinc secundum subiectam materiam, quandoq; appellatione matrimonij ueniunt solum sponsalia de futuro, siue matrimonium initiatum, quandoq; ratum, & contractum de presenti, quandoq; carnali copula consummatum. ¶ Secundò supponitur ex distinct. xvj. quæst. j. multiplex acceptio nominis pars. Id enim quandoq; dicitur alterius pars, quod habet ordinem, uel adiunctionem ad ipsum, seu quod facit aliquo modo ad alterius aggregatiuam unitatem, licet non sit eius pars essentialis uel integralis. ¶ Tertio supponitur: q; sponsalium aliqua sunt nuda, & simpliciter dicta, cum scilicet sponsus, & sponsa nude, & simpliciter sibi promittunt adinuicem: q; uelint matrimonio copulari. Aliqua sunt firmata per annuli subarrationem, aut per donationem arrarum, aut pignorum loco arrarum. Aliud etiam esse uidetur desponsatio: aliud subarratio. Nam desponsatio fit pacitione sponsalium. Subarratio uero fit sponsalicia datione. Sic legitur de sancta Agnere. Annulo suo subarrauit me &c. Fit ergo subarratio interuenientibus donis, & muneribus secundum morem patriæ, & quandoq; cù fidei desponsatione, seu iureiurando. ¶ Quantum ad articulum secundum est hæc conclusio prima. Sponsalia nec sunt pars essentialis nec integralis contractus matrimonij: sed ueluti sponsio aut dispositio præuia: non necessariè, sed nonnunquam ex partium contrahere uolentium beneplacito, ipsi matrimonio ritè, & congruè præmittenda. Prima pars patet ex distinct. præcedenti notabili. j. Nam contractus matrimonij est actus interior sensibilibus signis expressus: & ita est qualitas simplex in anima non potens habere partes alterius rationis, siue essentialis, siue integrales: ut supra distinct. xvj. quæst. j. de partibus pœnitentiæ. Secunda pars: q; sit dispositio, aut præuia sponsio, patet ex notabili primo, & auctoritate Magistris in textu dicentis: q; sunt quædam nuptialia pacta de futuro, ex quibus sponsus, & sponsæ uocantur:

Multiplex acceptio nominis pars.

Cõcl. 1.

Cõcl. 3.

Peccat, q post sponsalia a pmissio et nõ sulcito iuramento relinuit sine rationabili cã.

Artic. 1. Cõcl. 1. B Sponsalia nec sunt pars essentialis nec integralis contractus matrimonij.

hec exinde coniuges sunt. Tertia pars: quia contractus matrimonij potest fieri, & sæpe fit per uerba de presenti sine omni pacitione præuia. & ita non necessariò præcedunt: sed de congruo: ut secundum Aug. iam pacitæ sponsæ non statim tradantur, ne uilem habeat maritus dantem, quã suspirauit sponsus dilatare. ¶ Secunda conclusio. Pacitio conjugalis de futuro, desponsatio uel sponsalia ritè nominata, potest dici alicuius contractus matrimonialis pars aggregatiua. Patet conclusio. nam accipiendo contractum matrimonialem aggregatiue pro omnibus illis, quæ possunt, aut nonnunquã solent in ratione pacitionis, aut dispositionis præuie concurrere ad matrimonium perfectum, seu præmitti contractu matrimoniali: sic desponsatio potest dici pars aggregatiua. Est enim sæpenumero quoddam præuium ad contractum matrimonialem. Et cum omnia, quæ sic sunt de integritate aggregatiua alicuius, possunt dici eius pars aggregatiua. igitur. ¶ Tertia conclusio. Peccant qui post sponsalia a promisso etiam non sulcito iuramento relinunt, & recedunt sine rationabili causa. Probatum auctoritate beati Th. quæst. ii. ar. j. Hostien. de spons. Palud. quæst. j. artic. ij. Panor. in cap. Ex literis ij. Angeli in uerbo sponsalia. §. xxj. Antoni. parte. ij. ti. j. cap. xvij. Qui omnes dicunt talem, uel tales peccare mortaliter. Pro quo facit cap. Ex literis, quod disponit: q; talis monitus, & monitus nõ obtemperans, per censuram ecclesiasticã compellendus est, ut satisfaciat promissioni. Excommunicatio uero non nisi pro mortali infigenda est. xj. q. ij. cap. Nemo episcoporum. Et licet desponsata alteri nubere non prohibetur lege diuina. C. de sponsal. j. prohibetur tamen iure diuino, & canonico. Si enim interpositum est iuramentum, compellit lex diuina ad iuramenti expletionem, cum sine salutis interitu seruari potest. Reddes domino iuramenta tua. Matth. v. Vouete, & reddite altissimo uota uestra. Psal. xlix. Et ecclesia compellit hominem ad id, ad quod sese libere astrinxit: & ad quod iam præuia promissione libere facta lege diuina

na tenetur. Si uero est nuda pacitio, siue promissio, est seruanda: nisi obfit legitimum impedimentum. Sunt .n. pacta seruanda. de pactis c. j. ij. & iij. ubi docetur: q; iudex studiosè agere debet, ut promissa adimpleantur. Potest tamen Papa dispensare cum illo, qui sponsalia firmauit iuramento, & ei relaxare tale iuramentum. Si enim pro quia, potest aliquem absolueri a iuramento fidelitatis, pari ratione a iuramento sponsaliorum. Vnde etiã inuita sponsa potest sponsum in clericum ordinare, & ordinibus maioribus adornare: aut facere episcopum, aut cardinalem ecclesiæ necessitas id postulat: aut matrimonio alibi copulare propter pacem, & bonum reipublicæ. Nullus autè inferior Papa hoc potest fecerim Paul. Sicut enim solus Papa dispensat in uotis perpetuis, & iuramentis licitis, ac perpetuis: aut multi uolunt, si non est consuetudo in contrarium apud ordinarios: sic & in sponsalibus, quæ sunt promissio ad aliud quod perpetuum, & licitum. Nec obstat: q; sponsalia contrahuntur sub hac conditione, Si deus, & ecclesia concordent. Concordant autem, si non subest legitimum impedimentum: quo prohibetur ab ecclesia sponsalia contrahere. Cum enim secundum Panor. in cap. Præterea. de spons. conditiones generales tacite subintellectæ non faciunt contractum conditionalem: & illa conditio fit generalis, & tacite subintelligitur in omni contractu sponsaliorum: non facit ipsum conditionalem: sed manet contractus purus, & absolutus. vnde statim causatur ceteris paribus publicæ honestatis iustitia posita huiusmodi promissione futurarum nuptiarum. Peccant igitur, qui alibi contrahunt dimissis sponsalibus habitis cum prima. Et similiter pater filiam spondens alteri. Immo uidetur tacite si dem frangere, cum post primam desponsationem eam alteri desponsat. Et similiter filia si consensum dedit ad priora sponsalia tacite, uel expressè præsertim in libertate, peccat secundum eundem, consentiendo in alium, nisi subicit causa legitima. Similiter, & alij cooperantes, & opem, consiliu, uel auxilium efficaciter præstantes: ut

Papa potest dispensare cum illo, qui sponsalia firmauit iuramento. & in quo casu.

habere possit ditiores, nobiliorē, & magis potentem. Et licet illuc, quod dictū est de compulsionē per censuras ecclesie sticas ad contrahendum matrimonium cum eo, cum quo primō contraxit sponsalia, si alias fieri potest, pleriq; intelligāt duntaxat de sponsalibus iuramento firmatis: tamen Panormi. in cap. Ex literis. ij. de sponsa. cum Hostien. hoc credit intelligendum esse indifferenter: etiam cum nuda sunt pacta sine iuramento. Causa enim illius compulsionis non est iuramentum emissum præcisē: sed vitatio peccati, quod incurritur cum pacta, si ne promissa non seruantur. Et apud deū pariformiter ligant iuramentum, & deliberata, ac nuda promissio: quamuis in uno ob diuini nominis inuocationem, cui irreuerentia exhibetur in iuramenti transgressione, maius sit peccatum cæteris paribus, quā in alio. Et forte ob eam causam ecclesia magis studiosē cōpellit ad iuramenti obseruantiam, quā promissionis nudæ. Verum quia ut dicitur in cap. Requisiuit. coactiones frequenter difficiles solent habere exitus, & ex ordinatione diuina contractus ille debet esse liber, & de libero partium consensu fieri: ideo ecclesia non simpliciter cogit, & cōpellit manere cum eo, cum quo primō sponsalia contraxit forte etiam iuramento sulcita, sed censuras cum nō sunt medicinales reuocat, & retractat, & q; alibi contrahat, tolerat. Nec proprie ecclesia cōpellit quēpiā ut sponsalia psequatur: & sic matrimonium contrahat: sed cōpellit eum ad satisfaciendum promissioni, aut iuramento liberē factis: ad quā satisfactionem sequitur contractus matrimonij secundum promissa. Esto: q; cap. Præterea. de spons. intelligitur dispensatiuē, & non de mero iure: ut aliqui uolunt: tamen cap. Requisiuit. eo. titu. expressē dicit: q; is, qui iurauit cum aliqua contrahere, potius moneri debet, q; cōpelli, ut contrahat annexens rationem: quia matrimonium debet esse liberum, & coactiones difficiles solent habere exitus. Hanc solutionem tenet gl'of. in §. Sed concedatur. xxvij. q. ij. Et Hostien. in summa. de sponsa. & in cap.

Apud Deū pariformiter ligant iuramentū, & de liberata ac nuda promissio.

Requisiuit. Videtur Panorm. in cap. Ex literis eo. tit. q; hoc satis possit ostēdi ex textu cap. Requisi. de spons. inspecta ratione literæ. Et ita finaliter ex omnibus illis nihil aliud elici potest: nisi q; ecclesia compellit regulariter ad iuramenti, & sponsionis obseruantiam: dum non presumitur malus malum inde futurum, quā sit iuramenti: aut sponsionis non obseruantia. Cum deniq; fraterna correctio omittenda est, uel omitti potest, cum tergere possit in deteriorē exitū, & cū nullus fructus inde sperari potest: ideo in hoc casu ecclesia manum subtrahit, excommunicationem, quæ debet esse medicinalis retractādo. ¶ Si dicitur: Si ergo ecclesia sic compellit ad pactorum obseruantiam, & ex consequenti ad contractum matrimonij: ergo matrimonium non erit liberum, contra institutionem diuinam: Dicendum negando consequentiam: quia matrimonium id adhuc est liberum, nec ecclesia astringit eum ad aliquid, ad quod opus non erat astringit. Ipse enim ex libera uoluntate sponsalia contraxit, & iam tenetur pacta illa, quæ promisit, uel iurauit, seruare. Et ad hoc ecclesia eum rectē compellit. Debet enim gerere curam salutis filiorum suorum. Nec per hoc facit immutationem circa sacramenta: nec nouum onus cuiquam imponit: sed malum futurum, & iuramenti transgressionem uult præcauere. Quia autem fecit sibi matrimonium, esse necessitatis cum prima, imputet sibi, quia libere hoc fecit. tenetur ergo sui promissum seruare, si uult peccatum uitare. ¶ Præterea secundum Palud. quæst. ij. artic. v. sicut ecclesia pro certo, & determinato tempore statuit aliquid faciendum esse, quod prius a Christo indeterminate præceptum est: ut puta recipere Eucharistiam, & facere confessionem in paschate, absq; hoc, q; faciat mutatio nem legis diuinæ: ita in proposito stante, q; matrimonia debent esse libera ordinatione diuina: potest ecclesia certa subsistente causa aliquē ad contrahendum compellere, cum ad hoc sese liberē uolēs astrinxit, & obligauit: ita q; sine peccato resilire non potest. Nec sic materiam im-

mutat: sed tunc & ex causa illa materiā contractus restringit. Habet enim materiam contractus restringere pro tempore: sed non ampliare contra restrictionē iuris diuini, uel naturalis. Et sic materia illius sacramenti quoad aliquid subest ecclesie: nec per hoc tollit libertatem ab homine diuinitus sibi concessam. Et forte potest Papa in casu pro magna ecclesie utilitate alicui cōtractum præcipere: ut idem doctor uidetur uelle. quæst. j. ar. ij. ¶ Quarta conclusio. Matrimonium cōtractum legitime per uerba de presenti cum secunda, dissoluit ipso facto sponsalia priora de futuro etiam iuramento firmata. cap. Sicut ex literis. de spons. Debet autem tali imponi penitentia: quia fidem primam irritam fecit: nisi forsitan in iuramento suo præfixisset certum terminum, infra quem ducere uellet primā: nec steterit per eum, uel eam: quia res illa non recipit magnā dilationem propter periculum fornicationis. ¶ Corollarium. Sponsalia etiam iuramento firmata de futuro, non inducunt indissolubile uinculum de facto: sed de iure. Et licet stante promissione tenetur satisfacere, res tamē manet sua, & ideo si dat corpus suum alteri, datum est: Tenetur tamen penitere de fidei fractione. Nec debet corpus suum recipere a secundo: ut fidem seruando det primo, uel primæ. Et licet matrimonium sit uinculum indissolubile de iure, & de facto, ubi est datio p perpetuo, promissio tamen nuptiarum est indissolubilis de iure, sed non de facto. Sic enim dissolui potest per dationem corporis sequentem. Quamuis enim promissio sit de lege naturæ, non tamen est datio: sed sponsio dandi quippiā in futurum. ¶ Expedit nūc uidere, qui, & quot sunt casus, seu modi solutionis sponsaliorum licite & sine peccato, uel auctoritate superioris, uel auctoritate propria, uel iuris. Diuersi alios, & alios ponunt, & in alio numero. Richar. ponit x. Angelus xvij. Antoninus par. iij. ix. Propositus super iij. Decretalium. xxij. Duran. vij. Palud. & Andreas cum Hosti. ponit decem. ¶ Primus casus est crimen fornicationis corporalī, siue etiam spiritualis: ut hæresis,

Cōcl. 4.

Coroll.

Sponsalia et firmata iuramento de futuro non inducunt indissolubile uinculum de facto.

Qui & quot sunt

quæ dicitur fornicatio spiritualis. xxviii. q. j. cap. Non solum. & cap. Iam nunc. Si quidem reus potest esse suspectus innocenti de non seruanda fide in futurum: ideo potest sibi rectē præcauere, & ita nō accipere eum in coniugem: Turpius. n. eijcitur, quā non admittitur hospes. Qui fornicatus est, non potest resilire a sponsalibus: si innocens uult cum eo matrimonium contrahere. ca. ij. de translatione prælatorum. Quia si fuit uolenter corrupta, non debet dimitti, sicut dum Hostien. nec repellit: tamen uir nō cogitur ducere. Pro quo facit. xxvij. quæstio. ij. ca. Raptor. Vbi raptē datur licentia nubendi alteri, si raptor eam recusa uerit. Sic secundum Palud. si sponsus occidat quempiam, uel rapiat alterius sponsam, aut sanctimonialē, uel aliquid huiusmodi faciat, potest innocens petere sponsalium dissolutionem obijciendo ei tale crimen. Si uero innocens petat sponsalia consummari, non auditur reus, si renuit allegando suam turpitudinem: quia pena debent suos tenere auctores: nec reus reportare debet commodum de crimine suo. Non ergo potest facere præiudicium innocenti, si uult sponsalia consummari, & sanctus est nocentem soluere, quā condempnare innocentem. De criminibus præcedentibus, & probabiliter ignoratis, si dissoluant sponsalia, uel non, sunt opiniones. Intelligitur semper illa conditio inclusa, si contra legis dispositionem non uenerit: ca. Quemadmodum. de iure iur. ¶ Secundus casus est dissensus communis: quando. s. per mutuum consensum sese absoluunt sponsus & sponsa a pactione coniugali. cap. Præterea. de spons. Sicut qui contrahunt societatem fide interposita, quam postea communi dissensu dissolunt. Nec sic sese absoluerunt a sponsalium etiam iuramento firmatorum contractu, est leuitatis: sed nonnunquam magnæ prouidentie secundum Th. & Richar. dum forte alter eum ducere formidat, quem non amore, sed odio prosequitur, aut timeret, q; tempore futuro sit eā odio habiturus. Fortē nunc occurrit nouus casus: ob quē si tempore priori. cū cōtraxerunt sponsalia,

Secundus a dissensus cōis.

casus solutio- nis spō- nis spō- saliorū licite, & sine peccato. pri- mō casus crimen fornicationis corporalis, uel spūalis.

cognitus fuisset, contra hunc omiserunt. Præterea ecclesia licentiat eos, & non solum dissimulat. cap. Præterea de spō. Et utiq; non licentiat ad malū. Vnde aliud est de vinculo matrimonii, & sponsaliorū: quia primū est vinculi diminiū, secundum humanum. cap. Præterea. Hinc possunt id ipsum sponsus, & sponsa de consensu partium remittere. Secus de iuramento intrandi religionem: quia hoc fit deo. nisi quis iuraret Petro, si sibi placeat velit intrare religionem. tunc enim Petrus potest sibi iuramentum conditionale relaxare. Ex quo sequitur: qd non est eis inungenda poenitentia, cum non sint in culpa. Si autem alter fuisset recte in culpa non complendi promissum: hic licet poeniam de sponsi & matri. cap. Requisiuit. Loquitur de eo, qui iuravit uelle aliquid ducere ostendens talem potius esse mōnentium, quā compellendum, ut contrahat cum ea secundum promissa.

Tertius casus de fuga sponsi.

¶ Tertius casus est fuga. Fuga scilicet spōsi, ait Hostien. si transiit se utr ad alia p̄p̄inciam: ita qd inueniri non potest. Sed cum in talibus ad paria iudicentur sponsus, & sponsa: idem uidetur de sponsa. Exemplificat Palud. de quodam suspendendo in patibulis; quem uirgo quædam, ut eum liberaret, petiit sibi dari in sponsum. Contractis sponsalibus ille au fugit: & sese abscondit: uirgo petiuit a iudice ecclesiastico licentiam contrahendi cum alio: Et licet nõndum transierit tēpus b̄n̄nate; quod secundum leges tenebatur expectare: tamen secundum Hostien. iudex inspecta qualitate personarum, tempus legale potuit abbreviare, uel protogare. Illum casum alij notificant sic: quando alter eorum ad longinqua regionem se transfert, & conuenienti tēpore expectatus, ac debito modo quaesitus, & requisitus non reuertitur. de spōsa. cap. De illis. secundum Tho. quaest. ij. artic. iij. Licet in dubijs uia tutior sit eligenda: & ita potius alter alterum expectare debet; quā ad alia uota transire: hoc tamen nõ oportet in proposito, dum non stetit per eum, qui mansit: sed paratus fuit tempore quocunq; matrimonium consummare, & ita fuit sine cul-

pa secus si fuit in culpa, & per eum stetit, qd matrimonium non est completum. Sic enim (ut uidetur) tenetur tempus debitum expectare. Quod si non facit, agat poenitentiam de peccato fracta promissionis, aut iuramenti: si iuramentum interuenit, & cum alia contrahat, si uult iudicio ecclesie. ¶ Quartus casus est tempus: quando scilicet sponsalibus est determinatum certum tempus: intra quod debet purificari matrimonium, siue hoc fiat a partibus, siue a iudice ex causa rationabili. Nam elapso hoc tempore statuto ille, per quem non stetit, liber est: & potest nubere sine periculo. Alteri uero, per quem stetit, imponi debet poenitentia pro fide mentita. cap. Sicut ex literis. de sponsi. Et hoc uerum est secundum Angelum, in uerbo Sponsalia, si tempus illud determinatum fuit ante contractum sponsalium. Quia si post factum, & contractum sponsaliorum liberē, & nudē contractorum conueniunt inter se de die nuptiarum, per lapsum diei illius, alter non liberatur: quia terminus ex post facto appositus, fuit appositus solum pro sollicitando implemento promissionis sponsalium, & non pro finienda promissione. Refert enim ualde ad quid, & pro quo termini illi ponuntur diei, uel temporis illius. ¶ Quintus casus est ordinis sacri susceptio: hoc est, si quis post prius contracta sponsalia de futuro, siue in orientali ecclesia suscipit ordinem sacrum. Hæc enim ordinis sacri susceptio superueniens dirimit omnino sponsalia. xxvij. quaest. ij. s. ecce. Quia si sponsus per uerba de presenti nescia, & inuita uxore ordinatus est, non habet officij sui executionē, nec debiti petitionem: sed redditionem. Dirimit ergo sponsalia. facer ordo de post susceptus, sed non dirimit matrimonium per uerba de presenti: cum iam post contractum de facto sumitur ab aliquo. Nec debet sponsa per uerba de futuro licentiarē sponsam, ut ordines suscipiat, & ita habeat ordinatum. ¶ Sextus casus est religionis ingressus etiam ante professionem. cap. Veniens: qui de. uel uouentes, secundum unum intellectum illius cap. Palud. tenet, & Durandus: qd in-

Quartus casus de tpe spōsalibus assignato.

5. casus de ordine suscipiente post sponsalia

6. casus de ingressu religionis

gressus religionis non dissoluit ipso iure ante professionem sponsalia de futuro, cum adhuc possit exire, & alibi cum ludibrio primæ contrahere. Nec obstat secundum Palud. illa similitudo: professio soluit matrimonium ipso iure, ergo nouitatus soluit sponsalia, quia professio contrariatur matrimonio, non sic nouitatus sponsalibus. Cum ergo sit sermo secundum eum de ingressu religionis, qd faciat hoc, uel illud, intelligitur de ingressu cum professione. Attamen ingressus solus sine professione dat alteri licentiam alibi contrahendi. Potest enim sponsa interpellare iudicem, ut statuat illi terminum professionis: quia habet timere periculum incontinentiæ: uel qd contrahat cum ea: aut si est ordo mendicantium, in quo infra annum proficere non potest, sit utram eam licentiarē: maxime si prius dū expectauit, & est periculum incontinentiæ, secundum limitationem Hostien. Vnde secundum eum per professionem religionis approbatę soluntur sponsalia de presenti, & futuro ipso iure. de conuersi. coniuga. cap. Ex publico. & de sponsa. cap. Commisum. Nec est sic ingredienti religionem poenitentia imponenda, cum non habet culpam, sed egit legis auctoritate. ¶ Dicunt hic quidam: qd ille, qui iuravit uelle ducere aliquam in uxorem, aut sponsam, debet prius quam religionem intrare suo satisfacere iuramento, contrahendo de presenti: sed non consummare matrimonium, si uult vitare peccatum. Sicut qui iurauit uelle soluere uluras, licet posset repetere: attamen ad satisfaciendum iuramento debet prius soluere, & dehinc repetere. de iururando. cap. Debitores. Et qui uouit intrare religionē, si eligatur in episcopum, debet prius religionem intrare, & dehinc suæ electioni parere. de uoto. cap. Per tuas. ¶ Alij tenent: qd nõ oportet iuramento satisfacere: quia conuincatur ipsam in melius. Attamen quoad forum hominū, ne uideatur uelle esse deludere: uel iuramento contrahente: tutius est explere iuramentum: & de hinc ante copulam consummationem religionē intrare. Expediit ergo: qd contrahat in loco tuto

satisfacere iuramento, ubi non possit de facto ad copulam compelli suspectus de fuga. Illa opinio placet Rich. dist. xxix. ar. ij. q. iij. cuius uerba refert Palud. dist. xxvij. q. j. ar. iij. & dist. xxvij. q. j. ar. iij. Verum quamuis illa procedant, non tamen ad hoc tenetur in foro conscientie: quia raro (ut quidam dicunt) posthac religionem ingrediuntur, sed manent in seculo: & ideo cum ille contractus de presenti possit ei esse præiudicium in suspiratione ad frugem uitæ melioris: ideo ad hoc nõ tenetur secundum illos. In hoc casu, & priori includunt aliqui uotum continentie simplex emissum post sponsalium promissionem in dicto cap. Veniens. secundum alium intellectum. Ita refert Richard. & Anto. quosdam tenere. Sicut professio matrimonium: ita uotum simplex continentie sponsalia dirimit. Asserit Præpositus super iij. Decretalium. ¶ Palud. tenet: si sponsus nescia, uel inuita uxore emitit uotum simplex continentie, cum iam generetur ex hoc mulieri, quæ uerecunda est, præiudicium: quia sponsus non potest debitum petere, & mulier uerecundatur petere. ideo potest a iudice petere sponsalium dissolutionē, quia per hoc factum est mulieri matrimonium illud onerosum. Et conuerso dicendum uidetur, licet nõ sit tanta ratio. Vir enim minus uerecundatur. Secundo dicit ille doctor, Non potest ille, qui uouit continentiam post contractum alio reclamante, & pro matrimonio agente, petere dissolutionem. Videretur enim matrimonium uelle deludere, & in fraudem matrimonij hoc egisse. Hinc casus ille non dirimit de facto contractum sponsaliorum, nisi uelit religionem intrare. Quia si dicit se uelle religionem intrare, ut uoto continentie satisfacere possit: potest index ad hoc terminum statuere: uel ipsum ad satisfaciendum passioni conjugali compellere per excommunicationem. ¶ Septimus casus. Matrimonium contractum per uerba de presenti cum moniū contractū secunda ipso facto dissoluit. sponsalia p̄cedentia, tamen si fuerint iuramento subiecta. Immo & de iure. c. mēnis. cap. Is de pre qui fidem. & ca. Si inter. de sponsi. & cap. senti

7. casus Matrimonium contractum per uerba de presenti

et secun-
da dissol-
uit spon-
salia pre-
cedentia.
da dissol-
uit spon-
salia de futuro subseque[n]te copula dissol-
uit spon-
salia de futuro etiam iurata propter presum-
ptionem matrimonialis consensus. ¶ Itē
secunda sponsalia de futuro, & iurata nō
dissolunt prima sponsalia non iurata:
sed nuda promissione contracta. secūdu[m]
Richar. & alios. Iuramentum enim non
debet esse iniquitatis vinculum. Et in ijs,
quæ sunt eiusdem rationis, primum præ-
iudicat secundo. cap. Sicut ex literis. de
spon. Et xxij. q. iij. cap. In malis. In ma-
lis promissis recedende fide[m]. Et dicit An-
gelus hoc esse verum; si non intendit re-
cedere a primo cōtractu sponsaliorum.
Secus si vult recedere a primo: & habet
ad hoc causam rationabilem. Tunc enim
secundus casus sponsaliorum tenet. Et
ad cap. Sicut ex literis. respondet, q[ue] lo-
quitur, quando sine aliqua noua causa
vult frangere promissionem, quam fecit
primæ. Alias non. Cum dictum est. Ma-
trimonium de præsentī contractum: in-
telligitur de matrimonio ualido, secus si
est inualidum. Tale enim cum sit nullū,
sponsalia soluere non potest. Exemplū:
si contraxit de præsentī cum consanguine-
a illius, cum qua primum fecit sponsa-
lia de futuro. Potest enim redire ad pri-
mam. Vnde qui contraxit cum propin-
qua sponsæ, de facto tenetur contrahere
cum sponsa primæ: quia matrimonium,
quod nullum est, & sponsalia, quæ nulla
sunt, nihil causant ad impediendum præ-
sens: licet causent ad impediendum se-
quens de spon. cap. j. lib. vj. ¶ Sed quid si
post sponsalia cum prima cognouit aliā,
& post coitum contraxit cum ea sponsa-
lia? Respondetur: q[ue] prima sponsalia per
hoc nō soluuntur, sed oportet, q[ue] coitus
sponsalia sequatur, secus dum præcedit
contractum sponsalium. ¶ Quartus casus
est morbus, hoc est secundum glos. c.
ultim. de cont. lepro. quælibet enormis
deformitas proueniens post contractum
sponsalium de futuro. Et similiter con-
tagiosa horrenda, ac grauis infirmitas, ita
q[ue] cum periculo sponsa uersaretur cum
sponso, & econtra: secus si talis deforma-
tas, uel infirmitas insuit tempore contra-

F
8. casus
morbus

ctus, sponsis hoc scientibus. Hoc ergo ca-
su soluuntur sponsalia, non autem matri-
monium. Ad hoc facit, quod dicitur c.
Quemadmodum. de iureiurando. quādo
aleat lepram, uel paralytūm incurreret,
uel oculos, aut nasi amitteret, seu quid-
piam ei turpius eueniret. In alijs, in qui-
bus dubium est, si turpiora sint iudic-
is relinquunt arbitrio. Sic de epilepsia,
secundum Thomam. Sic si tempore me-
dio fuisset effectus frigidus, uel maleficia
tus, furiosus, lanaticus. Sic scuitia spōsi
prius incognita, nec comperta. Panor.
in cap. Veniens. Nec obest, si interuenit
iuramentum, quia intelligitur, si res in
eodem statu permanet. Sic capitalis ini-
micitia contracta inter sponsum, & spon-
sam post sponsalia de futuro, causa est: q[ue]
alter potest petere sponsalium dissolutio-
nem secundum Hostien. Possent enim ex
hoc prouenire multa mala cap. ij. & cap.
Requisiuit. de spons. & matri. ut puta ho-
micidium, adulterium &c. Sic si alter pos-
set docere, q[ue] alius eum ueneno intoxi-
care uoluerit, iusta causa est dissolutionis
sponsalium. Et istum casum quidam tri-
pertuntur, ponentes alium esse casum,
scuitiam sponsi: alium capitale inimici-
tiam: alium infirmitatem, uel deformi-
tatem &c. Pleriq[ue] ponunt pro causa dis-
solutionis amissionem oculi, sed textus
loquitur in plurali in cap. Quemadmo-
dum. de iureiurando. ¶ Quintus casus est
affinitas superueniens: ut si sponsus co-
gnouit consanguineam sponsæ, uel econ-
tra. xxvij. q. ij. cap. Si quis. cap. Ex lite-
ris. cap. Fraternalitati. de eo, qui cognouit
consang. vxo. suæ. Hoc casu dissoluntur
sponsalia de futuro. Hic casus dicitur
secundum quosdam affinitas ignora-
ta, & occulta: quæ licet ante sponsalia
subfuerit: tamē occulta fuit protunc, sed
posterius post contractum spōsalium de
futuro reuelata, & manifestata. Nec in
hoc aliquid detrahatur alteri, nec puni-
tur sponsa pro peccato sponsi, aut econ-
tra, sed potius confertur ei aliquid, quia
liberatur ab eo, qui per fornicationem se-
deo fecit odiosum. Vnde sicut affinitas
si tempore contractus sponsalium insuit
set, impedimento fuisset cōtractui, ita &

G
9. casus
affini-
tas. sup-
ueniens.

nunc

nunc, si interuenit post spōsalia ante cō-
tractum matrimonij, impedit nedum cō-
tractum sponsalium, sed & matrimonium.
Est simile secundum Palud. in affinitate
superueniente matrimonio, & sponsali-
bus in impediendo matrimonium; quia spon-
sus cognoscens consanguineam sponsæ
impeditur cum utraq[ue] cōtrahere. Incest^{us}
enim matrimonium cōtrahendū impedit.
Nec obstat c. penul. dist. xxv. ubi dicitur.
Licita eis coniugia non negentur. subau-
diatur, accedente dispensatione propter
iuuentutē. Dissimile uerō est in affinita-
tate superueniente matrimonio, & spon-
salibus, quia ad probationem affinitatis
dissoluentis sponsalia, sufficit fama sola
secundum San. Tho. & Palud. testis unus.
& sic facilius probatur: quia affinitas
post matrimonium contractum. Item
affinitas superueniens sponsalibus tota-
liter dissoluit contractum, ita q[ue] liberē
possunt alibi contrahere. Nec etiam si
uellent, possunt contrahere. Sed super-
ueniens matrimonio vinculum non tol-
lit, nec possunt ad alia uota transire.
Et si non est consummatum: debet is, qui
dedit operam rei illicitæ religionem in-
trare: ne cognoscat affinem debitum red-
dendo. Non enim priuatus est iure red-
dendi: sed petendi debitum. Item est, &
in alio dissimile: secundum Palud. in affi-
nitate superueniente matrimonio, pro-
babiliter ignorans incestum, & nō sciens
ipsum, non perdit ius petendi. Sed in su-
perueniente sponsalibus: nihil refert ut-
rum scierit, uel ignorauerit. Item con-
cessum est cuilibet personæ siue culpa-
bili, siue non, agere ad dissolutionem spō-
salium propter superuenientem affinita-
tem. In matrimonio uerō solus culpabi-
lis priuatur iure petendi. Nec potest age-
re ad diuortium qui culpam habet, sed
qui innocentiam seruauit, & castitati cō-
iugali fideliter studuit. Huic casui adijci
potest cognatio spiritualis de consang.
& affinita. cap. Super eo. Hinc Richar.
eum sic notificat: Si superuenit affinitas:
uel cognatio spiritualis. Alij uerō impe-
dimentum hoc nominant cognationem
legalem superuenientem, puta ad optio-
nem, uel spiritalem cognationem, aut

compaternitatem. Nam tunc etiam dis-
soluuntur sponsalia. Hoc tamen adijciē-
dum est post Angelum in uerbo Spon-
salia. q[ue] publicæ honestatis iniustitia super-
ueniens, non dissoluit prima sponsalia:
quia per ea fuit primō inducta talis mo-
di publicæ honestatis iniustitia: & per se-
cundo inductam non potest tolli primō
inducta. Sicut in simili. lviij. dist. Si quis.
¶ Decimus casus ab Hostien. nominatur
uox publica, ab alijs uerō fama: quia dis-
soluit sponsalia, cum scilicet fama est, &
doceri potest: q[ue] sit inter eos canonica
impedimentum. Magnum enim ex hoc
oriretur scandalum in populo, si tales
non obstante impedimento procede-
rent ad matrimonium. de sponsa. capit.
& sic facilius probatur: quia affinitas
post matrimonium contractum. Item
affinitas superueniens sponsalibus tota-
liter dissoluit contractum, ita q[ue] liberē
possunt alibi contrahere. Nec etiam si
uellent, possunt contrahere. Sed super-
ueniens matrimonio vinculum non tol-
lit, nec possunt ad alia uota transire.
Et si non est consummatum: debet is, qui
dedit operam rei illicitæ religionem in-
trare: ne cognoscat affinem debitum red-
dendo. Non enim priuatus est iure red-
dendi: sed petendi debitum. Item est, &
in alio dissimile: secundum Palud. in affi-
nitate superueniente matrimonio, pro-
babiliter ignorans incestum, & nō sciens
ipsum, non perdit ius petendi. Sed in su-
perueniente sponsalibus: nihil refert ut-
rum scierit, uel ignorauerit. Item con-
cessum est cuilibet personæ siue culpa-
bili, siue non, agere ad dissolutionem spō-
salium propter superuenientem affinita-
tem. In matrimonio uerō solus culpabi-
lis priuatur iure petendi. Nec potest age-
re ad diuortium qui culpam habet, sed
qui innocentiam seruauit, & castitati cō-
iugali fideliter studuit. Huic casui adijci
potest cognatio spiritualis de consang.
& affinita. cap. Super eo. Hinc Richar.
eum sic notificat: Si superuenit affinitas:
uel cognatio spiritualis. Alij uerō impe-
dimentum hoc nominant cognationem
legalem superuenientem, puta ad optio-
nem, uel spiritalem cognationem, aut

10 Ca-
sus uox
publica.

11 Ca-
sus: spon-
salia an-
te puber-
tatem.

H
Arti. 3.
Dub. 1.
Quot
modis
contra-
hantur
sponsalia
pure
&c.

Gab. Biel. L j

positione conditionis, nuda promissione: & hoc dupliciter. Nam uerba de presentibus contractus in impuberibus ambobus, uel altero eorum iuris interpretatione facit sponsalia de futuro. cap. fina. de despon. impuberum. & cap. unico. lib. vj. eod. tit. Quandoq; fit per uerba de futuro ad hoc apta, & congrua: uel etiam solita secundum morem patrie, ut puta promitto, uel iuro: quod accipiam te in meam. Dicit Pal. q. hæc promissio debet esse affirmatiua, & non negatiua, ut si dicam, promitto tibi; q. nunquam habeo aliam uxorem a te. Tunc enim si uult continere, non tenetur illam ducere in foro conscientie, si noluit se ad affirmatiuam obligare. Si tamen uult contraire, non potest aliam ducere. Sed si dixisset: Promitto tibi: q. non ducam aliam nisi te: uidetur, q. tenetur eam ducere. Vnde ut supra. q. j. differunt ille, cum dicitur a te, & nisi te. Ad illam enim non ducam aliam nisi te, sequitur: ergo ducam te secundum usum loquentium. Seco de alia, quia illæ stant simul. Non ducam aliam a te, nec ducam te, quia nullam ducam. ¶ Secundo modo contrahuntur annulli subarratione. xxvij. q. ij. Si quis. nisi ageretur de matrimonio tacite, uel expresse. Hinc in signum amoris ponitur in quarto digito, in quo est uena procedens a corde. ¶ Tertio, arratur datione etiã sine uerbis. Alias enim uerba sufficerent. Ita tamen, q. uere adsit consensus in foro conscientie, & saltem sermo aliquis præcesserit, uel simile quid, quo sumi possit consensus de pactione futura sponsalium: ad quod alter alteri mittit forte iocalia in signum huiusmodi pactionis: & alter sic acceptat. Sed opus est circa illos duos modos ultimos cautè uideri, quid significant, ut supra. quæst. j. Ita enim possunt significare matrimonij sicut sponsalium contractum: ut puta si uerba, aut tractatus præcedens de matrimonio sonnerunt. Sic enim significat matrimonij, & non sponsalium contractum. nisi fuissent expresse uerba de futuro. Si uero nulla præcesserunt uerba, statuitur communi interpretationi patrie. Si uero nulla de hoc habetur consuetu-

do, sic nihil probat: quia sunt signa incerta æquiuoca. In dubio tñ præsumendum in fauorem matrimonij. ¶ Secundum dubium. An in contractu sponsalium licet apponere penam. Respondet Sanctus Thom. distinct. presenti: & Bonauentura distinct. xxvij. ac Palu. consone ad id de spon. & mat. cap. Gemma. q. in sponsalibus, & matrimonijs ex quo omnino ordinatione dei, & ecclesie debet esse libera, non licet apponere conditionem penæ pecunariæ, & adeo promissio, uel stipulatio penæ non obligat: si apponitur in huiusmodi contractu. Nec potest talis pena exigi ab eo, qui recusat matrimonium contrahere cum alio etiam præuijs sponsalibus de futuro. Et ideo licet possint contrahi sub conditione promissæ pecuniæ, non tamen in modum penæ, ut quidam uolunt. Talis enim inducit metum, & ita tollit libertatem, quæ salua esse debet in matrimonij contractu. Doctores iuris uarias circa hoc dubium ponunt opi. in cap. Gemma. allegato. ¶ Tertium dubium: Vtrum in præfatis casibus dissolutionis sponsalium sufficiat uoluntas propria, seu dissensus mutuus: an requiratur cum hoc auctoritas iudicis, & sententia separatoria eiusdem. Hic uidentur esse qui dissoluant ipso iure, & qui sunt causa dissoluedi. Secundum Hostiensem, nullo casu soluitur ipso iure sponsalia sine auctoritate ordinarij, nisi in religionis ingressu ante copulam, & cum de facto contrahit cum alia de presenti. Idem uidetur de sacri ordinis susceptione: ut supra. ¶ Quartum dubium est de impedimentis præcedentibus, & probabiliter ignoratis, nunc uero post contractum sponsalium in notitiam deductis: an etiam dissoluant sponsalia. Tenet quidam: q. illa ignorantia dissoluat. Quidam partem negatiuam defendere nituntur. Primi tenent: quod ignorantia probabilis dissoluat, illo, qui ignorauit, reclamante, & dissolutionem petente. Paria enim sunt in iure: aliquid superuenire, & præcedere ignoranter. & ex cõmuni tropo res fieri dicitur, cum innotescit. Exemplo Christi dicentis. Data est mihi omnis potestas. Marc.

Dub. 2.
An in contractu sponsalium licet apponere penam.

Dub. 3.

Dub. 4.
I De impedimentis præcedentibus.
Dub. 5.

ulti. Cum ergo impedimentum, quod nunc innotescit, si nunc primum superueniret, dissolueret sponsalia: ergo etiam dissoluit nunc cognitum: licet prius præcesserit. Alij dicunt: matrimonia sint fauorabilia, & in dubio non est a uerbis legis recedendum: Iura uero loquuntur de morbo non præueniente, sed superueniente. eã. Quemadmodum de iure iurando. ideo morbus incognitus, seu ignoratus præcedens non dissoluit: sed imputet sibi, qui talem elegit socium, q. non fecit prius diligens scrutinium. Item dicitur. fornicatio præcedens non dissoluit: igitur nec morbus alius ignoratus. Immo non distinguitur inter fornicationem scitam, & ignoratam præcedentem, quia neutra cum præcessit, dissoluit. cap. Quæ admodum. præfato. ¶ Tenentes opi. primam respondent ad illud de fornicatione, dicendo, q. superueniens fornicatio, & non præcedens dissoluit sponsalia, quia uerisimile est: q. contrahens sponsalia uelit deinceps caste uere, & fornicationis uitandæ remedium habere. Non sic qui post contractum sponsalium fornicatur. Immo timendū est: q. nullam deinceps seruaturus sit fidem, qui in uiridi sua contrahentis sponsioni. Item non est talis præsumptio de morbo, seu infirmitate graui: q. cesset, & hominē post contractum non grauet: sicut de fornicatione præcedente. Et dato: quod radix alicuius infirmitatis pessime latuerit in aliquo, nūc uero prodit in lucē, & eripit in homine, quāuis talis posset dici præcessisse secundum causam, est tamen noua secundum actum, & ita dissoluit: quia secundum ueritatem est noua infirmitas, licet eius causa diu præcesserit. ¶ Præterea. si aliqua impedimenta sunt, q. ignorata dissoluant: hoc uidetur intelligendum esse de illis, quæ sunt propria sponsalibus: ut Palu. loquitur: sic scilicet q. impedimentum præcedens, & ignoratum, quod iam scitum, & cognitum, ac reclamatum impedit matrimonium contractum, & dissoluit ipsum, sicut error personæ, & conditionis &c. de quibus distinct. xxx. illud etiam soluit sponsalia, & impedit eodem modo. Item nullum impe-

dimentorum superuenientium dempta fornicatione impedit quo ad thorum. Vnde non est simile de fornicatione, & alijs. ¶ Ad illud, quod dicitur, non esse recedendum a uerbis legis, quæ loquitur de superueniente morbo, & fornicatione. cap. Quemadmodum. de iur. iurand. Conceditur. Nec hic receditur ab ea. Dicitur enim nunc quasi superuenisse, cum iam primum innotescit factum, & prius stetit eius ignorantia inuincibilis. Videtur facere pro illo dictum beati Thom. distinct. xxxvij. quæst. j. arti. iij. quæstion. j. cum inquit. Illud, quod uotum sciendum impediret, si præsens esset etiam uoto facto obligationem aufert. Ita in proposito uideatur dicendum. Sed si alibi de facto contrahit ceteris paribus uerbo de presenti, tenet contractus. ¶ Tenentes secundam opinionem, q. ignorantia non dissoluit, possunt dicere. Non obstat lex ciuilibis, q. in hac parte non facit fidem, quia secundum canones, qui contraxit sponsalia, compellitur ad matrimonij consummationem: sicut etiam secundum Canones ductus ignorantia probabilis non perdidit arras. Attamen per hoc non liberatur a promissione. Nec obstat decretalis prius allegata. cap. Quemadmodum. de iur. iurand. quia non ita tenetur homo inquirere de moribus eligendi, sicut de moribus illius, cum quo uult nubere: ideo imputet sibi ipsi: q. desponsauit cuius conditionem ignorauit: nisi in errore perfonæ conditionis. de quibus distinct. xxx. ¶ Quintum dubium: quis, & in qua ætate potest sponsalia contrahere. Respondet Palu. quia hoc dictum est prohibitorium: ergo qui non prohibetur, admittitur. Omnis itaq; qui prohibitus est contrahere matrimonium, etiam prohibitus est a contractu sponsalium. Possunt autem contrahi inter presentes, & absentes indifferenter, dum tamen habetur consensus partium contrahentium. ¶ Minor uero ætas sufficit ad sponsalia: ut puta septennium, quæ ad matrimonium: quæ xij. in femina, & xiiij. anni in masculo. Si autem fuerint contracta uno habente ætatem, alio uero non, nihil actum est: quæ claudicare non possunt. Attamen habens

Quis, & in qua ætate potest contrahere sponsalia.

etatem si iuravit non potest resilire alio nolente, sed consentiente. Si autem dissentit, qui etatem non habuit: nihil valet contractus ille. Secundum Hostiensem & sancti Thom. possunt contrahi citra septennium, si malitia supplet etatem: sicut etiam matrimonium citra annos illos appropinquante pubertate contrahi potest. Inter alij teneant oppositum. Facit ad hoc, quod dicitur de temporibus ordinandorum. cap. vlti. Infanti religionem intranti, potest dari corona.

Quod dictum supponit licitum esse ingressum tempore infantiae. Ergo a simili hic tenent sponsalia, si proximi sunt septennio, maxime de consensu parentum. Verum in uno est dispositio legis, non in alio. Dicit autem infans antequam habeat septem annos. ibidem in glo. ¶ Sextum dubium. An quis post alterius resuscitationem adhuc manet ligatus coniugi priori. Respondetur per. iij. propositiones. Prima. Mors naturalis coniugis unius dissolvit totaliter omne matrimonium carnale, siue in futurum, quod dicit sponsalia, siue ratum de presenti, siue consummatum carnali commixtione. Probatur auctoritate apostoli ad Romanos. vij. Si mortuus fuerit uir eius liberata est a lege uiri. Et. j. Corint. vij. Si dormierit uir eius, liberata est a lege. Cui uult, nubat tantum in domino. ¶ Secunda propositio. Si resuscitatur coniux mortuus, non est priori matrimoniali ninculo ligatus, ex iam dictis. Probatur: quia obligatio semel extincta non renouiscit. Nec obstat illud, quod dicitur Hebr. xj. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Quem textum aliqui male intelligentes dicebant viros recipere suas uxores resuscitatas, & econtra. Vnde uolebant prius matrimonium non fuisse extinctum: & ita adhuc eos manere obligatos, contra Apostolum ad Roma. vij. & j. Corint. vij. Sed intelligitur textus ille, mulieres matres acceperunt de resurrectione id est resuscitatione facta p deum ad pces Helix, & Helisei mortuos suos: filios resuscitatos: sicut Sunamitis, quae filium suum ab Heliseo resuscitatum, & mulier Sarraptana, quae filium suum ab

Helia resuscitatum accepit. iij. Regum. iij. quo ad primum. & iij. Reg. xvij. quo ad secundum. Nec est simile de quibusdam sacramentis characterem imprimētibus, quae nunquam iterantur, cum character indebiliter manet in aia. Vnde baptis-matus, confirmatus, ordinatus, non reba-prizatur, nec reconfirmatur, etiam post mortem, si resuscitatur. Secus de alijs sacramentis iterabilibus, quae non imprimunt characterem. Vnde posset resuscitatus priori coniugi, si adhuc liber est, non ueteri, sed nouo cōsensu copulari matrimonialiter. Per hoc secundū Palu. resuscitatus non fit bigam⁹: nisi tēpore mortis alteri fuisset copulata, & ab eo cognita. Quia si sic: non potest tali uiuente redire ad uirum priorem, qui olim fuit uir eius. ¶ Tertia propositio. Sicut coniux resuscitatus liberatus est a seruitute personalis per mortem naturalem: ita religiosus resuscitatus non tenetur iteratō ingredi eam, quam olim deuouit religionem. Probatur a simili: quia utrobique ē seruitus personalis, quae debetur a persona personae, tā in matrimonio, quā religione. Vnde sicut seruitus, quae debetur tantum personae: ut usufructus extinguitur morte tam debentis, quā habentis: seruo enim, qui usufructus legatus est mortuo, uel etiam mortuo fructuario, extinguitur usufructus: ita in proposito. Est enim seruitus personalis esse sic obligatum coniugi, uel religioni: ideo extinguitur per mortem naturalem. Sic si curatus, & episcopus resuscitantur, manent quidem sacerdotes, sed non manēt sponsi huiusmodi ecclesiarum: siue noua electione. Illa enim matrimonii siue carnalis, siue spiritualis non manent nisi ad uitā alterius. Ita q̄ quocūq; illorū mortuo alter liberatus est. Sed contra: ergo cum religiosus proficetur in manus praelati siue defuncto liberatus est a religione: sicut uxor a lege uiri eo mortuo, secundum Apostolum. Respondetur negando cōsequentia. Nec est per omnia simile in matrimonio spirituali, & carnali. De carnali loquitur Apostol⁹ ad Roma. vij. & j. Corint. vij. Illa enim translatio corporalis non fit nisi ad uitam cō-

Prop. 3. Vt coniux resuscitatus liber est a seruitute personalis, ita religiosus.

K Dub. 6. Prop. 1. de resurrectione alterius.

Prop. 2. Si resuscitatus coniux mortu⁹ non est ligatus amplius

ralem alterius, qua extincta, obligatio, quae fuit conditionalis, ut do, si des. uel do, ut des, similiter extincta est. In spiritali uero homo se pro perpetuo deuouet deo, q̄ semper manet. Et esto; q̄ et se se deuouet religioni determinate, puta praecise, & illa prorsus destructa iam non teneatur ad eam: quia mortua est, & non nisi illi praecise, & determinate se deuouit deo: Attamē secus est, si in genere uouit religionem, & in comuni: licet proposuerit, & intenderit in animo: uel le hāc ingredi. Tunc enim una destructa tenetur petere aliam. Vel si resuscitatur in una tenetur adhuc quaerere aliam. Sicut qui promisit dare hominem: licet non intenderit emere alienum, sed dare suum praecise: si suus mortuus est, adhuc tenetur dare hominem alium quicumq; sit ille. Patet ergo: q̄ non est omnino simile. Sed quid de bonis alicuius mortui resuscitari, uel si intestatus mortuus est, cuius erunt? Respondet Palu. Si Lazarus testatus decessit, resuscitatus recuperat sua: quia in donatione causa mortis plus se, quam alium, cui donat, uult habere. Vnde intelligitur tacita conditio. Si moriatur cum effectu ad hanc uitam non resuscitandus. Item si intestatus decessit: adhuc ipsemet est sibi magis unū, quam quicumq; alius. Vnde cum seruit⁹ realis respiciens res, & possessiones manet: uidetur, q̄ resuscitatus debet habere, quicquid prius habuit rerum, & possessio-nū. ¶ Septimum dubium. An matrimonium solui posset per religionis ingressum nedum ratum: sed etiam contractum. Ad hoc est prima propositio. Matrimonium consummatum, & fidelitū solū, non potest solui quantum ad vinculum, nisi per mortem naturalem alterius coniugum, secus quo ad thorum. Probatur, quia iam facti sunt una caro, & ueluti unum corpus. Et. j. Corint. vij. Mulier alligata est legi, quādiu uiuit uir ei⁹. & Roma. vij. Quo ad thorum solui pot. Primō quando alter coniugū post matrimonij consummationem fornicatur. In hoc enim casu innocēs etiam inuito fornicante potest religionem ingredi, nisi postea eū sibi recōciliauerit, ut Teberga

L Dub. 7. An matrimonium solui posset per religionis ingressum. Matrimonium consummatum, & fidelitū solū, non potest solui quantum ad vinculum, nisi per mortem naturalem alterius coniugum, secus quo ad thorum. Probatur, quia iam facti sunt una caro, & ueluti unum corpus. Et. j. Corint. vij. Mulier alligata est legi, quādiu uiuit uir ei⁹. & Roma. vij. Quo ad thorum solui pot. Primō quando alter coniugū post matrimonij consummationem fornicatur. In hoc enim casu innocēs etiam inuito fornicante potest religionem ingredi, nisi postea eū sibi recōciliauerit, ut Teberga

Lotharium, per debiti exactiōnem, uel redditiōnem. xxvij. q. ij. Matt. v. & Mar. x. Qui dimiserit uxorem suam excepta fornicatione, facit eam inuēchari. Dicunt hic aliqui. cum constat coniugi de fornicatione alterius, potest ipsum dimittere quo ad thorum, & debitum negare auctoritate propria, secus de cohabitatiōne. Alij, q̄ non licet, quem spoliare iure suo auctoritate propria. infra. q. iij. & distin. xxxv. Paulus simplex (de quo in uitis patris) uidens uxorem suam concubentem cum alio, mētus abiuit, & in eremum se recepit. Et beatus Theonas postquam uxorem, ut secum religionē dimisso coniugali cōmercio inuēcharet, hortatus fuisset, ipsa non acquiescente, sed contra dicente ad eremiticam castimoniam se recepit: tamen ipsa nō fuerit fornicata. Et in tantū profecit in uite sanctitate, q̄ Ioanne, & Helia decedentibus Theonā singuli praeelegerunt successorem priorem sanctorum patrum in diaconiae dispensatione. Ita refert Cassianus Colla. xxj. capit. viij. ix. & x. Verum hae sanctorū facta potius admiranda sunt, quam imitanda. Non enim permittitur stante lege, q̄ unus coniugum post matrimonij consummationem alio inuito, & extra fornicationis casum religionem ingrediatur. Nullus enim potest de alieno facere oblationem deo. Vnde cum per matrimonij consummationem corpus uiri factum sit mulieris, exigit iustitia, ut quod alterius est eo nolente non alienetur cū sui prauidicio. Nemo enim spoliandus est re sua. Ad hoc. j. Corint. vij. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu ut uacētis orationi. Si non licet alteri se subtrahere ab alio, nisi ex cōsensu ad uocandū orationi: ergo longē minus per religionis ingressum, qui omnino statui coniugali repugnat. Secundō de communi consensu coniugum potest matrimonio consummato alter religionem intrare, si & alter statum mutet. Quia si de licentia superioris ei concessum fuit manere in seculo, eo q̄ non est suspectus de incontinentia, quia se nex: tenetur tamen continentiam promittere. ca. Cum sis. de conuersi. coniu-

ga. & cap. Vxoratus. Ratio in cap. Ad apostolicam. Cum enim per copulā carnalem effecti sunt una caro, & una pars non potest conuerri altera manente in seculo: non est unus coniugum recipiendus ad regularem obseruantiam, nisi & reliquus perpetuam promittat continentiam: aut sine suspitione incontinentie possit in seculo remanere. Et hic est casus tertius: secundum Palu. Nec si alter alterum uisitat, debet exactum reddere debitum, ut fecit episcopus Lugdunensis Gebaldus uisitans uxorem suam monialem, ex qua suscepit filium, quē uocauit Latronē. Hūc episcopum cū sanctus Remigius propter peccatū suspendisset: postea peracta penitentia pristinam restituit dignitati: secundum Anto. parte. ij. titu. j. capitu. xxj. Quartus casus est cum alter coniugum ante matrimonij consummationem uult celibem in claustro uitam ducere: etiā inuito alio. Hoc enim permittitur ei: quia cum nondum sunt una caro effecti, potest unus ad deū transire, & alter in seculo manere. c. Verum. de conuersi. coniuga. Nec statim tenetur ad debiti redditionem post cōtractum de presentis: sed datur ei tēpus duorum mēsum. Primū, ut interuen possit de liberare si uelit religionem intrare. Secundo ut preparetur necessaria ad solennitatem nuptiarum. Tertio: ne uilem habeat maritus datam, quam non suspirauit dilatam. Ita tenet Sanct. Tho. q. j. art. iij. questiu. ij. Facit cap. Scripsit nobis. §. ecce. xxvij. q. ij. ubi ponuntur exempla sanctorum Macharij, & Alexij, qui ante matrimonij consummationem religionem petierunt. ¶ Secunda propositio. Omnibus casibus, quibus post consummatum matrimonium licitū est cōiungi religionem intrare, etiam licitum est ad sacros ordines, & ad episcopatum promoueri. cap. Sane de conuersi. coniuga. Exemplum de beato Hilario, qui existeret episcopus filiam habuit, & uxorem. Item de beato Senero episcopo. Rauenensis, qui & in specie columbæ per spiritus sancti uocationem ad episcopatum assumptus fuit, cum prius esset lanarius. Dicitur notanter matrimonij cōsumma-

Prop. 2.

tum: quia secus est de matrimonio rite non consummato, ut infra. ¶ Tertia propositio. In casibus in quibus non licet coniungi post matrimonij consummationem religionem intrare, etiā nō licet ordines sacros recipere: sed talis sic ordinatus, etsi characterem susciperet, esset tamen ab officio suspensus. ¶ Sed quid de matrimonio cōsummato uiolenter: puta cū uir uxorem anhelantem ad religionem ante copulam uiolenter opprimit, & cognoscit? Respondet Hostien. talis sic opprimendo suam inuitē, peccat. Non. n. potest debitum tunc extorquere, sed petere: nec illa tunc tenetur reddere, sed habet spacium duorum mēsum post contractum. capit. Ex publico. de conuersi. coniug. Et in hoc casu secundum Palud. melior est conditio facti, quam periti. Vnde talis mulier tenetur cum uiro manere, nec potest eo nolente religionem intrare, cum iam facti sunt una caro, nisi & uir similiter ingrediatur, aut non suspectus de incontinentia in seculo manens cōtinentiā promittat, ut supra. ¶ Octauum dubium: Vtrum quādoquē alter coniugum ciuilitate moritur per religionis ingressum, licitum sit alteri sibi contrahere. Respondetur post iā dicta quod non. Fallit enim in quinque casibus. ¶ Primus: cum matrimonium prius fuit sponte consummatum. Sic enim usque in mortem naturalem manent una caro: & manet uinculum, quā diu uiuunt. Dato etiam, quod fornicatio interueniret causa diuortij. ¶ Secundus: cum ante matrimonij consummationem manens in seculo uocatur emittit castitatis suo coniuge iam proficere. Et hic est solus casus: secundum Palud. in quo uotum simplex dirimit post contractum: non ratione sui, sed annexi. Cum enim uterque coniugum iam uouit castitatem: unus solenniter in religione, alter non solenniter in seculo, manet uinculum animorum inter eos, ac si uterque religionem intraret. Tunc ergo ratione ligaminis, non ratione uoti impeditur contrahere: sed illud ligamen non esset, si uotum non esset. hęc ille. ¶ Corollarie sequitur. Si alter proficere pri-

Coroll.

quā tale continentia noueat, nō subest ali ligamen. Et sic non prohibetur sibi cōtrahere: cap. Ex parte tua. §. Nos autem. de conuersi. coniuga. ¶ Tertius casus, quando coniug, qui se recepit ad religionem, nondum professus est tacite, uel expressē. Adhuc enim manet uinculum, cum sola professio, non habitus facit monachum. ¶ Quartus, quando fecit professionem, non de iure, sed de facto tantum. ¶ Quintus, quando alius intrat in matrimonium uiolenter consummato. Tunc enim manet ligamen propter carnis commixtionem, qua facti sūt una caro: & quia professio non est de iure.

N
Dub. 9. ¶ Nonum dubium, quando, & in quo casu tenetur coniug religionem ingressus exire ad petitionem, uel requisitionem alterius coniugis. Quando denique potest inibi manere. Et similiter quando sic reuocatus potest, uel non potest debitum reddere, uel exigere. Dicendum: quādoquē coniug illicitē intrat in monasterium, ut supra, tenetur egredi ad alterius requisitionem etiam professus. Exemplum de illicito ingressu, cum innoxius prohibuit, non consensit, uel ingressum ignorauit, & sic non approbavit, uel fragilis consensit: ita q. alter tunc in eius præiudiciū nec uouere, nec profiteri debuit. Vel si annos habuit, tñ re integra pōnitur: ante scilicet professionem. Tunc enim exire tenetur. Si autem licite ingressus est accedente consensu, & autoritate, quorū interest, nō tenet egredi, nisi in casu, quando re integra coniug datam licentiam retractauit. Si illicitē ingressus est, sed alter non repetit, nec requirit eum, iam eius ingressus ratificādo confirmatur: & egredi non tenetur. Quandoquē uerō liber est ad mandūdū, uel exendum, quando scilicet nullo uoto astrictus est religioni, nec tacite, nec expressē, nec uxor eum requirit. Aut si repetit eum, tamen prius fornicata fuit notorie, uel etiam post. Sed si ingressus emisit tantum uotum simplex non solenne, aut si emisit solenne, non tamen prout fieri deberet: puta infra tempus probationis, aut in manus illorum, quorum non interest: & sic solū de facto: & uxor

non repetit eum: non potest exire quo ad deum. Secus quo ad ecclesiam: maxime si uotum illud nō potest probari. In quo casu non solum sic retinentes clericum inuitū, & exire uolentem sunt excōmunicati: secundum Palu. sed etiam manū iniicientes, q. plus est, immo ueltes seculares, in quibus exire posset, sibi cum effectu negantes. Possent tamen eum bonis suasionibus retinere circa uim, & uolentiam. ¶ Sed quid de debiti redditione, uel exactione? Respondetur, quando illicitē egressus est post professionem in casibus dictis uxore sciente, & consentiente in eius professionem, non potest reddere debitum, nec exigere: quia tunc seruitutem remisit. sicut dominus, qui scienter seruum permittit ordinari, aut profiteri, & non prohibet, nec reclamatur. Videtur enim tacite consentire, & interpretari. Dicit notāter, Illicite, ppter uotum rite solemnizatum, ut dictum ē. Si uerō liber egressus est nullo astrictus uoto, sicut nouitius tempore probationis priusquam profiteatur, liber exire potest in hoc casu, & petere, & reddere debitum potest. Si autem de consensu ipsius, de cuius incontinentia timor fuit, uotū simplex emisit, in hoc casu sibi ipsi, & non alteri præiudicauit: potest ergo tunc reddere, sed non exigere debitum. Et licet in ceteris casibus potest coniug secularis cōuersum licite petere siue ante, siue post professionem, non tamen licitum est ei eum manu uiolēta de claustro rapere. Nec obstat de raptoribus cap. Cum causa. quia narrat: q. rapuit, sed nō dicit, q. licuit: quia iam est in quasi possessione monasterij: ideo monasterium non est spoliandum. ¶ De imum dubiū. O An sacri ordinis susceptio dirimat matrimonium ratum, sicut mors ciuilis, aut An facti naturalis. Ad hoc respondet extraneus cri ordinis susceptorum. xxij. alias Clemē. vi. Antiquæ concertationi finem cupientes pto imponere, ac animarū periculis exinde prouenientibus salubriter prouidere, de matrum fratrum nostrorum consilio presentis moniū declaramus edicto: q. licet uotū solennizatum per sacri ordinis susceptionem quantum ad iam cōtractū matrimonij

impediendum, & ad dirimendum, si post contractum fuerit, secundum statuta canonum sit efficax reputandum: ad dirimendum tamen matrimonium prius contractum etiam si carnis copula non fuit consummatum: cum nec iure diuino, nec per sacros reperiatur canones hoc statutum: inualidum est censendum: auctoritate Apostolica districtius inhibere mus; ne quispiam durante matrimonio nondum etiam consummato aliquem de sacris ordinibus presumat suscipere, nisi prout sacris canonibus nouerit conuenire. Quia si secus a quoquam attentatum fuerit, ordinamur: qd nec matrimonio dissoluto in sic suscepto ordine ministrare, nec ad superiores prouehi, nec ad aliquod beneficium, uel officium ecclesiasticum ualeat promoueri: nisi aliquam de religionibus approbatus, quorum professio ad castitatis custodiam, temporarium abdicacionem: & sui superioris obedientiam suos professores altringat, ipsum ante contigerit ingredi, & ei⁹ regulam tacite, uel expresse, pferri. Quo casu diocesanus super premissis, & singulis pmissorum cum eo dispensare ualeat: nisi sit aliud canonicum, quod obstat. Ad ingressum autem huiusmodi, sic ordinatum, si matrimonium consummatum non fuerit, per diocesanos firmiter moneri precipimus, & induci. Quod si forsitan renuerit adimplere: si sponsa eius insisterit, per censuram ecclesiasticam compellendum decernimus contractum matrimonium consummare. Hanc extrauagantem allegat Duran. dist. xxvij. questio. ij.

QVÆSTIO. III.

A Vtrum contra-
hens cum
duabus,
uel suc-
cessiue,
et, & eas carnaliter cognoscens sit irregularis, & bigamus. ¶ Quantum ad articulum primum, Notandum secundum
irregularis.
Art. i.
Not. i.

TERTIO⁹ queritur. Vtrum
omnis contrahens cum duabus, uel successiue, uel simul tempore de iure, uel de facto, & eas carnaliter cognoscens sit irregularis, & bigamus. ¶ Quantum ad articulum primum, Notandum secundum
irregularis.
Art. i.
Not. i.

& ponit aliam notificationem. Dicitur enim bigamus: quia bini coniungitur uir. Hic nunquam est bigamia uera, nisi ex binis ueris, & interpretatiua, nisi ex interpretatiua coniugijs. Semper ergo requiruntur duo uera, uel interpretatiua matrimonia consummata carnali copula, ut sit bigamia. Quod est contra Magistrum in textu dicentem solum consensum de presenti sufficere ad irregularitatem. ca. Debitum. de bigamia. Unde concubinaris, seu fornicarius cum una, uel pluribus sine sit in sacris, sine non, siue sit regularis, siue secularis, ex hoc non efficitur bigamus. ca. Quia circa eo. titu. Non uerè: quia non est matrimonium uerum. Nec interpretatiua: quia ibi non est matrimonium interpretatiuum. ¶ Corollarie sequitur. Accipiens uirginem, quam non cognoscit, & ea mortua accipiens secundam, & eam cognoscens, uel e contra, non efficitur ex hoc bigamus. Sic ducens mulierem uirginem alteri desponsatam, ab eo tamen non cognitam propter spoli mortem, non est bigamus. Angelus in sunt. verbo Bigamia. §. ij. Nec obstat Canon. xxvij. questio. j. Quotquot uirginitatem pollicitam uiolant, cum bigamis computantur. quia ille canon loquitur de professis, qui post professionem contrahunt de facto, & contra iuris prohibitionem. Illi enim inter bigamos haberi debent, ut ibi dicitur. Hic enim duo interueniunt matrimonia consummata: unum spirituale, aliud carnale. contra iuris dispositionem: & ita non uerè. Et dicitur ab aliquibus bigamia similitudinaria: ab alijs interpretatiua, sed non proprie dicta. ¶ Secundo notandum: quod aliqui duplicem, aliqui triplicem ponunt bigamiam: scilicet ueram, & interpretatiuam. Bigamia uera, & proprie dicta contrahitur, cum quis successiue duas uxores legitimas in matrimonio consummatas per copulam carnalem habet: ita quod utramque carnaliter cognouit. cap. Debitum. de bigamia. Item. xxvj. distin. cap. Deinde. & capit. Acutus. & xxvij. q. vlti. ubi est casus de quodam, qui mulierem ab alio ductam, non tamen cognitam duxit uxorem. Hinc enim non repellitur ab ordine

Coroll.

Coroll.
Maritus
uidue
uirginis
non est bigamus.

Not. 2.
Aliqui
duplicem,
alij triplicem
ponunt
bigamiam

quia non diuisit carnem suam in plures. Et ita non deest in hoc casu significatio sacramenti, propter cuius defectum bigamus (ut habet communis opinio. j. Timo. ij.) repellitur ab ordine. ¶ Bigamia interpretatiua contrahitur primo (ut mulier dicunt) cum quis contrahit, & matrimonium consummat per copulam cum corrupta, ab alio cognita, secundum Gofredum. siue fuerit corrupta in matrimonio, siue uero coitu: siue seminauerit, siue non: siue uir hoc sciat, siue ignoret: siue etiam illa corrupta sit repudiata iuste, ut in adulterio: siue iniuste ex odio. Ita tamen quod sit cognita, & a primo, & ab illo secundo, de quo nunc sermo. Alias secus. Et non uenit hic nomine corrupta omnis uidua: quia non uidua adhuc uirgo, & ita incorrupta. Requiritur ergo tria ad casum istum: scilicet matrimonium uerum, uel presumpsum. Et secundum hoc intelligitur istud cum dicitur. Cum quis contrahit de iure, uel de facto. Secundo, quod sit ab alio carnaliter cognita. Tercio, quod sit cognita a marito secundo. ¶ Corollarium. Maritus uidue uirginis non est bigamus. ¶ Secundo contrahitur, cum quis suam uxorem propter adulterium dimissam sibi reconciliat, & carnaliter cognoscit debitum reddendo: forte ad ecclesie preceptum, ut multi uolunt: dato etiam, quod ipse primum deflorauerit eam, & non alius. Esto denique: quod nesciat eam esse adulteram. ut refert Angelus ubi supra. Secus si reconciliat sibi adulteram non quoad thorum: sed solum quoad domum: quia cum sine carnali copula nunquam contrahitur bigamia, si non commiscetur adulteræ, siue scitæ tali, siue non scitæ, non fit bigamus ex illa reconciliatione quoad cohabitationem tantum. Item si quis compellitur per ecclesie preceptum reddere debitum uxori quam ipse nouit adulteram: sed probare non potest: efficitur bigamus. Attamen si iudex hoc sciret (ut quidam uolunt), non compelleret ad redditionem debiti. Inimmo uideretur: quod si maritus accusat uxorem de adulterio, & pendente accusatione illa petat debitum, tenetur reddere debitum: quia uxor non debet priuari possessione sui

corporis usque ad sententiam, & ita non euadet bigamiam. An autem tenetur obedire iudici de reddendo debito uxori adulteræ quæ scit talem, licet non possit probare: Respondet Palud. quod non. Gofredus. tener contrarium, cum nondum diuortatus est ab ea per sententiam: licet ei per hoc pareatur præiudicium bigamie, quod non potest ad ordines promoueri. Et in hoc casu secundum eundem plus meretur luxuria castitate, sumendo nomen luxuria pro commixtione coniugali. ¶ Bigamia similitudinaria, contrahitur quatuor modis. Primo cum aliquis professus post solenne uotum uel ordinis sacri, uel religionis contrahit de facto, cum de iure non possit, cum unica, & uirgine, & eam deflorat. xxvij. questio. j. cap. Quot quot de bigamis. cap. A nobis. Dicitur autem contractus ille de facto, qui non est de iure: & in quo non sunt, sed solum apparent omnia illa, quæ sunt de substantia ueri contractus. Secundo, cum quis diuersis temporibus plures habuit uxores, unam de iure, aliam de facto tantum: & ambas cognouit carnaliter. cap. Nuper de bigamis. Tercio, si quis eodem tempore simul habet duas, & eas cognoscit, uel ambas de facto, uel unam de iure, & aliam de facto: ita tamen quod omnes carnaliter cognoscat. cap. Nuper ubi supra. ut quando cum utraq; est impedimentum dirimens. aut cum simul utraq; accipit. ut si dicat, accipio nos duas in meas uxores, & quamlibet in solidum. Tunc enim neutram accipit: quia qua ratione illam, & istam accipit: & sic nullam. Et secundum Palud. non sufficit hic conatus, sed requiritur quod ambas cum effectu cognoscat. Quarto, si existens in sacris ordinibus mortua uxore prima contrahit cum secunda, uel si contrahit cum corrupta de facto cum de iure non possit: quia est in sacris constitutus. cap. A nobis. eodem titulo. & eam cognoscit. cap. Nuper, ut supra, secundum Panormitanum. Sed ille modus includitur in primo bigamie similitudinariae. Et non est curæ in prædictis casibus: si habens duas cognoscit unam ante baptismum, & aliam post, siue ambas ante baptismum: quia baptizatus tale

Bigamia
similitudinaria,
quatuor
modis
contrahitur.

Arti. 2
Concl.
respon-
sialis.

B
Omnis contra-
hēs uel
succes-
siuē, uel
simul tē-
pore cū
duabus,
& earna-
liter co-
gnoscēs
est biga-
mus.

impedimentum, quod sæpe sine peccato
prouenit, non tollit. xxvi. distinct. capit.
Acutius. Et si dicitur esse pœna, non ta-
men prouenit ex culpa. ¶ Quantum ad
articulum secundum est conclusio respō-
sialis. Omnis contrahens uel successiue,
uel simul tempore cum duabus, siue de
iure, siue de facto, & eas carnaliter cogno-
scens, est bigamus uere dicendus. Patet
conclusio ex notatis. ¶ Et dicitur primū
contrahens. Requiritur enim ad biga-
miam matrimonialis contractus uerus,
uel interpretatiuus, aut similitudinarius,
ut supra. Hinc cognoscens plures extra
matrimonium non efficitur per hoc biga-
mus, ut sacerdos fornicarius, ut supra
notabili primo. Tametsi Chryosto. su-
per epistolam. j. ad Timo. & alij dicunt
tales esse irregulares: cum non fuerint
adhuc illæ constitutiones ecclesiæ: & no-
mina æquiuocantur. Est enim bigamia
defectus ex secundis nuptijs proueniens.
Et licet uterq; carnem suam in plures di-
uiserit: hic tamen extra nuptias: hic in nup-
tjis. Nec illa coniunctio corporū, quæ
est in fornicatione, hoc habet sacramen-
tum, quod coniunctio corporum in con-
iugio. Illa enim repræsentat, & signifi-
cat coniunctionem Christi cum eccle-
sia: non illa fornicaria. Debet autem
ordinandus esse unius uxoris ut, sicut
Christus: unius est ecclesiæ sponsus. ne-
gatiue exponendo non plurium. j. ad
Timoth. iij. Et cum in bigamo sit de-
fectus illius significationis, seu sacramen-
ti, quia non est in eo sacramentum uni-
tatis, cum diuisit carnem suam in plu-
res, ideo repellitur ab ordine ex ecclesiæ
institutione. ¶ Dicitur successiue: ut su-
pra in casu primo ueræ bigamiæ. Di-
cuntur autem aliqui bigami interpretati-
uē, qui tamen in ueritate non sunt biga-
mi, licet quoad quid iudicentur biga-
mi. Sicut quando sacerdos, uel in sa-
ceris constitutus contrahit cum corrupta,
uel secunda uxore: talis incurrit pœnam
bigamiæ, licet non sit uere bigamus.
Non enim perdit priuilegium clericale,
sed priuatur ordinis executione. Quia
non sit uere bigamus, patet: quia hic nō
sunt duo matrimonia. Secundum enim

nullum est: quia inhabilis est ad contra-
hendum cum iam est in sacris constitu-
tus. Sed quia quantum in ipso fuit, duo
contraxit matrimonia, & eam, quam
duxit cognouit, ecclesia reputat eum
ut bigamum: quia infligit ei pœnam biga-
mi. Non enim potest talis deinceps
ad ordines promoueri: si nondum est sa-
cerdos. Inhabilitatus enim est per ec-
clesiæ prohibitionem. Et licet aliud
sit esse bigamum, uel ciuem, & haberi
pro tali, tamen quando in actibus iu-
ris aliquem esse talem dependet præcisē
ex iuris dispositione, idem est reputari
pro tali, & esse talem. Si uero non
dependet præcisē a iure, sic non est
idem. Immo stat aliquem reputari pro
tali, & solum hęc esse talem sine ueri-
tate facti. Ita habet Panormitanus. cap.
Nuper. ubi supra. Et sic parificantur
uerus, & interpretatiuus bigamus quo
ad pœnas bigamis debitas. Quidam ue-
rō interpretantur esse bigami, licet non
sint simpliciter, & proprie bigami, ut
contrahens cum corrupta. Hic non est
simpliciter bigamus; quia non sunt hic
duo matrimonia uera: tamen ecclesia
iudicat eum esse bigamum: quia est hic
caro unius in plures diuisa. Dicitur, uel
simul tempore, ut supra patuit: quia est
interpretatiue, uel similitudinariē biga-
mus, & sustinet pœnā bigami. Ponatur ca-
sus: aliquis deslorauit uirginem, & po-
stea duxit eam in uxorem: An sit biga-
mus: & ab ordine prohibitus. Dicunt
quidam q; sic, eo q; duxit corruptam.
Communior opinio est in oppositum,
quia non diuisit carnem suam in plures.
Vel duxit uirginem, non ab alio cog-
nitam. & hoc sufficit. Nec enim mulier
illa, nec uir carnem suam in plures diui-
sit, quod contingit, cum sumitur corru-
pta ab alio. Dicitur de iure, uel de facto,
ut supra. Dicitur, & eas carnaliter co-
gnouit post contractum matrimonialem
de iure, uel de facto. Requiritur enim
carnalis commixtio cum effectu, & nō
solum conatus: si debet incurri bigamia.
Hinc si quis contrahit cum una, & non
cognoscit eam propter mortem superue-
nientem: dehinc ducit aliam, & uirginē,

Arti. 3.
Dub. 2.
C
De pœ-
nis biga-
miæ:

quam cognoscit, uel econtra: quia non
diuisit carnem in plures: bigamus nō est.
Sic ducens mulierem ab alio ductam, sed
non cognitam. Si autem quis cognoscit
uirginem, & contrahit cum ea: dehinc
alius nesciente marito etiam cognoscit
eam, & dehinc in matrimonij consumma-
tione maritus ille tractat eam ut suam: il-
le uere est bigamus. xxxiii. distinct. Si
cuius uxorem. & cap. sequen. ¶ Quantū
ad articulum tertium mouenda sunt du-
bia. ¶ Primum est de pœnis bigamiæ
uel bigamorum. Et est prima, & gene-
ralis, q; nudati sunt priuilegio clericali.
lib. vj. de bigamis. Hoc tamen secun-
dum Dominicum super. vj. & Angelum
in sum. intelligitur de constitutis in mi-
noribus ordinibus: qui scilicet sunt in
statu tali, q; possunt ad seculum reuer-
ti, & ibi uiuere ut laici, ut sunt acolyti,
& nouitij non professi: secus de profes-
sis, & in maioribus constitutis ordinibus.
Hi enim non possunt ad seculum reuer-
ti, & ideo licet sint priuati habilitate or-
dinum, non tamen priuilegio clericali.
Quicumq; potest dimittere clericatum,
uel statum, quo habet priuilegium cleri-
cale, si incidat in modos bigamiæ saltem
dempto ultimo, ubi quis post uotum so-
lenne ordinis sacri, uel religionis con-
trahit, perdit priuilegium clericale, ut
Acolytus, & non professus nouitius re-
ligiosus. Si uero est talis conditionis, q;
non potest statum illum dimittere, &
projicere quo meretur priuilegium cleri-
cale: ut constitutus in sacris, & profes-
sus: statū illo manente manet priuile-
gium, donec degradatus tradatur curiæ
seculari. Per nullam ergo bigamiam per-
dit hoc priuilegium canonis, siue cleri-
cale: non tamen admittitur ad ordines
uel ordinis executionem. Quod ergo
dicitur in textu, Adijciendus est coer-
ctio seculari. non pot est referri ad eos
qui sunt in ordine regulari, uel sacro con-
stituti, seu religionem approbatam pro-
fessi. ¶ Secunda pœna est: q; priuantur
tonsura clericali; ut supra patet in eadem
decretali, quam tamen secundum Palud.
possunt portare bigami religionem in-
uantes. In hoc enim statu etiam non

ordinati habent tonsuram. Secus de su-
sceptis ordinibus, qui amitti nō possunt.
Intelligitur ergo ut supra non de biga-
mia, quæ post ordinem sacrum, uel reli-
giosum contrahitur. ¶ Tertia pœna est:
prohibiti sunt ab habitu clericali præcisē
& quo utuntur clerici, actum sui ordinis,
aut consecrationis, aut benedictionis fa-
cturi, ut superpellicio, corona, dalmati-
ca. Hinc non possunt legere epistolam
secundum Palud. etiam sine habitu cleri-
icali. Qui uero habet unicam, & uirgi-
nem, tenetur deferre coronam, & habi-
tum clericalem: alias perdit priuilegium
clericale. de cle. coniug. lib. vj. Non q; de
beat deferre superpellicium: immo nec
tenetur, & potest coronam capitis tege-
re, ne sit scandalum uxori: sed hoc intel-
ligitur de clerico coniugato, secundum
morem ecclesiæ orientalis. Hi enim ha-
bent cum sacerdotio coniugium ante sa-
eros ordines assumptum secundum licen-
tiam ab Apostolo datam. ut dicit tex.
xxviij. distinct. cap. De his. iuxta finem.
Non possunt græci iam in sacris
constituti matrimonio copulari: sed an-
te perceptionem sacerdotum, & maiorum
ordinum. Ita enim determinauit sexta
Synodus. Si quis eorum, qui ad clerum
accedunt, uoluerit nuptiali iure mulieri
copulari. hoc ante ordinationem subdia-
conatus faciat. dist. xxxij. cap. Siquis. Ad
idem, cap. Nicena. dist. xxxj. ¶ Quarta
pœna: q; sunt omnino citra dispensationē
ab ordinū susceptione prohibiti, & suspē-
si. Si enim non potest uti antiqua coro-
na, uel ordine prius habito, multo minus
potest nouam accipere: quia frustra acci-
peret, cum prohibitus est deferre. Nisi
in religione, ubi multi non clerici habēt
coronam. Et si de facto ordinatur, acci-
pit quidem characterem, sed nō ordinis
executionem. ¶ Quinta. Non est ca-
pax alicuius beneficii ecclesiastici etiam
regularis, secundū Palud. Talia. n. nō debē-
tur laico, sed clerico. Cum enim bigamus
indignus est omni ordine, & clericatu, et
indignus est beneficio, quod datur ordi-
natis. Item cum beneficiū datur propter
officiū: & indignus est officio, & ordine:
ex consequenti, & beneficio: nō solū du-

Dub. 2.

D

rante matrimonio, sed etiam deinceps, donec mereatur dispensationem. Vnde nec clericus, qui contraxit cum unica, & uirgine, interim promouetur. de cleri. cō iug. cap. ij. Plura de hoc scribunt doct. iuris. ¶ Secundum dubium. Vtrum ad contrahendum bigamiam in foro conscientie sufficiat matrimonium primum, uel interpretatiuū in foro ecclesie. Exempli gratia: Aliquis contrahit sponsalia de futuro cum secunda, aut corrupta, & statim cognoscit eam, non maritali, sed fornicario affectu: uel ponatur q̄ hoc fiat post susceptum ordinem. Si. n. contraxisset de presenti, & subsecuta fuisset copula, fieret bigamus. An ita etiam sit de futuro: ita q̄ ille fiat bigamus saltem interpretatiue quoad pœnas iā enumeratas, respectu quarum parificatur uerus, & interpretatiue bigamus. Responderetur. ex quo bigamia habet ortum ex statuto ecclesie, quæ iudicat de patribus, ideo ad contrahendum bigamiam in foro conscientie sufficit matrimonium in foro ecclesie. Vnde sicut in foro ecclesie iudicatur in casu prefato pro matrimonio, ita & in eodem casu iudicatur in foro conscientie pro bigamia. Est. n. in casu illo præsumptio iuris, & de iure pro matrimonio. Immo secundum Palud. quod apparet esse matrimonium in foro ecclesie, licet sit nullum, etiam iudicio ecclesie causat bigamiam: ergo multo magis illud, quod ecclesia iudicat esse matrimonium, & ubi est præsumptio foris de matrimonio. Vnde concludit dicens. Qui sponsam secundam de futuro uel corruptam aliquam, uel post ordinem cognoscit siue fornicario, siue maritali affectu, fit bigamus pari modo, ac si per uerba de presenti cum ea contraxisset, & non solum per uerba de futuro. ¶ Sed contra illud. Aliquis contraxit de uero tantum cum aliqua per uerba de presenti, quæ fuit ab alio corrupta, & eam cognouit non affectu maritali, sed illuforie: hic non incurrit bigamiam. Probatur. Sponsalia, quæ sunt nulla propter defectum consensus, non causant publice honestatis iustitiam, igitur a simili matrimonium, quod nullum est propter de-

fectum consensus, non causat bigamiam, etiam in casu, quo causaret si teneret. Responderetur negando cōsequentiā: quia ecclesia (unde hæc impedimenta habent ortum) ita iudicat de apparentibus sicut de existentibus, & idem est apud eam apparere, & existere. Vnde cum dicitur, Sponsalia quæ sunt nulla propter &c. intelligitur quæ sunt euidenter nulla. sicut cum infans, furiosus, insanus, aut ratione carens contrahit: aut alius rationem habens sub certa cōditione: quia tali nõ extrante nihil est. Secus ubi non contrahitur conditionaliter: nec est defectus patens, aut euidentis. Sic si monachus, uel diaconus sciens se non posse de iure contrahere, nihilominus uel clandestine, uel in facie ecclesie contrahit de facto illuforie ut eam per noctem habere possit exprimendo uerba contractus, & consensus, hic de facto contrahendo bigamiam incurrit interpretatiue. Vnde bigamia incurritur quoad iuris interpretationem per matrimonium de facto in omni casu quo incurreretur per matrimonium de iure: non propter defectum sacramenti, sed propter affectum intentionis opere subsecuto. cap. finali de bigamis. Cum. n. aliquis publice contrahit in facie ecclesie cum secunda, aut corrupta, ab omnibus iudicatur esse bigamus: quia præsumunt singuli, q̄ non subsit impedimentum contractus, & q̄ contrahens memor sit salutis propriæ. Vnde cum ecclesia quæ bigamiam instituit, iudicat de patribus, & idem est apud eam palam apparere, & uere esse, uidetur secundum Palud. q̄ omne tale matrimonium, quod existens uerum causaret bigamiam, etiam causet nunc sic publice contractum, licet sit omnino nullum. Et talis bigamia potest dici similitudinaria, aut ficta, seu interpretatiua, propter similitudinem ad bigamiam ueram, aut interpretatiuam primaria interpretatione. ¶ Corollarie sequitur. Coroll. Omne matrimonium, quod iudicatur tale secundum forum ecclesie, aut quod contrahitur in facie ecclesie sufficit ad bigamiam, licet sit de iure, & in foro conscientie nullum: in eo casu in quo si esset uerum matrimonium uere sufficeret ad

Dub. 3.

E

ad bigamiam. Immo quandoq; matrimonium de facto, & contra iuris dispositionem causat bigamiam, ut in contrahente post uotum solenne ordinis, aut professionis, ubi non potest esse uerum matrimonium copula secuta. ¶ Tertium dubium querit rationem prohibitionis ecclesie, & bigamie: quare ecclesia uoluit tales esse bigamos, & ab ordine suspensos, qui carnem diuiserunt in plures, & ubi sponsus non est unus unius, nec sponsa unica unici. cap. Debitum. de biga. Si enim hæc ratio procederet, potius uideretur. j. ad Timoth. iij. q̄ is, qui nunquam fuit coniugatus, & ita nec unus unius, nõ ueniat ordinandus. Non enim fuit unius uxoris uir. ¶ Præterea. cum dicitur, q̄ nõ debet carnem suam diuisisse in plures: de quo hoc intelligitur de uiro tantum, an de muliere? S. de uiro tantum: ergo masculus uirgo contrahens cum corrupta cum nõ diuisit carnem in plures, nõ esset bigamus, quod est contra dicta. Si de muliere tantum: ergo ordinatus aut professus contrahens cum uirgine non esset bigamus contra prædicta. & cap. A nobis. eo. ti. Si de utroq; iterum nõ procedit contra dicta. ¶ Præterea, nulla uidetur ratio quare maior requiritur castitas in muliere, quam in uiro. Corrupta enim non consecratur, sed cōcubinaris, & fornicarius ordinatur. Et quare potius matrimonij commixtio quam coitus fornicarius inducit bigamiam: cum primum sine peccato possit stare: sed non secundum? ¶ Ad primum dicendum suppositis rationibus sanctorum patrum, & his quæ tanguntur cap. Debitum. eo. tit. Ratio fuit dispositio Apostolica Pauli: quæ expressit dicēs, Oportet episcopum esse unius uxoris uirum. quod negatiue exponendum est: non plurium sic q̄ sit unius unice, sicut Christus unus sponsus, unius ecclesie. Ratio huius potest esse illa quæ attendit ecclesia: sic aliudenter ad dictum Apostoli statuendo. Cum alia sacramenta instituta sunt ad effectus, & influxus aliquos percipiendos in ecclesia dei, sacramentum ordinis institutum est ad aliquos actus hierarchicos exercendos. Et ideo Dion. de ordine loquens,

ita de eo loquitur, & ipsum distinguit ut ordinatur ad actus hierarchicos: attribuens omnes tres episcopo, duos sacerdoti: tertium scilicet purgare, diacono. Ad hierarchiam pertinet q̄ sit idoneus nõ testamen. minister. ij. Corinth. iij. Ad idoneitatem pertinet inter cetera q̄ nõ sit in eo alicuius sacramenti inexistens defectus, & falsa significatio. Non q̄ singuli singula habeant sacramenta formaliter. Non enim omnes ministri noui testamenti sunt in coniugio constituti. sed requiritur q̄ non insit defectus sacramenti alicuius, si quod acceperunt. Cum autem sacramentum matrimonij inter cetera est magnum sacramentum, secundum Apostolum, inimo maximum significatione in Christo, & in ecclesia. ad Ephe. v. ideo requiritur in clericis ad sortem domini uocatis: si est uel fuit in eis, q̄ sit aut fuerit sine defectu. Est autem defectus sacramenti illius in eo: quando eius significatio non est integra. Quod tunc fit quando diuisio carnis reperitur in plures, siue in uiro, siue in muliere, siue ex parte utriusq;. Vna enim est Christi sponsa electa, & Christus unicus est unice (Respondi uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo) quia una est ecclesia ab Abel iusto usq; ad ultimum electum qui in fine mundi nascetur. Cum ergo quis caret illa significatione in suo matrimonio, hic est inhabilis ad ordinem susceptionem: quia bigamus, & non monogamus. & tunc defectus ille, hoc est defectus significationis illius sacramenti habiti, facit eum bigamum ex ordinatione ecclesie. ¶ Ad aliud similiter patet de eo qui nunquam fuit in matrimonio: ibi non est defectus sacramenti, quia nullum est ibi sacramentum. Vnde illa locutio negatiue exponenda est. Vnius uxoris uir: non multarum uere, uel interpretatiue. ¶ Ad aliud dicendum. Idem est, siue uir, siue mulier carnem suam diuiserit in plures ad sensum præmissum. Vtrobique enim defectus significationis est in sacramento. Sed tamen diuersimode. Quia ex parte uiri si debet dici carnem non diuisisse in plures, requiritur q̄ non duxerit secundam uxorem, &

eam cognouerit. Non autem requiritur quod ipse uir sit uirgo, seu quod fuerit non corrupta, cum eam matrimonialiter cognouit. cuius ratio supra tacta est. Quia autem uirgines consecrantur, & corrupti, ordinantur, ratio est secundum eundem. Velum enim integritatem significat uirginalem. Si autem corrupta uelaretur, falsa esset significatio. Sed in corrupto, si ordinatur, potest esse uera significatio, si fuit unius uxoris uir ad sensum tactu.

Dub. 4.
F

¶ Quartum dubium: Quomodo tollitur bigamia: An per baptismum. Et quod sic uideatur esse in Glossa super illo. j. ad Timotheum. iij. Vnius uxoris uir. Et ad Titum primo. & est Hieronymus. Dixit enim unius uxoris uirum monogamum post baptismum. Si enim & ante coniugem habuit, quæ obierit, non ei imputatur, cui prorsus nouo, nec supra, nec alia quæ ante fuerit, nunc obfunt. In oppositum est beatus Ambrosius. lib. j. off. cap. ult. & beatus Augustinus. ut habetur dist. xxvi. cap. Acutius. & in glo. ad Titum. j. & xxvij. q. ult. cap. Acutius. ubi dicit Augustinus. Acutius intelligunt: qui nec eam ordinandum esse censuerunt, qui ante baptismum habuerit unam, & post baptismum alteram. In baptismo. n. crimina abolerentur, non fœderatio coniugij dissoluitur. Et infra. Sicut catechumina uisitata inter dei uirgines consecrari non potest: sic qui ante baptismum habuit unam, & post alteram, non nisi bigamus est reputandus. Amisit enim quidam, non ad uite meritum, sed ad signaculi sacramentum. Item Inno. Rufus, & Eusebio episcopis Macedonia multis argumentis probat talem bigamum reputari. Cum ergo baptismus non tollit coniugia, sed culpas, & ex ipso coniugio sequitur bigamia: igitur. Nec tenetur in hoc casu dictum Hieronymus sanctissimi. Nec sequitur: baptismus tollit maius, scilicet culpam, & minus. quia non est ad hoc a Christo ordinatus. Nec tollit omnem poenam nisi peccato debitam: qualis non est irregularitas bigamiae. Et si dicitur: ecclesia non iudicat de his, quæ foris sunt: Verum est, quæ diu foris manent, secus cum intrauerint ecclesiam: quia tunc etiam iudicat de his, quæ foris habuerunt.

Et ita in proposito, ut patet in conuersione infidelium. ¶ Huic dubio annectitur aliud. An scilicet tollatur, aut tolli possit per dispensationem. Respondet Palude per hanc propositionem. Papa potest cum omni bigamo uero, & interpretariuo ad omnia totaliter, & uniuersaliter dispensare ad omnes ordines beneficia, & dignitates: ut Lucius Papa cum Panormitano episcopo. Ita tenet Richardus, Sanctus Thomas. Durandus. questio. iij. Probatur. Irregularitas annexa bigamiae non est de iure diuino: nec de iure naturalis est de dispositione, & ordinatione apostolica. Apostolus ecclesiam ordinando non uidetur maiorem potestatem habuisse, quæ successor Petri nunc habeat. Et cum par parem ligare non potest: nec inferior ligare superiores potest Papa de plenitudine potestatis dispensare contra ordinationem apostolorum. dummodo tamen uim non habeat ex lege diuina uel naturali, ut est dispositio in his quæ fidei sunt: & quæ respiciunt sacramenti essentialia a Christo ordinata, & instituta. Cum ergo bigamum non ordinari sit ex ordinatione Apostolica: & non est essentialis ordinis susceptioni, uel subiecto, quod sit non bigamus: imprimatur enim ipsi character si ordinatur de facto: ergo licet Papa non possit facere ex bigamo non bigamum, potest tamen cum ipso dispensare, præceptum illud quoad ipsum relaxando tunc, & tollendo. Non enim minor est nunc auctoritas statuendi, uel destituendi, uel Papæ, uel ecclesiæ, quam tunc fuerit. Et si aliqui textus dicunt, quod non licet dispensare cum bigamo, ly licet, exponitur, ut nota difficultatis. non debet fieri sine causa urgente. ¶ Corollarium. Bigamia non tollitur per baptismum, sed per dispensationem Papæ totaliter, & uniuersaliter: & episcopi particulariter in certis casibus. Ultima pars ostenditur. quia episcopus potest dispensare ad suscipiendum, & exequendum ordines minores. qui clericali uel uo cap. i. In illegitime natis. de filiis presbyterorum cap. j. lib. vj. In subdiaconatu in necessitate cum pauci inueniuntur ministri. in decretis. cap. Lector

Quando intrat religionem. qui clericali uel uo. capit. ij. Quæuis enim cum tali bigamo episcopus posset dispensare ad subdiaconatum, & sacerdotium, tamen consuetudo habet oppositum. In bigamia uera, & proprie dicta, uel de marito uero corruptæ. Quando est bigamus de factis, quæ non contraheretur per matrimonium de iure, ut cum professus contrahit cum uirgine. Item quædo bigamia est occulta: ut cum cognoscit suam, quæ in occulto adulterata est. Sed licet episcopus sic possit dispensare quoad omnium ordinum susceptionem cum bigamis religionem intrantibus, ut tollatur uagandi materia, non tamen quoad dignitates suscipiendas. Sic licet ordo dispenseret in illegitimis quoad omnes ordines, non tamen quoad prælationes.

galis societatis. Has conclusiones Magister in litera declarat.

QVAESTIO. I.



IRCA distinctione. xxvij. A quæritur. Vtrum consensus in matrimonium uerbo de futuro, palam in testium præsentia, seu etiam clandestine exhibitus, ac iuramento firmatus sit matrimonij, & coniugij effectiuus. Supponitur ex dist. præcedenti, quid est consensus. Quomodo consensus dicitur efficere matrimonium. Quomodo matrimonium contrahitur consensu &c. iam quæritur, qualis debet esse ille consensus. ¶ Notandum primò. Sicut se habet promissio rei alienius, & promissi satisfactio, seu solutio, sic se habent sponsalia de futuro, & matrimonium de presenti: & similiter consensus de futuro per quem contrahuntur sponsalia, & consensus de presenti, qui efficit matrimonium. Sicut enim promissio parit obligationem de lege naturæ seruandam: solutio uero promissi liberat ab illa sponsione, & promissione, quia dat, uel complet illud quod promissum est: Sic sponsalia inducunt obligationem de uelle contrahere matrimonium cum aliquo, matrimonio uero contracto per uerba de presenti satisfactum est de sponsationi de futuro. Matrimonium enim satisfactio promissioni de uelle contrahere de futuro. Verum licet promissio sit seruanda de lege naturæ: attamen promissio non attingit ad contractum donationis, hoc est, promissio non est datio. Quantum cumque enim quis promittit etiam medio iuramento se uelle quippiam dare alteri, tamen propter iuramentum promissio illa non exit, nec excedit firmitatem, & latitudinem sponsalium de futuro. Nec est datio. Nullus enim promittendo dat illud quod promittit: quia promissio respicit donationem aliquam de futuro. Cum ergo sponsalia non sunt nisi promissio, & consensus de futuro, expressus certis signis secundum morem loci indicantibus illam promissionem, & sponsionem: Contractus uero matrimonij, & consensus de presenti certis signis

Arti. 1.

Not. 1.

DISTINCTIO. XXVIII.



IC quæri debet: Vtrum consensus de futuro addito iuramento coniugium efficiat &c. In distinctione præcedenti Magister ostendit consensum signum aut uerbo de presenti expressum efficere coniugium. Quærit in hac distinctio. An consensus de futuro, iuramento firmatus, & signo ad extra declaratus efficiat coniugium. Sic de consensu occulto, qui testibus probari non potest. Et de qua debet esse consensus matrimonij causatus. Secundum hoc potest huius distinctio tenor tribus completi conclusionibus. ¶ Prima. consensus de futuro firmatus iuramento non efficit matrimonium, sed promittit aliquando futurum. ¶ Secunda. consensus occultus uerbo, & presenti claudens in parentum, testium, & sacerdotis benedictis absentia expressus legitimum facit coniugium, quantum ad sacramenti substantiam, & uirtutem, secus quo ad eus decorem, & honestatem. ¶ Tertia. consensus qui matrimonium efficit, non est consensus carnalis copulæ, nec corporalis cohabitationis, sed cuiusdam coniu-

Concl. tres.

Coroll. 1

2

3

exhibitus, & declaratus, est datio potestatis corporum, ut supra: ergo sponsalia de futuro non dant corporis potestatem, sed promittunt dationem, & ita non inducunt de facto matrimonium. Debent tamen promissa seruari. Et si quis promissum illi dat aliter, uere datum est de facto, ceteris paribus, & tenet datio. Nec potest dehinc cum dominium transtulit in illum: datum ab eo repetere, uel recipere, ut det priori cui spondidit se datum: sed debet de impossibilitate reddendi pœnitere: quia non satisfacit suæ promissioni. Est enim promissio dissolubilis de facto per dationem sequentem, licet de iure solui non debeat, sed demandari executioni. ¶ Corollariè sequitur. Sponsalia de futuro etiam iuramento firmata non inducunt uinculum indissolubile, de facto, sed de iure. Potest enim sponsus corpus suum de facto dare alteri, licet peccet promissum non seruando.

¶ Secundo notandum. Magna est diuersitas in foro pœnitentiari, & iudiciali pro matrimonio. In foro enim conscientie, & pœnitentiari statur confessioni unius pro se, & contra se, & sic pro matrimonio, & contra. Si enim mentitur, plus sibi est nocuum, quàm alij: quia peccat mortaliter. Facit enim mendacium perniciosum. Secus in foro exteriori: quia ibi requiruntur testes plures, secundum iuris dispositionem. Et licet ueritas semper præualeat præsumptioni, etiam simpliciter, & in quolibet iudicio: si contingit ueritatem ipsam ita patescere, & notam esse, sicut patescit, & notum est illud unde oritur præsumptio de facto aliquo: tamen sæpenuero ecclesia iudicat pro matrimonio: ubi in foro conscientie nullum est matrimonium. In foro enim conscientie, secundum confessum: In foro ecclesie, secundum allegata, & deducta proceditur. Cum enim ecclesie non constet de ueritate facti, innititur præsumptioni. Exempli causa. Sponsus cognoscit sponsam post contractum sponsalium: non affectu maritali, ut suam legitimam, sed affectu fornicario: quia forte intendit cum alia contrahere de præsentibus: & non uult per actum illum coniugale de-

bitum reddidisse: sed solum explere libidinem cum ea. Talis cum nunquam habuit consensum de præsentibus in eam: sine quo non potest esse matrimonium uerum: non est eius legitimus maritus, propter defectum consensum matrimonialis. Cuius autem ecclesia non possit uidere animum eius, & intentionem cum actum illum exercet cum sponsa de futuro, præsumit quod non uult mortaliter peccare: & quod conueniantur consummari. Id quod in sponsalibus de futuro promiserunt, nec credit oppositum dicenti contra matrimonium. Sic enim multi possent coludere, & dolose sponsas de futuro cognoscere: ut sic ad secunda uota possent transire. Talis præsumptio etiam mutet iudicium: non tamen rei ueritatem, sed solum iudicium quod fit de rebus sic apparentibus. ¶ Tertio notandum. Matrimonium clandestinum dicitur esse illud quod non contrahitur secundum consuetudinem patriæ illius, nec coram amicis, parentibus, uicinis, aut testibus sufficientibus, qui possunt de re ipsa testimonium perhibere. Ita habet Angelus in summa in uer. Clandestinum matrimonium. Quidam dicunt. Si matrimonium sit contractum in facie ecclesie, non potest ex alijs appellari matrimonium clandestinum. Ecclesia uero in proposito dicit collectionem fidelium. Contrahens ergo secundum consuetudinem patriæ coram aliqua testium multitudine, non dicitur contrahere clandestine, sed in facie ecclesie. Et hoc dictum procedit, ubi non est de consuetudine præmittere banna, uel proclamationes, aut edicta per presbyteros, quod persone illæ uelint matrimonium contrahere: & si quis noscat impedimentum, tempore certo dicat &c. Sed si esset consuetudo præmittere huiusmodi banna, uideretur esse necessarium, si matrimonium debet esse non clandestinum, quod præmittantur. Alias dicitur clandestinum, ut uideretur cap. Cum inhibito. de clandest. despon. Hinc dicit glossa super uerbo Clandestina. Non præmissa denunciatione. ibidem. Concordat Hostien. in sum. qui etiam ponit plures modos matrimonij clandestini. Richar.

ponit

ponit. iij. Quando sine testibus. Aut quando non seruantur solennitates debite. Quando sine denunciatione præuia. Palude ponit sex. Primus, quando sine testibus. Secundus, quando clandestine conueniunt ante benedictionem nuptialem cum eâ habere possent pro tempore, & loco. Tertius, quando abibi contrahitur matrimonium ab eo, qui prius sponsalia contraxit cum prima: & illa nondum sunt soluta auctoritate superioris. Quartus, quando ante pubertatem contrahitur matrimonium sine causa iusta, & licentia superioris contra prohibitionem que fit de sponsa impuberi. ca. ij. Quintus, quod fit contra interdictum speciale sibi factum, ut puta propter impedimentum repertum, uel generale, quia sunt ferige: aut speciale, quia lis pendet cum alia. Sextus, quando omittis bannis, ubi non est consuetudo in contrarium. De his inquit Palu. Vnusquisque consuetudinem ecclesie, leges Apostolicas arbitretur. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Contractus sponsalium de futuro iuramento aut testibus uallatus non per hoc exit, uel transcedit firmitatem, & latitudinem sponsalium, nec facit indissolubile uinculum. Patet ex notabili primo. Licet enim asserat quendam gradum firmitatis, & quandam efficaciam, non tamen mutat naturam promissionis, uel obligationis. ¶ Secunda conclusio. Contrahens matrimonium legitimum cum secunda uerbo de presenti post etiam iurata de futuro cum prima, uere dat corporis sui potestatem secundam: nec potest cum prima, sed cum secunda coniugale debitum exercere. ca. j. de sponsa. duorum. Patet conclusio ex dictis. Nec tenetur reuerti ad primam mortua secunda: quia actio semel extincta non reuiuiscit. Licet si contraxit post uotum emissum, debet mortua uxore uoto satisfacere. ¶ Tertia conclusio. Si sponsus & sponsa uerbo de futuro sese carnaliter cognoscant, non fornicario, sed maritali affectu, uerum fit ibi matrimonium, & indissolubile, non propter copulam, sed consensum nouum in foro dei, & ecclesie. Hic. n. est nouus consensus interior tacitus, uel expressus signo

sufficiens declaratus. Sola enim copula non faceret matrimonium in foro conscientie, si non accederet nouus consensus partium hinc inde per copulam sufficienter expressus. Et nihil talem consensum ita expresse indicat secundum Sanct. Thom. sicut copula carnalis, nisi e regione appareant signa fraudis uel doli. Ideo enim conueniunt: quia id quod in sponsalibus se facturos promiserunt, iam in opus deducere uolunt. Hinc uno, & eodem actu fit matrimonium contractus, & consummatio: licet matrimonium natura præcedat consummationem. Et licet sit matrimonium præsumptum in foro ecclesie: est tamen uerum matrimonium in foro dei propter consensum de presenti nouum: sine quo ecclesia non possit facere matrimonium, sicut nec sine aqua baptismum. Non ergo facit copula matrimonium sine consensu, sed indicat consensum præcessisse tanquam causam illius copule sine qua non. Secundum Duran. q. j. iudicat arguitur. Et si unus coniugum mendacium dicit: tamen alter quia habet ignorantiam uincibilem excusatur a peccato. Dolosus uero peccat, & fornicatur. Exemplum de Iacob, & Lya. Secundum Palu. non est uerisimile quod Iacob nocte prima cognouerit Lya. Cum enim a multis credatur in utero fuisse sanctificatus, non minus eo quàm Tobia præsumendum est quod triduo abstinerit. Et sic mane cognito quod fuit Lya, nouo consensu eam accepit. Hinc dicitur. xxix. quæst. j. quod consensus subsequens facit eos coniuges. ¶ Dicitur autem hic affectus maritalis, quando per illum actum ueluti per signum expressiuum consensus mutui, & noui de presenti uolunt, & matrimonium contrahere, & consummare. ¶ Quarta conclusio. Si uir, & mulier post contracta sponsalia de futuro, sese cognoscant carnaliter animo fornicario, præsumitur de matrimonio in foro ecclesie, et si nullum sit in foro conscientie. Probat. Hic. n. deest consensus, sine quo non fit matrimonium. Et cum ecclesia præsumat, quod non uelint peccare mortaliter, sed promissa reddere, iudicat præsumptum p. ma-

Gab. Biel. Mt

Coroll.

Not. 2.
BNot. 1.
CArt. 1.
Cocl. 1.

Cocl. 2.

Cocl. 3.

Cocl. 4.

Cōcl. 5. trimonio. ¶ Quinta conclusio. Virginis raptor, deflorator, oppressor, vel seductor, ubi nulla præcesserunt sponsalia, tenetur raptam, defloratam, oppressam, vel simulatoriē seductam, gratis ducere, si id alias fieri potest legitime, uel dotare, non Mosaiica, sed Apostolica constitutione. Probat, de adulter. & stupro. capit. j. & ij. Et hoc est uerum si pater uirginis consenserit ad hoc, q̄ habeat eam uxorem, & similiter si utriusq; maris scilicet, & scemine consensus accesserit, ut habet glo. ibidem. Non tamen finaliter compellitur eam ducere: sed quia eam decepti puniuntur ad tempus in monasterio. cap. ij. ibidem. text. & glo. ¶ Dicitur autem constitutione Apostolica: quia iudicialia leg. nec hodie non obligant, nisi per nouam constitutionem. & ideo cōstitutio in Exo. capit. xxij. ad hoc non stringit. ¶ Sexta conclusio. Teneat clandestinus matrimonij aut sponsalium contractus a personis ad contrahendum aptis, & idoneis celebratus: tamen si sit iure prohibitus. De prohibitione habetur de clandestini. despon. cap. ultimo. Clandestina matrimonia penitus inhibemus, prohibentes ne quispiam sacerdos talibus interesse præsumat. Et q̄ non solum matrimonia clandestina: sed etiam sponsalia prohibeantur: ibidem habetur in rubrica. Ratio autem quare ecclesia prohibuit, est quia ut in plurimum contrahentes dolent de contractu. Item negant quandoq; formidare penam consensus datum, & contractum habitum, & similia. Sed q̄ teneat contractus ceteris paribus habetur eodem tit. capit. ij.

Cōcl. 6.
E

Cōcl. 7. ¶ Septima conclusio. Licet propter quarundam personarum ab ecclesia factam illegitimationem earundem matrimonium sit uere nullum, & de iure, & de facto: secus tamen est de personarum non illegitimarum alias, contractu clandestino. Prima pars patet. Secunda probatur, quia non est de essentia, sed dumtaxat solemnitate, & de essentia matrimonij, q̄ non fiat clandestine. Nec ecclesia clandestinum matrimonium prohibendo personas illegitimas, sed que sunt cōtra honestatē decentiā, & solennitatem sacra-

menti uult uitari ad præcauendū pericula plurima. Sicut enim in alijs sacramentis, ita & in illo quædam sunt de essentia sacramenti, quædam solum de solennitate. ¶ Octaua conclusio. Tametsi clandestine contrahens non euadit culpam regulariter: tamen secus fieri potest in certis casibus per ordinarij a Papa scitam, & toleratam seu dissimulatam dispensationem. Casus illos enumerat Palu. & Anton. ¶ Primo, cum magnates, & principes contrahunt, & quandoq; nobiles. Tunc enim frequenter banna penitus omittuntur, cum talia matrimonia alias late diuulgantur: & non est timor de impedimento sicut in plebeis. Et si sunt, attamen regulariter prius auctoritate quorum interest tolluntur. ¶ Secundus, cum ignobilis nobilem, & magnatem ualde præcipuum ducit. ¶ Tertius, cum diues pauperem. ¶ Quartus, cum senex iuuenem. ¶ Quintus, cum subest timor parentum post contractum. ¶ Sextus, cum diu sic fuerunt, & hoc propter uerecundiam. Dispensat autem in his casibus ordinarius de consuetudine per Papam scita, & tolerata, cum tamen sit statutum generalis concilij, q̄ solus Papa dispensat. ¶ Illos casus reducit Palu. ad tres: in quibus banna possunt occulte fieri similiter, & benedictio. ¶ Primus, cum non subest timor de periculo. Tunc enim cessat huiusmodi bannorum causa. ¶ Secundus, quando timetur de maiori malo futuro si non admittantur, quam sit ille contractus clandestinus propter inæqualitatem, & distantiam magnam contrahentium. Fortè enim amici magnatis humilem conditione submergerent pro liberatione magnatis, aut occidifacerent, uel in exilium retrudi, uel falsos testes subordinarent ad impediendum contractum. Secus post contractum consummationem, quia tunc toleratur. ¶ Tertius, propter uerecundiam senum, aut diu cohabitantium. Inquirendum tamen est occulte, si opus est de impedimento quod si non fuerit compertum, uel præsumptum, possunt auctoritate superioris licentiarum. Et cum secundum Palu. tali non ueniunt in generali confessione

Cōcl. 4.

Casus:

Secundus

Arti. 3.
Dub. 1.

F

An consensus q̄ facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam.

quæ sit penitentiarij ordinariorum, si non fuerint eis specialiter data, & concessa, non habent. sicut & casus episcopales non continentur in generali confessione. de peniten. & remissio. ca. ij. li. vi. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum. An consensus qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam: de quo conclusio tertia literalis. Quia non, Augusti. capit. ij. de bo. con. contra. Faust. lib. xxij. capit. viij. & Magister in text. Quia sic, uideatur esse beatus Hierony. xvij. quæstio. j. Sunt Quidam. Respondet Richar. Sanct. Thom. & Bonauent. & c. in effectu. Consensus de presenti qui facit matrimonium, est consensus in copulam conjugalem. Nomen uero Copula conjugalis, secundum Augusti. dicitur solummodo copulationem animorum: secundum alios significat obligationem perforum conjugalem de reddendo alteri corporis sui in ipsum trallati usum conjugale dum id ipsum ab eo legitime fuerit petiti. Quia si nomen copula conjugalis sic accipit: potest stare tota matrimonij essentia sine carnali commixtione. Talis enim commixtio carnis non est de essentia matrimonij, ut dicit dist. xxx. de matrimonio uirginis Mariæ. Et cum non est de essentia matrimonij: non requiritur ad matrimonij contractum consensus explicitus in ipsam carnalem commixtionem, sed in copulam conjugalem. Quod nomen: secundum Aug. cōtra Faust. lib. xxij. c. viij. nihil aliud dicit nisi copulationem animorum. Hinc ait. Ioseph habuit Mariam coniugem continentem. Non concubitu, sed affectu. Non commixtione corporum, sed copulatione (q̄ est charius) animorum. hec ille. Hoc dictum necessario intelligitur de copulatione conjugali animorum. Quo alias saluatur cōiugia senum, steriliū & c. Possunt enim contrahentes de consensu mutuo ppetuo cōtinere in, uel extra religionem, & sese certiores reddere de nūquam petendo debitū, & tamē inter eos est uerū matrimonium. Patet de cōiugio Mariæ, & Ioseph. Potest etiam quis in copulam conjugalem consentire nunquā cogitudo de actu carnali, siue cōsummado

siue nō. Exemplum de uouente castitate: qui satisfactorius iuramento de cōtractu matrimoniali, uere conerabit: de hinc ad religionem se recipi uolens actu absoluto unquā cōmisceri cum ea. Et si dicitur. Qui uult antecedens, uult & consequens: usus uero corporis ad actum carnis, est consequens ad conjugalem copulam: uergo uolens conjugalem copulam uult et carnalem copulam. Respondetur cōcedendo ad sanum intellectum. Qui enim uult antecedens, uult & consequens eo modo, & conditione quibus uult antecedens. Sed uolens copulam conjugalem, & corporis sui translationem in alium ad actus conjugales dum ad id legitime requisitus fuerit: uult, & actum carnalem implicitē dum ad id legitime requisitus fuerit. Et ita non uult absolute, & simpliciter actum carnalem, nec consentit explicitē in eū. Præterea aliquis potest certior reddi, q̄ alter nunquā uult uti corporis sui potestate ad actus conjugales: potest etiam scire de se ipso, q̄ simpliciter uult cedere iuri suo. Dicit Richar. q̄ cōsensus talis in translatione potestatis corporis sit de essentia matrimonij. Præterea secundum prædicta, distinct. xxvj. matrimonium in officium, ut olim fuit præcepti, non est reuocatum, sed manet adhuc præceptum, & affirmatiuū, igitur castitatem uouentes implicitē intendunt corporū suorum conjugalem translationem nisi deobligentur, aut nisi deus oppositum reuelat uel statuat. Et tamen per id non uiolatur eorum castitas. Hæc humili cum submissione dixerim, pudicitia uirginis gloriosissima salua semper, & illa. ¶ Secundum dubiū est de matrimonio clandestino, & similiter de sponsalibus clandestinis: An sic clandestine contrahentes peccent: & sese statim cognoscentes. An deniq; pari lege prohibita sunt sponsalia clandestina sicut matrimonia clandestina. Et terio: An scientes impedimentū contractus, & illud tempore proclamationis quæ fit in ecclesijs non reuelantes peccent mortaliter. An deniq; præuio mandato sacerdotis, quod dicant qui nouerunt impedimenta, incurrant ex

Dub. 2.
G

De matrimonio clandestino, & an sic contrahentes peccent

communicationem. & Ad primam partem respondent doctores diuersimode. Paulus dicit: Quocumque illorum modorum de quibus dictum est matrimonium clandestinum contrahatur, culpa mortalis est propter inobedientiam. Et allegando Guilelmum subiungit, quod cognoscere suam ante benedictionem est mortale. Et loquitur ut uideatur saltem regulariter nisi aliud habeat consuetudo patrie, uel nobilitatis: ut supra: & de benedictione solennis, quae solet fieri ante ecclesiam in solennizatione matrimonij. Ex quo sequitur, quod nolentes continere, totiens quotiens peccant, ante benedictionem quam cum habere possent contemnunt, & non accipiunt, commercio carnali operam dando. Et ideo non tenetur coniux reddere debitum ante benedictionem: praesertim cum eam habere commode possit. Durum est hoc dictum, saltem ex parte. Angelus in summo. Clandestinum dicit. Cum solus cum sola contrahit mortale peccatum esse uidetur. ar. c. Cum inhibito. Ratio est, quia transgreditur preceptum ecclesiae. Et forte quandoque interuenit mandatum ordinarij. Sic enim contrahentes uidentur sese committere magno discrimini. & Et licet textus concilij generalis in c. praefato. Cum inhibito. loquat de matrimonio dicens. Clandestina coniugia penitus inhihent. (Coniugia, matrimonia de praesenti exponit Hostien. in Sum. sunt enim noia synonyma) Tamen mens concilij est secundum Hostien. & Panor. & alios, quod idem sit de contractu sponsalium, quae sunt quaedam praebula ad matrimonium: & prohibitio matrimonio uidentur prohibita sponsalia. Ideo ne oriatur difficultas circa ordinationem, & puisionem ecclesiae: ne denique minus sufficienter dicatur esse penitentium salutem animarum: extenditur illa prohibitio etiam ad sponsalia. Sed tunc adhuc res pendet. Ex quo enim non sufficienter clarum est quid sit matrimonium clandestinum: An scilicet illud quod fit sine testibus, & sine praemissione denunciationis uel bannorum copulatiue: uel sine altero illorum: non uidetur esse certum quis penas illas incurrit, de quibus loquitur concilium generale in cap. Cum inhibito. de clande-

desponsa. Nam secundum Panor. ubi non est consuetudo praemittere bannum non contrahit clandestine, qui coram multitudine contrahit secundum morem patrie. Supra. notabili tertio. Cui alludit Prepositus super. iij. Decreta. dicens. In facie ecclesie contrahit qui publice in conspectu fidelium secundum morem patrie contrahit. eo. ti. & ca. Et alij, quos refert Panor. Et secundum eundem doct. ubi est consuetudinis praemittere bannum; dubium est an non praemittens incurrat poenam, cum tamen alias in facie ecclesie contrahit: hoc est publice: eo quod poena est imposita contra contrahentes clandestine (quod utique non facit contrahens coram multitudine nemine contradicente) & non contra nos praemittentes bannum: licet Glossa oppositum tenet. Ratione annexa: quia sic citare uolentes opponere: & impedimentum allegare est secundum Hostien. episcopi. Palu. dicit hoc esse curati siue curatoris; nisi synodo, uel statuto synodali aliud statuatur. & ita habet communis observantia. Cum ergo est officium sacerdotum, non respicit quo ad poenam copulandos matrimonio. Videtur quod in potissimum standum sit moribus loci. Hinc nec terminus talismodi edicti statutus est in iure: sed relinquatur iudicis arbitrio: & quandoque non permittitur banna quo ad certas personas, ut supra. Angelus tenet, quod contrahere coram duobus dumtaxat testibus subsistente causa rationabili, dummodo statim sequitur tempore debito contractus publicatio, potest fieri sine peccato. Attendere oportet ad consuetudinem patrie, & ad statuta synodalia, & mandata episcoporum, quid disponant, uel praecipiant. Vbi autem debet fieri huiusmodi denunciatio, & citatio, sunt opiniones: recurrendum est ad consuetudinem patrie, & ad ordinarij statuta synodalia. Insuper uidetur alijs quibus, quod cum secundum dispositionem concilij generalis condigna penitentia debet iniungi ijs, qui etiam in gradu concessio praesumpserunt tali matrimonio copulari: quia minus peccare uidentur ceteris paribus contrahentes clandestine sponsalia quam matrimonium: ideo mitiori ueniunt po-

na plectendi. Nec releuat quod sic contrahere clandestine est contrauenire non essentialibus huius sacramenti: sed ijs qui sunt de solennitate: ut supra. Concilium. vij. Nam contractus clandestinus est prohibitus a generali concilio. ca. Cum inhibito. ubi supra. igitur non licet contrauenire. & Ad tertium responderet Palu. art. v. q. ij. affirmatiue, quod sic. Mortale enim est occultare ueritatem etiam occultam ei qui potest in necessitate prodesset, & recusat: dummodo tamen sciat aliter quam per confessionem, etiam si sub secreto accepisset. Est enim iniusta promissio, ut inquit. Videtur hoc dictum fore intelligendum dum sufficienter nouit ueritatem, & dummodo reuelatio licite fieri potest pro opportunitate loci, & temporis &c. et post mandato superioris de reuelando ueritatem, post bannorum, uel denunciationis fieri solite proclamationem. Et extenditur hoc etiam ad eos qui sunt alieni parochiae secundum eundem: quia delinquit alienus parochianus ubi ueritatem dicere omittit: & sic ratione delicti sortitur forum. Sed dubium est: an sciens impedimentum per confessionem, tenetur dicere. Et quod sic: uidetur de adul. & stupro. ca. Significasti. ubi habetur de quodam sacerdote qui dixit episcopo ecclesiam fore pollutam, celando nomen presbyteri, qui cum alterius coniuge in ecclesia dormiuit, & eam polluit. & hoc ut uidetur non nisi per confessionem habuit. Respondetur negande: quod habuit ex confessione: sed ex dicto mulieris, quae publice detexit hoc factum cuidam sacerdoti: dicens, & se & sacerdotem hoc facinus fuisse confessos. Non ergo reuelauit nisi alias scitum extra confessionem. Haec reuelatio nulli nocuit: quia nomen adulteri tacuit sed profuit, & ecclesie reconciliationem meruit. Si autem dumtaxat per confessionem sciuisset, non fuisset reuelandum directe: nisi forte sine omni nota personarum apud ecclesiae rectorem, uel antistitem, efficeretur post ecclesiae pollutionem recollectionem secluso scandalo. Verum in proposito hoc non satisfaceret. Si enim sciens per confessionem impedimentum, reuelaret ipsum tacito nomine, nihil proderet: sed

suspicionis causam generare posset, & scilicet data nutrire: hic uero ecclesia poterat sentire commodum, non scito nomine peccatis. Si enim nominaret personam, reuelaret confessionem. Cum tamen secundum Gerfon in floribus de penitentia: omnia ad confessionem pertinentia, ut emenda iniuncta, & interrogationes factae, & cetera non inducunt ad malum, sunt de confessionis secreto. Hinc dicit eos peccare nisi ignorantia excuset, qui suam penitentiam, & quae sacerdos eis dixit, passim dicunt: aut qui de talibus inquirunt. Videtur tamen alijs, quod nisi sufficienter sciat ueritatem super impedimento: ita quod posset probare per testes: & extra confessionem: non tenetur dicere: quia exponeret se ipsum derisioni: nec alter tenetur suo dicto simplici credere. Alijs uidetur: quod si id est secretum ex forma, & celare secretum commissum fidei alterius est de lege naturalis: hoc enim rationabiliter uellet quilibet sibi fieri: & nisi sic, socialis, & humanus coniunctus profusus periret: ergo non tenetur ipsum sic inquisitus dicere. Ad quartum uidetur: quod non, saluis nunc dictis. Obediendum quidem est ecclesiae, & mandatis superiorum legitime impositis, sub banno, sub peccato, seu sub excommunicatione ferende sententiae, non late in rebelles. Ad hoc facit quod dicitur in allegato cap. Cum inhibito. ubi & ponuntur poenae horum, qui clandestine contrahunt: aut sic contrahentibus inter sunt &c. Tertium dubium: contra illud, Contractus clandestinus ceteris paribus ualet. Nam contra hoc dicitur. xxx. q. v. c. Aliter. quod non sunt coniugia; sed adulteria, uel contubernia, uel supra, aut fornicationes potius quam legitima coniugia. Dicendum, illud dictum Euaristi papae, quod scribit episcopis Africae, non est sic intelligendum, quod non sint coniugia legitima: dummodo saltem alias adsint ea quae ad substantiam contractus matrimonij requirunt: sed quia non habent decorum, & honestatem quam ecclesia uult in coniugio seruari. Vel aliter. Papa ibi loquitur de foro ecclesiae: sic quod clandestinus consensus ecclesiae non patet, dum contractus non est in facie ecclesiae celebratus. Et cum ille consensus clandestinus quem nescit

Dubium.
An sciens
impedi-
mentum
per con-
fessionem
tenetur
dicere.

Dub. 3.
H
Contra
illud co-
tractus
clande-
stinus ce-
teris pa-
ribus.

ecclesia, non efficit præsumptum matrimonium nec ecclesia præsumere potest nisi de facto exteriori: ideo concubitus talium personarum iudicatur ab ecclesia quasi legitimus, & nefarius, cum psonæ illæ contraxerunt non habita benedictione: aut secundum morem patriæ proclamatione solita, quibus tamen suffragatur consensus interior de præfenti verbis, aut signis designatus. Nec ualet, si dicatur: consensus etiam de præfenti inter consanguineos non facit matrimonium legitimum inter eos propter ecclesiæ prohibitionem: ergo pariformiter in proposito consensus de præfenti contrahentiū clandestinæ non facit matrimonium ex eadem causa: quia ecclesia etiam prohibuit. Ratio diuersitatis est: quia refert personas illegitimare, & a contractu solum prohibere: siquidem prohibendo consanguineos copulari adinuicem, simpliciter inhabilitat, & illegitimat tales personas: unde est impedimentum impediens & dirimens post contractum: non sic illegitimat personas clandestinæ contrahentes: sed solum prohibet: ideo eorum contractus cæteris paribus tenet. xxx. q. v. c. Si quis. §. His autem. ubi dicitur. Coniugia quæ clam contrahuntur non negantur quidem esse coniugia: nec iubentur dissolui si utriusq; confessione probari poterint: ueruntamen prohibentur: quia mutata uoluntate alteri eorum, alterius confessione fides iudici fieri non potest. &c.

QVÆSTIO. II.

ARTICULUS I. QUANTUM ad articulum primum notandum post Gofre. Hostien. in sum. & Conditio accipiatur tripliciter. Est enim conditio status personæ cum aliquis est seruilis conditionis, de quo

distinct. xxxvj. & de seruis non ordinan. cap. vlti. & xxxij. q. iij. c. Liberi. Est & conditio in rebus. Res enim aliquæ dicuntur seruitutem habere, & e regione quædam dicuntur liberæ. ff. & C. pe serui. per totum. Sic dicuntur esse seruitutes prædiorum rusticorum. Est conditio promissionis uel alterius contractus: & notificatur a Gofre. suspensio per conditionis euentum: seu promissionis suspensio per coniunctionem conditionalem. Secundum Hostien. est suspensua promissio, cuius effectus confirmatio pendet ex futuro. Secundum Angelū in Sum. in verb. Conditio. est futurus euentus in quem actus suspenditur. Et hoc potest esse dupliciter: Aut quod respicit euentum futurum incertum quo ad actum, & diem, ut si Ioannes cras uenerit lectur⁹ suam ordinariā: aut cum actus est certus: sed non dies: ut mors hominis. ¶ Secundo notandum. Conditio quandoq; sumitur late, quandoq; latissime, quandoq; proprie. Latissime comprehendit sub se modum. ca. ij. & ca. Verum. de conditionibus appositis. Late comprehendit sub se conditiones de præfenti, uel præterito, & ita demonstrationes: quæ sunt quædam liquidatio, uel certificatio rei, quæ geritur ex aliquo præfenti uel præterito accidente: seu ex rei qualitate præfenti uel præterita. Tales non sunt proprie conditiones: quia non suspendunt actum: sed indicant, & insinuant iam præfentem, uel præteritū esse, uel fuisse. Proprie: & tunc solum respicit euentum futurum incertum non necessarium possibilem euenire, siue incertitudo sit respectu diei siue rei aut actus. Ita habet Ang. ubi supra. Secundum Palu. distinct. xxix. q. ij. Conditio est quadruplex scilicet dies, demonstratio, causa, modus. Alij uero dicunt, quod dationes, & promissiones, recipiunt modum, conditionem, causam, & demonstrationem. Modum, ut cum dicitur. Do tibi decem florenos ut facias mihi hoc. Et exprimitur modus per ly. vt. Conditio per ly si. Si dederis mihi pecuniā do tibi equum. Causa, per qa. Do tibi pecuniā: qa recepi equū tuū. Demonstratio per ly quem, aut quod, cum adiectio ne qualificante id unde fit sermo: ut li-

Not. 3.
Species
conditio-
ni sunt
multi-
plices.

brum meum bene scriptum quem emi de cem solid. a Petro bibliopola, do tibi. ¶ Tertiū notandum: quod species conditionum sunt multiplices: quædam est possibilis: quædam impossibilis. Possibilis est duplex scilicet de iure: & de facto. De iure, quæ scilicet secundum iuris dispositionem requiritur ad hoc, quod actus uel euentus fortuitus recte fiat. De facto; quæ potest euenire, sed non secundum iuris dispositionem. De iure est duplex. scilicet generalis, & specialis. Generalis duplex est: expressa uel tacita siue subintellecta: ut si deus permiserit: aut si cōsenserit: uel si deus uoluerit. Specialis est multiplex. quædam necessaria: quædam contingens. Necessaria duplex est: uel de præfenti: ut si es Christianus: si non es mihi consanguineus, uel affinis, contraho tecum. Dicitur autem conditio aliqua necessaria secundum iuristas dupliciter, uel simpliciter, & absolute, seu de facto, & natura: uel secundum legis dispositionem: ut puta lex statuit, quod illa conditio ad sit actus debet recte fieri: ita quod sine ea nihil sit stante lege. Vel de futuro: ut si Sol cras oriatur &c. Quædam contingens, & uoluntaria: quæ scilicet potest apponi uel non. Et talis quædoq; est honesta: quandoq; inhonesti: quandoq; turpis, & inhonesta. Honesti conditio est, quæ facit ad decentiam matrimonij, aut quæ non derogat honestati: ut si placet parenti, si remiseris mihi iniuriam. In honesta per oppositum, quæ contrariatur substantiæ, & bonis matrimonij: seu quæ est contra naturam, & substantiam contractus: aut si noui contrariatur eidem, est tamen de se turpis, & lege prohibita. Exemplum primi. Contraho tecum do nec inueniam mihi plus placentem. Si generationem prolis deuitare uolueris. Si te adulterandam pro quaestu donaueris. de conditionibus appositis. c. Si conditio est enim bonum fidei non negare usum sui corporis ad requisitionem licitā, nisi deobligetur ab hoc. Nec dare ipsum alteri nisi coniugi, quod sunt contra matrimonij inseparabilitatem, cōtra bonū prolis, & fidei: eo modo quo dicuntur esse de substantia matrimonij. Ex eplū secundi. Si oc-

cideris hominē. si furtum feceris. Et concipiatur illæ conditiones quandoq; in personam alterius contrahentiū: quædoq; in personā terrij. Itē quædoq; apponuntur illæ conditiones ab utroq; contrahentium: quandoq; ab altero tantum: quandoq; contradicente altero expresse: quandoq; non expresse contradicente, sed tacente. Conditio impossibilis est triplex. De iure: quia contra ius. De facto: quia natura resistit: & propter difficultatem: quod enim ualde difficile haberi potest, sepe dicitur impossibile. Item conditio quandoq; apponit in principio contractus cum iam cōtrahitur: aut post contractum: quandoq; conditio expressa remittitur: quandoq; non remittitur. Quibus hoc adijciendum uenit: quod conditio, quæ de se inhonesta est conditio inhonesta: siue sit generalis, siue specialis, expressa, uel non expressa, non facit actum uel contractum conditionalem ut supra, sed solum conditio extrinseca. ¶ Quarto notandum. Ad hoc ut conditio apposita contractum suspendat: ita quod sit nullus conditio non extante: septem requiruntur. ¶ Primo: quod conditio sit apposita in principio contractus matrimonij. cap. Dixit. xxxij. quæst. j. Et notant doct. circa cap. j. de conditionibus appositis. Et ratio est: quia si iam celebrato contractu primum apponeretur conditio, non suspenderet aut resolveret contractum, sed haberetur pro non adiecta. ¶ Secundo: quod uterq; contrahentium expresse consentiat in illam conditionem. Si enim unus poneret conditionem, & alter non consentiret in eam, etiam si taceat, ecclesia indicat pro matrimonio puro non conditionato. c. finali. de cond. appo. Et si talis conditio esset contra substantialia bona matrimonij, non obstaret secundum Angelū, sed esset matrimonij quo ad ecclesiam: ut notatur ibidem per doct. Facit ad hoc cap. Aliquid. xxxij. q. ij. ubi dicitur. Si ambo non sunt tales, uideo dicere (inquit Aug.) aut illa quodāmodo est mariti meretricis: aut ille adulter uxoris. Et potest esse ratio primi: quia ecclesia præsumit de meliori, & quod non uoluerit agere contra substantialia

Not. 4.
B
Septē
requiruntur
ad hoc quod
conditio
apposita
cōtractum
suspendat

matrimonij cum alter tacet, & expressè non consentit. Nec est præsumendum tacentem consentire in re eam turpi: aut forte contradicit, & tunc censetur recessisse a conditione. Ratio secunda: quia non præsumitur, quod consentiant in contractum matrimonij: cum consentiant ambo in conditionem contrariam substantiæ matrimonij. Tertio requiritur, quod conditio non sit necessario sed contingenter futura. Si enim est necessario futura ex nature dispositione, quæ non immutatur, habetur pro impleta. Exemplum. Accipio te in meam si sol tempore estiuo stererit in cancro. Si Sol cras fuerit ortus &c. Cui enim talia futura iam sunt præsentia in suis causis, & ita necessario sunt futura, habentur pro impleto, ac si iam sint præsentia: & sic faciunt contractum absolutum, & purum. Vnde nec proprie debet dici conditio: quia talis est futurorum, & incertorum euentuum: & ita contingenter futurorum. Ita uidetur tenere in foro conscientiæ San. Bonavent. dist. xxvii. & Duran. ac Palu. xxix. quod talis contractus non est conditionalis. Verum aliqui tenent oppositum, dicentes: si ante conditionis euentum transierit ad secunda uota, tenent contractus cum secunda. Et illam opinionem secundam Angelus iudicat uerorem in foro contentioso. In foro enim anime iudicandum est secundum intentionem contrahentium. Si enim sic dicentes non intendunt contrahere nisi in tempore conditionis: cum scilicet euentus ille licet necessario futurus extiterit: sic uera erit secunda opinio: quia licet stipulatio sub conditione: quæ omnino est futura, non sit condicionalis: est tamen in diem: quod non tenetur quis ad aliquid antequam dies ueniat. Huic opinioni assentit Palu. ar. iij. dicens. Sponsalia uel matrimonium contracta in diem, nullum effectum habent ante illum diem, tametsi certum sit illum diem futurum: non solum ut agi non possit immo: ut nec obligatio contrahatur, nec affinitas, nec publice honestatis iustitia ante illum diem. Verum statim recedit ab ea: dicens, quod dies quæ habet conditionem annexam, tacitam, & uoluntariam, quæ libere potest apponi, uel non

apponi, suspendit obligationem. Sicut tenetur potest uel in perpetuum, uel ad tempus legare hæredibus. Sed conditio si uixero, necessaria est: & necessario subintelligitur tacite: & talis conditio sic necessario, & intrinsece inclusa non facit contractum conditionalem, nec suspendit obligationem. Vnde si dico, Accipio te si uixero: uel accipiam te die dominico si uixero: non suspendit obligationem illa conditio adiecta, si uixero. Sicut dicendo, Faciam tibi multa in ætate futura si uixero: non suspendit obligationem: quia mortuus nihil potero facere. Et generaliter dies appositus promissioni non suspendit obligationem inter terminos: sed tenet obligationem. Et sic sponsalia in diem interim causant publice honestatis iustitiam. Ita uidetur in proposito dicendum, quod illa conditio, quæ est necessario futura, & euentura, non suspendit obligationem. Sic matrimonium contractum in diem certum, uel si Sol stererit in estate in cancro, non uidetur esse conditionalis. Quarto, quod non interueniat consensus absolutus de presenti post illam conditionem, & ante eius euentum. Iam enim conditio censetur purificata, & uidetur esse recessum ab ea. capit. de illis.

Quinto, quod non interueniat ante conditionis euentum copula carnalis. talis enim conditionem purificat, & sponsalia de futuro iuris præsumptione transfundit in matrimonium. Est ergo in hoc casu statim matrimonium si præcessit contractus de presenti etiam conditionalis: etiam si præcesserit conditionis defectus: dum tamen id alter ignorat. Puta contraxit si patri placeret, & pater contradicit: tunc alter ignorat hoc, & consentit in copulam, erit matrimonium: & præsertim in foro ecclesiæ; & si actu maritali se habuerit, etiam in foro conscientiæ. Sexto, quod sit proprie conditio, & non modus. Cuius contrarium ut refert Angelus, tenet Palu. ar. iij. q. ij. dist. xxix. ut infra. Septimo, quod conditio non sit de presenti, uel præterito: sed futuro. Has conditiones etiam refert Angelus in uer. Impedimentum. iij. §. xiiij.

Quinto notandum Conditionem alia est suspensua contractus. Exem-

plum: Equum tuum emo si uxori meæ placet si fuerit uelox &c. Alia resolutiua. Exemplum. Emo equum tuum &c. & si non soluero pecuniam ad diem illu, contractus sit nullus. Istis præmissis ponuntur aliquot conclusiones. Prima de demonstratione similiter, & secunda. Demonstratio contractui apposita siue sit uera, siue falsa, honesta, uel inhonesta, matris contraia uel non, si est de presenti, uel præterito, non de futuro, nunquam impedit, uel suspendit per se contractum: sed habetur pro non adiecta. Exemplum. accipio uel accipiam filiam tuam quæ procurat aut procurauit sterilitatis uenenum pro seipsa, seu quæ est sterilis, quæ non generat. quæ est uirgo aut diues, quæ auditi, & cognoui esse pulchram &c. talis demonstratio nec impedit nec suspendit: sed habetur pro non adiecta. Dicitur, & non de futuro sic enim esset conditio, & dicendum foret de ea sicut de conditione: ut accipio filiam tuam quæ dabit mihi &c. Conditio enim est de futuro, ut notabili secundo: & sumpta proprie. Si dicitur: Si demonstratio nec impedit, nec suspendit &c. quare ergo apponitur ad transferendum onus probationis: quia cum dico, accipio te quia libera es: ex hoc præsumitur quod ego credebam te esse liberam nisi probes oppositum. Dicitur etiam per se ut in conclusione secunda. Conclusio secunda. Demonstratio si fertur ad conditionem, uel substantiam siue personam, impedit: non ratione sui: sed ratione erroris personæ, uel conditionis, contractum matrimoniale. Ut si dicatur: Accipio, uel accipiam filiam tuam liberam, quam nescit esse seruam, non tenet contractus: quia est error conditionis: de quo infra. dist. xxxvj. Sic de errore personæ. Hi enim matrimonium impediunt, & diruunt post contractum. Tertia propositio respicit causam: & est hæc. Causa contractui apposita siue sit uera, siue falsa &c. ut in conclusione prima, habetur pro non adiecta, & ea non obstante pure, & absolute intelliguntur contracta matrimonium, & sponsalia. Huic conclusioni uidetur, ut supra adij-

ciendum: nisi illa causa apposita rediderit præcisè in errorem conditionis, uel personæ. Tunc enim uidetur esse dicendum sicut conclusione secunda. Exemplum. accipio uel accipiam te: quia est uoluntas patris tui, qui & consentit, dato quod sit falsum: habetur pro non adiecto ut supra. Si uero ponatur in futuro, Accipio, uel accipiam te: quia pater tuus dabit mihi &c. ex quo causa debet esse prior suo effectu: iam non est causa proprie sed modus: ut in conclusione quinta. Et potest assignari ratio iam dictorum pro demonstratione, & causa: quia demonstratio, & causa respiciunt duntaxat causam extrinsecam matrimonij, & non eius substantialia. respiciunt enim solum causam motiuam contrahendi. stat autem quem errare præcisè circa matrimonium ad contrahendum, & non circa personam, uel conditionem personæ cum qua contrahendum est. Quia autem tales sic contrahentes uere consentiant: probatur a simili. Si enim aliquis indebitum aliquod ad cuius solutionem non tenet, soluit ex errore credens se uere esse debitorem, is utique transfert dominium in alium, quod non esset nisi consentiret in illam translationem: ergo est ibi durus, & absolutus consensus, siue causa uel demonstratio sit uera, siue falsa. ergo & in proposito similiter dicendum. Verum licet in indebito sic per errorem soluto alicui competat repetitio: non tamen in proposito: sicut nec restitutio: quia in matrimonio status personæ penitus mutatur. per cap. & notata in glossa: Ex parte de restitu. spo. Quarta propositio erit de modo, Modus si est contrarius matrimonio, siue quoad substantiam aut personam, siue matrimonij bonum, uiciat ipsam, sicut & conditio: ut accipio te, ut procures uenena sterilitatis. Et huius ratio est: quia modus respicit essentiam contractus cui additur: & est de eius essentia: ut uendo tibi equum meum de cem Flore. cum pacto, quod dabis mihi codicem tuum: hic non sunt duo contractus distincti: sed est unus contractus includens essentialiter modum. Quinta propositio. Idem uidetur esse dicendum de modo. per om-

Cocl. 1.

Cocl. 2.

prop. 3.

Not. 5.

prop. 4.

prop. 5.

nia sicut de conditione adiecta, hoc demum pro, ut refert Angelus: quod si est possibilis, & honestus, non suspendit obligationem: tamen si id ipsum concedendum sit de talismodi conditione. Annotat Palud. ratio: quia de natura modi est, quod posterius impleatur: & ubi appositus est favore apponens, tenetur alius implere matrimonio celebrato: ut si dixit, Accipio te ut des. c. nomine dotis. Non autem si gratia fuerit: ut Accipio te cum decem libris, ut habeas unde emas tibi fūdū: non tenetur nec ante, nec post emere. Si modus non contrariatur matrimonio: & est impossibilis: ut accipio te ut celebres missam: ut cæcum digito tangas: habetur pro non adiecto: sicut de conditione dicitur. & habetur tanquam contractus purus, & absolutus in foro ecclesiæ. Aut est necessarius: ut accipio te, ut moriaris &c. & habetur pro impleto. Aut est possibilis tantum: & hoc uel inhonestus: non tamen matrimonio contrarius: & habetur pro non adiecto: aut honestus, & possibilis: & tunc non suspendit obligationem. Ita clarius exprimentur in sequentibus conclusionibus. ¶ Sexta propositio. Condicio proprie capta de futuro, quæ est contra bonum, aut substantiam matrimonij concepta in alterius contrahentium personam, in principio contractus, uel inter contrahendum de utriusque consensu apposita, nec remissa uere, aut interpretatiue, impedit, & dirimit contractum sic conditio natum. Probatur per cap. finale de condit. appo. ubi dicitur talem contractum carere effectu. Dicitur primo conditio proprie capta de futuro. Est enim de ratione conditionis, quod sit de futuro. Secus si esset de presenti uel præterito: tunc enim conditio illa non uitaret, sed suspenderet. Unde si uerum est, uerum erit matrimonium extante conditione. Si non est uerum, nullum est matrimonium, quia conditio suspendit. Si uero conditio de presenti aut præterito sic poneretur, quod includeret, & respiceret futurum: ut accipio, uel accipiam te si habes uenena quotamur in coniugio pro fetu extinctionione, idem esset dicendum ut de conditione de futuro secundum tenorē propositio-

prop. 6.
Condicio
proprie
capta de
futuro
impedit
& dirimit
matrim.

nis. Dicitur. Quæ est contra bonum uel substantiam matrimonij: quoniam licet alia conditiones quæ non sic se habent, etiam sint turpes: tamen habentur pro non adiectis: & ita non uitant contractum. Nam dicitur conditio turpis aut impossibilis &c. de futuro, matrimonio non contraria, habetur pro non adiecta conditione. Cuius ratio est: quia nihil corrumpitur nisi a suo contrario. Cum ergo illa conditiones licet turpes sue impossibiles non sunt contra matrimonium: hoc est matrimonij bonum, & substantiam: non uitant contractum: sed uitantur, & habentur pro non adiecto. Nomine substantiam matrimonij etiam ueniunt persone legitimæ ad contrahendum, quæ non sunt iure prohibita, & simpliciter illegitimæ: quia persone legitimæ sunt de essentia contractus. Hinc aliquid dicitur esse contra substantiam matrimonij: quia est contra prohibitionem iuris circa matrimonij substantiam, & essentiam. ¶ Dicitur concepta in personam alterius contrahentium. Si enim concipitur in personam tertij, & non alterius contrahentium: ut puta si procurabis uenena pro extinctione fetus alieni: seu coniugis alterius: sic habetur pro non adiecta. Si pro extinctione fetus proprii: sic est contra bonum matrimonij: & dirimit, uel impedit. ¶ Dicitur apposita in principio contractus, ut supra in conditione prima notabilis quarti. ¶ Dicitur de consensu utriusque: ut ibidem condicione secunda. ¶ Dicitur nec remissa: quia si fuerit remissa expressa, & uere, uitatur conditio, & non matrimonium. c. De illis. de condit. appo. Et licet aliqui uelint dicere quod copula secuta faciat matrimonium præsumptum: ut in conditione quinta. per cap. Per tuas. ubi innuitur quod per copulam quis recedit a conditione hoc uidetur uerum quando matrimonium, uel sponsalia contracta sunt sub conditione suspendentes: secus si sub conditione uitante. ¶ Dicitur autem remitti interpretatiue cum accedit copula, uel simile quid ante conditionis suspensiuæ: sed non uitantis euentum: unde sumi potest præsumptio de remissione. Et ratio illius conclusionis est: nihil corrumpi-

tur nisi a suo contrario: cum ergo aliquid apponitur quod est essentia, & substantia matrimonij contrarium, omnino uitatur, & annullatur contractus ille: ita ut sit iure nullus ex defectu consensus. Et illa est conditio unica impediens, & dirimens matrimonium de sui natura. De qua conditione loquuntur ponentes eam inter matrimonij impedimenta. Aliquid enim impedit matrimonium, uel de sui natura, uel ecclesiæ prohibitione. De sui natura, ut actus qui est substantia, & matrimonij essentia, uel bonis directis, & de sui natura contrarius: ut accipiam te, si cum placuerit mihi, possim te dimittere, Donec inueniam mihi plus placentem: Si generationem proles euites ueneno, uel modo alio: hoc est si uenenum sterilitatis procurabis: si pro quaestu adulterandam te exponere uolueris. Angelus. xix. tenet de illo ultimo, quod conditio reiicitur: quia non est contra substantialia matrimonij: sed contra bonum accidentale, uel accessorium. Est enim accidentale non exhibere corpus suum alteri quam coniugi. Sed text. uidetur esse in oppositum. de condit. appo. cap. finali. ubi pro exemplo sic adducitur. In illis enim actibus: per positionem uoluntatis contrarie deest consensus coniugalis secundum Hostien. ergo non est matrimonium ibi ex prohibitione ecclesiæ: quia ecclesiæ personas illas in habitat, uel simpliciter, uel prohibendo ne modo tali, uel tali contrahat. ¶ Sexta propositio, quæ est corollarium præcedentis. Condicio de futuro necessaria de facto, & natura sue simpliciter, & absolute, uel turpis, & incitans ad peccatum, uel inhonestam, aut simpliciter, & per se impossibilis matrimonio non contraria apposita inter contrahendum &c. ut supra non dirimit, nec impedit proprie contractum: sed habetur, uel pro non adiecta, uel pro impleta. Probatur cap. finali. de condit. appo. ¶ Dicitur. De futuro de facto, & natura necessaria: ut contraho tecum si sol cras ortus fuerit. Senlus enim est secundum Palud. Si uerum est dicere, Cras sol orientur, contraho tecum. quod utique necessarium uerum est. Sic similiter: Si luna, aut sol tali die aut nocte eclipsabitur: co-

prop. 7.
D

ditio habetur pro impleta. Secus si dico: accipio te, si conuersus fueris ad fidem: infra dicitur. Addit. Si quis contrahit de presenti sub conditione quæ omnino eueniet: ut accipio te si es de numero mortaliu, uel moriturus, habetur pro impleta ex eo: quia illa de presenti dependet ex euentu conditionis futuræ: immo est impletice stante lege necessaria, & de futuro: tunc ergo non suspenditur conditio, uel obligatio: sed habetur iam pro impleta. ¶ Dicitur. Seu etiam turpis, & incitans ad peccatum ac inhonestam. Talis enim habetur pro non adiecta in fauorem matrimonij, cum non est contra substantiam matrimonij. cap. fin. de con. appo. Vitatur enim illa conditio: sed non uitat contractum: hoc est pro non adiecta habetur. Non tamen seruanda est promissio: quia in malo promissio rescindenda est si des, & in turpi uoto decretum mutandum, secundum Iud. Matrimonium enim sub conditione quantumcumque turpi contractum, dummodo non est contra matrimonij substantiam, ualet secundum Palud. distinct. xxix. Et sic idem est dicere, Accipio uel accipiam te &c. si furis, rapinis, uel usuris meis cooperatus fueris: Et accipio uel accipiam te, sine adiectione conditionis turpis de futuro. cap. fin. de con. appo. quoad obligationem contractus præsertim in foro ecclesiæ, quæ in fauorem matrimonij sic statuit, quod conditio illa habetur pro non adiecta, ne derisiones, & ludibria hiant circa sacramenta. Et si interuenit consensus uerus: est matrimonium uerum, uel sponsalia in foro conscientie. Secus si conditio illa est de presenti uel præterito, ut si occidisti Petrum: si habes uenena: tenet enim si ita est. Sin autem, non tenet contractus: nisi illa conditio de presenti aut præterito depeadat quoad euentum ex una de futuro, aut ut sic sit bonis matrimonij contraria: ut in conclusione præcedenti. ¶ Dicitur. Aut impossibilis simpliciter, & per se. talis enim habetur pro non adiecta, ut si cælum digito pulsaueris: Si lapis cantauerit & cætera de con. appo. cap. fin. quoad hoc enim equiparantur conditio turpis, & impossibilis de futuro.

Secus de conditione impossibili de presenti aut præterito. Iura enim loquuntur de conditione de futuro secundum Palud. Si dicitur: stet opinio, q̄ præteritum non potest non esse præteritum: an idem sit de præterito impossibili, & de futuro impossibili. Exemplum. Existimo Bertam esse alteri connubio copulatam: & illo non obstante dico ad eam. Si non es alteri desponsata contraho tecum. Respondet Palud. conditio impossibilis de præterito, forte habetur et p̄ nō adiecta: ut si dicatur, Si sol non fuit heri ortus accipio te. Et sic in casu nostro forte dici possit. Nam licet possibile fuit Bertam non fuisse desponsatam ante eius desponsationem, supposito tamen q̄ factum sit, iam impossibile est non fuisse, uel esse factum. Et sic dicitur impossibilis ex accidente siue per accidēs: ut infra dubio tertio. ¶ Dimissis illis subtilitatibus oportet stare cum iure scripto, quod loquitur de futuro, & de conditione impossibili simpliciter, & per se, non exclusio: sed inclusio impossibili de iure. Quod enim prohibitum est ne fiat, etiam dicitur impossibile secundum aliquos, & simpliciter stante lege: ut supra notabili. iij. Exemplum. contraho tecum si es Iudea, Samaritana, non baptizata. Illa conditio uitiat contractum, ut non teneat contractus: & est ipso iure nullus propter personarum illegitimationem. Si dico accipio te, si conuersus, aut baptizatus fueris, & factus christianus: tenet contractus extante conditione: alias non: immo non extet conditio, nihil est actum. Est enim honesta, & necessaria. xxvii. q. j. cap. Non oportet. Si dico: accipio te si uis sic permanere in Iudaismo, & in infidelitate: est conditio turpis, & implicitē de futuro, & sic habetur pro nō adiecta: alio uolente conuerti. Sic si dico, si altaris sacrificium consummaueris, habetur pro non adiecta. ¶ Dicitur etiam. Non impedit propriē: quia licet ecclesia prohibuerit huiusmodi contractus: nec uoluerit prohibitiuē huiusmodi conditiones turpes, aut impossibiles matrimonij, aut sponsalium contractum intrare ueluti ludibriū quoddam, in reuerentiam sacramenti, &

fauorem matrimonij: non tamen huiusmodi personas simpliciter inhabilitat, & illegitimat: sed prohibet ab huiusmodi contractu. Cæteræ clausulæ patent. ¶ Sed quid si ante copulam dico alicui: promitto tibi seu prodestor, q̄ per copulam non consentiam in te, & hoc dicto cognosco eam? Respondet Hostien. est matrimonium præsumptum in foro ecclesiæ. Copula enim facit præsumere de consensu uero: secus in foro conscientie, si nullus affuit consensus. Hinc dicit Panor. de condi. appo. cap. De illis. q̄ duo sunt casus, in quibus conditio apposita in sponsalibus tollitur. s. per carnalem copulam subsequenter, & quando interuenit consensus de presenti. Verum idem doct. cap. Per tuas uidetur, uelle, q̄ hoc dictū de protestatione procedit præmissis sponsalibus. Est enim protestatio turpis: & sic habetur pro non adiecta. Cum ergo sponsus sponsam cognoscat, sponsalia transeunt in matrimonium. Si autem copula non reperit sponsalia, non inducit matrimonium. Hæc ille. ¶ Octaua propositio. Conditio possibilis, & honesta, seu indifferentes, & contingens, apposita in principio contractus, uel inter contrahendum & c. ut supra: non impedit neq; dimittit matrimonij contractum, seu sponsalium. Et licet suspēdat ipsum, uel etiam ponat ipsum in alterius contrahentium aut alicuius tertij arbitrium: non tamen resoluit ipsum, secundum Hostien. in sum. ut si diceretur: Contraham uel contraho tecum: sed ne te decipiam, hoc dico: ante consummationem si mihi uidebitur intrabo religionem: uel, cum adulterata fueris: quātocyus intrabo monasterium: uel, cum hoc pacto: q̄ nunquā petes a me debitum. hoc enim, & tibi polliceor me facturum: uiuimus in uirginitate: ut frater, & soror: hoc enim deuot. deo & c. Et ratio est: quia hoc non est contrarium matrimonij substantiæ nec bonis: quia nec bono fidei, nec sacramento seu indimissibilitati: nec prolis, qđ est habitus, uel habenda: pia educatio, seu spes prolis piē educandæ: nec illud cadit formaliter sub obligatione: sed sub conditione, & ne impediatur uoluntariē.

Præte

Præterea ecclesia hoc non prohibuit: immo ante contractum, & post contractum ecclesia laudat: saltem non utiuperat accedente consensu partium, & quorum interest. Nam ante consummationem potest alter coniugum religionem intrare. Et propter fornicationem potest coniugem dimittere. Ergo sic dicere, & cum tali conditione contrahere, non est prohibitum. Siquidem pactum de re licita nunquam prohibetur. Idem uult Palud. dist. xxx. q. ij. ar. j. ¶ Nona propositio. Licet ecclesia non possit facere, q̄ sine consensu uero sit uerum matrimonium: potest tamen personas inhabilitando ad contractum talem, facere consensum eorum prorsus esse nullum, & inualidum. Prima pars patet ex dictis dist. xxvii. Secunda pars patet: quia potest personas simpliciter inhabilitare: & ita eorum consensus erit similiter nullus. Hinc sequitur, q̄ contrahentes sub conditione turpi de futuro contraria bono aut substantiæ matrimonij, ut supra, quantumcunq; consentiunt nihil faciunt propter defectum materiæ. xxxij. q. ij. cap. Aliquando. Et dicit Hostien. in Summa, q̄ ibi nec est consensus nec matrimonium. Non enim sunt persone, ut sic habiles ad contractum illum, habiles ad consensum. Atamen ecclesia quæ cum hoc statuit, q̄ si conditio turpis, uel impossibilis, aut simpliciter necessaria apponatur contractui, quæ non est matrimonij bono aut substantiæ contraria, habeatur pro non adiecta, siue p̄ impletat: præsumit de consensu: si tales conditiones apponantur: & q̄ eas apponentes uelint habere pro impletis, aut non adiectis. Vnde caueant sibi sic contrahentes: quia in foro ecclesiæ præsumitur pro matrimonio, & de consensu. Secus in foro conscientie. ¶ Decima propositio. Conditio generalis quæ est necessaria simpliciter, contractum illum, si fuerit expressa, non facit conditionalem: si dicitur: Accipio te si consenseris in me, uel si deus permiserit. Secus dicunt aliqui de illa: si deo placuerit: quia illa non necessariō inest. Hæc propositio ex iure ostenditur. Valet autem ad hoc, ut sciatur quando contrahitur, uel non contrahi-

tur publicæ honestatis iustitia. Si enim matrimonium contrahitur conditionaliter: tunc ante conditionis euentum non causetur publicæ honestatis iustitia: quæ alias causetur ante consummationem ex contractu non conditionato in cap. unico de sponsal. ¶ Undecima propositio. Sicut contractus sponsalium aut matrimonij, quādoq; sunt pure, & absolute: ita quādoq; fieri possunt, & sunt de iure, & de facto, sub certa conditione. cap. De illis. de condi. appo. ubi dicitur q̄ sponsalia possunt contrahi sub conditione. & si mile est de matrimonio. Atamen ex huiusmodi sponsalibus conditionatis non oritur publicæ honestatis iustitia ante conditionis euentum. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum: An standum sit sententiæ quorundam dicens omnem consensum de presenti siue purum siue conditionatum sufficere ad matrimonium: dummodo non conferatur in arbitrium alterius: ut si dico: Contraho tecum si dotis nomine donaueris mihi. c. an statim est ibi matrimonium. Ibi enim uerba de presenti sunt: nec confertur consensus in arbitrium alterius: ut si diceretur: Contraho tecum, si patri meo placuerit. In hoc casu non est matrimonium nisi pater consentiat: in cuius arbitrium consensus est relatus. Respondetur q̄ non. Et ratio est: quia ad matrimonium requiritur consensus de presenti purus, & absolutus. Cum autem additur conditio suspensiuā consensus, non est consensus purus, sine quo non potest esse matrimonium nisi extet conditio: quæ extante iam incipit esse matrimonium, & prius non fuit matrimonium conditione non extante. Cum autem dicitur requiri consensus purus, & absolutus, non excluditur contractus conditionatus, & suspensiuus: sed innuitur, q̄ non est matrimonium nisi in consensu puro, & absoluto: qui tunc incipit esse purus cum extat conditio. Licet ergo consensus sit de presenti: tamen quia interuenit conditio suspensiuā, matrimonium non tenet, nec est matrimonium quousq; existat conditio. ¶ Secundum dubium: Quo modo uerum est quod communiter dici-

prop. 12

Artic. 3.
Dub. 1.
H
An oīs
cōsensus
de p̄senti
siue purus,
siue cōditio-
natus sufficit
ad matri-
monium.

Dub. 2.

prop. 9.
Fprop. 8.
Epropo.
10

G

tur: actus legitimi, ut est matrimonium, non capiunt diem, neque conditionem: cap. A. deus. de regulis iuris lib. vi. Respondetur, matrimonium non recipit diem simpliciter, neque conditionem sub qua non sit matrimonium quousque existat conditio: sed tamen potest contrahi sub conditione: ut scilicet fiat matrimonium conditione extante. Sic de similiter dici potest. ¶ Tertiū dubium. Aliquis contrahit sponsalia cum alia dicens: Accipiam te in meam, si te inuenero uirginem: aut si me permiseris ad copulam: An conditio purificetur per copulam subsequenter. Respondetur. Copula sequens sponsalia operatur duos effectus de iure, & in foro ecclesie. Primus purificat conditionem: & sic consensus accedente copula habetur pro puro, qui prius erat conditionalis. Secundus, sponsalia de futuro iuris presumptione resoluit, & transfundit in matrimonium de presenti: & hoc si ante copulam non interuenit impedimentum irritans sponsalia. per cap. De illis. de condi. appo. In proposito in casu primo, siue eam inuenerit uirginem siue non, per carnis cum ea habitam coniunctionem conditio purificatur, & fit matrimonium presumptum. Præterea est conditio turpis, ideo habetur pro non adiecta, & sic uitiatur: sed non uitiatur contractum, siue eam inuenerit, siue non inuenerit uirginem. per cap. si. de condi. appo. Si autem intelligitur de inuentione honesta, per aspectum, uel tactum, est contractus conditionalis. Et si sic, tenet. Si non, non. Nec obstat. xxix. q. j. §. ij. Qui ducit in uxorem meretricem, uel corruptam quam putat esse castam, uel uirginem, non potest eam dimittere, & aliam ducere. quia aliquando per modum conditionis appositum uitiatur in sui defectu quod non uitiatur per modum erroris, ut loquitur Palud. Si enim contrahatur sub conditione si placet parenti, ipso contradicente nihil est actum. Si autem non posita quacumque conditione in contractu contrahere credens ipsis placere, uel placitum: & tamen non placet eis: nihilominus ualet contractus ipsis contradicentibus. Sic. n. absolute contrahere. Sic error uirginitatis non impedit: sed conditionis defectus quæ

nec est inhonesta, nec impossibilis per naturam. infra dist. xxxvj. Ad secundum casum: si me permiseris ad copulam accipio te in meam: aliqui simpliciter uolunt, quod illa conditio sit inhonesta, & turpis: & ita habetur pro non adiecta. Alij dicunt quod intelligitur de copula honesta accedente maritali affectu. Et tunc dicitur utilis. Sic similiter, accipio te &c. si te pregnantem fecero: turpis est conditio. Sic etiam ubi donatio est prohibita: & matrimonium contrahitur sub conditione illius donationis prohibita: aliquando si datur, non causa dotis, neque remuneratio: &c. conditio uitiatur, & tenet matrimonium: saltem in foro ecclesie, quasi pure contractum. cap. fin. de condi. appo. Ad hoc facit cap. fin. de dona. inter uirum, & uxorem.

DISTINCTIO. XXIX.



PORTET autem consensus coniugale liberum esse a coactione &c. In dist. precedente dicitur Magister egit de effectu consensus & eius perfectione, ostendens esse necessarium ad matrimonium: nec sufficere consensus de futuro etiam irramento firmatum: sed necessarium adesse consensus de presenti. In hac & sequenti dist. agit de consensus defectu, & imperfectione: tum ex parte coactionis in dist. presenti: tum ex parte erroris in dist. xxx. His enim impeditur matrimonium propter consensus liberi defectum. ¶ Summarium huius dist. ternario conclusionum numero completi potest. ¶ Prima. Coactus consensus non est matrimonij effectiuus. ¶ Secunda: Matrimonium fieri non potest inter renitentes, & contrarie inuitos: sed inter libere consentientes, & spontaneos. ¶ Tertia. uidentur consentire in inuicem, qui inuiti, & coacti contraxerunt: si tempore certo sine contradictione cohabitauerunt, nec reclamauerunt, uel abinuicem discesserunt, cum id facere potuerunt. Harum probationem Magister docet in textu.

Concl.

1

2

3



VAERITVR: Vtrum matrimonij, uel sponsalium contractus ex metu, uel coactione præcise celebratus: aut ut sic etiam iureiurando firmatus sit coram deo ualidus, & firmus. ¶ Quæ tū ad articulum primū notandum: quod quidam ponunt differentiam inter uim, & metum. Vim dicunt, maioris rei impetum, cui resisti non potest, uel qui repelli non potest: ut cum quis de facto capitur, ligatur, trahitur &c. Metus uero est quedam mentis trepidatio orta in homine ex timore periculi instantis, uel futuri. Et si sanè respiciuntur dicta: de his, quæ ui, metus uel causa sunt, uidetur: quod metus secundum iurisperitos, coactio conditionata, secundum theologos, & uiolentum mixtum secundum philosophum, idē sunt. Hinc cum secundum Philosophum. iij. Ethic. duplex ponitur uiolentum scilicet simpliciter, quando quis absolute cogitur: uiolentum mixtum, quod licet in se non placet homini, tamen protunc in ipsum consentit, ut maius malum (quod non leui existimatione: sed certitudine probabili, & quæ in rebus humanis sufficit, scit sibi imminere magnum, & maius malum: quam sit uelle hoc, uel hoc agere, uel pati, quod tunc sibi proponitur: & cum sit dominus suæ uoluntatis elicit, & non refugit tunc, uel imperat aliquem actum secundum dictamen rationis rectæ, quem simpliciter nollit, si periculum non immineret: Exemplum: proijcit mercem, ut naufragium euadat: Primum uiolentum secundum philosophum theologo nominant coactionem simpliciter, & absolute dictam: Secundum, coactionem conditionatam, & secundum quid. Non enim consentiret homo in actum illum, nisi posset per hoc euadere maius malum. Est ergo partim uoluntarius, & partim inuoluntarius: licet simpliciter protunc uelit actum illum, rebus stantibus ut sic, & non alias. Sic & iurisperiti duplicem ponunt uim: præcisam

f. & conditionalem. Panor. in ca. Sacris. de his, quæ ui me. causa sunt. ¶ Secundò notandum: quod metus ponitur duplici. scilicet leui, uanus, non probabilis, & iniustus, qui non habet fortes causas trepidationis, & timoris, ut cum timetur paruum malum futurum: aut cum causa statim esse defutura: uel cum minas non potest quis deducere in effectum, quia non habet potestatem, industriam &c. aut cum quis uult peccare, & deum offendere, ne offendat hominem, aut facultatibus suis priuetur &c. Hic. n. iniuste agitur, cum eligitur omnium malorum maius propter uitare minus malum. non enim est maius malum, quàm sit peccatum. Vel si diceret quis: si non gesseris mihi morem ea in re, non habebote pro amico, non diligam te, molestabo te in rebus tuis. Et hic metus non cadit in constantem, & uirtuosum uirum. Alius est metus grauis, & probabilis: & dicitur metus iustus, & cadens in constantem, & sapientem uirum, uel mulierem: sumendo mulier pro sexu uirilem habente animum. ut cum quis potens solitus inferre clades, & cadens minatur alicui mortem, uel enormem corporis lesionem, seruitutem perpetuam, stuprationem, uel aliorum aliquorum grauium, & uere horrendorum malorum illationem, de quibus iura canūt. Intelligitur illud secundū Angelū, in uerbo Metus, quādo talia, uel aliquid eorū minatur nedum exercendū in persona propria: sed etiā liberorum, uxoris, aut similibus personarum. Idem tenet Sanct. Tho. q. ij. in solutione secundæ rationis. Solent illa mala in genere completi quaternario numero: ut habent hi uersus. Tangitur interdum constans formidine causa Stupri, siue status, uerberis, atque necis. Itaque quod ly causa in fine primi uersus positum construatur cum illis quatuor genitiuis: Stupri, status, uerberis, & necis. Ad sciendum, quando metus cadat in constantem uirum; & quādo nō, oportet considerare periculum ipsum in se, & absolute, inquit Palud. artic. ij. q. j. Et similiter respectiue, & in comparatione ad id, quod agendum, uel omittendum est: aut a uoluntate terroris metu territa uolendum. Exempli causa. homo

Not. 2.
B
Metus duplex.

constans, iustus, ac prudens secundum dictamen rationis rectæ potius uult matrimonio copulari, quā mori aut corporis enormem mutilationem, uel cruciatum, aut carcerationem, aut uerberationem sustinere. Item quā de honestationem stupri, aut pudicitie perpeti: aut in seruitutem redigi. Et illa etiam dicuntur de se terribilia secundum eundem. Propter quæ tamen, & similia mala fugienda, nullo modo peccandum est. Exemplum de morte quoad Christum, qui a patris obedientia recedere noluit. Susanna maluit lapidari, quā turpi commercio carnis maculari. Item pro excutiendo iugo seruitutis, aliqui exponunt se morti, quia est mors civilis: & ceteri maluerunt in exilium trahi, quā iustitiam offendere. Melius enim est omne malum pœne perpeti, quā minimo peccato deum offendere.

Coroll. Metus mortis, uel cruciatu grauis corporis. **¶** Corollarium. Metus mortis, uel cruciatu grauis corporis. cap. Dilectus. de his, quæ ui. uel me. Metus uerborum. l. Concinet. ff. eo. Carceris. l. Qui in carcer. Vinculorum. l. Nec timore. Seruitutis. l. Ego puto. & l. Illi quidem. eo. ti. Pudicitie perpendendæ, uel stupri. l. eadem. Mutilationis enormis: quia similis est prædictis. l. Ego puto. ff. eo. ti. dicitur metus iustus respectu matrimonij dirimendi, & impediendi, de quo latius infra. Hoc tamen adijcitur: quod minor metus sufficit in muliere propter fragilitatem sexus, quā in uiro: ut tenent doct. in cap. Locum de spon. Hinc ponunt metum cadentem in constantem uirum, & metum cadentem in constantem mulierem: ut habet Panor. ubi supra. **¶** Tertio notandum: quod tunc dicitur metus cadere in uoluntatem: quā ipsa uoluntas metu tertia præcise fertur, uel consentit in aliquid alias nullatenus consensura, uel factura: non quod cogatur, uel necessitetur proprie: sed uolens tendit in ipsum, nollet tamen, si timor pœnæ non subesset. **¶** Quarto supponatur ex dist. vii. q. xxj. artic. ij. quomodo uoluntas est libera a coactione: & quomodo uoluntas cogatur & respectu cuius.

Artic. 1. **¶** Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Si quis præcise metu præfatorum, & similiarum malorum con-

sentit matrimonialiter in aliquā non cōsensurus in eam, si præfata, & similia mala commode euadere possit: is nec corā deo: nec coram ecclesia transfert corporis sui potestatem matrimonialiter in eā citra mendacium: nec per hoc contrahit uinculum indissolubile coniugij. Probatu r cōclusio: quia consensus translatus potestatis corporis ad actus coniugales debet esse liber ex institutione diuina: ut supra ar. ij. q. præceden. præsens non est huiusmodi. igitur. Maior patet ex dictis. Est enim contractus ille cōtractus dationis. Et licet non sit liberalis datio secundum Scot. sed sic datur, ut detur æquale, est tamen libera datio. Est autem contra rationem dationis, quod non sit libera. Nec ecclesia illam libertatem de sponsa, & matri. instituit: sed diuinitus instituta promulgauit, & innouauit secundum Scot. Nec potest eam inuolare: cum sit de essentia cōtractus matrimonialis, quod debet esse liber, & purus. Immo in lege naturæ libertas illa fuit necessaria. Gen. ij. Adhærebit uxori suæ. Adhæsiō uero libertatem dicit: & non inuitam tentionem. Item Gen. xxiiij. Abraham dixit seruo suo: Si noluerit tecum ire mulier, liber eris a iuramento. Et cum ille peteret Rebeccam, dixerunt. Vocemus puellā, & queramus eius uoluntatem. Et statim parentes interrogauerunt, uis ire cum homine isto? Respondit: ibo. Non ergo ratificat dominus deus institutor coniugij istam translationem coactione factā: quia uult eam mere esse liberam. Et licet liberam habet homo uoluntate: tamē stante metu actum, quem ex metu præcise elicit: non liberē, sed metu pœnæ elicit, uel imperat. loquitur enim illa uerba contractus ex metu præcise. Et ideo non transfert per hoc corpus suum: quia nullus consensus est translatus, uel datus potestatis corporis, nisi sit liber: immo sic eliciens est contrarie uirtualiter nolens, & secundum animi præparationem: quia metus est causa actus. Præterea citra mendacium sic apparēter contrahit, nec mentitur: quamuis signo, aut uerbo ad extra prolato ostendat se transfere corporis sui potestatem. Est. n. consensus illius locu

Si quis
p̄cise
metu
p̄fatorum
cōsentit
in ali
quā ma
trimo
nialiter

locutionis, Accipio te in meā, stāte hoc casu, quo præmitur metu iusto cadente in constantem uirum, & ecclesiæ inhibitione in fauorē illi, qui metu p̄mitur. Accipio te in meam, quantum in me est, præsupposita uolentia, qua nunc p̄mor. Et si deus ratificaret per talem consensum, quem nunc habeo traditionem corporis fieri, tradere meū tibi: & tantū trado, quantum tradi potest per talem cōsensum. Ita exponit Scot. de cōfirmatiōe uero huiusmodi matrimonij per nouum consensum infra dicitur. Non est itaq; in tali locutione mendacium: quia non falsa uocis significatio: neq; sic dicēs mēritur. Nec aliud debet tenere in mēte, & proferre sermone. Debet ergo proferre illa sacramentalia uerba, quæ ab eo exiguntur, & ita cōsentire interius, ut uerba sonant: quia non potest hoc consensu fieri translatio, cum non est liber. Deus. n. non ratificat contractū: & ecclesia iudicat cōsensum esse nullū. **¶** Ex illo sequitur: quod ille contractus meticulous nullus ē, nō est p̄cise ex illegitimatione p̄sonæ p̄ tēpore isto, quo durat metus, uel coactio: Sicut. n. ecclesia potest personā illegitimare simpliciter: ita & p̄ loco, & tēpore: sed ex eo, quod deo ordinauit, & statuit contractū illū debere esse liberū: & ita natura illius cōtractus exigit libertatē consensus. Quo stāte ecclesia declarauit cōsensum talē, de quo conclusio sonat, esse nullū: quia nō ē liber tali libertate, quā requirit ille cōtractus ex institutione diuina. Et cum dicunt aliqui, quod tam legum, quā canonum decreta annullent contractū illum. xxxj. q. ii. cap. Si uerū. cap. De neptis. cap. Cum locū. c. Veniēs. ca. Gēma. de sponsa. sentis est: promulgant, & exprimit libertatem consensus, quæ adesse debet ordinatione diuina ex natura contractus. Et ita a causa formali, quia contractus ille est datio: & a causa efficiente, quæ deus est, qui contractū illū sic instituit: & ex pte finis, qui est plis educatio, est, quod ille contractus debet esse liber. Hinc dici potest. quod metus impedit, est ex diuina ordinatione, & non humano iure: nisi declaratiue: quia declarat consensum sic qualificatum non sufficere ad matrimonij

D
Contra
ctus me
tuculos
nullus
est.

contractum a deo institutum. Quod sic potest ostendi non obstantibus opinionibus plurimorum: quia licet ecclesia nihil potest immutare circa ea, quæ sunt essentialia sacramētis ex institutione diuina: tamen positis essentialibus cum ipsa subiecta ecclesiæ, & pars ei: potest ut sic ecclesia circa ea aliquid statuere non in mutando materiam, nec ampliando: sed aliquo modo restringendo: ut supra. q. ij. dist. xxvij. circa contractum istum. hoc enim eis accidit. Hoc autem faciēdo nō immutat sed declarat diuinā constitutionem. Potest ergo declarare aliquem consensum esse sufficienter liberum: aliquem uero non. Vult autē deus consensum, qui est causa effectiua matrimonij, & sine quo non est matrimonium, lege diuina esse liberū. Cum uero illi libertati derogat per metū, declarat ecclesia per quē, & per quē non derogat libertati cōsensu. Hoc. n. ecclesiæ est cōcessum: quod sic potest materiā huius sacramēti sibi subiecti quo ad contractum illum quem deus instituit restringere pro loco, & tempore: licet non ampliare cōtra ius diuinū. Sic autē restringendo ex causa, & inhabilitando in fauorē metū passi, & in odium metum inferentis, materiam non immutat essentialiter circa hoc sacramētū: sed cōtractum ordinat, & adiunat diuinā legē interpretando, non immutando. Non ergo est par ratio de quibuscuq; in genere metum passis: siue iustum, siue iniustum: licet utrobique aliquo modo desit ratio libertatis. Hinc licet illa persona metum passa in fauorem suū, & in odium alteri pro tunc inhabilitetur p̄pter nullitatem consensus liberitatem si uult, potest liberē in eum consentire: & cū eo cōtrahere ex post cessante metu. Non. n. simpliciter, & pro semper: sed durante illa iniusta coactione inhabilitatur ab ecclesia, & non alias. Quia autē necessariō requiritur cōsensum, & cōsensum liber ē legis diuine, & non ecclesiæ. & sic loquitur Scotus. Quia uero talis, uel talis coactio, seu metus impediatur, & dirimat ex post contractum matrimonium, est constitutio, & declarationis ecclesiæ secundum Pal. Et uerius dicitur ecclesia hoc declarare, Gab. Biel. N†

Cōcl. 2. E Coactio metu in cadente in constantem virum ad contrahendum matrimonium: etiam cogitur ad eliciendum verum, & dissonum ad uerba, quæ profertur consensus. Probatur conclusio. Quicumque cogitur metu uiri constantis, ut supra aliquid, quod sine peccato mortali facere non potest nisi ad illud mente consentiat, sicut operatur, uel saltem contrarie non dissentiat: etiam cogitur ad præstandum consensum. Sed aliquis coactus metu cadente in uirum constantem, ut uerba contractum matrimoniale indicantia, & significatua exprimat, cogitur aliquid faciendum, quod facere non potest sine peccato mortali nisi mente consentiat: igitur etiam cogitur ad illum consensum. Consequentia est bona. Maior nupta: & nomine coactio utrobique accipitur eodem modo. Minor probatur: quicumque perniciose mentitur, peccat: sed is, de quo minor, est huiusmodi. ergo. Maior nota. Minor probatur: quia non potest contra mentem proferre uerba exteriora, & dissentire animo interiori, nisi mentiatur. ergo si potest cogi ad uerba, potest etiam cogi ad consensum: & sic eius consensus dicetur coactus, & non liber libertate tali, quam requirit natura contractus matrimonialis. Præter ea metus cadens in uirum constantem non solum facit eum subire minus malum, ut euadat maius malum poenæ: sed ut euadat maius malum in genere: & ita ut effugiat absque peccato. Pati enim quamcumque poenam minus est malum malo culpæ, & ita principaliter cogit metus effugere poenam. hoc autem non fit, nisi mente uerbis consentiat. Si dicitur: hominis arbitrium cogi non potest, cum sit liberum: ergo nec consensus. Respondetur, absolute cogi non potest: secus de coactione conditionata. Exemplum de proijciente merces tempore tempestatum propter redimere uitam. nec ex hoc sequitur ipsum non esse liberum: quia uolens hoc agit: & magis relucet eius libertas ad utrumlibet. Alias probationes

adducit Scotus. ¶ Corolla. Nullo metu uiri constantis induci debet quispiam: ut uerbis tantum consentiat ad matrimonium, & animo dissentiat eliciendo mentalem, & contrarium dissentium. Patet: quia hoc esset peccare. ¶ Tertia conclusio. Falsa est opinio dicentium. Si quis coactus contrahat, & animo ac uerbis uerè ex metu tali consentit, licet sit uerum matrimonium in foro conscientie propter adhibitum consensum: secus tamen in foro ecclesiæ. Mouentur ex hoc: quia ecclesiæ præsumit de tali coacto, quæ non dederit consensum: sed solum protulerit uerba, quibus consuetore more contrahitur matrimonium. & ita cum non adiuu consentit, ut præsumit ecclesiæ, non potest ibi esse matrimonium. Sed in casu posito sic coactus consentit, ut dicitur ergo in foro conscientie est matrimonium. Vtrumque illorum falsum est: falsitas patet ex dictis, & allegatis in diuersis capitulis xxxij. quæst. ij. quia ecclesiæ semper præsumit de meliori. Hinc cum quis post sponsalia sponsam cognoscit carnaliter, præsumit in affectu maritali factum fuisse quod non uoluerit mortaliter peccare in hoc actu: ergo a simili, & hic dicitur uenit. Quia autem ecclesiæ præsumat de meliori, habetur de reg. iuris. Estote misericordes. Item ca. vnico de seruit. in ordini. facien. Præsumitur idoneus, & dignus, nisi probetur indignus. Si replicatur. Quodcumque in aliquo contractu plus est de uoluntario, quam in uoluntario: ibi est uerum matrimonium. Sed coactus ad consentiendum plus habet de uoluntario, quam in uoluntario: igitur. Item consensus coactus non impedit alia sacramenta: igitur nec matrimonium. Ad primum, maior uera est de uoluntario absoluto: secus de conditionato. Hic autem plus est de inuoluntario: quia uolens tantum sub conditione, nolle simpliciter conditione illa non stante; & sic est aliquo modo nolens contrarie. Ad secundum respondetur. Secus est de hoc sacramento: in quo secundum Scotum homo redditur uilioris conditionis: quia subiicitur quodammodo seruituti, & mul-

Coroll.

Cōcl. 3. Falsa est opinio dicentium si quis coactus contrahat &c.

tis periculis, ac curis, & quandoque mortis: ideo nullus debet ad hoc cogi, sed libere eligere. In alijs uero homo fit melioris conditionis. Item intentio baptizandi non est causa baptismi affectiua, sicut consensus contrahentis est causa effectiua contractus matrimonij rationaliter. ¶ Quarta conclusio. Coactio leuis impediens, & tollens consensum impedit, & dirimit matrimonium in foro conscientie: sed non in foro ecclesiæ: quia ecclesiæ præsumit de meliori: & ita de consensu libero. Dicitur totaliter impediens, & tollens consensum: quia sine consensu non est contractus coram deo, qualiscumque sit metus. Ecclesiæ uero, cui constat de facto, præsumit de consensu. ¶ Quinta conclusio. Si quis sua culpa incidit in metum cadentem in uirum iustum, talis metus etiam impedit & dirimit matrimonium. per ca. ueniens. de sponsa. & mat. ij. ubi quidam reperitur fuit a patre puella cum ea concumbere: & papa eam ipsi adiudicauit. nisi metu coactus, qui posset in uirum constantem cadere, eam desponsauerit. Sic si aliquis iuste meruit excommunicari, & index minatur ei excommunicationem, nisi contrahat: si ob hoc præcisè contrahat, nullum est matrimonium. Quæuis enim talis excoicatio sit iusta: non tamen est iusta in eum finem, ut contrahat: ergo est metus sufficiens. ¶ Sexta propositio. Sicut metus accidens in persona propria uiciat, & annullat matrimonium. ita in persona patris, uel filij, uel matris, & similibus ascendentiis. Ita tenet Innocentius. & Sanctus Thomas. ac Angelus in sum. ut supra notabili. ij. Hinc sequitur: si parentes timentes de læsione liberorum, metu non uano, sed graui, & iusto ut supra: & uice eorum contrahant: uiciatur contractus propter defectum liberi consensus. Sic si filius, uel filia timet de læsione patris, uel matris, uel aui, & huiusmodi ascendentiis, & contrahit, nihil est, & uiciatur contractus propter metum sufficientem. Ita habet. Præpositus super. iij. Decret. Secundo dicit esse de transuersalibus. ¶ Corollariū. Contrahens ex metu excommunicatio-

nis maioris sibi comminatus in eum finem, ut contrahat matrimonium: aut metu perditionis temporalium, sine quibus non potest honestè uiuere secundum status sui decentiam, seu qualitatem, contractus est nullus, & inualidus. Primum intelligitur in casu, quo non potest iustitiam consequi commode contra excommunicatorem sine magno damno, & periculo. Secus dicendum, si sic minaretur excommunicator iuste, ut contrahat, sicut sese uelle contrahere iurauit, & spondit sine coactione. Iam enim tenetur contrahere, & id facit sibi sponte necessitatis, cum prius erat libertatis: ergo si contrahit, tenet. Ita sentiunt aliqui. Sed uideatur: an coactio hic ut supra propositio. v. impediatur causando defectum libertatis consensus sicut in alijs: secundum quod patet per glossam in c. Abbas. de his quæ vi. & Panor. Idem uidetur dicendum de perditione maioris partis substantiæ suæ ex pari ratione.

Coro. 2

¶ Corollarium secundum. malefaciant magnates precipiendo suis sub comminatione spoliationis rerum suarum, ut contrahat cum aliquo quasi coacti. ¶ Corollarium tertium. sicut metus quandoque impedit, uel non impedit, aut dirimit matrimonij contractum: ita etiam impedit, uel non impedit contractum sponsalium ex metu procedentium. capit. Ex literis. de sponsa. impub. ¶ Quantum ad articulum tertium est primum dubium: An pater possit cogere filium ad contrahendum matrimonium. Respondetur, ut itam dictum est: si non consentit filius libere, non potest filius adulter absolute cogi a patre, ut contrahat. de sponsa. impub. capit. primo. Et licet ibi statim sequatur: quod potest filium impuberem alteri copulare, & ille cum ad perfectam uenerit ætate, omnino debet hoc implere: tamen ly debet ibi sumitur pro debitione honestatis, non præcepti. Decens enim est, ut filius facta patris exequatur: sed non præcepti: sicut item in hoc casu. Et pater iurat pro filio, includitur tacite conditio, nisi filius contradicat: aut si potest ad hoc induci. Nec est curæ, si leges oppositum dicunt: quia stan-

Arti. 3. Dub. 1.

G An pater possit cogere filium ad contrahendum matrimonium.

dum est in hac parte canonibus. Dicitur apostoli Pauli, Filij obedite &c. intelligitur quo ad gubernationem domus, & familie, non quo ad indissolubile matrimonij obligationem, quia deus uoluit esse liberam, quia coacta coniugia difficiles solent exitus habere. Est ergo in dicto apostoli distributio accommodata, cum dicit Per omnia, & est sensus, per omnia, in quibus eis subiacetis, sicut & Paulus per omnia omnibus placuit. Verum est quibus placere debuit secundum deum. Posset tamen filio precipere patrem, ut contrahat cum aliqua de hac, uel hac familia: dum filius alias sine precepto paterno contrahere teneretur: ut inquit Prepositus ca. Cum locum de sponsa. aut dum ex precepto diuino stare hominum paucitate preceptum de contrahendo obligaret per loco, & tempore. Sic precepit Isaac Iacob. Gen. xxviii. ut iret in Mesopotamiam, & ibi acciperet uxorem de genere suo. Verum hoc dictum de Iacob speciale est tenebatur enim. (ut uidetur) lege diuina ad hoc, uel saltem reuelatione diuina, tamen propter malitiam illarum mulierum quia femina Chanaa erat disperdendum. Erat enim terra Chanaa femini prophetarum promissa: secundum Sanct. Tho. & ideo Isaac bene poterat hoc precipere: sicut hodie non licet contrahere cum infideli. Et cum adducitur quandoque de matrimonio spirituali: quia scilicet papa potest alicui mandare, ut sit scipiat episcopatum, & ita contrahat matrimonium spirituale: ergo & pater carnalis potest precipere matrimonium carnale. Non concludit: quia non tantam superioritatem habet pater carnalis super filio ad matrimonium carnale, quantum pater spiritualis ad filium respectu matrimonij spiritualis. Ratio potest esse: quia in uno conditio coacti redditur melior: ut puta in coniugio spirituali: secus in carnali: & ideo ad unum potest cogi non ad aliud. secundum Sanct. Tho. q. ult. ¶ Secundum dubium: An principum rogamenta, inter superiores reuerentia, uel metus reuerentialis, inter blanditiam inducant iustum metum carnalem in constantem uirum, qui timet quando, & ubi oportet. Respondet: rogamenta principum, supplicationes, aut imperia, non inducunt precipue ex se, & regu-

Dub. 2. An principum rogamenta, inter superiores reuerentia, uel metus reuerentialis, inter blanditiam inducant iustum metum carnalem in constantem uirum, qui timet quando, & ubi oportet. Respondet: rogamenta principum, supplicationes, aut imperia, non inducunt precipue ex se, & regu-

lariter metum fortem, & iustum annullantem matrimonium ex metu contractum: nisi princeps confectus sit fauere tyrannice, & inhumane in non obtemperantes suis precibus, uel imperio: dato etiam quod nullum ius habeat imperandi, uel mandandi, adhuc uult uoluntatem suam exaudiri, aut mala infligere. tunc enim causat iustum metum cadentem in constantem uirum secundum doct. qui annullat matrimonium. Et idem uidetur esse, si horribile uultum ostendit, minas cogeminas, arma parat, & similia. De secundo: Sola reuerentia superioris non causat iustum metum: si quis si coniungitur timori uerborum, aut minarum (ut supra) probabiliter sequentium, uel precedentium. De tertio: blanditiam non impediunt libertatem consensus sed promouent. Multum enim habent de uoluntario, & parum de inuoluntario. Secus de uoluntate ex metu iusto, ubi multum est de inuoluntario: parum de uoluntario: ita quod non posita formidine mali uoluntas resistit, & non uellet id, quod tunc uult posito metu iusto. De metu infamiae sunt opi. doct. Et dicunt aliqui illa esse intelligenda in foro conscientiae: cum quis non habet remedium opportunum euadendi, uel sibi prouidendi: ut puta implorare officium iudicis, uel superioris. Si enim commode posset eum adire: & per hoc a malo imminente liberari: uidetur esse in culpa, si hoc non faciat: quia sine causa committit se periculo. Cum hoc tamen fiat, quod si sua culpa incurrit metum, nihilominus impedit: ut supra conclusionem v. ¶ Tertium dubium est de talismodi matrimonij confirmatione: ad quod propositio. Matrimonij contractus, qui est uere, & de iure nullus propter defectum liberi consensus, non potest in foro conscientiae ratificari: nisi accedat contrahentium liber, & mutus consensus. Pater ex dictis: quia consensus mutuus, & liber aliquo signo sufficienter expressus est de esse matrimonij lege diuina: ergo sine eo cetera quaecumque non sufficient in foro conscientiae. Secunda propositio. Non uidetur esse propria, & uera locutio cum dicitur. Contractus ex metu iusto, qui est de iure, & in foro conscientiae nullus, & in

Dub. 3. H Prop. 1. Matrimonij contractus, qui est uere & de iure nullus non potest in foro conscientiae ratificari. Prop. 2.

validus, confirmatur, & ratificatur per consensum subsequenter elicitum, & expressum, de nouo. Probatur: quia ex tenore propositionis primo contractus fuit nullus: ergo non potest ratificari ex quid uocabuli. Sed forte secundum modum loquendi. Richar. diceretur perfici per consensum subsequenter, maxime personae coactae, saluo consensu alterius personae non coactae, qui adhuc manet habitus, & non est contrarius consensus elicitus. Sic enim ex accessu consensus personae coactae ad priorem etiam nunc expressum, & foris declaratum dicitur perfici. Hinc Palu. Confirmatur per consensum sequenter durante primo consensu. arti. iiii. quaest. j. ¶ Tertia propositio. Probabile ex dictis: quod quantumcumque longina cohabitatio, ac personae coactae taciturnitatis, numerum largitio, amplexus & oscula adiuncta carnali copula, & si qua sunt similia: contractum ex metu iusto nec perficiunt, nec ratificant, nec confirmant sine actu positivo nouo liberi, & mutui consensus coniugalis sufficienter expressiuo, & hoc in foro conscientiae. Patet ex dictis. Secus in foro ecclesiae quae praesumit de consensu. Si enim mulier allegans iustum, & sufficientem metum, qui cadere potest in mulierem fortem, & constantem, stetit cum uiro per tempus notabile, quod secundum iudicium pro matrimonio: & cum abire potuisset, aut reclamare, nec abiit, nec reclamauit amplius non auditur, sed compellitur manere cum uiro. Et si non assuit consensus, est matrimonium in foro ecclesiae praesumptum tantum. Si accessit consensus maritalis, est uerum, & praesumptum. Ad hoc facit de sponsa. impuber. lib. vj. ubi per cohabitationem mutuum textus uult sponsalia quae nulla erant, conualescere in certo casu, ut exnunc, non ut extunc. quod dictum alludit conclusioni priori. Sic si tempore illo nominabat eum maritum suum, & ipse eam uxorem suam publice in aliorum audientia, praesumit ecclesia pro matrimonio. Sic de munere bus &c. quia illa uidentur metum purgare. Idem est de copula, siue consenserit

in eam, siue non: sed uiolentata fuerit: si non consensit affectu maritali, non est matrimonium in foro animae. Si uero consensit in copulam metu laeni praesumitur hoc esse factum affectu maritali. Si fuit simpliciter uiolentata, & nullum, uel in uirum, uel in copulam dedit consensum, nullum est matrimonium, nec etiam praesumptum. Si consensit in uirum, & in copulam ex metu forti: sed non affectu uxorio: est matrimonium coram ecclesiae iudicio: cum id factum consistitur: sed non in foro animae: quia deest consensus. Ecclesia enim praesumit de affectu uxorio. Si ex metu forti consentit tantum in uirum, & non in copulam, nec coram deo, nec coram ecclesia est matrimonium. Deficit enim legitimum consensus: & ecclesia praesumit in odium uim inferentis, & in fauorem oppressae, contra matrimonium. Et intelliguntur omnia illa de consensu in copulam: de copula sequente, non precedente. Si uero sponte consensisset in copulam post uiolentam traductionem, & non in matrimonium, non datur ei fides, sed iudicatur pro matrimonio in foro ecclesiae. Et hoc etiam patet responsio ad dubium. Si queritur: an per carnalem copulam matrimonium ex metu ratificetur. Et generaliter sicut coram deo requiritur unum consensus in animo, & eiusdem consensus significatio, & expressio ad extra: alias non est matrimonium in foro animae: ita in foro ecclesiae nunquam erit matrimonium praesumptum, quocumque sint acta in secreto, nisi facta pateant ad extra: uel eorum confessione, uel modo alio: ut sic ex manifestis praesumptio accipi possit pro, uel contra matrimonium. Sic si mulier coacta per metum iustum tacet, nec de nouo, & libere consentit, per hoc non censetur consentire, nec est matrimonium in foro ecclesiae: quia qui tacet in re tam ardua, non praesumitur consentire. per ca. si. de proci. li. vj. ubi habetur argumentum ad hoc. Nec tenetur agere contra cogentem, cum contractus fuit nullus: ideo tacendo iterum non consentit. Nec est matrimonium in foro animae: quia deficit consensus. Vnde

inquit Panor. Ageñs aliquid per metum non præsuntur ex taciturnitate sequenti temporis consentire, & purgare metum; nisi interueniat aliquis actus posteriorius primi actus approbatiuus. Hæc ille. Requiritur ergo, ille consensus nouus aliquo signo manifesto alteri inotescat. Item solet dici: Quod non est, temporis contractum non firmatur. Sed ponamus: aliquis homo simplex, & iustus credens contractum ex metu forti, & iusto esse ualidum, consentit affectu uxorio in copulam propter illam credulitatem præcisè; ita qd sit causa sine qua nõ illius consensus in copulam; Si tamen constaret ei oppositum, non uellet in eam consentire: quia solum ex metu iusto, & graui cõtraxit: An cum edoctus fuerit de ueritate, & de nullitate contractus, teneat matrimonium in foro animæ? Et uidetur multis, qd non quia ecclesia, & deus contractum illum irritant: & tunc secundum opinionem eorundem persona coacta inhabilitatur in sui fauorem, & alterius odium. Cum ergo nunquam fuit consensus purus, & absolutus, non tenet. est simile de sponsa libus, ubi ecclesia iudicat pro matrimonio subsecuta copula. Et possit forte dari secundum unam opinionem ratio. quia ecclesia primam irritat, & personas inhabilitat propter metum iustum: ut supra: saltem declarando, qd sit nullum: non sic secundum: ubi plus uidetur fuisse de uoluntario, quam inuoluntario. Verum oppositum facile possit defendi. non ex metu, sed errore consentit in copulam post metum: nec fuit error personæ, nec conditionis de distinct. sequenti. ¶ Quartum dubium: Quid faciet persona ad copulam, sic coacta, & uiolentata, aut metu graui mortis inferendæ illecta, petita, & uocata. Dicendum potius debet subire mortem, quam infornicariam copulam consentire. Si uerò opprimitur, potest esse sine culpa, & peccato, si non adest uoluntas, & consensus. Et sicut dixit Sancta Lucia, Si me inuitam utolari feceris; castitas mihi duplicabitur ad coronam. Ad hoc est August. cap. xix. & xx. de ciuita. dei. li. j. Habet tamen effugium, ita qd nõ

Dub. 4.
I
Quid faciet persona sic coacta, & uiolentata.

erit perplexa: quia potest libere in eum consentire, & non ex metu præcisè: & sic sibi matrimonialiter copulari accedente affectu maritali. Immo uidetur: qd plus tenetur redimere uitã ex præcepto. Non occides: quã horre illam coniugale obligationem, & seruitutem, cũ id sine iactura salutis, cæteris paribus, facere potest. Alias uidetur sese uelle occidere, nisi forte obsit notum, aut iuramentum, aut impedimentum aliquod. Nec obstat ecclesiæ inhabilitatio, quæ est in fauore patientis metum iustum iniuste: quia nõ est inhabilitatio simpliciter dicta; sed p tunc, & non nisi fauorosa in bonum eius, qui patitur metum. Potest ergo cedere iuri suo, & libere in eum consentire. Præterea, ecclesia audita cõmixtione habitã, iudicat pro matrimonio: quia præsunt de affectu uxorio: non obstante metu præuio. ¶ Quintum dubium: Vtrum matrimonium iustitiam metu extortum ratificatur, si accedat iuramentum. Quidam tenentur, qd sic propter aduictũ rãmẽ. Alij tenent oppositum: dicentes, qd nõ tenet nec in foro dei; nec ecclesiæ propter defectum liberi consensus. Probant sic, querendo. Quid enim asserit illud iuramentũ, & super quo cadit? Si. n. iuratur aliquid prætitũ: ut puta coactus iurat, qd uerè consenserit: iuramentum istud non potest id, qd præteritum est, & de iure nullum, ratificare, ut supra dubio. ij. Adiungunt; qd illud iuramentum est solũ asserõriũ: & sic uerũ iurat: sed per hoc non ualidatur matrimonium uerè nullum. Vel iurat aliquid præsens: puta qd tunc consentiat iterum: & iurat, & consentit ex metu iusto: ut ponitur; & sic uerũ testificatur, & asserit: si saltem ut debet, corde consentit: alias falsum iuraret. & sic non ratificat matrimonium: sed solum peribet testimonium de consensu præsentis ex metu iusto procedente. Vel iurat aliquid de futuro, & iterum clarer: qd consensus de futuro etiam uallatus iuramento non facit matrimonium, ex dictis d. xxvij. ¶ Videtur cum reuerentia, qd ad istud dubium sufficenter responderi nõ potest, nisi separetur obligatio iuramenti præcisè ab illa obligatione, quæ uide-

Dub. 5.
k
Vtrum matrimonium iustitiam metu extortum ratificatur, si accedat iuramentum.

etur esse in illo contractu matrimoniali ex metu forti extorto. Matrimonium. n. illud est de iure nullum: & in foro exteriori, & interiori: & nisi accedat liber consensus mutuus, nõ fit ualidũ ratione iuramenti præstiti, cum sit ex defectu consensus liberi nulli: neq; inducit, ut sic obligationem aliquã: quia est de se nullũ. Sed quæ accessit iuramentũ, qd seruari potest cæteris paribus sine interitu salutis: ideo seruandum est id quod iure iurando firmatũ est propter diuinũ non inis honorem, & inuocationem. Cum ergo quis ex metu iurat uelle contrahere, iuramentũ illud coactũ qd ex metu iusto, pcessit, obligatorium est in foro animæ sedm iuris diuini, & humani dispositionem. cap. Ad audientiam. de his, quæ in me. ue causa sũt. ceteris paribus. Præterea est recte circũstantionatũ, & habet tres comites, ueritate iudicium, & iustitiam. Non. n. qd iurat de se iniustum est: licet eum cogat ad iurandum. Adest discretio rationis, quam iudicium dicimus. Adest ueritas: quia ita intendit facere: sicut se facturum iurat: ergo tale iuramentum est obligatorium, & tenet. Dicatur ergo, & agatur: ut supra. distinct. xxvij. q. ij. petendo si res est alias integra, absolutionem a iuramento, uel ingreditur religionẽ & c. ut supra. xxix. in tertio. Et sicut nunc fortuatq; sunt conclusiones de matrimonio, iura possunt for mari suo modo de contractu spõsalium: hoc dempro: qd relinquatur in dubium secundũ diuersitatẽ opinionũ. Si enim mulier post sponsalia, iusto aut leui metu contracta cõmisceatur sponso, non affectu uxorio: tenent quidam, qd nõ trãseũt huiusmodi sponsalia in matrimonium, nec in foro dei, nec ecclesiæ, nec est mrimoniũ psumptum. Alij tenent: qd est matrimonium psumptum in foro ecclesiæ. Secundum illam opinionum diuersitatem prædicta sunt moderanda de hac materia. ¶ Sextũ dubiũ. Vtrũ si duo simul cõtrahunt, & apta uerba ad contractũ profecerunt: alter uerò dicit se non consensisse: sed solum dolosè contraxisse: liceat illi, qui dixit se in alium consensisse, alibi contrahere ex hoc: quia alter negat consensum. Ferè consimile dubium mo-

Ius iuratum habet tres comites

Dub. 6.
Vtrum si duo si mul cõtrahunt & apta uerba ad

uet Richar. distinct. præsentis articu. j. quæst. ij. Et Scot. distinct. xxx. quæst. j. Respondetur cum submissione. Si (gratia exempli) mulier certa est de uerbis hinc inde prolatis ad contractũ matrimonij aptis, & solitis secundũ significationẽ eorum communem, & uir idẽ fatetur expressè, negat tñ cõsensum se dedisse, est matrimonium non in foro cõscientiæ, sed ecclesiæ. Præsunt. n. ecclesiæ uerbis illis sub fuisse consensum. ca. Tua. & cap. Tua. de sponsa. Sed quia non affuit consensus uiri, non est uerum matrimonium in foro dei, cum matrimonium nõ claudicat. Et si ecclesiæ uirum illum adiudicat mulieri, tenetur de nouo consentire in eam: alias nec exigere, nec reddere põt debet: quia non est sua. Mulier uerò tenetur in conscientia sua credere illum esse suam maritum: nec debet cum alio contrahere, nec conscientiam illam deponere illo uiuente: quia exponeret se pabili periculo adulterij: cũ sit ita certa de cõsensu uiri, sicut reddi põt certior certitudine moralis: & sicut certa esse põt quilibet alia de consensu cõiugis. Audiuit. n. uerba cõtractus a uiro: & põt uero debitũ reddere, & exigere, etiã si uir ille cum alia cõtraxisset de facto. Nec potest mulier illa uiuente uiro cũ alio cõtrahere pter certitudinẽ, quã habet de eo ut cõiugis, sicut & cæteræ habent. Nec enim sic dicatur, nulla erit certitudo inter cõiuges & c. de cõtracto cõsensu: sed statim post tẽpus alter dicit, dolosè cõtraxi, cõsensum non de di, & ita turbarentur oĩa coniugia. Nec excusat, mulier si dicit, aut credet ioco quodam, uel consimili causa uirum uerba illa protulisse. Non. n. debet ei credere, si talia dixerit: quia cõmitteret pabili periculo adulterij. Teneat aut ille dolosè uir, si nondũ cõtraxit cũ alia, dolũ deponere: & de nouo uerè in eam cõsentire: aut pro posse efficere, ne mulier alibi cõtrahat. dedit. n. ei occasione lapsus, aut cuiusdam dubitationis: laborauit ergo p eius salute. Et ut aliquibus placet tenetur ei dotẽ dare: non tamẽ alium uirum procurare. Quia si uir ille alibi cõtrahit, cogi debet per cõsuras reuerti ad primã, cui tamen carnaliter cõmiserit, non po-

contra-ctum pferunt: alter dicit senõ consensisse, illi liceat alibi contrahere.

test: nec reddendo, nec exigendo debitū, quia non est sua in foro conscientie, cū iam ille uir dolosus transijt ad alium cōtractum. Ipsa uerō propter certitudinē, quam habet mortalem, & quam deponere non debet, potest raddere, & exigere debitum: quia scit eam esse suam: sicut & alię mulieres hoc scire possunt de suis maritis. Cum ergo primam sic damnificauit, laborare debet uir ille pro mulieris damnificatione continentia: si ipse alibi contraxit cum alia, q̄ tamen sine peccato facere non potuit. Si a muliere prima impetitur coram iudice, & mulier nō poterit probare consensum: quia uir negat se consensum dedisse, ut supra in mo negat, & uerba prolata, nec est super quo ecclesia suam fundare possit presumpcio nem: absoluitur ab ea, & relinquitur secū de, quę uerē est uxor eius. ¶ Corollarię sequitur. Mulier propter hoc, quia audiuit uerba, quę consensum exprimere, & significare solent, & debent: non potest oppositum credere, nec conscientia mutare, uel deponere, nec uiro uiuente cum alio contrahere: nec cuiusq; alteri debitum reddere, uel ab eo exigere.

Coroll. Mulier non potest oppositum credere.

Committet enim se probabili periculo adulterij, & graui discrimini peccati mortalis. Hinc Rich. Si persona non cōsentiens corde, quę tñ significauit ad extra uerbo, aut signo se consentire: etiam post notabile tempus iuraret se non cōsensisse in corde, nihilomin⁹ debet persona, q̄ cōtraxit uerbo, & signo, credere eē uerum matrimonium. Quia sicut dicitur cap. Per tuas. de proba. Nimis indignum est iuxta legitimās sanctiones, ut q̄ quis que sua uoce dilucide protestatus est, in eū casum proprio ualeat testimonio in firmare. Sed quid? Esto: mulier i em, ut cōtingit uere exponit confessori, & uir similiter constanter negando consensum coram eo: iā sacerdos credere debet cui libet pto se, & contra se, quale consiliū dabit mulieri, cum non potest ei dictum uiri reuelare? Respondetur: sacerdos nō debet mulieri dicere dictum uiri, nec ut alibi contrahat persuadere, uel admittere: licet hoc posset de facto facere: nec diceret: tu non potes cū alia contrahere: quia

non debet secretum confessionis reuelare, nec mēiri: nec mulieri cooperari ad peccatū, q̄ faceret, si permitteret eā alibi contrahere. Sed debet ei dicere: q̄ sine peccato non potest alibi cōtrahere. hoc .n. uerū est: & sic sacerdos nihil dicit cōtra cōscientia. Et licet uir dolosus sciat, q̄ possit alibi contrahere, & cōfessor ut deus: attamen quilibet eorū debet impedire, ne fiat, ex eo quia sine peccato fieri nō posset: licet factū teneret. Deus enim, qui matrimonium instituit, non uult ipsum claudicare: & ita non tenere: nisi cū mutua obligatione per consensum mutuū causata. Si autem uir, qui prius non consensit corde: sed solum signo ad extra in continentem reuocet suum dictum: pręsumi pōt, q̄ ille uir priora uerba dissensus ex ioco, p̄tulerit, & errore, & pōt persona, quę prius cōsensit re, stare uerbis secūdo prolatis. Et in hoc (inquit Rich.) credo: q̄ liceat personę, quę prius consensit alio dissentiente: alibi contrahere priore uiuente. Cautē loquitur Richar. Non dicit: q̄ debeat, sed potest stare uerbis secūdo prolatis: quali uolens innuere, cum ex ore proprio inuenit uirum in uno dolosum, & mendacem, nō tenetur ei in alio credere: & ita potest alibi contrahere: eo dicente se non consensisse tunc. Si autem persona, quę prius non consensit corde: sed tantum signo nunc uerē consentiat in aliam personā durante alterius consensu, efficitur uerū matrimoniū. sic enim matrimonium nō claudicat: & ubiq; est consensus uerus cōiugalit. ¶ Septimum dubiū: Masculus, & fœmina contractus prius legitime sponsalib⁹ de futuro cōmiserunt carnaliter: Fœmina negat copulam, & cōsensum de futuro: hinc contrahit de presenti cum alio: An uir nō potens uel copulam, uel sponsalia probare possit alibi cōtrahere, & mulieri fidem dare. Rñdetur. In foro dei nō est ibi m̄rimonium, p̄pter defectū cōsensus de presenti: sed in foro ecclesie ē matrimonium pręsumptum, cū constat de copula, & sponsalibus ante copulam non reuocatis: non obstante quacunque protestatione in cōtrarium: ut puta si ante copulā, uel in copula protestantur

L Dnb. 7. Masculus, & fœmina contractis prius legitime sponsalibus de futuro commiserunt carnaliter.

se non uxorio affectu uelle cōmisceri. & hoc propter fauorē matrimonij: & quia ecclesia pręsumit, q̄ non uoluerint fornicari: sed maritaliter copulari. Sed ponatur: quia honestatis amatrix renuit cōmisceri cum uiro, uir persuadeat, ut sinat actū fieri: quia sit sponsa sua legitima &c. & cum hoc de presenti consentit in eā, & in signum huius mox cognoscit eam: An licet uiro alibi contrahere: cum mulier dicit se affectu uxorio non consentisse, & uir probare non potest? Respondetur: q̄ non: quia ex uerbis de presenti, cōsensu de presenti, & copula subsequente consummatur matrimonij contractus in foro conscientie. cap. Is, qui fidem. de spons. Sed uir scit: q̄ post sponsalia consensum de presenti in eam, ut in suam habuit: & eam ut suam licet prius renitentem cognouit. per consequens certus est humana certitudine se fecisse omnia ad matrimonij contractum necessaria, quantum est ex persona sua. Insuper certus est de legitimo sponsalium contractu, & mutuo cōsensu: & q̄ mulier prius renuit copulā: sed audito, q̄ eius esset, & persuasus, q̄ sic sineret re fieri: similiter cert⁹ est. Habet ergo uir firmiter pręsumere, & credere, q̄ mulier non consenserit in actum nisi ut cum suo sponso: ex consequenti consummata copula, q̄ sit sua: & ita non potest alibi contrahere, ut in casu prioris dubij, nisi exponat se magno discrimini adulterij. Si uerō uir consentiret in copula in mulierem non consensu de presenti, sed futuro: hoc est in sponsam solū quandoq; ducendam: ex quo copula sequens non supplet consensum de futuro, ut sit de presenti: non est coram deo ibi matrimonium: quia non adest consensus de presenti in uiro: Secus in foro contētiōso. Si tamen mulier negando consensum etiam negaret copulam, quę tamen in ueritate interuenit: uideretur: q̄ uir reperiens eam mendacem in uno: uel potest ei in alio non credere, uel non debet ei in alio credere: puta in negatione consensu, cum habeat probabilem coniecturam in oppositum. Et si talis uir in confessione ita recitat casum, ut dictum est: non debet confessor annuere, ut alibi cō-

Notet confessor.

trahat, sicut in priori dubio: quia exponeret se periculo adulterij: nec debet credere de opposito cum sufficientia signa habeat de muliere: & conscius est sibi ipsi: quid egerit, & qualiter consenserit. Quia si contraxit uir cum alia: nec potest exigere, nec reddere debitū illi: sed tenetur eam dimittere, & ad primam reuerti. Si p̄ parte mulieris nihil allegauit nisi sponsalia pura, & copulam non maritalem, non uidetur esse uir stringendus simpliciter ad hoc, q̄ recedat a secunda, cum qua contraxit in foro conscientie, sed relinquendus suę conscientie, si uerum proposuit, uel non: & hoc dum de muliere potest pręsumi inspecta eius qualitate, q̄ consensisset in copulam non positus sponsalibus. Sed casus prim⁹ ponit eam fuisse honestam, & non consensuram, nisi posita persuasione mariti &c. Videtur ergo consulendum, & agendum in foro conscientie cum tali uiro: sicut in dubio priori. Suo modo dicendum de muliere: hoc posito q̄ flecti non potuit ad copulam: nisi praua multiplici persuasione, q̄ faciat nunc id, quod in proximo factura sit: quia sit suus maritus &c.

DISTINCTIO. XXX.



EC solū coactio impedit, uel excludit &c. In dist. præcedēte magister egit de consensu defectu, & imperfectioe ex parte uoluntatis: quia non est libera, sed coacta. In hac dist. agit de consensu defectu, & imperfectioe ex parte intentionis, seu erroneę apprehensionis, hoc est de consensu sequēte apprehensionem erroneam alicuius conditionis adesse debite. Textus summarium tribus complectitur conclusionibus. ¶ Prima. Error qualitatit, & fortinæ non impediunt matrimonium. Error uerō personę, & conditionis, simpliciter tollunt, & impediunt consensum. ¶ Secunda. Perfectum sanctitate, non si-

Cōcl. 1.

2

coniugium, habens plene triplex coniugij bonum, sed non carnalem concubitum.
 3 Tercia. Licet cause partiales contrahendi matrimonij sint proles procreatio ante peccatum: & fornicationis remedium post delictum: tamen & alia ponuntur causa, quaedam honeste, quaedam minus honeste: quae non impediunt de se matrimonium, nec contaminant sacramentum. Harum conclusionum declarationem textus prosequitur.

QVAESTIO. I.

A
 Vtrum matr. cōtractus ex erronea apprehensione impediatur uoluntariū. Artic. i. Not. 1.

Ignorantia qd.

Coroll. Error, d quo ad presens, praesupponit aliquam rei cognitionem.

CIRCA hanc dist. quaeritur primò: Vtrum matrimonij consensus procedens precise ex apprehensione erronea alicuius per se, & necessario ad matrimonium requisiti impediatur uoluntarium, & sit omnino nullus de iure, & in foro animae. Solito more quaestio tractabitur tripartita. ¶ Quantum ad articulum primum supponitur ex dictis secundi collectorij dist. xxij. q. ij. q. error secundum B. August. in Enchir. capit. xvj. est idem, quod ignorantia, sumendo nomen ignorantia positue: ut contrarie opponitur scientiae. Non enim secundum eundem continuò errat: qui aliquid nescit, sed qui existimat se scire, qd nescit. Pro uero quippe approbat falsum, quod est erroris proprium. Nec nisi rerum ignorantia errari potest. Et infra. Errare nihil aliud est, quam putare, seu iudicare uerum, quod falsum est, falsumq; quod uerum est. Vel certum habere pro incerto, incertum pro certo, siue falsum sit, siue uerum xxij. q. ij. cap. In quibusdam. & xxxvij. dist. c. Quamuis. ¶ Corollarium. Error de quo ad praesens praesupponit aliquam rei cognitionem: & ponit iudicium rationis peruersum propter circumstantiam alicuius ignorantiam: ut cum quis cōtrahat rem alienam, quā credit suam. Dicit ergo error actum iudicatum, siue assensuum procedentem ex defectu cognitionis precise. Iudicium enim sequitur apprehensionem talem, uel talem. Cum uero secundum praedicta consensus ponitur causa

effectiua matrimonij, & sine eo non potest esse matrimonium: Consensus uero est actus uoluntatis, secundum Durand. praesupponens cognitionem, & actum intellectus: Nihil enim amatur nisi cognitum, secundum Aug. x. de trin. cap. j. Stat autem aliquem habere cognitionem actus alicuius, quantum ad substantiam actus: & tamen eius circumstantias ignorare: Ergo impediens cognitionem, uel causans erroneam rei apprehensionem impedit, & consensum uolitionis circumstantiae ignorat, & causat iudicium erroneum. Hinc dicitur. Qui errat, non consentit. Et consensus erratis nullus est. Maxime cum est circa eam conditionem, quae requiritur ad actum uoluntatis, & cuius scientia necessaria est: respectu huius est nullus. Et qui sic errat, non consentit circa illud, seu circumstantiam illam, circa quam errat ex ignorantia. Cum enim diligo Petrum mihi bene cognitum, & nunc coram ponitur mihi, quem existimo esse Petrum a me dilectum, & cognitum: si do a. munera: do ei sub conceptu Petri, & non alia: non daturus ea si non iudicarem eum esse Petrum. Erro itaq; & sum inuoluntarius: non uoluntarius respectu a. quem non diligo, nec cognosco esse a. Erro propter defectum scientiae alicuius circumstantiae. Sic dicitur: quod minuit cognitionem, minuit rationem uoluntarij. Verum est quantum ad illam circumstantiam, cuius non habetur cognitio: licet non quo ad actum in se. Et si tollit totam cognitionem alicuius circumstantiae, facit actum quo ad hoc simpliciter non uoluntarium quantum ad illam circumstantiam. Sic ignorantia inuincibilis alicuius circumstantiae propter quam actus esset malus, facit actum simpliciter inuoluntarium: quantum ad illam circumstantiam formaliter, & interpretatiue. Et ideo ex toto excusatur in contrahente ex ignorantia rem alienam. Si est ignorantia inuincibilis alicuius circumstantiae, iam uoluntas habet actum circa ipsam interpretatiue: & uult eam interpretatiue: licet non uelit formaliter. Hinc excusatur non a toto, sed a tanto, ut supra in secundo. dist. xxij. Non enim sufficit

Qui errat, non consentit.

ad bonitatem, uel malitiam actus: quod sit uolitus, aut uoluntarius quantum ad substantiam actus: sed requiritur: quod sit uoluntarius quantum ad omnes circumstantias adesse debitas. Sic de libertate actus similiter dicendum suo modo, cum debet esse liber, & uoluntarius. Ut in proposito contractus matrimonialis, qui ex ordinatione diuina debet esse liber, & uoluntarius: non solum quoad actus substantiam in se precise, sed quoad omnia essentialia matrimonio: ut sit libera translatio potestatis corporis in hunc, quem cognosco, & eligo determinate: & non in alium, quem non elegi, nec scio &c. Talis inquam excludit ignorantiam alicuius, uel eorum, quae per se, & necessario requiruntur ad contractum. Consequenter ignorantia tollendo scientiam adesse debitam circa actum uoluntatis eliciendum, causat inuoluntarium, siue inuoluntarium sumatur negatiue ad uoluntarium, per negationem, & priuationem actus uoluntatis: siue sumatur contrarie, & positue, ut dicit uelle non. Ergo ubi est apprehensio erronea, ut dicit actum positue contrarium scientiae, & non solum absentiam, seu carentiam scientiae, ibi non est consensus, sed potius dissensus, uel contrarie, uel contradictorie, uere, uel interpretatiue. Ex consequenti non est ibi matrimonium propter defectum consensus. ¶ Corollarium secundum. Error, uel apprehensio erronea cuiuscumque conditionis, uel circumstantiae per se & necessario requisitae ad contractum matrimonialem, facit contractum esse nullum, secundum Scot. Durand. dicit. Error circa ea, quae sunt essentialia ad matrimonij contractum: scilicet personae contrahentes: & obligatio eorundem. Requiritur enim consensus cadens precise inter contrahentes personas in se inuicem, & consensus super obligatione matrimoniali. Personae sunt ut materia: contractus ut forma: hoc est obligatio in contractu. Super quae duo oportet cadere consensus, quae tollit, & impedit error circa eadem. ¶ Secundo notandum. quia secundum praedicta idem est error, & ignorantia ad intellectum datum: ideo sicut refert age

Coroll. 2.

Not. 2. Idem est

error, & idem esse uidetur secundum Philosophum & ignorantem siue ignorando: sic refert agere, seu omittere ex errore, uel per errorem, & errando. Agere ex ignorantia, & uel errore, seu per ignorantiam, & errorem, est ignorantiam, uel errorem esse causam illius actionis, uel omissionis: largesumendo nomen agere: ita quod posito errore hoc faciat: & non posito non faceret, ex quid nominis causa. Sic ait S. Thom. i. ii. q. lxxvj. artic. j. Non quaelibet ignorantia peccantis est causa peccati, sed illa, quae tollit scientiam prohibentem actum peccati. Unde si posita scientia adhuc uoluntas uellet peccare, illa ignorantia non est causa peccati, nec praecedat ut causa peccati: sed habet sese concomitante ad ipsum. Sic de errore similiter dicendum. Agere ignoranter, uel ignorando, seu errando, est ignorantiam, uel errorem non esse causam actus illius, sed sese habere comitanter, uel consequenter ad ipsum. Philosophus. iij. Ethic. capit. iij. uolens ponere differentiam inter non uoluntarium, & inuoluntarium. Nomen enim non uoluntarium, secundum eum generalius est, quam inuoluntarium. Omne enim inuoluntarium est non uoluntarium, sed non e contra, quia nomen non uoluntarium dicit omnem negationem uoluntarij, sed nomen inuoluntarij, uidetur secundum Philos. dicere actum posituum contrarie oppositum uoluntario, hoc est actum posituum refutationis, aut uolitionis contrarie ad uoluntarium. Volens itaq; differentiam dare ait in textu. Quod autem propter ignorantiam, non inuoluntarium quidem omne est. Inuoluntarium autem, quod trahit, & in paritudine. Quod enim propter ignorantiam operatur quicumque; nihil trahit in operatione, uolens quidem non operatus est, quod non sciuit non uolens operatus est, quod non scuit. Neq; rursus uolens, non trahit de eo, quod propter ignorantiam. Uult neq; operatur uolens, cum operatur propter ignorantiam, licet non trahatur, neq; paritudinem habeat. Qui quidem in paritudine, scilicet operatur, nolens uidetur.

Exemplū huiusmodi per ignorantiam.

Qui autem non pœnitent: quia alter: quia est alius a precedente: fit non uolens. Ex quo dicto Philo. potest elici: q̄ refert agere ex ignorantia, siue per ignorantiam, & ignorantem esse cum aliquid fit. Exemplum secundi de ebrio, qui ignorans agit, quod agit. Exemplum primi, cum ignorantia est causa illius actionis. Et hoc uidetur fieri dupliciter secundum eundem. cap. iij. tertij, & in cap. xij. quinti ethic. Nam quādoq; sic agere per ignorantiam, causat pœnitentiam, & tristitiam in agente circa ignorantiam alicuius circumstantiæ, uel cōditionis, q̄ deberet inesse actui uoluntatis. Et sic causat inuoluntarium respectu eiusdem circumstantiæ ignorantæ. Causat interpretatiuè, quia actus, qui sic fit, est implicite contrariè nolitus secundum præparationem mentis, & interpretatiuè inuoluntarius cōtrariè. Postea enim scientia, homo ille horreret actum talem. Nec habet culpam de ignorantia. Habet enim ignorantiam inuincibilem, & horrorem seu uoluntatem implicite, & interpretatiuè, nō respectu substantiæ actus, quem uult, sed respectu circumstantiæ, quā ignorat: cuius scientia requiritur ad actum illum uolūtatis, ut sit talis, & talis ignorantia causat inuoluntarium respectu illius, cuius non habet scientiam. Et sic agens ex ignorantia præcisè dicitur inuoluntarius respectu illius circumstantiæ ignorantæ. Inuoluntarius nō formaliter, sed interpretatiuè. Si enim sciret se errare, eliceret actum contrariū cum pœnitentia, & tristitia. Quandoq; sic agere per ignorantiam, non causat pœnitentiam, & tristitiam in agente, & sic dicitur non uolens respectu actus, uel circumstantiæ alicuius, quia non habet uoluntatem ad ipsum. Non autem inuoluntarius: quia non habet ignorantiam inuincibilem, & quia non habet pœnitentiam, & mentis tristitia. Illa uidetur esse mens Philosophi, quæ si non est: cedo sententiæ saniori textum tam obscurum interpretari nesciens cum dictis Theologorum, Gerson in Floribus, & in tractatu de cognitione peccatorū uenialium San. Thom. ubi supra, artic. iij. & j. Scot. dist. præsentis. Saltem hoc uidetur uelle: cum

quis agit per ignorantiam, quādoq; ignorantia est causa illius actionis, & maxime ignorantia alicuius circumstantiæ debite inesse actui, seu uoluntati, & tunc causat inuoluntarium propter habitualementem displicentiam, quæ est in sic agere ex ignorantia. Si enim haberet scientiam oppositam non ageret. Quandoq; non est causa, & sic non causat inuoluntarium: sed sic agens dicitur non uolens negatiuè: quia est ignorantia crassa, uel supina.

¶ Tertio notandum: q̄ quadruplex reperitur error, ut dicunt communiter doctores, scilicet personæ, conditionis, fortunæ, & qualitatis: quibus potest addi quintus, scilicet dationis. Priores duo respiciunt essentialia matrimonij, secundum Duran. Alij duo ea, quæ non essentialia: sed accidentalialia. Et quintus dationem ipsam, siue corporum translationem. ¶ Error personæ respicit illud, quod est de substantia matrimonij, puta materiā, hoc est personas contrahentes. Et est, cum hic putatur esse homo ille, & est alius. Exemplum. Statui uelle contrahere cum Bertam, quam noui uisu, auditu, aut fama. Coram ponitur mihi alia, quam errore dico esse Bertam a me electam, & uolitam. Consentio in eam, ut Bertam præcisè: aliam non consenturus. Hic est error personæ. Consensus ille in hanc personam, quam existimo Bertam, procedit ex apprehensione erronea: ut causa illius consensus. Consentio enim in eam sub conceptu Bertæ præcisè aliam non consenturus. Si nullam haberem personam cognitionem potius deciperer, quam errarem. Error hic fit circa materiā matrimonij: & excludit consensum circa eandem, & actum uoluntatis. Et in genere impedit omnem rerum emptionem, & uenditionem: ut puta cum quis uult emere aurū, & uenditor offert aurichalcum. Sic in proposito. ¶ Error conditionis, quando quis putatur esse liber, cum sit seruus. ¶ Error fortunæ, cum creditur esse diues, qui est pauper. ¶ Qualitatis, cum creditur formosa, pulchra, uirgo, honesta, cū est corrupta, mala &c. ¶ Error dationis, cum credens aliam personam mecum cōtrahere, & in me uerè cōsentire, ut in coniugem,

Not. 3. C. Quadruplex error.

ingem, consentio reciproce in eam ut in coniugem: sed illa deludit me, & non intendit mecum contrahere, sed solum me decipere. Forte ille error postet includi in errore personæ. ¶ Quarto notandum: q̄ istæ locutiones de impedimento erroris, uel conditionis ueniunt intelligende secundum communem intellectum doct. quamuis proprie loquendo debent intelligi, ut supra notabili secundo: sicut locutiones cum quis dicitur agere ex ignorantia. Insuper supponitur hic, q̄ quamuis in dist. xxxvj. Magister agit de impedimento cōditionis, & de coniugio seruorum: attamen in dist. præsentis agit de defectu consensu; quantum procedit ex errore conditionis. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Non omnis error, sed aliquis tantū impedit, & dirimit matrimonij cōtractū. Patet ex prima conclusione literali, & notabili primo, & secundo. ¶ Secunda conclusio. Contractus procedens præcisè ex errore personæ, est uerè nullus. nō solum ex determinatione, & declaratione ecclesiæ: sed & de iure diuino: quia ille consensus est nullus de constitutione ecclesiæ, & eius determinatione cap. Tua de sponsa, & matrimo. xxx. q. j. Nec Papa posset facere; q̄ illa, in quam non cōsensit, sit uxor mea. Hoc enim est de ratione contractus matrimonij, & de eius essentiali: q̄ contrahens consentiat in hęc determinatam personam. Hinc. xxix. q. j. cap. unico. Iacob, & Liā non fecit coniuges consensus præcedens, sed subsequens. Nec tamen fornicari dicuntur ex primo concubitu: quia Iacob affectu maritali cognouit eam, ut suam: Liā uerò eodem affectu debitum pependit, putans lege primo genitarum, & patris imperijs se ei iure copulatam. Et ita excusantur ignorantia inuincibili. Seco. dicit, q̄ non fuit confirmatus in gratia &c. Palu. ut supra uult: quia creditur in utero sanctificatus, abstinuit per tempus. ut supra dist. xxviii. q. j. sicut & Tobias. Et sic cū mane uidit eam esse Liā, quam putauit Rachelem, consentit in eam nouo cōsensu, & tunc primum fuit uxor eius forte propter illa uerba Laban. Non est

Not. 4. Quo intelligitur hæc cōditio nes quatuor.

Artic. 2. Cōcl. 1. D.

Cōcl. 2. Contractus procedens præcisè ex errore personæ est uerè nullus.

consuetudinis, ut iuniores ante tradantur ad nuptias. Potuisset eam dimisisse propter errorem personæ: quia sicut non est matrimonium nisi per cōsensum: ita nec fuit matrimonium cum Liā nisi per cōsensum in Liā: sed talem prius non habuit: & fuit error personæ: & ex errore personæ habuit eam Iacob. Quia sponsus, & sponsa post benedictionē acceptā debeant eadem nocte pro benedictionis reuerentia in uirginitate manere, habetur. xxx. q. v. cap. Sponsus. Ex quo sumi potest olim fuisse consuetudinis non statim commiseri. ¶ Tertia propositio. Contractus procedens præcisè ex errore conditionis uilioris, matrimonium impedit, & dirimit non diuino iure, sed ecclesiæ cōstitutione, & determinatione. cap. finali. de coniu. seruorum. Item. xxix. q. ij. cap. Si quis ingenuus. Probatur. In coniugio est libera, & mutua, & quasi pro æquiualentia, ac ad paria datio potestatis corporum ad actus coniugales, posita legitima requisitione. sed seruus cū sit domini sui, non potest corpus suum dare alteri nisi domini auctoritate, & concessione, maxime ut alter eo utatur, cum placuerit cum præiudicio domini. Et licet seruus posset, ut infra dist. xxxvj. etiam contradicente domino matrimonium contrahere: tamen propter hoc non liberatur a debitis, & consuetis seruitijs domino impendendis. Nec sunt huiusmodi matrimonia seruorum, uel inter seruos contracta dirimenda: quia tenent. Et quos deus coniunxit, homo separare nō potest. cap. primo de coniu. seruorum. & xxix. q. ij. cap. Dictū. Non enim subsunt serui domini quoad omnia. Potest tamen ecclesia seruos in casu inhabilitate, ut supra dist. xxix. dum eorum contractus est matrimonio præiudicialis: immo principali bono matrimonij, scilicet bono prolis. Frequenter enim impeditur propter seruitium debiti redditio. Cum itaq; seruus non habet liberam corporis sui potestatem: potest liber, si uult cum eo commutare in sui præiudicium. ¶ Ut hæc conclusio stet, requiritur primo, q̄ uolens dirimere contractum, sit uerè liber. Si enim seruus con-litio debet impedire,

Pulchre notandum.

prop. 3

Contractus præcisè ex errore cōditionis uilioris matrimonij impedit & dirimit:

oportet, q̄ sit peioris cōditionis. Secūdo, q̄ uerē ignorauerit seruitutem alterius: quia oportet contractum procedere p̄cise ex errore conditionis, si debet esse inualidus. Si enim nouit eum esse seruū, & consensit in eum, tenet. cap. ult. de cōi. seruo. Tertio: q̄ non sit, nec fuerit mēris suae uelle ducere seruam, sed solum liberam: & q̄ sciens eam esse seruam, nec uerbo, nec de facto in eam ut talem consenserit. cap. ult. de coniu. seruo. ¶ Dīctū fuit in conclusione, Error conditionis uilioris. Nam error conditionis melioris non impedit matrimonij cōtractum: nec seruitus de sese: si non effugiat contrahētis cognitionem. ¶ Quarta conclusio. Er

Cōcl. 4.

ror qualitatis, & fortunę non inualidat contractum sicut error personę, seu conditionis. Non enim error huiusmodi respicit materiam sacramenti, puta personas ipsas, nec bona matrimonij, quia non bonum prolis: ut error conditionis: nec finem p̄ncipalem matrimonij, qui est prolis educatio. Non ergo impedit huiusmodi error nec iure diuino: quia concurrunt omnia essentialia: nec humano: quia nullū habetur de hoc ecclesia statu tum, sicut de errore conditionis. Et intel ligitur illa conclusio, nisi qualitates illę redundarent in errorem personę, uel cōditionis. Sic enim idem esset dicendū: sicut de contractu procedente ex errore personę, uel conditionis uilioris. ut cum ponuntur ad notificandum substantiam personę, cum qua uolo contrahere, quā errans habeo in mente: & persona habēs in se qualitates illas: dicit se esse illā, quā noui, & cum qua contrahere statui, cum non sit iam contraho ex errore personę p̄cise: & sub conceptu personę, quam noui: q̄ ex errore iudico esse illā, de qua sermo. Sic dicit Magister esse errorem personę: si quis petat feminam nobilem, & pro ea tradatur ignobilis. Ut exemplum Magistri procedat, oportet illam nobilitatem esse contractam ad certam personam ex nomine, uel locutione, & tunc redundat in errorem personę. ¶ Quinta conclusio. Possēt ecclesia ex causa statuere, q̄ error qualitatis, & fortunę ita habet matrimonium impedire, & dirimere,

Cōcl. 5.

sicut error conditionis, secundū Palu. dist. xxxiiij. q. j. De hoc supra dist. xxvij. q. ij. ¶ Sexta conclusio. Contractus p̄cise procedens ex errore dationis, impedit matrimonium ex natura contractus iure diuino: & positio. Probat. quia matrimonij est cōtractus cuiusdā dationis, & reciproq̄ acceptionis, & non omnino liberalis. sed quędam corporis cōmunitio esse exigit apprehensionem illius, pro quo fit cōmunitio, nec tenet nisi ex tante conditione do, si des, uel ut des: & matrimonij non potest claudicare. xxvij. q. ij. Sufficiat. ergo requirit mutuat, & reciprocam dationem. ¶ Septima conclusio. Consensus matrimonij procedens p̄cise ex apprehensione erronea alicuius circumstantiæ, uel cōditionis necessariō requisitæ, & per se iure diuino, uel ecclesię statuto ad matrimonij cōtractū, impedit, & dirimit, ac inuoluntariū facit in utroq̄ foro. Patet ex dictis. Quid ecclesia possit circa materiam huius sacramenti, habetur dist. xxvj. & xxvij. q. ij. & dist. xxix. in propositione prima. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium. Eo quo dist. xxix. dub. vj. motum fuit dubium: cum duo contrahunt per uerba de sui natura inducentia consensum: cum tamen alter contrahentium admissis uerbis uniuocis negat consensum: ut dēdum breuiter, quid faciendum, cum uerba sint dubia ex se, & sui natura, quę debent inducere consensum. Respondetur. Si uir, & mulier ita contrahunt uerbis de se dubijs, & utraq̄ partium admittit, & fateretur illam uerborum prolationem: uir autē medio iuramento constanter negat consensum: & mulier non habet probationem nisi uerborum prolationem: iudicatur pro matrimonio: ut caueatur periculum animarum in illo dubio probabilis: maxime si nondum contraxit cum alia. Si uerō iam contraxit cum secunda: est periculum pro utraq̄ parte. cap. finali. de re iudi. cap. Videtur. qui matrimonium ac. possunt. In hoc casu contractus prioris per uerba dubia de se, cum uir medio iuramento negat consensum; mulier tenetur uiro iuranti credere, & eum iudicare uerum dicere, & ex consequen-

Cōcl. 6.

Cōcl. 7.

Artic. 3. Dub. 1. G Quid faciedū cū alter cōtrahētiū admittit uerbis uniuocis negat cōsensū.

ti non esse suum maritum, nec commiseri cū eo, nisi probabili ratione teneat in conscientia non erronea, quā habere non potest, q̄ ille uir usus sit uerbis illis pro uniuocis, & ad matrimonij contractum aptis. Non enim habet causam credendi; q̄ uir peierauerit: & debet p̄sumi, q̄ uerum dixit, q̄ q̄. ueritatem iuramento affirmauit, cū non constat de contrario. Itaq; sine nouo consensu non est eius uir. Verum licet non sit eius legitimus maritus, nō tamen potest cum alio contrahere in illo loco, ubi iudex dedit sententiam pro matrimonio propter scandalum, licet debet credere eum non esse suum maritum, ut supra. Si ille uir contraxit alibi, tenet in foro dei, & p̄t exigere, & reddere debitum. Mulieri consulendum est: q̄ contineat etiam cessante scandalo. Si contraxit alibi, potest reddere, non exigere. Vir ille (de quo casus) qui prius per uerba dubia uisus est contrahere: licet iureiurando neget consensum cum prima, tenetur in foro conscientię cum ea legitime contrahere: & in eā uerē consentire, propter amorem scādali futuri ratione uerborum dubiorū ab eo prolatorum. Immo cessante scandalo adhuc ad illud tenetur in foro animę: si uir uerē, & probabiliter credit: q̄ illa mulier in conscientia sua iudicat uerba esse uniuoca, & ad matrimonium apta, & hoc maxime ex uerbis uiri, qui licet falsus, sic informauit mulierem, q̄ sint uerba apta ad contractum, & mulier non contraxisset cum eo, nisi iudicasset illa uerba esse apta, uiro attestante id ipsum. Nollet siquidem ludibrio fieri mulcis &c. nec decipi, uel deludi. In hoc casu tenetur uir de nouo cum ea contrahere: quia dānicauit eam, uel occasionem damni de dir effectiue: quia mulier iam non potest contrahere in foro interiori alibi. Et cum refusio damni fieri non potest, nisi contrahat uerē, & de nouo cum ea: ergo tenetur eam ducere pro refusione damni. Secus si mulier per se sciuit uerba esse dubia de sui natura. Est: mulier non a uiro, sed aliunde edocta iudicauit uerba esse apta, & non dubia: & hoc nouit uir, qui negat consensum admissis uer-

bis: q̄ q̄; mulier non contraxisset cum eo cognito, q̄ uerba essent dubia: quia non uult fabula esse hominum, nec se expone re periculo; attamen uir cognouit eam. Dicitur, q̄ in hoc casu non tenetur eam ducere: debuit ipsa uolens contrahere scire, quę uerba sint apta matrimonio: & non seduci uerbis &c. Alij uolunt: q̄ uir ille potuit sine notabili damno euerere mulierem a damno, & periculo, & non fecit, eam admonendo, hortando, docendo. &c. cap. Quanto. de sententia excommunica. & xxij. q. iij. fere per totum. Exodi. xxij. de asino. igitur magis de homine. Peccauit itaq; permittendo mulierem uagari in incerto: & interpretatiōe uoluit eam decipere, & tenetur ad restitutionem damni: quia ex proposito noluit eam eripere, & ita uoluit antecedenter damnificare. sicut cum uideo asinū ruiturum in foueam, & possem eum eripere, & nolo cū possem commodē, nec est alius, qui id uelit, aut possit. ¶ Si quaeritur: quare hic datur fides iuramento uiri negantis consensum. non sic in dubio priori. dist. xxix. Respondetur. ibi fuisse uerba uniuoca: hęc æquiuoca de sui natura. Et licet mulier habet forte æquilibrium dubij de consensu uiri: cum accedit iuramentū, nec constat de falsitate: non est æquilibrium: sed mulier debet credere, q̄ iurauit ueritatem: quia non habet causam credendi contrarium. Formabit ergo conscientiam: q̄ non sit uir suus, & continebit. Et cum accedit iuramentum, non est æquilibrium dubium: sed pars illa per iuramentum roboratur: ideo mulier hic non stabit sententię iudicis iudicantis in dubio probabili pro matrimonio. Si uerō uir contra sententiam iudicis pro matrimonio primo, contrahit alibi etiā cessante scandalo, peccat maxime in casu, ut supra in quo casu tenetur coram deo cum prima de nouo cōtrahere. Et si forte uir sciat sententiā esse nullā: quia nouit suū dissentium cōtrariū: nihilominus tenet cū prima de nouo cōtrahere, & est sententia iusta quoad eū: quia sententia ecclesię compellit ipsum ad hoc, ad quod tenetur iure diuino propter sua facta p̄uicia: quę si non p̄cessissent, ecclesia eū non

Quare dat fides iuramento uiri negantis consensum.

compelleret. Hoc enim potest ecclesia pro salute animarum. Nec est simile de eo, qui falso condemnatur pro illo. Si enim iudici constaret oppositum, non cōdemnaret eum in illo. Hic uerò iudex uidentis facta eius prauia, ne sacramentum illud habeatur ludibrio: & uerba sumantur in uanum &c. in pœnam, & pro salute animarum propter suam demeritam præcedens, ita compellit eum contrahere legitime: & est ille contractus nõ coactus, sed liber in radice: ut puta cum quis iurauit uelle aliquã ducere, ecclesia (ut supra) compellit ad iuramenti obseruatiam, nisi deobligetur. Suo modo dicendum si uir negaret, & uerba, & cōsensum medio iuramento, utiq; non sine graui peccato. Si dicitur: semel malus semper præsumitur malus, ergo mulier non tenetur uiro credere: Respondetur. hoc intelligitur: iudex non admittit aliquem in iudicio in pœnam prioris peccati cogniti: ac si adhuc esset malus. ¶ Præterea. Esto: q; mulier non fuit sic informata a uiro, quasi illa uerba sint matrimonio apta, & uniuoca, sed per alios: uir autem hoc cognito dolose contraxit cum ea, propter explere fornicationem: Non dubium; quin uir peccauerit, non præcauendo dānum proximi, ut potuit, & debuit: immo uolens eam damnificauit, & decepit. xxij. q. ij. quasi per totum. Tenetur ergo refarcire damnum datum, & cum ea contrahere. Exemplum de nolente ex proposito eripere asinum alicuius casurum in foueam: talis uult interpretari eum perire: & ita proximum damnificare. Sic in proposito. Tenetur ergo de damno: & si alibi contraxit, & sic damnum compensare nõ potest, doleat de facto: & sua deat ei, q; contineat. Si uerò, & ipsa contraxit cum secundo tenet contractus cæteris paribus. ¶ Secundum dubium, contra illud dictum. Vbi debet esse commutatio, oportet esse apprehensionem ualoris commutati ad id, pro quo commutatur. Aliquis potest rem commutare cū expectatione rei quandoq; habende, pro qua fit commutatio, ubi nihil de facto recipitur: sed expectatur tempus, quo recipitur aliquid: seu potest expectare ma-

gnum aliquid sibi reddi, cui tamen nihil reddetur: nec tamen ob hoc datio prima nulla est: ergo & hic in proposito, cum committitur error dationis, nihilominus tenet. Respondetur secundum Sco. Duplex est datio non liberalis. Quædam expectat redditionem in futuro: & hoc ex natura contractus illius. Alia est trãlatio, quæ exigit dationem præcedentẽ saltem natura: & concomitantem, quæ est proprie commutatio. ut do, si des de presenti sine dilatione. Et illa nunquã fit, nisi statim comiteretur reciproca redditiõ. Est enim contractus conditionatus intrinsecè, licet conditio non exprimitur: quia de natura contractus subintelligitur. Et talis non tenet nisi extante cõditione. ¶ Tertium dubium. Sacerdos credens se baptizare Petrum baptizat Ioannem: item masculum, & baptizat feminam: hic error, ut uidetur, non impedit sacramentum baptismi: ergo nec in proposito error personæ sacramentum matrimonij. Respondetur negando cõsequentiam. Et ratio est secundum Durand. quia baptismus habet efficaciam ex opere operato: & sufficit, q; baptizandus non habet uoluntatem contrariam, & baptizantis intentio: sed in matrimonij cõtractu requiritur (cum est uoluntaria obligatio contrahentium) consensus, qui cadat super contrahentes in se inuicem: & non solum super contractum ipsum. Seco pro ratione dissimilitudinis ponit: quia in baptismo ignoranter collato, non est contractus mutue dationis: sicut in matrimonio. Hinc error circa personã talem, uel talem non impedit baptismum: dum tamen personam, quã manu tenet, uult baptizare: non obstante q; iudicat eam esse a. cū sit b. Sic fortè non est cure si apprehenditur baptizandus esse masculus, cum sit femina. dummodo tamen intentio uult hominem, quem manu tenet baptizare. Richar. aliam ponit rationem. In coniugio hominis conditio red dicitur deterior: in baptismo redditur melior: ergo ibi error non obstat. ¶ Possẽt breuiter dici, q; ratio sacramenti, & institutio diuina est causa. Et si obijcitur de benedictione Iacob Gen. xxvij. quẽ Isaac bene

Dub. 2.
Dammũ
infert q
non au-
fert.

Dub. 3.
I Sacer-
dos cre-
dẽs se ba-
ptizare
Petrum
baptizat
Ioannẽ
an cõte-
nerit sa-
cramen-
tum.

benedixit, credens esse Esau: Dicitur, q; Isaac enim ex pauit, & admiratus uera, quã dici potest, q; bene dixerat Iacob, positus fuit in ecclia: & in illa diuina reuelatiõẽ edocẽ fuit benedictiõẽ ipsam esse debitam Iacob. Subiunxit itaq; firmando benedictiõẽ primogeniture. Et erit benedictus deo scilicet sic uolente.

nullũ adulteriũ. Prole cognouim? Christus dñm. Sacramentũ: quia nullũ diuortium. Solus nuptialis concubitus ibi nõ fuit. Nec impedit: q; Ioseph cum esset iustus, uoluit eam occulte dimittere: quia hoc non intelligitur de uinculi dissolutione: sed de causa alia, ut exponunt sancti, & doct. Nã desponsata fuit mater immaculata, mater intacta, mater incorrupta, Ioseph iusto, sed non in concupiscẽtia iuncta, secundum Origen. Unde recte poterat dicere id Sarã filia Raguelis uxoris Tobia iunioris. Tu scis domine: quia nunquam concipui uirũ. & munda seruaui aiam meã ab omni concupiscẽtia. ¶ Tertia conclusio. Valde rationabiliter, & congrue citra omnem falsam, seu mendacem simulationem uirgo Maria fuit Ioseph uirgini desponsata: licet nunquam fuerit ab eo carnali commercio quomodocunq; cognoscẽda. Prima pars probatur. Deus, & natura nihil faciunt frustra. Et quæ a deo sunt, ordinata sunt. Roma. xiii. Id uerò a solo deo factum est, ergo rationabiliter factum. Secunda pars: Spiritus sanctus disciplina effugiet sicutũ, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Sapientia primo, & cap. ij. de bo. coniu. Causa congruitatis post diuinam uoluntatem sunt. Vna propter ministerium solatiũ, & obsequium prestandum uirginis, & puero ab Ioseph euntibus in Agyptum, & illic manentibus usq; ad perfectæ ætatis crementum. Alia ad cõseruandã Marię famam apud perfidos Iudæos. Et ad incarnationis mysterium celandum demoni. Sunt, & rationes, quas ponunt docti. circa hanc distin. Sed q; ibi non fuerit falsa, aut inanis simulatio probatur: quia cum semper expedit projicere margaritas ante porcos. Matthai. vij. potest aliquis uerbum aliquid ex causa proferre uerum, quod tamen ceteri non intelligentes non iudicant uerum, licet possit esse de rigore uerum. Exemplum Christus dixit. Soluite templum hoc, loquẽs de corpore suo. & pronunciatuẽ. Solue tis meum templum: quod Iudæi intellexerunt de templo materiali. Potest enim locutio illa uerè habere intellectu, quẽ

Cõcl. 3.

QVÆSTIO. II.

SECUNDO queritur circa conclusionẽ secundã textualem: Vt uir inter uirginẽ Mariam castitatis uoto, seu proposito deo deuotam, & Ioseph uirũ iustum fuerit uerum, & perfectum licet non consummatum coniugium. ¶ Quantum ad articulum primum considerandum: q; idem est totum, & perfectum. v. Metaphy. Perfectum autem, & totum dicitur, cui nihil deest. & sic solus deus perfectus dicitur. Quandoque dicitur perfectum secundum quid, cui nihil deest eorum, quæ sibi competere possunt ut debent iuxta hanc uel illam conditionem suã speciei uel naturæ, aut gratiæ superaddita. Sic matrimonium non consummatum, quia caret significatione, quæ sibi possẽt competere, si esset consummatum, dicitur non perfectum significatione: ut supra distinct. xxvj. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Ecclesiæ, & scripturæ auctoritate beatissima uirgo Maria fuit Ioseph iusti uera sponsa coniunx, & uxor. Patet Luc. ij. Vt profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore pregnante. Et Mat. j. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Ibidem, q; Ioseph fuerit eius uir, & iustus. Ad idem. xxvij. quẽ ij. ferẽ per totum. Et cum scripturæ auctoritas hoc habet, etiam tenet auctoritas ecclesiæ. ¶ Secunda conclusio. Verũ, & perfectissimum sanctitate fuit inter Mariam, & Ioseph coniugium, tamesi ab omni carnali concupiscentia euaserit liberrimum. Probatur. xxvij. quæst. ij. Ibi enim fuit uerus consensus de presentĩ, qui facit uerè coniuges. Fides: quia

Art. 2.
Cõcl. 1.
B
Cõcl. 2.

Christus uoluit. Sic potest aliquis factum aliquod facere causa mysterij, ut alium fallat: quod alij non sic capiunt, non tamen per hoc mentitur. Sic Christus finxit se longius ire post resurrectionem, secundum August. contra mendacium ad Cōsentium cap. xij. Ita q̄ ibi fuit uera correspondētia, & adæquatio signi ad signatum, quæ proprie non dicitur fictio. Proprie enim fictio est signū falsi, ut cum exhibetur quid ad significandum alteri aliquid dolose, quod in ueritate non est; uel esse taliter qualiter non est, licet non omnes capiant mysterium, illud. Sic Angelus Tobie uisus comedit, ut ostenderet se aptum itineris socium: non ut ostenderet se indigere cibo &c. Sic coniugium non est semper signum commixtionis carnalis: quia potest esse uerum, & ratum coniugium, & perfectū, licet non significatione, sine commixtione carnali. Et tale fuit in proposito. Valet autē ad hoc: q̄ genitus ex coniugio non potest refutari ut illegitimus. Non est ergo mendacium, cum fuit matrimonio copulata: licet nunquā copula subsecuta. Statim enim refutassent Christum Iudæi, si non fuisset de coniugio natus, & matrē secundum legem lapidassent. Sed quoddam dicitur in conclusione, Ioseph fuisse uirginem, & quidem perpetuā, est Palade, & domini Cameracen. in de laudibus Ioseph: ac Gerson post eum in sermone de natiuitate Mariæ allegantis beatum Hieronymum contra Heluidium, & Hugonem in de coniugio beatæ Mariæ. Si enim matri suæ iam prouectæ ætatis dare uoluit custodem uirginem in cruce, Ioan. xix. quanto magis præsumendum est; q̄ & in adolescentiori ætate constituta, uirginem dedit ministrum, & sponsum? Præterea, sicut Christus nasci uoluit ex sola uirginitate dumtaxat a uirgine nutrir. De hoc Gerson ut supra. consideratione. iij. ¶ Quarta conclusio. Si in lege ueteri fuit generalis præcepti ad omnes nubere, & matrimonio copulari: necessē est aliquas sanctas personas ab hac generali lege, uel fuisse exemptas diuina dispensatione, uel de salubriori edoctas diuina inspiratione. Nec enim præsu-

mendum est Hieremiam, & Ioannem baptistam, qui remanserunt uirgines, & extra coniugium, contrauenisse legi, cum fuerint in utero sanctificatione: & tamē scriptura nullibi uidetur eos excipere. Item Hieronymus contra Iouinianum ostendit Heliam fuisse uirginem: & similiter Ambro. li. j. de uirginitate. Et q̄ Helias primò omnium a coniugio abstinuit. Ideo si fuit generale præceptum, necesse est illas personas fuisse exemptas ab illa lege generalis: sicut dixit Assuerus rex reginæ Hester. Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. Hester. xv. Insuper necesse est uirginem Mariam habuisse singularem spiritus sancti illustrationem de desponsatione cum Ioseph saluis pudicitia coniugis, & honore parentis. ¶ Quinta conclusio. Et si in lege. uet. fecunditas pro benedictione: sterilitas uerò pro maledictione habitata fuit: tamen illa maledictio non fuit culpæ, sed pœnæ, & cuiusdam infamie humane, secundum Bonaue. in dist. xxxij. in dubijs literalib⁹. Hinc illa maledictio ut habetur de Anna. j. Regum. j. potius quedam hominum exprobratio, quàm diuina maledictio dici potest. Ad hoc facit dictū Helizabet conceptio Ioan. Lu. j. Sic fecit mihi dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. Inrer homines inquit. Si mile dixit Rachel nato Ioseph. Gene. xxx. Abstulit deus opprobrium meum. Ad hoc beatus Bernard. Homi. iij. super Missus est, cum inquit. Dura necessitas, & graue iugum super filias Eux. Si pariunt cruciantur. Si non, maledicuntur. Et sequitur ex persona uirginis. Hinc et si uideo maledictum: sed non peccatum. Illinc uerò, & peccatum, & cruciatum. Dicebatur ergo tunc sterilis maledicta: quia erat ignominia, & hominum opprobrio obiecta quasi inutilis, eo quod conclusit dominus uulua eius: & in fructuosa in Israel tantum, non coram deo: ut in sequentibus ostendit. Auctoritates uerò Deuter. vij. & Exod. xxij. imperpenerent allegantur. Non enim in sinu per eas aliquod præceptum, sed quedam temporalis benedictionis promissio ser-

ad om̄ nubere, attamē genera. li lege sanctæ fuerunt exēpta. Cōcl. 5. Fecunditas pro benedictione, sterilitas pro maledictione in leue.

uantibus suam legem. Tunc uerò temporalia promittebantur populo illi rudi, ut sic eorum amore ad diuinorum præceptorum obseruantiam allicerentur ut ostendit August. contra Faust. in diuersis libris. Nec fuit peccatum se sponere subdere huiusmodi opprobrio propter deum, & amoris melioris boni, sed perfectionis magne. Alioquin quomodo euasissent peccatum Helias, Heliscus, & ceteri filij prophetarum, qui sua reliquerunt pro deo. iij. Reg. ij. Ibi Nico. de Ly. Quemadmodum filij, & discipuli prophetarum uixerunt simul religiose uacantes orationi, & cōtemplationi in Berhel, & Hiericho &c. cum tamē tunc temporum paupertas pro maledictione, & diuitiarum abundantia pro benedictione erat: hoc inuit propheta dicens, beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. de quibus locutus fuit in Psal. cxlij. Hugo. de sancto Victore distinguit tria tempora. Nam cum primum factus esset mundus, benedicta est fecunditas: Gene. j. pro hominum multiplicatione. De hinc cum ab una tantum gente cognitus est deus, per legem maledicta est sterilitas, ut multiplicarentur fideles. Hinc Psal. Not⁹ in Iudæa deus: in Israel magnum nomē ei⁹. Postremò cum iam ab omni gente coleretur deus: & multiplicati fuerunt fideles: benedicta est uirginitas. Nō ergo fecunditas carnis meritum, nec sterilitas culpa proprie dici potest, sed quoddam opprobrium hominum, & pœna naturæ, & ignominie, seu infamie, cum iam successio gentis in multitudine filiorum crebarur, & dei cultus secundū carnis originē propagabatur, secundū S. Tho. ¶ Sexta conclusio. Probabiliter, & pie tenent sancti, & doct. plurimi beatissimam uirginem Mariam uirginitatis proposito, & uoto tam mente, quàm ore fuisse deo deuotam. Probatur. quia debuit habere illam uirginitatem quæ esset laudata magis, & deo plus grata. talis est uirginitas mentis, & corporis: & maxime ex uoto, & charitate pcedens. Vnde August. lib. de uirginitate. cap. xj. Virginitas laudatur, non quia talis: sed quia deo dedicata. Et Ansel. in lib. de similitudinibus. Opus

bonum factum ex uoto plus placet, quæ quod sit sine uoto. Quod enim ex uoto procedit, est opus religionis ratione uoti. Religio uerò maxima est uirtutum moralium, secundum San. Tho. Secunda secunda. q. lxxxvij. artic. vj. Ad idem Augusti. ut supra. cap. iij. Angelo annuncianti Mariæ respondit: quomodo fiet istud: quoniam uirum non cognosco? Quod profecto nō diceret, nisi prius se uirginem deo deuouisset. Beatus Bernard. Homi. iij. super Missus est, in eius persona loquens ait. Cum sciat dominus meus, restis conscientie meæ, uotum esse ancillæ suæ nō cognoscere uirum, qua lege, quo ordine placet ei, ut fiat istud? Si oportuerit me frangere uotum, ut pariam talem filium, & gaudeo de filio, & doleo de proposito. &c. Et in sermone Signum magnum, post cetera dicitur. Legis Mosaicæ decreta transcendens, illibata deo corporis simul, & spiritus sancti moniam deuouit. Idem tenent doct. scholastici, Sco. Tho. Palu. Duran. Bona. Gerson. in sermone de natiuitate Mariæ coram concilio Constan. declamato, Dominus Cameracen. in de honoribus Ioseph. ¶ Verum quando uouerit, an ante desponsationem, an post, sicut opti. doct. Augu. c. iij. ut supra, uult q̄ uouit ante annunciationem. Huius uerò assertionis fundamentum ex illo sumunt uirginis uerbo, quo dixit ad Angelum filium pmittere. Quomodo fiet istud: quoniam uirum non cog. Non utiq; quæsiuisset, quomodo promissum sibi filium paritura esset, si quandoq; concubitura nupsisset: cum non erat sterilis: & potuit a uiro prægnans fieri. Sed questio est de supermirabili: quia inuiolabile, & firmum propositum habuit nunquā uirum cognoscēdi, & deo uirginitatis propositum obseruādi. Et ideo quæsiuit, quomodo fiet istud. &c. Cum enim nondum cognouerit uirū; cum Angelus filium promissit, si non habuisset firmum, & inuiolabile uirginitatis propositum nunquam cognoscēdi uirum, nulla fuisset prorsus questio. Dicit San. Tho. ubi supra. Non creditur mater dei uirginitatē absolute uouisse, antequam desponsaretur Ioseph: sed

Cōcl. 6. D Opinio doct. de proposito, & uoto castitatis B. V. M.

Cōcl. 4. In lege ueteri fuit generalis præcepti

cum eam habuit in desiderio, commisit uoluntate suam diuino arbitrio. Cum uero iam sponsum accepisset secundum morem regionis illius, cum eo uirginitatis uotum emisit. Cōsonat Lyra Lu. j. Verū licet ita uouerit sub illa conditione, si scilicet deo placeret, cum tamen illa est cōditio generalis inclusa in omni uoto, non facit eius uotum cōditionatum, sed absolute uouit. Alias nullum uotum esset absolutum, cum semper includatur illa generalis cōditio. Si dominus uoluerit; aut nisi dominus oppositum reuelauerit: aut mandauerit. Dicendum ergo: quod simpliciter, & absolute uouit. Vnde absolute inquit, uotum non cognosco: & me non cognituram propono. Et licet illa cōditio generalis sic tacite includatur in omni uoto, perfectionis tamen est, si ore exprimat, quod mente concipitur: secundum Palud. Hinc cōmuni consensu, & Ioseph, & Mariam cōrinentiam uouerunt deo: secundum Hierony. contra Heluidum ut supra conclusionē. iij. Hęc conclusiones docent facti continentiam: quia ita est. Sequentes uero quomodo ita esse potuit. Septima conclusio. Licet, & Ioseph, & Mariam perpetuam deo deuouerint uirginitatem non tamen repugnabat eorundem uoto uera matrimonialis coniunctio, seu desponsatio, nec læsit ullatenus, uel obfuscauit cuiusuis mentalem puritatem. Prima pars est conclusio sexta. Secunda ostenditur post dictā distinctio. xxvii. quæst. j. de consensu qui facit matrimonium. Nam licet in matrimonio sit mutua datio potestatis corporis ad carnalem copulā, nō tamen nisi sub cōditione implicita: scilicet peratur. Dicit Richard. q. beata uirgo consensit in copulam implicitē, & sub cōditione, scilicet si fuerit ad hoc requisita, & diuinitus non de obligata debito, seu si deus debitum illud non relaxauerit. Ad idem est Palud. cum Hugo. Postil. Roma. ca. j. dicentes uirginem consensisse in copulam carnalem sub cōditione: si deus eam iuberet. Quod oportet concedere de omni uirgine uouente castitatem, & masculo, & femina, potissimum: si

Cōcl. 7.
E
Licet Ioseph, & Maria perpetuam uouerint uirginitatē, nō tamē repugnabat uoto matrimonialis cōiunctio.

adhuc stat præceptum affirmatiuum de matrimonio in officium. Sic contrahentes cum proposito statim uouendi celi- batum contrahunt sine contagio puritatis mentalis. saltem hoc facere possunt. Cōditio sic inclusa uoto non præiudicat, nisi ponatur in effectu. Vbi ergo certitudo per diuinam reuelationem, quæ cōditio nunquam ponetur in effectu, constat, quod ibi in nullo præiudicat castitatis uoto. In proposito talis fuit diuinitus reuelatio facta Mariæ de Ioseph uirginē, & e contra, cum Angelus ait. Noli timere accipere Mariam coniugem tuā. Ex quo multo fortius concluditur: quod & ipsa audiuit, uel ab angelo, uel per inspirationem diuinam. Noli timere accipere Ioseph uirum iustum coniugem tuum. Nam spiritus sanctus, qui in re descendit, & tibi obumbrabit, dabit tibi ipsam tuam uirginitatis perpetuō custodem, & ministrum fidelissimum, qui & ipse tecū pari uoto perpetuō continebit &c. & in multis ad custodiam uirginitatis tuæ cō- gredientibus obsequetur. Huius potest esse ratio: quia totum, quod tactum, & dictum est Ioseph per Angeli uisionem, propter uirginem factum, & dictum est, quæ fuit immediata, & sola cum deo cooperatrix in illa mirabili, & ineffabili conceptione uirgeniti dei. Ponit ad hoc exemplum Scot. de quo. xxvii. distinctio. quæst. ij. dictum est. Si quis medio iuramento contraxisset sponsalia, & postea uoueret castitatem: debet prius satisfacere iuramento, & uerē contrahere de presenti, prout iurauit: & dehinc ante consummationem religionem intrare. Sic enim, & uoto, & iuramento satisfaciens sine præiudicio uoti castitatis. Cōstat secundum prædictā distinctio. xxviii. quod ad matrimonium requiritur consensus in copulam coniugalem animorum. contra Faust. lib. xxii. cap. vii. Hic enim est de essentia matrimonij, & sufficit ad matrimonium, et si nihil cogitetur de carnali copula. Alias quomodo inter steriles naturaliter, & senes coire nō potentes, esse posset matrimonium? Octaua conclusio. Virgo Maria uerē desponsata, & matrimonialiter iuncta uiro,

Cōcl. 8.
F

Virgo iam emissio castitatis uoto uirginitatem suam nullo exposuit periculo peccati. Patet: quia illa translatio corporum &c. ad procreandam prolem, est cōditio- na implicitē, si peccatur. hic autē euit ceru- ta reuelatio, quæ usus sui corporis nun- quam pereretur ab Ioseph. & Præterea e- pia auctorū opinio: quæ sicut fomes pec- cati extinctus fuit in Maria, & debilita- tus, ut supra in iij. distinctio. ij. quæstio. ij. sic de Ioseph uirginali sponso suo pie re- meri potest præsertim cum uirgini iam fuit matrimonialiter iunctus. Ita tenet Gerson sermone de natiuitate Mariæ. conside. iij. allegans ad hoc Hierony. & Hugo de sancto Victore. Immo sicut Maria mater Christi fuit in utero san- ctificata: ita & de Ioseph Christi patre putatio pie teneri potest suo modo. Maria enim nunquam subiucit origina- li peccato, ut pia multorum habet sen- tentia, & credulitas. Ioseph uero in ute- ro creditur sanctificatus post originale contractum, sicut Ioannes baptista, Hie- remias, Nicolaus, & alij. Hoc uero decuit ita fieri (si fas est de ea re loqui) ne Mariæ speciositas, uel familiaritas ei cederet in scandalum. Non ergo mouebatur ex cō- uictu, & cohabitatione familiarī Mariæ ad libidinem, sed ad castitatem, & hoc tam ex fomitis repressione in seipso, quam ex Mariæ uirtute, & merito, ac di- sciplinato conuersationis modo. Nefas enim dixerim cogitare saltem Mariam uirginem de conuictu Ioseph quamcun- que sensisse libidinem. Sic enim saltem uenialiter peccasset: quod catholica ueri- tas negat, & Augusti. dicens. Cum de peccatis agitur, nullam uolo de ea fieri mentionē. Et canit ecclesia, Tota pul- chra es &c. & Possit adduci dictum, quod refert (ut dicunt quidam) Sanctus Bona- uentura se habuisse a fidelī Indæorum nar- ratione: quæ quamuis esset pulcherrima, nullus tamen ea uisa unquam inflamma- tus est ad libidinem: sed a uisio eius libi- dinem, si qua ulli insuit, extinxit. Si non placet ille modus loquendi, corrigantur uerba, talsa sit ueritas catholica, & dicta supra de consensu in copulam con- iugalem, qui facit uerum matrimonium.

distinctio. xxvii. quæst. j. & quod dicitur. mo- men copula coniugalis. & Quantum ad articulum tertium est dubium primum. cōtra conclusionem primam. Vbi quæ- est uerū, & perfectū cōiugium, ibi est, & cō- mixtio sexuum. Sed inter Mariam & Ioseph fuit uerum cōiugium, ergo & cōmixtio sexuum. Consequencia bona. Maior est ibi est & cōmixtio sexuum. Minor est, cōclu- sio prima, & secunda: & auctoritas euan- gelica pro illo uidetur facere Mat. j. ubi dicitur. Antequā conuenirent iuncta est in utero habes. Et iterū. Nō cognoscebat eā, donec peperit filium suum primoge- nitum. Ex quo innuitur: quod postea cogno- uit eam. Itē Christus habuit fratres Mar. xij. ergo fuit ibi sexuum cōmixtio. & Ad primum negetur maior. Ad dictū Augu- patuit dist. xxvj. dubio. ultri. Dicitur ad minorem, quod fuit inter eos coniugium ue- rum; sed non consummatum carnali co- pula. & Ad auctoritates Matthæi. j. dicitur: quod Ioseph antequam nō esset ordi- nem ad id, quod futurum est secundum rei ueritatem, sed etiam refertur quando que ad id, quod secundum communem naturā cursum posset euenire, aut potuisset euenisse: licet oppositum eueniret. ut Ioannes mortuus est antequam haberet annos. xx. quamuis nunquam habuerit eos. Sic dicim, antequā poeniterit, mor- te preuentus est. De Ioseph donec dicendū: quod donec sumitur dupliciter. Quandoque n. significat tempus determinatū, finitionē scilicet, & terminationem huius, quod præcessit illud, quod expectatur, ut scilicet aliquo tempore transacto aliquid fiat. Sic non sumitur in euāgelio. Exemplū. Ioannes non comedit, donec sacrificium esset consummatum. Alio modo accipi- tur pro semper, & pro tempore indetermi- nato, siue ut dicit perpetuam. Psal. cix. Sede a dextris meis: donec ponā inimicos tuos &c. Et j. Corint. xv. Oportet illū re- gnare, donec ponat inimicos scabellum &c. Non est sensus, quod tunc desinet regna- re, cum subiciantur inimici, sed pro per- petuo regnabit, & æternaliter sedebit ad dextram &c. Sic dicitur Gene. viij. cum a Noe coruus ex arca fuisset emissus: Nō Gab. Biel. O† 3

Artic. 3.
Dub. 1.
G
V bicū- que est perfectū cōiugium
que est perfectū cōiugium
cōiugium
& cōmix-
tio
cōmix-
tio.

est inquit reuersus, donec siccarentur aquae. Cum tamen nec postea legatur rediisse. Et item. A seculo, & in seculum tu es deus. Rursus altitudinem pacis annuncians. Donec inquit, auferatur luna. psal. lxxj. Non tamen ut post illam pacem, finem statuat huius, quod spectamus elementi. Et iterum. Vobiscum sum usq; ad consummationem seculi. Mat. xxvij. nō post consummationem separandus ab eis. Damasc. lib. iij. cap. vj. inquit. Nullatenus uiro usq; ad mortem copulata est Maria. Ita in hoc loco euangelista donec posuit, secundum Chryso. super Mat. Homi. v. non ut suspiceris: quia uel postea quādoq; cognouerit: sed ut discas, quōd etiam ante partum intacta permāserit. Vt ut itaq; scriptura sacra hoc loquendi modo indefinitum pro determinato ponendo. ¶ Ad aliud tunc temporis more scripturę legis uete. fratres christi nominabantur eius cognati, & consanguinei, sicut Loth dicebatur frater Abraham Gen. xij. cum tamen esset filius fratris eius. Vnde dicitur ibidem. Ne sit iurgium inter me, & te. Fratres enim sumus. cum tamen Loth esset nepos eius. Hi uerō, de quibus in euangelio, dicitur fratres domini, cum erant filii sororum Marię uirginis. ¶ Secundum dubium. Venerunt non solum nubere, sed & uelle nubere damnabile est. xvj. quæst. j. Sicut quidā. & est August. de bo. uidiuita. ca. ix. Sed uirgo Maria fuit deo deuota per positum, aut uotum castitatis, ut supra. ergo. Respondetur. Auctoritas intelligitur de uolentibus nubere secundum communem legem cum proposito experienti carnalis libidinem. Secus de Maria, & Ioseph. ¶ Tertium dubium. Numerorum ueluti dicitur quod mulieres debebant nubere uiris de sua tribu, & non de aliena. Sed cum Ioseph erat de tribu Iuda Luc. ij. (Ascendit autem, & Ioseph a Galilea de ciuitate Nazaret in Iudęam ciuitatem, eo quod esset de domo, & familia David) poterat nubere uirgini Marię. cum esset de tribu Leui, quia cognata Helizabet. Lu. j. ergo nō fuit inter eos matrimonium. Ad hoc dicendum post Scot. & Postil. quod illa lex, qua deus prohibuit commixtionem

nem tribuum, quæ promulgata fuit a domino super filiabus Saphat, Numeri. xxxvj. data fuit, ne fieret confusio distributionis sortium contra domini distributionem, & prohibitionem: ne scilicet aliorum possessio ad illos trāferat: sed hereditates in suis permaneāt tribubus, & familijs secundum domini dei distributionem, & ordinationem, numeri. xxxvj. Vbi uerō illa causa non subsistit, non habuit lex illa locum. ¶ Corollarię sequitur. Puellę sacerdotalis, uel leuitici generis nubere poterant, ubi uolebant. Sic & puellę habentes fratres masculos, quia ad illos pertinebat hereditas paterna, secundum legem, & non ad feminas. Secus si feminę non habebant fratres masculos: quia tunc ipse fuerunt heredes patrum. Numeri. xxvij. Lex ergo data fuit mulieribus non habentibus fratres masculos, & quę erant unici parentum suorum, ne scilicet nubendo alibi extra tribum distributione sortium, & possessionum confunderent. Cū uerō mater Christi fuit unica Ioachim: ideo debebat ex lege nubere uiro suę tribus, quia ad eam pertinebat hereditas, quæ non erat trās ferenda ad aliam tribum. Fuerunt itaque Ioseph, & Maria de una tribu scilicet Dauid. Item Hugo Postil. super capit. j. ad Roma. Quando hereditas erat deuoluta ad mulierem, tribus non permiscebant, sed ad Mariam uirginem hereditas paterna fuit deuoluta: ergo nō potuit alteri tribui nubere. Et secundum Aug. xxij. contra Faust. ca. iij. generatio Abraham usq; ad Dauid, a Dauid usq; ad Ioseph ducitur. ergo Ioseph fuit de domo Dauid, & per consequens de tribu Iuda. ca. ix. ut supra. per consequens, & Maria. Sed in genealogia persona uiri potius honoranda est. c. vij. ut supra, quā mulieris: quare Ioseph nominatur, nō Maria. Hinc ad hebrę. vij. ex Iuda ortus est dominus noster. Modum uerō ostendere nititur Damasc. lib. iij. cap. vj. Sed certe uel liber mendosus est quem legi, uel enō non intelligo: aut dista eius non concordant euangelio. Lu. iij. Ostenso enim, quod apud Hebręos non erat moris mulieres genealogizare: & ideo euangelistę non

reuerunt generationem Marię: ostendere nititur, quomodo Mat. cap. j. ostendit Ioseph fuisse filium Iacob: & descendisse a Dauid per Salomonem filium Dauid naturalem. Lucas uerō per lineam Nathan cap. iij. qui fuit adoptiuus Dauid: Et quod Maria descendit a Dauid per Nathan a Ioachim patre suo, dicens in effectu: Ex cathena Nathan filij Dauid adoptiuus, Leui genuit Melchi, & Panthera fratres: Intelligitur secundum euangelium Luc. iij. quod Leui genitus sit ex Melchi: ita quod Melchi genuit hos duos, scilicet I. et Panthera fratres. Nam dicitur in Luca. Ioseph, qui fuit Heli. Qui fuit Mathat. Qui fuit Leui. Qui fuit Melchi. Ecce ex Melchi uenit Leui, cum tamen plures non attendentes hoc dictum Luc. dicant ex Leui uenisse Melchi secundum Damascenum. Lucas uerō ex Melchi ostendit uenisse Leui. Sequitur in Damasco. Panthera genuit Barpanthera, Barpanthera genuit Ioachim, Ioachim uirginem Mariam. Ecce unde descendit Maria. Sequitur. Ex cathena autem Salomonis filij Dauid Mathan habuit uxorem, ex qua genuit Iacob. Defuncto uerō Mathan Melchi ex tribu Nathan, qui filius quidem Leui, frater autem Pantherę, nupsit uxori Mathan: matri autem Iacob: & genuit ex ea Heli. Hic uidetur esse repugnantia ad euangelium Luc. capit. iij. Nam dicitur Melchi fuisse filium ipsius Leui. Lucas uerō in sua enumeratione ponit Leui fuisse filium ipsius Melchi, ut supra patet in textu. Sequitur in Damasceno. Facti sunt autem fratres uterini Iacob, & Heli, Iacob ex tribu Salomonis, Heli ex tribu Nathan. Defunctus est autem Heli ex tribu Nathan sine liberis, & accepit Iacob frater eius, qui erat ex tribu Salomonis, uxorem eius: & suscitauit semen fratri suo: & genuit Ioseph. Ioseph igitur natura est filius Iacob ex descensu Salomonis: secundum Legem est filius Heli, qui ex Nathan. Sequitur. Ioachim uerō Annam duxit uxorem sanctam, & laude dignam &c. Postilla super Mathę. capite primo, cui concordat dictum Bedę allegatum in glos. Luc. tertio, dicit.

Mathā, qui de tribu Salomonis descendit ex uxore sua genuit Iacob: & defunctus est. Tunc Mathar, qui de Nathan descendit, de eadem uxore suscitauit semen defuncto fratri. & genuit ex ea Heli: & sic sunt uterini fratres Iacob, & Heli. Heli accepta uxore moritur sine semine, quā accepit Iacob: & genuit ex ea Ioseph, & sic Ioseph fuit filius naturalis Iacob, sed legalis ipsius Heli. ¶ Corollarium. Heli, & Iacob habuerunt unā uxorem successiue, ex qua Iacob suscitauit semē fratri suo Heli iam defuncto sine semine. Item Mathan, & Mathar habuerunt unam uxorem secundum Bedā in glos. Luc. iij. Ex qua postquam Mathan genuit Iacob, deinde defuncto Mathan Mathar ex ea genuit Heli. Fuit ergo Heli filius Mathar: & Iacob filios ipsius Mathan ex una uxore Hestā. Item Ioseph fuit filius naturalis Iacob, & legalis Heli ex una uxore, alia tamen a prædicta. Et sic patet genealogia Marię ex Damasco. & similiter Ioseph. Secundum Augustinum in de consensu euangelistarum libro secundo, cap. iij. Ioseph duos patres habuit more scripturę. Vnum, a quo genitus. Alium, a quo adoptatus fuit. Erat enim consuetudinis tunc in filiis adoptare. Sic filia Pharaonis Moysen, & Iacob nepotes ex Ioseph natos adoptauit. Exod. secundo. Et Genesis xxvij. Si. n. frater sine femine decellit, frater superflus dacebat uxorem defuncti, ut suscitaret ei semen. Et puer sic genitus dicebatur filius defuncti legalis, & naturalis superfluitis. Cur uerō euangelistę sic dupliciter descriperunt generationem Christi: unus secundum carnem, puta Matth. per descensum alius secundum adoptionem, puta Luc. cap. iij. per ascensum, uideatur in Postillis, & Augustin. in questionibus uete. & noui testamenti. quæstio. lvi.

Coroll.

Concordantia	David.	
Marie & Ioseph genealogia.	Salomon	Nathā - Pāthera
	Lucē	Melchī - Barpanthera
	Lucē tertio	Leui - Barpanthera
		Danaſce. - Ioaehī Anna
		Mathā - Vxor Mathat
		Maria
		Iacob Vxor vna Heli
		Filius naturalis Ioseph filius legalis

¶ Si dicitur, si uirgo Maria descendit a David per Natham secundum Danaſcenum, quomodo Helizabet, quæ fuit de filiabus Aaron Luca: j. dicitur fuisse eius cognata? Nam secundum Hieronymum, Anna fuit de Bethleem, & soror eius Esmeria fuit mater Helizabet matris Ioannis, quæ uidentur repugnare. Anna enim soror eius fuerunt de eadem tribu: & tamen Helizabet filia Esmerig dicitur de filiabus Aaron fuisse. Item refert Augustin. q. Faustis dicat Ioaehim fuisse sacerdotem ex tribu Leui. capit. ix. lib. xxij. contra Faustum. per consequens Maria non fuit de semine David, ut ipse deducere nititur. Responderetur. Verum est Mariam virginem ex stirpe Dauidica originem duxisse; secundum August. ut supra capit. ij. Probat ex uerbis Apostoli Roma. j. Qui factus est ei ex semine David secundum carnem. quod utiq; de Christo dictum est: ergo mater eius consanguinitate habuit cum David. Vnde in psal. Iuravit dominus David veritatem: de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Ad illud clarissime faciunt cetera ecclesie; & sanctorum, ac doctorum dicta. Tum etiam: quia cum secundum prædicta hæreditas patris ad eam fuit deuoluta ex eo: quia fuit unica Ioaehim non habens fratres: ideo cogebatur secundum legem copulari uiro solum de tribu sua. Constat autem Ioseph. sponsum suum fuisse de domo David Luca primo: ergo & ipsa fuit de domo David. Hinc & profetura ascendit cum eo in Bethleem,

tanquam de familia David. Luca secundo. Item Mattha: a David traducem Salomonis descendit ad Ioseph. Sed Lucas per traducem Natham filium David adoptiuum descendit ad Ioseph, qui fuit legalis Heli, & naturalis Iacob. Coniungit autem utramque tribum, ut eos non discrepante in generatione, sed fratres ostendat, & quod saluator fuit filius Ioseph, & Heli secundum Augustinum. Tum quia utrumque resta. nominat ipsi sunt Christus filium David, qui cum patrem in terris non habuit, necesse est ipsum ratione matris descendisse a David. Tum quia nisi hoc satis spiritus sanctus indicasset ex eo, quod sponsus eius fuit de domo David: frustra deduxisset usque ad eam lineam generationis Christi. Non enim generationem Ioseph: sed Christi describere uoluit euangelista. Hinc præmisit. Liber generationis Iesu Christi &c. Consequenter quomodo fuerit cognata Helizabet, patet ex dictis. Nam Esmeria soror Annæ matris Mariæ fuit mater Helizabet, ut docet historia. Nec obstat quod Luca. capit. primo, dicit Helizabet fuisse de filiabus Aaron: cum tamen secundum Hieronymum Anna fuit de tribu Iuda: quia de Bethleem: & consequenter soror eius Esmeria mater Helizabet. Nā non obstante, quod Esmeria fuit soror Annæ, quæ fuit de Bethleem, potuit tamen ipsa copulari uiro de tribu Leui. Eo q; tribus sacerdotalis, & regis cognatione semper adinuicem præbentur coniunctæ fuisse. Hinc Aaron, & Ioiada summus sacerdos ambo de tribu Iuda duxerunt uxores, secundum Bedam, ut habetur in glos. Lu. j. super uerbo Cognata tua. De Ioiada sacerdote, q; habuit filiam regis uxorem. ij. Paral. xxij. Et leui descendit a Dana: per Natham. Voluit enim dominus ut hæc tribus possent adinuicem commiseri propter mysterium: quia de eis erat nasciturus rex, & sacerdos. Hinc & nos christiani a Christo dicimur genus electum, & regale sacerdotium. Est enim Christus sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. De cuius sacerdotio multa loquitur Pau-

lus ad Hebræos, & in alijs capitulis. Est quoq; rex iustitiæ, cui seruire regnare est &c. Ex nunc dictis potest sumi intellectus illius, q; uirgo Maria dicitur fuisse de utraq; tribu. Et ut Scotus loquitur & Richard. Arbonen. ex parte patris de tribu Iuda: ex parte matris de tribu Leui, ad intellectum datum. Sicut secundum August. questio. lvi. de quest. no. & uere. testis. Saluator dicitur filius Ioseph, & Heli, quia de eodem genere utriusq;. Ipsa enim ratione, qua saluator dicitur filius Ioseph: eadem & filius Heli, & ceterorum omnium qui de eadem tribu sunt. Hinc dicitur Rom. ix. Quorum patres, & ex quibus Christus &c. Per hoc patet, quomodo Helizabet fuit cognata Mariæ. Fuerunt enim ex eodem genere, sed diuerso traduce. Ad dictum Faustis, August. dicit ipsum non esse canonicum. Saluari tamen posse: quia Ioaehim aliquo modo pertinebat ad sanguinem David, & aliquo modo ex tribu Iuda in tribum Leui adoptiuum fuisse, uel ipsum, uel eius progenitorem aliquem: uel certe in tribu Leui ita natum, ut de stirpe David aliquam duceret consanguinitatem, quod & Faustus admittit. Et sic Maria fuit de tribu Leui, quamuis nupta uiro de stirpe David: & de tribu Iuda. Item si filia Ioseph nupsisset in tribu Leui, non absurde dicitur etiam filius David quisquis de illa, & in tribu Leui natus fuisset. Ita si mater Ioaehim, quem Faustus dicit patrem Mariæ de tribu Iuda, & genere David, nupsit in tribu Leui, non immerito, & Ioaehim, & Maria, & filius Mariæ etiam sic ex semine David ueraciter perhibentur, capite nono. Sequitur secundum ex dictis Christum ideo ueraciter esse natum ex semine, & consanguinitate David: quia mater eius intacta, & incorrupta ueram de stirpe David traxit originem. Tertio sequitur. Christus ideo dicitur filius David: quia uere est filius Mariæ ex semine David progenitæ. In quo Christus Maria, & Ioseph uera consanguinitate iunguntur: ut loquitur dominus Camerac. de. xij. honoribus Ioseph. ¶ Quartum An pos fuisse filium adoptiuum Ioseph: & Ioseph

fuisse patrem adoptiuum Christi. Quis deniq; est sensus illius famatæ locutionis: cum Ioseph dicitur pater Christi in multis scripturæ locis. Et tertio, An possit concedi, catholica ueritate semper salua, de rigore scholastico Christum esse natum ex carne, & corpore Ioseph, nisi pia rum aurium esset offensio. ¶ Ad primam huius dubij partem uidetur respondere affirmatiue Gerson, ubi supra, sermone de natiuitate Mariæ confide. iij. Et beatus Thom. dist. præsentis refert quosdam sic tenere. Gerson fundat se in hoc. Nā spiritus sanctus non ex uirili semine: sed mystico spiramine suscitauit ipsi Ioseph in suo fundo iure naturali sibi debito semen carnale: ad sensum supra in iij. expositum. Vnde ipsi Ioseph competere potest aliquod ius legale ultra reliquos homines in Iesu benedicta formatione: quoniam Iesus natus est in ea: & ex ea carne super benedicta spūs sancti obubratione, cuius dñum iure matrimoniali uere fuit translatus in ipsum Ioseph. Vnde nō confundebat (ut dicit ille) Maria uocare Ioseph dominum suum. Quemadmodum de Sara respectu Abrahæ scribit Petrus. j. Pe. iij. Hinc eum sibi præponens, inquit Pater tuus, & ego. &c. Luca secundo. Nimirum: quia maior in Maria, quā in Sara fuit humilitas: & dignitas Ioseph Abrahæ dignitatem superabat. Potest de niq; pte dicitur: sicut ad pueruli Iesu formationem in uirginis uero accessit uirginis eiusdem consensus: cum inquit. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Luca. j. ita & consensus Ioseph uerus, uel interpretatiuus. Alludit ad hoc saltem a lōge mos legis uere. in qua secundum prædicta frater superstes suscebat semen defuncto in fundo defuncti. Verum hoc non placet Palud. Non secundum eum uidetur esse præsumptionis uelle sibi talem filium subijcere: sicut adoptio subijcit filium adoptiuum adoptanti. Sed facile quis diceret defendendo Ioseph iustum: quia non præsumpsit dici pater Christi: sed neq; sibi talem filium subijcere, sed tamen se debitum ministerium illi non posse exhibere propter infirmitatem sui modicitatem ad tantam pro-

Dub. 4.
I dubium. An possit concedi Christum fuisse filium adoptiuum Ioseph: & Ioseph

fit con-
cedi
Christū
fuisse fi-
liū Ioseph a-
dopti-
uium.

lem deum, & hominem. Vnde & uirginem noluit traduceret sed occulte dimittere: reputans se ad tale ministeriū prorsus indignum. Et sicut Maria turbata est in sermone Angeli: sed non cōturbata, nec in credula effecta: ita & Ioseph ad tā stupendum tantæ nouitatis miraculum turbatus est, sed nō conturbatus, nec incredulus effectus. Turbatus inquam, quia supor uehementis circumdederat eum. Vnde dicere potuit cum Petro. Exi a me domina: quia peccator sum. Insuper dicete poterat Angela dicenti sibi. Noli timere. accipere Mariam coniugent tuam &c. Ecce minister domini: fiat mihi secundum uerbum tuum. ¶ Ad secundum, scriptura nominat frequenter Ioseph patrem Christi: & similiter eius mater benedicta. Lucæ. ij. tum quia fuit eius curator, & nutricus, tum quia fuit a Iudæis mysterium incarnationis ne-scientibus reputatus, & creditus eius pater, & dictus fabri filius. Et ita fuit pater Iesu curatione, & reputatione: & si pius aures non offendit, & ecclesia sic loqui scholasticè permittit, etiam generatione, non quidem sua, procul hoc a fide catholica, sed Mariæ sibi desponsatæ uxoris suæ legitimæ. Ita enim scriptura loquitur. Lucæ. j. cooperante spiritu sancto: & modo diuiniſſimo uices Ioseph supplente, non uirili semine, sed mystico spiramine. ¶ Ad tertium dici potest: quicquid sit de illa subtilitate, Christus natus est ex Maria uirgine, cuius corpus fuit trāslatum in Ioseph iure matrimoniali. Hæc scholasticō more non asserere: sed referre placuit euuoluntate compellente. ¶ Quintum dubium: Quomodo Ioseph uoluit eam occulte dimittere citra conjugales societatis uinculum, si inter eos fuit uerum coniugium. August. sermo. xvi. de uet. euangelij uidetur sentire, q̄ Ioseph eam habuit de adulterio suspectam, sed quia nesciuit, unde conceperat, uoluit eam occulte dimittere, & non uindictam querere. Sciuit enim, q̄ ipse non accesserat ad eam: uoluit ergo prodeſſe peccanti, non punire peccantem. Orige. & Bernardus supposito, q̄ nun-

quam uoluit eam dimittere: quoad separationem uinculi conjugalis, dicunt, q̄ uoluit eam occulte dimittere ex causa consimili, sicut Petrus dominum a se repulit, dicens. Exi a me domine: quia homo peccator sum. Lucæ. quinto. Beatus uisio dominum a domo repulit dicens. Domine non sum dignus. &c. Expauit itaq; Petrus potentie magnitudinem. Expauit centurio presentie maiestatem. Exhorruit nimirum Ioseph sicut homo tanti miraculi nouitatem: tanti mysterij profunditatem. Ioseph itaq; eam dimittere uoluit, ut iustus, ut miserericors, ut quietus, quoniam uirtutem misterij, & sacramentum quoddam magnificum in eadem cognoscebat, cui approximare se indignum reputabat. At ergo maior est eius dignitas, superexcellit eius sanctitas, nec meæ congruit dignitati. Voluit ergo occulte eam dimittere: quia noluit eam diffamare. Ita sentit Origenes in Homil. super Matth. j. & post eum Bernardus, Chrysostomus super Matth. in opere perſecto, ut quidem ipsum appellant, ut detur ponere duas sententias contrarias Homi. j. Primò dicit, q̄ Ioseph magis credidit castitati Mariæ, quam utero eius: & plus gratiæ, quam naturæ. Videbat enim uterum Mariæ timorē habere: sed fornicationem suspicari non poterat. Possibilis quoq; credebat esse, sine uiro mulierem posse concipere, quam Mariam posse peccare. Omnibus igitur documentis, ex quibus conijci potest mulieris fornicatio prorsus cessantibus id, quod factum uidit, gratiæ dei attribuebat. Et sic cum esset iustus, noluit ei ueri timorē imputare. Alia sententiā, quā statim subiungit. Cogitabat forsan apud se, si peccatum eius celauero, facio contra legem dei: quia cum adulteris uisionem pono. Et si eam propalauero Iudæis, exterminabo eam. Consimilem ferè sententiam ponit in opere, quod quidam imperfectum nominant. Homi. iij. dicens. Etsi uteri tumor uidebatur arguere suspectam: cum tamen nec in minimis uolebat uirgini inferre molestiam, uoluit eam occulte dimitte-

re: & nec in iudicium uirginem trahere, nec manifestum uteri tumorem exponere. Si enim eam propalasset Iudæis. lapidassent eam secundum legem. Noluit ergo eam fecerit retinere: quia hoc iniquum iudicabat, cum esset uir iustus: nec propalare: quia hoc esset in mortem tradere. Ex quibus dictis sequitur, q̄ eam suspectam habuit. Immo secundum eundem docto. nec uirgini fidem dedisset Ioseph, si sese excusando, uel factum explanando, quasi crimen admissum sic obumbrare uoluisset figmento. Quod non consonat prioribus dictis in alia editione. Noluit ergo Ioseph, cum esset uir iustus, modestus, & benignus, eam traducere ad pœnam, in qua nouerat non esse infantiam, quia sciebat: q̄ eam recepit uirginem: & seruaue intactam: Impium, & crudele uideretur esse, q̄ Ioseph, cum esset uir iustus, habuerit eam suspectam de fornicatione: & ex consequenti, q̄ eam non dimittendo eius cōsensisset peccato: & ita nec eum ad altera portionem suam poneret, uoluerit eam dimittere. Consequenter uideatur esse temerarium, quod habetur, ubi supra in eodem Chrysostom. in editione secunda ut habet impressura, quam quidam opus perfectum dicunt, cum ibi refertur: haberi in quadam historia non incredibili, nec irrationabili, q̄ cum Maria rediit ab Helisabet, cui iam ministrauerat, uentibus tribus, & Ioseph uidit eam gravidam, forsitan comminatus est ei, quasi sponsus, & de iudicio dei terruit eam, quasi uir timoratus. Illa uero cum sciret se innocentem, & iam suspitioni desitiam, nec posse negare uentris tumorem, cum lachrymis, & suspirijs clamans iurauit dicens. Viuit dominus. Nescio, unde sit hoc. Quò auditio timuit ualde Ioseph: & ex parte credidit in ea esse diuinum aliquod. hæc ibi. Illa uidentur esse friuola, & temeraria, ac a ueritate euangelica aliena. Credidit enim uirgo dictis angelicis. Lucæ. j. Et licet fuerit turbata: tamen non conturbata. Audito enim sermone Angeli stupor uehementis circumdederat eam. Hæc enim pro-

Opinio quedam friuola, & temeraria, q̄ confuta tur.

prium est humilis, cum exaltatur, aut sublimatur turbari, non turbatione incredulitatis, sicut fecit Zacharias Luc. primo: sed admirationis, & stuporis uehementis. Cum ergo audiuit Angelum dicentem sibi. Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum &c. Et iterum. Spiritus sanctus superueniet in te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Hoc enim Angelus subintulit, cum se uirum non cognoscere inquit. Et iterum. Quod nascetur ex te, sanctum uocabitur filius dei. Post quæ omnia dixit. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Quibus uerbis promissionem diuinam non ex presumptione: sed uera deuotione in se impleri exoptat: & ita consensit in angeli dictum: & statim concept dei filium. Faciunt ad hoc dicta Helisabet, quæ inquit. Vnde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me &c. Non ergo dicere potuit uere: Nescio, unde hoc sciret: sciens uirgine conceptum suum non esse ab homine. Ad quid deniq; insolens clamor, lachrymæ, & suspiria eiusdem? Non uidentur esse scripta a Chrysostomio: uero doctissimo, sed aliunde inserta. Sic nec id ibi scriptum placet, cum inquit Ioseph: melius est, ut meretrix constituta euadat, quam innocens occidatur. Si dicitur: Cur ergo id ipsum non dixit ipsi Ioseph, cum uidit eam matrem, & turbatum, ut sic liberaret eundem a cruciatus cordis maximo? Responder Chrysostomus q̄ non dedisset uirgini fidem, si ad eum rem tam insolitam, & naturæ contrariam detulisset, sed potius Ioseph per hoc credidit in uitam concitandum. ¶ Alia ratio. Sicut mysterium hoc reuelatum fuit diuinitus Helisabet: ita reuelandum credidit & Ioseph. Cum uero de reuelatione illa, quando fieri deberet, nullum haberet mandatum diuinum, præstolabatur diuinum responsum, & instinctum. Si dicitur: Cur Angelus non prius ante factum dixit Ioseph? Responso secundum Chrysostomum. Ne Ioseph rem tam nouam non credendo sicut Zacharias, tale quid a deo pateretur. Facilius quippe est credere rem iam

facto offensam, quam futuram, cum est prorsus noua, & insolita. Insuper debuit Ioseph prudentia, benignitas, & mansuetudo mundo declarari. Expectauit ergo Angelus tempus reuelationi congruum. ¶ Cur non similiter uirgini declarauit post factum, & uteri grauitatem, & conceptus expletionem? Respondet idem. Ne stupentis, ac uerecundantis animum anxietas, ac modestia commoueret: deo uirgini ante conceptum uiro autem iam in stante partu reuelatum fuit diuinum mysterium. Hinc ait Angelus. Noli timere accipere &c. Accipere est domi retinere secundum eundem. Meate enim iam ea dimiserat. hęc ille: ¶ Sextum dubium. Videtur, q̄ rationes desponsationis Ioseph cum Maria stare non possint: si uerum est, ut p̄tetur ostendunt, Ioseph fuisse uirum senem, & grandæuim. Quomodo enim uetus iuuenulę prestare potuit obsequium, & ministerium euntibus in ægyptum, illic manentibus, & redeuntibus puero, & matri Marię, & deinceps usq; ad ætatem perfectam? Quomodo deniq; per hoc defendi potest fama uirginis? Potius oppositum uidetur, cum senex fuit, & frigidus. Cur deniq; ambo dederunt operam operibus seruilibus, ut puta Maria operi textrino, secundū Hieronymum, & Ioseph fabri lignario, cū ambo descenderunt de stirpe regia? Demum cur Christus mendicauit ostiatim adhuc constitutus in ætate puerili ut uidetur p̄ opinari Sanctus Bernardus super euangelio Lucę se cundo. Cum factus esset Iesus annorum duodecim. &c. ¶ Ad primum uidetur rationabiliter, & p̄tē dici posse: q̄ Ioseph cum fuit desponsatus uirgini, non fuit senio fractus, sed iuuenis: ut iuuentutis terminos describit Isidorus ab anno. xxvij. usq; ad. l. In quo incipit senectus secundum eum. Fuit itaq; constitutus infra annum quinquagesimum, cum nupsit uirgini. Ad hoc facit dictum propheticum. Esa. lxij. Letabitur sponsus super sponsam. Et ante hoc. Habitarit iuuenis cū uirgine Gloss. Ioseph. cum Maria. Quia autem sic depingitur, forte sit ad tollendam occasionem lubricę, & turpis suspicionis e cordi-

bus fidelium: aut quia morem illum seruauit primitiua ecclesia, cum perpetua Marię uirginitas non ita fuit infixata cordibus fidelium: sed credebatur Christus esse fabri filius. Facit ad idem causa desponsationis non minima, obsequium scilicet impendendum & puero, & uirgini, ad quod senio fractus nihil ualuisse. Nec locum habere illud dictum multorum, cōseruatio scilicet castitatis Marię. Illa. n. longe amplius conseruari potuit fomitis repressione: ut supra: & extinctione: quā per senis conspectum. Secundum beatū August. cum senes frigent carne, seruent mente: & nō nunquam plus student spurcissimę libidini, quā iuuenes, dolentes se non posse corpore efficere, quod uellent animo. lib. xiiij. de ciui. cap. xvj. Si deniq; Ioseph senio fractus fuisset; quomodo perfidi Iudei Christum ex coniugio natum credidissent? Potius eius senectus eā infamasset, quā infamiam abstulisset. Secundum beatum Thom. & Bonauent. maluit deus quosdam dubitare de sua deitate, quā de uirginis castitate: sciens lubricam esse uirginitatis famam. ut dicit Ambrosius. Quis enim nesciat, si mater fuisset infamata de adulterio, & similiter Christus uelut ex fornicatione genitus, quin Iudei habita huiusmodi occasione eum prorsus repulissent: & alie mulieres fornicarię uelamen qualescunq; defensionis facile sumpissent? Quis insuper Iudeorum unquam Christum nisi ex fornicatione genitum credere potuisset &c. ¶ Ad aliud, q̄ operibus seruilibus operā dederunt, causa est utriusq; humilitas. Voluit enim Christus in paupertate nasci, & reclinari: & a laborantibus educari, ut sic iners ocium eliminaret omnis mali seminarium. Posset hic applicari ad Mariam, quod de forti muliere dicitur &c. ¶ Ad ultimum diuersi diuersimode respondent, & difficile est aliquid preter ecclesię determinationem diuinare. Sunt qui dicunt Christum non mendicasse ostiatim: immo nec mendicasse in genere. Ratio est. Ille habet proprie mendicare, cui ex debito indigentia, quam sustinet, competit aliquid petere, & decipere ab alio pro sua sustentatione naturali, sine qua

QVAESTIO. III.



TERTIO quæritur: Vtrum A matrimonij contractus ex causa alia, seu sine alio, quā sit prolis generatio, aut fornicationis uitatio, celebratus sit uere nullus: aut diuinę institutioni cōtrarius.

¶ Quantum ad articulum primum communiter a doctoribus ponit duplex finis matrimonij, scilicet per se: & p̄ accidens. Per se duplex est: scilicet per se primō, & ex institutione diuina, & hic est spes prolis: & remedium fornicationis, qui dicitur finis per se secundariō, & post peccatum. primę Corin. septimo. Propter fornicationem unusquisq; suam uxorem habeat. & Genesis primo. Crescite, & multiplicamini. de quo supra. dist. xxvj. Finis per accidens est finis contrahētis, quem ipse eligit, & sibi prestat. Et hic multipliciter uariatur: & quidam est honestus, quidam inhonestus, & nefarius: ut diuitiæ, pulchritudo, sanitas, sapientia, uirtus, magnum nomen, pax, humanitatis solatium. xxvij. q. j. cap. Nuptiarū. Ministerium. iij. regum de David. coniunctio coniugalis animorum, charitatis unio, fides honoris, & obsequiorum, societas naturalis diuerso sexu, secundum Aug. cap. iij. de bono coniugali &c. cura domestica, familiaritas, quies domestica &c. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. licet matrimonium sit bonum, & a deo institutum: potest tamen contrahi praua, & indebita, & quandoq; mortali intentione. Prima pars patet ex dist. xxvj. Secunda pars patet sicut de alijs operibus bonis de genere, quę possunt male fieri. Tertia: quia est communis regula. Omnis actus, cuius finis intentus est peccatum mortale, mortalis est, siue actu, siue habitu intendatur. Et cuius finis est p̄cū ueniale in genere, uenialis est. Sed finis contractus matrimonij est quandoq; sola uoluptas, saltem cum muliere: item auaritia: superbia &c. Facit ad hoc Guillelmus Parisiē. in de sacramentis. tracta. de matrimonio. cap. iij. & vi. ac alijs. ¶ Secunda conclusio. Peccat, qui in suo contractu inten-

Artic. 1. Duplex finis matrimonij.

Artic. 2. Cōcl. 1. B

Licet matrimonij sit bonū p̄t tñ contrahi praua intentione.

Cōcl. 2. Peccat,

ne qua uiuere non posset. Si enim petēs habere aliquam dignitatem personalem, aut aliquam iustam causam ad petendum id, quod perit, ut quia ministravit illi spiritualia, puta est cōcionator, lector, curatus, legit missam &c. iam non mendicat, sed id, quod sibi debitum est debito morali gratitudinis, & titulo iustę sustentationis hoc recipit. Hinc ut spiritualia gratis dare possit, prouisionem habere debet temporalium. August. cap. xv. de opere monachorum. Inferunt illi. Christus non habuit indigentiam, nec defectum, ideo si mendicasset, fictus fuisset, & falsus: quod Christo attribui non potest. Beatus Bernardus ubi supra, pro sua deuotione sic inquit forte ludendo. Quid dicam deus meus? An ut per omnia nostrę confortares paupertatem, & in te huiusmodi calamitates susciperes, quia si unus e turba pauperū stitem per ostia mendicabas? Quis dabit me buccellarum illarum sic medicatarum participem fieri: uel saltem diuini illius edulij reliquijs saginari &c. Et loquitur ibi de triduo, quo non fuit cum parentibus, sed postea repertus in templo &c. Quid tunc egerit puer Iesus triduo, si mendicauerit an non, deus nouit. Crediderim ea, quę nihil utilitatis asserere poterant humanę salutis, Christum non assumpsisse. Mendicare ostiatim Christum deum, & hominem, cuius actio nostra est instructio, uideatur ociosus dare potuisse occasionem refutandi omnes labores: ut quidam excusare se uoluerunt a labore, cōtra quos August. libellum edidit de opere monachorum: contra illud prophetę, Labores manuum uarum, quia inducabis &c. Et homo nascitur ad laborem. Iob. v. In sudore uultus tui uesceris panem. Gen. iij. Ergo non uideatur Christo attribuendum: saluo q̄ cum diues esset propter nos, egenus factus est, ut illius inopia diuites esse possemus. iij. Corinth. viij.

An Christus mendicauit.

q in suo dit principaliter, & finaliter finem alium contra- fine institutionis matrimonij: & maxi- ctu intē me fini per se primo matrimonij contra dit prin- rium: quia talis abutitur matrimonio de cipali- torquendo ipsum a fine debito ad alienū ter finē uel contrarium. Exemplum de baptiza aliu a fi- to propter societatem, aut pecuniā præ- ne insti- tutionis tutionis: quia abutitur sacramento. Sed si- cur quis potest facere sacrificium, aut di- uina ministrare propter temporalia, ut propter dicit causam sine qua nō, minus principalem allicientem mouentem &c. & finem sub fine: Ita in proposito potest contrahere propter pacis reformationē propter diuitias: ad educandam prolem: propter pulchritudinem. Gen. xix ubi Jacob duxit Rachelem. Et Deutero. xxi. Si uideris mulierem pulchrā, uoluerisq; eam ducere in uxorem &c. Et David. ij. Reg. j. duxit Abisac Sunamitem pulchram nimis, quā tamen non cognouit: quæ dormiuit cum eo, ac ministravit ei &c. Sic de finibus, quos ponit Aug. ut supra capi. ij. de bono con. Fortē diceret aliquis, ridiculum est; q; illi, qui genera- re non possunt, dicantur habere intentio- nem prolis, cum spes, & electio non sunt de impossibilibus haberi: ergo senes non poterunt rectē contrahere. Sic steriles, & frigidi, & alij: ubi est impossibilitas de prole habenda. Et fortē stat aliquem nō habere tentationem carnis: & ita non po- test intendere remedium fornicationis. Si ergo matrimonij finis per se, & primō est spes prolis, & finis per se non primō est remedium fornicationis: dato q; ille possēt intendi, cum prius haberi non po- tēt, tamē cum neuter potest rectē inten- di, nullus erit contractus. Respondetur. habere intentionē prolis non est præci- se uelle generare prolem: sed prolem si euenierit, uelle rectē educare: nec facere impedimentum proli. Sufficit ergo bo- num prolis sic habere in obligatione, & intēione: q; uellent generare, si possent. Et si bonum illud simpliciter non potest haberi: nec cum effectu sperari: sufficit ad honestatem contractus sacramen- tum indiuisibilitatis: & fidelitas, siue de- bitum iustitiæ: in quo includitur for-

nicationis remedium, ut dicitur. Indi- get autem homo remedio contra incen- tium carnis usq; ad mortem. Nam te- ste propheta, usq; ad noctem increpu- runt me renes mei. Et esto: q; nec id sub sit, adhuc non est illicitum in se inuicem transferre corporis potestatem pro hu- mana societate: ut deducit Aug. in de bo. coniu. cap. iij. Et sicut in alijs præcepta affirmatiua plus obligāt quodammodo, ne contrarium fiat, quod est tacite prohi- bitum, quam quod fiat, ad quod obligant semper, sed non ad semper: Ita in propo- sito uidetur dicendum. Hinc ait Guiliel. cap. vi. Intendere debet in opere coniu- gali, uel eius seruitutis, quod est reddere debitum, uel fornicationis remedium. j. Corinth. vij. uel fructum prolis Tobia. vij. Intendere actū, uel habitū. Vel sal- tem non intendere contrarium. Sic de contractu, ut infra distinct. sequenti.

¶ Tertia conclusio. Sancta est intentio contrahentium, si præcisē amore dei, & prolis (si dominus dederit) pie educandæ, uel ut sese aut coniugem immacula- tum custodiant præseruent, aut retra- hant a peccato, oneribus, ac curis ma- trimonialibus se subiiciunt propter deū. Sic habet August. ubi supra de bono coniuga. Et Guiliel. capit. xij. ostendens ex multorum relatione deum sic contrahētibz multiplicem præstare gra- tiam, & affectus libidinosi refrigeratio- nem. Hic enim contrahit secundum do- cttrinam apostoli. j. Corinth. vij. & j. Corinth. x. quia totum facit ad gloriam dei. Ac secundum doctrinam Archangeli Raphaelis Tobia. vj. Ad idem Du- rand. distinct. xxxj. quæst. iiii. ¶ Quar- ta conclusio. Matrimonij contractus, qui fit sub conditione aliqua repugnan- te alicui trium honorum coniugij, est ipso facto, & iure nullus, ac diuina in- stitutioni contrarius. Patet distinctio. xxvj. & xxvij. ¶ Quinta conclusio. Coniugij finis laudandus, & non calen- dus est non solum filiorum habendo- rum pia educatio: sed etiam animorum coniunctio: ac charitatis unio. de bono coniuga. capit. tertio, & ita de simili- bus. ¶ Quantum ad articulum tertium

Cōcl. 3.
C
Sācta ē intentio cōtrahē- tū si pōt se amo- re dei.

Cōcl. 4.

Cōcl. 5.

Artic. 3.

Dub. 1. est dubium primum: Quomodo excusa- tur David iij. Reg. j. qui non aliud ui- detur intendisse nisi calefactionem, & corporis sanitatem. Fuit enim totus fri- gidus, & senio fractus. Respondetur. Nō uidetur esse ulla lege prohibita: quin alias non prohibiti in genere, aut specie possint matrimonium contrahere, tamen si nunquam uelint, aut possint debitum exigere, uel reddere: sed ut fratres coha- bitare, & sibi alterutrum ex charitatis unio- ne in aduersis, & prosperis sedulum mini- sterium exhibere. Quamuis cum sint p- perpetuo, & totaliter, uel ad actum gene- rationis, uel feminariationis, uel ad copulā impotentes: non potest (ut uidetur) cō- tractus ille dici proprie matrimonium: sed coniugium. Deficit enim soboles. cap. Quia sedem. de fri. & male. Potuit ergo contrahere propter humanitatis so- lacium animo nunquam cognoscendi eā ipsa ad idem consentiente, uel ipsam a debito deobligate, cessantibus conditio- nibus bono matrimonij repugnantibus. Poterant deniq; ibi esse bona coniugij: saltem aliqua, si des. f. & sacramentum, cō- tractum honestantia: quæ comitabatur, ut causa sine qua non, corporis sui cale- factio, ministerium necessarium: & societas naturalis in utroq; sexu, secundum Aug. ut supra, stante cōrinentia mentis, & corporis. Viuebat adhuc Bersabee, Abi- gail, & ceteræ uxores, ac concubinæ. Ve- rum res illa non caret mysterio. de hoc infra dist. xxxiiij. ¶ Secundum dubium: An in peccato mortali peccent mortali- ter. Suppositis dictis dist. xxij. q. ij. uidetur aliquibus probabile nullū adul- tum posse dignē, & sine peccato recipere quodecunq; nouæ leg. sacramentum qui habet protum a factu, uel habitu pecca- ti mortalis complacentiam. Talis liqui- dem ponit uolens obicem, & contemnit sacramentum gratiæ. Nec ualet dicere. Decalogus non ligat, ut obseruetur ex gratiæ gratū facientis inclinatione: ergo similiter dicendum erit de sacramentorū susceptione. Nam decalogum obseruan- do quis meretur ex opere operante gra- tiam. Sacramenta uerō recipiendo non

indignē, sed dignē, consequitur gratiam ex opere operato: & ad hoc instituta sūt: ergo requirunt bonam subiecti saltē com- mitantem dispositionem. ¶ Corollariū. Ad dignam matrimonij susceptionem, & collationem inter cōiuges hinc, & hinc, requiritur animæ purgatio, ac peccatorū amore dei detestatio, & nonnunquam pro loco, & tempore, ubi est consuetudi- nis confessio sacramentalis si haberi po- test copia sacerdotis. Patet ex dist. xxij. quæst. ij. secundum San. Tho. dist. xxij. q. j. artic. iij. quæstioncula. v. Lex præcep- it, ut iuste homo, quæ iusta sunt, exequa- tur, & sancta. Immo est de lege nature: ut homo sancta sancte pertractet: medum cū uult mereri: sed cū uult illum actum sine peccato exercere. Sacramentum matri- monij sanctum est, & secundum apostolū magnum in Christo, & in ecclesia: ergo qui non sanctē suscipit ipsam, peccat. Se- cundum Dio. cap. j. cele. Hier. r. immuni- dis nec symbola sacramentalia tangere fas est: ergo multo minus sacramenta sus- cipere. Item mundari iubentur ferentes uasa domini Esa. liij. ergo multo magis, qui ferunt sacramenta uasa gratiæ. Item. j. quæst. j. cap. Per Esaiam. Om- nia sacramenta obsunt indignē tra- ctantibus. Ad idem Diony. in episto- la ad Demophilum monachum. Præ- terea ex quo sacramentum id cetera si- gnificatione antecellit: ut supra distinct. xxvj. ergo (ut uidetur) magna puri- tas, & sinceritas affectus requiritur in hoc sacramento, & in commixtione cō- iugali: cum ipsorum coniugum com- mixtio, & consensus maximi beneficij, & effectus gratiæ est significatiuus. Hinc Apostolus. Viri diligite uxores uestras sicut Christus ecclesiam. Ephel. v. Et iterum. Honorabile concubium in om- nibus, quoad animorum consensum: & thoris immaculatus, quoad amorem castum, & honestum. Hebræ. xij. ¶ Ex istis, ut pleriq; uolunt, sequitur: q; cōtrahētes uerbo de præsentī in mortali nedū priuātur gratia gratū faciente, quæ huic debet sacramento ex institutione di- uina: sed etiā nouū incurrit peccatū. Tenē- tur ergo prius ad peccatorū detestacionē: ut

Coroll.
Ad di- gnā ma- trimo- nij susce- ptionē requiritur aieppu r gatio.

capaces rediantur gratia, & quandoq; eorumdem confessionem, cum id habet loci consuetudo.

DISTINCTIO. XXXI.



OST hæc de bonis cōiugij, que sint &c. In præceden. Magister egit de matrimonio causa formali, & efficiente: nunc in hac dist. xxxj. & duabus sequētib; d'

causa finali: puta de tribus bonis matrimonij fidei. s. prole, & sacramento. Et primum in generali de omnibus tribus simul. Secundò de bono fidei dūtaxat: & hoc dupliciter: uel uniuersaliter, ut debet esse in omni matrimonio consummato. dist. xxxij, uel specialiter: ut in matrimonio antiquorum patrum. distinct. xxxij. ¶ Summarium dist. præsentis tribus continetur conclusionibus. Prima: tamen si triplex ponatur a sanctis patribus coniugij bonum, non tamen singulum ipsorum quodlibet comitatur matrimonium. ¶ Secunda: per tria bona coniugij potest carnalis cōiugum commixtio a culpa excusari. ¶ Tertia: coniuges, qui prolis causa conueniunt seu exigenti reddunt debitū, defendit a peccato sanctitas cōiugij, nuptiale quoq; bonum. Harum declaratio patet in textu.

QVÆSTIO VNICA.



IRCA dist. istam queritur: Vtrum fides, proles, & sacramentum possunt recte, & uere dici tria bona coniugij, uel matrimonij ipsum excusantia, uel honestantia: siue matrimonium accipiatur pro matrimonij sacramento: siue matrimoniali contractu, aut concubitu. ¶ Quantum ad articulum primum est notandum: qd secundum philosophum. v. Metaphy. cap. De perfectio, idem est totum, & perfectum. ergo loqui de matrimonij bonis: est loqui de eius perfectione. Et cum idem est totum, & perfectum,

Cōcl. i.

2.

3.

Artic. i. Nor. i. Loqui d' bonis matrimonij ē

est etiam loqui de eius totalitate. Perfectum uero dici potest, cui nihil deest eorum, quæ ei competere debent, aut possunt iuxta hanc, uel illam conditionem suæ naturæ, aut speciei: ut. q. ij. dist. præe dētis. Cum ergo in matrimonio adsunt ea, quæ eius institutor inesse uult, potest dici perfectum, bonum, & totum. Vult autem deus aliqua adesse simpliciter, & semper in obligatione, & quasi de essentiali matrimonij: aliqua in intentione solum aliqua in executione. Ex dictis constat matrimonij bonum, & perfectio secundum quid, uel simpliciter. Est autem duplex rei perfectio: intrinseca siue prima: & extrinseca, siue secunda. Prima potest dici forma. Secunda finis, secundum Scotum. Finis duplex est: remotior, & propinquior. & est remotior finis frequenter principalior: quia ad ipsum ordinatur finis propinquior: ut supra in ij. dist. j. q. v. Accipiendo matrimonium non pro sacramento, sed pro uinculo derelicto inter personas matrimonialiter coniunctas ex ipso contractu præuio, tria ponuntur eius bona secundum modum loquendi multorum. Primum bonum, quod quandoq; dicitur forma contractus conjugalis, est indissolubilitas: hoc est de integritate essentiali contractus conjugalis, si debet esse legitimus, requiritur indissolubilitas illarum personarum ex institutione diuina. Vult enim, & determinauit auctor coniugij contractum illum debere sic fieri cum illa indissolubilitate personarum conjugaliū pro quolibet tempore, & pro qualibet lege. Et sic indissolubilitas non habet quid rei: sed quid nominis tantum: sicut caritas: significans multa. Importat enim hoc nomen obligationem sequi pro semper, nisi ipsemet cum aliquo dispenset. Ad quod etiam facit ratio naturalis: ut supra dist. xxvj. Quandoq; dicitur sacramentum a sanctis, & doct. pro eo, qd coniunctio illa significat indissolubile coniunctionem Christi cum ecclesia. Sacramentum non accipitur hic pro signo sensibili collatione gratiæ: ut supra: sed est formaliter illius obligationis, seu uinculi indissolubilitas. Et potest dici bonū intrinsecū matrimonij,

loquitur de eius perfectione.

Duplex perfectio.

monij, non sacramenti matrimonij: sed contractus, uel obligationis matrimonialis: uel eius forma prima, & perfectio essentialis ex institutione, & determinatione diuina, secundum Sco. Hinc coniuges uerbo de presenti separari non possunt quo ad uinculum, nisi per mortem civilem alterius cum non est consummatum aut naturalem; cum est consummatum. Et dato, qd aliquis contrahens de presenti uelit statim religionem intrare: nihilominus commutat corpus suum pro perpetuo, alias non esset uerū no. leg. sacramentum. Relaxatur uero indissolubilitas, cum ecclesia que post matrimonium non consummatum licentiat ad religionem, non auctoritate propria, sed diuina. Nec unquam hoc attentasset ecclesia: nisi Christus hoc instituisset, & factò indicasset reuocando Ioannē a nuptijs ad apostolatū. Ioā. ij. Quæ imitati sunt Alexius, Theonas &c. Ita indissolubilitas coniugij ordinata est a deo ad conjugale debitum, si petitur. Cum enim coniugis potestatem sui corporis commutauit cum alio ad actus conjugales, si petatur, & requiritur, iam licitum est singulis pro loco, & tempore sua bene uti. Et sic dare alteri, qd suū est, est actus iustitiæ. Petere deniq; quod suum est, iustum est. Talis iustitia exorta ex prioribus, & reciprocā commutatione indissolubili est secundum bonum: & nominatur fides: ut scilicet ad legitimam requisitionem alterius corpus non denegetur ad usum conjugale, ad quæ datum est, & qd non detur alieno. Et dicitur bonum extrinsecum, seu finis proximus. Bonum extrinsecum, quia indissolubilitas obligationis potest stare sine corporis traditione, si non requiritur. Finis proximus: quia ad hoc fit obligatio: ut talis usus corporis habeatur, dum requiritur. Cum uero usus corporis non queritur ultimare propter se: sed principaliter propter bonum prolis: & ad educationē eius religiosam si habeatur, aut haberi potest: ideo proles religiosè educanda si datur est tertium bonum matrimonij, & est primum in intentione: sed ultimū in executione. Dicitur autem proles uel bonum prolis bonum extrinsecū: quia sepe abest

coniugio cum non datur proles: & si datur, non habetur tamen bonum prolis in casu. Secundum beatum August. bonum proles non est proles ipsa præcisè, quæ multorum abest coniugio: sed deiderium prolis habendæ: quatinus si datur amanter suscipiatur, & religiosè educetur. Hinc colligitur, qd indissolubitas, aut sacramentum est bonum intrinsecum: & respicit matrimonium no. leg. in se: ita qd sine eo impossibile est esse matrimonium no. leg. stante lege gratiæ, siue sacramentum sit ipsum: nec indissolubile, & conjugale uinculum, siue relatio rationis secundū alios: aut quiddam spirituale in mentibus contrahentium: ut Scot. tenet. Fides uero respicit actum, & finem propinquum, ac debiti redditionem: sed proles finem remotum. quæ tamen non sunt essentia matrimonij quo ad eorum executionē. Hinc sequitur: qd primum necessarium adest matrimonio: quia est ei extrinsecū. Secundum non sed formaliter adest secundum executionem: sed adest in obligatione semper. Coniuges enim semper obligantur ad reddendum debitum, cum legitime requiruntur: sed non pro semper. Tertium cadit in matrimonio non formaliter semper, nec in obligatione. Vel sic indissolubilitas necessariò adest formaliter omni matrimonio no. leg. Alio duo nec sunt intrinseca matrimonio no. leg. nec necessariò ad sunt secundum executionem: sed sunt ibi necessariò in obligatione, & virtualiter. Nam bonum fidei seruandæ in actu redditionis debiti cum petitur, & in non comunicando id alteri, est ibi in obligatione necessariò: saltem quantum ad negatiuā semper, & pro semper: quia nunquā licet dare alteri: nec oportet dare coniugi, nisi legitime petenti. Quantum ad affirmatiuā quò sit ibi dicitur, dist. sequente. Hinc non seruans fidem peccat grauiter. Bonum prolis est ibi in obligatione cum cōditione si eueniat proles, ut amanter suscipiatur, & pie educetur &c. Et ideo est ibi obligatio pro semper, & ad semper non impeditur prole studiosè, ne eueniat. Ex illo sequitur: qd bonū fidei, & prolis sumuntur dupliciter. Quæ secundū executionem: quæq; secundū ob-

Bonum fidei, & prolis sumuntur dupliciter.

gationem. Si secundum executionem, non sunt essentialia matrimonio. Sic enim respiciunt actus, qui utique est posterior matrimonio. Si secundum obligationem: sic dicitur esse essentialia matrimonio. Bonum autem sacramenti, quod est indivisibilitas matrimonij, respicit matrimonium, ut est vinculum: & ideo semper est ei essentialia. ¶ Secundo notandum. Quia matrimonij duplex est perfectio, intrinseca, & extrinseca: ideo cum a docto matrimonium quandoque dicitur excusari: sensus est. Matrimonij contractum excusant, & honestum, & iustum ostendunt tria bona sepe nominata, quae ipsum causant, & constituunt in esse uelut finis circumstantiae, & obiecta actus illius. Sic in simili posset dici, quod obiectum debitum, & circumstantiarum, quae adesse debent alicui, excusant ipsum: & recte, & in esse mortali ac naturali constituunt ipsum, & ipsum esse, & iustum, & bonum ostendunt. Non est ergo excusare, malitiam tueri: sed iustitiam ostendere, causare, & palam facere. Itaque matrimonium per ea excusatur, per quae constituitur, integratur, & perficitur. Et excusare ipsum, est ipsum causare: ac perfectione intrinseca, & extrinseca: indissolubilitate. scilicet seu sacramento, ut perfectione intrinseca, fide, & prole ut extrinseca, perficere, & integrare. Et licet contrahens possit ipsum contractum malum facere, seu male in esse moris, propter prauitatem intentionis, aut finis, quae habet non tamen potest ipsum malum facere in esse naturae. sic enim non esset contractus matrimonij, si fieret sub conditione aliqua, repugnante alicui trium bonorum: ut supra dist. xxxij. Non enim potest aliter fieri, quam deus instituit quo ad ea, quae necessariò requiruntur ad contractum illum, & sine his, quae sunt de eius ratione intrinseca, uel etiam extrinseca. Hinc Scotus non nominat ea bona excusantia: sed bona matrimonij, qui ipsum perficiunt, & integrant. Guilielmus Parisiensis. cap. v. ubi supra matrimonij honestatem, & decetiam ostendit ex dedecore, turpitudine, & inhonestate sui contrarij. Opposita. n. iuxta se posita magis elucescunt. Honestate ostendit: quia maxime est de dignamine

naturae. Hoc autem secundum eum honestum dicitur. Hinc apparet quasi, & bruta directa ab agente infallibili habeant inter se connubia, & fidem, ac sacramentum pro speciei conseruatione: quod ut rectius fiat, uagum deseruantur concubitus. Exemplum in columba, turture, ciconia. Item, & atsi quasi fidem seruare uidentur uagam commixtionem recusantes, & pro perpetuo suo in turture claret Itaque ex dedecore contrariorum, & pernicietate eorum, quae reperiuntur in fornicatione, ad fidem, prolem, & sacramentum in coniugio matrimoniali, colligit per longum eius honestationem, & excusationem. Potest enim coniugalis commixtio bene, & male fieri a coniugibus, uel altero eorum: licet contractus matrimonij fuerit legitime celebratus. Cum male, & contra institutionem dei, non habet excusationem uel defensionem: quia per se. Cum bene fit, potest dici, quod per illa bona simpliciter excusatur: non ut sua malitia defendatur: sed eius iustitia, & rectitudo. Et quibus indigentia explicatur &c. quia fit cum sua praesentia. Licitum enim est coniugi res sua bene uti: & ad hoc ad, quod a deo ea recepit. Scius fit in adulterio, & uaga fornicatione, ubi quis utitur corpore non suo. ¶ Tertio notandum. Licet singulorum illorum bonorum bonum dicatur, aliter tamen, & aliter secundum triplex bonum, quod ponit Philosophus. vii. Ethic. Est. n. secundum eum bonum honestum, ad quod reducit bonum fidei. Magna siquidem honestatis est coniuges sibi seruare fidem. Et bonum utile, ad quod reducit proles: quia conseruare utilitas, & bonum speciei: sicut cibi comestione bonum indiuidui. Est bonum delectabile, ad quod reducit sacramentum, & indissolubilitas. Quia cum sit delectabilis multum praesentia amicorum, etiam delectabilis esse debet praesentia, seu indissolubilitas coniugum. ix. Ethic. Et forte ratio ne illius dixit Philosophus. Amicitiam inter uirum, & mulierem esse naturalem, & includere in se bonum conferens, honestum, & delectabile. ¶ Quarto notandum. Quamuis triplex matrimonij bonum fuerit in statu innocentiae, tamen post la-

Not. 3. C Licet si gulum illorum bonorum bonum dicatur aliter secundum triplex bonum.

Not. 4. Quamuis triplex

Not. 2. B Matrimonij duplex est perfectio:

matrimonij bonum in statu innocentiae. ipsum triplex illud bonum a sua puritate ualde remittitur: & triplici contrario permiscetur. Nam honestas fidei, uerecunditatis, utilitas prolis, damna, & quidem non minimo: delectabilitas sacramenti redio & laboribus maximis. Habet enim actus carnalis commixtionis non solum uulgaris, sed, & coniugalis uerecundiam, an nexam secundum Aug. xiiij. de ciui. c. xvij. quod non fuisset in statu innocentiae. Hinc secundum eum licet Cynici dicebant in publico coeundum cum uxore esse, Dion genè hoc fecisse clamantes, potius tamen credit naturam hoc uetuisse penitus: ita quod dumtaxat quosdam motus illis similis esse cerint. Et licet in coniugio fiat, quod decet ex natura: pendet tamen, quod committatur ex peccato. Ad idem cap. xx. Praeterea licet sit utile pro conseruatione speciei humanae prolem gignere, tamen quod parentibus ex hoc prouocantur damna, & iacturae in suis corporibus, expertus nouit. Secus in statu innocentiae. Tunc enim membra genitalia &c. homini prorsus subiecta fuissent sicut alia membra. Nam sine pudenda libidine filios procreassent. li. xiiij. de ciui. cap. xxij. & xxij. Praeterea quantam afferat indissolubilitas angustiam, & penam, expertus loquatur. ¶ Quinto notandum. Et quo secundum Guilielmum Parisiensis. in de sacramentis, tract. de matrimonio ca. vj. & viij. opus coniugale potest laudabiliter, & uirtuose exerceri: tum ex iustitia reddendi debitum, tum ex charitate custodiendi se, uel uxorem a fornicatione: & utrumque possunt intendere in actu coniugali, cum sit commune amorum, & non unius tantum coniugis remedium a deo indultum: & quodlibet illorum pertinet ad bonum fidei: immo clauditur in ipso. Ideo potest probabiliter dici cum Paludano. q. ij. arti. j. quod bonum fidei excusat actum coniugalem ab omni peccato. Est enim bonum fidei petere, uel legitime requisitum uere, uel interpretatiue reddere coniugale debitum, non libidinis, sed uirtutis, & iustitiae, uel prolis, si haberi potest amore, & non comunicare corpus suum alteri: uel utriusque commune remedium contra carnis incentiuum ambobus coniugibus a deo alterutrum, & per se ipso indultum cum carnis infirmi-

tas (quam alter eorum patitur tunc, uel probabiliter se passurum timet: uel etiam coniugem suum: ex his quae ei incumbunt faciendae) alias bona fide non potest sedari, & extinguere: nisi uatur hoc remedium pro se, uel coniuge cuius lapsus timet uerisimiliter, expectat malum futurum in se, uel coniuge. Non enim sibi soli debet alter coniugum cauere de malo fornicationis: sed etiam alteri coniugi. ¶ Quantum ad articulum secundum est propositio prima. Fides, proles, & sacramentum possunt uere, & recte dici triplex coniugij bonum. patet auctoritate Magistri in textu. Ad idem Hugo de sancto Victo. libr. ij. par. xj. c. vij. & dicta notabilis primi, & secundi. ¶ Secunda propositio. Tria bona coniugij non sunt bona sacramenti matrimonij: sed coniugalis uinculi post contractum delectati: pariter, & commixtionis carnalis coniugum legitime coniunctionum, quam faciunt saltem aliqua ex eis, non habere peccatum. Prima pars patet ex notabili primo & dist. xxvj. Secunda pars: quod sint bona uinculi coniugalis, est Scoti dist. praesentis: & claret ex notabili primo, & secundo. Contractus matrimonialis, & uinculum coniugale honestatur, & perficitur per illa tria institutione diuina. Sunt enim eius perfectio intrinseca, & extrinseca. Et sic, quod contractus, qui fit cum conditione repugnante alicui trium bonorum est uere nullus, quia institutione diuinae repugnans, & contrarius, ut supra. dist. 28. q. ij. In his denique exprimitur obiectum debitum, & finis debitum: propinquus, & remotus contractus illius: quia persona non uaga, sed determinata assumpta ad prolis generationem, uel educationem religiosam, si eueniat. Tertia pars: quod sint bona excusantia a peccato, patebit ex dictis. ¶ Tertia propositio. Per praedicta, matrimonij bona, & praesertim per bonum fidei, & prolis, potest actus coniugalis copulae sufficienter a peccato excusari. ex notabili. na. po. j. ij. & v. Est enim nefas dicere deum aliquid instituisse, in quo implicetur obligatio ad illicitum, & peccatum: immo includit contradictionem: quod homo non possit illud, quod praecipit deus, sine peccato face-

Arti. 1. D Prop. 1.

Prop. 2. Tria bona coniugij non sunt bona sacramenti.

Prop. 3. per praedicta, matrimonij bona, & praesertim per bonum fidei, & prolis, potest actus coniugalis sufficienter a peccato excusari.

re. Præcepit autem deus hominum multiplicationem quâdoq; Gen. j. & ij. & ix. Præterea quicumq; præcipit aliquid tan quâ finem, uult etiam omne id, sine quo finis haberi non potest. sed deus præcepit hominum multiplicationem cū sua: ergo cum illa fieri non potest uia natura sine coitu: præcepit, & coniugale coitum. Ad hoc beatus Aug. Coniugalis coitus generandi gratia non habet culpam. Et est in glos. j. Corin. vij. cum dicit. Veniam concedens. Apostolus concubitū attendit coniugatorum, ubi est incontinentiæ malum. Incontinentiæ malum est, qd uir cognoscit suam ultra necessitatem procreandi liberos: sed ibi est nuptiarum bonum, qd facit illud malum ueniale propter bonum nuptiale, quod est triperitum: fides, proles, & sacramētum. Bonæ ergo sunt nuptiæ: quia fidem thori seruant: & prolis suscipiendæ causa utrumq; sexum cōmiscēt, hæc impietatem separationis horrent. hæc ibi. Ad idem de bono coitu. ca. v. Et iterum. Hinc laudabiles sunt nuptiæ, quoniam etiam id, quod non pertinet ad se faciunt ignosci propter se. Dicitum est in conclusione. Et præsertim per duo, fidem, & prolem. Tenet plures; qd sacramentum honestat, & matrimonij contractum, seu uinculum, & eius usum. xxx. distinct. cap. Nicensa. Verum communior est opinio, quâ etiam Richar. arti. iij. q. ij. dicit communioem, & consonant. Aug. & Magistro, qd bonum sacramenti respicit uinculum matrimonij, & nō actū, qui est posterior uinculo. Alia uerō duo respiciunt actum matrimonij. Sacramenta respicit uinculum, & non actū, uel eius usum. Intellegitur nisi indirecte, in quantum honestat contractum ordinatum ad usum. ¶ Quarto cōclusio. Carnalis cōiugū in gratia existentiū cōmixtio in alteri duorum bonorū, prolis scilicet aut fidei, finaliter ordinata, excusatur ceteris paribus redum ab omni culpa, sed potest esse meritoria. Probatur primū de bono prolis, uelle ampliare cultū diuinū de^o instituit, & præcepit: est bonū, & laudabile opus. Cōmisceri suæ uxori propter bonū prolis est huiusmodi: ut supra patet ex qd nominis

Cōcl. 4.

Carnalis cōiugū in gratia existentiū cōmixtio in alteri duorum bonorū, prolis scilicet aut fidei, finaliter ordinata, excusatur ceteris paribus redum ab omni culpa, sed potest esse meritoria.

termini ex notabili primo. ergo. Maior nota. Minor phatur: qd is est finis principalior institutionis matrimonij. Quo ad bonū fidei, patet. Quia reddere alteri, qd suū est: & hoc ut suum est concessione, & ordinatione diuina, est actus iustitiæ. Cōmisceri suæ ppter fidei bonum, est huiusmodi ex notabili quinto. ergo &c. Maior nota: & minor patet: quia ibi non intenditur uoluptas: sed. solum fidei bonum. Ad hoc est Apostolus. j. Corin. vij. Sed qd alterum illorum sufficit, patet. Nā alias cōiugū senum, & aliorum nō potentiū generare esset nullum: si nō sufficeret bonum fidei, secundum notatam notabili. v. Quibus consonat San. Thom. Duran. & Palu. cum Guliel. Parisien. ¶ Palud. q. iij. ar. j. dicit actum coniugale posse esse meritorium in. iij. casibus. Primus cum sit debiti redditio ex gratia: quod est actus iustitiæ. Secundus, cum petitur debitum pro loco, & tempore congruis propter bonū prolis: quod est actus latriæ. Tertius, cum quis uult cōiugē pseruare a fornicatione: qd est charitatis. q. ij. ar. j. Idē tenet iuxta finem, ubi etiam notat: qd bonum fidei excusat ab omni peccato coniuges in sua commixtione. Quartus: qd seipsum: nec habet tunc secundum probabilem estimationem remedium plus congruum, & efficax consequendi bonū uirtutis, & illē similiter est actus charitatis, & iustitiæ. Si autem non procedit ex gratia, non est demeritorius, licet non sit meritorius. Et sic patet concordantia doct. qd hi tres modi quos ponit Palud. habentur pro uno apud. San. Thom. & Duran. ¶ Corollarium. Coniecturans probabiliter, aut sentiens sese, uel etiam cōiugē suā scelinari ad fornicationē, quā bona fide, & probabili cōiectura non presumit remediandā nisi p cōiugale coitū, cessante spe prolis absoluta, & expressa, & non solum: tacita debiti petitione, potest licite, & uirtuose debiti a cōiuge ceteris paribus petere, & exigere, & stante gratia meritorie. Patet ex dictis. Hoc. n. ad bonum fidei pertinet, & est quedā debiti redditio. ¶ Debitum petitur quâdoq; expresse, quâdoq; tacite signo, uel nutu, quo intelligitur, uel intelligi potest, aut de

rum bonorum excusatur &c.

Coniecturans probabiliter, aut sentiens sese, uel etiam cōiugē suā scelinari ad fornicationē, quā bona fide, & probabili cōiectura non presumit remediandā nisi p cōiugale coitū, cessante spe prolis absoluta, & expressa, & non solum: tacita debiti petitione, potest licite, & uirtuose debiti a cōiuge ceteris paribus petere, & exigere.

bet petentis uoluntas: qnq; infirmitate, tentatione, aut passione coniugis huius, uel alterius minantis lapsus, nisi hoc modo succurratur tanquam pro tunc efficaciori, & congruentiori. Sic ait S. Th. dist. xxxij. q. j. ar. ij. Tēpus determinatum est. non solum, quando petitur: sed quando timetur. ex aliquibus signis periculum. Ad idem uidetur esse Beatus August. de bo. coniug. cap. x. Et cum corpus uiri corpus uxoris sit: cū coniux mutat corpus mariti languet, & econtra. Cū ergo hoc nouit, uel non esse deberet, teneatur succurrere sicuti corpori proprio. ¶ Conclusio quinta cognoscens suam ut talem præcisē loco, & tempore congruis, ac modo naturali uas debitum propter experiri cum ea uersua carnis libidine, excusatur propter bonum sacramenti a culpa mortali, ceteris paribus: sed non a uenialitate: quia contrauenitur diuine ordinationi, quæ delectationem propter opus, & operis fructum, & non econtra instituit. ¶ Conclusio sexta est Alberti Magni in suo quarto. Nihil eorum, quæ maritus agit cum uxore in commixtione carnali seruato uase debito, ē de se mortale: sed potest esse signum mortalis cōcupiscentiæ. Cui superaddit. San. Thom. dicens in expositione textus. Potest tamen quandoq; esse sine peccato, quâdo dispositio corporis alium modum nō patitur. Alias tantō grauius est, quâto magis a naturali modo receditur. Hæc ille, quem sequitur Pal. ¶ Cōclusio septima. Commixtio coniugū, in qua nihil aliud præter carnis queritur libidinem, nō curando an sit sua, uel nō, sed solum, quia mulier, nō excusatur a mortali culpa stante uoluntate plena, & deliberata. Hic. n. est tacitus consensus in finem prauum, & mortalem: & deficit bonum fidei saltem secundum mētis preparationem. ¶ Conclusio octaua. Sine præfatis tribus coniugij bonis, ut sunt in obligatione, non potest licite fieri coniugum cōmixtio: sed nec sine tacita, uel habituali fidei, ad proli intentione. Patet ex dictis. ¶ Ex his aliqua possunt inferri corollaria. Primū. Inordinata cōiugū intērio sepe facit cōmixtionē turpē, & prauam, quæ alias nō

Cōcl. 5.

Cōcl. 6.

Cōcl. 7.

Cōcl. 8.

Coro. 1.

est mala: ut puta uir tractat suā ut mulierē præcisē non ut suā. ¶ Secundū corollariū. Stat. unum coniugem mereri in actu cōmixtionis carnalis, & alium peccare, & demereri. Patet: unus potest habere syncceram intentionem alius prauam. ¶ Tertium corollariū. Vir cognoscens suam sine necessitate modo ferali, seu libidinoso, propter amplius delectari, licet in uase debito nō euadit sine peccato. ¶ Quartum corollariū. Cognoscens suam sic uel sic animo impediendi fornicationem, uel causandi ab ortum ne prolem habere cogatur grande, & diabolicum committit peccatum, & quandoq; homicidium si factus fuit animatus. Videtur tamē, qd de communi consensu possent abstinere coniuges ceteris paribus si paupertate grauati non possunt proles educare. Ita sentit Palu. q. iij. ¶ Quintum corollariū. Si in tantū cōtrauenitur naturali modo concubitus, qd ex natura facti, & modalis, inde non possent ceteris paribus stante bona cōiugū habitudine subsequi fructus, est mortale peccatū. Secus si inde possent fructus nasci si essent apti ad generationem. ¶ Sextum corollariū. Si coniux petit debitum a sua principaliter, & finaliter uirtutis amore, ne carnis tentatione pressus petere cogatur ab extranea, non peccat: sed fidelitatem seruat, siue uelit fornicationem uitare in seipso siue in coniuge. Patet ex notabili. v. Ad hoc est dictum Guliel. Parisien. an de sacramētis. tract. de matrimonio. cū inquit ca. vj. prope finem. Non enim sibi soli alteruter cauere debet: quin etiam alter alteri. Commune remedium amborum est matrimonium. Non enim ut ipse solus effugiat fornicationem cognoscere debet uxore: sed etiam, ut & ipsa uxor. Et ideo cum remedium id sit commune, neuter debet sibi illud uendicare. Hæc ille. Et in fine. c. viij. dicit esse laudabile si alter cōiugū sese uel alium uolēs custodire, & a cōtaminatione fornicationis immunē tenere, cōiugale debitū exercet: ponēs duos modos exercendi opus coniugale: tum ex iustitia reddendi debitum: tum ex charitate custodiendi se uel uxorem a macula uel cōtaminatione fornicationis, &

Coro. 1

Coro. 3

Coro. 4

Coro. 5

Coro. 6

c.vj. Intendere debet uterq; cōiugum in opere coniugali, uel ius mutuz seruitutis, q̄ est debitum reddere, uel remedium fornicationis tam sibi quā coniugi. Hęc ille. ¶ Septimum corollariū. Mulier habens uirum auferunt de alia tentatum quem congruis vijs auertere non potest: si perit ab eo debitum ob hoc præci se, ut amore fidei, & uirtutis eum a malo p̄seruet, non peccat, sed fidelitatis, & iustitiz opus facit. Fonte non semper est paratio de muliere respectu uiri, & eōtra; cum uir habet mulierē corrigere, nō sic mulier uirum. Possēt enim uir mulierem recludere in domo, nō sic mulier utrum, & sic eam a malo p̄seruare ne labatur, & succumbat. Opus tamen est discretione ne deterior reddatur ubi habet hęc distinctio in scripturis, q̄ non sit commune amborum remediū. ¶ Cōclusio nona. Pro qualibet lege in matrimonio reperitur tria coniugij bona stante, & nō sublata per dispensationem aut relaxationem generali institutione diuina. Hęc Scotus. de prole non est dubiū: cum prole habenda principaliter, & primo a deo institutum sit matrimonium. De fide similiter patet, & indissolubile, quā est a domino deo institutum coniugij, qui uoluit uinculum illud esse indissolubile. Relaxauit tamen ipsum in lege Mosai- ca: ut dicitur dist. xxxij. In noua uero lege Christi indissolubilitatem reduxit, & inuouauit. Matth. xix. reprobando repudium Mosaicum. Insuper Christus relaxat eum in matrimonio rato, cum alter ante consummationem copulæ ingreditur monasterium, & ita civiliter in deo moritur. Nunquam enim ecclesia p̄sumpsisset huiusmodi licētiare ad religionem matrimonio contracto per uerba de presenti ante eius consummationem, nisi Christus hoc instituisset, secundū Sco. Sic cū alter moritur naturaliter. j. Corint. vij. Et in cōiugio contracto in infidelitate altero eōuerso ad fidem, secundū doctrinam Apostoli. ¶ Decima cōclusio. Indissolubilitas conuenit matrimonio euangelico, non ex eo præcisē quia habet annexum sacramentum: sed quia sic est a deo institutum. Probatur:

quia & in lege naturæ, & ante peccatum fuisset contractus matrimonij indissolubilis: & tamen tunc non habuit annexū sacramentum propriē dictum. Et Christi potuisset illam indissolubilitatem præcise in lege euangelica ad contractum matrimonij sine annexione sacramenti propriē dicti. Insuper potuit annectere sacramentum, & tamen contractum non obligare ad indissolubilitatem personarum si uoluisset approbare repudium Mosaicum, & tunc fuisset ibi uerū matrimonij sacramentum sine indissolubilitate. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum. Cui semper annexa uerecundia quæ utique est de turpifecundum Damascenum ac iustæ reprehensionis timor, ac quedam confessio culpæ, illi nō conuenit innocentia: nec per consequens excusatio. Actus coniugalis est huiusmodi: quia semper habet uerecundiam ut notum est. Maior probatur: quia bonum additur malo non facit ipsum bonum: nec propter bonum additum malo fit malum bonum. Prima pars est Diony. quia bonum est ex causa omnifaria, & defectus unius circumstantiæ adesse debite facit actum malum. Sicut ergo illa bona non auferunt uerecundiam: ita nec turpitudinem: quæ utique uidentur esse culpæ. Hinc Augusti. xiiij. de ciuita. dei. cap. xviij. Deuicit publicana etiam permissa atq; impunita libido conspectu. Et iterum. Concubitus coniugalis quamuis sit honestus, remotum ab arbitris cubile conquirat. Sic lupanaria uerecundia naturali latibula habent. Et iterum. Hoc recte factum appetit sciri homo, ut tñ erubescat uideri &c. Itē illa bona non sedant membrorum quæ pudenda dicuntur inobedientiam: sed neq; libidinem: siue accipiatur libido pro inordinato, & importuno membrorum genitalium motu, siue pro cupiditate quadam uoluptatem præcedente, secundum Angu. ubi supra cap. xv. Non enim genitalium commotio ita nostræ uoluntati est subiecta sicut ceterorū mēbrorū, quæ ex uoluntatis imperio mouentur, aut peccata iacent, secundum, q̄ uoluntati placuerit: sed genitales corporis partes

Arti. 3.
Dub. 1.
H.

Commo-
tio geni-
taliū nō
ē ita no-
stre uo-
luntati

subiecta
sicut cē-
rorum
mēbro-
rum.

ita libido suo iuri quodammodo mancipauit, ut moueri non ualeant, si ipsa de fuerint, & nisi ipsa, uel ultro, uel excitata surrexerit. cap. xix. Hinc partes illæ corporis pudenda, & uitiose dicuntur etiam in his, & ab his. q̄ teperate, & castè uiuūt, & eis præ ceteris tegumenta dantur. Illa uero membrorum inobedientia peccatum est, & ex peccato: ergo & actus ille est malus. Immo & pueri antequā inobediētia sentiāt, alia membra abscondūt, & inde uerecundantur. Præterea p̄ actū illum ratio imminuitur, & amittitur, & intellectus sapientis obrunditur, secundum philosophum. vij. Ethic. Item Aug. ubi supra c. xvj. Sed neq; amatores huius uoluptatis siue ad concubitus coniugales, siue ad immanitates flagitiorum cū uoluerint, commonentur: sed aliqui motus ille importunus est nullo posseate: aliquando autem desinit in inhiantē, & cum in animo concupiscentia feruet, friget in corpore. Et ita mirū in modū non solum generandi uoluntati: sed etiam la sciendi libidini libido non seruit. Item matrimoniū in officium in statu innocentia non habuit bona excusantia, eo q̄ ibi fuisset thorus immaculatus, & nuptiæ honorabiles siue uerecundia, & pudore. li. xiiij. de ciuita. ergo & nūc post peccatum ex consimili causa cum sit idem contractus secundum essentiam, non indiget. Et ut est in remedium, similiter non indiget bonis excusantibus: alias & cetera sacramenta in remedium peccati instituta deberent habere bona excusantia. Præterea: quare dormitio, egestio &c. non habent bona excusantia? Item nullus recte agens perdit maius bonum propter bonum minus: sed in coitu coniugali rationis usus amittit: ergo ē rationi recte contrarius: ita & malus. Similia habentur supra distin. xxvj. ¶ Ad primum negatur maior. Quamuis. n. uerecundia sit de turpi, & p̄cō, & ueluti languor ex culpa, & pena quadā a deo recte pro inobedientia peccato inflicta, & quasi retributio quadam inobedientie primi hominis immo non solum de turpi: sed de omni habente speciē mali: ut est actus cōiugalis consimilis fornicationi secundū Duran.

q. iij. tamen uerecundia ipsa non est turpis: neq; peccatum: sed nec actus coniugalis, cum est recte circumstantionatus. Nec erubescencia est p̄cō de actu illo: sed de illa mēbrorum inobediētia, quorū excitatio, & commotio non est hominis uoluntati subiecta. Hoc est, q̄ pudet: hoc est, q̄ intueūti oculos erubescendo dicitur. Hęc enim partes ante peccatū uitiose nō erant, nec pudendam libidinē habebant: sed hominis uoluntati plene subiectæ erant: & ad eius nutum, ut cetera membra mouebantur ad plis generationem secundum recte rationis dictam. Nūc autē pudet animā resisti sibi a corpore, q̄ ei natura subiecit. Post peccatum ergo orta est libido: post peccatum natura eā nō impudens amissa potestate, cur corp⁹ ex omni parte seruebat, sensit, attendit, erubuit, operuit, secundum August. ubi supra. cap. xx. Si ergo homo stetit in innocentia, coniugum commixtio pudorem non habuisset, sed neq; uerecundia, aut libidinem sensisset. Hinc Palu. q. ij. arti. j. dicit actum illum esse malum malitia p̄cō: quia ex culpa processit illa mēbrorum inobedientia pariter, & uerecundia: ut languor quidam. Sic erubescencia est confessio culpæ, & timor reprehensionis iustæ: quia ex culpa processit. Sic & quidam alij actus ut egestionis habet uerecundiam, sed non tantā ut actus libidinis: & hoc ex peccato. Nam in paradiso non fuisset for: nulla corruptio. Cib⁹ aderat, ne esuriret: lignum uitæ, ne illum fenestra dissolueret. Nihil corruptionis in corpore, uel ex corpore ulla molestias ullis eius sensibus ingerebat. c. xxvj. ubi supra. Quod & de alijs corporis passionibus deducit Aug. ca. xxij. ¶ Ad probationem maioris negetur, q̄ hic bonū addatur malo: quia actus coniugalis recte circumstantionatus non est malus. Habet enim bona ipsum excusantia, & integrat: ut supra notabili. ij. Intelligit autē dictū istud de bono addito malo culpe. Tale additū malo culpe non facit ipsum bonū: nec ppter ipsum si addit, fit malū bonū. ¶ Ad aliud: Cur pot⁹ ille indiget excusatione, quā dormitio &c. Respondetur: q̄ huius non est tanta inobe-

diētia corporis ad animum, seu rationē: sed neq; ratio sic absorbetur ex uehemēti delectatione: ut in proposito. Hinc ad excitandum hominē ad commētionē sufficit sensus defectus, qui fit pro conseruatione indiuidui. Hic uerō delectationem quandam deus ingeniuit propter opus ipsum: quā, & bruta mouet ad actum propagationis: sine qua opus non ferret. Conceditur ergo: q̄ nec uerecundiam, nec turpitudinem auferant, q̄ sunt p̄næ ex culpa inobediētiæ derelictæ, & non culpæ: saltem non oportet: & ubi maior honestas, ibi maior uerecundia. ¶ Ad dictum beati Augustini. conceditur: sed omnia illa ex culpa ueniunt: non ut sanitas ex natura: sed ut languor ex culpa, qui stante innocentia locum non habuisset in cōiugij usu. ¶ Ad aliud conceditur: q̄ cōiugij bona non tollunt illā inobediētiā, sed sunt quædam penalis retributio pro culpa. Non tamen ex hoc sequitur actum coniugalem esse malū, nisi malitia p̄næ: ut supra; & habet penam annexam propter culpā inobediētiæ primi hominis. Quod in ea parte maxime debuit apparere, quā generatur ipsa natura, quæ illo magno in deterius est mutata peccato: a cuius nexu nullus eruitur, nisi id, q̄ cum omnes in uno essent, in communem perniciem perpetratur est, & dei iustitia uindicat: dei gratia in singulis expiatur. ca. xx. ubi supra. ¶ Ad aliud, conceditur: q̄ homo tenetur mēbra illa domare, & possidere rationis fræno coercere, sicut & cætera. Perdidit uerō id dominium propter peccatum. Tenetur ergo adhuc ad obediētiā legis diuine, & castigare corp⁹ suū in obsequiū spiritus. Nec est illa mēbrorum inobediētia semper peccatum: licet sit ex peccato p̄na quædam. De pueris conceditur, ut supra q̄ uerecundantur de malo etiā iam baptizati, & a p̄cō. immunes, & de mēbris illis ex diuina uindicta talismodi p̄na humanū gen⁹ affligēte. ¶ Ad aliud conceditur: q̄ ratio diminuitur propter bonum speciei humanæ, sicut & in dormitione: sed sine peccato cæteris parib⁹. Hoc enim fit propter mai⁹ bonum, deo sic præcipiente. s. conseruationē huma-

Perdit
dit ho-
mo do-
minium
mēbro-
rum pro-
pter pec-
catum.

ne speciei. Sic dicitur actus coniugalis p̄cellere spiritum sanctum non gratiæ amissione: sed quia per actū illū fit homo carnalis, & ex consequenti impeditur in diuinorum contemplatione. Sicut enim gustato spiritu desipit carositas & ecōtra, secundum August. Sic fugit spūs sanctus a prophetis: quia carni uacantes a spiritualium gustu ad tēpus præpediuntur. Dicitur ratio cōtrari⁹: quia rationē obtūdit. Dicitur uitiōsa illa cōmixtio: quia ex uitiō procedit illa libido indomita; & mēbrorum inobediētia. Dicitur quandoq; excessiua, per comparisonem ad alias libidines, licet in specie sua non sit excessiua. Et si fit cum circumstantijs debitis, est actus moraliter bonus. Ad aliud, in statu naturæ integræ actus ille nō potuit circumstantijs debitis carere; & ita nō potuit male fieri. Non ergo indignit bonis excusantibus: nūc uerō sepe male, & peruersē fit. Nec diuina institutio est præcisē causa, quare tunc non indignit excusatione: sed quia tūc pro statu originali iustitiæ nō potuit male fieri in sensu cōposito. Et licet matrimonium, ut est in re medium, institutum est (ut supra dis. xxxj.) ut remedium peccati uitandis: alia tamen sacramenta ut remedium curandi. ¶ Ad aliud negetur maior, maxime q̄n q̄s tenetur ad minus bonum, & non potest ipsum habere, nisi pro tempore aliquo careat meliori bono. Cum autem homo est pars totius speciei humanæ, potest non ab re paruam sustinere iacturam pro cōseruatione totius cōmunitatis, & speciei humanæ, cuius est pars. Sic licet contemplatio melior sit peregrinatione, uel comēstione, aut corporis maceratione: cum tamen homo tenetur peregrinari, uel comedere, & deperditū restaurare, aut ieiunare &c. tenetur contemplationem intermittere, cū non est p̄cepti. Dicit. n. Bernard. ingratus esse spiritui sancto, quicquid agit homo omisso eo, ad q̄ tenetur. Hæc. n. oportet facere, sed illa nō omittere. Homo tenetur coniugis salutē curare, & coniugale debitū reddere: q̄ fieri non pōt sine medio tali &c. Et licet sit motus naturalis: tamen propter naturæ corruptionē potest male fieri. Ita

Dub. 2.
I
Quid d
oculis
coniugū
cōtracti-
bus con-
fricatio-
nibus.

diger ergo bonis circumstantijs, quibus honestetur, & laudabilis esse ostendatur. Non ergo est illa membrorum inobediētia ex creatione primæua (Nam secundū Guiliel. si deus genitalia membra cum illo ardore, & libidine tam indomabili creasset, non ad bonum, sed ad malum creasset) sed ē ex uindicta diuina. ¶ Secū dum dubium. Quid de osculis coniugū, tactibus, cōfricationibus per medicinas, aut alia calida ad actum coniugalem, tū propter libidinem experiendam, tū propter prolem, aut fidei bonum: An & illa possint in cōiugio a coniugibus inter se fieri sine peccato: sicut ipsa commixtio. Ad hoc dicitur salua sententia saniore. Sicut actus coniugalis potest pro loco, & tempore ritē meritorie, & sine peccato exerceri: ita pariformiter possunt cōiuges se ad actum illum preparare, & (ut supra conclusionē. vj.) cæteris paribus apte: ita tamen q̄ in his preparatorijs nil aliud principaliter intendat, si peccatum euadere uoluit, nisi bonū fidei, aut proli, ut nō libido, sed amor uirtutis trahat, & iustitia. Hinc Palud. quæst. ij. artic. ij. Si oscula, & amplexus in solutis ideo sunt mortalia: quia ipse actus, ad quē incitat, ē mortalis: ergo in coniugatis, in quibus actus non est mortalis, nec incitatio ad ipsum est mortalis. Et Sanct. Bonauent. q. iij. Licet uero solitari cum sua &c. Ad idem Chrysost. super Matth. Homil. xvij. Sinis uidere mulierem, atque ex uisu capere uoluptatem, propriam cōspice coniugē & illius amore perfrenere. Hoc cū nulla lex prohibet omnino, Et iterum. Licet deus recte & iram, & concupiscentiam ingenerit, & instituerit iram pro correctione malorum, & ordinatione in compositorū: concupiscentiā pro humani generis successione: ac sobolis propagatione: Attamē sicut peccatū est irasci sine causa: ita mulierem nō suā uidere ad cōcupiscendum. Subiūgit. Quid si uideam, & non capiar? Respondet. Cohibuit dominus aspectum, ne huiusmodi licentia uideret, & concupiscendum: sed tamen nil turpe ego? Respondet. Et sic quidem iam in adulterorum

parte inuenieris. Ita siquidem pronuntiavit legislator Christus. Non ergo amplius oportet inquirere. Deinde semel quidem & secundū, & tertio sic uidentur possis animum continere: si uerō frequenter id feceris, formicem istam sponte succedens profectō capieris. Non enim ex natura humana lubricus consistes. Et infra. Idcirco præcepit, ne forniceris oculis, ne per hoc scilicet animo forniceris. Peccatum enim ab extrinseco occasionatur. Iaco. j. Et Thren. iij. Oculus meus deprædatus est animam meam. Insuper ait. Aspice, ut oblectet eius aspectum, cum deus non dedit oculis, ut per eos adulteria ad animum transmittas: sed ut creaturam eius aspiciens admireris auctorem: uidere est ad concupiscendum: quia est uelle causam antecedens, & occasionem (ut in pluribus) fornicationis: & qui uult antecedens, uult & consequens scitum esse tale. Quilibet autem potest scire ex seipso tale antecedens infallibiliter quodamō habere cōsequens illud: sicut uolens uacare potationi uini fortis, uult inebriari interpretari: licet nollet uoluntate elicita matutinam negligere. Cū ergo cōmittit se discrimini peccati mortalis sciens, & uolens, mortale committit secundum communem theologorum regulam. Præterea occasiones illæ quæ ex sua naturali proprietate habent fortiter mouere, & quasi uolenter trahere uoluntatem ad peccatum, & ut in pluribus excitare delectationem in sensu: quæ apud iuristas dicuntur inducere præsumptionem uolentiam: sunt utiq; uicandæ. Nā qui recusat ea uitare, uidetur ex animi proposito non uelle uitare peccatum, & ita se uelle committere discrimini peccati mortalis. Ob eam causam tales occasiones dominus prohibuit Matth. v. quæ sunt causæ meretriciæ (ut in pluribus) & luxuriæ interioris in animo, & uoluntate, quam data opportunitate comitatur factum carnis. Hoc innuit Hugo Possil. & gloss. Matth. v. cum inquit. Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam: si aspexerit hoc sine, & animo, ut eam concupiscat, quod iam non est titillari: sed plane consentire libidini: meretriciæ est eam

in corde suo: reus est mœchiæ in corde suo propter consensum interiorem. Ad hoc beatus Aug. xij. de trin. c. xij. dicit. Si consensus illecebris sola cogitationis delectatione contentus est: sic habedum existimo: uelut si mulier sola cibum comederit. Et post pauca. Totus uero homo damnabitur nisi hæc quæ sine uoluntate operandi: sed tamen cum uoluntate animum talibus oblectandi, solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiam remittantur. Non autem damnatur homo nisi pro mortali: ergo & in proposito peccant, qui per prædicta animum suum uolunt oblectari sine consummatione operis &c. ¶ S. Tho. ij. q. c. liiij. ar. iij. & in quæstionibus de malo in materia de luxuria. ar. ij. dicit, qd tactus, uisio, confabulatio &c. personæ muliebris soluta, & extra matrimonium non est secundum speciem suam mortale peccatum. Hinc Apostolus Ephes. v. talia non repetit cum inquit auarum, im mundum, & fornicatorem non habere hæreditatem in regno dei. Loquitur. n. solum de his quæ sunt mortalia secundum se. Illa uero sunt mortalia secundum suam causam uel finem. s. secundum qd ordinantur ad aliquid quod est mortale: puta ad actum fornicationis, uel ad delectationem actus peccati mortalis per consensum liberum. Sic enim consequuntur consensum prauum, uel in actum ipsum, uel in delectationem carnalem. Pater ex dictis, non solum consensum in actum: sed etiã consensum in delectationem peccati mortalis, esse mortalem. Siquidem deus mœchiam prohibendo etiam prohibuit omnem mœchiæ liberè uolitam delectationem quomodocunq; & per quæ uis corporis membra liberè quæsitam, intentam uel acceptatam, complacentem siue secundum se, siue secundum suam causam, siue antecedenter, siue consequenter uolitam uere aaturaliter uel interpretatiue: siue delectatio sumatur pro passione consequente operatione: siue (ut aliqui loquuntur) pro actu uoluntatis elicito, uel impetrato: ut cum uoluntas actu uult sese oblectari complacenter in apprehensione mœchiæ, uel in amplexibus &c. seu uult illud

uelle contingere circa causas mœchiæ: licet non uelit (ut dicit) actum Hoc autem uelle, delectationem. s. uel actum mœchiæ, non uideatur posse stare sine libera complacencia, & uolitione actus illius, uel rei illius unde delectatio causatur. Volens ergo antecedens uult & consequens scitum esse tale, & eo modo quo uult antecedens uult & consequens. Ad hoc Aug. xij. de trin. cap. xij. ponens duos modos peccandi. s. uoluntate operandi: & uoluntate animi cogitationibus illicitis a quibus se auertere deberet, libere oblectandi sine opere. Ad idem Gers. cap. de luxuria in regulis moralibus dicens. Consensus in delectationem luxuriæ circa obiectum sibi prohibitum est mortale, si ue sit in cogitatione, uerbo, utu, tactu, nutu, aut operatione. Finis enim sic agendum est delectatio libidinosa. Omnis autem actus cuius finis intentus est mortalis, siue actu siue habitu intendatur, mortalis est. Sic delectatio concepta de opere nefario, & mortali, mortalis est: quando non de sola cogitatione: sed re que cogitur delectatio habetur. Is uero sese committit discrimini, & periculo peccati mortalis, qui facturus quippiã ita uehementer ac probabiliter secundum dictam rationem inculpabilis habet, & debet timere de peccato mortali per hoc incurrendo, sicut de opposito. ¶ Corollarium. Non omnis actus mulierum de se. fatalis est. Pater de uisione, & tactu, quæ sunt ad explorandum uirginitatem alicuius: ad insperandum medelam &c. de osculatione, & amplexibus, quæ sepe sunt causa amoris, & synceræ dilectionis, & secundum morem patriæ. Item Iacob patriarcha osculatus est Rachelè amore casto, ut consanguineam. Sic Tobia. x. parentes Saræ filia Raguclis apprehendentes filiam osculati sunt eam. Et Christus Lu. vij. Osculum mihi non dedisti. osculum inquam reuerentiæ. Et. ij. Regum. xv. Absalon osculabatur cunctos ad se uenientes. Et Gen. xxvij. Da mihi osculum filii mi. Et in primitiua ecclesia christiani se salutarit in osculo sancto: quod usq; hodie in quibusdam religionibus approbat consuetudo. j. & ij. Corinth. ult. Sic ho-



CIENDVM est etiã, qd in omnibus &c. In præcedentibus Magister egit de bonis coniugij in genere: nunc in specie de bono fidei. Primum ueritatem dicit. presentem: ut requiritur in omni matrimonio consummato. Secundo specialiter dist. sequen. ut respicit matrimonium antiquorum patrum. Summarium huius textus complectitur tribus conclusionibus. ¶ Prima. licet secundum Apostolum uir recte dicatur caput mulieris: tamen coniuges sunt pares in bisaria debiti redditione, ad proles scilicet generationem, & fornicationis remediacionem. ¶ Secunda conclusio. ita coniuges ad mutuam sibi tenentur in coniugio seruitutem: ut alter sine consensu alterius, nec continentiam uouere, nec licite possit continere. ¶ Tertia. Quibus bonæ sint nuptiæ, non tamen omnino tempore celebrandæ. Honestum deniq; est a carnis commixtione in coniugio pro loco, & tempore abstinere. Harum conclusionum declarationem textus habet.

Cōcl. i.

2.

3.

QVÆSTIO VNICA.

IRCA distictam est quæstio. A. Verum sicut matrimonio per copulam consummato alter coniugum non potest sine alterius delicto, uel demerito religionem intrare, seu ad sacros ordines licite promoueri, aut ad perpetuam continentiam sese deo deuouere: ita singulorum tenentur coniugij pro omni loco, & tempore exactus, & requisitus coniugale debitum reddere. ¶ Quantum ad articulum primum supponit ex dist. precedentem, qd bonum si dei intrastitue est fidelitas quædam, seu in Donum dei trãstia tua corporum translatione in se inuicem tunc est ad communicandũ sibi mutuo corpus ad delitas legitimã requisitioe p societatis coniuga quædam.

Artic. i.

Not. 1.

Donũ si

dei trãstia

tua corporum

translatione in se

inuicem tunc est

ad delitas

legitimã requisitioe

p societatis coniuga

quædam.

Coroll.
2.Coroll.
Nō ois
actus
nulli
de se est
malus.

die amici sese osculantur osculo amoris: & maiores minores osculo reuerentiæ, uel pacis, & reconciliacionis, aut honoris. Sic est osculum lasciuiz, & procacitatis. Prouer. vij. Apprehensum de osculo iuuenem &c. ¶ Corollarium secundum. Visus, tactus &c. mulierum secundum qd pius, uel minus, & ut in pluribus sunt prauæ concupiscentiæ generatiua, ac scandalosa, aut ex sine prauo, & consensu nefario procedentia, sunt plus, uel minus lætifera, & ab homine ueluti incedendum peccati fugienda. Hinc Thom. ij. q. c. liiij. Non habent nomen peccati, nisi secundum qd ordinantur ad fornicationem, uel immunditiam. Et Angelus in sum. in uerb. Luxuria. Quando deliberate sunt causa delectationis luxuriosæ sunt mortalia: secus quando causa amicitia. Et secundum Alexã. par. ij. q. clxi. mem. v. uisio prohibetur, ut dispositio antecedens. Mens enim modicis, & leuibus allueta tanto in maioribus contemnit pertimescere, quanto in minimis didicit non timendo peccare. Hinc qui nimia non formidat, a statu innocentia non repente semper: sed partibus totus cadit; secundum Greg. in pasto. lib. iij. Nec tamen minima sunt dicenda huiusmodi peccatorum occasiones, & cause: quoniã ad maxima efficacem, & ualde fortem præstant occasionem. Secundum Aug. de uer. & fal. p. xvi. licet sint parua per dei misericordiam uenialia peccata, sicut in peccatoribus magna negligetia. Quis enim peccem tangit, & non inquinatur ab ea? Ecclesiast. xij. Amicus quoq; stultorum similis erit eis. Prouer. xij. Sic qui non nisi mortalia, & que gratiam tollunt post habitis uenialibus, quæ gratia non priuante, uitare curat: & effrenate uenialibus studet, & frenata laxat: uix stare ualebit. Nec uenialia dicenda sunt minima: quia gratiam non tollunt: sed magna: quia in maiora projiciunt: & ad lapsum disponunt &c.

lis consummatione: q; illud nulli alieno comunicetur: & hoc sine duplici, secundum duplicem matrimonij institutionem .s. ad proles generationem, uel saltem non impeditionem, & ad fornicationis uitiationem, non in seipso solum: sed & in coniuge. Est enim ut supra dist. precedente: hoc remedium commune. **ambos hinc, &**

Not. 2. hinc respiciens coniuges. **¶** Secundo notandum. Quia redditus debiti est actus Reddi-
tio debi-
ti coiun-
galis est
actus p-
cepti af-
firmati-
ui & c.
præcepti affirmatiui explicantis iustitiã commutatiuam: Præceptum autem affirmatiuum obligat semper: sed non ad actus sed pro loco, & tempore cõgruis: & debitis positus circumstantijs: ideo uidentium, quæ sint illæ circumstantiæ. Saltem in genere enumerari solent: ut fiat quando, ubi, & qualiter oportet: in loco, & tempore non sacris: in loco non scandaloso, aut publico: non tempore menstruorum, non infectionis lepræ, saltem leoninæ. Non cum moris periculo, aut lætalis infirmitatis. Nec contra salutem proprii corporis. Nam secundum San. Thom. dist. præsentis. q. unica. artic. iij. sicut mulier accipit potestatem in corpore uiri, & econuerso, saluo hoc, in quo uir tenetur corpori proprio: ita etiam saluo hoc, in quo alij domino: puta a quo habet ferendum, uel cuius est seruus tenetur. Non ergo potest mulier perere debitum contra salutem proprii corporis uiri, & contra. Nec etiam cum periclitatione subiecti. Nec cum est ligatus, uel ligata maiori uinculo de nõ reddendo debitum, ne scetus extinguatur, uel periclitetur: ne ecclesiæ præceptum uioletur: ne coniux graui ualitudine, uel morte quariatur: ne uotum ritè emissum uioletur. Cum ius petendi amissum est: cum non est potens ad actum: Cum uult tempore congruo, & a iure concessio religionem intrare. de conuer. coniuga. cap. Verum. cap. Ex publico. De his latius infra.

Not. 3. Vouere
est actus
uoluntatis
& ideo potest
proprie
feri & re-
b. nris.
¶ Tertio supponendum ex dicendis infra. dist. xxxvij. Vouere est actus uoluntatis: ideo tantum de illis bonis, quæ nostræ subiacent potestati, potest uotum proprie fieri, & non in illis, in quibus est alter alteri subiectus, & quodammodo seruus, aut proprius. Cum ergo coniuges,

corporis potestatem commutarunt coniugaliter: ideo in hoc sibi præiudicare nõ possunt. Hoc autem fit continentia, abstinentia, & similibus, quibus coniugale debitum impeditur, ne uel omnino reddi possit, aut saltem congruè non possit. Quod autem non potest congruè fieri, dicitur non fieri: aut non posse fieri: ideo circa hoc uouere non possunt cum præiudicio alterutro. **¶** Quarto notandum. Licet olim fuerit dubium: an sicut coniux post matrimonium ratum potest in religione profiteri etiam nolente coniuge. cap. Verum. de conuer. coniug. ante eius consummatonem per carnalem copulã: Ita possit sacris ordinibus initiari: ut disputat gloss. cap. unico. lib. vj. de uoto. hodie tamen Extrauagans Ioann. xxij. quæ scribitur supra. q. ij. dist. xxvij. cuius initium est. Antiquæ concertationi: declaratur hoc esse speciale in religionis ingressu: sumendo nomen religionis ingressus: ut includit regularem professionem. Secus in susceptione sacri ordinis. Hoc enim non reperitur iure cautum, nec per aliquem sanctorum attentatum. Et secundum Dominicum ibidem: quidam cum esset postulatus post matrimonium ratum in episcopum Tauriniensem, postulatione non fuit admissa. Hinc si de facto alter ordinaret, reciperet characterem ordinis, & compellendus esset instante coniuge matrimonium consummare. Et sic est casus secundum Panor. cap. Verum. de conuer. coniug. in quo sacerdos potest habere uxorem. Et eo. ti. cap. Vxoratus. ponit casum, in quo uerus religiosus habitat cum uxore, & tenetur debitum reddere. Et habens de facto uxorem si promouetur in papam, tenetur uxore instante papatum relinquere, & ei reddere debitum: nisi mulier uelit cõtinèter uiuere. Ita habet gloss. cap. Si quis pe. xxix. dist. Idem tenet Panor. cap. Constitutus. dicens, q; coniugatus non est habilis ad papatum uxore non consentiente, & ignorante. Cum enim papa non potest dispensare contra id, quod est alicui iure diuino, & naturæ debitum, quale est reddere debitum coniugale legitime petiti: ideo tali mulieri non potest generari qua-

Not. 4. An possit alter coniugi sacris initiari, ut etiam potest intrare religionem.

Notandum dicitur.

Not. 5. Sicut aliquem quælibet ratione uoti ad aliquid

Artic. 2. Cõcl. 1. Contra istis sponsalibus legitime uerbo de futuro, potest

secusque præiudicium ea nolente, quoad debiti redditionem, per dispensationem papæ: ut non teneatur exactus reddere debitum. Immo salubrius esse uidetur huiusmodi ordinatum sine debito reddere: quã mulierem suo iure priuari. Hoc enim fieri potest dispensatione humana more ecclesiæ præcorum dist. xxxij. cap. Si quis. Et succurrèdum est saluti animarum, stante correctione delinquentium. **¶** Ex illo sumitur: q; alter coniux nõ peccat, si non annuit, q; alter possit continentiam uouere. Nec per hoc impedit alterius bonum: sed quod suum est, petit, & se sibi fiat præiudicium, saragit ex ordine charitatis. Potest enim bene uti alterius malo: imputet sibi ipsi, q; corpus sic commutauit. **¶** Quinto notandum: Stat aliquando q; ligari secundum Paludrationem uoti ad aliquid, quod tamen nõ nouit se facturum, non directè, sed accessoriè ad promissionem prius factam, & quodammodo per accidens. Exemplum: aliquis uouit perpetuam continentiam: & nunc contraxit cum aliqua de presentibus: quia uotum ex post facto est necessitatis, & obligatorium ad obseruandum, licet prius fuerit uoluntarium: tenetur talis, ut euitet peccatum religionem intrare: quia manens in seculo cõpellitur suo tempore ad debiti redditionem. Potest enim alter bene uti eius malo. Et non potest primò commiseri cum coninge si ne peccato: quia deinceps stare tenetur, & reddere. Cum ergo non potest in seculo manens caste uiuere, nisi deobligetur cæteris paribus a redditione debiti: & post copulam deinceps negare non potest debitum: ideo tenetur ratione uoti continentie per accidens religionem intrare, ut possit, & peccatum uitare, & uotum implere. **¶** Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Contractis sponsalibus legitime uerbo de futuro tantum: potest uterque sponsus alio infcio aut nolente continentiam uouere, uel simpliciter, uel solemniter. Probatur pars prima: quia hoc nõ legitur iure prohibitum. Attamen cum promissa sunt seruanda: nec possunt sine peccato uiolari: tenetur, qui sic uouit simpliciter

continentiam post contractum sponsalium solo uerbo de futuro, statum muta re ut supra notabili. v. si non deobligatur alio in a promissione sponsalium a sponso, uel scio uo- nere. uterque sponsus
nachari non obtenta a sponso deobligatione. Sponsus uero ad idem tenetur, si est bigamus, uel irregularis, cum non potest sacris initiari. Quia si est habilis ad ordines sacros, potest ordinari: & sic a promissione liberari per uotum solemnem. Tenetur enim promissa, & sponsalia seruare: nisi habeat causam soluentem. Causa soluens secundum aliquos, est uotum continentie etiam simplex emissum post sponsalia. Cuius contrarium multi tenent ex eo: quia ecclesia compellit post uotum simplex emissum ad sponsalium expletionem. ut supra dist. xxvij. q. ij. Nam & contractus matrimonij post factum tenet, licet peccauerit sic contrahendo suæ promissioni, & uoto. Secus de uoto solenni. cap. Rufus. c. Consultur. c. In sinuante. Quæ de. uel uo. Et hoc ideo: quia ecclesia statuit duntaxat solemnem uotum esse impedimentum dirimens, & soluens. Si ergo tenetur opinio, q; uotum simplex continentie dirimat sponsalia, soluitur uinculum emissio uoto simpliciter. Si tenetur oppositum, opus est, q; sese deobligent ab uia promissione sponsalium, uel per uotum solemnem redimant. Sufficit tamen de facto alterum coniugum hoc facere pro liberatione alterius: & quicumque uinculum sic soluerit etiam alio reluctantem, uel ignorantem, iam alter liberatus est. Secundum Palud. nullum beneficium, nulla dignitas excusat sponsus, nisi uel sacris inicietur, uel prohibeatur: aut dispensationem, uel deobligationem habeat: nisi alter fregisset fidem sponsalium & c. **¶** Secunda conclusio. Si alter coniugum post matrimonium ratum non consummatum emittat simplex castitatis uotum, tenetur monachari, & religionem intrare, siue fuerit sponsus, siue sponsa, nisi alter uelit eum a debiti petitione deobligare. Patet ex conclusione prima, & notabili. Non enim potuit uouere in præiudicium alterius. Et sic est illi obligatus sub conditione, nisi intrat re simplex

Cõcl. 2. Si alter coniugum post matrimonium ratum nõ consummatum emittat simplex

fastita- ligionem. quod & facere pot alio inuito. Et tenetur uotum implere, quod non potest facere alio petente debitum, manendo in seculo citra professionem regulari. ergo Sec. Non enim potest sacris ordinibus initiari nolente coniuge, aut sponsa: ut in v. notabili. cap. Verum. cap. Ex publico. de conuer. coniu. Verum licet matrimonium sit ratum: non tamen statim tenetur ad debiti redditionem: sed tempore determinato. Et licet papa in cap. Ex publico. de conuer. coniug. præfigat terminum duorum mensium, non tamen per hoc statuit esse regulare nolenti religionem intrare: sed potest tempus id breuiari, aut augeri secundum circumstantias occurrentes: non tamen sine causa, secundum Panor. Item significatum matrimonij rati non consummati quod consistit in unione dei cum anima fidei, sepe separatur per peccatum: ergo & matrimonium ipsum significans separari potest modo iam dicto: nec obligatur sic uouens continentiam post contractum, ad impossibile: quia simul stant, quod sit obligatus alternatiue ad consummandum matrimonium: uel ad religionis ingressum propter continentiam uotum. Obligatur enim reddere debitum sub conditione, si non intrat religionem, quod potest facere. ¶ Tertia conclusio. Non per sacri ordinis susceptionem, nec per religionis ingressum citra regularem professionem, nec per uoti simplicis continentiam datur in seculo obseruandam emissionem: sed per regularem professionem soluitur matrimonij rati, non consummati uinculum. Patet per cap. Verum. cap. Ex parte. de conuer. coniu. & extrauagan. Ioan. xxij.

Cocl. 4. ¶ Quarta conclusio. Nulla dignitas, nullus ordo sacer, nullum continentiam uotum in præiudicium alterius coniugis assumptum, uel emissum absoluit coniugem de presenti a debiti redditione, si petitur, nisi duntaxat uotum religionis solenne stante lege: quia forte secus, habita dispensatione papæ secundum Gofre. & aliorum opinionem dicentium dictum Christi Matth. xix. debere intelligi de matrimonio consummato. titu. de conuer. coniuga. Et intelligitur conclusio, ut supra de coniu-

gibus ante matrimonij consummationem. Siquidem matrimonium compatitur ordinem sacrum, nec impedit de facto ordinis susceptionem (ut supra patet dist. xxiiij. huius in ecclesia orientali: ubi iam uxorati possunt sacris initiari. dist. xxxij. cap. Si quis. & xxxj. dist. cap. Nicena. Sed impedit regularem professionem. de hoc supra dist. xxvij. q. ij. Ad hoc est extrauagans Ioan. xxij. Et Hostien. de uo & uo. re. cum inquit. Si occidentalis uxore inuita, aut ignorante ordinatur, nullum fit per hoc uxori præiudicium: quia tenetur ei adhuc reddere debitum. ¶ Quinta conclusio. Laudandi sunt nonnunquam coniuges, si matrimonio iam consummato, dei & castitatis amore pari uoto, & amorum accedente consensu libero perpetuam, uel temporalem deo uouent continentiam, statu pristino non mutato. xxxij. q. v. cap. Quod deo. Sunt uerba August. ad Editiam cum inquit. Quod deo pari consensu uoueratis, perseveranter usque in finem reddere debuitis. A quo proposito si ille lapsus est, tu saltem instanter perseuera. Ad quod te non exhortaret, nisi quia ipse tibi ad hoc consensit. primæ Corinth. vij. nisi ad tempus, ut a ceteris orationi. ¶ Sexta conclusio. Si alter coniugum post matrimonij consummationem adulteratur, seu in fornicationem carnalem, uel spiritualem labitur, potest innocens, si uult maxime post latam diuortij sententiam, alio nolente perpetuam continentiam uouere, uel in regulari professione, uel sacrorum ordinum susceptione, uel in seculo manendo: & sic a thoro: sed non a coniugali uinculo liberari. De carnali Matth. xix. & cap. Constitutus. de conuer. coniu. & capit. Ex literis. de diuor. De spirituali xxxvij. quæst. j. Non solum. Non solum moechatio est illius, qui carnem suam coinquinat: sed etiam qui simulacrum facit, moechatur. Quia si in his factis perseverat, & penitentiam non agit: recede ab illa: & noli uiuere cum ea. Sin autem, & tu particeps illius peccati eris. Hæc Aug. de adul. coniug. & cap. Mulier. de conuer. coniu. Verum inspiciendo textum & gloss. non est idem per omnia de for-

Cocl. 5.

Cocl. 6.

Cocl. 7. E Neuter coniugum potest quæque sine alterius consensu.

nicatione carnali, & spirituali. Si enim alter coniugum fornicatus est carnaliter, potest innocens sibi nunquam reconciliari reum, nec ad eum reuerti: nec compellitur ad religionem: nec ut redeat ad eandem, nisi forte delicto delictum uenerit compensandum. Si autem fornicatur spiritualiter per lapsum in hæresim: & iam factum est diuortium ecclesie iudicio, potest innocens religionem intrare. cap. Mulier. de conuer. coniu. Sed si ab hæresi reuertitur: potest innocens compelli re integrare redeat ad eundem: uel ut ingrediatur religionem. Quam si ingressus est, non debet euocari coniugem iam emendato, licet sententia separationis non præcellerit: secundum Panor. cap. præfato. Est & alia differentia: quia propter unicam carnalem fornicationem licet uxorem dimittere: sed non propter unicam spiritualem, nisi perseueret in heresi. xxvij. q. j. Non solum. Ratio diuersitatis secundum gloss. est: quia cum committitur ei post reditum a fornicatione spirituali, non incurrit bigamiam: sicut post carnalem fornicationem. Dictum est, quod liberatur a thoro non a uinculo. xxxij. q. vij. c. Licite. & alijs sequē. Et ratio est: quia sicut significatum huiusmodi commixtionis coniugalis est inseparabile: puta uerbi cum natura humana coniunctio: ita & signum significans, puta matrimonium consummatum. Quod enim uerbum semel assumptum, nunquam dimittit. ¶ Septima conclusio. Neuter coniugum potest quippiam sine alterius consensu libero uouere, quod est eidem præiudiciale in eo, quo est ei debitor, aut par, aut æqualis lege coniugali. Patet ex notabili tertio. Nec datur ratio diuersitatis de uno plus, quàm de alio in his, in quibus sunt pares. cap. Gaudemus. de diuor. Sed quia mulier est subiecta uiro tanquam capiti, & eius regimini subdita, Palud. facit differentiam inter uotum uiri, & mulieris, dicens mulierem: quia subest uiro, nullum uotum personale posse facere sine consensu uiri: quoniam ipse possit irritare. Virum autem, quia caput est mulieris, posse uouere, quicquid uult, ipsa in seia, uel inuita præter uotum continentiam, in quo est æqualis, & seruus,

& præter uotum abstinentie, quo reddere tur impotens ad reddendum debitum. Potest tamen accipere crucem. Hoc dictum uidetur limitandum cum coniugibus hinc, & hinc, non fit præiudicium in debiti redditione. j. Corinth. septimo. Hinc sicut mulier non potest nolente uiro ire ad maritimum cum scandalo eiusdem: aut iacere in camilijs super scamnum &c. uiro petente debitum, aut cum per hoc fit ei matrimonium odiosum: ita nec uir. Nemo enim potest proximum suo iure spoliare sibi debito lege diuina. De irritatione uoti mulieris a uiro. xxxij. q. v. cap. Noluit. & cap. Manifestum. Attamen in tali irritatione discretionem opus est. Non enim absolute uidetur necessarium: quod mulier uotum factura habeat mariti consensum, nisi quatenus fit ei præiudicium. Quilibet coniugum potest uouere in sui ipsius præiudicium: sed non alterius quoad debiti redditionem, secundum Panor. capit. Charissimus. de conuer. coniu. Allegat cap. Placer. & cap. Quiddam. eodem titulo. Ex hoc inferunt multi doctores, Bonauent. Palud. Petrus de Taran. Richard. Tho. Argen. Panor. quod quilibet coniugum potest uouere non uelle petere debitum. Quod uidetur intelligendum: si per hoc non fit alteri coniugum onerosum: nec ullum generatur ei scandalum, cum nunquam ab eo petitur debitum. Quia si quis sic iurauit non uelle petere debitum, licet periculo se exposuit, tenetur tamen uotum seruare, cum potest sine præiudicio coniugis, cui per suum profectum præiudicare non potest. Et si uouenti ex hoc uenit periculum, ex propria culpa est. Hinc uidetur opinio beati Thom. probabilis, quæ dicit coniugem hoc non posse facere. Idem tenet Palud. quæst. ij. artic. ij. Ad hoc Aug. in epistola ad Armentarium Riparium, & eius coniugem iuxta finem, cum inquit. Vna sola causa esse potest, qua re id, quod uouisti, non solum non hortaremur, uerum etiam prohiberemus implere, si forte tua coniugis hoc tecum suscipere animi, seu carnis infirmitate recusaret. Nam & uouenda talia non sunt a coniugatis nisi ex uoluntate, & con-

fenſu communi. Et ſi perperam factum fuerit, magis corrigenda eſt temeritas, quã perſoluenda promiſſio. Et iudicium in moralibus formatur de frequenter accidensibus. ¶ Quid ſi uterq; coniugum manens in ſeculo ſtatu non mutato uouet continentiam ſimpliciter, & abſolute, & ſeſe deobligant accedente ad hoc eorundem mutuo conſenſu a debito coniugali? An ne tale uotum ſic indiſtincte emiſſum ſit inuolubiliter obſermandũ? Quia ſic, uidetur auctoritate Aug. ad Editiam ut ſupra. Quamuis enim uouere ſit liber ratis, & ſupererogationis; tamen poſt factum eſt neceſſitatis. Ponatur alter ducitur pœnitentia; & inſtanter petit debitum allegans grauem infirmitatem carnis; & niſi reddat uelit commiſceri alteri: eſt quoq; uerſimiliter id futurum. Inſuper allegat ſuam fatuitatē: quia perperã egit, ut inuuit Aug. ad Riparium. Sic enim ſecundum eum corrigenda eſt temeritas, & non ſoluenda promiſſio. Videtur reſpondendum: Si coniuges nou mutato ſtatu perpetuam deo uouent continentiam accedente ad hoc eorundem cõſenſu mutuo, & libero, nõ poſteſt poſthac alter ab altero coniugale debitum petere citra peccatum mortale: ſed nec alter alteri reddere auctoritate propria, non obſtante huiusmodi uoti relaxatione, & diſpenſatione. Sunt enim deo reddenda uota: imputet ſibi, q̄ ſeſe uolens ſpouit uſu ſui iuris. Ad auctoritatem Aug. dicendum. Id perperam ſit, quod fraudulenter ſine alterius conſenſu ſit. Et hoc non licet coniugũ. Hinc quoad primum dicit Palud. poſt Innoc. q̄ filij ſic geniti poſt generalem coniugum continentiam etiã de conſenſu mutuo, nõ ſunt legitimi: quia non eſt ibi matrimonium quoad exercitium carnis. cap. Chariffimi de conuer. coniuga. Obſtineant uoti relaxationem, ſi continere nolunt, aut non poſſunt: ut ſic poſſint ſine peccato, quod alias non niſi cum uoti transgreſſione ſit. Inſuper ait. Videtur: q̄ in illo caſu, in quo non licet de licentiã manentis in ſeculo intrare religionem, uel ſacris initiari (Quando. ſ. manens in ſeculo nõ uult perpetuã continentiam uouere: uel ſi eſt iuuenis,

& uult in ſeculo uouere, non tamen uult in religione profiteri, cum eſt ſuſpecta uitæ) in eiſdem etiam caſibus, utroq; in ſeculo remanente non licet uni de alterius conſenſu continentiam uouere, niſi uterq; eorum uoueat, & niſi uterq; ſter ſi ne periculo cum alio, ut frater cum ſore, ut quia ſenes, uel quia iam experti diu poſſe ſic manere. Ad hoc ponit Panor. regulam. cap. Cum ſis. de conuer. coniu. Alter coniugum non poſteſt religionem intrare, alio in ſeculo manente. Exceptio: ſi remanens in ſeculo eſt ſenex nõ ſuſpectus, & continentia uoto perpetuã deo deuotus. Ergo e religione, & ſecundum omnes ſi manens in ſeculo eſt in periculo in continentia: & ita ſuſpecta uitæ: dato q̄ uelit ibi uouere, & annuere, ut alter in religione profiteatur, non licet alteri monaſterium ingredi, niſi & ille cõuertatur. cap. Cum ſis. & cap. Vxoratus, de cõuer. coniu. ſed poſteſt. & debet de monaſterio reuocari. Ex cõſequenti, ſi uterq; manet in ſeculo, cum ſic utriq; imminer periculum de ſua cohabitatione, immo maius, quã ſi eſſent elongati a ſe inuicem, non licet uni uouere continentiam indiſtincte etiam alio conſentiente. Factum tamen coram deo tenet licet eccleſia cuius auctoritas non acceſſit, id non approbet. & ſecundum hoc limitanda ſunt prædicta. Habet conclusio hæc exceptio nem in uoto peregrinationis in ſubſidiũ terræ ſanctæ, quod licet mulier non poſſit facere ſine conſenſu uiri, eo q̄ uir in hoc eſt caput mulieris: at tamẽ uir poſteſt emittere ſignum crucis ſine cõſenſu uxoris. cap. Ex multa. de uo. & uo. re. Notanter dicitur, dum ſit in ſubſidium terræ ſanctæ. Secus ſi ſolum eſt deuotione ad ſepulcrum domini, aut terram ſanctam ſerret. Nam tale non dicitur uotum crucis, nec ſit in tali uoto præiudicium uxori pro perpetuo: ſicut in uoto religionis; ſed ſolum ad tempus aliquod. Præterea poſteſt ſequi uirum, ſi uult: & cum eo uouere: maxime ſi eſt apta ad ducendũ belatores, & induſtrix plena, & cum ſibi nõ imminer caſtitaſis periculum. Alias ſecundum Sanct. Thom. iiii. Quodlibet. q. xj. mulier non debet uouere, propter caſtitaſis

ratis periculum, q̄ ei plus uiro imminet. Nec debet mulier in fauorem tanti negotij contradicere, ſed conſentire, & patientiã ad tempus habere. Hoc enim cogitur facere, cum maritus habet pugnare p̄ domino feudi. ergo multo magis cum pugnandum eſt pro domino cœli. Ex illo claret ratio diuerſitatis, cur uir ſine conſenſu uxoris poſteſt uotum crucis emittere, & nõ religionis: quia uoti religionis ſimpliciter, & pro perpetuo uotum uero crucis ſolum ad tempus impedit debiti redditionem: aut non impedit, ſi mulier uult ſequi uirum. Sic etiam ſeruitium temporale domino exhibendum p̄ tempore impedit: quia ad hoc prius tenebatur domino, & cum onere illo contraxit mulier cum ſeruo. Cum autem uir profitetur in religione, quod eſt conſilij, iam imponit ſibi nouum onus, ad qd̄ prius non tenebatur: ideo hoc non licet ſine conſenſu uxoris. Et licet uotum tranſmarinum poſſit commutari in uotum religionis, non tamen uniuerſaliter: ſed ſolum in eo, qui eſt ſui iuris, & qui non eſt ligatus uinculo alio, quod obſtet religioni, ſicut eſt uinculum coniugale. Itaq; ſicut quilibet coniugum uult corpus ſuum eſſe ſaluum, & id quod ſuo tenetur corpori, cum tranſfert poteſtatem corporis in alium, & ſimiliter obediẽtiam, & ſeruitutem domini feudicita deus licentia ad talem corporum tranſlationem, ius ſuum eſſe ſaluum uouit. ¶ Octaua conclusio. Si aliquis coniugum alio ignorante: ſeu ſciente, & reclamante: uel ſolum diſſimulante; aut ex metu præciſe cadente in conſtantem uirum, & non alias conſentiente, profitetur in religione: poſteſt ad alterius requiſitionem auctoritate iudicis reuocari & ad reddendum debitum compelli nõ obſtante ſolenni profeſſione: tamẽ ni nõ licet ei de cætero propter uotum emiſſum debitum petere. Procedit conclusio de matrimonio conſummato, & ceſſante crimine adulterij: ut ſupra de conuer. coniu. cap. Placet. cap. Quidam. cap. Conſuluit. Si tamen ſic profeſſus non reuocatur uiuente coniuge de monaſterio, non poſteſt poſt eius mortem exi-

Cõcl. 8.

¶

Si aliq;

coniugũ

alio i-

gnoran-

te: ſeu

ſcien-

te recla-

mante

profite-

tur in re-

ligione.

re religionem. cap. Conſuluit. ceſſat enim cauſa reuocationis eiusdem: puta incontinentia, & debitum coniugis. Sic ſi conſenſit inuita: aut per dolum. cap. Veniens. cap. Accedens. ubi ſupra. & xxxij. quæſt. v. cap. Notificati. At tamen ſic reuocatus ad ſeculum ad petitionẽ alterius, non tenetur cõiuge deſuncta religionem reuertẽ: ſed continenter debet uiuere. cap. Placet. de conuer. coniu. & Panor. ibidem. Alia patent ex dictis. Dictum eſt in cluſione. Proſtetur in religione. Nam re integra reuocari poſſet a coniuge, dato etiam q̄ ad hoc conſenſiſſet, ſicut & mandatum re integra reuocari poſteſt. ¶ Nona conclusio. Si coniugum coniugem matrimonio iam conſummato uult ad irreuocabilem religionis ingreſſum licentia, necceſſe eſt primò interuenire auctoritatem Dioceſani. Secundò, licentians conſenſum liberum, & expreſſum. Tertio, licentians uelit continentiam uouere. Quarto, quod licentians ſi eſt iuuenis, & uitæ ſuſpecta de incontinentia, uelit religionem intrare cum eſſectu. Si uero non eſt timor de incontinentia, ſufficit in ſeculo cæteris paribus cõtinentiam uouere. Eſt communis ſententia doctorum. Quia requiritur licentia epiſcopi, honeſtatis eſt, & congruentiã. ar. c. i. de conuer. coniu. & xxvij. q. ij. c. Si uir, & uxor. Nõ. n. requiritur de ſubſtantia profeſſionis cõiugis ſecundũ Panor. c. Vxoratus. eo. ti. ut ſupra. ſed uel de honeſtate, uel de iuſtitia, eccleſia ſic ſtatute. De conſenſu licentians, & mutuo, patuit. Nullus enim coniugum poſteſt quippiam uouere in præiudicium debiti coniugalis alio reluctance, & non cõſentiente. xxxij. q. v. ca. Vna ſola. ca. Maſteſtũ. Et talis conſenſus mutui ſic requiritur (licet non ad ſubſtantiam profeſſionis) quod coniugatus intrans monaſterium, ignorans, & contradicente coniuge, non habet liberam facultatem exeundi: quamuis poſſit a coniuge reuocari, & officio iudicis ad exeundum compelli, cum a coniuge requiritur. Tertium, & quartum, q̄ licentians conſimiliter ſe deo deuoueat per continentiam. cap. Cũ ſis. petit. ¶ Corollarium. Secundum. Sco. Coroll.

Cõcl. 9.

Gab. Biel. ¶

& Richar. mulier licentians maritum, ut monachari possit auctoritate ppria: quia non seruauit formam iuris, non renunciauit sufficienter, & perfecte, quantum ad forum ecclesie, suo iuri, quæ determinauit certam formam, & modum debiti renunciationis in cap. Cum sis. & cap. Ad apostolicam. de conuer. coniu. Decernit uero ius talem modum determinatum licentandi, & reuocandi pfectum in casu: quia nisi hoc fieret, multa imminere possent pericula coniugi manenti in seculo. ¶ Si dicitur: quilibet potest suo renunciare iuri: Respondetur. Verum est, dummodo hoc fiat modo debito, prout ecclesia determinauit debere fieri. Alioquin non tenet renunciatio simpliciter, & irreuocabiliter: sed potest licentiã licentiatum reuocare auctoritate superioris. Potest enim ecclesie prohibere facere pfectionem esse nullã: nõ autẽ sacrum ordinẽ scdm Palu. q. ij. ar. ij. Et licet sic reuocatus, & iam professus cogatur stare cum uxore, & debitum reddere: non tamen potest sine peccato debitum petere. Renunciauit enim iuri suo, quãtũ in se est. Nec etiã peccauit uir sic proficendo: quia credidit se absolutum ab uxore. Et si fuit ignarus iuris, imputet sibi. Cum uero cõstat ei ex iudicio ecclesie, qd non fuit p ut de iure fieri debet ab uxore legitime licentiatum: tenetur ex lege diuina, si exigitur, debitum reddere. Uxor uero licentians, quia iuri suo sponte cessit: & uirũ licentiauit, quantum in se fuit: peccat repetendo uirum, & ex consequenti debitum exigendo: sed uir non peccat debitum exactus reddendo. Verum de muliere tenent multi. Si mulier licentians fuit iuris non ignara: ut puta sciuit, qd licentiando uirum debuit castitatem uouere, uel manendo in seculo si senio confecta, uel religionem intrando, si iuuenicula, & nihilominus non uouit, non debet maritus ei restitui: quia dando licentiam, & hoc sciendo tacite uideretur uouisse secundum Panor. & alios. Secus si fuit iuris ignara. Nec obstat cap. Veniens. ubi fornicata fuit post eius ingressum: licet fuerit ingressus muliere decepta, & do-

lo inducã. Nec cogitur ipsa monachari quia licentia fuit dolo obtenta, & extorta. Alij dicunt sufficere consensum liberum alterius ad religionis ingressum. Et qd sic consentiens nõ potest professum reuo care: quia sic cõsentiendo censetur, & ipse tacite profiteri, uel uouere: & ut Godofre. refert. in Sum. de conuer. coniu. uotum suum solennizare solennizante marito: quia uir, & uxor communicãt sibi actiones suas. Quod intelligitur secundum multos, dummodo secundum pãictã licentians non est iuris ignarus: sed nouit huc esse effectum suæ permissionis. tunc enim post mortem alterius contrahere non potest: nec contractus tenet. Ceterum si est homo simplex iuris ignarus nesciens talem esse effectum suæ permissionis, & secundum mentis suæ præparationem sic licentiando alium non intendet se ad perpetuum continentiam obligare: quamuis uotum simplex, qd intelligitur emisisse permittendo maritum intrare, perpetuo debeat obseruare: & sic etiam post uiri obitum cõtinere: si tamẽ cõtraxit matrimonium tenet. ar. ad pãmissã. ca. Veniens. eo. ti. Ita refert Godofre. de conuer. coniu. iuxta finem. ¶ Consequenter uidendum de debiti redditione. ¶ Conclusio decima. Sicut matrimonium duplici fine est a deo institutum, propter bonum prolis scilicet, & in remediũ commune fornicationis, ad sensum datum dist. xxvj. Ita redditi debiti duplici fine potest laudabiliter fieri, ueluti actus iustitiæ. Prima pars patet ex dist. xxvj. Secunda patet. Est enim finis principalis matrimonij proles, & secundarius fornicationis remediũ. ex distinct. xxxj. Reddere deniq; alteri, qd suum est, & non negare inuito domino ad finem, ad quem suum est, actus est iustitiæ commutatiue: nisi contra habeatur legitima exceptio. ¶ Undecima conclusio. Coniugi petenti debitum uerẽ, uel interpretatiue loco, & tempore congruis habenti tunc ius petendi, reddendum est coniugale debitum, dum id fieri potest citra maioris uinculi prohibitionem: aut corporis proprij, uel uxoris, aut fœtus concepti certam, seu probabilem, ac notabilem

Cõcl. H

Cõcl. I Coniugi petenti debitum uerẽ, uel interpretatiue

reddendum est debitum perlicitationem. Dicitur loco, & tempore congruis &c. Non enim exigendum est debitum in omni loco, coram quibuscunq; in toro, & in choro: sed neque reddendum. Et quamuis coniugis tenetur in omni loco, quod reddat debitum: tamen non tenetur in omni loco reddere. Sicut omni tempore tenetur homo, qd diligit deum; sed non tenetur, qd omni tempore diligit: secundum, qd ly tenetur, determinat, uel ly diligit, uel tempore. Præterea in loco sacro saltem regulariter abstinentum est a debiti redditione, & exactio ne ppter loci reuerentiã, & ne feminis emissionem polluat. Non enim statim inuincit homini periculum fornicationis, si tempore breui abstinet constitutus in loco sacro: quia statim potest accedere locum non sacrum. Si tamen coniugati essent uiolenter reclusi in loco sacro: nec statim pateret liberatio, & exitus: non uideretur esse peccatum conuenire coniugaliter ibidem. Nam secundum Richar. & Scot. non est ponendus laqueus animabus propter loci immunditiam. Nec propter seminis emissionem occultam prophatur locus sacer. Quia idem est apud ecclesiam non apparere, & non esse. Iudicat enim de patentibus. Nec uideretur tunc stare ecclesie prohibitio de non commiscendo ibi, cum inuincit periculum animæ, nisi reddatur debitum. ¶ Si adducitur dictum beati Hieronymi. Quicumq; uxori debitum reddit, uacare non potest orationi: nec carnes agni edere: Dicendum: qd intelligitur secundum communem expositionem doct. de ministris ecclesie: sicut in ecclesia grecorum sacerdotes sunt uxorati, qui prohibentur a missarum celebratione, cum illa die fuerint coniugati uxori suis: & non in genere coniugibus, alias non indispositis. Sunt enim in hoc suæ conscientie relinquendi. Cũ dicitur: Non potest carnes agni comedere: Verum est. non potest propter carnalitatẽ, qua abstrahitur ab affectione spũalium: ita inuenerenter, & deuote &c. saltẽ ut cõmuniter. Cui cõsonat glos. j. Corint. vij. Ut uacetis orationi. in qua dicitur. Aliciis abstinentũ est nonnũquã, ut facilius

ad effectum deducatur oratio. Si oratio nõ excusatur nisi ad tempus. j. Corint. vij. ergo nec locus, & tempus. scdm Gerf. in floribus. Sic ly licet in multis dictis doc. & sanctorum non est nota prohibitiois præcepti: sed consultius, uel dissuasius: ut dicitur illicitum, qd est contra consilium, & exhortationẽ, & nõ qd est contra pceptum, uel prohibitionem, seu qd aliquo modo indisponit hominem ad facilius impetrandum, uel deuotius exequendum, qd facere deberet. Sic & in leg. uet. Exo. xix. ait lex. Ne appropinqueris uxoribus uestris. Non qd ille actus sit mortalis tunc; sed quia omnia in figura continebant illis. Voluit dñs per hoc ostendere quantum requiratur in nobis munditia mentis, & corporis. Ad hoc. j. Thef. iij. Non i passione desiderij &c. Nõ uocauit nos deus in immunditiã: sed in sanctificationẽ. Præterea multa ad carnis munditiã pertinentia tunc erant pcepti, quæ modo non sunt pcepti in noua lege, quæ est lex spũs. Si adducitur ex dialogo Greg. de muliere arrepta a dæmone, qd post coitum coniugale ecclesiam intrauit: Dicendum: qd mulier nõ fuit punita: quia debitum reddidit: sed forte modis alijs indebitẽ se habuit. Præterea illa hominis uexatio a dæmone: pena est corporis potens stare cum gratia: & datur quandoq; homo uexandus Sathane corporaliter ab eodem: non propter mortale pcepti: sed etiam propter eius meritum, & humiliationem, & patientiã. Secundum Palu. propter ueniale propheta occisus fuit a leone. Non enim accepit potestatem in animam sed in corpus solum. Hinc idem doct. ait Reddere cum cordis displicentia tempore quantumcũque sacro nullum est peccatum: quia debitum ẽ, & necessarium: dummodo alias uerbis auerti non uult. Quæ uersio non debet fieri cum multa instantia propter pericula imminetia. ¶ Si dicit, facies, & cõsentiens pari pena puniuntur. Rom. j. sed reddens cõsentit, & cooperatur peccati: ergo peccat. Respondetur negando minorem. Non enim consentit reddens cum cordis amaritudine, quantum in se est: sed reddit alteri suum. j. Corint. vij.

¶

Præterea exactus ritè ad reddendum carere nolenti magis patitur, quàm consentiat. Et si dicitur: actio illa, & passio sunt inseparabilia: sed quandoquæ aliqua sūt inseparabilia non potest quis consentire in unum, & non in reliquum. Dicendum quod aliqua sunt inseparabilia secundum rem: aliqua secundum rationem, & uoluntatem. De inseparabilibus secundum rem uerum est. Secus de inseparabilibus secundum uoluntatem, & rationem: quia crucifixio actiua Iudæorum deo patri displicuit: nõ sic passiuæ Christi, quæ fuit meritoria, & patri acceptissima: licet ex parte rei fuerint inseparabiles illa actio, & passio. Sic mulier exacta potest consentire in illam passionem, & seruitutem, ad quam sustinendam tenetur lege cõugali. Neganda est ergo minor, accipiendi inseparabilia secundo modo.

¶ Ad tempus potest reduci, cum mulier est prægnans, & forte partui uicina. Item cum fluit menstruis siue ante, siue post partum nondum expleto tempore purgationis. Vbi in primo potest fœtus extinguï, & abortus generari. Et quo ad secundum sequitur communiter infectio prolis, ut dicitur. **¶** Si quaeritur, an his casibus liceat petere, & reddere debitum.

An in his casibus liceat petere, & reddere debitum.
Ad primum dicendum post Richard. & Palu. & Scot. Si uir potest suæ uxori copulari sine probabili abortus, aut fœtus periculo, post conceptum: aut tempore uicino partui: potest in fornicationis remedium debitum uel exigere, aut ex ætate reddere, & tenetur mulier obedire cæteris paribus. Similiter dicendum de muliere. Si uerò uir, aut mulier petit, aut reddit debitum cum probabili fœtus concepti periculo, peccat. Agit enim singulus eorum cõtra charitatem, & cõmittit nonnunquam homicidium, ex consèquēti incurrit irregularitatem, etiam si ex insperato fœtus occidatur. Talis enim pœna non respicit dolum, sed defectum. Beatus Hieronymus nominat coniuges coeuntes post conceptum prolis, hominum inter emptores magis, quàm generatores. Quod intelligendum est: quando non curantes de fœtus periculo suam quaerunt explere libidinem cum perni-

ciè uitæ eiusdem. Nèc ratio de brutis ali quibus non coeuntibus post impregnationem satisfacit, nec cogit: quia matrimonium etiam est in fornicationis remedium. **¶** Ad secundum de tempore menstruorum ante, uel post partum, Notat hic docto. duplicem esse fluxum menstruorum. Naturalem, qui fit temporibus determinatis in mense. Vnde, & menstruata dicitur mulier. Mini enim græce luna dicitur. In naturaleni, qui fit continue, & inordinate ex aliqua infirmitate. Est communis opinio: quod non interdicitur petitiõ, uel redditiõ temporum menstruorum in naturalium, & perpetuorum in leg. noua: nam quia esset uirò periculum, & similiter mulieri tanto tempore continere, tum quia tunc periculum prolis, aut infectio eiusdem non imminet: cū (ut dicitur) mulier in tali fluxu innaturali concipere non potest. Non ergo est peccatum tunc petere, uel exigere, cum fit præcisè amore uirtutis in remedium fornicationis uitandæ in se, uel coniuge. Si autem fluxus est naturalis, ex quo tunc potest concipere mulier, & proles tunc sæpe nascitur infirma, debilis, monstruosa, aut leprosa &c. secundum Augusti. super Leui. xvij. Et Hieronimus super Esaiam. cap. lxiij. Ideo si mulier exacta reddit cum sine scandalo uiri eundem, aut sese precibus a uirò liberare non potest, non peccat, secundum San. Bonauent. Tho. Taran. Palu. Thom. Argen. Si uero petit, peccat. Verum quali peccato, & docto. non idem sentiunt. Videtur multis, quod petens peccet mortaliter, præsertim si scita illa infirmitate petit. Ad quod Ezech. xvij. ubi dicitur. Si ad menstruatã accesserit, morte morietur. Vbi ponitur inter moralia: ne dicatur esse ceremoniale. Item Leui. xx. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, interficietur ambo de medio populi sui. Exponit Lyra, cū de hoc fuerint conuicti in iudicio. Secus si occultu. Occiso uerò corporali in lege uere. morte animæ significat, & transgressionem prohibitiuã sub pœna peccati mortalis. Cum ergo secundum legem occidebantur mas, & fœmina tempore menstruorũ cocuntes,

Duplex fluxum mēstruorum. Mini.

coeuntes, signum est prohibitionis sub pœna peccati mortalis. Et secundū Tho. quæstio. j. artic. ij. licet ut respicit immunditiam, erat ceremoniale uet. leg. & prohibutum, tamen ut respicit nocumentum prolis ex huiusmodi commixtione; frequenter sequebatur erat prohibita illa commixtio tempore menstruorum tãquam mortale. hunc obligat, & in noua lege ex decalogo. Sanct. Bonauent. dicit esse mortale quo ad petentem scienter. August. super Leui. quæst. lxiij. Cum hoc superius sufficienter prohibuisset, ne putaretur figuratè accipiendum, hic reperit, ubi talia prohibentur, quæ remota obseruatione umbrarum uet. leg. etiam in no. testa. custodienda sunt. In Ezech. quosq; capit. xvij. inter illa peccata, quæ non figuratè: sed esse manifestè sunt iniquitatis, accedere ad menstruatam interdicitur: & iustitiæ meritũ esse, si nõ accedat. Quàm in re nõ natura damnatur, se concipiendæ prolis noxium prohibentur. Ezech. xvij. ait glos. & est Hierony. quod id interdictum de non coeundo cum menstruatã intelligitur de uxoribus proprijs, & alienis. Contra extortam aliquorum expositionem, qui uolunt illam prohibitionem intelligi de non sua. Sic. n. frustra lex illam faceret cõstitutionem, cum alibi uerat fornicationem, & moechiam. Hinc subiungit Hierony. Caueat ergo uxor ne id celet desiderio coeundi, & uir ne ei faciat uim, putans omni tempore subiectam uoluptati coniugij, sed sciat uas suum possidere in sanctificatione, & honore. Est ergo illa prohibitio inter coniugatos ne proles defectiua, & monstruosa inde generetur. Tunc enim concipiuntur membris damnati, claudi, cæci, leprosi, & huiusmodi secundum eundem super Esa. lxiij. ut quia petentes non erubuerunt misceri in conclauis, eorum peccata pateant cunctis, & aperte redarguantur in paruulis. Concludunt: Petere debitum tempore menstruorum esse peccatum. Immo secundum aliquos, & reddere. Aiunt enim: sicut tenetur quis non reddere cum periculo infirmitatis proprijs corporis, ita & cū periculo corporis alieni, puta prolis. **¶** Dicendũ Non

est absolute uerum: quod exigere scienter a menstruatã debitum, sit mortale cæteris paribus. Nec quod sit mortale de se: Nec quod sit mortale præcisè ex eo: quia timor est, quod inde nascatur proles defectuosa, & monstruosa. Primum uidetur clarum: quia non est sufficienter, & lucide lege prohibitum, ut ostenderetur in responsione ad auctoritates leg. uet. Licet enim coire cum menstruatã fluxu in naturali, siue perpetuo, secundum omnes docto. petendo, & reddendo debitũ in fornicationis remedium cum non expectatur proles. **¶** Secundum tenet Gerson in floribus. cum dat modum, quando prægnantibus, furiosis, epidimicis, menstruatã, leprosis &c. debitum sit reddendum, uel non: cum scilicet subest certum, & notabile periculum corporis, uel fœtus nascituri. Sed omnino incertum est hic, si proles tunc concipiatur, aut si concipiatur monstrum. Nec est maior certitudo, & probabilior, uel saltem æquæ probabilis de infectione prolis tempore menstruorum, quàm tempore leprosa cum coniux est leprosus, uel leprosa. Et secundum Duran. quæst. j. lepra nõ impedit redditionem, quia timetur proles nascitura cum lepra, quia illud non semper euenit. Et si euenit, melius est proli sic esse, quàm omnino non esse: sed impedit, cum coniungi imminet periculum lepre: quia alter infectus est ultima specie lepre. Tunc autè petere non è mortale, ergo nec in proposito propter timorem infectionis prolis. Tenet consequentia per locum a minori. capit. j. ij. de coniu. lepro. Si ergo exponere se periculo generandi prolem leprosam esset de se mortale, nunquam posset cū leproso cõmixtio rectè fieri: & ubicunq; esset id periculum, esset idem peccatum. Nec hoc est se exponere periculo peccati mortalis: quia incertum est, & dubium omnino si ex illo coitu mulier tunc concipiat: si proles ex hoc inficiatur lepra; an non. Immo ut quidam innitentes experientia dicunt, raro proles concipitur, raro inficitur, sed frequenter generatur munda, licet non semper. Et plus periculo est de infectione prolis, cū leprosi coeunt,

Gab. Biel. Q. 3

quā hic. Item lepra cum sit perpetua, & legalis infirmitas: uidetur maius malum esse corpori, quam generari cæcum, uel claudum, aut itatura paruum &c. Et si lepra non facit coitum esse mortale inter leprosos, ergo nec talismodi mala incerte futura. Nō ergo uidetur esse de se peccatum mortale petere a mēstruata naturaliter debitum, maxime cum in coitu non intenditur malum prolis. Nec oportet hic ita probabiliter, & uehementer timere illam infectionem sicut oppositum: & si sciret petens notabile malum proli futurum esse, nollet tunc petere, sed expectare. Dicunt iurista: licet facere in suo, quod nocet in alieno. Dum tamen hoc non intendatur. Et sufficit si cui, uel in paucis amici laboribus consularur. Multum uerō præstat alteri: quia licet infectam præstat, essendi naturam. Ita sentit Palu. etiam distinct. præcedente quæstio. iij. qui dicit dictū in Leuit. intelligendum de coitu fornicario non coniugali. Præterea. si illa commixtio coniugalis esset de se mortalis tempore mēstruorum, non liceret unquam debitum reddere mēstruatæ: quia illa petitio non esset debiti, sed indebiti. sicut cum quis petitur ad coitum extra uas, non est exactio debiti, sed indebiti, & ideo non soluendi. ¶ Videtur ergo probabiliter dicendum. Tempore mēstruorum naturalium, & perpetuorum, non licet uiro exigere scienter debitum a muliere mēstruata, tunc cōcipere potente, quantum est de se, cum uir scit, aut credit æquē, uel magis uel probabiliter periculum prolis protunc ex hoc futurum, quam oppositum. Nisi probabiliter, & bona fide timeat sibi ipsi, aut mulieri de fornicationis malo, si non gaudeat huiusmodi coniugali officio. Sed nec licet tunc uxori reddere, si huiusmodi nouit periculum futurum, dummodo maritum potest præcibus, aut monitis dulcibus contentum facere. Nec expedit, q̄ suam passionem specificet eidem ne se reddat abominabilem, & odiosam, nisi recte præsumat de uiri prudentia, & clementia, si dicat se infirmam, & petat, q̄ protunc abstineat. Quia si eum auer-

tere non potest sine timore mali futuri, reddere potest cum cordis amaritudine. Ita uidetur uelle Palu. Hugo. xv. Leuitici. Bonauent. & Angelus in Sum. uer. Debitum. saltem ex parte. Siquidem periculum prolis notabile saltem, & probabile, aut certum, est causa non reddendi, & non exigendi. Vbi ergo non subest tale periculum prolis ex illo coitu, ut puta mulier illa tunc non consueuit concipere, aut non nisi prolem mundam, & sanam: & magis præsumitur, q̄ non concipiet, aut non nisi mundam prolem, quam oppositū bona fide, est senex, sterilis, aut alias ad cōcipiendū inepta, non est mortale peccatum tempore mēstruorum naturalium petere, uel exigere ceteris paribus. Hæc enim est causa prohibitionis. secundum Augu. q. lxiii. super Leui. Et ideo notanter dictū fuit, tempore mēstruorum naturalium. Item. Muliere tunc alias sana, & concipere potente. Dicitur scienter: quia uir potest duci ignorantia inuincibili, & coitus ille non est directus, & simpliciter contrarius bono prolis. Præterea. magis tenetur homo curare salutem propriam certam, quam alterius incertā. Curat autem quis salutem propriā, & certā debitum petendo, & certe curat in casu. Nescit uerō si sua abstinentia, qua committit se periculo animæ non petendo debitum, curare possit alterius, qui nondum est, salutē. Et quæ comparatio certi ad incertum? Et hominis uiuētis ad prolem fortē concipiendā, aut uerisimiliter non concipiendam? Nec intenditur hinc principaliter delectatio: sed secundum prædicta bonum uirtutis, & iustitiæ. Hinc ut uidetur, ita dicendum est in proposito, sicut de leprosoform commixtionē potentium concipere, & generare. Et licet Sanct. Bonauent. dicat usum corporis tempore mēstruorum naturalium esse prohibitum per mandatum diuinum, nō sic de lepra. Cum reuerentia hoc dictum uerum est, si limitatur secundū prædicta, & dicenda. Pro cuius confirmatione ait Palu. Credens, q̄ probabiliter cōceptura sit monstrum, non peccat mortaliter sicut in leprosa, in qua est malus periculum,

quam in mēstruata naturaliter. Nec uideatur illa ratio diuersitatis esse alicuius momenti de lepra: quia est morbus continuus, & perpetuus, menstruum uerō momentaneus. Nam illa non est ratio, cur coitus menstrualis sit prohibitus etiam secundum eos: sed preceptum diuinum: & prolis periculum. Et causa, quæ prohibet ad tempus accedere mēstruatam, q̄n est temporalis, prohibet in perpetuum, cum est perpetua. Præcepta enim negatiua obligat semper, & ad semper. Est itaque illud præceptum uete. le. iudiciale, per consequens non ligat. Sanct. Tho. uult: q̄ est mortale respectu nocentis plis: & ita ligat in le. nona. Quod satis placet tante modificatione prædicta. Et uidetur uoluisse Aug. ut supra in quæstionibus Leui. q. lxiii. cū dicit. Quia in te non natura damnatur, sed concipiendæ prolis noxium prohibetur. Et quo innuitur, q̄ solui concipiendæ prolis noxium prohibetur, & nō coitus ille in se. Potest ergo dici ad legem, & glos. Leui. xv. q̄ Moyses loquitur de accedere ignoranter ad mēstruatā, & talis potest a toto excusari, & a tanto ignorantia inuincibili cum præcisè accedit ex ignorantia. Est enim ignorantia facti. In cap. xx. loquitur de accedente secundum Hugo. Leui. xv. Cum subiungitur, occisionem corporis esse signum occisionis animæ: conceditur figuratē loquendo. Non enim exculantur a graui peccato temere, & scienter præter requisitionem, & sine fornicationis periculo probabiliter fornicando sibi, uel coniugi, coeuntes mēstruorum naturalium cum sua, sicut equus, & mulus, cum mentis præparatione idipsum faciendū: dato quod etiā quantumcūque malum ex hoc proueniret proli, aut uxori infirmæ. Sic enim cognoscere mēstruatam turpissimum est, & quandoque causa mortis uxori infirmæ, quicquid sit de prole. Hinc cum uxor accusauit uolentiam mariti tempore mēstruorum, ut supra, lex infligit mortem, propter importunitatem indomitam Iudæorum. Lex autem datur de frequenter accidentibus. Et nonnunquam ex causa minora peccata maiore ple-

Lex datur frequenter accidentibus.

stuntur poena. Sic & hodie a sanctis quædam uerbo præcepti non prohibentur, propter periculum communiter futurū, ut homines cohibeantur saluo iure cuiuslibet. Fortē ex tam effreni luxuria Iudæorum innumera mala imminabant, & uxori abominatæ, & proli, & ex consequente reipublicæ: ergo lex tale malū poena mortis plectere noluit. Nec sequitur, illud iudiciale, aut ceremoniale in leg. ac. fuit seruandum, ne incurreret quis mortale peccatum: ergo & in leg. no. ligat: quia illa nos non ligat. De mēstruata post partum, & nondum curata, dicendum uidetur. Non est decens, & honestum: q̄ uir statim petat ante purificationem eius debitum. Non tñ oportet, q̄ necessitate abstineat, si tentatione graua tur, & timet de periculo fornicationis. Vnde si non uult continere, nec auerti præcibus, & monitis, ut supra, & scito ei furore &c. timetur de periculo maiore, debet mulier reddere si potest. potest autem ceteris paribus si propter hoc non imminet ei certitudinæ probabiliter notabile periculū mortis, uel grauis infirmitatis, uel aggrauationis prioris infirmitatis, &c. Nec obstant multa dicta in Decretis. xxxij. q. iij. & xxxij. q. iij. Et cap. Ad eius. distin. v. & similia: quia non sunt præceptiua, sed de honestate, & decencia: & dantur de frequenter accidentibus &c. Licet denique hodie non prohibentur in templum ingredi, quia & hemorrhoidosa tetigit simbriam Christi de puri. post partum. cap. unico. & distin. v. cap. Cum enixa sunt tamen consuetudines laudabiles seruandæ: & cauendum est, ne uiriferales suas quanto cyus compellant ad onera solita uxores, & cum magno periculo præproperē cognoscant. Hinc prohibetur uir, ne antequam puer ab lacte tur, uel mater purificet ad eius concubitum accedat. Lex. n. datur multitudini. c. Ad eius. dist. v. Prohibetur inquit Palu. M. Post Duran. de honestate non de necessitate, nisi infirmitas aliud suadeat, uel si clusione dicitur, & cum protunc hēt ius, petendi

Tempore mēstruorum naturalium, & nō perpetuorum non licet uiro exigere scienter debitum

interueniret reconciliatio partium. Sic si perit statim post contractum de presentibus: cum licet alteri ante consummationem intrare religionem concedit ius ad hoc spatium duorum mensium. Sic furiosus cum iam est in furia, non est reddendum: quia tunc non est sibi debitum, propter periculum personae: secus cum habet lucidum intervallum. Idiotae autem stulto, uel fatuo &c. habente se ad discretionem ad modum pueri, reddendum est: quia ibi non est periculum. Sic cum petit ante benedictionem, uel solennitates haberi solitas, secundum morem patriae: si mittitur illa praeveneri praesertim sine causa. ¶ Sunt casus certi, secundum Richar. l. dist. xxxv. quando adulter non potest coniugi debitum negare. ¶ Primus, & si ipse adulteratus est. Tunc enim parva crimina compensantur. ¶ Secundus, si uxor fuit oppressa, uolentata nolens, & iniurta. ¶ Tertius, si credidit probabiliter maritum mortuum fore. ¶ Quartus, si alium probabiliter credat esse suum maritum, quem admisit. ¶ Quintus, si maritus tradidit, & prostetur eam adulterandam praesertim iniuriam, & inuoluntariam. ¶ Sextus, si maritus scito adulterio cognouit, & tolerauit eam. ¶ Septimus, si matrimonio in infidelitate contracto uir dedit libellum repudij uxori, & ipsa nupsit alteri, si tunc mulier conuertitur, tenetur eam uir resumere. cap. Gaudemus. de diuortio. ¶ Octauus secundum aliquos, si uir abstinento contra uxoris uoluntatem dedit ei occasionem adulterandi. Haec Richar. Nec est hoc dare gladium furioso, uel cooperari alterius peccato, sed damnandas corruptiones, & corruptelas praecauere. ¶ Dicitur reddendum pro posse. Est autem impotentia simpliciter dicta; & est impotentia secundum quid: dum quis commode non potest reddere citra maioris uinculi prohibitionem, & citra notabile praedictum in columitatis corporis proprii, uxoris, aut foetus. Et propter statutum ecclesiae impeditur quis ab exactione debiti, non autem a redditione, secundum Duran. secundum Scotum, maioris uinculo tenetur quis uitate notabile, & certum praedictum

propriae incolumitatis, immo ex ordine charitatis, quam istud detrimentum coniugis de non reddendo. Sic maiori uinculo tenetur cauere, ne occidat foetum in utero praegnantis, uel ne sit causa abortus, quam ad reddendum debitum. Ergo ubi est probabile, & certum periculum secundum Gerson in floribus, de extinctione foetus, & abortu faciendo, tenetur non reddere. ¶ Sed uidetur cum reuerentia, quod licet teneat plus diligere corpus proprium, quam proximum, hoc est uitam meam, quam proximi: non tamen licet mihi plus diligere corpus proprium, quam animam proximi: ergo cum proximo imminet periculum spirituale animae, & certum, si non reddidero, teneor reddere ceteris paribus: & saluo praeepto. Non occidas te, uel alium. Ergo cum ei imminet probabiliter periculum adulterij, teneor illi reddere ex lege coniugij, quatinus saluam animam illius, tamen periculum incolumitatis mihi probabiliter ex hoc imminet, quod tamen non licet intendere. Hinc Scot. Esto, timentur periculum ex coniunctione sani, & leprosi: quia tamen ad poenam illam in contractu se obligauit (unde & sacerdotes aliqui ante fores templi id exprimunt) ergo tenetur ei reddere. Item secundum Gerson in de non esu carniuum Carth. licet homini facere multa, siue temporalia, siue spiritualia sint, per quae, & in quibus homo abbreviat sibi uitam suam, aut infirmitatem incurrit, quamuis non licet directe intentione suam super hoc dirigere, quod est uelle uitam suam abbreviare, uel corpus in aegritudinem trahere: aut super aliquo sine phibito. Hoc enim turpe esset. Sic ait Hierony. Non refert, si quis per immoderatam abstinentiam se paulatim interficiat, aut subito: Nisi sic dicat, omnis homo deberet studere medicinae: cum eius ignorantia, & carentia saepe magnum affert praedictum sanitati hominis. Debet quilibet abstinere feruenti studio, & a speculatione, & similibus operibus: unde ueniunt saepe numero magnae infirmitates capitis, & uirium eneruatio. Sic de labore rusticano, quo cessante periret.

ret respublica. Sic de exercitio militari, merchaturae, navigatione per maria. Hinc oportet necessario dicere, quod modus in rebus seruandus est, & ne quid nimis. Et quod medium continentiae conjugalis accipendum est quoad nos, & prout sapiens iudicabit. Si enim sancti licite petierunt, & accesserunt loca martyrij: & Christus occurrit Iudaeis eius mortem sitientibus: Si quoque pro iuramine charitativo proximi sanctus Paulinus Nolani ciuitatis episcopus pro filio uiduae diram ubij feruitum barbarorum amore Christi, & proximi: Si uenerabilis Sanctulus pro diacono morituro se praebuit mortis discrimini. prout haec, & similia multa sanctorum facta legimus. Si denique fas est pro aliorum delictis satisfactionem in proprio corpore sustinere: immo quia fas est, & pro delictis propriis, & consequenter uitam in hoc exercitio abbreviare per ieiunium, carceres &c. Ergo in proposito, ut uidetur, si debiti redditio uergat in detrimentum propriae incolumitatis: non tenetur quis magis diligere propriam incolumitatem, quam istud detrimentum coniugis, sed potest detrimentum sui corporis sustinere, immo (ut uidetur) tenetur ex lege charitatis, ut coniugem saluet in animam, & liberet a fornicatione, saluo praeepto diuino. Non occidas. Nec hoc sic agendo occidit semetipsum, quia hoc non intendit, quamuis ad opus charitatis, & conjugalis uinculi pro loco, & tempore exhibitum, sequitur uita abbreviatio. Alias non uidetur: quomodo ecclesia statuit, quod leprosus est a sano debitum reddendum. Hic utique est probabile periculum infectionis, etsi forte non certum simpliciter. Hinc ab Aug. nominatur lepra, morbus, corruptio, & mors. Nec text. de coniu. lepro. capit. ij. aliud excipiendum dixit nisi fornicationem. Palud. q. ar. j. dicit. Non tenetur reddere: si ex hoc imminet sibi periculum infirmitatis, uel mortis. Sco. Detrimendum propriae incolumitatis. Duran. concordat cum Scot. quando oportet timere de alterius corruptione: quod scire pertinet ad medicum, cui & standum est secundum eum. Si mulier habet ultimam

lepram leoninam, non tenetur secundum eum sanus reddere, propter infectionem. secus cum non ita timetur de infectione. Sanct. Thom. idem habet. Bonauent. de acuta aegritudine loquitur Gerson in regulis ait. Nullus coniugum tenetur reddere debitum in detrimentum notabile, & certum sui corporis, aut foetus nascitur. Et secundum hoc cognoscitur, quando leprosis, uel praegnantibus, aut menstruantibus, aut furiosis, aut epidemicis, & similibus casibus reddi, uel non reddi debitum oporteat. Petrus Aureolus dicit. Non tenetur reddere sanus, cum id fieri non potest sine sua uerisimili infectione. Et infra dicit. Nullus tenetur debitum reddere, ubi est periculum uerisimile, de ultimata infirmitate. Thom. Argen. ait. Si coniug sine corporalis uitae suae periculo non potest reddere debitum exigenti, non tenetur, nec obligatur ad reddendum. Et quod persona sana potest sine uitae periculo reddere debitum: & si tempore congruo reddit, non inficitur. Si uero inficeretur, per hoc non esset in periculo uitae corporalis. Cardinalis Alex. in de coniu. lepro. dicit. Dicitur doct. si maritus sine periculo uitae suae non posset reddere debitum, puta quia esset ethicus, uel alio modo debilis, aut infirmus, non tenetur reddere debitum, quia ordinata charitas incipit a seipsa. Et ante hoc inquit. Aegrotationes haereditariae transeuntes in prolem non sunt contra bonum proles, ut podagra, lepra: quia inde potest proles concipi, & nasci, & melius est sic esse, quam non esse. Panor. eo. titu. idem tenet. Non tamen tenetur sanus cohabitare in eadem domo, & lecto, leproso: sufficit, quod ministret ei necessaria obsequia, & pro tempore debitum reddat, nisi deobligetur. Si sanus propter minimum horrorem non posset reddere, & id constaret ecclesiae, non deberet ipsum ad hoc compellere: sed in dubio, & dum id ecclesiae non constaret, compellit ipsum ad reddendum debitum. Ecce opinionum diuersitatem. Videtur, quod institutor coniugij pro naturae humanae conseruatione, & multiplicatione ad diuini cultus augmentationem, aut etiam fornicationis uitiationem, non intendit

Nullus coniugum tenetur reddere debitum in detrimentum notabile & certum corporis sui.

Casus certi, qui non potest coniugi debitum reddere.

1
2
3
4
5
6
7
8

rit notabile corporale periculum, & dispendium in eo, a quo petitur debitum propter generare prolem: quia non tenetur plus diligere prolem, quam proprium. Verum quoad finem secundum, ad uitandum peccatum in se, uel coniuge, magis tenetur homo diligere salutem animae coniugis, quam corpus proprium, citra tamen praeccepti. Non occides te uel alium, temerariam uiolationem. Quomodo enim nisi sic dicatur, saluari poterunt innumerati coniugati, morbo, leprosi, pustulati, epileptici, infirmi, & debiles, quorum infirmitates quasi haereditario iure transeunt in prolem? ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum. An licet coniugibus se facere impotentes ad debiti redditionem, per medicinas abstinentias, uigilias. &c. Item deformes, & macilentas, ne uiri concupiscant eas. Quia non: quia reddere est necessitatis. In oppositum: uirginitas consilium, & continentia. Respondet Richar. q. j. ar. j. Contingit se facere impotentem modo illicito. & hoc non licet. Et modo licito, per ieiunia, & orationes intentione bona: dummodo rationabile fuerit obsequium. & hoc licet. Sic enim fit impotens secundum quid non totaliter. Illa solutio cum reuerentia petit principium. Idem enim uidetur esse subtrahere alteri contra suam uoluntatem usum rei suae in eo, quo sua est, & facere eam nullam, & inhabilem ad usum talem. Posset tamen aliquis sine notabili coniugis praedicio, etiam iuuenule curare salutem propriam cum moderata carnis castigatione, secluso scandalo proximi, cum sentit se nimis lasciuum, & carnis uitio superandum. Verisimile est uirum grauius peccare, si sua culpa sponte se facit impotentem in fraudem redditionis debiti, dando per hoc occasionem fornicandi mulieri, etiam per nimiam abstinentiam, ieiunium. &c. Sic enim peccatum coniugis ei imputatur. Nec licet coniugibus imponere poenitentiam, qua sese mutuo scandalizent ad debiti redditionem inhabiles, & impotentes reddantur. ex hoc enim generantur odia, aduersiones, suspiciones prauae, rixae, dissensiones. &c. ¶ Secundum dubium. An

fit quandoque necessitatis, & praeccepti petere debitum. Respondetur post dicta in dist. xxxj. in propositionibus, proprie sumendo petere, ut nullum includit exigere prauium uere, uel interpretatiue, nunquam est necessitatis petere, uel exigere debitum. Nemo enim tenetur uti iure suo, quod pro se tantum introductum est: maxime cum per hoc non fit sibi ipsi periculum animae. Sic de coniuge cum per hoc non fit sibi matrimonium onerosum. Si uero includit exigere uere, uel interpretatiue, necessitatis est petere, secundum praedicta. Si enim probabiliter iudicatur coniugem uelle habere debitum: aut indigere attenta qualitate eius personae: aut si uiro immineret magnum periculum fornicationis, quod posset cauere, cognoscendo suam, uidetur, quod debeat petere amore uirtutis, & iustitiae, maxime cum credit se non posse alias bona fide liberari. De quo supra distinctione praecedente. Item nullus tenetur a debitore expositulare debitum, maxime si non petere non est ei nocuum, & dispendiosum. Nec tenetur aliquis debitum offerre maxime, si est tale debitum, quod non tenetur soluere, si non petatur tacite, uel expressè: cuiusmodi est debitum coniugale. ¶ Tertium dubium est de tempore nuptiarum: Cur, & quando prohibentur nuptiae, cum tamen sunt bonae: & a Christo institutae, & uisitatae, ac miraculorum frequentia decoratae, Ioannis secundo, aequae in uinum conuersione &c. Respondetur: nuptiae non prohibentur quasi male: sed quia per actus nuptiales animus hominis quasi totus carnalis fit: ideo tempore nuptiarum, quibus uacandum est spiritualibus, interdicitur: & potissimum; quia istis festis confueuerunt homines communitate. Quae autem sint festa, habetur in textu magistri. & xxxij. quaestio. iij. capit. Non oportet. ij. Et horum explicatio. de feriis. capit. Capellanus. Quid interdictum illis temporibus. Et quidem benedictio nuptialis, quae fit in facie ecclesiae, conuiuium nuptiale, Traductio sponsae solennis in domum sponsi. Dum enim sponsa noua traducitur, sponsus magna cura carnalium occupa-

O An sit qd; ne cessitatis & peccati peti petere debetum.

Nunc a principio qua dragefima. coc. Trid. scilicet. 24. c. x.

Dub. j. P De tpe nuptiarum.

Cod. l.

tur, exercentur plurimae insolentiae huiusmodi temporibus improporionate. Ut ergo homines se prepararent ad communionem, interdicitur sunt huiusmodi ab aduentu domini usque ad octauam Epiphaniae, propter communionem, quae olim fiebat in natali domini. A septuagesima usque ad octauas paschae, propter communionem paschalem. A tribus diebus ante ascensionem, quae dicuntur Rogationes, usque ad octauam Pentecostes, propter communionem illo tempore habendam. Et quae non prohibentur celebrationes aliorum sacramentorum, sicut matrimonij est, quia hic est quaedam mundana, & carnalis laetitia, quae alibi non habet locum. Aliud habet quandoque loci consuetudo, & ordinariorum tolerantia.

DISTINCTIO. XXXIII.



VAERITVR hic de antiquis patribus &c. In hac distinctio. xxxij. Magister agit de bono fidei specialiter, prout fuit in patribus antiquis, qui pluribus utebantur uxoribus. Et primo de coniugio patrum, qui fuerunt tempore legis naturae. Dehinc de his, qui fuerunt tempore legis Moisaicae. Demum de bono fidei coniugij legis nouae. Totius distinctio summarum ternario stringi potest numero conclusionum. ¶ Prima, de patribus ante legem Moisaicam. Tamen ab exordio temporis inter duos solum, Adam scilicet, & Euam fuerit institutum, & inchoatum coniugium, deinceps temporum defluxu, & homine non peccante secundum inchoationis modum inter duos duntaxat continuandum: attamen omnibus penè ad idololatriam prolapsis consuluit deus patribus plures ducere uxores ad dei cultum multiplicandum.

¶ Secunda propositio. Non peccarunt patres legis naturae plures uxores ducendo, deo inspirante: quia non lasciuendi causa: sed propagandae successio-

prouidentia id fecerunt. Eorundem quoque coniugium aequari recte potest uirginitati nostrorum: ¶ Tertia propositio. In lege Moisaica certa coniugij lex fuit edita: permittitur quoque diuortium fieri dato libello repudij. In lege uero euangelica, lex nuptiarum ad priorem honestatem ut sit unus unius est reducta, in qua fecunditati uirginitas praefertur, & sacerdotibus continentia indicitur. Harum propositionum declaratio patet ex textu.

QVAESTIO. I.



VAERITVR primo circa hanc distinctio. An unam mulierem habere simul, & semel plures uiros, aut unum uirum uxores plures, sit de se illicitum, ac legi naturae pariter, & commutatae iustitiae contrarium. ¶ Quantum ad articulum primum supponitur hic: quod licitum est omne id sine dispensatione, quod non est aliquo iure prohibitum. & hoc maxime habet locum in matrimonio, quod est edictum prohibitum. E regione patet: quod est illicitum, quod est aliqua lege prohibitum. Insuper supponuntur hic dicta in huius distinctio. xxxvij. quid lex naturae: & quod aliquid est de lege naturae strictè, uel largè. Circa quod dicunt doct. Richard. Palud. Durand. Thom. Argent. quod aliquid dicitur esse de lege naturae: quia natura omnia animalia sic docuit, & instituit: seu quia conuenit homini: quia animal rationale agens secundum rationem. Sic lex naturalis est dictamen rationis rectae, uel inculpabilis docentis, & ostendentis practice, quid in agibilibus sit obseruandum. Hinc ait Sanct. Thom. quaest. j. huius distinctio. Lex naturalis nihil aliud est, quam conceptio homini naturaliter indita, qua dirigitur ad conuenienter agendum in actionibus propriis, siue conueniat ei ex natura generis, siue speciei. Omne autem illud, quod actionem reddit incon-

De pluralitate uxorum & uiro- rum. Artic. i. Not. i.

Aliquid e d lege naturae strictè, uel largè.

Artic. 3. Dub. 1. N An licet coniugibus se facere impotentes ad debiti redditionem.

Dub. 2.

uenientem fini suo, quem natura ex opere aliquo intendit, contra legem naturæ esse dicitur, siue sit finis principalis, siue secundarius, & minus principalis. Et iterum. Actio illa dicitur esse contra legem naturæ, quæ non est conueniens fini debito: siue quia non ordinatur in finem debitum per actionem agentis: siue quia est de se inproportionata fini illi. Hæc ille q. i. ar. iij. quaest. iij. prima. Secundum San. Bonauent. Ius naturale est, quod habetur in leg. & euangelio: siue quod est commune omnium nationum: siue quod natura docuit omnia animalia. Sic etiam dicitur aliquid naturale: quia conuenit rei secundum naturam particularem: uel secundum naturam uniuersalem. Vel quia conuenit rei secundum naturam, seu secundum potentiam naturalem. Vel quia conuenit rei secundum potentiam obedientialem. Et sic deus nunquam agit contra naturam: quia non contra potentiam eius obedientialem, sed contra communem eius cursum, secundum communem, & usitatum modum loquendi August. Sic sapientia ulti, ignis arsit in aqua. Et Daniel. iij. Pueri in fornace non concremabantur, sed remanserunt uestes illæ &c. Ex illo sequitur. Ius naturale dicitur, quod est instinctus rationis rectæ, aut quod consistit in dictamine rationis rectæ. Sic de lege naturæ est, quod ratio recta constituit in agibilibus obseruandum. Et sicut apud multos de facto deficit dictamen rationis rectæ: quia non assentitur ei: sic de facto sæpe agitur contra legem naturæ, & ius naturale, licet lex naturæ eadem sit apud omnes. Tum quia illud dictamen est in eis obfucatum propter eorum peccata, uel demerita. Aut scientes, quæ leges sunt nolunt lege uiuere, sed contrauenire ex malitia, pigritia, amore sui ipsius, affectione commodi: & sic de alijs. Sed generaliter loquendo aliquid dicitur esse contra legem naturæ large: quia est contra diuinam constitutionem, aut prohibitionem. Sic confessio, baptismus sunt de lege naturæ: quia ex diuina positua ordinatione. Instinctus rationis naturalis, quo homo dirigitur ad operandum conuenienter, ut conuenit fini operis, qui

est principium in agendis, potest dici lex naturæ secundum Durand. dist. præsent. q. j. ¶ Secundò notandum: quod in omni commutatione, quantum est ex parte commutantium, & similiter rerum, quæ commutantur, requiritur secundum strictam iustitiam æqualitas quædam, & æquiualecia. Verum illa æqualitas consistit non solum in intrinseca, uel commutanti, uel rerum commutataram bonitate, & ualore naturali eorundem, sed etiam & principalis in eorundem ordinatione pariter, & libera acceptatione ad finem, & usum contractus illius, secundum uoluntatem superioris contractum illum instituentis approbantis, & ordinantis pro loco, & tempore. Et ita consistit illa iustitia stricta in quodam intrinseco, & quodam extrinseco. Et ut Scot. loquitur respicit uniuersaliter æqualitatem in commutatione non re: sed magis rationis rectæ. Si quis itaq; in contractu matrimoniali uult metiri strictam commutantiæ iustitiam, an illa subsistere possit cum unus contrahit cum multis mulieribus, uel una mulier cum multis uiris, & hoc tam ex parte commutantium, quæ rerum commutataram attendere habet ad rerum commutataram ualorem naturalem: & ad usum, seu ad finem commutationis illius: & sic semper reperitur maior ualor in uiro, quàm muliere, cum uir potest plures feminas fecundare: non sic una mulier plures uiros. Et sic quoad bonum prolis habendum maior est uis uiri, quàm mulieris. Secus quoad remedium fornicationis. Sic enim æquales ualoris sunt corpus uiri, & mulieris. Item attendere habet ex parte commutantium eorundem uoluntatem, & acceptationem ad finem principalem, uel minus principalem matrimonij. Si quidem quando aliquid ordinatur a domino rei ad fines duos principales, & minus principalem, rationale est, quod usus re illa, ea utatur potest: & eo modo, quo finis principalis magis, & amplius haberi potest, accedete ad hoc uoluntate superioris: licet per hoc detrahatur aliquo modo fini minus principali, sic quod non potest ita ad libitum

semper

semper haberi. In matrimonio sunt duo fines secundum prædicta. dist. xxvj. Est enim institutum in officium, & in fornicationis remedium. Bonum prolis finis principalior, remedium fornicationis finis minus principalis nominatur. Cum ergo uult aliquis corpus suum matrimonialiter commutare: sic commutabit, nisi dominus superior prohibeat pro loco, & tempore: ut bonum prolis amplius habeat, tamen finis alius per hoc aliquo modo impediatur, alio sic acceptante, & de suo quippiam secundum rationem restam remittente. Hoc autem fit, cum uir unum corpus suum commutat pro corporibus multarum mulierum: & tot, quot fecundare potest, domino superiore hoc iubente, uel consulente pro loco, & tempore opportunis. Hoc enim potest absoluit, & de facto fieri, domino superiore nolente: ergo & de iure domino iubente, & uolente cum necessitas, & hominum colentium paucitas id exigit, & requirit. Hic uero partes hinc, & hinc aliquid de suo iure libere remittunt in comparatione ad finem minus principalem, & sic sese cum tali remissione mutuo acceptant, propter habere finem principalem magis intentum, & uoluntum, & hoc secundum dictamen rationis rectæ, domino rei id pro loco, & tempore iubente. Immo contrahentes protunc sic debent commutare, & quando finis principalis est ualde necessarius uelle carere saltè ex parte sine minus principali. Sic coegit Sara Abraham, ut intraret ad Agar ancillam suam, ut uel sic haberet filium de ancilla, quem ex se ipsa habere non poterat. Gene. xvj. Cum enim exteris in idololatria relictis Abraham, & filios eius in peculiarem populum elegerit dominus fecunditate multarum mulierum multiplicatio populi dei rite querebatur: quia in successione sanguinis erat successio religionis. Per hoc tamen non potest inferri, quod tempore moderno post euangelij publicationem, quæ prohibet pluralitatem uxorum, liceat habere plures uxores simul, & semel. Ratio est: quia nunc non placet domino superiori: sic commutationem fieri: sed factus euangelicus in

hoc redactus est ad statum naturæ, ut sit unus unius. Et item. Erunt duo in carne una. Gene. ij. Sed tamen respiciendo iustitiam moralem præcisè ex parte contrahentium, & rerum commutataram: liceret nunc sicut tunc, si illud extrinsecum, quod est diuina uoluntas, & complacencia adesse: nunc, sicut tunc. Nunc enim mulierum fidelium vacant generationi prolis, & non est necesse, quod propter habere finem principalem coniux remittat aliquid de suo iure, quod respicit finem minus principalem. Fides enim per generationem spiritualem multiplicata est: ergo propter defectum diuine concessionis, & dispensationis hodie non licet uxores plures habere. ¶ Ex illo sequitur: quod completio illius iustitiæ commutantiæ potissimum dependet ex diuina dispensatione, & approbatione. Alias est imperfecta, & nulla coram deo. quâuis posset dici iustitia moralis incompleta. Iustitia, quantum est præcisè ex parte commutantium, & rerum, quæ commutantur. Incompleta, propter defectum approbationis, inspirationis, uel iustitiam superioris. ¶ Tertio supponitur ex iij. dist. xxxvj. ar. j. quod dispensatio quandoque est iuris reuocatio: quâdoque declaratio. Potuit ergo deus legem suam de illa commutatione, uel declarare, uel penitus relaxare, aut reuocare, aut in casu aliquo. Et hoc ualde rationabiliter, dum maius bonum provenire poterat ex eius reuocatione, quàm obligatione: tunc felicitet dum erat paucitas dnm colentium, & dntaxat in successione sanguinis erat successio religionis, & in eis dntaxat stetit fides. Et ita factam fuisse creditur. Secundum San. Tho. Durand. & Palu. illa dispensatio fuit per inspirationem, licet non sic scriptum. Nihil enim tam naturale est, quàm unumquodque dissolui eo genere, quo ligatum est. Unde præceptum, quod habet obligationem ex inspiratione, habet dispensationem ex sola inspiratione. quia qualis lex, talis debet esse dispensatio legis. Sicut itaq; patres ante legem habebant per diuinam inspirationem quod unus debeat esse unius, prout Adam propheticè expressit: ita etiam habere debebant per inspirationem legis illius re-

Completio illius iustitiæ commutantiæ dependet ex diuina dispensatione, & approbatione.

Ius naturale.

laxationem, uel dispensationem. ¶ Quā-
tum ad articulum secundum est conclu-
sio prima. Nunquam licuit uni mulieri
cum pluribus uiris simul, & semel matri-
monium contrahere. Probatur auctori-
te beati August. ca. xvij. de bono coniuga-
li. Item de nupt. & concu. lib. j. cap. ix. Si-
quidem illud non est licitum, quod est iu-
stitiæ commutatiuæ contrarium. Sed unā
habere plures uiros, est huiusmodi. igitur.
Maior nota. Minor probatur ex nota
bili. ij. quia non uidetur, unde possit sumi
illa iustitia, nec ex parte rerum commu-
tatarum, nec commutatum. Nec ex hoc
haberi potest finis principalis matrimo-
nij, scilicet prolis multiplicatio, aut eius
pia educatio, quia nesciretur pater. Et
mulier una non potest plures fecunda-
re, sicut uir unus mulieres plures. Et li-
cet magis sufficiat mulier una pluribus
uiris, quā e contra ad finem matrimonij
minus principalem, qui est fornicationis
remedium: non tamen ad officium pro-
pagationis filiorum: quia magis potest
unus plures fecundare, quā una a pluri-
bus. Præterea: cōpletio, & perfectio iu-
stitiæ cōmutatiuæ hic non habet locum:
quia nunquam legitur deum talem con-
tractum approbasse. ¶ Secunda cōclusio.
Antiqui patres, qui plures habuerūt ux-
ores: non poterant licite contrahere cum
secunda uiuente prima nisi de consensu
primæ, secundum Aug. de bo. coniu. cap.
xv. quia cum duæ personæ simpliciter cō-
trahunt matrimonium, quælibet trāsferret
potestatem sui corporis ex integro in al-
liam, & sit omnimoda corporum trāsmu-
ratio. propter quod non potest sine con-
sensu illius, cui primò se dedit, potestatem
sui corporis in alium transferre. Secus
cum ad hoc accessit eius consensus. Et
ex causa, cum scilicet alter fuit sterilis,
puta uxor, & id exigit paucitas indi-
uiduorum speciei humanæ. Et ita dicitur
fuisse in Abraham. Gen. xvj. Et habetur.
xxxij. quæst. iij. Dixit Sara ad Abrahā.
Ecce conclusit me dominus, ne parerem,
ingredere ad ancillam meam, si forte ex
illa saltem suscipiam filios. Et hac de
causa Iacob plures habuit uxores: quia
de uoluntate Rachel, Lia (ut creditur) ci

se supposuit. Voluit enim Rachel parere
re uerecundis sororis antiquioris, cum
esset apud eos cōsuetudo, quæ seniores pri-
mò tradebantur nuptui. De uoluntate
uero illarum duarum uxorū ingressus
est ad ancillas earundem. Ad ancillam
Rachel ingressus est propter eius sterili-
tatem. Gen. iij. Ad ancillam uero Lia,
cum Lia credidit, quæ iam desisset parere.
Processu uero temporis mos in oleuit a-
pud illos, non sine diuina illustratione,
habere plures uxores de uoluntate pri-
mæ tacita, uel expressa, seu de consuetu-
dine: quia alias esset contra primæuā, &
diuinam hominis institutionem, & dei san-
ctionem. Sic inquit Matth. xix. An non
legistis: quia qui fecit hominem, masculi-
num, & feminam fecit eos ab initio? Vbi
secundum Chrysostr. super Matth. capit.
eodem, si uoluisset deus alteram etiam
conduci uxorem, uni uiro creato mul-
tas conformasset uxores. Nunc uero ut
creationis, & sanctionis modo, unam uni
perpetuò coniungi, & nunquā rescindi
oportere, perdocuit. ait, Qui fecit homi-
nem ab initio masculu. & fecit eos. Ex
una radice germinarunt: & in unum cor-
pus conuenerunt. Et erunt duo in carne
una. q. d. hæc lex etsi a me modo promul-
gari uideatur: diligentissime tamen a
principio temporum sancita est. Hæc il-
le. Ad hoc August. lib. xxij. contra
Faust. capit. xlvij. & xlix. Et habetur
xxxij. quæst. iij. Obijciuntur. Obijciun-
tur Iacob pro ingenti crimine uxores
quatuor, quod generali prolocutione sic
purgatur. Quando enim mos erat, pec-
catum non erat: & nunc propterea cri-
men est: quia mos non est. Nec contra
naturam hoc faciebant, cum nõ lasciuiē-
di, sed gignēdi causa hoc faciebāt. Nec cō-
tra morē: quia in illis terris, & eo tēpore
siebant talia. Nec contra præceptū: quia
tunc nulla erat lege prohibitorium, ideo
non illicitum. Et subiungit Magister.
Non ergo in legem commisit Abraham:
sed legem præuenit. Nondum enim se-
cundum Ambros. interdictum uidebatur
xxxij. quæst. iij. capit. Dixit Sara.
¶ Tertia conclusio. Nunquam licuit p
quocunq; statu uni uiro plures uxores

Cocl. 4
D

Nunquā licuit p
quocunq;
statu uni
uiro plu-
res uxo-
res infi-
mul ha-
bere.

insimul habere, nisi cui hoc fuit concessum
diuina dispensatione, & reuelatione
cap. Gaudemus. de diuor. Hæc dispensa-
tio creditur fuisse interna reuelatio, uel il-
lustratio, qua sciuerunt sancti patres: quod
protunc erat strictè commutatiuæ iusti-
tiæ etiam completæ, habere plures pro
diuini cultus augmento, ac necessaria ge-
neris humani multiplicatione. Sicut er-
go ante legem Mosaicam in tabulis cor-
dis ipsius Abraham scripta erat lex prohibi-
ticia separationis, donec per Moysen
apertè traderetur in lege Mosaica. Gen.
ij. dicente. Adhærebit uxor sui. sic etiā
sufficiebat interna illustratio cordis de
habendo plures. ¶ Præterea plures in-
telligunt illud de lege Mosaica. Nam li-
cet Deuterion. xvij. lex dicat de rege,
Non habebit uxores plurimas, idest alie
nigenas, ne ipsum trahant ad carnali-
tatem, & dehinc ad idololatriam, sicut
de Salomone habetur. iij. Regum. xj.
non tamen prohibet habere plures, se-
cundum gloss. ex causis tactis. Sic enim
Dauid sex habuit uxores, secundum
Lyra, nec præceptum uiolauit. j. Re-
gum. xv. Item Moyses plures habuit,
sed non sine diuina dispensatione. Nun-
quam igitur licitum fuit habere plures,
citra diuinam dispensationem. Hinc
Gene. secundo. Erunt duo in carne
una. Vna dicitur non plures, sed duo.
Item adhærebit uxori, non uxoribus.
Excusantur ergo ante legem Mosaicam,
& tempore legis Mosaicæ, qui de hoc
diuinam habebant illustrationem, & dis-
pensationem. Sed non Lamech pri-
mus bigamus, qui & reprehenditur Ge-
nesis quarto, & alij non habentes dispen-
sationem. ¶ Quarta conclusio. Vt ma-
trimonium institutum est in officium,
potest uir unus iuste, secundum strictā,
& completam iustitiam pro statu na-
turæ lapsæ, non integræ, plures legiti-
mas, & quot possit fecundare, uxores
ē in offi habere accedente ad hoc, & non alias
diuina dispensatione. Probatur ex no-
tabili secundo. Non autem esset com-
pleta, si non accederet diuina dispensa-
tio. Hæc enim est completiua causa iu-
stitiæ commutatiuæ in contractu matri-

moniali. Hinc de stricta, & completa
iustitia uir cum tot possit contrahere,
quot possit fecundare, accedete ad hoc
concessione diuina. Verum in statu na-
turæ integræ non plus ualuisse corpus
uiri, quā mulieris ad generationem
prolis. Quælibet enim mulier fuisset fe-
cundata uro suo, nec indiguisse alio.
Nec fuisset maior fecundatio, si unus
plures habuisset, quā si unam solum.
Nec aliquis tunc fuisset sterilis. Nec fra-
ges, nec clades, nec alie hominum inter-
empriones. ¶ Quinta conclusio. Quā-
uis habere plures uxores sit cōtra ius na-
turale (ut ius naturale est, quod natura
uni speciei puta rationabili indidit) non
tamen est contra ius naturale generi-
cum, seu naturæ generalis, quod natura
omnibus animalibus indidit. Prima pars
patet. Habere plures uxores est contra
dictamen rationis rectæ, maxime dum
respicitur bonum fidei in matrimonio, &
corpus uiri non æquiualeat duobus cor-
poribus feminarum præcisè in redditi-
one debiti, sed mulier una pluribus, ut sic
posset sufficere uiris ad finem minus prin-
cipalem. Secunda pars. quia multa ani-
malia a multis concipere dicuntur. Ve-
rum quemadmodum tempore debito, &
determinato seruato ordine uir ad plures
accedebat sine iurgis, & rixis: &
qualiter uir dicitur quandoq; conductus
ab illa, ut ad eam ingrederetur: nec ul-
la uirum ab alio rapuit: contra Faust.
lib. xxij. capit. xlix. habetur. Non enim
tunc a patribus quærebatur libido, sed
diuini cultus multiplicatio. Et capit.
xvij. de bono coniug. Hoc sacramen-
tum illius temporis populis congrue-
bat: quia illius populi generatio nun-
cia futurorum erat, & ad propheticam
dispensationem pertinebat. Debebat
enim ab illo populo, & prophetari, &
nasci saluator omnium populorum. cap.
ix. & xij. Potest ad hoc applicari. Gen.
xxij. de Abraham, qui ponens manum
famuli sub femore iussit eum iurare &c.
de uxore ducenda filio suo. Quo in-
tellexit, secundum August. ex hoc se-
more deum cæli nasciturum. capit. xix.
Maius ergo bonum prouenire potuit tūc

Cocl. 5.

ex legis illius, q̄ sit unus unius, relaxatio
ne, & dispensatione, quā ex eius obliga-
tione, ut puta diuini cultus, qui tunc non
fuit, sed perijt, & in sola successione per
carnis propagationem uiguit, augmen-
tatio, & reparatio. Item tunc propheti-
cis sacramentis salutis nostræ mysterium
uelabatur, reuelandum per illos patres,
& populos &c. Illa uerò est principalis
causa dispensandi circa pluralitatem uxo-
rum, non prolis multiplicatio sola. Et si
cut circumcisio nõ erat data nisi domui
Abrahę, qui pater fuit multorum creden-
tium: ita & diuini cultus augmentatio, &
salutis futuræ denunciatio prophetica in
eius sterit successione. Hinc non legitur
dispensatum ante Abraham: sed Lamech
sine dispensatione duas duxit uxores. Gen.
iij. Cum Abraham uerò, & quibusdam
alijs fuit dispensatum, qui deum colue-
runt: ut sic in successione sanguinis cre-
sceret fides Christianæ religionis. Quid
dicat hic dispensare; patuit conclusione.
iij. ¶ Sexta conclusio. Non licet in lege
noua, & euangelica uiro unī plures habe-
re uxores etiam dispensatione Papali,
uel humana. Probatu Mat. xix. Mar.
x. & j. Corinth. vij. & alibi. Dicit enim
Christus. Quicumq; dimiserit uxore suā
nisi ob fornicationem, & aliam duxerit,
mœchatur. Si ergo dimissa prima non li-
cet accipere secundam: ergo minus licet
remanente prima ducere secundam. Al-
ligata enim est mulier legi, quanto tem-
pore uir eius uiuit. Et par ratio est de ui-
ro respectu mulieris. Quia si dormierit
uir eius, liberata est a lege. j. Corinth. vij.
Nec refert, si mulier dimittatur inuita,
uel ea uolente, & consentiente. Præte-
rea, reductum est matrimonium in lege
noua ad institutionem primæuā. Vnde
Mat. xix. & Mar. x. Moyses ad duriciam
populi permisit dimittere uxores, & da-
ri libellum repudiij. Ab initio autem non
fuit sic, ait Christus. sed tunc dictum fuit.
Erunt duo in carne una. Et Mar. x. Ab
initio creaturæ masculinum, & fœminam
fecit eos deus. Ergo contra hoc non ua-
let consensus priuatorum, nec dispensa-
tio humana. Illam legem positiuam eua-
gelicam præfigurauerunt uerba dei. Gene-

sis. ij. Erunt duo &c. Nec ualet, si dicatur.
Natura humana fuit primitus instituta
non solum quoad ea, quæ sunt necessi-
tatis, sed etiam perfectionis: & ita licet
optimus, & perfectissimus status matri-
monij sit, q̄ unus sit unius, tamen si unus
sumit uxores plures, non est malum. Si-
cut consilia cum præceptis obseruare op-
timum est. Si tamen dimissis consilijs
euangelicis quis legem obseruet, non est
peccatum, nec malum. Sicut nec omne
id, quod deficit ab optimo, malū est: sed
bonum. Et ratio est: quia institutio diui-
na est contrarium, quæ dicitur unum esse
unius: q̄q; uir adhærebit uxori suæ, non
uxoribus. Hinc notanter dicit, ubi supra.
Ab initio autem non fuit sic. Nec potest
adduci similitudo de uoto solēni, in quo
Papa dispensat. Solemnitas enim uoti
est ex mero iure positiuo ecclesiæ, quod
Papa potest tollere, & quadam morte ci-
uili, quā etiam potest tollere. Facit enim
de seruo liberum. Possit quidem deus di-
spensare nunc sicut tunc, si eius place-
ret uoluntati: quia hodie non dispensat,
non licet. Et hoc uidetur plus rationa-
biliter dictum, quā q̄ id fecerint de con-
sensu priorum uxorum: quia oportet ad
hoc habere consensum diuinum declarā-
tem reuelationem, & approbationem di-
uinam, si contractus debet esse complete
iustus. ¶ Septima propositio. Si hodie
no tempore bellorum furore, aut per cla-
des, pestem &c. pereunte uirorum multi-
tudine plures superstites remanerent fœ-
minæ, quamuis ex parte commutantium
stricta maneret iustitia, uno uicente plu-
res: hoc tamen non liceret sine diuina re-
uelatione, aut dispensatoria declaratio-
ne. Patet ex dictis: quia illa est præcisā
completio illius contractus, non obstan-
te quacunq; populi necessitate, & pauci-
tate. In hoc enim casu daret mulier plus
pro minori quoad finem secundarium:
sed æquale pro æquali, quoad finem pri-
marium. Nec deficeret ibi de iustitia
quicquam nisi sola diuina approbatio, &
uoluntas, quæ fortè tunc reuelaretur, le-
gendum Scot. ecclesiæ dei specialiter.
¶ Octaua propositio. Tameñ (ut uide-
tur probabile dictū) ita saluari possēt bi-
uiriā,

Cōcl. 6.
F
Non-
cet i le.
na uni
uiro plu-
res habe-
re.

prop. 7.
G
In pau-
citate ui-
rorū, &
multitu-
dine fœ-
minarū
nō licet
uni plu-
res habe-
re.

prop. 8
Biuitia

nunquā
est con-
cessa.

uiriā, sicut bigamia saltem in casu certo
destricta iustitia, cum tamen biuiriā re-
gulariter, & ferè semper plus est ad finē
secundarium, quā principalem matrimo-
nij, ideo nunquā fuit cōcessa. Primū pro-
batur. In casu necessitatis populi, & cul-
tus diuini in aliqua successione, cum mu-
lier fœcunda haberet uirum unum steri-
lem, seu de quo non posset concipere,
sed de alio iudicio expertorum: in illo
casu uidetur esse par ratio sicut de biga-
mia, ubi ab uno plures fœminæ fœcun-
dantur propter finem principalem matri-
monij. Secundū probatur. quia quod
cadit sub legis determinatione, iudica-
tur secundum illud, quod in pluribus ac-
cidit, non secundum illud, quod raro ac-
cidere, & euenire solet, ideo nunquā
fuit concessa biuiriā. Præterea. eadem
mulier infra idem tempus non potest
a multis uiris fœcundari. Et in biuiriā
quæ eueniret finis minus principalis,
quā principalis. Nunquam autem li-
cuit sic cōmutare, ut minus eueniat finis
principalis, & plus finis secundarius: qui
utique minus est intendendus, quā fi-
nis principalior: & nonnunquam cōtem-
nendus propter habere finem principa-
lem matrimonij. ¶ Nona propositio. Li-
cet bigamia non sit contra legem natu-
ræ strictæ, tamen capiendū legem naturę
largę, ut de lege naturę dicitur esse, quod
est consonum regulariter his, quæ sunt
de lege naturæ strictæ, seu quod est con-
trarium prohibitioni diuinæ contentæ
in lege, & euangelio, Monogamia est de
lege naturæ: & bigamia contrariatur le-
gi naturæ. Patet ex dictis. quia est con-
tra legem dei positiuam. Mat. xix.
Gen. ij. &c. Item prolis educationi, paci-
ficæ conuersationi, amoris, dilectioni
plurimum conuenit Monogamia. Non
tamen sequitur; quin oppositum posset
stare, & esse licitum accedente diuina ap-
probatione. Et sic intelligendæ sunt
glos. dicentes bigamiam esse contra le-
gem naturæ: hoc est habere plures uxo-
res. ¶ Quantum ad articulum tertium
est dubium primum. Quia dictum est,
H nunquam licuit sine dispensatione ha-
bere plures uxores: quibus ergo insinua-

Prop. 9.

Arti. 3.
Dub. 1.
Nūquā

ta est illa dispensatio, quæ fuit interna licuit
declaratio, & inspiratio: q̄ tunc liceat plures
An solis patriarchis, & prophetis. An habere
etiam alijs, de quorum semine Christus uoxores
non erat nasciturus. Nam Helchana sine di-
spensatione habuit duas uxores, nec tamen re-
prehenditur a Moysē. primi Regum pri-
mo. Nec fuit de genere regali, nec sa-
cerdotali. Item an omnibus fuit facta dispensa-
tio ē re-
Thomas, Bonauentura, & Richardus: uelata.
quod facta fuit illa dispensatio principi-
paliter, & explicitè patriarchis, & pro-
phetis: quæ nihil aliud fuit nisi interna
inspiratio. Isti enim fuerunt ueluti ca-
pita aliorum. Cæteris uerò minoribus
implicitè, quando scilicet maiorum ex-
plo, & ex eadem causa non libidinīs,
sed prolis amore præcisè plures duce-
bant uxores tunc temporis. Intellexe-
runt enim maiores, & sancti cultores
dei dispensationem illam tunc fuisse pro-
tensam ad omnes, qui eorum exemplo
bene uolebant uti uxoribus pluribus
pro diuini cultus augmento. Et sic fuit
introducitur mos ducendi plures uxo-
res, non sine diuina approbatione. Ad
hoc August. xvj. de ciui. dei. c. xxxviij.
Hinc libidinosi hoc agentes ex libidine
peccarūt, ceteris id ipsium ex pietate agē-
tibus, & amore diuini cultus per hoc me-
rentibus. Ad hoc lex Deuter. xxj. quæ
quodammodo supponit tanquam licitā
pluralitatem uxorū dicens. Si habue-
rit homo duas uxores, unam dilectam, &
alteram odiosam. Item i. regibus nõ erat
tunc prohibitum habere plures, sed plu-
rimas, cum illa determinatione, quæ alli-
ciant animum. Et tales erāt alienigenæ.
Deuter. xvij. Et ita uidetur tunc fuisse q̄-
dam generalis dispensatio stante pietate
causæ contractus unius cum pluri-
bus uxoribus. Et est quasi simile de cir-
cuncisione data Abrahæ, & domini eius.
Cuiusque ergo licuit, si uir ex dispen-
satione diuina licuit, uel implicitè.
¶ Secundum dubium. Est de lege natu-
ræ, quod non uis tibi fieri, alteri ne fece-
ris. Sed uir nullo modo uellet suam tra-
ctari ab alio uiro: ergo nec ipse debet a-
liam tractare, cum hoc uisetur esse con-
tibi non
Dub. 2.
Est de le-
ge natu-
ræ, q̄
tibi non

uis fieri tra ius nature, si aliam superinducat. Ite amor uiri in mulierem zelosus est, non patiens consortium in amato, ergo uidetur agere contra legem naturæ, si superinducat aliam. ¶ Ad primum dicendum: quod illud dictum de lege naturæ, hoc est dictamine rationis recte intelligitur seruata debita proportione. Si quidem prelatas debet nolle pati resistantiam a subdito. Attamen ipse debet nolle resistere inferiori, & ipsum dirigere, & cum opportunum est corripere: non sic e contra. Ideo non oportet ex ui illius præcepti, si uir non uult suam tractari ab alio, quod ideo non habeat aliam, quæ non est alterius coniux: sed sui ipsius. Sic enim non habet alterius uxorem: sed suas habet diuina dispensatione accedente iustitia commutatiua, ut supra. ¶ Ad aliud. Affectus uxoris non ita refugit (ut communiter) consortium in uiro, sicut econuerso affectus uiri quo ad uxorem. Ideo tam in animalibus brutis quàm in hominibus maior est zelus maris ad feminam, quàm econuerso, & ita magis de conditione, & affectu naturæ horret uir consortium in muliere, quàm econuerso. ¶ Tertium dubium. An concubitus fornicarius, & concubinarium sit mortale peccatum, & de se malus. Quia non uidetur de antiquis patribus Abraham, & Iacob qui acceperunt ad ancillas suas. Sic enim Agar, & Zethura dictæ sunt concubinae Abraham, Gen. xvj. Si saltem fuerunt duæ personæ, & non una binomia uti oq; nomine nuncupatur multis placet. Et refert Hug. & Nic. de Ly. Gen. xxv. Communis tamen opinio habet; quod fuerunt duæ personæ, & quod Agar fuit filia regis Ægypti secundum hebræos. Hinc Gen. xxv. dicitur de Abraham. Filijs autem concubinarum largitus est munera. Item Bala, & Zelpha concubinae Iacob Gen. xxx. Ad hoc uidetur esse August. xvj. de ciuit. dei. capit. xxv. & xxxvij. dicens. Nullo modo inferendum est de hac concubina crimen Abraham. Vnus quippe est ea ad generandam prolem: non ad explendam libidinem: nec insultans, sed potius obediens coniugi, quæ suæ ste-

rilitati credidit esse solatium: si fecundum ancillæ uterum, quoniam natura non poterat, uoluntate faceret suum: Et eo iure, quo dicit Apostolus. Similiter & uir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. utens muliere ad pariendum ex altera, quod non poterat ex se ipsa. Et sequitur. Nulla hic cupido lasciuia, & nulla nequitia turpitudine. O uirum uiriliter utentem foeminis: cōiuge temperanter: ancilla obtemperanter: nulla intemperanter. Hæc ille. Sanct. Bonauent. distinct. presenti in dubijs literalibus uidetur uelle, quod uere fuerunt concubinae, & non uxores. Et fundat se in Augustino de baptismo paruulorum, & loco superius allegato. Si fuerunt concubinae, & non peccarunt, uidetur fornicationem, & concubinitum non esse peccatum. In oppositum est commune dictum doctorum, quod uere fuerunt uxores. De Agar. capit. xvj. Gene. Dedit eam uiro suo uxorem. Et de Zethura alia Abraham uxore. Gene. xxv. dicitur. Abraham aliam dedit uxorem nomine Zethuram. Et Gene. xxx. dicitur Rachel dedit Balam ancillam suam ipsi Iacob in coniugium. Simile uidetur de ancilla Lia ibidem. Et capit. xix. Iudicum, uxor concubina nominatur, cum dicitur. Habeo filiam uirginem: & hic homo habet concubinam. & certum est, quod fuit uxor eius; ut supra patet ibidem: ergo uere fuerunt uxores, licet dicantur concubinae. Item August. de ciuit. dei. lib. xvj. cap. xxxvij. de Iacob, qui habuit quatuor uxores. & capit. xxxiiij. Quia concubinitus sit mortale peccatum, clare habet August. sermo. ccxliij. & sermo. cxliij. ubi dicit: quod omnis alia ab uxore, cū qua quis dormit, meretrix est. ¶ Ad hoc respondendum est duabus propositionibus. ¶ Prima. omnis fornicatio simplex: siue dicatur concubitus uagus cum meretrice omnibus exposita: siue cum concubina determinate retenta est peccatum, & de genere mala. j. Corin. vj. & ad Gala. v. Probatur. quia actus transit super obiectum indebitum, & secundum Palud. mox nominatus inuolutus est malitia, &

Prop. 1. Omnis fornicatio simplex uaga, uel cum concubina est peccatum.

semper includit quandam prauitatem, & deordinationem. Priuatio uero ordinis in actu uoluntario culpam inducit. Quia autem in fornicatione sit priuatio ordinis, seu quod talis actus non ordinatur in finem debitum, aut non eo modo, quo ordinari deberet: & ita inconuenienter: probatur. quia uel fornicatio sit præcise propter delectationem, & sic sit indebite, cum actus non sit propter delectationem, sed e contra: Vel sit propter prolem habendam: & tunc non sit conuenienter: quia cum non sua, & contra legem decalogi. Cum enim secundum beatum Augustinum. ix. super Genesim, bonum prolis est, ut amanter suscipiatur, benignè nutriatur, religiose educetur: & illis (ut in plurimum) caret proles ex fornicatione concepta: quia frequenter odio habetur, nec disciplina, & pia eruditione instruitur, ut ostensum fuit: cum denique illa indigeant tempore, & labore multo, necesse est personas genitricis esse colligatas ad commanendum pro perpetuo uinculo dissolubili: quia grauis, & onerosa est prolis educatio &c. Et cum nullum illorum locum habet in concubinato: nec etiam est ibi aliquod bonorum excusantium concubitus carnalem: non fides, nec bonum prolis, nec sacramentum, ergo de genere malus. Et quia diuina lege prohibitus: quæ est ratio potissima. Hinc & aues, & quædam animalia ante pullos educationem societatis uinculum non rescindunt. ¶ Si dicitur: melius est prolem nasci, quàm non nasci, & esse, quàm non esse, sed in commercio concubinitus recipit esse: Dicendum. licet esse absolute melius, quàm non esse, tamen dare esse cum non sua, peius est, quàm non dare esse in re non sua. Ita sit in proposito, & licet facere in suo, quod non licet in alieno. Corpus autem concubinae non est fornicarij, saltè ad hunc usum. Nec ualeat dare exemplum de Osea propheta, quia non fuit fornicatus cum ea: sed de mandato domini accepit eam in uxorem ad corrigendum uitam eius, secundum August. xx. contra Faust. ca. lxxx.

Prop. 2. ¶ Secunda propositio. Omnis fornicatio

&c. ut supra, est mortale peccatum. Omnis fornicatio est mortale peccatum. Probatur. Nihil excludit a regno dei, nisi peccato mortale. Fornicatio, aut concubinitus est huiusmodi: ergo mortale peccatum. Consequentia bona, & maior nota, minor est Apostoli. j. Corin. vj. ad Ephe. & Gala. v. & j. ad Thessal. iij. Et possent ad hoc adduci ex Decretis multa: sufficit auctoritas ecclesiæ. Ad idem facit Deutero. xxij. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel. Item Deutero. xxij. de puella nupta uiro, quam non inuenit uirginem, quam lex iussit lapidari: quia fornicata fuit in domo patris sui. Mors enim temporalis inflicta in lege transgressionem mortalem significat. ¶ Per hoc ad rationes ante oppositum dicitur. Primum de patribus: quod ancillarum, & concubinarum nomine ueniunt etiam uxores, ut patuit. Ad hoc Iudicum. xix. ut supra. Et ita acceperunt ad eas legitime, & coniugaliter. Hoc idem uoluit August. ut supra. Non obstante quorundam dicto tenerario, ut uidetur, qui beatum Augustinum minus bene intelligunt. Dicunt enim: impossibile est simul habere duas uxores, sicut duos simul esse dominos eiusdem rei in solidum. Vnde duæ fuerunt ueræ concubinae, sed dicuntur uxores: quia licite cognoscantur auctoritate diuina: & in eis uir reddidit uxori debitum. Hoc contrariatur canonice scripturæ, quæ eas nominat uxores, ut supra post oppositum. Præterea uidetur esse implicatio in termino, quod poterant tractari affectu uxorio: & non esse uxores. Nec ualeat dicere. Qui utitur re sua, ut uult, nemini facit iniuriam. Et potest quilibet dare alteri, quod suum est, ergo dominus habens ancillam seruam potest ea uti, ut uult. Et si uxor uelit, potest uir alteri coniungi mulieri sine peccato. Hoc non ualeat. Qui enim utitur re sua in eo, & ad id, quo sua est, nemini facit iniuriam. Sed concubina, aut ancilla non est domini sui quantum ad omnia, sed quo ad ministerium domesticum. Sic corpus coniugis, non est alterius coniugis, nisi solum quo ad actus coniugales in

ter se habendos, ideo non potest alteri copulari uel dari ad actus carnales: quia dominus omnium rerum hoc prohibuit nec admittit corporum commutationem nisi ad actus coniugales. Nec aliud uoluit Augustinus. Quia autem Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera mysterio non caret, secundum Apostolum Gala. iij. Quia uxores tunc supposuerunt ancillas suas maritis expectando in eis, & ex eis prolem, fuit diuina confessio: & quia data fuit eis promissio: quod in semine eorum benedicendæ essent omnes gentes. Ac etiam quia fidei confessio tunc temporis non tantum in uocatione stetit, sed amplius in successione. Et uidetur uerisimile: quod uxores instruxerunt ancillas de dispensatione diuina super pluralitate uxorum, ad augendum diuinum cultum: uel etiam ipsi uiri cum plures ducere uolebant diuinitus illustrati. Et ita persuasæ, & edoctæ consenserunt affectu uxorio in copulam illam amore proximi. Ad hoc August. de ciuita. dei. lib. xvj. cap. xxxvii. & xxxiiij.

¶ Sed quod nominantur ancillæ, uel uxores, ideo est: quia aliquid quodammodo habebant de ratione uxoris, & aliquid de ratione ancillæ, & concubinae. De ratione uxoris: quia erant tunc maritis quo ad thorum uinculo indissolubili: & erat inter eos uerum matrimonium. Hinc uerè nominantur uxores, ubi supra, propter matrem, & perpetuam corporum translationem ad actus coniugales. De ratione ancillæ, & concubinae: quia erant famulæ principum uxorum, nec habebant auctoritatem in regimine familiae, & domus, nec proles succedebat in hereditatis perceptione. Sed habere communionem rerum temporalium non est de essentia matrimonij. Nec licuisset Abraham ad monitionem Saræ a se projicere Agar quæ fuit uerè uxor eius, nisi super hoc habuisset diuinum mandatum. Voluit autem deus eos separari non quo ad uinculum coniugij: sed quantum ad thorum, & cohabitationem, ad significandum mysterium, quod explicat Apostolus ad

Gala. iij. cum inquit. Abraham duos filios habuit. &c. Et item: Eijce ancillam, & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberae &c. ¶ Quartum dubium. Si ducere secundam sine dispensatione diuina uiuente prima est moechari, & contra matrimonij institutionem, quæ est quod sit unus uirius, quomodo stabunt illa coniugia, cum mulier credens uirum mortuum, non tamen habita de hoc certitudine plena, cõtrahit cum secundo. Et an certo numero annorum decurso, & uiro non comparente possit mulier alium ducere. Ad hoc respondet Magister infra distinctio. xxxviij. Sed nunc illis dimissis, dicendum in textu. de spons. & matrimonio. cap. In præsentia. Quantumcumque; annorum numero ita remaneant uiuentibus uiris suis, non possunt ad aliorum consortium canonicè conuolare. Nec permittendæ sunt ecclesiæ auctoritate contrahere, donec certum nuntium recipiant de morte uirorum. Ad idem de secundum. cap. Dominus. ubi statuitur, quod nullus transeat ad secundas nuptias: donec ei confiterit, quod ab hac uita migraverit coniux eius. Non sufficit ergo expectare per septennium, quasi tunc non comparente uiro liceat contrahere. ut in capit. allegato. In præsentia. Attramen quia mulier mortuo uiro liberata est a uinculo, secundum Apostolum. j. Corinth. vij. & Roma. vij. ideo statim potest nubere in domino, si uult, tamen tempus luctus, secundum leges defuratum, nondum transierit. Aboletur enim eius infamia licentia, & auctoritate Apostoli. capitu. Super. de secundum. nup. In his enim leges imitantur sacros canones ibidem. cap. Viti. & leges in contrarium editæ tolluntur. ¶ Debet autem mulier esse certa de morte coniugis, ita quod nullus prudens habitus indicijs, & nuncijs talibus de morte coniugis, possit rectè dubitare de eius morte, sed quod cõstet sibi uirum de hac uita migrasse. Et dato, quod sit mortuus, si tamen habet conscientiam de eius uita, peccat grauiter cõtrahendo cum secundo. Nec licet sic contra hęc debitum exigere: sed tenetur ex actus

actus reddere. capit. Inquisitioni. de sententia excommunicationis, ne peccet, uel contra conscientiam, uel cõngij legem. Si est leuis, & temeraria: debet etiã reijcere: & sic potest exigere, & reddere debitum. Si est æquilibrium dubitatio de morte & uita, non potest licitè contrahere, & contrahens tenetur exactus reddere, sed non licet exigere debitum. Hinc ecclesia huiusmodi coniugia tolerat: sed non solè nizat, cū non est certitudinaliter de morte coniugis edoctus: ne cogatur factum suum cum scandalo tractare: relinquat enim coniuges suis conscientijs.

QVÆSTIO. II.

Verum tempore legis Mos. licite potuit uir uxorem & econtra repudiare. Opinio prima.

DE libello repudij, & uxoris repudiatione in leg. uer. est quæst. ij. Vtrū tempore legis Mosæ licitè potuit uir uxorem, & econtra uxor uirum repudiare, & aliam ducere prima adhuc uiuente. ¶ Circa materiam quæstionis illius sunt duæ opiniones saltem de illo. An licuit uiro repudiare uxorem. Secus. n. est de repudio uiri ab uxore, quod nunquam licuit opinio est, quod talis repudiatio uxoris a uiro fuerit illicita, & nunquam in lege concessa, & ita lex non inlaxerit penam repudiantibus: nõ tñ caruerunt culpa. Ita tenet Augusti. contra Faust. libr. xix. cap. xxvi. & xxix. Et contra Adimantium. cap. iij. Probatur Mat. xix & v. Dico uobis: quicumque; dimiserit uxorem suã excepta causa fornicationis, & aliam duxerit, moechatur, & qui dimissam duxerit, moechatur. Quod intelligitur repudiata uiuente, & quo ad uinculum. Ad hoc facit ratio Christi, quam adducit ibidem: quia quod deus coniunxit, homo non separet. Confirmatur auctoritate prophetæ Malach. ij. Qui postquam recitando, & referendo legem Mosaicam dixit. Cum odio habueris, cã dimitte: subiunxit. Operiet autem iniquitas uestimentum eius: dicit dominus exercituum. Vbi glos. Quicumque; excepta causa fornicationis inique dimiserit uxorem, uestimen-

tum eius idest corpus, quo animã uestitur, operiet iniquitas, idest pœna peccati ut in quo peccauit, in ipso moriatur. Et Lyra exponens literam dicit hoc non referri ad feminam, sed ad masculum, secundum modum loquendi hebraicum. Et est sensus. Per dei uindictam sic apparebit iniquitas uiri despicientis uxorem modo prædicto, sicut apparet id, quod ponitur super uestimentum eius. Et subiungitur propheta. Custodite spiritum uestrum, & nolite despiciere. Glos. Vel certe uxorem. ¶ Præterea. cum Iudei obijcerent Christo: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij, & dimittit? Deutero. xxiiij. Respondit. Ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras. Ab initio autem non fuit sic. Dicit glos. interline. Matthæ. xix. Moyses permisit non deus. Et ibidem. Consilium fuit hominis non dei imperium, qui maluit indulgere diuortium, quã desiderio secundarum nuptiarum fieri homicidium, uel perducere ad odium. Item Deutero. xxiiij. dicitur repudiata, quæ alium uirum dixerit, polluta, & abominabilis facta est coram domino. Chryso. super Mat. cap. v. Qui dimiserit uxorem suam, faciat eam moechari. Et qui dimissam duxerit, adulterat. Ille quidem, si alteram duxerit, tunc constituit se criminis rerum, qui adulteram facit ex coniuge. Hic: uerò accipiendū alienam adulter effectus est. Nequaquam enim mihi referas: quia alter eam eiecit. Nam expulsa quoque uxor esse eius, qui eam expulit, per se uer. Augustinus de sermone domini in monte. Non qui præcepit dare libellum repudij, hic præcepit, ut uxor dimitteretur. Sed qui dimiserit, inquit, det illi libellum repudij, ut temerariam iracundiam proficientis uxorem, libelli cogitatio temperet. Qui ergo dimittendi quæfuit moram, significauit, quantum potuit duris hominibus se nolle dissidium. Hęc ille. ¶ Ex quibus colligitur conclusio hæc secundum opinionem istam. Tamen si tempore legis Mosæ repudium uxoris odio debita a uiro fuit permissum pœnæ legalis priuatio nescuit tamen illicitum, & culpabile ex Gab. Biel. R. f. 3

Quomodo nominantur ancillæ uel uxores.

diuina prohibitionē. Nec aliquis sanctorum legitur unquam ita uxore suam repudiasse, quicquid sit de iure ciuili, quod cedit diuino. ¶ Alia opinio est, quod licitum fuit uiro uxorem odio deditam repudiare ex diuina, & non humana dispensatione. Potest enim deus quod coniunxit separare. Hinc glossa interline. Matthe. xix. Quod deus coniunxit homo non separet, sed deus. Ad hoc Malach. ij. Cum ocio habueris uxorem, dimitte eam. Et Deutero. xxiii. Si acceperit homo uxorem. &c. Item legis Mosaicæ institutor fuit deus, non homo: Moyses enim dumtaxat fuit præco dei, & legis promulgator, qui diuinam dispensationem ea in re filii Israel denunciavit. Deutero. xxiii. Dispensationē (inquit ille a opinio) quæ non est dissimulatio alicuius illiciti permisso, aut simplicis tolerantia: hoc enim nihil aliud esse dicere, quam quod Moyses permisit Iudæos citra legis instructionem ire in gehennam, & multa cumulare mortalia peccata: sed quæ est deobligans a lege: & ita præseruatiua a culpa, & pæna. Ad quod uideatur facere repetitio de libello repudij in libris prophetarum, & præsertim Malach. ij. qui fuit ultimus prophetarum. Libri enim prophetales in multis declarant legales. Et dictum Chryso. super Matthe. capitu. v. Erat hoc ueteri in lege mandatum, ut qui propriam quacunque de causa odisset uxorem, non eam prohiberetur eiecere inquit illius locum alteram ducere. Quod certe non passim lex fieri iusserat: sed ut quicumque dimitteret, libellum repudij daret coniugi, ne ius ad illam haberet iterum reuertendi: sed nihilominus hæc nuptiarum saltem figura remaneret. Nisi enim precepisset istud, & sine repudij libro hanc quidem expellere: aliam uero ei liceret accipere. Hæc ille. Verum dictum istud non facit directè ad propositum, sed uult Chryso. quod lex non prohibuit uxoris dimissionem: quia non puniuit repudiantes. Non autem mandauit fieri repudiū, sed iussit dari libellum uxori repudiatæ. ¶ Tenentes istam secundam opinionem quæ uidetur probabilis, possunt dicere

ad primæ opin. rationem. Et primò ad uerbum Chryso. Matthe. v. & xix. quod Christus in leg. uete. reduxit matrimonium ad statum optimum, qui fuit in prima institutione naturæ humanæ: cum dixit Gene. ij. prophetice per os Adæ. Erunt duo in carne una: adhærebit homo uxori suæ. non uxoris suis. Et ideo illam reductionem tunc promulgauit, & bigamiam pro isto tempore pronunciauit illicitam, & legi euangelicæ contrariam, sed non legi uete. accedente ad hoc diuina dispensatione. Cui concordare uidetur, quod ibidem reprobatur ducere secundam uxorem uiuente prima: quod tamen licuit patribus in lege. uet. ex diuina dispensatione. Subiungit ibidem. Ab initio autem non fuit sic. Ab initio inquam, naturæ primitus institutæ, siue ab initio legis naturæ. Irritat ergo ueritas contractum illum bigamiæ pro tempore legis euangelicæ, qui stare potuit ex dispensatione in leg. uete. sicut, & multas alias imperfectiones uete. leg. reduxit Christus in lege euangelicæ ad perfectionem perpetuò mansuram. ¶ Cum subiungitur uinculum illud esse indissolubile: Verum est pro lege euangelicæ, & ex diuina institutione primæ, quam auctor coniugij potest ex causa pro tempore, cum libuerit immutare. Et ita factum esse creditur: quia non est de lege naturæ strictè. Cui alludit, quod dicitur. Quod deus coniunxit, homo non separet. Iteus de deo. Nec ex hoc inferri potest, ergo matrimonium esse dissolubile. Consequentia enim non ualet, nec formaliter, nec legaliter. Non formaliter, quia arguitur a dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. Sed bene sequitur ipsum tunc tunc indissolubile. Nec legaliter: quia etsi lege ciuili olim permittebatur diuortium quo ad utrumque coniugem indifferenter, & sine causa ad libitum, ut libera essent matrimonia; ut refert Palu. (demptis duobus casibus. Primus, cum stuprum obiectum non probauerat. Secundus, quando eam prius deflorauerat. Deutero. xxi.) tamen lex ciuili corrigitur per legem diuinam oppositum præcipientem pro

lege euangelicæ. Nec impedit: quod euangelium se refert ad legem naturæ. Christus enim loquitur pro lege naturæ: hoc est ad confirmandum legem Mosaicam, secundum primæuam hominis, & coniugij institutionem. Immo ex hoc Christus refellit Phariseos: quia non rectè seruabant coniugium, sicut fuerat in lege naturæ: & ostendit rationabilitatem suæ institutionis, & inuolutionis de indissolubilitate coniugij pro lege suæ: quia ita expressit Adam ore prophetico in prima hominis, & coniugij institutione. ¶ Ad responsionem Christi datam Phariseis dici potest, quod Christus cautè respondit Iudæis proponentibus fallaciam secundum plures interrogationes, ut unam. Dixerunt enim. Quid ergo mandauit Moyses Deutero. xxiii. dari libellum repudij, & dimittere? Vbi innuit, Moysen duo mandasse: scilicet dationem libelli, & repudium. Quorum unum falsum fuit. Non enim mandat dare repudium, nec dari libellum absolute, & simpliciter, sed sicut hæc conditione: si quis uellet repudiare suam. Repudium uero dominum nunquā mandauit. Ideo Christus distinctè respondit: concedens quod Moyses bene mandauerit dare libellum, sed negat, quod Moyses mandauerit dimittere uxorem. Unde dixit ad illam partem quæstionis de repudio. Moyses ad duriciam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras. Ab initio autem naturæ institutæ non fuit sic. Vbi dicit Scotus. Christus per hoc uerbum, permisit, intelligit, quod Moyses hoc non præcepit, nec consuluit nec approbavit, sed tãquam ex quadam de necessitate licitū, nõ prohibuit. Nec est illa permissio cuiusdam illiciti, sed est permissio dispensatiua de obligatione a culpa repudij, ut supra, propter malitiam incorrigibilem illius populi, & ad uitandum maius malum homicidij.

D ¶ Quia autem Christus dicitur ad duriciam cordis Iudæorum hoc permisit: Dicendum: quamuis duricia cordis non excuset a peccato, tamen concessio facta propter incorrigibilem cordis prauitatem, excusat. Quædam enim prohibentur sa-

nis, quæ non prohibentur infirmis corporaliter. Nec tamen infirmi peccant permissione sibi facta uidentes. Et ideo hoc dictum Christi non arguit eam fuisse illicitam de se. Frequenter enim duritia, & incorrigibilitas subditorum compellit superiores ad legis retractionem, uel relaxationem tanquam causa sine qua non. Hinc Gerson in floribus. Communis error facit ius ad hunc intellectum, uel cõsimilem. Prælati, & principes sæpe aliqua faciunt, aut permittunt ob errorem subditorum communem: quæ si non permitterentur, obligarent eosdem ad culpam. Sic multa permittuntur, uel relaxantur a superioribus ob incorrigibilitatem inferiorum, quorum oppositum esset æque conducibile, seu condicibilis, & honestius in merè positum, ne stantibus illis in multa labantur peccata: alias non euitanda. Sic deus fecit cum illo dura ceruicis populo eos a legis seruantia in hac parte deobligando.

¶ Ad gloss. Permisit Moyses non deus, illa gloss. uidetur neganda. Nam Moyses solum erat præco legislatoris, & ipse non fuit dispensare, sed dei solius. Posset tamen interpretari sic. Moyses permisit, non deus. supple immediate precipiendo Moysi inter alia præcepta. Unde usquam legitur in primis. iij. libris deum hoc Moysi præcepisse, nec alicui alij. Ideo istud præceptum magis est Moysi dicendum: sicut & omnia, quæ habentur in Deutero. præcisè, & non alibi: quæ illa, quæ alibi locutus est dominus ad Moysen. Cuius ratio potest esse secundum Scot. quia relaxationes pertinentes ad industriam humanam deus non uoluit poni in scripturis sicut a se prolatas, sed sicut a seruis suis. Unde & subleuationem laboris Moysi, qui tota die sedebat ad iudicandum populum de mane usque ad uesperam. Exod. xvij. deus non immediate per se expressit, sed Ietro cognato suo illud tanquam ad humanam industriam pertinens expressit. Sic ergo dicitur Moyses permisit repudium auctoritate diuina ob populi duriciam, quod non permisisset, si populus dura ceruicis tracta-

bilis fuisset. Ad aliam glos. dici potest: q non est contra opinionem istam. Deus enim non imperavit diuortium, sed mandauit dare libellum, cum placuit uxorem repudiare. Ad auctoritatem Deuter. xliiij. de polluta respondet Richar. Ad Chryso. loquitur, pro statu legis euangelicæ. Ad Augustinum. Non facit contra opinionem, sed pro ea. Ad dicta August. contra. Faust. Refert diuersas opiniones: sibi fuit illius opinionis. Ad Malach. poreft dici. Loquitur denunciatiue. Dimitte id est. dimittes. Cum autem dicitur: Iniquitas operiet &c. Dicendum: uerum est, si non interueniret diuina dispensatio. Hic autem interuenit dispensatio de obligatoria a lege. ¶ Quantum ad articulum secundum ponendæ sunt conclusiones pro utraq; opinione. ¶ Prima conclusio. Tamen si lex non puniuit uiros repudiantes uxores tempore legis. Mosai- cæ: nunquam tamen uiro licuit uxorem repudiare, & aliam ducere ex diuina prohibitione. Patet ex allegatis pro opinio- ne prima: ¶ Secunda conclusio. Licebat uiro in lege Mosai- cæ propter maius malum præcauere, priorem uxorem repudiare, & aliam ducere ex diuina dispensatione. Et deductus pro opinione secunda. ¶ Tertia conclusio. Licet fornicationis causa licite possit, & olim poneretur uxor repudiari quo ad thorum diuina dispositione, non tamen per talis- modi repudium, aut diuortium solum fuit, nec soluitur coniugale uinculum. Nec licet, aut licuit unquam priore ui- uente uxore alibi cõtrahere absq; diuina dispensatione. Patet ex dictis. & Matthæ. xix. Marc. x. j. Corint. vij. Item de diuor. capit. Quæsiuit. Hæc conclusio respicit utranq; opinionem. ¶ Quarta conclusio. Sicut licebat uiro habere plures uxores ex diuina dispensatione simul; & semel, sed non mulieri plures uiros: ita licuit in leg. vet. uiro mulierem odio debitam repudiare, & aliam ducere (secundum unam opinionem) accedente dispensa- tione diuina. ¶ Quinta conclusio. Nunquam licuit mulieri coniugem suum repudiare: neque uiuente marito alibi con- trahere. Prima pars patet ex quæstio-

ne præcedente: secunda in recitatione opinionum. ¶ Quatum ad articulum tertium est dubiū primū. An in genere om- ne odium uiri in uxorem fuerit causa per- missionis repudij. Dimissis opinionibus, probabiliter teneri potest, non licuisse ui- ro, aut sponso in quocunq; casu, & pro- pter quamcunq; causam repudiare spon- sam affidatam, uel uxorem odio dedit. Probatur Deutero. xxij. Si enim uir ali- quis cognoscendo suam dicit se eam nõ inuenisse uirginem: & defecerit in proba- tione, pater uero puellæ dicit eam fuisse uirginem; talis quia falsum nomen im- positum fuit puellæ, fuit uerberandus, & centum siclis argenti puellæ dandis puniendus, & non poterat eam dimittere omni tem- pore uitæ suæ. Rationem assignat Aug. q. xxiiij. super Deutero. Quia in his, qui illicite uiuant, noluit lex licere, ne uideatur Moyses id ad ludibrium fecisse: & po- tius finxisset, q; eam uxorem duxerit, quã uere placitoque duxisset; hæc ille. Vtrum- bic August. uidetur esse alterius opinio- nis, quã supra allegatum est cõtra. Fau- stum. Nisi dicatur aliquid nõ posse fieri: quia non debet fieri, secundum eundem. Et licere est impune transire secundum legem. Sic enim licuit dare repudium: quia lex non puniuit: licet fuit peccatū. Præterea iam illam iam aliam refert opi- nionem; ut supra disputatiue. Sic si quis cognouit puellam uirginem nondum de- sponsatam, & quæ non habet sponsum, tenebatur re comperta dare parenti. l. Siclos argenti, & habere eam uxorem: quia humiliavit illam: Nec poterat eam dimittere cunctis diebus uitæ suæ. ¶ Corollarij sequitur. Non licebat uxorem repudiare in ue. leg. nisi ex aliqua causa matrimonij contractum sequente, seu post contractum eueniente. Nec etiam indifferenter: ob quamcunq; causam su- peruenientem: sed solum propter illas, quibus poterat bonū prolis negligi, uel impediri in corpore, uel anima: ut puta, si mulier fuit sterilis, uel leprosa, aut alia notabili corporis feditate maculata. Vel quantum ad anim. m. si mulier fuit ma- lorum morū. Cum enim proles cohabitata pa- renti, sequitur mores eius: quia filij imita-

Art. 3. Dub. 1. An i- gere oē odium uiri in uxorem fuerit cõ- promissio- nis re- pudij.

Coroll. Non li- cebat uxorem re- pudiare in ue. le. nisi ex a- liqua ca-

- Art. 2. Cõcl. 1. E
- Cõcl. 2.
- Cõcl. 3.
- Cõcl. 4.
- Cõcl. 5.

tur parentes. Nec obstat dictum Chry- sost. ut supra. Ut qui propriam quacūq; de causa odisset uxorem &c. Quia uide- tur intelligendum de causa iusta: & non iniusta. quæ utiq; non uidetur dicēda cau- sa. Iusta causa dici potest, quam lex ad- mittit, & dispensatio diuina, seu quæ lex non puniit poena legali, ut si fuit aliqua feditate maculata, ut supra, unde proles potuit damnificari in corpore, uel ani- ma. Et si diceret aliquis: Libri prophe- tales resoluunt legales. Malach. uero ul- timus prophetarum absolute dixit. Cum odio habueris uxorem, dimitte eam: di- cit dominus Israel. non specificando cau- sam odij. Dicendum. Malach. redar- guit populum in genere, & specie. Et cū erudiuit ipsum de non despiciendo, re- spondet tacitæ obiectioni, quã posset facere de permissione repudij: & ita non lo- quitur dispositiue, uel præceptiue, sed de- nunciatiue; quasi dicat. Tu quidem di- mittes uxorem: sed operiet iniquitas &c. Et ita refert legem: & permissionem le- gis de repudio: truncatè quidem redu- cendo in memoriam, ut eis insinuaret ip- sorum culpam, & diuinam, quam nõ ef- fugient, uindictam pro repudio illicito permisso, sed non concesso. Hinc uide- tur probabile dictū non quodlibet odiū suffecisse: sed odium ex causa rationabili. Stat enim aliquem de repudiantium odio dari: propter suam uirtutem. Patet de Christo, contra quem iniuste Iudæi læ- tate conceperunt odium usq; ad mortē crucis. Cum enim bonitas est causa amo- ris, & non odij: bonus proprie non est odibilis: licet possit ex alicuius malitia odio dari. Non ergo uidetur suffecisse il- lud odium ad excusationem repudiantis: quod erat propter uirtutem repudiandæ, stante opinione de repudiantium excusa- tione &c. Et forte ideo fuit præcepti da- re libellum repudij, quem scribebant sa- pientes Hebræorum &c. contra Faust. lib. xix. cap. xxvj. quorum erat discernere in causa. ¶ Secundum dubium. Ad quid datur libellus repudij. Item quo modo scribebatur: & quo tenore. In u- llo per an continuit particularim causam repudij, & repudiationis. ¶ Ad primum.

Ut mora interueniente, & consilio scri- barum dissuadente uir a proposito repu- diandi desisteret: & calor iracundiæ uo- lentis suam repudiare ex mora temperetur, & frigeret: secundum Augustinum. lib. xix. cap. xxvj. contra Faust. Ut quoq; persona repudiata licentiam alibi con- trahendi haberet. Et fuit illa datio libel- li præcepti non simpliciter, sed posita cõ- ditione cum quis suam repudiare solet. quod erat permissionis ad manus malum uitandum: posita malignantium multitu- dine non parua, secundum unam opinio- nem. secundum aliam erat concessionis diuinæ. ¶ Ad secundum. dabatur in ma- nus mulieri repudiata, quæ non habuit gratiam in oculis mariti. propter fedita- tem aliquam, ut cognosceret saltem in genere causam suæ displicentiæ, & repu- dium ipsum fore iustum. ¶ Ad tertium. Scribebatur sic secundum Iosephum. Promitto tibi: q non plus conueniã tecum. Hic erat tenor illius libelli. Addit Hugo Cardinalis super Deutero. xxiiij. q liber ille continebat causam, ob quam displicebat ei mulier. Et q legebatur co- ram sacerdotibus. Et cum uir iurauit ue- rum esse, quod in eo continebatur, per- mittebatur mulieri alibi nubere. ¶ Nico- lao de Ly. non placet q in libello scri- pta fuerit causa repudij. Ratio secundū eum est: quia quandoq; erat occulta, ut puta fornicatio soli uiro cognita: & cum peccatum occultum non debet publice mulctari, peccasset uir ille eam sic diffamãdo per occulti peccati manifestatio- nem. Cum autem dare libellum fuit præ- cepti, non potest dici, q præceperit age- re contra fraternam charitatem, & diui- nam legem: immo tenebatur ad restitu- tionem famæ sic iniuste diffamans ux- orem: quia contra ordinem fraternæ cha- ritatis peccatum eius in lucem uenire fa- cit. Ob hoc secundum eum dicitur. Deu- teron. xxiiij. q dabatur in manu mulie- ris. Ad quartum respondet Sanct. Tho. q continebat causam repudij in genera- li, non in speciali. ¶ Tertium dubium de reconciliatione repudiata: An maritus potuit eam sibi reconciliare, & ipsa alibi contrahere. Respondet Richar. q sic an-

Forma: repudij.

Dub. 3. An ma- ritus po-

tuit est tequam repudiata alibi contraheret, sed non post. Ad quod uidetur facere Deuteronom. xxiiij. cum dicitur. Cumq; egressa alterum maritum duxerit: & ille quoq; oderit eam, dederitq; ei libellum repudiij, & dimiserit de domo sua, uel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in uxore: quia polluta est. Ecce q; etiam mortuo secundo marito non potest prior maritus eam recipere: cuius contrarium habet Palud. sed plus standum est cum textu Bibliæ. Nam secundum Palud. mortuo secundo, potest iterum recociliari primo propter uinculi solutionem: sed non eo uiuente: quia tunc stabat uinculum quoad secundum: licet non quoad primum. Istud autem in Deuteronom. statutum fuit in uiri repudiantis poenam: quia repudiando eam dedit ei occasionem adulterandi: tamen si daret operam rei licite, eam .s. repudiando secundum unam opinionem: & in poenam repudiate, quæ adulterium commisit alteri nubendo, eo q; adhuc mansit uinculum conjugale inter eam, & uirum repudiantem. Hoc dictum forte stare secundum primam opinionem, non secundum aliam. Quod autem Hebrei dicunt Abraham (ut refert Lyra super Gen. xxv.) mortua Sara misisse filium suum Isaac ad reuocandum Agar: & sic eam sibi reconciliaffe: est ex eo quia non dimisit eam nisi quoad thorum, & cohabitationem state uinculo conjugali. Dauid uero reconciliauit Michol. ij. Reg. iij. & eam repetiuit ab Isobeth filio Saul: eo q; sibi eam dispoederat cetum præputiis Philistinum, qua Saul postquam desponsata fuit Dauid, dedit alteri uiro, Phalti filio Lais. j. Reg. xxv. Siquidem nunquam repudiavit eam. Ideo Phalti, qui dicitur eius uir, fuit solus putatius, & non uerus maritus eius. Is uero puta Phalti accepit eam ad obediendum Sauli: & ut honoraretur uelut gener regis. Nam secundum Hebreos fuit legis doctor: & cum sciuisset eam esse uxorem Dauid: non cognouit eam: quia non fuit a Dauid repudiata. Non autem accepisset eam Dauid, si fuisset ab alio cognita: sicut non fuit postea ingressus ad alias uxores, quas cognouit Absalon. ij. Reg. xx. Ita habet Lyra. ij. Reg. iij. Et si consensisset in copulam cum Phalti, non fuisset excu-

sata Michol, etiam si metu patris hoc fecisset, nisi forte credidisset bona fide patrem suum eam posse dare alteri. quomodo Lia excusatur secundum aliquos parendo patri. Sed non oportet ad hoc concingere. Poterat enim Iacob licite habere plures uxores: sed non poterat Michol plures habere maritos legitimos. Nec fuit repudiata a Dauid: ut supra.

QVAESTIO. III.

QUÆRTIO queritur circa tertiam conclusionem textualem: Vtrum uirginitas sit uirtus omnibus alijs uirtutibus moralibus maior, & matrimonio præstantior. Tribus articulis absoluetur quæstio solito more. ¶ Quantum ad primum, dicit beatus Tho. ij. ij. q. clij. ar. j. Uirginitas est continentia, qua integritas carnis ipsi creatori animæ, & carnis fouetur, consecratur, seruatur. Fouetur dicit per se, non per u. Dicitur primum est continentia. i. complera abstinentia: non prout diuiditur contra temperantiam: quia illa non est uirtus perfecta, ut loquitur Palud. Temperantia enim respicit castitatem conjugalem, uirginalem, & uirginalem. Dicitur, Quia integritas carnis, ad differentiam continentiam uidualis: ubi non est carnis integritas. Dicitur ipsi creatori animæ, & carnis ad differentiam consecratarum idolis. Dicitur fouetur, consecratur, seruatur. per hoc rationem laudis accipit: & bonæ uoluntatis propositum, ac firmitatem. Hæc descriptio uidetur esse sumpta ab Aug. de sancta uirginitate cap. lxxxviij. unde uirginitas nominatur a uirore: quia uirum a concupiscentiæ carnalis exultatione, & delectatione actuali, & experimental. Secundum Richar. primo dicit carnis integritatem, & negationem cuiuscunq; carnalis concupiscentiæ actualis. Secundo actum, uel habitum electum continendi ab omni uenera delectatione, cum negatione cuiuscunq; ueneræ delectationis experientæ, uel expertæ quantum in se est: nisi ad sit necessitas, aut præceptum diuinum uacandi carnali copulæ. Aug. cap. xij. de sancta

A
 Artic. 1.
 Not. 1.
 Virginitas est continentia, qua integritas carnis ipsi creatori animæ, & carnis fouetur.

uirginitate. Est per piã continentiam ab omni concubitu immunitas: est in carne corruptibili in corruptionis perpetua meditatione. Hæc notificatio respicit materiale, & formale, quod est in uirginitate. Formale exprimitur in recto; cum dicitur meditatio per quod importatur actus uoluntatis, & rationis pariter, & liberæ electionis. Materiale in obliquo. Dicitur primum in carne, quia sicut luxuria non est in angelis, ita nec uirginitas proprie. Nam opposita nata sunt fieri circa idem. Angeli enim nec carnem, nec ossa habent. cum sunt spiritus. Dicitur corruptibili. ubi tangitur difficultas, quæ est in habendo, & retinendo uirginitatem. Si enim caro corrumpi non posset, ut erit in gloria, cum dotabitur dote incorruptibilitatis, & impassibilitatis, non esset difficile habere perpetuam incorruptionis meditationem. Unde post resurrectionem uirginitas erit purior, sed sine difficultate. Quod autem dicitur Perpetua, simile est, sicut dicitur iustitia perpetua. Et ius constans uoluntas unicuiq; suum tribuens. Et matrimonium dicitur, tenere indiuiduam uitæ consuetudinem, quantum ad propositum animi: non autem semper quoad actum, quia eius propositum debet esse firmum pro perpetuo sic perseverandi. Dicitur Incorruptionis triplicis. Por enim homo nolens corrumpi tantum secundum carnem cum uiolentatur: & sic non perditur uirginitas uirtus, secundum Aug. j. de ciui. dei. cap. xvij. Item quandoq; frangitur arte medicorum, aut tactu obstetricum: etiam si præter spem, & consensum feminatio sequatur, secundum Palud. Secundo potest homo corrumpi mente quando consentit in libidinem, & sic perditur uirginitas: sed recuperabiliter. Tertio, quando utroq; modo corrumpitur: & sic perditur irrecuperabiliter. Primum per accidens respicit actum morale, qui proprie est animæ. Secundum materialiter se habet ad ipsum. Nam passionibus sensibiles sunt materia moralium actuum secundum Sã. Thom. Tertium completiue, & formaliter. Hoc. n. est propositum perpetuo abstineri ab omni concubitu licito, & illicito. Dicit ergo uirginitas illius trisariæ cor-

ruptionis, priuatione, & carentiam secundum illam notificationem, sed aliter, & aliter. Per hoc etiam, q; dicitur, meditatio importat actum rationis, excluditur pueri cum non habent adhuc usum rationis. Sic fatui, & stulti. unde eorum incestus, uel abusus non est casus seruatus episcopus secundum Palud. Simili modo secundum eundem non perdunt uirginitatem, ut uirtus est: qui primum uiolenti de hinc in actu consentiunt, & qui pollutionem in somno inceptam terminant in uigilia. Sic de pollutione, quæ accidit præter propositum mentis, siue nature infirmitate, uel dormiendo: aut ex uiolenti, cui mens non consentit: tamen delectatione carnale experiarur. Hic enim non est propositum mentis, & uoluntas. Secus si accidit ex proposito, siue extra concubitu, siue in concubitu. Illa nominum acceptio, aut impositio uidetur omnino esse uoluntaria. Aug. lib. iij. contra Iulian. Pelagi. cap. viij. dicit. Pudicitia est res animi: sed uirginitas corporis. Et q; stat pudicitiam in animo manere saluam: uirginitatem uero uiolenter auferri. Alibi sumit illa nomina per eodem, ponens uirginitatem esse uirtutem, & qui dem non minimam. ¶ Secundum notandum secundum Palud. Contingit uirginitatem aliter amitti in uiro, aliter in muliere: & quandoq; irrecuperabiliter: quandoq; recuperabiliter: quandoq; uoluntaria corruptione: sed nunquam corruptione inuoluntaria: quandoq; corruptione naturali: quandoq; contra naturam. Primo (ut aliqui dicunt) ita perditur uirginitas corruptione contra naturam: sicut secundum naturam, & amplius secundum q; contingit luxuriam contra naturam accedere cõsensu libero multipliciter exerceri. Secundum uirginitas amittitur in femina irrecuperabiliter, si corrumpitur mente, & corpore altero trium modorum corruptionis, ut supra notabili primo: puta si ex concupiscentia uolita, & liberè elicitur claustra franguntur, siue seminet, siue non. Nam concupiscentia spadonis deflorat iuuenulam. Licet enim spado non emitat semen, aperit tamen claustra pudoris. Item si ex forti concupiscentia uolita feminat: licet uir non aperiat clau-

De pollutione.
 Nor. 2.
 B
 Virginitas aliter amittitur in uiro, aliter in muliere

Incorruptio triplex.

stra, nec semen tradat, nec claustra rumpan-
 tur. In uiro sufficit sola mentalis cor-
 ruptio libere uolita, & acceptata. Cor-
 ruptio corporis fit uoluntaria feminis
 emissione, siue actu compleatur in coitu,
 siue nondum modo est libere uolita, &
 acceptata propter delectationem uene-
 ream experiendam. Tertio uirginitas
 uirtus, aut pudicitia, non amittitur per
 quacumq; corporis inuoluntariam corru-
 ptionem: sumendo inuoluntarium con-
 trariè ad uoluntarium aut cum mulier
 uolentatur, & semè recipit, uel emittit,
 aut etiam in concipit, & generat contra
 suum consensum, complacentiam, & libe-
 ram uoluntatem. Ita aliqui referunt. Ad
 hoc Aug. de ciui. lib. j. cap. xvij. cum in-
 quit. Cum pudicitia fit uirtus animi, co-
 mitemq; habeat fortitudinè, quæ potius
 mala quæq; tolerare, quam malo cõsen-
 tire decernat: nullus autè magnanimus,
 & pudicus in sua habet potestate, quid de
 carne sua fiat: sed tantum quid annuat,
 uel renuat mente: quis sanæ mentis pu-
 tauerit se perdere pudicitiam: si forte in
 apprehensa, uel oppressa carne sua exer-
 ceatur, & expleatur libido, non sua? Si
 enim hoc modo pudicitia perit, profectò
 pudicitia uirtus animi non erit, nec per-
 tinebit ad ea bona, quibus bene uiuitur:
 sed in bonis corporeis nominabitur: qua-
 lia sũt uires, pulchritudo, sana integraq;
 ualitudo &c. & infra. Nec de ipso corpo-
 re perit castitas: quia eo sanctè utèdi per-
 feuerat uoluntas, & quantum in ipso est
 facultas. Quo circa proposito animi per-
 manente, per quod etiam corpus sanctifi-
 cari meruit: nec ipsi corpori aufert sancti-
 tatem uolentia libidinis alienæ, quæ ser-
 uat perseverantia continentia suæ &c.

Artic. 2. ¶ Quantum ad articulum secundum est
 Cõcl. 1. conclusio prima. Sola carnis integritas

C. nõ est uirtus dicenda, nec de uirtutis uir-
 ginitalis essentia. Pater de corrupta uo-

Cõcl. 2. lenter &c. ¶ Secunda conclusio. Acci-
 piendo uirginitatem secundum prefatas

Virgini-
 tas è uir-
 tus mo-
 ralis.

sanctorum notificationes, uirginitas, est
 uirtus moralis, procedens quandoq; ex
 charitate, & gratia, religione seu pietate,
 & latraria. Manifesta est hæc conclusio.
 Dicitur procedens quandoq; ex religio-

ne, pietate, & latraria. Est enim religio hæ-
 bitus electiuus inclinans secundum ratio-
 nem rectam ad faciendum aliquid pro
 honore, & reuerentia dei. Vnde eius actus
 propinquiores, & elicitiui sunt adorare,
 sacrificare, genu flectere. Mediatu uerò,
 & imperatiui, ad quos mediatè inclinat,
 ieiunare, uirginitatem fouere, seu etiam
 nouere &c. pro honore dei omnem crã
 seculi projicere: ut homo possit conueni-
 tius contemplationi uacare. qui finis po-
 nitur uirginitas christianã tãquam remo-
 uens prohibens. j. Corinth. vij. & Aug.
 xvij. de bono con. ¶ Tertia conclusio.
 Tamen, melius fit, & ceteris paribus plus
 meritorium uirginitatem deo deuouere,
 quã sine uoto pro deo inuolacram tene-
 re: atramen uotum nõ est de essentia uir-
 ginitatis: sed de eius accidentali perfectio-
 ne. Prima pars probatur. quia per con-
 ditionem uoti trahitur actus ad altiorem
 uirtutem: non quidem in eodem genere:
 sed in alio secundum Sanct. Thom. ij. ij.
 q. lxxvii. & Palud. q. ij. artic. j. Exemphi.
 Ieiunium ex uoto imperatiuè procedens,
 uel religione, aut pietate, siue latraria, tra-
 hitur ad actum iustitiæ, seu religionis, &
 pietatis: unde est altioris uirtutis actus, q̃
 fit sobrietas, & temperantia: ut puta iusti-
 tiæ. Sic ergo uotum non mutat genus,
 aut substantiam operis: nec facit ieiuniũ
 esse speciale uirtutem: sed trahit actum
 ad latrariam, uel pietatem. Sic uirginitas
 per uotum fit actus latrariæ, aut pietatis,
 uel etiam iustitiæ: unde est actus latrariæ
 imperatiuè, & castitatis elicitiuè. Et si-
 cut sine charitate nullum opus est meri-
 torium stante lege: ita sine latraria, aut re-
 ligione nullum placet deo sacrificium,
 quia sine ea nullum opus ad eius reueren-
 tiam exercetur. Item per uotum homo
 magis firmatur in bono. Et qui uouet
 dat opus ipsum, & potentiam: eo q̃ facit
 se non posse omittere, quod uouit. Aug.
 ad Armentarium. Felix est necessitas, q̃
 ad meliora compellit. & infra. Non te
 uouisse poeniteat: sed gaude iam tibi non
 licere, quod cum tuo detrimento licuis-
 set. Cum ergo impleto uoti est actus iu-
 stitiæ, & religionis, quarum quælibet est
 nobilior uirtus temperantia: ergo melior
 est

Cõcl. 3.
 De uo-
 to uir-
 ginitatis
 fit meli-
 q̃ inuol-
 lata uir-
 ginitate
 tenere
 ne uo-
 to.

Cõcl. 4.
 D
 Virgini-
 tas è me-
 lius bo-
 num nõ p
 cõpara-
 tionem
 sed p cõ-
 trariu.

est uirginitas cù uoto, quã sine uoto. Se-
 cunda pars probatur ex definitione uirru-
 tis: uotum enim solum addit perfectionè
 accidentalem, & trahit uirginitatem ad
 actum nobiliorè alterius uirtutis. ¶ Quar-
 ta conclusio. Sicut consilium euangeli-
 cū dicitur esse de meliori bono, non per
 comparisonem ad præcepta diuina: sed
 ad sua contraria: puta non seruare consi-
 lita uirginitas melius bonum, non per
 comparisonem ad opus præcepti: sed ad
 suum contrarium. Probatur: quia opus
 cõsiliij (quod est de bono supererogatio-
 nis) est de instrumentis conducentibus
 ad perfectionem christianã, & nõ præcisè
 respicit ea, quæ sunt per se bona uirtutis:
 sed magis dispositio ad uirtutes. Opus ue-
 rò præcepti datur de his, quæ sunt per se
 bona, & quasi de lege naturæ, & in qui-
 bus essentialiter consistit perfectio homi-
 nis: ut puta de dilectione dei, & proximi.
 Secundum Durand. uirginitas non est
 bonum secundum se, sed propter aliud.
 Remouet enim multa impedimenta cõ-
 templationis diuinorum. Hinc est sicut
 medicina, seu bona per modum medica-
 næ. In quo tamen præfertur matrimo-
 nio: quatenus reddit hominem aptum ad
 diuina cum remotione multorum impe-
 dimentorum. Qui enim habet solam uir-
 ginitatem sine deuotione mentis, est im-
 perfectior imperfectione personali con-
 iungato deo prorsus dedito: licet sit in stru-
 tu perfectiori. Ad hoc de bono coniu-
 cap. xxij. & xxiii. & de sancta uirg. cap.
 lj. Itaq; sicut plus conducit ad præcepto-
 rum obseruantiam seruare consilia, quã
 non seruare ea: sic suo modo dicendum
 est de uirginitate. ut dedit Apostolus
 j. Corinth. vij. Qui enim sine uxore est,
 cogitat, quæ domini sunt, quomodo pla-
 ceat deo. Et mulier inuupta, & uirgo co-
 gitat, quæ domini sunt, ut sic sancta cor-
 pore, & spiritu. Quæ autem nupta est,
 cogitat, quæ mundi sunt, quomodo pla-
 ceat uiro. Cum ergo uirginitas præbet
 facultatem sine impedimento dominum
 obsecrandi: uxorem uerò habere magnũ
 præstet impedimentum: ergo uirginitas
 dicitur melius bonum respectu sui con-
 trarij. ¶ Quinta conclusio. loquendo de

Cõcl. 5.

uirginitate præcisè secundum illud, quod
 superaddit ad uirtutem continentiam, &
 castitatem, etsi sit quidam decor uirtutis,
 non tamen est ut sic præcisè uirtus, nec
 gradus uirtutis: sed potest dici potius uo-
 luntaria pœnalitas p̃ Christo assumpta,
 quã uirtus. Hæc conclusio est Gersin de
 consilijs euangelicis: & ut uidetur Aug.
 in pleriq; locis. Probatur: quia omnes
 uirtutes sunt per se bonæ, & laudabiles,
 & de genere bonæ. Uirginitas autem se-
 clusa continetia non est huiusmodi. Sed
 sicut mors passã pro Christo uoluntarie
 nõ est uirtus: nec pfectio anime ei inexi-
 stens: sed est quædam laudata, & merito-
 ria pœnalitas pro Christo acceptata: ita
 in proposito uidetur posse dici de uirgi-
 nitate secundum illud præcisè, quod di-
 cit ultra cõtinentiam, aut pudicitiam ea
 seclusa. ¶ Sexta conclusio. Uirginitas
 uirtus non est omnibus alijs uirtutibus
 moralibus maior, & nobilior. De theo-
 logicis quin præcellant eam, non est du-
 bium. Finit enim præfertur his, quæ sunt
 ad finem: & sine eis non est uera uirtus se-
 cundum Aug. Præterea in moralibus re-
 ligio maior est ea, quãto enim uirtus ali-
 qua magis ordinat ad finem, & hominẽ deo
 coniungit: tantò est maior, sed religio ui-
 tus imperat omnium aliarum uirtutum
 moralium actus, & ad honorem dei refer-
 tur. Siquidem secundum Tullium. ij.
 Rhetoricæ, assert cultum, & ceremoniã
 deo. Id ipsum ostendi posset de multis
 alijs moralibus uirtutibus: & manifestè
 habet Aug. de bo conu. cap. xxij. ubi
 ostendit uirtutes, quæ sunt præcepto-
 rum, & obedientia præcepti, esse ma-
 iores consilijs: & ita obedientiam præfert
 uirginitati. ¶ Corollarium. Uirginitas è
 maxima uirtutum moralium in genere
 castitatis. Plus enim remouet delecta-
 tionem carnalem plurimum impediẽ-
 tem domini obsecrationem. j. Corinth.
 vij. Hinc est. Ex istis uero hoc bene esse pro-
 pter presentem necessitatem. quia coniu-
 gum onera grauiasunt, & de se plurimũ
 impediẽtia a profectu, secundum Aug.
 cap. xliij. de uirginitate. ¶ Septima con-
 clusio. Maioris fuit meriti ceteris pari-
 bus tempore legis naturæ, ac scripturæ ma-

Cõcl. 6.

E
 Virgini-
 tas uir-
 tus non est
 alijs uir-
 moral.
 maior,
 & nobi-
 lior.

Coroll.

Cõcl. 7.

trimonij officium pro dei laude, ac hominum deum colentium pia multiplicatio ne exercere. habentibus de hoc diuinum præceptum, aut consilium, quâ in uirginitate pura permanere. Patet conclusio. Melius est enim uiuere præcepto, quâ consilio, & melius est uiuere consilio, quâ ei contraire. Habetes ergo præceptum, aut consilium diuinum de hominû pro hoc tempore multitudine, tenebantur, aut licite poterant matrimonio uacare. Cum quo nihilominus stare potuit firmû propositum, quârum in se fuit uelle re uxoria &c. pro deo careant sic contemplationi diuinæ quietius possent uacare. de bo. coniu. cap. xxj. Fuit ergo duplex bonum in talibus. Vnum: quia obediunt mandata, aut consilio diuino. Illud enim fuit causa coniugij eorundem præcisè: in quo nihil aliud intenderunt, nisi quod Christo in carnè uenturo proficeret. de bono coniuga. cap. xxv. Aliud, quia nolissent pro deo illa delectatione carere, si diuinum præceptum, aut consiliû tunc non obstitisset. Et ita & merito obediens, & merito castitatis non caruerunt: immo habuerunt secundum Richar. uirtutem perfectam castitatis, quæ dicitur tota essentiam habitus uirginitatis: ut habitus uirginitatis dicitur uirtus perfecta respectu castitatis coniugalis: quâuis secundum comunem acceptionem propter carnis corruptionem nõ dicitur uirgines actu. Et sicut secundum beatum Thomam, meritum uenit pefandum non solum ex genere actus: sed magis ex animo operantis: ita potest dici uirginitatem laudatam ex genere actus præcisè: sed magis ex animo sic abstinentium pro dei laude, & honore. Hinc Aug. de uirgi. cap. viij. Neq; ipsa, quia uirginitas est: sed quia deo dicata, honoratur. Ad idem cap. xxj. de bo. coniu. Ioannes habuit celibatum, & continentiam in opere, & habitu: Abraham in habitu solum. Non ergo est impar meritum patientiæ in Petro, qui passus est, & Ioanne, qui passus non est. Et non est impar meritum continentie in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui filios generauit. Singuli .n. pro tēporum distributione deo milita-

ruunt. ¶ Octaua conclusio. Tempore legis euangelicæ status uirginalis preferitur ut mellor, & præstantior status coniugali. Patet ex dist. xxvj. Christus enim, & Apostolus statum illum consularunt. Matth. xix. & j. Corinth. vij. Christus, & mater eius uirgines permanserunt &c. Quod autē ab æterna sapiētia consuluit, & eligitur, indubitanter præsumitur esse melius, & salubrius, quâ suum contrariū. Hæc conclusio est Aug. de bo. coniu. cap. xxij. Cum faciendo comparationem rei ad rem dicit nullo modo dubitandum esse meliorem, esse castitatem continentie, q̄ castitate nuptialem. Secus de hominibus, qui se possunt habere ut excedens, & excessum. Si dicitur bonum personæ priuatæ non est preferendum bono communi, ut uirginitas est bonum personæ priuatæ: igitur. Respondetur secundum Durand. Bonum commune melius est bono priuato: quando sunt eiusdem generis: sed bonum priuatum potest esse melius bono communi alterius generis. Sic est in proposito, potissimum bonum commune, ad quod ordinatur matrimonium, per alios sufficienter explerur. Item ex ordine charitatis, qua quis diligit plus bonû suum, quâ alterius, ut infra. Dicitur notanter status uirginalis &c. talis enim sequitur, & sequi potest agnum, quocunq; ierit semotis omnibus seculi impedimentis. ¶ Quantum ad articulum tertium est primum dubium: An uirginitas sit specie distincta a castitate coniugali. Ad hoc dubium diuersæ sunt opiniones secundum aliam, & aliam acceptionem nominis uirginitas. Et quia maior concertatio est de nomine, quâ de re: ideo remittitur ad dicta doct. & ad nota in iij. dist. xxxvj. & xxxiij. ¶ Secundum dubium. Quomodo excusantur patres uet. test. a peccato, qui tunc cōtinuerunt, cum matrimonium fuit laudabilius uirginitate, & de præcepto. Ad hoc dist. xxx q. ij. ¶ Tertium dubium: An uirginitas potest amitti sine peccato, & an possit reparari amissa. Hic respondēt quidam dicentes nullam uirtutem ad salutem necessariam perdi sine peccato, secus de uirginitate, & alijs ad salutem non necessarijs. Sed ad sal-

Cōcl. Tempore legis euangelicæ status uirginalis preferitur ut mellor, & præstantior status coniugali. Artic. Dub. 1. F Dub. 2. Dub. 3. G An uirginitas potest amitti sine peccato


uandum dictum Gersonis, Richard. & Palud. cum inquit, Nihil impedit uirtutem nisi culpa, uel pœna eius: Potest dici: q̄ id intelligitur sic. nulla uirtus perdit de meritorie sine peccato. Loquitur enim secundum opinionem ponentem uirtutes morales infundit: sicut theologicas. Secundum illam opinionem uerum est nullam uirtutē infusam perdi sine peccato. Quia autem uirginitas, sicut aliæ uirtutes morales infundatur: præsertim in lege euangelicæ, quæ est lex uirginitatis: tenet Palud. q. ij. ar. iij. dicens, q̄ paruulis in quibus non est obex, infunditur uirginitas, & innocentibus in baptismo, non tamen merentur aureolâ: quia illa respicit actum non habitum. De adultis autē uidetur: q̄ deus infundat omni hominid, ad quod se disponit. Vnde qui cum proposito uirginitatis uenit ad baptismû, uel aliud sacramentum, recipit habitum uirginitatis: sicut & ceteras uirtutes. Ex quo itaq; in perceptione sacramentorû no. leg. infunditur a deo nedum illud, quod est ad salutem necessarium: sed etiâ id, quod est utile, secundum capacitatem, & dispositionem suscipientis sacramentum dignè: ideo qui recipit sacramentum no. leg. non cōtrarium uirginitati (quod dicitur propter matrimonium) recipit omnem uirtutem, ad quâ est dispositus, & cuius est capax. Et dato, q̄ sit solum mente corruptus: si accedit stante pœnitentia de corruptione mentali, infunditur sibi habitus uirginitatis: secus si e corruptus mente, & corpore: quia tunc licet pœniteat, cum uirginitas reparari nõ potest, non infunditur sibi uirtus uirginitatis. Hæc ille. Negantes uerò habituum moralium infusionem: negare habēt nullam uirtutem amitti sine peccato. De theologis infusus hoc uerum est: secus de alijs non infusus, sed acquisitis: ut supra dist. xxxiij. iij. ¶ Ad aliud: an amissa uirginitas possit per pœnitentiam reparari: Gerson tenet: q̄ non, & Palu. Sed cum reuerentia uidetur, q̄ rota res pendeat ex intellectu huius, quod est dicere: Uirginitas amissa reparari non potest. Si autem ad præteritum est potentia, & præteritû potest non fuisse, & ita non fuisse præteri-

tum. Potuit enim deus facere rem illam, quæ transijt: nunquam fuisse in rerum natura. Ea enim demonstrata potest dici: hoc contingenter est: & potuit non esse, uel nunquam fuisse. Secundum hanc positionem non uidetur ut infra dist. xlix. q. ij. quin deus illam corporis integritatē, aut bonam mētis qualitatem coniunctam, uel diuissim possit reproducere eandem numero, uel similem in specie: sicut de charitate amissa per peccatum. Et mortui resurgent sine corruptione. Si enim sensus est (supposito q̄ ad præteritum nõ est potentia) Cum aliqua est corrupta, non est uerum dicere deinceps eam non fuisse corruptam: nulla uirginitas potest reparari. ¶ Quartum dubium: Quomodo uirgines dicuntur sequi agnum, quocunq; ierit. Respondetur. uirgines ut tales, quæ sunt in uirginali statu, non habent nisi seipsas curare: & ita sine omni impedimento mundi rei uxoriæ liberorum &c. possunt sequi agnum quocunq; ierit sine impedimento cuiuscunq; coniugatæ uerò, & uiduæ habent, & alijs multis intendere. Hinc j. Corinth. vij. Bonû est homini sic esse in uirginitate propter instantem necessitatem, quæ multum impedit in his, quæ dei sunt. Sequuntur & tales agnum: sed non quocunq; ierit occupari diuersis curis, tamen in quantum possunt. Ponitur ergo ly uirgines pro statu uirginali. Et refert hic facere comparationem rei ad rem, & personæ ad personam: ut supra, secundum Aug. Non ergo est uirginitas maxima uirtus: nisi quia plura ceteris remouet impedimenta in his, quæ dei sunt: ut sibi soli intendere possit homo. Præterea uirginitas hoc modo dicit statum hominis intendentis solum uni sponso Christo seruire semotis omnibus mundi curis, qui non potest esse in coniugibus, ut supra secundum apostolum. j. Corinth. vij. De hoc infra dist. xlix. q. iij.

Dub. 4. H Quomodo uirgines sequuntur agnum quocunq; ierit.

De hoc infra dist. xlix. q. iij. de aureo - ly.

DISTINCTIO. XXXIII.



VNC superest atē dere, quæ psonæ sint legitimæ &c. Superi⁹ Magister egit de tripli causa matrimo nij, formali, efficien- re, & finali. In hac

distinct. xxxiii. agit de matrimonij cau- sa materialihoc est de personis legitimis pariter, & illegitimis ad contrahendum. Et dividitur pars illa, quæ currit per. ix. dist. in duas partes principales. Primò de personis non omnino illegitimis ad con- trahendum. Secundò de omnino illegi- timis. dist. xxxvi. Cum uerò personæ le- gitimæ sunt, quibus non obuiant ecclesie statuta, ut contrahere possint: cognito q̄ personæ sunt illegitimæ, statim per con- trarium haberi potest, quæ sunt personæ legitimæ. Ideo primo agit de illegitimis non ex toto: quæ si cōtraxerunt, possunt simul manere: aut si uolunt, diuoritari. Et primum de impedimentis præceden- tibus contractum, seu matrimoniu con- trahendum: ut puta de impotentia coeundi. dist. præfati. Secundò de superueniē- tibus post iam cōtractum matrimonium ratione fornicationis alterius cōiugum. dist. xxxv. Tertio de incidentibus in actu contrahendi. s. de conditione seruil. dist. xxxvj. Agit ergo dist. præfati de impe- dimentis frigiditatis, furæ, & maleficij, ar- stationis, incestus &c. Distinctio ista tri- bus complexitur propositionibus tex- tualibus. ¶ Prima: Si uir naturæ frigidæ coniugem non ualet cognoscere, & mul- tier recusat illi ut soror cohabitare: sed instāter uult mater fieri, & esse: legitimis quoq; documentis uiri impotentia ostē- derit: potest mulier illa alibi cōtrahere. Vir autem naturæ frigidæ debet sine cōi- uge permanere. ¶ Secunda propositio: Impotentes ex maleficio, si ecclesie suf- fragijs, & precibus suisq; orationibus cur- rari nequeunt, possunt separari. Si uerò cæteris conijuncti a maleficio liberantur, non possunt prioribus sine ecclesie iu- dicio restitui, & reconciliari. ¶ Tertia propositio: Furiosi nisi habeant lucida

prop. 1.

2

3

interualla, matrimonium contrahere nō possunt. Si uerò sani contrahunt, & de- hinc in furiam prolabantur, separari ne- queunt. Quia si quispiam duas cognouit sorores, neutram ducere potest in coniu- gio. Si autem uxoris suæ sororem post cognouerit, debitum petere non potest a sua: tenetur ei debitum reddere, cum sit innocens, & rei nefandæ inscia, & ignara. Harum conclusionum declara- tionem textus ostendit.

QVÆSTIO VNICA.



IRCA illam distinct. quæ- ritur in genere: Vtrum ma- trimonium rectè dicatur ali- qua habere impedimenta, q̄ impediunt contrahendum, aut dirimū, quod est contra prohibitionem iam con- tractum. Tres articuli quæstionē absol- uent solito more. ¶ Quantum ad articu- lum primum est notandum. Ex quo se- cundum prædicta dist. xxvj. & xxvij. in matrimonio contingit duo considerare: unum, quia est opus diuinum, & ex diui- na institutione: aliud: quia est etiam opus humanum: nam de uoluntate personarū contrahentium est posita diuina institu- tio, & indulgentia, si uelint, uel nō ue- lint contrahere, & potestatem suorum cor- porum indissolubiliter commutare: In- quantum est opus diuinum præcisè, & sit a deo immediate, non potest habere im- pedimentum: in quantum uerò contra- ctus ille fit cooperatione causæ secundæ, & completur consensu, & uoluntate eo- rundem, potest multipliciter impediri, & ante, & post contractum, tum ob diuinū, tum etiam ob humanam prohibitionem. Cum ergo plura contingere possunt pro- pter quæ contractus redditur inualidus aut commutatio nulla: uel præcepto, & constitutioni ecclesie contrariar: deo ma- trimonij dicuntur esse impedimenta. Om- nis enim effectus qui solet constitui ex causis: quæ possunt impediri, dicitur ha- bere impedimentum. Matrimonium est huiusmodi. ergo. Causa efficiens secun- dum prædicta. dist. xxvij. est consensus mutuus:

Artic. Not. 1. In ma- trimo- nio duo consid- randa.

Not. 2. B Impedi- mētorū alia im- pediunt cōtrahē- diū &c.

Impedi- mēta septem.

Primū.

mutuus, qui potest impediri per errorem aut cōactionē: dist. xxix. & xxx. Causa fi- nalis, puta bonum proli, impeditur per impotentiam coeundi quæ solet proue- nire ex causa multiplici, ut dicitur. Cau- sa materialis impeditur diuina, & huma- na prohibitione, consanguinitate, affini- tate &c. Causa formalis, puta insepara- bilitas impeditur facti ordinis susceptio- ne: aut uoti solemnis emissionē, ac per li- gamen alterius matrimonij. de quibus suis in locis. Hinc matrimonium, ut est quidam contractus humanus, & ab homi- nibus causatus, dicitur habere impedimē- ta. ¶ Secundò notandum. Impedimen- torum matrimonij aliqua impediunt cō- trahendum, & nō dirimunt contractum. Impediunt inquam hoc est propter ea prohibetur sic delinquentibus, q̄ contra- hant matrimonium. Si tamen cōtrahūt, factum tenet. Aliqua impediunt contra- hendum, & dirimunt cōtractum: nō qua- si soluant matrimonium, quod rite cō- tractum est. Nullum enim impedimēto- rum superueniē- matrimonio rite facto, potest ipsum dissoluere. Dicitur autem ipsum soluere, quod sic est de facto, & nō de iure contractum: sed contra prohibi- tionem ecclesie: quia indicant, & ostē- dunt contractum esse nullū propter ali- quod impedimentum. ¶ Impedimenta, propter quæ ab ecclesia cæteris personis interdicitur matrimonij contractus citra tamen facti irrationem secundum Ho- stien. septem numero sunt, ut communi- ter dici solet. vnde sunt uersus. Incestus, raptus sponsatæ, mors mulieris, susceptus propriæ sobolis, mors presbyteralis: Vel si pœniteat solemniter: aut mortale. Ac- cipiat, prohibent hæc coniugium socian- dum. Primum est incestus cum consan- guinea, uel affine. Est autem incestus cō- sanguineorum, uel affinium abusus. Et incestuosi dicuntur, qui cōsanguineis, uel affinibus abutuntur. xxxvj. q. j. §. Cum er- go. Et licet quidam hoc impedimentum de incestuoso intelligant de eo dūtaxat, qui cum consanguinea uxoris suæ ince- stum commisit: uel cum mulier cognosci- tur a consanguineo mariti sui: & non de eo, qui proprias cognouit cōsanguineas:

aut de ea, quæ a proprijs cōsanguineis se cognosci permisit: & hoc scienter: eo q̄ maritus magis iniuriatur uxori, cū com- mittit incestum cum eius consanguineis, quam cum proprijs consanguineis: non obstante, q̄ magis peccat quis cognos- cendo suas consanguineas: aut permittē- do se cognosci a suis, quæ alterius coniu- gis: attamen multis placet oppositum: q̄ si intelligatur de omni incestuoso. Vnde secundum illos ita priuatur quis iure pe- tendi debitum, & spe coniugij cognosce- do suam consanguineam: aut se a suo cō- sanguineo cognosci permittendo scienter: sicut cognoscendo consanguineam uxoris &c. Nec obstat: q̄ ti. de eo, q̄ cog- consang. uxoris suæ, loquitur de incestu cum cōsanguinea uxoris: quia unum ius suppletur per reliquum, ait Angelus in sum. in uer. incestus. qui tenet, q̄ intelli- git de omni incestuoso: ad hoc tex. xxxv. q. vj. cap. Si duo uiri. & q̄ iij. cap. De incestuosis. & cap. Nec eam. Item. xxxij. q. vj. Si quis uiduam. Cognoscens ergo scienter consanguineā uxoris uæ perdit ius petendi. tenetur tamen reddere debi- tum petenti. Vnde si ante cōtractum cū aliqua, cognoscat eius consanguineam, non potest eam habere propter affinita- tem contractam per coitum: licet forni- carium. Affinitas enim ex coitu ante ma- trimonij contractum impedit contrahē- dum, & dirimit contractum: sed post su- perueniens impedit, non dirimit. Vnde si cōsanguineā uxoris suæ habuit, nō pōt eā ducere mortua uxore: quia affinis est: nec debet ducere alienā: sed uterq; debet stare sine spe coniugij. E conuerso uxor sciēter cognita a consanguineo uiri sui perdit debiti exactionem, & spem coniu- gij. xxxij. q. vj. Si quis uiduam. cap. Con- cubuisti. cap. Qui dormierit. & intelli- gitur, si scienter sit. Nec refert secundum Palud. an sit incestus cū adulterio, uel si- ne. Adulteriu uerò sine incestu non impe- dit, nisi in tribus casibus dicēdis dist. xxxv. Non aut legitur de incestu cum cognata legali, aut spirituali: sed de publica ho- nestatis iustitia ¶ Secundū est raptus uxo- ris alienæ, seu sponsæ alterius. cap. Statu- tū. Secus si solutā rapiat uirginē, uel cor

Gab. Biel.

S. †

ruptam: quia cum tali potest contrahere secundum canones. licet non secundum leges. de rapt. cap. j. De adult. cap. j. Necesse ergo est, qd sit raptor sponsæ alterius; si debet esse sine spe coniugij citra dispensationem. ¶ Tertium est uxoricidium: cum scilicet quis occidit suam, non ut cum adultera possit contrahere: sic. n. dirimeret contractum, & impediret contrahendum: de quo infra dist. xxxvij. sed cum quis ex ira, invidia, aut uindicta suâ propriam interficit uxorem. Secus de aliena. xxxij. q. ij. cap. A dmonere. & cap. Interfectores. Vbi habetur, qd coniugia penitus sunt interdita his, qui suas occidunt uxores, nisi sint adolescentes, & de incontinentia suscepti. Ad hoc cap. In adolescentia. ibidem. Et habet hoc dictum penale ueritatem, si eam non depræhenderit in adulterio. tunc enim non est reus huius pœnæ. ut in textu infra dicitur. dist. xxxvij. iuxta finem. Ideam est secundum aliquos de muliere dante uiro uenenum, aut alias occidente eum: ut refert Antopar. iij. ti. j. cap. xvj. ¶ Quartum. Susceptio propriæ prolis de baptismo in fraudem matrimonij: ut possit priuare coniugem carnali debito, & copia sui. xxx. q. j. cap. De eo. Vbi notat Thio. de Argen. Ex quo ante tempora multa duntaxat bis in anno dabatur baptisimus, aliqui odio habentes suas uxores, ne cogerentur eis dare debitum propter cognationem spirituale ex hoc contrahendam, dolose susceperunt propriam prolem de fonte. Contrahitur enim cognatio spiritualis inter suscipientem prolem, & matrem eius. Summus pontifex hoc percepto statuit, cum consilio tales sic dolose agentes manere sine spe coniugij etiam mortua uxore, quâ talismodi fraude circūuenire studuerunt. ¶ Quintum est presbytericidium. de pœ. & re. cap. Qui presbyterum. Hic peccat in coniugium: quia eius ministrum interficit. ¶ Sextum est crimen solemnium pœnitentiæ correctum. Si enim alicui propter crimen commissum iniuncta est solennis pœnitentia: debet deinceps carere coniugio. xxxij. q. ij. cap. De his uerò. Dicunt tamen aliqui hoc esse consilij, non præcepti: quia cum debent pro peccatis lugere,

non habent contrahere, & carni uacare. ¶ Depressum: si quis sciēter cōtrahit cū moniali iā professā. talis quia iniuriatur matrimonio Christi, carere debet cōiugio. xxvij. q. j. cap. Hi ergo, qui. Hæc sunt crimina, propter quæ ecclesiā uult eos manere sine coniugio, qui sic deliquerunt, citra tamen contractus irrationem. Ergo dicuntur impedire contrahendum: sed non dirimere contractum: quia sunt prohibitiones, ne matrimonium contrahatur posthac. ¶ Cuius autē auctoritate possint contrahere sic prohibiti propter illa crimina, hic est diuersitas opinionū. Pal. tenet: qd sufficit dispensatio ep̄i, & nō sacerdotis simplicis. Nec ualet consuetudo in contrariū, nisi cōstaret, qd ep̄i hoc sciētes multo tēpore dissimulassent: quod dissimulare est dispensare. Igitur secundum eum mortaliter peccat, qui contra canonē sine dispēfatione contrahit. Et licet dicatur culpam uentalem fecisse sic contrahens in adolescentia timore incōtinētie. xxxij. q. ij. cap. In adolescentia. Hoc tñ secundū eā intelligitur quoad ecclesiā, quæ talē nō punit. Idem habet Richard. Itaq; siue sit iuuenis, siue senex, requiritur dispensatio ep̄i: & non sufficit secundum eundē licentia curati: ut uult Angelus in uer. Impedimentū. ix. secundū quē licet sit securus recipere dispensationem, non tamen condēnat non recipientē eā: sed dicit sufficere licentiā curati: & qd ille rigor hodie nō seruatur. ¶ Impedimenta alia, quæ impediūt, & dirimūt matrimonium, continentur in his uersibus. Error, cōditio, uotū, cognatio, crimē, Cultus disparitas, uis, ordo, ligamen, honestas. Si sis affinis, si forte coire nequibus. Hæc sociāda uetāt cōnubia, iuncta retrastant. De his impedimentis suis in locis dici solet. De errore personæ patuit dist. xxx. De conditione seruitutis dicitur dist. xxxvj. Voti solemnium. dist. xxxvij. De uoto cōiugum alias plura dicta sunt. xxxij. & xxvj. dist. De impedimento cognationis triplicis. Carnalis. dist. xl. Spiritualis, & legalis. xlij. De impedimento criminis. dist. xxxv. De cultus disparitate. dist. xxxix. De impedimento coactionis. xxix. Ordinis sacri. dist. xxxvij. Li-

Nor. 3. Doct. xij. impedimenta colliguntur p cōparationē ad iij. causas matrimonij.

gaminis, cum alteri ligatus est uxori uerbo de presenti. dist. xxxvij. & dist. xxxij. De publicæ honestatis iustitia, & affinitatis impedimento. dist. xli. De coeundi impotentia: & hoc multiplici. Naturali, ut puta frigiditate in uiro. Arctatione in muliere. Accidentali, ut in maleficiato, & quandoq; membrorum sectione &c. dist. præfati. ¶ Tertio notandum: qd doct. ponentes. xij. impedimenta secundum iuris dispositionem colligunt ea per comparisonem ad iij. causas matrimonij. Ex parte causæ efficientis, respicientis consensum liberū, est impedimentum triplex. scilicet erroris personæ, erroris conditionis extremæ, & coactionis. Ex parte causæ finalis respicientis bonum prolis, & remediū fornicationis: sunt coeundi impotentia, contra prolis generationē: Cultus disparitas, contra religiōsam educationē prolis genitæ: Crimen, contra remediū uitandæ fornicationis: per quod homo fit indignus tali remedio contra concupiscentiam indulto. Causa materialis impeditur nimia propinquitate inter coniuges, qui sunt materia coniugij. Hanc. n. horret natura: & sic ponitur. Cognatio: affinitas: & publicæ honestatis iustitia. Causa formalis: quæ est uinculi indissolubilitas impeditur ordine sacro: uoto solemnium: & alterius matrimonij ligamine. ¶ Verū Scorus dist. xlij. plura ponit impedimenta, & alio ordine cū qualicūq; impugnatione nūc dictorū, præmittēs, qd aliqua sunt impedimēta matrimonij simpliciter dicta: post quæ si aliquid fuerit attentatum, nihil fit. Non simpliciter: post quæ illegitimè fit. si tamē fit non est irritum. Impedimenta simpliciter accipiuntur, uel ex natura cōtractus, uel ex ecclesiæ statuto supaddito. Ex natura cōtractus cōtingit impedimentū sumi dupliciter. Vel ex parte cōtractus, & sic sunt tria impedimēta in genere: uidelicet per metum: per defectū notitiæ: per appositionem conditionis repugnantis, & cōtrariæ. Primū impedimentū per metū potest multiplicari secundū ea mala, quæ iuste timētur: de quo dist. xxix. Secundum impedimentū est triplex secundū triplicē errorē personæ, seruilitatis cōditionis, & dationis, & additur

quartū secundū defectū usus rationis: quod nominatur amētia uel furia. Tertium impedimentū per appositionē cōditionis repugnantis, continet sub se tria repugnātia tribus bonis cōiugij. de his cōditionibus dist. xxx. q. iij. & dist. xxviii. Ratio horum impedimentorum potest esse: quia in matrimonio est datio uolūtaria: quod ergo impedit uoluntarium, impedit contractū illum ex natura contractus. Voluntariū autem impeditur metu cadente in constantem uirum. de quo dist. xxix. Itē impeditur ex defectu notitiæ præcedenti. Ad uoluntarium enim requiritur notitia uoliti. Vel ergo impeditur totaliter notitia intellectuaria: qd non est ibi usus rationis sicut est in furia: de quo dist. præfati: uel non impeditur totaliter: sed est cognitio erronea siue cum deceptione, & hoc triplici circa ea, quæ necessariò requiruntur ad contractum. Prima est error personæ. de quo dist. xxx. Secunda, error conditionis prioris seruitutis. de quo dist. xxxvj. Tertia, error dationis mutæ. de quo dist. xxx. De appositione cōditionis repugnantis patuit dist. xxvij. & xxx. q. iij. Et ratio est: qd non ualet: quia cum sunt conditionales, non tenent nisi stante conditione. Cum autem conditiones appositæ directè bonis matrimonij repugnant, contractus nulli sunt. Prohibito enim dei est, ne fiant cōtractus illi sub huiusmodi cōditionibus repugnātib⁹. Nō uidet illud dictū usq; quaq; posse stare. Nā clarū est, qd aliter impedit error personæ, qui respicit substantialia matrimonij ex natura matrimonij: & sic qd ecclesiā nō posset facere, qd ille error personæ nō impediret, cū plene tollit cōsensū in hāc personā scitā esse talē: & error cōditionis. Quia rōne. n. diceretur illū errorē impedire matrimonium ex natura cōtract⁹ seclusa ecclesiæ cōstitutione, eadē etiā dici posset de errore qualitatis, & fortunæ: qui ex cōstitutione noua ecclesiæ etiam possent esse impedimenta: sicut error cōditionis. Ideo præcipua causa impedimēti erroris conditionis. est constitutio ecclesiæ. Ita habet Palud. Angelus, & ceteri multi. Valent ad hoc dicta dist. xxix. concl. j. de metu. Vel sumitur impedimē-

C Impedimēta dirimētia conentum.

Impedimēta sumi dupliciter ex natura contractus.

Impotentia quinquplex.

tum ex natura contractus, quantum est ex parte personarum contrahentium. Et sic sunt duo impedimenta in genere. scilicet impotentia simpliciter, & impotentia secundum iustitiam, quia ligatus est alteri coniugi.

Impotentia simpliciter quinquplex est. scilicet frigiditas naturalis in viro: aut mutilatio: arctatio in muliere: defectus ætatis: & præstigiatio, seu masculium. Impotentia secundum iustitiam non dividitur. Non enim licet tempore legis evangelicæ habere plures uxores. De hoc dist. xxxij.

Et ratio huius potest esse. Nam ex parte contrahentium requiritur, quod possint dare effectualiter corporum suorum potestatem, si petitur ad actum conjugalem. Simpliciter impotens ad copulam, vel per naturam, vel casualiter, hoc non potest: igitur non est aptus ad contrahendum: quia nullam habet corporis potestatem ad actum conjugalem. De hoc supra dist. xxx. q. ij. potest. n. ille contractus fieri sine alio, secundum Aug. Impotentia secundum iustitiam, & secundum legem divinam, quæ est, quod sit unus unus: cum est ligatus uni, non potest domino recusante dare corpus suum alteri: quia iam non est suum: sed coniugis. Dominus inquam principali puta deo sic insititente, & immediato. scilicet coniuge. Circa hæc impedimenta Scot. ponit versus. Quorum versus primus continet quinque impedimenta in speciali. Secundus tria. Tertius quinque. Quartus unum. Et sic habentur impedimenta. xiiij. recto ordine ad nunc dictam divisionem. Secundo modo sumuntur impedimenta ex statuto ecclesiæ superaddito. Et illa dicuntur duntaxat impedimenta respicientia personas: quia circa materiam, aut formam contractus ecclesiæ non habet disponere propriè præter personarum illegitimationem put congruit honestati, & charitati dei, & proximi, paci, & utilitati ecclesiæ &c. Illegitimat autem, vel propter nimiam inter se propinquitatem, vel propter eorundem ad divinum cultum specialem applicationem: vel propter horrendi criminis enormitatem. Primo modo illegitima vitæ consanguineos, & affines in quarto gradu, & infra, siue affinitas orta sit ex commixtione carnali consanguinei cum illa: vel ubi

vinculū solū contractū est p̄ matrimonii, seu sp̄salia, cessante copula: quod dicitur publicæ honestatis iustitia. De his dist. xl. xlij. & xlij. Itē p̄pter specialē applicationem ad divinū cultū, ecclesiā illegitima vitæ eum, qui fecit uocū solene: & qui suscepit ordinem sacrum. De primō, dist. 38. de secūdo, dist. 37. Item p̄pter criminis infidelitatis enormitatem illegitima vitæ fidelē nō simpliciter, sed respectū infidelis. dist. xxxix. Itē propter adulteriū cū machinatione effectuali in mortē legitimæ coniugis suæ, siue cū fidei datione de contrahendo post mortem legitimi uiri. dist. 35. Sic ergo in genere sunt personæ illegitimæ ad matrimonij contractū ex crimine duplici: ex duplici applicatione, & deuotione ad divinū cultū ex propi nquitate consanguinitatis, uinculo affinitatis, & publicæ honestatis iustitia: ex cognatione spūali, & legali, quæ est quædam propinquitas partim carnalis, partim spūalis. dist. xlij. Hęc Sco. Verū necesse est hic nō inniri p̄sē dictis doctorū: sed textū iuris canonici, & ordinatiōni ecclesiæ. Quartō norandū circa impedimentū dist. huius in genere, quod dicitur cocūdit impotētia, aut error in potētia. Impotentia cocūdit sic notificatur secundū Host. ri. de fri. & ma. Est uitiū, uel defectus naturalis, uel accidentalis, quo quis impeditur alteri carnaliter cōmisceri. Palu. sic definit. Est uitiū animi, uel corporis, uel utriusq; simul, quo quis impeditur alteri carnaliter cōmisceri. Et capitur nomē uirtutis largē p̄ defectu animi, ut in furia. Corporis uitiū, ut ætatis, mēbro rū mutilatione, arctatione, sectione, aut nullitate p̄pter frigiditatem naturalem in uiro. Frigiditas. n. in muliere non impedit simpliciter, sicut nec sterilitas. Dicitur, quo quis impeditur alteri carnaliter cōmisceri. Quid autem requiritur ad hoc, & sufficiat, quod quis dicatur posse alteri cōmisceri carnaliter, nō uidetur esse clarū. Hostiē. dicit de frig. & male. de muliere. Sufficit quod sit quomodocūq; cognoscibilis, quāuis cōcipere nō possit. Richar. inquit. Sufficit, quod patiatur airi æctionem in membro naturali. Primum explanat Palud. q. ij. ar. ij. dicens. Dicitur incognoscibilis, quā intra eā naturaliter seminari

Not. 4. D Impedi mentū cocūdit impotētia.

non potest, tamen si possit extraordinarie pollui. Et de uiro inquit. Quāuis non possit p̄ficere claustra pudoris totaliter frangendo: pot tamen seminando. Hinc tenet pleriq; doct. cum glos. xxxij. q. vij. ca. Hi qui dicentes. Si uir habet uirgā erectam, siue resoluat sperma, siue non censetur potens, & potest contrahere: quia satisfacit mulieri: sicut mulier satisfacit uiro siue resoluat semen, siue non. Archidia. tenet. Carens utroq; testiculo, quia nec generare potest, nec cōcipere, nō potest matrimonio cōtrahere. Idem tenet Goffre. in Sum. ti. de fri. Ex quo. n. non possunt uxores cognoscere, affluantur pueris secundum eundē. & est in textu. c. Quæ sedem. de fri. & male. Idem Ioan. Andr. & Host. in sum dicens. Si uir aliquoties moueret: licet nō possit perficere: non esset naturaliter frigidus: Vbi uult Hosti. q. sufficit uirgæ erectio sola: & ita uidetur secundum eundem sufficere potentia mouendi: licet nunquam sequatur actus. Non. n. est impotentia simpliciter. Palu. q. ij. ar. j. dist. presentis inquit. Qui non potest seminare in loco debito, nō potest cōtrahere, quāuis reliqua, & de florare possit. Concupiscentia. n. spadonis deflorauit uirginem. Eccles. xx. Subiungit. Quia impotentia cocūdit absolute est: quā quis nō potest carnalem copulam exercere. Nō reputat autem in iure carnalis copula subsecuta, nisi sit consummata per seminationem ordinariam. Vnde ille, qui oēm humorē etiā urinae emittebat per partē posteriorem, licet rigore mēbri deflorasset, nō potuit contrahere: ergo secundum illū doct. requiritur seminatio; secundum alios sola uirgæ erectio: secundum alios carnalis commixtio. Allegat Palud. cap. ult. de sponsa. ubi Panor. refert Inno. sentire. Si sponsus deflorauit sponsam: quia tamen non est subsecuta seminis commixtio: sponsus; non est iudicandum p̄ matrimonio. Patamen non sic. Qæ sedem. de fri. &c. & Angelus in sum. ver. Impedimentum. xvj. recitat opinione glos. ut supra patuit, dicitur oppositum esse uerius, & ita fore tenendum: quia ex quo nō potest generare, uel secundum Angelum habere actum generandi potest uxor dicere. Ego uolo esse mater. ut

in c. j. in fine. de fri. & mal. Sed cū reuerentia si hoc esset ueram, non possent senes, & steriles naturaliter matrimonium, aut cōiugij ratū cōtrahere, cuius oppositum uterq; tenet. Itē mulier, quæ diu cohabitauit uiro, nec ab eo cōcepit, posset allegare defectū potētis generandi, seu impotentiā quo ad actū generandi: & ita petere diuortium, cū nō fuit infirmitas p̄pter defectum generandi. Nisi nō posse generare negat duntaxat effectum generationis, & non actum. Sic dici posset de illo, quod nunquam seminauit in uas debitū, etsi uirgā erexerit. Sed tūc nō ē allegatio mulieris propria, cū dicit uolo effici mater. Non. n. fit mater p̄ solū cōiugij, sed effectū generationis. Nisi dicatur locutionē illā esse ciuilitate intellegendā. i. peto uiri solatiū, seu nolo cōcipere. Sic si mulier est arcta, potest uir dicere: uolo esse pater id est nolo esse sine solatio uxoris, aut nolo continere. & ita est sermo curialis sedm. S. Bona. in dubijs literalibus. Angelus uult finaliter, quod sufficiat ad potentiam actus generandi, quod est emissio seminis in uas debitū, & nō requirit effectus generandi: & ita scdm illū potest esse actiue, uel passiue, quod potest in uas debitum naturaliter seminare, uel intra quam potest naturaliter seminari. Et idem placet Palu. ut supra. Sed uidetur illam seminationem præsertim actiuam non requiri necessario ad hoc, quod quis dicatur potens: cum potest alias solatium facere uxori: quia (ut ferrus) multi non seminant. S. Bonau. in dubijs literalibus dicit. Mulier non potest separari a uiro propter impotentiam generandi: sed propter impotentiam cocūdit. San. Tho. dicit, quod impotens dicitur gñali nōse, qui nō potest carnale debiti soluere. Sed tunc adhuc p̄deret: an solutio debiti cōiugalis requiratur necessario seminis debiti transfusionem naturalem in uas debitū, & receptionem: ita quod sine seminatione non dicitur quis posse cōtrahere: & quod seminatio actiua, & passiuua sufficiat, ut uidetur uelle Pal. Vel an sufficiat uirgæ erectio, siue seminet, siue nō: ut uoluit glos. ubi supra. & ita ē materia brocardica maiorū explanatione determinanda. Habitu est dist. xxvij. confentum, qui causat matrimonium, nō esse no-

Gab. Biel.



cessario in copula carnale: sed coniugalē: qui est cōiunctio animorū ut supra. Et refert aliquid esse de natura contractus ad generandum largē: & coniunctionē conjugalem animorum ut supra. non sine secundo, sed sine primo potest esse coniugium verum. Quid refert de nominibus, si dicatur coniugium, vel matrimonium? omne matrimonium est coniugium: forte non e contra secundum aliquos, utrobiq; est coniunctio animorum coniugalis.

Not. 5. Quinto notandū: q; huiusmodi impotentia potest accidere, uel ex causa naturali, & intrinseca, uel accidentali, & extrinseca. Si prima, uel est ex parte unius sexus tantum: puta uiri. & sic dicitur frigiditas in uiro, maxime si est perpetua, & non temporalis tantum. Vel mulieris tantum: & dicitur arctatio: uel respectu omnium uirorum, uel unius tantum: & potest esse perpetua, uel temporalis tantum, & curabilis licite per naturam, uel artem. Si est ex parte utriusq; sic est defectus ætatis. Si uero est accidentalis, uel est uiolenta, ut sectio, truncatio, castratio uirillum unius, uel amborum: uel occulta, puta a dæmone: ut maleficium respectu omnium, uel aliquorum tantum: & utraq; potest esse reþoralis, uel perpetua. Vel sic. Impotentia ex parte uiri potest tripliciter accidere. Vno modo ex frigiditate naturali, uel etiam secundum aliquos calefactione nimia: propter quā impeditur coitus, p; perpetuo quoad omnes mulieres. Alio modo ex læsione accidentali, propter quā est omnino inepus factus ad copulam carnalem. Tertio modo ex prauitate fortilegiali, puta si a dæmone est maleficiatus, uel per incarnationem &c. Attamen maleficium non uidetur esse proprie respectu omnium mulierum, sed alicuius uel aliquarum tantum. Si enim est respectu omnium, talis impotentia uenit nomine frigiditatis, & non maleficii. Sunt tamen nomina ad placitū salta iuris dispositione, & eius intelligentia sana. Sexto notandū. Ad hoc ut illa impedimēta impediāt, & dirimāt, quatuor requiruntur cōditiones. Prima: q; præcedat cōtractū matrimonij uerbo de presenti. Secunda cōditio: q; impoten-

Not. 6. Ut illa impedimēta im-

tia sit tātū: nullo mō possit coire: hoc est secūdu Palu. q; impediāt, & effectū: & actū gnationis. Si n. nō impediēt actum, qui ē feminis emissio, uel receptio in uas debitū, nō esset impedimētū. Secus scdm alios doct. ut supra notabili. iij. in c. citatione multarū opinionū. Tercia cōditio: q; sit impedimētū pperuū: q; nullo factō humano licito, & citra grauē læsionē, aut periculū corporis uerisimilitē, & p; habilitē futurum tolli possit, & curari. Non. n. est maleficium maleficium, aut pō curandū, nec cū pō curari debet hō: q; non sunt faciēda mala, ut eueniant bona secūdu Apostolū. Dicitur factō humano: quia secus. de miraculō diuino, quo possent omnia curari. Si. n. factō humano licito tolli possit: & citra grauē corporis periculū, nō esset impedimētū perpetuū. Sic ait Hostiē. Si mulier est ita arctā, q; nullo mō ē cognoscibilis pter diuinū miraculū, nisi p incisionē grauē, est iusta cā diuortij. Et uidet, q; mulier debet uelle pati incisionē nō enormē: uita hoc perē ter: quia corp' eius trāslatū ē in partē uiri coniugalitē. Debet ergo facere, quātū in se est: ut euitet periculū corporis, & aīe, & sui ipsius, & mariti, licēt iādo ipsū, uel perēdo diuortij cū possit cōmodē apriri: & ita aduertiū p; cauere. Dicitur autē hic id fieri posse licitē, quod pōt fieri sine peccato: & sine notabili corporis læsione. Hinc sequitur. Non sit licitē, quod nequit fieri sine peccato, aut corporis periculo. Nā remediū impossibile iure diuino, aut humano, non est dicēdū remediū. Quarta cōditio secūdu Tho. q. ij. Palud. q. i. par. j. & dist. xxx. q. j. Angelū, & Hosti. in sum. ti. de. fri. q; sit ignoratā: ita q; cōtrahēs cū impotente sit ignarus impotentie eius, & ita p; cōtrahit ex ignorantia, & non alias. Si. n. sit scita, tenet cōtractus quoad uinculū scdm aliquos. impotentē sibi, qui. talem elegit. Verū qui sunt illius opinionis, q; ex natura cōtractus requiritur potētia psonarū: & ex institutione diuina: nō apponūt illā cōditionē: quia dicit cōtractū fore de facto, & de iure nullū: cum non adfuit substantia cōtractus ex institutione diuina. Et licet cū sit cōtractus inter impotētes, teneat in fa-

pediāt, & dicitur mō quatuor requiruntur.

cie hominū: & uolētibus partibus uti pōt iudicio ecclesie dissolui ex hoc: quia illæ personæ sunt ex cōtractus natura, quātū respicit personas cōtrahētes, illegitime, & inhabiles secūdu Bonā. ar. ij. q. j. & Scot. dist. præsentī. c. ij. de fri. & ma. S. Thom. q. ij. Richar. Tho. Argen. Et si allegatur. c. cōsultationi. de fri. ubi habetur, q; ecclesia romana nō cōsueuit eos separare: ex hoc nō sequitur, q; ergo inter eos sit indissolubile matrimonium: sed est secundum Host. decretū, q; qui talē nō pōt ut cōiugē, habeat ut sororem, & fratrem. Et Scot. Si senex esset omnino impotēs, dicerem, q; nō cōtraheret matrimonij. Non opōrēt in hoc stare dicit doct. cū non habet ecclesie prohibitio, uel illegitimitas in contrariū. Et Panor. cap. Consultationi. Cū omnino impotēte ad copulam nō pōt cōsistere uerū matrimonij. Subiū gens. Si potens cōtrahit de facto alibi cū potente, qui prius cū impotente scienter contraxit, tenet matrimonij cū secūdo: tamē si tenetur primæ ad cōmanendū, & ad alendū eā. Et refert Inno. & Hostiē. uelle, q; si timeretur de fornicatione potētis, possit ecclesia potēte licētē ire ad contrahendum alibi. Et ita secundum illos, quia lege diuina, & ex natura cōtractus requiritur personarū potentia: si sunt impotentes, uel alter earum: cōtractus est uerē nullus corā deo, nec ullā habet firmitatem. Et si dicitur cōiugij, hoc est largo uocabulo: quia ecclesia eos tenet cū uolūt permanere, ut cōiuges, quis possit diuortij inter eas facere. Unde inquit Magister d' impotētib'. Si tales ignorāter iunguntur, cōmanere possunt quibusdā accidentibus causis, eisdē deficientibus diuidi. Notāter dicit, cōmanere possunt, & q; nō sit inter eas uerum cōiugij, quia possunt diuidi, si ignorāter iūcti fuerint. Si autē scienter, non cōsueuit eos ecclesia diuidere. cap. Consultationi. de fri. Sed tū ex hoc nō sequitur: ergo si scienter cōtrahunt, est cōtractus firmus, & indissolubilis. Quia si quis diceret hoc impedimētum esse ex illegitimitate ecclesie: allegādo ad hoc cap. secundū. de fri. ubi dicitur. Sicut puer, qui nō potest reddere debitum, non est aptus coniugio: sic qui-

impotentes sunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur. & loquitur cap. de omnino impotentibus. Et cum matrimonium claudicare non potest, si nō est utraq; personarum potēns: non uidetur esse matrimonium firmum. Haberet consequenter dicere: Ecclesia illegitimat impotentes in fauorem potētis, cum nescit alium esse impotentem: & sic ex ignorantia contrahit alias nolens contrahere. Secus si scienter contrahit cum impotente. ita q; est hic error conditionis, & personæ. De hoc dist. xxx. q. iij. Et non est illegitimitas simpliciter, & ex natura cōtractus coniugalis societatis. Patet de David. iij. Reg. j. & senibus mulcis. Hinc possunt, ut ueri coniuges cohabitare; & alter alterius onera quasi ueri, & firmi coniuges portare possit solemnitatibus fieri solitis. xxvij. q. j. cap. Nuptiarum. Item. xxxij. q. ij. cap. Sole. Hugo de sacramentis par. xj. c. xj. ait. Ad hūc modū putam' qdā cōiugia uerē dici posse, quādiu secundum iudicium ecclesie rata habentur. Quæ tamē postmodum emergentibus causis legitimis recte soluiuntur. Et si postea contra ecclesie prohibitionem pertinaci p;sumptione tenerentur: illicita, & illegitimæ copulationes iudicantur. Hæc ille. Vbi uidetur loqui ad propositum, q; quædam coniugia ita possunt nominari, tamē si possint aliquādo dissolui, cum. f. ecclesia ea rata haber, & nō prohibet: licet dissoluere possit. Et sic matrimonium pōt esse inter impotentes, & potēte cū impotente, cum id eis placet, & ad hoc liberē consentiunt: & est uinculum indissolubile quoad se, cū ad id liberē consenserunt. Secus de auctoritate ecclesie. Forte ab aliquibus nō dicitur matrimonij, sed cōiugij. c. Quia sedē. de fri. eo q; nō est officij matris, nec sobolis. Ad hoc est Aug. c. iij. de hō. cōiug. qui manifestē tenet congruū posse stare inter personas cōtrahentes propter naturale societate in diuerso sexu: ut supra. q. iij. dist. xxij. Præterea secundū prædicta editū id de matrimonio cōtrahendo esse prohibitorium, & non legitur in lege diuina; ubi tales sunt phibiti cōtrahere, si uolūt, seclusa ecclesie potestate illegitima

tione, quæ tamen non uidetur esse prohibitoria: sed declarat, & statuit, qd sunt ad coniugium minimè apti. cap. ij. de fri. quo ad officium, & remedium. Secus de alijs finibus: ut supra dist. xxx. q. ij. Possunt deniq; si uolunt sibiipsis præiudicare in recipiendo, uel dando tantillum pro tanto, seu nihil pro aliquo: & sciētī dolus non infertur. Nec displicet deo facere ex necessitate uirtutem, & illa uelle continere pro deo, etiā si posse adesset. Ecclesia quoq; talē contractū non uituperat: immo ut uidetur, in senibus prorsus ex natura impotētib⁹ approbat, solē nizat, proclamat &c. Itaq; tenentes hanc opinionem uolūt, qd ecclesia nō simpliciter, & absolute illegitimauit oēs impotentes impotentia perpetua &c. sed solum comparatiuē ad potentes, & in eorum fauorem, dum ex errore, uel ignorātia huiusmodi impotentia contrahunt. Et potest dici error conditionis, siue etiam personæ: quia iudicatur habilis, cū sit inhabilis. Hinc impedimentū illud nominant errore impotentie, & nō absolute impotentiam. Secus si sciētē cōtrahunt. Et illi sunt duplices. Quidam dicūt si sciēter contrahunt, tenet contractus eis uolentibus, & quādiū ecclesiæ placet: non tamen est ratu, sed potest dissolui ex causis: ut supra. Alij dicunt: si sciēter contrahunt, simpliciter tenet cōtractus propter libertatem consensus, nec potest solui, & debent promissa seruari, nisi secundū opinionē tenētium, qd papa potest matrimonium ratum non consummatum soluere. quia opinione stante, nullū tale inter potentē, & impotentem sciēter factū esset indissolubile: sed posset solui. Esset tamen firmum: quia de uoluntate partium, & ecclesiæ cōcessione manet firmum. Valent hic dicta in dist. xxix. p. positione. j. de contrahente ex metu: quo omnia habet declarare, & materiam, huius sacramēti restringere. Secundum illa dicta, si impedimentum ponitur impotentia, uel error ipotentie, & hoc dupliciter: ut supra patuit in notatis, & conclusiones ueniunt ponendæ cū omissione, uel appositione quartæ conditionis supra positæ. Op⁹ ēet in ea re ecclesiæ determinatiōe.

Impotentē, qui sciēter contrahūt, sūt duplices.

¶ Quantum ad articulum secundum est hæc conclusio probabiliter, & pie tenenda: quia secundum beatum August. cap. ij. de bono coniu. bonum est coniugium non propter solam filiorum procreacionem: sed etiam propter naturalem in diuerso sexu ætatem: ac charitatis ardorem tantō puriorem, quanto liberos sunt a carnis cōmixtione. Manet deniq; in senibus indissolubile uinculum, in quibus ardor ætatis emarcuit. Impotentia non est impedimentum de se, & sui natura, & ex natura contractus coniugalis, impediens, & dirimens coniugium siue matrimonium: licet ibi esse non possit cum effectu matris officij: sed error impotentie, cum contractus procedit ex errore impotentie: præcisè est impedimentum: ut supra. Ad hoc dist. xxx. q. iii. Est enim edictum prohibitorium: ut supra. ¶ Corollarium primū. Frigiditas restricta ad unam personam tantum, & humano modo curabilis, non est impedimentum dirimens. per cap. Laudabilem. de fri. Vnde si frigidus diuortiatu alibi cōtraxit, aut aliquam cognouit in, uel extra matrimonium, compellitur ad primam, & qui iurarunt pro diuortio, per iurij crimine tenentur: hoc est ita retractanda uenit diuortij sententia lata prius, ac si lata esset per falsa iuramenta. Facti. n. euidētia offēdit, qd subitū deceptio: & iuramenta nihil ualere ad sententia illius fortificationē, secundum Bonauen. in dubijs literalibus. ¶ Quid iuris, cum dubium est, an impotentia præcesserit dumtaxat matrimonium ratum, aut ratum, & consummatum simul: aut superuenierit rato ante eius consummationē. Sunt qui dicūt, qd in dubio præsumit impedimentū præcessisse, & ita nō esse matrimonij. Nec obstat. ca. Licet de testi. ubi dicitur, qd in dubio iudicādū est pro matrimonio. Hoc. n. secundum Panor. de fri. cap. Fraternali. habet locum, ubi matrimonium potest suum effectum habere quo ad finem primarium, aut secundarium. Secus ubi est impotentia perpetua: ut hic. Idem tenet Richar. ar. ij. q. j. dicēs. Præsumi potest in fauorē alterius matrimonij uilioris, qd si præcessit cōsummatū, præcesserit & ratū. Verū glō. xxxij.

Coro. 1. Frigiditas restricta ad unam personam tantum, & curabilis non est impedimentum.

q. j. tenet contrarium: & hoc propter uirtutem periculum, & iniustum diuortium. ¶ Corollarium secundum. Licet religionis professio matrimonium ratum: sed non consummatum dirimat quo ad uinculum: attamen error impotentie cum præcedit matrimonium consummatum, licet sequatur ratum, non dirimit ipsum. Probatur Ad primum est auctoritas ecclesiæ hoc admittēs ex exemplo Christi, & sanctorum: sed non sic quo ad secundum: quamuis impotens magis mortuus sit carnali commercio, quam monachus. ¶ Corollarium tertium. Cognita uiri frigiditate perpetua datur mulieri ex errore contrahenti alias apte ad matrimonium contrahendi cum alio licentia, si non uult continenter uiuere: sed uir frigidus prohibetur alibi contrahere. Cui si contrauerit, & aliam quā ducit, cognouerit: ut supra, tenetur ad primam redire non obstat, qd alius coniugio aptus cum ea de facto reperitur contraxisset. Primum patet: quia inter eas non fuit coniugium cæteris paribus, & mulier est apta uiro. Secundum patet ex corollario secundo: quia ecclesia fuit in facto decepta. Nec sententia transiit in rem iudicatam propter instans periculum anime: ratione cuius sententia quandoq; nō trāsit in rem iudicatam, secundum Panor. cap. ult. de frigi. & mal. Nec potest primus maritus uxorem suam sibi redditam repudiare propter adulterium cum secundo, maxime si eo facto potente statim recessit a secundo, & redijt ad primum. Nō enim peccauit contrahendo cum secundo: nec adulterium cum eo commisit cæteris paribus: quia bona fide ducta errore inuincibili credidit secundum esse suum maritum facto diuortio per ecclesiam cū primo. Cum itaq; non dedit operam rei illicitæ contrahendo cum secundo, nec dolum commisit: ergo &c. Secus si cognita uiri primi potentia, & eius repetitione: adhuc stetit cum secundo: quia tūc fuisset in dolo, & in culpa. Infert hic Paulus. Vir diuortiatu, qui est impotens generaliter ad omnem mulierem, debet sine spe coniugij manere. Si autem est impotens respectu unius tantum: reputa qd

Coroll.

Coroll.

prop. 2. H

prop. 3. I

Coroll. 1.

uirgo est: & posset cognoscere eā, si esset corrupta: licentiandus est uir, ut contrahat cum corrupta, & non est simpliciter prohibendus secundum eum. Si igitur non est impotens nisi ad illam, & est potens ad aliam, cum illa non debet prohiberi: sicut nec cum nulla, si esset potens ad omnem. Hæc ille. ¶ Secunda propositio. Si personæ contrahentes matrimonium ambæ patenter dicunt, & allegant alterius, uel utriusq; perpetuam, & incurabilem impotentiam, statim poterit potens ad contrahendum alibi licentiarī sine triēnalis temporis expectatione. Cū uerō non potest statim euidenter probari impotentia, tenetur triēnali tempore cohabitare, & rei huiusce bona fide exclusis fraude, & dolo hinc, & hinc p. posse licite operam dare. Lapsa autem triēnio cū septima manu iurare, qd fecerint, qd in se fuit studiosissima diligentia, & bona fide: sed nihil effecerint. Probatur per c. Laudabilem. de fri. & male. & cap. j. eo. ritu Cessat enim quoad primum causa expectationis triēnalis temporis. De hoc latius apud iuristas quoad forum contentiosum, cum alter accusat impotentiam: alter negat &c. Attamen sacramentales, uel amici septem iurabunt de credulitate, qd credant eos uerum iurasse, & dixisse. ¶ Tertia propositio. Contractus procedens ex errore præcisè arctationis propriæ dictæ, & perpetuæ in muliere, quæ citra corporis periculum facto humano, & licito per naturam, uel artem tolli nō potest: est impedimentum impediens, & dirimens, ut supra. ¶ Corollarium primū. Si mulieri arctæ potest per incisionem citra corporis periculum subueniri, qd possit a suo uiro cognosci, siue id ipsum uelit, siue non, non est illa arctatio impedimentum perpetuum dicendum impediens, & dirimens: sed temporale, nec dirimens nec impediens. cap. Fraternalis de frigi. & maleficiat. Si enim mulier hodie non uult, cras poterit incidere uelle. Et corpus mulieris non est amplius suum cæteris paribus: sed est uiri sui quoad coniugium. Nec ualet opinio dicentium mulierem non posse cogi, ut incidatur: & cōsequēter, qd quādiu est in ep̄a, non est ma

rimonium. Et si apta fuerit facta per incisionem, requiritur nouus consensus. Allegant cap. Quod proposuisti. xxxij. q. vii. quod intelligitur de infirmitate arctationis. Primum non ualet: quia mulier debet uelle incidi uiro hoc petente, cuius est corpus mulieris coniugaliter: ut supra: cum id fieri potest sine periculo corporis. Debet enim uitare occasionem adulterij de lege diuina in uiro. quantum potest. Impedimentum denique non censetur perpetuum, cum commode tolli potest. Nec secundum ualet: quia contra ius. cap. Fraternalitatis. de fri. ubi dicitur. Si per artem potest ei succurri, quod sit apta, primo debet ei restitui, eo quod inter ipsos fuerit uerum matrimonium, quia impedimentum illud non fuit perpetuum. quod fieri non posset, si fuisset uerum matrimonium cum secundo. Patet. n. ex post facto: quod ipsa erat cognoscibilis illi, cuius si mili commiscetur. & ideo inter ipsam, & primum uirum dicimus matrimonium existisse, & non cum secundo: ait rex. ibidem. Fuit enim apta quoad primum aptitudine, & potentia facile deducenda in actu. Nec tertium ualet: quod facta incisione requiritur nouus consensus, ex dictis supra. Fuit enim uerum coniugium. cap. Fraternalitatis. de frigi. & sufficit prior qui fuit causa efficiens matrimonij. Ad textum, quem allegat, dicendum: ut ibidem habetur: quod est contrarium euangelicæ, & apostolicæ doctrinæ: dicere, quod liceat uiro aliam ducere, cum sua non potest ei debitum reddere: ut uideatur ille textus innuere. Intelligitur ergo: uel de sponsa, uel de ea, quæ fauciata, nondum est ante matrimonij contractum curata.

Coroll. 2. ¶ Corollarium secundum. Si mulieri arctæ non potest licite suffragium præstari abiq; corporali periculo. potest cæteris paribus diuortium fieri. c. Fraternalitatis. ubi supra. Et secundum glossam. intelligitur hoc de periculo graui: ut supra notabili. vj. ubi enim leui periculo posset impedimentum remoueri, debet mulier id pati: ut uult glossa. ibidem. ¶ Corollarium tertium. Si mulier arctæ separatur a primo uiro, & contrahit de facto cum secundo, eiq; matrimonialiter, uel alteri fornicariæ co-

miscetur: si secundus est in omnibus similis conditionis quoad actus commercio cum primo, sitq; mulier ipsa per secundum apta suo primo marito, restitui debet primo tanquam suo legitimo. cap. Fraternalitatis. quia per usum primi ita fuisset habilitata sicut per secundum, cum sunt similis conditionis quoad actum, & ita non fuit impedimentum perpetuum. ¶ Corollarium quartum. Si mulier arctæ contrahens cum secundo cognoscitur ab eo, uel alio quodam: & per hoc aptatur ad coniunctionem: non tamen potest a primo carnaliter tractari sine graui sui corporis periculo: non debet priori restitui, a quo non potest nisi cum magno corporis periculo tractari. Patet: quia respectu eius fuit impedimentum perpetuum. Non enim potuit hoc impedimentum tolli aliquo remedio licito, & concessio. Probat. cum iuncta est secundo, cum quo uere contracta, non potest sine peccato tractari a primo. Et si secundum fuit ualidum, primum fuit nullum. Si primum ualidum, secundum nullum. Sed non fuit ualidum: quia perpetuum fuit impedimentum. ¶ Corollarium quintum. Remedium, quod sine legis transgressione haberi non potest: ut puta quia per fornicationem, aut modo consimili contra naturam &c. non est dicendum remedium curas arctationis: sed perducens in damnationem. Et ideo cum sit sermo de remedio humano, intelligitur de licito, non de illicito: quia non sunt facienda mala, ut inde eueniant bona: & in nullo casu peccare licet quocumq; peccato. ¶ Quarta propositio. Si mulier est simpliciter arctæ, ita quod nec potest pati naturalem uitæ actionem, nec ordinariam seminis in uas debitum transfusionem etiam a uiro quocumq; manere debet sine spe coniugij: sed uiro (si habet) datur licentia alibi contrahendi. cap. Ex literis. de fri. & male. ¶ Quinta conclusio, de maleficio, quod est quedam impotentia a causa accidenti, & extrinseca, puta a demone habente sua pacta cum hominibus. Maleficio perpetuum, & præcedens matrimonium, sicut frigiditas in uiro, & arctatio in muliere, dirimit de facto contractum, & impedit contractum. Probat. xxxij. q. i. c. Si per fornicarias. & intelligitur cum eisdem distinctionibus ut supra patuit, de pro eo, quod habet infra conclusionem. vj. si est perpetuum, &

Coroll. 4.

Coroll. 5.

Prop. 4.

Côcl. 6. De maleficio, quod est impotentia a causa accidenti.

non temporale. Reputatur autem perpetuum, si coniuges trienniali tempore comorantes, actui carnali uolentes uacare perficere non potuerit. Non quin a deo posset dirimi (quia ad hoc apparuit filius dei, ut destruat opera diaboli) & etiam operatio ne diabolica (Curat. n. diabolus desinendo ab hominum uexatione, & delusione: ut patet hinc inde in legis sanctorum) sed quia non potest tolli licite opere humano, cum non sit potestas super terram, quæ ei ualeat comparari. Iob. xij. Magna. n. sunt diaboli naturalia. Nec exorcismi, cum non sunt signa efficaciam, semper curant, nisi propter hominis peccatum, tum propter hominis salutem, cui forte non expedit nubere. Sic nec Paulum exaudiuit dominus. ij. Corin. xij. Iræ si præcedit matrimonium ratum, impedit contrahendum respectu personæ maleficiarum: Si secundum communiter opinantes si præcedit consummatum: licet sequatur ratum, non consummatum, dirimit de facto contractum. unde dicitur. xxxij. q. i. cap. j. quod coniugium confirmatur officio. carnali. & infra. Verum antequam confirmetur, impossibilitas officij soluit vinculum coniugij. Si superuenit ad consummatum, non dirimit contractum. Secus si superuenit ad ratum ante eius consummationem. Sic enim secundum dicta dirimit, secundum communem opinionem. Item si est ignoratum, & non scitum, & ut supra circa alia impedimenta dictum est. Ad idem cap. finale. ¶ Sexta conclusio de differentiâ diuortij inter maleficio, & alia impedimenta. Ex quo frigiditas est impedimentum naturale, non datur frigiditas licentia contrahendi cum alia: maleficiato autem cum sit impedimentum pariternare respectu unius mulieris tantum, datur licentia contrahendi cum alia. Quod ita procedit de muliere sicut de uiro: nam per maleficio non redditur quis impotens respectu cuiuscumq; mulieris: sed respectu illius cum qua debet, & uellet, si posset matrimonium consummare: & ita ad certam personam restringitur sicut regulariter. Si enim impotens esset respectu cuiuscumq; mulieris: talis impotentia potius imputaretur frigiditati quam maleficio. Frigidus autem nullam po-

test cognoscere: & ita frigiditas respicit irrestrictè omnem feminam. & ideo elapso triennio non conceditur frigiditas alibi contrahere: quia ad omnes est. cõceditur autem maleficiato: quia talis posset esse utilis secundum, & non primæ, respectu cuius est maleficiatus. Hinc si post diuortium cum prima contrahit cum secunda: non restauratur primum, nec apparet ecclesiam fuisse deceptam: secus in frigiditate ubi restauratur primum si cognoscit secundam: quia apparet ecclesiam fuisse deceptam. Illa est differentia inter frigidum, & maleficiatum. Quia si uelint maleficiatus, & coniux alius simul manere coniugaliter, ueri coniuges sunt, secundum prædictas opiniones. ¶ Corollarium primum. Falsa est opinio dicentium maleficio nihil esse in rei ueritate: sed solum in tali hominum existimatione: qui effectus quorum cause sunt occultæ nonnunquam solent maleficijs demonum imputare, ut supra patet in. ij. dist. viij. & auctoritate scripturæ Exod. viij. de maleficijs Pharaonis. & j. Reg. xxvij. de Pythonissa. Item in Psal. de ueneficio seu incantatione serpentium. igitur multo magis potest esse hominum incantatio. Sic saga aliqua habens pactum cum demone curat, ut tale impediat cum tali muliere quæ diu maleficio perseverat. Habet. n. magnum potentatè super corpora cum sit spiritus, quantum ad motum localem prohibendum, uel faciendum directe, uel indirecte. Potest ergo corpora impedire, ne sibi approximè directe, uel indirecte se interponendo in assumpto corpore inter eos: potest hominem inflammare, uel infrigidare ad actum illum, uel ab actu illo per applicationem rerum naturalium quas non uult ad hoc congruas, & ualidas. Potest homini imaginationem turbare: ut sic exorsa reddatur sibi uxor sua. Rigorè membri impedire potest: sicut & motum localem cuiuscumq; membri, uel organi. Potest prohibere immisionem spirituum ad organa in quibus est uirtus motiua, quasi intercludendo uias seminis: & sic ne ad uas generationis descendant efficere. Potest efficere ne semen emittatur, recipiatur &c. Non autem mulierculæ illa faciunt

Coroll. 1. M

sua naturali uirtute, aut rerum aliarum quarum utuntur ministerio: sed ministerio dæmonum: quorum utitur pactis, & sacramentis: qui hominibus sic illudunt: ut supra in. ij. dist. viij. q. ij. Plus permittit hoc deus circa membrum istud, quo peccatum originale primum transfunditur: & circa actum quo plus corrupta est natura, quã super alios actus humanos: & sit per serpentes qui magis deseruiunt incantationi, quã super alia animalia: quia sic placet lucis iustissimæ uoluntati in memoriam primeuæ deceptionis serpentinæ. Suo modo in muliere potest fieri maleficium. Potest enim eius imaginationem dementare: ut summè odiat maritum: & ita q̄ pro nulla re mundi uult tangi saltem ab eo, credēs id sibi esse exitiale malum. Item potest uas mulieris obstruere &c. Et crebrius contingit uirum maleficari quã mulierem. Id quoq; accidit iusto dei iudicio non solum malis, sed & bonis hominibus multiplici de causa: quarum aliquas tangit Ang. iij. de trini. cap. vij. & Magister in. ij. dist. vij. scilicet ad fallendum fallaces: ut qui in sordibus est fordescat adhuc. Apocap. ult. Item admonendum fideles: ne aliquid talium pro magno facere desiderent. Deuteron. xlij. sicq; nullatenus a deo per infidelitatem recedant. Item ad exercendam, probandam, manifestandamq; patientiam iustorum. De quo Greg. ij. moralium. §. lxxvij. Item ad gloriæ dei manifestationem, & ad ostensionem nullitatis, & impotentie dæmonum. Exemplum de Philetio qui dum magicis figmentis ligatus sudario beati Iacobi soluit, uirtus Christi declaratur. Sic de magis Pharaonis. Exod. vij. Item ad custodiam uirtutum, & maxime humilitatis. Confert enim humilitati hominis cum eum a dæmone suppressum deus gratiosè liberauit. De quo Seuerus lib. j. dialog. scribit de quodam eremita, qui cum ab omni homine dæmonem propelleret, & in se quinq; mensibus dæmonium passus est ad cognitionem suæ humilitatis, & paruicatis. Item in penam peccati commissi, melius hic quã alibi purgadi. De Paulo. j. Corin. v. Et cap. Si per fortiaras. xxxij. q. j.

Maleficiati per confessionem, & peccata: remedia curandi sunt. Item ut reprobi maleficiati hic presentiant in iudicio, quæ posthac sine spe liberationis sint iusto dei iudicio a dæmone passuri cui seruiertunt. De remedio contra impedimentum istud habetur distin. viij. quæst. ij. ij. collect. & in canone. Si per fortiaras. iam allegato. & in Scot. dist. presentia. ¶ Septima conclusio est de impedimento furie. Furiosus, amens, aut mēte captus &c. pro tempore quo rationis usi est destitutus non est ad matrimonij contractum aptus, uel idoneus. Probat ex dist. 27. quia tunc non potest elicere consensum liberum sine quo nullum est matrimonium: nec sese obligare alteri &c. Dicitur pro tempore, quo caret rationis usu: quia si habet lucida interualla: pot tunc sese alteri coniugaliter donare cæteris paribus. Si pro tunc in furore &c. de facto contrahit apparenter nesciens quid agat, non tenet contractus. Si autè rationi restitutus nouit quid egerit, potest per nouum consensum prius acta ratificare. Prior enim consensus nullus fuit. ¶ Octaua conclusio. Furia, quæ se quitur contractum alias ritè, & legitime celebratum, non impedit, nec dirimit matrimonium. Patet ex dictis. Est tamen hic considerandum: q̄ cum coniux est in furia, uel timetur furia uerisimiliter tunc futura, non tenetur sanus tunc ad debiti redditionem: tum quia ille nescit protic ex iure suo petere secundum Scot. dist. xlij. sed petat sicut brutum non habens discretionem: tum quia uerisimiliter abusus est suo iure ppter furiam, & furioso petenti gladium, non est parendum: tū quia reddere esset alteri periculosum. Petere ex iure, est petere propter bonum prolis, aut fidei: quorum nullum discernit furiosus: ideo semoto corporis periculo cum est in furia adhuc non habet ex iure petere. Sic non petat ex iure, qui ad finem turpem, diabolicum, bonis coniugij contrarium, & repugnantem petit. Quia si in furioso, aut mente capto furia lateret, & nō posset statim cognosci, si postea fuerit compertum, q̄ tempore furie contraxit, cum non habuit liberi arb.

Cōcl. N

Cōcl. Puncta nō impedit, q̄ sequitur.

arb. ulum, nisi postea factum approbauerit, est contractus coram deo nullus. Et secundum prædicta reducitur ad impedimentum erroris: qui enim non habet rationis usum, in omnibus errat. Et si quandoq; non erret, casuale est, & per accidēs. ¶ Nonā propositio de incestu: de quo supra notabili. iij. ut post contractum acciderit: hic ut præcedit contractum, impediēs, & dirimens ipsum. Incestus præcedens contractum impedit contrahendum, & dirimit contractū. de quo infra dist. xlv. de affinitate. De incestu ratione criminis, pertinet ad dist. xxxv. De incestu ratione affinitatis, quã interdum incestuosus contrahit, ad dist. xlv. Ideo hic factus est aliquid pulsasse propter textum Magistri: & reducitur hoc impedimentum ad affinitatem. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium: An impotens ex infirmitate, quæ est cum effectu ad mortem, posset uerè contrahere. De hoc supra notabili. vj. & dist. xxx. q. iij. Quia sic, uideatur habere ecclesiæ cōsuetudo, tum propter prolem legitimandam: tum propter successionem hereditariam, quæ utiq; nulla esset: si contractus non teneret. Et nisi sic dicatur, ecclesiæ (ut uideatur) in his foueret peccata.

prop. 9.

Artic. 3. Dub. De impotentia, & infirmitate.

DISTINCTIO. XXXV.



OC etiam considerandum est: q̄ cum do minus concedit &c. Egit Magister de per sonis illegitimis ex impedimento precedente puta de coeundi impotentia. Nunc agit de impedimentis superuenientibus ad contractum, seu post contractum ratione fornicationis alterius coniugum: hoc est ratione criminis commissi. Ponuntur autem communiter tria crimina impediētia matrimonij contractum: adulterium, machinatio in mortem legitime coniugis, fidei datio ipsi adulteræ, uel contractus cum ea de facto, uel cum iuramento promissio. Circa quod etiam agit de diuortio persona-

rum coniunctarum ratione criminis commissi. Et potest textus tribus summari conclusionibus. ¶ Prima. Licet uiro innocenti uxore propter commissam fornicationem quoad thorum dimittere, & econtra. Adulter uero adulteram, & econtra dimittere non ualet. ¶ Secunda propositio. Non licet cuiusq; coniugij post factum fornicationis causa diuortium ad secundam transire copulam, coniuge adhuc uiuente: sed oportet, uel continere: uel si placuerit, sibi mutuo reconciliari nisi adulter, uel adultera uoluerit scandalose in crimine permanere. ¶ Tertia propositio. Possunt coniugaliter copulari, qui se prius per adulterium turpiter macularunt. Nisi prius cum effectu in mortem uiri machinati sint. Nec uiuente uiro fidem dedit adulteræ moechus de contrahendo cum ea post mortem uiri. Nec de facto contraxerint uiuente uiro. In his enim tribus casibus non solum nō possunt contrahere: sed etiam dirimitur, quod de facto contractum est contra ius matrimonium. Harum conclusionum declarationem textus docet.

QVÆSTIO VNICA.



E impedimento criminis quitur primò: An coniuges possunt propter commissam fornicationem alterius, uel utriusq; diuortari. Et an diuortari possit alibi matrimonio copulari, aut innocenti reconciliari. ¶ Secundò queritur: an crimen adulterij sit impedimentum impediens, & dirimens matrimonium cum ea, cum qua quis adulterium commisit. ¶ Quantum ad articulum primum notandum secundum Gost. & Host. de diuortijs. Diuortium est uiri a muliere, uel mulieris a uiro legitima separatio. Legitima dicitur: quia quos deus coniūxit, homo separare non potest nisi legis cessatione. Dicitur autem diuortium a diuersitate mentium, quia distrahentes matrimonium, quasi in diuersas partes trahunt. Et sit dupliciter secundum prædicta: quo ad mutuan feruitutem siue domum, aut

A De impedimento criminis.

Artic. 1. Not. 1. Diuortium est uiri a muliere, uel mulieris a uiro legitima separatio.

thorum, & quoad uinculum. Quoad uinculum non fit diuortium in matrimonio legitime contracto, & consummato: nisi per mortem naturalem alterius coniugis: aut religionis ingressum, seu mortem civilem quoad matrimonium: utrumque ut supra dist. xxvij. q. ij. & dist. xxxij. Quoad thorum, aut cohabitationem, aut quoad utrumque simul, fit quandoque in pœnam fidem conjugalem frangentis, & in fauorem alterius, qui fidem tenet, maxime dum innocens id petit: auctoritate Christi Matth. xix. de quo tit. de diuortijs. & xxxij. q. vij.

Artic. 2. **Côcl. 1.** **B** pp fornicationem carnalem potest diuortium celebrari, sed quo.

Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Propter fornicationem carnalem ab altero coniugum (nondum innocenti reconciliato) libere, & scienter commissam, potest, si innocens id petit, diuortium celebrari non obstante matrimonij consummatione. Probatum. qui peccat in fœdus matrimonij: potest iuste priuari iure matrimonij. fornicans coniugium est huiusmodi, igitur iuste priuandus est iure matrimonij. habet autem, uel habuit ius petendi, uel exigendi debitum ratione matrimonialis uinculi, & reliqua. ergo iuste potest illis spoliari. Et quia libere, & scienter uenit contra legem matrimonij: ideo non potest legem matrimonij pro se allegare. Item in quo quis peccat, in eo potest puniri iuste, & legitime. Adulter peccauit, uel adultera in fidem matrimonij eam frangendo: ergo iuste potest in hac puniri: ut sic frangenti fidem fides non seruetur. Et quod iure poli hoc liceat, habetur Matth. xix. Quamque innocens quandoque ad hoc teneatur, ne scandalum foueat, & peccatum, patet. xxxij. q. j. & ij. Intelligitur conclusio: quod hoc liceat non liuore uindictæ: sed zelo iustitiæ ad nocentis correctionem: ad uitandam innocentis infamiam: & propter incertitudinem, etiam si iurauerit coniugem non uelle dimittere, uel non accusare. de iureiuram. cap. Quemadmodum. Non ergo amore pecuniæ id fiat, ut lucretur dotem: sed zelo iustitiæ ne delictum maneat impunitum: ut quod iustum est fieri, iuste exequatur. Dicitur in conclusione propter fornicationem carnalem, & naturalem. De spirituali enim, & innatu-

rali, siue sodomitica infra conclusione, si. Dicitur non dicitur innocenti reconciliato. Ponuntur enim ad hoc casus aliqui, in quibus coniux adulter, uel adultera non potest dimitti propter fornicationem. **¶** Primus casus est: si tempore fornicatus est. xxxij. q. vi. cap. j. & sequen. Sic enim paria dilecta mutua compensatione tolluntur. Sic inquit Cassiodorus hb. epistoliarum Crimen æquat omnes, quos coinquinat. Item de diuor. cap. Signifi. Notat hic Palud. post Gofre. q. bene fit compensatio naturalis fornicationis ad innaturalem, sed non corporalis ad spirituales. Primum sunt eiusdem generis. Aliæ diuersarum specierum: ideo non possunt adinuicem compensari. E regione autem fieri potest compensatio spiritualis ad corporalem. Secus de peccato. Gofre. uult: quod possit fieri compensatio corporalis fornicationis ad spirituales: sed non occultæ ad manifestam: cum una potest probari, & alia non. Et patet exceptio occultæ fornicationis contra aliam. Et pro delicto occulto non debet quis publice plecti. Sic dominus daturus sententiã de adultera lapidanda inquit. Qui sine peccato est, mittat in eam lapidem. Possit denique uir fornicator dicere fornicatrici: hypocrita siue eiciã primam trabem de oculo tuo: & tunc poteris uidere festucam &c. Et ista causa etiã potest extendi ad fortẽ, & uolentiam presumptionem, quæ habetur de aliquo: quod adulterium commiserit: ut si repperit est nudus cum nuda in eodem lecto. **¶** Secundus casus dicitur lenocinium, uel crimẽ lenocinij: si ipsemet uir eã prostituit. de eo qui cog. con. uxo. suæ. cap. Discretionem. Lenocinium siquidẽ non minus peccatum est adulterio. Et idẽ est secundum Palud. si uir sciuit, & nõ prohibuit, cum potuit. Idem enim est scientem non prohibere, cum possit delictum inferioris, & imperare. Verum circa casum illum non omnes doctores idem sentiunt. Cum enim queritur, Numquid maritus possit obijcere uxori adulterium, cui ipse dedit occasionem: Gloss. allegat pro & contra. cap. Discretionem. Dicunt qui dam: Si uir est occasio delicti mulieris in uitæ, non imputatur mulieri, ut hic. Et

ita sentit Richar. dist. præsent. ar. ij. q. j. cum querit: Vtrum uxor adulterans de licentia uiri, non tamen ab eo coacta, possit ab eo quantum ad thorum diuortari: & responderi negatiue: quod uxor adulterans de licentia mariti si ab eo non compellitur, nec per metum nec alio modo, potest ab eo iudicio ecclesiæ diuortari quoad thorum, & cohabitationem. Argumentum ad hoc, quid in cap. Discretionem. præsertim inuitam. i. tantum inuitam. ut sit sensus. Adulterium ei non potest obijcere, qui eam tradidit adulterandam præsertim. i. tantum inuitam. Ratio secundum Richar. est: quia nulli mandato parendum est quod sine morali peccato expleri non potest. Et ideo mulier nullam habet excusationem ex mandato iussu, aut uoluntate mariti: quia plus obediendum est deo, quam hominibus. Ideo oportet secundum eum, quod mulier ui, uel metu ad hoc compulsa sit, si non debet ei posse obijcere adulterium a marito. quod uidetur intelligendum quantum ad diuortium celebrandum. Io. And. & Host. referunt de quodam egrotante, ad cuius præces uxor concubuit cum medico. Numquid possit uxori adulterium obijcere? Et concludunt: quod nõ, ex quo ipse fuit causa. gloss. xxxij. q. vii. cap. Concubuiisti. Dicit Panor. cap. Discretionem. ubi supra. & cap. Significasti. de diuor. Aut uir fuit causa immediata adulterij uxoris. si inducendo eã ad comittendum adulterium: & tunc nõ potest obijcere adulterium: aut fuit causa mediata, & remota: puta quia uxor deserta a uiro commisit adulterium ex hoc: quia uir nõ prouidit ei in necessarijs uitæ. Et tunc potest sibi obijcere adulterium, quia non dedit causam propinquam adulterandi, sed qualẽcunq; occasionem. cap. Ex literis. de diuor. De muliere, quæ turpem elegit uitam deserta a uiro negante necessaria uiræ. Si quidẽ prætextu paupertatis nõ est fornicadum. **¶** Tertius casus. Si mulier probabiliter credens uirum mortuum propter longam eius absentiam nubat alteri, maritus rediens tenetur eã recipere sine fornicationis exceptione. xxxij. q. j. Cum per bellicam. nisi scienter cognita fuerit a secundo, cum primus rediit. Excusatur

enim ignorantia inuincibili, & quia egit bona fide. Diuortium uerò requirit dolum. & ideo illa mulier excusatur: cum statim rediit ad primũ cognita eius uita. **¶** Quartus casus. Si quis falsò simulans se maritum intrauit lectum eius, & cognouit eã. xxxij. q. j. & ij. cap. In lectum. hoc est, si cognita fuit ab extraneo, quem nesciuit esse talem, in specie uiri sui. Talis enim mulier ducitur ignorantia inuincibili, & agit rem bona fide. Excusatur ergo ignorantia facti. Et ideo dictum fuit in conclusione scienter. Hic propter defectum scientiæ mulier egit ex ignorantia commercium illud, alias non consensura: & ita non culpabiliter. **¶** Quintus casus. Si uxor alicuius fuerit ui oppressa ab aliquo. xxxij. quæst. v. caput. Proposito. Et intelligendum est de uiolentia absoluta non conditionata, ubi coniux non consensit metu, aut precepto, uel suasu amicorum, uel aliqua consimili causa fornicaretur cum aliquo etiam contrahendo cum illo de facto, non excusaretur. xxxij. quæst. vii. Omnes causationes. Unde non excusatur Michol filia Saul, cum tradita fuit Phalti filio Laïs post dispensationem cum Dauid. j. Regum. xxv. si saltem cognouit eam, ut supra xxxij. distinct. quæst. ii. iuxta finem. Et filia Ptolemæi. j. Maccha. xi. Et uxor Sampsonis. Iudicum. xv. cap. Ideo dictum fuit in conclusione, libere. **¶** Sextus casus. Si maritus uxorem adulteram sibi reconciliauit, scienter, & sponte eam cognoscendo, aut adulterantem scienter in maritali consortio sustinendo. xxxij. quæst. j. in multis capit. Secus secundum Palud. si ignoranter, aut coactus per ecclesiam eam cognoscit. Ideo dictum fuit in conclusione: nondum reconciliato. **¶** Septimus casus. Si aliquis existens extra fidem Christianam repudiat suam, non tamen propter fornicationem, & illa secundum ritum suæ gentis ducit alium uirum, & postea conuertitur ad fidem: si uir primus similiter conuersus est sicut mulier, cogendus est ad uxorem nõc

C
aliqui
quibus
conu
adulter
uel adul
tera nõ
põr di
mitti p
pter for
nicatio
nem.
Primus

D

3

conuersam, non obstante, q̄ ipsa alibi cō
traxit tempore suæ repudiationis. cap.
Gaudemus de diuor. Malè siquidem de-
dit ei libellum repudij, & quodammodo
interpretatiuè tradidit eam adulteran-
dam. imputer ergo sibi, q̄ eam non reti-
nuit, ut debuit. ¶ Notanter dictum fuit
in conclusione in genere. Ab altero con-
iugum, sine specificatione uiri, aut mulie-
ris: quia æque potest uxor dimittere uirū
fornicantem: sicut uir uxorem adulte-
rantem: eo q̄ in causa diuorij iudican-
tur ad paria uir, & mulier eius. Verum
quoad accusationem, quæ est uia ad sepa-
rationem, non uidentur esse æqualis con-
ditionis, ut infra dicitur. ¶ Secunda con-
clusio, de fornicatione spiritali, & innatu-
rali. Sicut propter fornicationem car-
nalem, & naturalem possunt coniuges
quoad thorum per ecclesiam separari: ita
& propter incorrigibilem spiritalē, li-
cet differenter: & (ut multis probabile ui-
detur) innaturalem, seu sodomiticam,
possunt diuoritari. Prima pars est con-
clusio prima. Secunda pars de fornicati-
one spiritali: patet de diuor. capit. ij, &
xxvij. q. j. cap. Non solum & sunt uerba
August. de adul. coniu. Vbi ait de forni-
catore spiritali. Si in his factis perse-
uerat, & pœnitentiam nō agit, recede ab
illa, & noli uiuere cum ea. intelligitur
de spiritali fornicatione incorrigibili: in
qua quis uult stare, & perdurare. Proba-
tur. quia in materia pœnali, præsertim in
fauorem fidei, & charitatis, uerbum ge-
nerale largo modo uenit accipiendum.
Panor. cap. Quæsit. de diuor. Sed sic
est in proposito. Mat. xix. ergo illud uer-
bum Christi largè intelligendum uenit.
Ad hoc facit Apostolus, j. Corint. vij. ubi
etiam permittit uiro fideli infidelem uxo-
rem dimittere etiam quoad separationē
uinculi coniugalis. c. Quanto de diuor.
Præterea fornicatio spiritalis, sicut car-
nalis, est contra bonum prolis. Quomodo
enim piè poterit educari ab infideli?
Est contra bonum sacramenti, & animo-
rum coniunctionem, sicut alia contra cō-
iunctionem corporum. ¶ Fornicatio spi-
ritualis est lapsus in hæresim, idololatriā,
iudaismum, gentilitatis errorem. xxvij.

q. j. Idololatria. & cap. Quæsit. de diuor.
Est autem differentia inter fornicationē
spiritalē, & carnalem quadruplex. Differē-
tia qua-
druplex
inter for-
nicatio-
nē spū-
alē, & car-
nalem.
Nam carnalis semel commissā sufficit ad
diuorandum. Spiritualis autem non, si
se uelit corrigere, & emendare. Secus si
corrigi non uult. cap. Non solum. xxvij.
q. j. Ideo additum fuit incorrigibilem. Ex
quo sumunt aliqui: q̄ Papa non potest
deponi propter hæresim, uel idololatriā
citra pertinaciam, dum uult se emenda-
re. Item consultitur innocenti cohabita-
re fornicanti spiritaliter, pro eius salua-
tione. xxvij. quæst. j. cap. Iam nunc. Et
sic enim. Sed in carnali phibetur. xxxij.
q. j. in diuersis cap. Tertio: si is, qui spi-
ritualiter fornicatur, redeat ad fidem, alter
compellitur conuersum recipere, & ei re-
conciliari in casu, qui habetur in capit.
Gaudemus. de diuor. quod in fornicatio-
ne carnali non contingit. Potest enim
innocens sibi reconciliare adulteram car-
naliter, si uult: sed non cogitur. xxxij. q. j.
cap. De benedicto. ¶ Quarto: propter
fornicationem spiritalē potest quan-
doq; solui matrimonium quoad uinculū
de iure. i. Corint. vij. cum contractum est
inter duos infideles: & alter conuertitur
ad fidem, alter permanet in infidelitate,
nec uult cohabitare sine blasphemia dei,
aut trahit ipsum ad peccatum. cap. Quā-
to. de diuor. & xxvij. quæst. ij. cap. Si in-
fidelis. Secus de carnali. Cum dictum
est fidelē cogi ad reconciliandum sibi
conuersum, intelligitur, si fidelis ab infi-
deli non recessit iudicio ecclesiæ. Alio-
quin secus. cap. De illa. de diuor. ¶ De
innaturali siue sodomica fornicatione
idem uidetur probabiliter dicendum, se-
cundum multos doct. San. Thom. Bona-
uent. Palu. Richar. Panor. cap. Maritis.
de adul. Siquidem nomine adulterij, aut
fornicationis uenit omnis illicitus coi-
tus. xxxij. q. vij. capit. Non solum eadem
causa. q. iij. cap. Meretrices. ubi dicitur.
Nominē mœchiæ omnis illicitus concu-
bitus, atq; membrorum illorum non le-
gitimus usus debet intelligi. Maior enim
iniuria infertur deo, & matrimonio ex il-
lo nefando peccato contra naturam,
quàm ex naturali concubitu adulterino.
Cum

Differē-
tia qua-
druplex
inter for-
nicatio-
nē spū-
alē, & car-
nalem.

De so-
domiti-
ca forni-
catione.

Cum ergo Christus inquit. Mat. xix. uxo-
rē posse dimitti causa fornicationis: pōt
intelligi de omni fornicatione, secundū
Panor. Et hæc dicit esse cōmuniore opi-
niōnis Inno. teneat oppositū. Palu. extē
dit id ad uitium sodomiticum, & extra-
ordinariā pollutionē cū alio, uel cū alia
cōmissā. Et intelligunt quidam de om-
ni peccato contra naturam, puta molli-
tati &c. Videtur par ratio, si alter coniu-
gum tale quid efficaciter attentaret, uel
ageret cum coniuge proprio: eū ad hoc
uolentando, uel compellendo: ita quod
resistere non posset, ut infra cōclusionē.
vi. Sed uideat lector, si illa dicta cōstrin-
gant: cū nō est ad hoc lex expressa. ¶ Ter-
tia conclusio respondet tacite quæstio-
ni: An coniu. innocens, siue masculus,
siue femina, teneatur adulterantē dimit-
tere, & expellere quo ad thorū, & domū.
& est hec uxorē adulterā corrigibilē, aut
paratā se emendare, nō teneri eius uir a
se quo ad thorum, & domū diuoritare, &
dimittere. Probatur. Nulli facit iniuriā,
qui utitur iure suo: sed sic est de uiro re-
spectu vxoris si eius opera utitur. ergo.
Nec est necessarium apponere grauiore
pœnam, cum mitior sufficit. Dicitur no-
tanter corrigibilem probabiliter, secus
de duræ ceruicis muliere, nolente corri-
gi. Sunt enim uitanda scandala: & si ta-
lem maritus nō repelleret, foueret eius
peccatum, saltem indirectè: & quodam-
modo prostitueret eam: & sic seipsum lu-
panaris infamiæ traderet. Videtur tamen
id de dimissionē incorrigibilis habere epi-
keiam, & limitationem, & talem, q̄ tunc
ad hoc teneretur, quādo ipsa dimissio plus
conducit ad emendationem eius, quàm
retentio, & coniugalis uerborum, & uer-
berū correptio. Finis enim fraternę cor-
rectionis est salus delinquentis: & causa
electionis est eius correctio. Potest au-
tem quandoq; magis corrigi retentione,
quàm dimissione: cum dimissa omnibus
se exponeret uenalem: retenta uerò co-
hiberetur a malo multipliciter. Habet
insuper maritus uidere si ipsa dimissio pos-
sit ipse deinceps continere. Non enim
cum periculo sui ipsius teneretur eam di-
mittere, sed potest saluti suæ consulere

sublato scandalo populi. Auctoritates
patrum, quæ uidentur sonare in opposi-
tum, sunt intelligendæ: q̄ non licet eam
retinere, quando id fieri non potest sine
scandalo. Vel quando per hoc deterior
efficatur. Vel propter sui periculum hoc
fecit, timet de incontinentia. Et secun-
dum hoc etiam possunt concordari do-
cto. opiniones, quarū aliq̄ simpliciter
uolunt: q̄ incorrigibilis sit necessariò di-
mittenda ex præcepto iuris. Aliq̄ q̄ non
oporteat eā dimittere. ¶ Possunt aut col-
ligi casus quinq; in quibus uir innocens
non teneretur, sed potest uxorem adulte-
ram dimittere. Primus, quando fornicati-
o est occulta, & uiro scita, deficit
tamen in probatione. Sic enim cessat ra-
tio scandali. ¶ Secundus casus, quando
mulier correctā est, uel speratur proba-
biliter de eius correctione. ¶ Tertius, 3
quando incorrigibilem proposito, & uo-
luntate potest retinendo a malo cohibe-
re, & ne exeat, uel quispian alienus eam
accedat, efficere. ¶ Quartus, quando uti- 4
que plus cohibetur a malo, cum retine-
tur, quā cum dimittitur, cum uerisimile
est: q̄ omnibus se prostitueret dimissa: se- 5
cus retenta. ¶ Quintus, quādo sibi timet
de incontinentia. Nō enim plus teneretur
uir corrigere uxorem, quā dominus fa-
mulum secundum Palu. Sed non tene-
tur dñs famulum excōmunicatum dimit-
tere: quia pōt uti eius opa: & excōmuni-
catio non debet ei in hoc esse reuelatio.
¶ Corollarie sequitur. Vir non teneretur
cum detrimento iuris sui, & periculo a-
nimæ suæ coniugem nocentem secluso
puffillorum scandalo expellere, sed po-
test uti eius ministerio domestico, & ca-
uere periculo suæ. Nec est curandum de
scandalo Pharisæorum saltem regulari-
ter. Dum tamen hi, qui nouerunt eā esse
talem, informationem accipiunt a uiro
innocente: q̄ per hoc curare uelit salutē
utriusq;: & q̄ dimissio plus obfit, quā p-
sit ad salutem, & q̄ hoc probabiliter te-
neat esse uerum. &c. Est sententia Palu. j.
Et loquuntur conclusiones illę de uiro
innocente respectu mulieris. An autem
idem sit e conuerso de muliere innocen-
te respectu uiri, respondet conclusio se-
Gab. Biel. T†

Casus i
quibus
innocēs
nō tene-
tur, sed
pōt di-
mittere
uxorem
ad lre-
ra. 1.

2
3
4
5

Coro.

Cōcl. 2.
E

Cocl. 4. **Q**uens. **Q**uarta conclusio. Non ita passim, & regulariter tenetur uxor innocens uirum dimittere nocentem, sicut uir uxorem adulterantem. Probatur. quia uxor non habet corrigere uirum verbo, & uerberis: sicut uir mulierem. Item minus scilicet adalium imminet coram populo ex facto uiri, quam mulieris. Minus etiam nocet certitudini prolis. Potest uir mulierem a magno malo praeseruare, si saepe accedit eam. In omni casu, quo licet uiro mulierem retinere, tum propter ministerium, & ius suum, tum propter periculum animae, etiam licet mulieri innocenti adulterum retinere uirum, & multo amplius: quia debiliior, & pluribus indigens. Cum ergo non habet eum corrigere uerbo, sed uerbo, non tenetur ipsum dimittere ita regulariter, sicut uir mulierem adulteram secluso scandalo: & per hoc non foueat eius peccatum. Ideo dictum fuit passim, & regulariter. Sic de fornicatione spirituali, cum probabiliter habet timere de puerione sua, tenetur eum dimittere quoad domum. Potest tamen debitum petere, maxime posito probabili timore incontinentiae, salua salute anime, & fidei integritate. Sed diceret aliquis, cuius auctoritate fiet huiusmodi diuortium? An auctoritate propria, an superioris? Ad hoc sequentes conclusiones respondebunt.

Quinta conclusio. Si inter uirum innocentem, & mulierem adulteram est duntaxat claustrum matrimonium, & non in facie ecclesiae solemnizatum: potest uir uxorem auctoritate propria quo ad thorum, & domum dimittere. Probatur secundum Richardum, quia latentia non debent deduci ad iudicium ecclesiae, nisi in foro poenitentiae. Verum probato matrimonio necesse est sententiam iudicis interuenire. Alias uir potest excommunicari: si eam dimissam non receperit ad se. Hinc Panor. capit. Porro. de diuor. hac ponit doctrinam generalem. Matrimonium se mel contractum non debet absque iudicio ecclesiae, etiam si impedimentum sit notorium, separari. Sepe etenim dicitur esse notorium, quod non est notorium. cuius indignitatem ea in re ecclesia sibi reseruat.

Huiusmodi diuortium? An auctoritate propria, an superioris? Ad hoc sequentes conclusiones respondebunt. **Q**uinta conclusio. Si inter uirum innocentem, & mulierem adulteram est duntaxat claustrum matrimonium, & non in facie ecclesiae solemnizatum: potest uir uxorem auctoritate propria quo ad thorum, & domum dimittere. Probatur secundum Richardum, quia latentia non debent deduci ad iudicium ecclesiae, nisi in foro poenitentiae. Verum probato matrimonio necesse est sententiam iudicis interuenire. Alias uir potest excommunicari: si eam dimissam non receperit ad se. Hinc Panor. capit. Porro. de diuor. hac ponit doctrinam generalem. Matrimonium se mel contractum non debet absque iudicio ecclesiae, etiam si impedimentum sit notorium, separari. Sepe etenim dicitur esse notorium, quod non est notorium. cuius indignitatem ea in re ecclesia sibi reseruat.

Nec debet quis priuari iure suo, nisi per sententiam sui superioris. Nemo enim bonus iudex in causa propria. Praeterea, idem non erit iudex, & accusator, seu actor in eadem causa: sicut nec reus, & iudex in exterioribus negotijs. Cum autem agitur pro diuortio propter fornicationem mulieris, uir est actor, ideo non erit iudex, sicut, & in uete. testa. causa diuortij, seu repudij deducenda fuit ad iudices. Ad hoc. xxxij. quest. ij. cap. Secretares. & capi. Porro. de diuor. **S**exta conclusio quasi corollaria ex dictis. Matrimonium in facie ecclesiae solemnizatum non potest dissolui propria auctoritate, sed iudicio ecclesiae quantum ad domum, & redditionem carnalis copulae. Forte dicatur contra nunc dicta, quod probari non potest, non debet ad iudicium ecclesiae deduci, quem esse fornicatum, ut plurimum, probari non potest, nisi quis forte publice in facto deprehendatur. ergo &c. Maior pater, quia in iudicio ecclesiae iudicatur secundum allegata, & probata. Minor pater, quia dicitur Job xxij. Oculus adulteri obseruat caliginem. Et qui male agit, odit lucem. Ioan. ij. **P**raeterea, cum manifestum est uiro uxorem adulterum commississe, potest debitum negare auctoritate propria. ergo sua auctoritate quo ad domum potest talem dimittere. Consequentia probatur. quia illa cohabitatio uiri cum muliere maxime uidetur esse propter debitum reddere, ut supra patet de coniugio leproforum. ergo in casu, in quo non tenetur debitum reddere, non tenetur cohabitare. Antecedens patet, quia si uir sponte, & libere ei commiscetur post delictum, non potest secundum iura talem mulierem dehinc de fornicatione accusare. Immo sic commiscendo ei fieret bigamus, & sic ad ordinem ineptus. **P**raeterea, homo potest per se exequi sententiam a iusto iudice iuste latam absque iudicio ecclesiae. sed Christus tulit sententiam: quod uir potest uxorem dimittere causa fornicationis. Matthae. xix. & v. ergo ad hoc non opus est ecclesiae iudicio. **P**raeterea, exemplo Ioseph. Matthae. j. ut uideatur, licet uiro uxorem importatam ab alio au-

Cocl. 6. I Matrimonium in facie ecclesiae solemnizatum non potest dissolui propria auctoritate.

toritate propria relinquere: ergo similiter cum est cognita ab alio. **A**d primum dicitur. sufficit, quod quandoque probari potest vel facti euidentia, quae non patitur tergiversationem, uel fornicatricis iudicialia confessione, & tunc potest peti diuortium. Sufficit etiam quandoque habere fortem praesumptionem iuris, uel facti. **A**d secundum, uxor potest dimitti quo ad thorum per negationem copulae carnalis auctoritate propria, secundum aliquos cum constat sufficienter de facto. secus quo ad cohabitationem, aut status mutationem. Cum uero non licet auctoritate propria spoliare quempiam, & sibi ius dicere, quomodo potest nocentem innocens repudiare, aut debitum negare eidem sine sententia declaratoria iudicis in matrimonio solemnizato, & publico? **A**d tertium, quod concessio, Christus tulit hanc generalem sententiam de dimissione uxoris propter fornicationem, applicationem tamen ad particularia reseruaue potestati clauium. Immo illa Christi doctrina, non est proprie dicenda sententia: quia sententia est applicatio iuris communis ad aliquod particulare. sed hoc faciendum reliquit ecclesiae, quae habet illam coessionem per loco, & tpe ad particularia applicare. **A**d quartum, negat similitudo de Ioseph. ut supra habetur dist. xxix. q. ij. Allegat hic Palud. dictum Augustini. de Ioseph. in sermone de annunciatione. Et loquitur Angu. in persona uirginis Mariae. Vir meus putauit, quod ex adulterio concepissem. Quod exponendum est. i. ad modum putantis se habuit. ideo uoluit eam occulte dimittere. **E**sto, uir nouit factum, sed non potest ipsum probare: an potest sibi ius dicere? **R**esponder Palud. quod sic: quia defensus probationis non est ex culpa sua. sicut debitorem turgentem licet capere. Sic si quis spoliari me re mea, & non possum probare, possum tantum de suo accipere secluso scandalo, cum non patet alias uia iuris contra eum. Exemplum de Israelitis spoliatis aegyptios. Cum enim iudicis copia haberi non potest, uel propter aduersarium, uel propter causam commilem, citra peccatum potest ali-

Vir nouit factum sed non potest probare ipsum, an possit sibi ius dicere.

quis sibi ius dicere. Alias fere omnia bella essent iniusta. Nam uindicta est etiam subditi, & non solum iudicis, ac ille doctor. Verum haec indigent sano intellectu sententia data in conclu. v. Et doctorum dicta ibi recitata plus placere: & ni fallar, regulariter potest haberi copia iudicis in proposito. **S**i dicitur. Esto: sacerdos, aut clericus deprehenditur cum uxore alicuius, potest ne capi, & tandiu teneri, donec aduocentur testes? **R**espondet Palud. quod sic per uiginti horas, ut sic praesentia testium possit probari adulterium. Exemplo seniorum, qui apprehenderunt Susannam dicentes, quod non poterant apprehendere iuuenem: quia fortitudine eos praecellebat. Et hic licet uim ui repellere sine excommunicatione, de sententia excommunicationis. Si uero § penult. Vbi nec ille compellendus est ad apostolicam sedem uenire, qui in clericum cum uxore, matre, sorore, uel filia propria turpiter inuentum manus iniecerit uiolentas. Secus si comperitus fuerit cum aliena: quia tunc nihil ad eum de facto clerici turpiter agentis. **V**identur in contrarium esse statuta ordinariarum, & prouincialium. In aliquibus forte post factum aliqua non impugnat, quae tamen ne fiant, ante factum docentur, ne laxentur frena peccatis. & lex datur multitudini, quae non nunquam caret discretione, & scientia: ideo constituti sunt iudices. Quomodo uero possit adulterium probari, & accusari, iuristrum est. **N**ec oportet illam accusationem praecedere admonitionem secretam, sicut in denunciatione alicuius. Vbi enim necessario praecedit admonitio secreta, debet supersederi secuta emendatione, & correctione. Hic autem secus fit, quia cum quis accusatur, & poenitet, non desinit esse nocens secundum iura, sed habet expectare poenam. Et si praecesserit admonitio, & correctio, adhuc potest, qui deliquit accusari, ne possit secretus correctus non innoscere ceteris. Immo utile est publice publica punire malefacta, ut qui scandalizati sunt de culpa, edificentur de poena. Vnde, & latrones iudicialiter coniecti plebuntur publice ser-

K An diuortiat⁹ possit a libi ma- trimo- nio co- pulari. Cocl. 7.

nato ordine iuris licet eorum factum no sit omnibus cognitum. Nunc de secunda parte quaesiti primi: An diuortiat⁹ possit a libi ma- trimo- nio co- pulari. Cocl. 7. An diuortiat⁹ possit a libi ma- trimo- nio co- pulari. Cocl. 7. An diuortiat⁹ possit a libi ma- trimo- nio co- pulari. Cocl. 7.

minor tenetur enim adhuc continere ab omni alia muliere ratione ligaminis: licet ad hoc non ligetur uoto. Ad tertium negetur maior quia uinculum coniugij adhuc manet factio diuortio. Octaua conclusio. Licet dominus non excipiat nisi fornicationis causam, si tamen alter coniugum machinetur in alterius mortem, uel per gladium, uel per intoxicationem non tenetur quis cum corporis sui periculo illi cohabitare, & ita saltem temporaliter potest ab eo diuortari. ar. de restit. spoli. cap. Litteras. ubi dicitur. Si tanta est uiri seueritas, ut mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri, non solum non habet illi restitui, sed ab eo potius amoueri. Idem dicendum, si mulier uiolentatur a uiro ad actum innaturalem extra uas debitum. Probatur ratione: quia maior est obligatio in matrimonio ad reddendum coniugale debitum, quam ad cohabitandum. Sed non tenetur quis reddere debitum cum probabili corporis sui periculo, secundum dicta distin. xxxij. ergo multo minus cum tali periculo tenetur sibi cohabitare. Nec potest ex hoc sumi exceptioem domini fuisse insufficienter: quia fornicatio commissi, perpetuo manet commissi; haec autem infirmitas est curabilis, & temporalis: quod si esset perpetua, posset pro perpetuo ab eo diuortari. Nona conclusio. Si innocens factio diuortio repetit nocentem in casu, quo fieri debet reconciliatio, debet nocens etiam inuitus re integra cogi ad reconciliationem. Secus si nocens petit inuitum innocentem. Prima pars patet: quia innocens propter diuortium non est priuatus iure suo, quod habuit in coniugem, siquidem seruitus, quam habet contra iux in corpore coniugis, cum sit de iure diuino, non tollitur nisi per fornicationem, quam solam ius diuinum excipit: nisi implet auter a se damno alteri licentiam uouendi, ergo per diuortium non priuatur eo. Et cum diuortium factum est in fauorem honestatis suae, non debet ex hoc sentire sine sua culpa prauidicium, & damnum corporis, aut animae. Secunda pars probatur: quia poenitentia non tollit

Cocl. 8. Licet dominus non excipiat nisi fornicationis causam, tamen in periculo mortis non tenetur quis cohabitare coniugi.

Cocl. 9. Si innocens factio diuortio repetit nocentem in casu quo fieri debet reconciliatio debet cogi &c.

lit actionem. xxxij. quaest. ij. cap. Admonere. & multo minus exceptionem. Dicitur re integra, secus si uorum fecisset continentia. Præterea. Quod uir dixit uxorem adulteram, legis est. xxxij. quaest. j. cap. Dixit dominus in euangelio. Et quod legis est, non deletur poenitentia. Alias fuit poenitens non esset plebs datus. Sed quid si nocens petit nocentem? ut gratia exempli, mulier prius fornicata repetit uirum, qui post diuortium fornicatus est. Sancti doct. & iura uidentur dicere quod paria delicta mutua compensatione tolluntur. ergo si prius. siue postea fornicatus fuerit, non refert. Sed bene refert, an non correctus petat correctum, uel e contra. Clarum est apud omnes, non correctum non posse petere correctum. Dubium uero est quomodo correctus potest non correctum perere. Dicendum uideatur. sententia hominis non tollit id, quod est iuris diuini: quia ubi interq; fornicatus est siue ante sententiam, siue post, siue unus ante, & alter post, qui unaq; petit alium, eo ipso quod petit, uideatur correctus esse, & alius in foro conscientiae debet sibi reconciliari, & ad hoc iudicio ecclesiae compelli, nisi uelit suscipere sacrum ordinem, aut religionem ingredi, si est uir, aut profiteri, si est mulier. Et ratio potest esse: quia sicut in matrimonio non consummato quilibet potest intrare religionem, siue fornicatus sit, siue non, quod ius non perdit fornicando, cum de hoc non habetur scriptura, sed tenetur, uel matrimonium consummare, aut religionem intrare: Ita uxor fornicante consummato matrimonio, potest uir uel religionem intrare, uel sacris initiari. Quia si uir post alterius illorum assumptionem fornicatur: certum est quod non restituitur uxori, nec potest ad eam reuerti, postea uoto legitimo, uel in professione, uel sacri ordinis susceptione. Et si uir fornicatur, antequam proficatur, uel ordinetur, cum iam per uxoris nocentis fornicationem est sibi ius acquisitum non reddendi, & uouendi, fornicando (maxime post sententiam) perdit ius non reddendi quod prius habuit quoad fornicantem mulierem: sed non perdit

ius uouendi. Ita quod alternatiue tenetur ad alterum illorum, qui post fornicatus est, si aut redire ad conjugem, & reddere debitum aut profiteri, si est mulier, seu sacris initiari, uel profiteri, si est uir. Ad Goffr. qui tenet contrarium: quia sententia bene lata non debet retractari: dici potest secundum praedicta. Quando ecclesia comperit se in facto esse decepta, retractat eam, si post constat de contrario. Ita in proposito. Ecclesia enim siu ponebat in suo diuortio tacere, quod essent caste uicturi hinc, & hinc, saltem de parte una: ideo eos separauit, singulis contentiam indicendo. Cum autem nunc constat, quod decepta est, retractat sententiam. Separauit enim coniuges modo tacito conditionate, si caste uixerint, quod si non faciunt, retractat sententiam tanquam nullam. Cum ergo uterq; fornicatur, coguntur auctoritate iudicis, quae fuit implicite conditionata reuerti ad se. Sic si innocens petit nocentem re integra, hoc est ante professionem, aut ordinem. Ad rex. qui solet allegari. vj. q. iij. cap. Quod semel. Dicendum, ut sumitur ex uerbis ibi positis. Hic enim est maior auctoritas, quia clara, & patens ueritas, & facti euidencia. Non autem potest esse maior auctoritas ueritate compta. Consequenter de adulterio, an & quando sit impedimentum prohibens, & diuisens. Communiter tria ponuntur crimina, quae coniuncta, uel separata uidentur facere difficultate circa matrimonium contrahendum, quae sunt secundum Scot. Adulterium, Machinatio in mortem legitimi coniugis: Fidei datio ipsi adulterae, uel contractus de facto cum ea uel cum iuramento promissio. Et haec tria secundum eundem pro eodem in proposito reputantur. De tertio primo dicendum. Decima conclusio. Contrahens de facto cum secunda, aut dans fidem, aut iuramentum contrahendi cum ea, uiuente prima uxore, quam tamen non cognouit, nec ante, nec post contractum, potest eam mortua prima in uxorem nouo consensu ducere. Si quis de eo, qui duxit in matrimonio. Dicitur de facto: quia non potest de iure

M De adulterio an & qn sit phibens.

Cocl. 10 De fidei datione ipsi a- dultere. por ea mortua prima in uxore

re contrahere propter impedimentum
ligaminis. Dicitur, quam non cognov-
erit, nec ante nec post: quia secus si inter
cessit copula carnalis. Sic enim illa duo
simul iuncta, scilicet adulterium, & prom-
issio, uel adulterium, & contractus de fa-
cto causant impedimentum prohibens,
& dirimens. Peccat tamen sic contrahens,
& secundum Panor. sic infamis. capit. Si
quis. quia non obstante potest contra-
here. Et idem est ea. j. de eo, qui duxit. ac
si non contraxisset de presenti, sed solum
dedisset fidem contrahendi post mor-
tem coniugis. Obstat enim impedimen-
tum ligaminis. Aliqui illud impedimen-
tum nominant fidei dationem. Secun-
dum Palu. dist. xxxiij. q. j. ar. iij. requi-
runtur illa duo, scilicet pollutio adu-
lerina, & promissio: & quod uterque sciat impe-
dimentum: si fidei datio debet esse impedi-
mentum &c. Concordat Sco. & Richard.
Similiter dicendum de muliere, quae fide
dedit de contrahendo alicui uiro uiuen-
te legitima eius uxore. ¶ Undecima con-
clusio. Solum adulterium cum aliquo,
uel aliqua prius commissum, non impedit
caeteris paribus, nec inhabilitat quempiam
ad contrahendum cum eo, uel ea matri-
monium: sex consequenti non impedit, &
dirimit &c. secundum Panor. ca. Signi-
ficauit. eo. ti. ut supra. & xxxj. questio. j.
¶ Si quis. ¶ Duodecima conclusio. Si adul-
ter contrahit de facto cum adultera, uel
fidem dat, aut sponsonem nudam, uel
iurata de contrahendo cum ipsa qua
scit tunc habere legitimum uirum, & ipsa
reciprocè scit eum habere tunc uxore,
proxima, uel subsequente copula carnali:
non potest adulter adulteram eius uiro
legitimo mortuo habere uxorem, nec
econtra adultera adulterum eius uxore
legitima defuncta. Probatur: quia tale
adulterium sic circumstantionatum, est
impedimentum prohibens, & dirimens
contractum. cap. Si quis. de eo qui duxit.
& xxxj. questio. j. c. Relatum. Ratio est, ne
ipsis detur occasio homicidij: ut sic essent
ad coniugum mutuum zpti. Et hic equi-
ualent, secundum Richar. fidei datio, &
iuratoria promissio, aut fidei datio iurata,
& non iurata. Secundum Palu. nomine

fidei tenit nuda promissio: ideo terminat
sunt in conclusione multiplicati. ¶ Dicitur.
Quam scit. &c. quia si quis uiuente pri-
ma secundam huiusmodi rei insciam da-
cit: si toto tempore primae uxoris igno-
rat illud matrimonium, potest prima mor-
tua illam secundam ducere, nouo con-
sensu accedente. Sic si uir nescit eam ha-
bere legitimum uirum tunc, dum cum ea
contrahit proxima, uel subsequente co-
pula. cap. Veniens. eo. titu. Ita procedit
conclusio: quando ambo sunt rei illius
conscij de habendo hinc, & hinc coniu-
gem superstitem: cum contractus ille, &
commixtio ipsa sit. Si autem certior red-
dita de uita primae coniugis permittit se
cognosci ab illo uiro, non potest amplius
eum habere in maritum. Ad hoc cap. fi-
na. eod. titu. de eo qui duxit. & sequun-
tur doctores. Dicitur est conclusio: non
procedere: quando ambo sunt conscij
actum illum esse adulterinum. Si enim
uir tantum est conscius, & mulier nescit
eum habere legitimam uxorem aliam,
si contrahit adulter ille cum adultera,
non est ad uiri petitionem posterius di-
uortium celebrandum. Sed cum mulier
inscia illius impedimenti, & illegitima-
tionis consensit in uirum ex mera igno-
rantia: an contractus ille sit matrimonium
uel non? Si est matrimonium, non potest fie-
ri diuortium ad petitionem mulieris nunc
edoctae de impedimento. Si non est ma-
trimonium, debet fieri diuortium, quia sic
non possunt coniugaliter simul manere
cum non sint coniuges. Respondetur, non
est matrimonium, sed est hic error datio-
nis redundans in errorem personae. Mu-
lier enim consentit, sed credit eum esse
habilem ad contrahendum: modo non
est habilis, sed per ecclesiam illegitima-
tus propter hoc uitium situm esse tale
cum fidei datione, aut contractu matri-
moniali. Et sic non possunt simul scienter
manere. Vir enim illegitimus non potest
eam matrimonialiter tractare, & ipsa ex
cusatur: quia egit ex ignorantia inuinci-
bili. ¶ Ponatur: mulier postquam cognouit
impedimentum subesse, non petat diuortium,
secundum praedicta non est diuortium ce-
lebrandum, ergo si non sunt diuortandi,

poterunt simul manere. Non ut coniu-
ges: quia uir est illegitimus, & ita inha-
bilis. Stabant ergo simul modo fornicario.
Respondet Sco. Si mulier sciens im-
pedimentum consentit in uirum matri-
monialiter, cogendus est uir, ut & ipse
consentiat in matrimonium illud: & hoc
in poenam peccati. Nam scienter deceptus
illam maluerit, & fecit eam in se con-
sentire, ut in personam habilem. cum
tamen fuerit per ecclesiam propter di-
ctum uitium illegitimus. Ideo iusta senti-
entia cogitur adimplere, quod fallax
uoluit facere mulierem decipiendo.
Et ita contrahent nouo consensu: & pro-
tunc in hoc casu ecclesia eum legitimat in
odium sui, & in fauorem mulieris dece-
ptae. Cum enim sine consensu non est ma-
trimonium, & prior consensus non fuit
matrimonialis, opus est interuenire con-
sensum nouum, & matrimoniale. Nec
ualet dicere. Si impedimentum debet di-
ci, mulieri deceptae generabit odium, er-
go uidetur sufficere, quod ipsa in quoli-
bet actu consentiat matrimonialiter,
& ita non requiritur ex parte eius nouus
consensus, sed requiritur ex parte decepto-
ris consensus nouus. Et ratio est: quia con-
sensus deceptae, & insciae non est consen-
sus coniugalis, eo quod procedit ex errore da-
tionis redundantis in errorem personae,
ideo oportet nouum elicere consensum.
Sunt, qui tenent contrarium. Sed illud
dictum uidetur esse tutius, & uerius. Re-
quititur enim ad matrimonium consen-
sus uerus personarum legitimarum.
¶ Dicitur etiam fuit, legitimum uirum
aut coniugem. &c. quia oportet, quod inter
personas hinc, & hinc matrimonium pri-
mum fuerit ualidum. Si enim uxor pri-
ma non fuisset legitima, non esset impe-
dimentum. Et sufficit secundum Ange-
lum primum matrimonium fuisse ratum
tantum uerbo de presenti. Nec requi-
ritur, quod fuerit consummatum in
uero impedimento. viij. ¶ De impedi-
mento alio, quod est machinatio in
mortem coniugis legitimae, ut cum uxor
machinatur in mortem uiri sui, aut uir
in mortem uxoris, ut possit alterius con-
iugem pro suo coniuge habere: docto.

O
De impedi-
mento quod
est ma-
chinatio.

diuersificantur. Palu. dicit. distin. xxxiij.
questio. j. sic. Ad hoc tria requiruntur, si de-
bet esse impedimentum dirimens: scilicet
Adulterium: Secundum actualis occi-
sio: Tertio occasio propter posse contra-
here cum alia: ita quod finis occisionis praeci-
se sit contractus cum alia. Panor. cap.
j. de eo qui duxit. tenet, & caeteri. Si adul-
terium non interuenit, oportet, quod uter-
que machinatus sit in mortem alterius.
hoc est ille, cuius est coniux, & illa, qua
uult habere uxorem. Et secundo, quod mors
sequatur cum effectu. Si enim unus tan-
tum ex illis nunc distis machinatus esset
cum effectu in mortem alterius, non es-
set impedimentum: quin illum possit ha-
bere, propter quem, uel quam alterius
mortem cum effectu procurauit, nisi sit
machinatio coniuncta cum adulterio. Ma-
chinatio sola sine effectu non impedit
matrimonium cum adultera. secundum
Panor. capit. Super hoc. de eo qui duxit.
Si uero interuenit adulterium, sufficit
machinatio unius tantum cum effectu, ut
sit impedimentum. capit. Si quis uiuen-
te. xxxj. questio. j. Et sic dicit esse intellige-
ndum cap. Super hoc. allegatum supra.
Sed si effectus homicidij non interuenit,
machinatio etiam cum adulterio non
inducit id impedimentum. Ita habet Pa-
nor. & Angelus post eum ubi supra. Ra-
tio omnium illorum: quia ecclesia sic sta-
tuit: & personas talismodi illegitimauit.
Ratio inducens ecclesiam sic statuere,
est repressio adulterij, & homicidij, quae
frequenter acciderent, tales personae
non essent ad contrahendum illegitime
factae. ¶ Quantum ad articulum ter-
tium est primum dubium. Ex quo
diuortium est in correctionem de-
linquentis, an liceat innocenti nocen-
tem occidere in fornicatione, uel post
commissam fornicationem. De hoc in-
fra distinct. xxxvij. de uxoricidio. ¶ Se-
cundum dubium est de paritate, & dispari-
tate culpe coniugum delinquentium con-
tra matrimonium per adulterium: cuius actus a-
eorum peccatum est grauius? Et an in a-
ctu adulterij plus peccet uir, quam uxor: plus pec-
cet uir, quam uxor. Ad hoc Palu. & Holkot su-
per sapientiales. lect. lxxvj. Quantum ad
uxor.

Dub. 1.
p
Dub. 2.
Q
An in-
tra mat-
rimonium
per adu-
lterij
actu a-
dult-
erij
cet uir,
quam
uxor.

bonum fidei pariter, & æqualiter peccat ceteris partibus contra coniugium uir, & mulier quia æqualiter tenentur fidem seruare. Sic de bono sacramenti idem dicendum uenit. Secus de bono prolis, contra quoad plus peccat mulier, quã uir, p̄sertim quoad disertionẽ thori propriam quia plus causat incertitudinem prolis. Sed quoad accedere ad thorum alienũ, grauius peccat uir agendo, quã mulier patiẽdo. Vnde uxor diuertens ad thorum alienum peccat in fidem uiri, non ille extraneus. Sed in prolem eius plus peccat alienus, qui agit, quã mulier, quæ patitur. Ideo simpliciter plus peccat mulier per iniustitiam, sed uir per intemperantiam. Vnde ipsa potest dici iniustior uiro, Ille uerò intemperantior. Nec potest ex æqualitate pœnæ, quã uterq; coniugum in diuortio pro eadem fidei fractiõne sustinet, argui æqualitas culpæ. Licet enim iudicentur ad æqualem pœnam, non tamen ex æqualibus causis. Sicut duo fures, quorum unus est in duplo peior, & maior fur alio, ad æqualem pœnam suspendij iudicantur, non tamen ex æqualibus causis, nec ex æquali peccato. Sufficit enim habere causam iustã, & sufficientem ad hanc pœnam. Licet ergo in utroq; sit sufficiens causa diuortij fidei fractio: mulier tamen peccat, & contra bonum fidei ut uir, & prolis, quod nõ facit uir. Vnde potest dici: q̄ simpliciter loquendo plus peccat uxor adultera, quã uir adulter. Vir etenim tenetur plus uigere ratione, quã mulier, & uincere uirtute: si pensando omnes circumstantias, mulier plus peccat. Beatus Aug. de adulterio coniugatorum. Qui dicit uirum plus peccare, solum attendit illam circumstantiam datam, quæ est uirtute uincere, & exemplo regere feminas. Et Pe. de Tar. post sanctũ Tho. idẽ tenet, propter redundantiam rationis, quæ præualet quibuslibet motibus passionum corporalium.

Dub. 3.
R. Tertia dubij: Vnde est: q̄ diuortium sit, cum quis peccauit contra fidei bonũ, & non sic cum agit contra bonum prolis: quod tamen principaliter est in matrimonio. Respondetur. quamuis matrimonium principaliter ordinatur ad bo-

num prolis, tamen fornicatio magis toti iniuriatur matrimonio, quã defectus, aut sterilitas. Per fornicationem enim traditur alteri corpus alienum causatur incertitudo prolis. Vnde multa subsequi possunt mala quoad prolis indebitã educationem: hæreditariã perceptionẽ &c. Item peccans contra bonum fidei peccat etiam contra prolem, & contra bonum prolis. Item contra bonum sacramenti, & indiuisibilitatis. Et ita contra totũ bonum matrimonij. Secus de impediẽte, uel occidente prolem, uel cum subest sterilitas defectus naturæ. ¶ Quartum dubium. Dicitur est, coniuges sunt pares quoad diuortium, sed non quoad accusationem, quæ ad diuortium est uia quædam. Quomodo ergo est disparitas quoad accusationem? Respondetur: q̄ quoad accusationem non sunt æqualis conditionis. Favorabilius enim accipitur actio uiri contra mulierem quã e conuerso, tum quia uir caput est mulieris, tum quia mulier adulterans magis confundit uirum, quã uir adulterans mulierem, tum quia adulterium mulieris plus lædit matrimonium, quã uiri. Causat enim incertitudinem prolis, & ex consequenti prauas sequelas plurimas. Et ideo quamuis fornicatio simplex grauior sit in uiro, quã in muliere, ut multis placet: tamen omnibus pensatis adulterium grauius est in muliere, quã in uiro propter rationes tactas. Et ideo non sunt pares in accusatione. Ita habet Richar. ¶ Quintum dubium: Quomodo excusatus fuit Dauid qui contraxit cum Bersabæ, cum qua commisit adulterium, & machinatus fuit in mortem mariti eius, & nihilominus contraxit cum ea. ij. Regum. xj. Respondetur. tunc non fuit illa ecclesiæ prohibitio, & illegitimitas. ¶ Diceret aliquis, cur Dauid iustus non fecit eam lapidari tanquam adulteram, secundum legem? Iustus enim fecisset, si eam lapidasset, secundum Scot. Respondetur: q̄ fuit peccatum occultum: ideo non debuit publica pœna multari: aut quia pœna illa erat sub eunda, cum insigebatur alicui. Nec oportet dicere: q̄ spiritus sanctus illam pœnam legis ei remisit de lapidatione. Ita enim ipse uenit lapidandus, sicut adultera sua. Ratio est, quia de hoc non habetur scriptura. Stat ergo ratio nũc tacta: quia illud peccatum adulterij fuit occultum, ideo occulte uenit puniendum.

Dub. 4.
 S
 Coniuges sunt pares quoad diuortium sed non quoad accusationem.

Dub. 5.
 Quid Dauid excusatur q̄ contra xic cum Bersabæ.

datione. Ita enim ipse uenit lapidandus, sicut adultera sua. Ratio est, quia de hoc non habetur scriptura. Stat ergo ratio nũc tacta: quia illud peccatum adulterij fuit occultum, ideo occulte uenit puniendum.

DISTINCTIO. XXXVI.



VNC de conditione uideamus: an ualeat coniugium diuidere &c. In præsentia dist. xxxvj. Magister agit de impedimento feruili conditionis. Cui annectit minus principaliter de defectu ætatis puerilis. ¶ Conclusio prima textualis est illa. Liber, & ingenuus potest, si uult seruam scitam esse talem ducere in uxorem. Quia si ex ignorantia cum ea contraxit nesciens eam fuisse talem, potest ab ea diuortari, aut si placuerit ei perpetuò matrimonialiter copulari. ¶ Secunda conclusio. Seruus, & serua diuersorum dominorum possunt, si uolunt etiam inuicem, aut ignorantibus dominis suis matrimonialiter copulari. Videtur tamen quibusdam matrimonium talismodi, cum non accessit consensus dominorum, posse diuortari. ¶ Tertia conclusio. Masculus ante annos. xiiij. & puella ante annos. xij. matrimonium nequeunt contrahere. Attamen post septennium ab eis possunt sponsalia contrahi: quia tunc consensus liberum ad hoc necessarium possunt elicere. Hæc textus.

QVÆSTIO VNICA.



ARCA distinct. xxxvj. mo uetur quæstio. Vtrum error conditionis feruili, pariter, & defectus ætatis sine impedimento prohibentia, & dirimentia matrimonium de facto contractum. ¶ Quantum ad articulum primum supponitur ex dictis. dist. xxx. quæst. j. quod duplex error.

Artic. 1.
 Not. 1.
 Quot error.

Quot condiciones requiruntur ad hoc, q̄ conditio feruili impediat matrimonium &c. Quia error conditionis est ignorantia seruitutis, cum scilicet quis contrahit cum a. credens eum esse liberum, cum sit seruus. Non enim seruus de se impedit, sed ignorantia eius respectu personæ conditionis melioris. Quia non impedit de se, patet. Sic enim impediret siue scierit, siue ignoranter contracta, sicut consanguinitas. ¶ Secundo norandum. Ecclesia uolens filijs suis salubriter, & sufficienter de salute prouidere: utq; de medio possint cum effectu tolli multorum occasiones peccatorum, & litium discrimina: quia hominum pars maxima intendit humanæ multiplicationi: ideo latius circa istud sacramentum, quã cetera curam habet: & specialem circa personarum sibi subiectarum habilitationem, uel illegitimationem, ut potest concessione diuina. Cum autem matrimonij contractus potest multipliciter impediri nedum circa eius essentialia: sed etiam circa eius finem duplicem, primarium, & secundarium: ideo circa hoc salubrem fecit prouisionem. Persona enim seruilis non est liberè sui iuris: sed domini obstricta seruitutis: non potest sese obligare nolente domino alteri in eius præiudicium ad aliquod repugnans (directè saltem) domini seruitio consueto, & solito. Si ergo seruus contraheret cum libera nesciente eum esse seruum, præiudicaretur liberæ sine eius culpa in debiti redditione, & petitione: seruo in his, quæ domini sui sunt, occupato. Et sic læderetur libera in bono fidei. Et quia dominus potest seruum uendete: læderetur etiam in bono sacramenti, & prolis: quia non habet eum in potestate sua. Ideo cum ecclesia habet aliquo modo disponere circa materiam huius sacramenti, ut supra dictum fuit, dist. xxix. quæst. ij. eam restringendo non ampliando, ut supra, ex æquitate naturali, cum nullus debeat quasi importabiliter lædi sine sua culpa: seruilis conditionis homines in fauorem matrimonij liberorum certo modo illegitimaui. Non quidem simpliciter. Possunt enim liberæ personæ, &

Not. 3.
 Cur ecclesia sic curã hęc maiorẽ circa hoc sacramentũ

Coroll. uolunt; cum eis contrahere, & tantillu pro tanto recipere. ¶ Corollarium. Error feruilis conditionis est impedimentu prohibens, & dirimens simpliciter, non conditio ipsa feruilis præcisè: non iure diuino, sed humano, & positio ecclesiæ, ab ecclesia, si uellet noua constitutione auferibile. de coniu. seruorum per totu.

Not. 3. ¶ Tertiò notandum: q̄ multiplex est feruitus quantum hic fat est, scilicet Filialis, politica, & extrema. Prima, quæ dicitur filialis: ortum habet de lege natura, & est quedam subiecto filiorum ad parentes, quam dicere possumus obedientiam pertinentem ad finalem disciplinationem. Hanc Aristo. j. Poli. dicit habere principatum quandam, & dominium, qui dicitur paternalis. Pater enim dominatur filijs, non propter utilitatem propriam, sed filiorum. Nec propriè eorum dicitur dominus, nec filij eius serui. ¶ Secunda feruitus pot̄ dici politica, qua. s. aliquid sui, uel etiam ipsemet una cum re sua credit, aut cadit in obligationem, & ius domini, ipso manente libero. & sic possunt dici serui, qui res suas, uel operas locant alijs. Si res, sic sunt feruitutes præstationum, uel censuum, uel huiusmodi. Si operas, sic sunt feruiores, & famuli politici. Aut qui certam glebam colere habent, aut inhabitare, ut dicitur. Et potest fieri pro perpetuo: uel ad tēpus feruitus illa. ¶ Tertia dicitur extrema. de qua quidam dicunt locutos fuisse Panor. & alios doct. cum in cap. Ita quorūdam. & cap. Ad liberandam. de Iudæis. dicunt ecclesiam posse imponere feruitutē, seu pœnam feruitutis: ita q̄ etiam ingenuus, & Christianus propter sua delicta redigatur in feruitutem de iure canonico. Exemplum de descendentibus arma, & alia Saracenis. Quidam intelligunt de feruitute non extrema, ubi homo cogitur certam glebam colere, uel eam inhabitare: non tamen uendi potest, ut boi. Et principatus respectu eiusdem Despoticus dicitur secundum Philosophum, secundum Ockam in Dia. in pa. iij. tra. 1. primi. lib. ij. cap. iij. Despotes enim idem est, quod dominus. Et principatus despoticus. j. dominiarius. Horum siquidem feruitus sunt

possessio dominorum. Quemadmodum alia res tēporales dicuntur domini alienius possessio. In hoc principatu queritur non utilitas serui, sed utilitas propria. Sic. n. domini possident seruos sicut res tēporales: & ita possunt uendi serui a dominis suis, sicut alia res tēporales, & pecora. De his inquit Philosophus primo polit. q̄ nō possunt exercere actū uirtutis. Intelligit libere: quia habet omnino, uel certo modo resbus domini in tēdere. dūmodo tamen contra legem diuinā, aut naturalē alias nō attentat. ¶ Ista feruitus tertia, pariter. & secunda est ex dispositione humana, & lege positua. Nec secunda est contra legē naturæ. Sic enim ait Phil. j. Pol. Pollēs mēte debet præsidere, pollens uiribus seruire. Sic homo animat ciuile dirigitur ab alio homine, qui plus habet, uel habere debet industriz, & rationis. Et in hoc principatu politico principantes debent secundū uirtutem, & sapientiam alios præcellere. Sic uir, qui præest uxori, principatu politico potest dici præesse eidem, & eam ratione, & sapientia anteire, natura non deficiente. Et talis principatus potest dici, ut sic, esse ex naturali dispositione, cum natura non deficit in patre, uel despote, hoc est domino. Sic quidam sunt natura seruitum quia ratione carent, & prudentia, & quoad se, & quoad alios, tum quia, uitio dedit sese regere non possunt, & nocet eis, & reipublicæ eorum libertas. Hinc Greg. xxj. mora. Omnes homines natura æquales genuit, sed uariante meritorum ordine alios alijs dispensario oculata postponit. Ipsa autem diuersitas quæ accessit ex uitio, rectè est diuinis iudicijs ordinata, ut quia omnis homo iter, uitæ non æquè graditur, alter ab altero regatur. hæc ille. ¶ Tertia feruitus, si debet esse iusta, & principatus eius non tyrannicus, oportet id esse altero duorum modorū, ait Sco. Aut quia aliqui spōte, & libere se sic alteri subiecit. quæ foret utiq; stulta, & fatua: cū homo libertatē, quā habet a natura, sic sponte a se abdicat sine demerito. Hoc. n. uidetur quodāmodo esse cōtra naturalē legē. Atq; licet multæ obligationes ab initio teneant

re, stulte, & fatue sunt factæ, nihilominus tenent, cū factæ sunt. Exemplū de cōprehensio a latrone, qui nisi spondeat se daturū. & priuatur uita. Hic iniuste angariatur, sed iuste soluit, quod pmissit. Promittere. n. & dare libertatis est, sed adimplere promissum necessitas. Aut secundo: Cū quis iuste dominā cōmunicat uideri aliquos uictos, & effrenes, q̄ eo rē liberas nocet toti reipublicæ, potest iuste feruitutis pœnā eis infligere, sicut potest eos iuste cū reipublicam enormiter læserunt morti tradere, & ultima pœnā mortis animaduerrere pro pace, & tranquillitate reipublicæ. Cui potest addi cap. Ita quorūdam. de Iudæis. ubi ecclesia imponit feruitutem his, qui arma deserant Saracenis &c. Idem in cap. Ad liberandam &c. Quia secundum Scot. non uidetur, quomodo seruitus illa possit esse per præscriptionem, quæ respicit possessionem, & non feruitutem. Nec est par ratio de utroq; ideo altero illorum duorum modorū oportet eā esse iustam. Nec apparet, quomodo seruitus illa possit esse iusta, cum captus in bello præseruatur a morte, & redigitur in feruitutē: quia etsi captor in bello iusto potuit cōtra se bellantem captiuum, præsertim pertinacem, & rebellem, occidere sese defendendo non autem inuadendo, & hoc stantē pertinacia, & renissione contra bellantis: Attamen cum is, qui captus est nunc pacem tenet, & se iugo obtemperanter subiecit, & in alterius potestatem transfert, inhumanum uidetur ei nunc infligere pœnam, & contra legem naturæ. Nec est hic ratio, sicut in secundo casu feruitutis: quia tenet nunc pacem: & reipublicam deinceps non lædit. sed obtemperanter capienti obedit. Nec præsumendum est, q̄ libertate concessa abutetur &c. hæc ille. ¶ Quarto notandum: q̄ feruitus alia acceptione accipitur multipliciter, s. improprie, & proprie. Improprie dupliciter. Vno mō largè, ut supra quia alicui eorum cedit in uolum, & obligationē dominorū ipsis manentibus liberis, ut supra in feruitute politica. Alio modo stricte, respectu præcedentis acceptionis, dicitur seruus, qui una

cū resua cadit in obligationē dño. Et illi serui possunt dici adscriptitij, originarij, aut coloni, licet sint uerè liberi, seruū dum gloss. cap. ij. de Iudæis. & ibi Panor. Et illa nomina supponunt pro eiusdem conditionis homine, differunt tamen in connotato. ¶ Sunt. n. adscriptitij homines terris adscripti pro eorūdem cultura, siue ad inhabitandum eas: ita q̄ inde non possunt licite, & sine pctō recedere terrā, uel eius culturam dimittendo nisi dominus consentiat, nec possunt uedī, uel aliter alicui tradi in possessionem sine gleba, nec gleba sine illis. Et dicuntur sic adscriptitij, quia deputati sunt, & adscripti certæ terræ ad colendum, uel inhabitandum eam. Quod ultimum a plerisq; additur: quia postea dominus colonum suum supportare de terræ cultura, & tamen ob hoc non possit terram illam dimittere. Adhuc. n. maneret seruitus una improprie dicta. ¶ Coloni dicuntur a colendo terram: quia ad hoc sunt domino obnoxij, & obligati. Et potest aliquis esse colonus in principio conditionis huius, & nec esse adscriptitius, nec originarius, sed non econuerso. ¶ Originarij dicuntur quia nati ex obligatis, & adscriptitij, seu adscriptis ad inhabitandū, uel colendum certas possessiones, ita q̄ non possunt inde recedere deferendo possessiones, aut glebas colendas. Sunt ergo ab origine tales cura tota sua progenie, ut puta nati in illa terra, & sub tali conditione inhabitandi, uel excolendi. Et tales licet secundum gloss. ut supra sint liberi, quia tamen tenentur certa seruitia suis dominis impendere: ideo dicuntur (licet improprie) serui, ut potest quæ sunt de iure scripto, uel cōsuetudine. de quoad alios. Nec possunt se sine pctō ab his cōtra dominorum uoluntatem, & cum eorū præiudicio subtrahere. Vnde Ro. xij. Reddere omnibus debita, cui tributum tributum, cui uestigal, uestigal. &c. Dato etiam, q̄ dominus sit Iudæus, cui tamen non licet habere seruum Christianum. cap. ij. de Iudæis. sed tenetur colonarium, uel originarium adimplere, ut iura præcipiunt, & nō ultra, quibus seruitijs non obstantibus manent liberi. Ar.

Serui adscripti.

Coloni.

Originarij.

Not. 4. C Seruitus multiplicitè improprie, & proprie.

non impedit matrimonium: sed ut incurritur per errorem inculpabilem. Decēs enim est, ut iura sic deceptis subueniant. Si diceret aliquis: positium non potest præiudicare naturali iuri, sed matrimonium est de iure naturali, seruitus de iure positio, ergo non potest præiudicare matrimonio: Conceditur maior, & negatur minor, nisi ad sensum datū. dist. xxvj. Consequenter dicendum: q̄ ius positium non contrariatur matrimonio, nec legi naturali, sed determinat ipsum. Quamuis enim de lege naturali iure sit, q̄ personæ non habentes impedimentū naturale possunt cōtrahere, & est edictū prohibitorium, potest tamen ius positium determinare, quæ personæ sunt habiles, uel inhabiles, ut supra, ad contractum illum pro loco, & tempore &c. Ita fit in proposito. Cancellarius Parisiē. hoc dubium tangit lect. vj. de uita animæ: dicens ipsum turbare quosdam ex doct. & nominatim Durandum. Sed quia res sic agitur dicendum, q̄ ecclesia, quæ regitur a spiritu sancto, hoc diuinitus accepit per inspirationem. Vel quia consensus in quantum quodammodo politicus est, subest auctoritati superioris: ideo potuit ex necessitate, uel causa prohiberi ne fieret, & inualidari si fieret. Hoc enim in alijs contractibus politice emptionum, & uenditionum clarum est. hæc ille. ¶ Corollariū octauum, seruitus nō habet præcisē, & de se repugnantiam, uel contrarietatem ad matrimonium nisi in quantum per ipsam alteri coniugum generatur contra suam uoluntatem in bonis matrimonij notabile præiudicium. Patet. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum.

Artic. 3. Dub. 1.
F An matrimonij liberi cum ancilla, quæ liber contrahendo credit esse liberam, ratificetur per subsequentem copulam. Respondetur. non ratificatur: quia est nullum: hic enim deest consensus, sine quo non est matrimonium. Præterea. consensus unius non sufficit ad contractum matrimoniale. Copula deniq; potest fieri sine omni consensu coniugali. Si uero secundum mentis præparationem contrahere uellet cum ea, dato, q̄ esset seruilis conditionis, iam ratificatur per co-

pulam subsequentem, & consensum liberum. Si autem suspicionem haber de eius seruitute, & nollet in eam consentire, si sciret eam esse seruilem, & cognosceret eam: copula nō ratificat corā deo, sed est matrimonium præsumptum coram ecclesia cum cōstat de copula: quia habuit suspicionē, & præsumptionem de eius seruitute, & nihilominus cognouit eam, nisi tractasset eam affectu uxorio. Si fornicatio, iterum copula corā deo nō ratificat, sed inducit corā ecclesia præsumptionē de cōsensu uxorio. Ponatur, q̄ post contractum habeat fortem præsumptionem de eius seruitute, & ideo non uoluit eam cognoscere, quia iudicat eam seruile, & nō uult sibi præiudicare. Ecclesia uero compellit ad debiti redditionem. An teneatur ex mandato ecclesiæ debitum reddere. Exigere enim non potest nisi affectu uxorio, quem non habet propter conditionem seruilem. Respondet Goffre. tit. de coniugio seruorum. Non debet reddere, uel exigere alias præiudicabit sibi ipsi, quodcumq; horum fecerit. ca. Proposuit de coniu. ser. Et si excommunicatione cōpellitur ad reddendum, debet eā patenter ferre, si non uult liberē cum ea, ut tali contrahere, nec potest obedire ecclesiæ stante sua ad contractum uoluntate. Si. n. affectu maritali tractat eam, est matrimonij corā deo. Si fornicario, est præsumptum. Et ideo non est in hoc ecclesiæ (quæ nescit factū) parendū, nisi uelit eā coniugē habere. Præterea. ecclesia compellens eū ad reddendum debitum, non inrendit nec potest facere matrimonium sine eius consensu: ideo interim nec potest, nec debet reddere, nisi uelit legitime cū ea cōtrahere. Alias cōmittit se discrimini peccati mortalis. Panor. ca. Proposuit. de coniu. seruorū. Idem tenet Richard. ¶ Ponat autē, q̄ ancilla manumittatur. Verum ratificet per ancillæ manumissionē. Respondet, q̄ nō, sine utriusq; consensu libero. ¶ Secundū dubiū. An error seruitutis etiā impedit matrimonij, si liber ex ignorantia præcisē contrahit cum serua, cui in tēpus dūtaxat determinatū libertas est concessa. Respondetur: q̄ impedit: quia quicquid interim agit, agit ut

liber ex ignorantia præcisē cū serua cōtrahit. seruus, & non liber, & ita manet seruilis conditio. Consimiles propositiones posunt poni, & corollaria de seruis originarijs, colonarijs, & adscriptitijs secundum eos, qui dicunt talismodi seruitutis errorem etiam esse impedimentum matrimonij, sicut conditionē seruitutis extremæ, ut supra conclusionē prima. Sed si teneatur oppositum. q̄ error ille nō impedit, sicut error seruitutis extremæ, secundū hoc dicitur. Sunt. n. personæ liberæ, & non serui proprie. Existimo hic opus esse ecclesiæ declaratione: cum neutra illarū opinionū, an s. error impediatur, uel nō uideatur in iure satis elucidata. ¶ Tertium dubium. Verū seruus cum ancilla eiusdē, uel diuersorum dominorum possunt inter se, aut cum alijs seruis, aut liberis matrimonij contrahere inuitis, & contradicentibus suis dominis. Pro quo sit hæc.

Dub. 3. H. Verum seruus cum ancilla eiusdem domini possit cōtrahere.
 ¶ Conclusio prima. Seruo licet matrimonio inuito domino cōtrahere, & dominus non potest seruum, aut ancillam de iure prohibere: quin possit ubi uoluerit in Christo habere. Probatur de coniu. seruo. cap. j. & xxix. quæst. ij. cap. Omnibus nobis. & cap. Dictum, & ad Gala. iij. cum inquit Apostolus. In Christo Iesu non est seruus, neq; liber. Secus de iure civili, cui in hoc non est standum. Sed cum reuerentia illa auctoritatis, tametsi ad hoc communiter allegatur. Sensus enim est. Non differunt quantum ad ea, quæ sunt gratiæ gratum facientis, & promissionis diuinæ, ac de salutis necessitate. Vult enim deum non esse acceptorem personarum. Siquidem seruus non potest ordinari licite de iure, aut monachari nisi manumissus a domino, & tamē ordo est sacramentum maius matrimonio. sed potest contrahere matrimonium domino inuito, et si contrahit, tenet de iure. de coniu. seruo. cap. j. Debita tamen, & consueta seruitia non minus debent pro prijs dominis exhiberi. ibidē. Non enim per contractum liberantur a seruitijs domino debitis. Præterea edictum hoc est prohibitorium, ergo quibus non prohibetur contrahere, conceditur. Nec tenetur seruus obedire domino prohibenti

contractum alias legitimum plus, quam ne comedat, aut bibat. Nec mandati concubium: quia potest consilio euangelico uiuere, & castitatem uouere. Non tamē potest uouere solemniter monastica professione, aut sacri ordinis susceptione. Ratio primi est: quia seruus non est domini quantum ad omnia: sed in multis est sui iuris. Vnde quoscunq; actus exercere potest sine præiudicio dominici: q̄ per hoc non subtrahat seruitutis debitū, & solitum domino exhiberi: ad hos est liber. Cum ergo aliquando potest coniugij debitum reddere sine præiudicio domini, ergo potest cōtrahere, & se ad id obligare, quantum est sui iuris. Ratio. ij. quia in religione totaliter se submittit obedientiæ prælati religionis illius, & per cōsequens omnino impeditur a seruitijs debitis domino. In matrimonio secus est: quia ibi potest debitum reddere saluis seruitijs, domino consuetis. Aliter dicunt alij: quod Scot. ex parte impugnat. Seruus non est domini quantum ad actus naturales, qui sunt necessarij pro conseruatione speciei, aut indiuidui. ut matrimonium contrahere quoad primū. Comedere, bibere &c. quo ad secundum. Et ideo quo ad hoc potest corporis sui potestatem in aliū trāsferre sine cōsensu dñi. Verum quo ad ea, quæ naturalibus superadduntur, ut obsequia manualia, & artificialia, in his manet obligatus suo dño. Et cum per monasticā professionem, aut sacri ordinis susceptionem aliquis obligatur diuinis obsequijs: pro perpetuo, & toto uite suæ tempore, ideo in hoc præiudicatur dño. Secus de redditione debiti, quæ fit tēpore cōgruo, & breui. ¶ Præterea. per illa obligatur homo ad quædam uoluntaria naturalibus superaddita, in quibus obligatur dño suo, sed per matrimonij nō obligat uir uxori nisi quo ad opera naturalia, in quibus est liber. Et ideo unum potest seruus, & nō aliud domino nolente. Et maius sit præiudicium domino cum sacris initiatur, quā cū cōiugaliter copulatur alteri. ¶ Secunda conclusio. Licet dñs uideatur manumittere seruum, quem non reclamans sciēter pmitteat ordinari, uel profiteri: secus tamē est in con-

Dub. 1. An error seruitutis impedit matr. 6

tractu matrimoniali Probatur: quia do-
minus contradicendo non potest impe-
dire contractum serui, ideo eius taciturnitas non habetur pro consensu. In ordi-
natione secus est, ubi taciturnitas habe-
tur pro consensu. Posset enim contradi-
cere, & sciens non facit. Hinc notat Pa-
lud. q. ij. dicens. Taciturnitas eius, cuius
contradictio non impedit, non habetur
pro consensu. Taciturnitas uero, cuius
contradictio impedit, habetur pro con-
sensu. Et sic intelligitur illud uulgatum
dictum. Qui tacet, consentire uidetur: cū
reclamare deberet. Vnde quamuis scien-
te, & non contradicente domino contra-
hat, non fit per hoc liber iure canonico,
& diuino: quia contradictio si fieret,
non impediret contractum: licet uideatur
iure ciuili manumitti: quod in isto ca-
su non tenet. Sed si sciente, & non con-
tradicente domino profectur, aut sacris
initiat, tenet, quia posset contradicere,
& non contradicit: fit ergo liber. ¶ Ter-
tia conclusio. Cum seruus contrahit ma-
trimonium ex uoluntate domini, si onus
matrimonij sit ad aliquod repugnans ser-
uitijs debitis domino, dominus consen-
tiedo seruo: q. potest contrahere, uidetur
eum tacite ab oneribus illis præcipue, q.
matrimonio repugnant, absoluere. Vi-
detur enim eum ex nunc dictis de taci-
turnitate, ad hoc manumittere. Et si pos-
tea reuocat istam concessionem eum ab
actibus coniugij penitus impediendo, aut
ad partes externas mittendo, aut alias secū
agendo, q. nō potest debitū reddere, aut
uxorem quandoq. uisitare, peccat graui-
ter, & esset in manifestis per ecclesie cen-
suras puniendus. ¶ Corollarie sequitur.
Si stante talismodi contractu de uolun-
tate, & consensu domini coniux petit de-
bitum, & seruus euocatur ad aliquid a do-
mino, ratione cuius protunc non potest
debitum exactum reddere, tenetur primū
debitū reddere ex lege diuina, & dehinc
domini mandatum implere, secundum
Sanct. Thom. nisi coniux uelit, aut re-
ctē debeat ad tempus patientiam habe-
re. Non sic sine consensu domini con-
trahit: Cum enim non potest se obliga-
re alteri, nisi salvo alterius iure, cui prius

ligatus, teneatur illi primo obedire, & de
hinc uxori. Siquidem si nomen seruus
sumitur proprie, & pro seruitute extre-
ma, dominus posset seruum uendere, &
aliofsum mittere. Nec uidetur dominus
in hoc facere contra iustitiam supposita
seruitute uera. Melius tamen faceret di-
mittendo eum coniuge: uel ita transmit-
tendo, uel uendendo, q. alteri pareret ac-
cessus. Et uidetur probabiliter dicendū,
sicut dominus non potest seruum simpli-
citer cohibere a contractu matrimoniali:
licet nec simpliciter eum habet impedi-
re a debiti solutione: q. nullatenus pos-
sit debitum reddere, secundum Richard.
¶ Corollarium secundum. Dominus nō
debet uendere seruum suum ad longin-
quam regionē, q. per hoc intolerabile
fiat alteri in debiti petitione præiudiciū:
quia sicut non habet ius eum simplici-
ter impediendi a contractu, ita non ha-
bet ius eum totaliter impediendi a debiti
petitione, uel solutione. Videtur in
his attendendum ad circumstantiam pe-
riculi imminentis castitati, & damni pro-
uenientis ex neglecto seruitio: ppter de-
biti reddidionem, sicut in alijs actibus
humanis. Et secundum hoc sumi potest,
cui primum, & magis sit obsequendum.
Siquidem bonum animæ preferendum
est bono corporis. Et plus obediendum
est diuinæ, quā humanæ constitutioni, ta-
meti, quod est debitum iure seruitutis
humanæ reddendum sit lege diuina. Et
est argumentum pro pacto, quod solet
nonnunquam apponi a parentibus, cum
sponsa contrahit eum uagabundo, ne re-
cedat aliofsum: sed pedem ibi figat. & ua-
let huiusmodi pactum, secundum Palud.
Nec tenetur mulier in hoc casu sequi ui-
rum, sed potest uir ad mulieris instantiā
compelli etiam per censuras ecclesie ad-
manendum, nisi iustam habeat causam.
Sic secundum eundem ualeat professio
CARTHUSIEN. & aliorum reclusorum, qui
alligantur certo loco siue fœminæ, siue
uiri sint, q. scilicet non exeant clausurā
istam. Nec sic se constringere ad locum
certum est contra bonum obedientiæ.
Vade, & uadit &c. Nam eorum profes-
sio est secundum statuta, quæ hoc dispo-
nunt,

Coroll.
2
Dñs nō
debet
uendere
seruū
impedi-
endi ei
a redde-
tione de-
biti ma-
trim.

Cōcl. 3.

Coroll.

1
Seruus
tenetur
prius red-
dere de-
bitū u-
xori q̄
dño.

nunt, ne exeant nisi ex causa iusta, & ne-
cessaria: puta ad edificandum nouam do-
mum, si est inundatio aquarum, incendiū,
inuasio hostilis. Oportet enim plantare
uineam domini. ¶ Dubium quartum de
seruitute superueniente ad contractum.
An uxor potest se facere seruam uiro in-
scio, & nolente: & contra uir se facere
seruum uxore sua inscia, & nolente. ¶ Cō-
clusio prima. Vxor non potest se facere
seruā uiro inscio iure diuino. Probatur.
Gen. iij. Sub uiri potestate eris, & ipse do-
minabitur tui. Vnde uir potest eius factū
quo ad hoc irritare, & cassare. Dicitur iu-
re diuino: quia secus iure ciuili, ut dicunt
iuriste. Quamuis enim quo ad debitum
coniuiale iudicentur ad paria uir, & u-
xor. j. Corin. vij. non tamen quo ad alia,
sed mulier subest uiro, & uir caput est mu-
lieris. ¶ Secunda conclusio. Vir liber po-
test se facere seruum, tamen nō ad hoc
habeat consensum uxoris. Ita tamen, q.
per hoc maneat uxori quo ad debiti pe-
tionem ius saluū. Probatur: quia in hoc
uir caput est mulieris. Non enim per
hoc rumpitur uinculum, cum seruitus su-
peruenit ad contractum: dato etiam, q.
præcedat consummationem. Nec est im-
pedimentum quo ad thorum. Nam tene-
tur debitum reddere etiā domino uetan-
ter: ex quo matrimonium præcessit illam
seruitutem assumptam, nec potuit præi-
dicare uxori. Potest ergo petere, & redde-
re debitum, quando uult, quia saluo iure
coniugali facta est seruitus illa. Magis er-
go in casu debet parere uxori debiti pe-
tenti, cuius ius saluum manet, quam do-
mino oppositum præipienti. Nec præi-
udicatur per hoc uxori ratione seruitu-
tis: quia per hoc nō fit serua: licet taceat,
quia prohibere non potest: ergo eius ta-
citurritas non habetur pro consensu se-
cundum prædicta. Etiam si consentiat,
non fit per hoc serua: quia ad hoc nō cō-
sensit: sed consentit, q. uir faciat se ser-
uum, ad quod non sequitur ipsam esse,
uel fieri seruam: quia seruus potest habere
uxorem liberā, secundum prædicta, cū li-
bera uult cōtentari in modica potestate
corporis uiri. Potest enim sibi ipsi præi-
dicare, si placet. Sic consimiliter dici po-

test: q. liber potest se facere adscriptitiū sine
consensu uxoris: sed non e contra. Ratio
primi: quia mulieri manet ius suum sal-
uum propter præcedens matrimonium,
& hoc lege diuina. Ratio secundi: quia in
hoc mulier subest uiro. ¶ Quintum du-
bium. An liber seruam, cum qua ex erro-
re contraxit, quasi cum libera, possit au-
ctoritate propria, & sine iudicio ecclesie
dimittere. Respondetur, ut supra distin-
xxxv. conclu. v. & vj. Si est notorium, &
manifestum: q. contraxit cum ea, & in fa-
cie ecclesie, aut coram testibus, sic non
potest eam quo ad cohabitationem di-
mittere sine iudicio ecclesie: tamen ma-
trimonium sit de facto, & de iure nullū.
Nemo enim pro causa publica potest ab
uxore diuortari sine iudicio ecclesie. ca-
pit. Porro. de diuor. Sic dicendum de fama:
si habetur de contractu: propter tollere
scandalum. Si autem est omnino occultū,
& secretum, & certum est de conditi-
one serui non uideo, inquit Richard. quin
liber auctoritate propria possit eam di-
mittere. ¶ Sextū dubium. Ponamus: con-
suetudinis est: q. contrahens cum seruo
fiat ancilla, aut serua: An ualeat. Respon-
det Palud. q. sic. Nam sicut ius scriptum
potuit inuenire nouū modum seruitutis,
de Iudæis. c. Ita quorundam. Sic ius non
scriptū. Ita etiam ut mulier alterius ter-
ræ ligetur eo ipso, q. contrahit in tali ter-
ra stante consuetudine præscripta: cum
quia contrahendo sortitur forum: tum
quia uxor sequitur domiciliū uiri. Hoc
uerum, nisi mulier ignoraret eum seruū,
aut consuetudinem istam. Sic enim non
ligaretur. Nam ut dicitur lib. vj. ca. j. & ij.
de constitu. statuta ciuium, & consuetudi-
nes non ligant ignorantes. ¶ Septimum
dubium. Ponatur: seruus contraxit cum
libera scita esse tali, libera uero seruilem
conditionem ignorauit: & ideo contra-
xit præcisē ex ignorantia credens eum
esse liberum. An seruus ille peccet pe-
tendo, aut reddendo debitum. Sic ponat-
tur, q. libera ex quadam præsumptione,
aut fama uolante credidit eum esse libe-
rum: & ita cōtraxit præcisē ex ignoran-
tia seruitutis credens eum liberum: An
possit reddere exactū, uel petere. Ad hoc
Gab. Biel. Vj

Dub. 5.
K
An li-
ber pos-
sit dimit-
tere ser-
uā auct.
propria.

Dub. 6.
An ua-
let con-
suetudo
q. cōtra-
hens cū
seruo fi-
at serua

Dub. 7.
I.

Seruus
contra-
xit cum
libera
scita, li-
bera ue-
ro igno-
rauit ser-
uitū con-
ditio nō

an seru⁹ dubium respondendum est generali so-
 peccet lutione, quæ ualeat in similibus multis.
 Si seruus habet scientiam, q̄ commisit
 pendendo dolum, & quod fraudulenter contraxit
 scito impedimento ecclesiæ de errore
 feruilis conditionis, peccat cognoscen-
 do eam, & fornicatur. Insuper committit
 se periculo, non scito alterius consensu
 cum liber est: aut scito, q̄ non contrahe-
 ret cum eo, cognita eius seruitute. Libe-
 ra uerò habita huiusmodi scientia debet
 non reddere, nisi uelit sibi præiudicare:
 aut matrimonium cum potest confirma-
 re consensu nouo. Si non potest matri-
 monium ratificare ex alia causa, nec red-
 dere, nec exigere potest citra fornicatio-
 nem. Sic si non uult ratificare scita
 seruitute, nec reddere, nec exigere po-
 test. Si uerò libera non habet scientiam
 de alterius seruitute: sed firmam creduli-
 tatem, aut probabilem coniecturam, uel
 præsumptionem fortem, aut conscientiam
 ueram, uel erroneam ex leui, uel
 probabili causa, non refert, iterum non
 potest reddere, uel exigere: si non uult
 sibi præiudicare: aut in matrimonium si
 potest consentire. Si consensit liberè, &
 scienter in seruum scitum esse talem, est
 matrimonium. Si non, non est matrimo-
 niū, tamen propter cōmixtionē habitā
 ecclesia præsumit de matrimonio. Et nō
 refert de conscientia erronea: quia non
 licet contra eam agere: sed deponenda
 est. Item si habet scrupulum cōscientiæ,
 aut lenem cōiecturā, uel debile præsum-
 ptionem de alterius seruitute, hoc est, du-
 bitat, uel habet dubium ex leui causa, ut
 puta quidam hoc dixerunt, potest se upu-
 lū abijcere: & ita petere, & reddere. Si ex
 probabili causa, nec reddere potest, nec
 exigere, nisi uelit sibi præiudicare: aut ma-
 trimonium si alias potest, ratificare. Si
 autem est æquilibre dubium de impedi-
 mento aliquo: si tunc ille potest impedi-
 mētum amouere, ut in proposito libera
 nesciens contraxit cū seruo: & potest, si
 uult in seruu cōsentire: tenet contractus,
 & ita pōt reddere, & exigere. Vel nō pōt
 impedimentum amouere, & non est cer-
 tus, sed dubi⁹: sic quidā distinguūt. Vel su-
 prior mādat cōmixtionē, & sic obediē-

tia excusat. Alij uolūt: q̄ nō tenet facere
 illud, de quo dubiū est, an sit licitum, uel
 illicitum. Et licet debitum reddere ux-
 ori suæ sit de lege diuina; hic tamen du-
 bium est, an illa sit sua, an non. Et cum
 deus prohibet accessum ad non suam: &
 est maius peccatum cognoscere alienā,
 quā nō reddere debitū suæ: ergo cū du-
 biū est, an sit sua, uel nō, & per cōsequēs
 dubiū est, an sit debitū, uel nō, eligat par-
 tem tutiorem, & certiorē, si non uult sibi
 præiudicare. Quandoq̄q; enim potest se
 liberare a periculo peccati, tenetur. Vn-
 de manifesta est ratio: cur debet non pe-
 tere; quia certū est, q̄ nō petere licitū
 est. Dubium uerò est, an possit sine peccā-
 to petere, quia dubium est, an sit sua. Ad
 hoc cap. Inquisitioni. de senten. excom.
 ¶ Octauum dubium. Vtrum dñi tēpora-
 les possint sibi subditos iure prohibere
 ob suorum dominiorum cōseruationē,
 ne extra dominium ipsorum contrahāt
 matrimoniū, & cōtractum, qui ut sic cele-
 bratus est cōtra eorū prohibitionē extra
 territorium, impedire, & dirimere. Ad
 primum præuia distinctione de prohibi-
 tione duplici directā, & indirectā, loquē-
 do de prohibitionē directā, sicut domini
 simpliciter nō possunt subditos dire-
 ctē, ne matrimonia contrahant prohibe-
 re, ita etiam ne extra territorium, seu do-
 minium eorū cōtrahant. Primum patet
 ex dictis, & secundum similiter, & de
 coniu. ser. cap. j. Immo dño in hoc non ē
 obediendum. xxix. q. ij. ferē per totam, &
 in glos. Et hoc uerum est de omni gene-
 re seruorum, & subditorum. Loquendo
 de prohibitionē indirectā, uidentur est
 primò de multiplici acceptōe nominis
 subditus. ¶ Subditus enim dicitur, quā-
 doq; ratione preminētis, uel dignitatis
 alterius in eum. sic iuniores subditi dicū-
 tur seniorum ratione discipline, & bonæ
 institutionis. Sic dicitur Leui. xix. Corā
 cano capite conserge. Et iterū Ecclē. xj.
 In medio seniorū ne adicias loqui. &c.
 Et illo modo, nec directē, nec indirectē
 potest dominus subditum prohibere siue
 in dominio, siue extra a contractu matri-
 monij. Sic inquit Apostolus. j. ad Timo.
 iij. In nouissimis temporibus discedēt

Dub. 8.
 M
 Vtrum
 domini
 tēpora-
 les poss
 sint sub
 ditos pro
 hibere,
 ne extra
 domini-
 um con
 trahant
 matr.

Que
 modis
 dicatur
 subditus

Multi-
 plex di-
 uersitas
 seruorū
 & serui-
 tutum.

quidam a fide & c. caueriatā habētes cō-
 scientiam, & prohibentes nubere. i. a nu-
 ptijs abstinerē secundū glo. quasi nuptiæ
 sint a malo auctore, & nō a deo institutę.
 ¶ Secundò dicitur subditus alicuius rōne
 iurisdictionis, & auctoritatis. Vnde Ro.
 xij. Omnis anima potestatibus sublimio-
 ribus subdita sit, & ad Timo. iij. Admone-
 illos principibus, & potestatibus subdi-
 tos esse. Et hoc dupliciter secundum du-
 plicem iurisdictionem tēporalē, & spiri-
 tualem. De spiritali iurisdictione dicitur:
 q̄ Papa, uel ecclesia potest alicui of-
 ficio, uel dignitati annexere cōditionem
 aliquā quasi per statutum, qua intelligit
 omnem illo officio, aut dignitate prædi-
 cū ab opposito prohibere. Et sic indire-
 ctē prohibiti sunt clerici in lacris consti-
 tuti matrimonia contrahere propter an-
 nexam castitatē sacramento ordinis. Si
 uolunt sacris initiari, coguntur continere,
 seu non contrahere in ecclesia occi-
 dentali. Coguntur inquā nō absolūtē, sed
 si uolunt ordinari, ut supra de sacramento
 ordinis distin. xxiiij. De iurisdictione tē-
 porali dicendum uidetur. Nullus secularis
 princeps quantumcumq; magnus, &
 præcellens debet alicui conditioni suæ
 eam conditionem annexere: quatinus
 subditi de aliquo sacramento arceantur,
 uel impediantur. Nihil enim cōtrarium
 naturali iuri, quale est contrahere sal-
 tem largē, ut supra: aut bonis moribus,
 seu etiam institutioni diuinæ, ut est ma-
 trimonij contractas: aut constitutionib⁹
 ecclesiasticis, & decretis pontificum Ro-
 manorum, per obseruantias, siue cō-
 suetudines præcipere possunt, uel prohi-
 bere principes seculares, seu quouis alij
 domini seculares. ut distin. x. in multis
 cap. habetur in tex. & glo. Sed cōstrin-
 gere subditos, ne contrahant matrimo-
 niū extra dominium, est hmōi. ¶ Tertio
 dicitur subditus rōne cōditionis, uel ser-
 uitutis. Hic attendenda est multiplex di-
 uersitas seruorum, & seruitutum, ut su-
 pra notabili. iij. & iij. Siquidem serui-
 tus sumitur propriē, & impropriē. Im-
 propriē, & largē dicitur aliquis seruus:
 quia aliquid sui cedit in obligationem,
 & ius domini ipso manente libero. Et sic

nullus subditus potest directē, & simpli-
 citer prohiberi a contractu matrimonij.
 Posset tamen aliquis sponte se subijcere
 alicui seruituti, uel officio, ratione cui⁹
 impediretur esse cum uxore, nec posset
 cōiugale debitum pendere: sed ille non
 censeretur propriē prohibitus: quia scip-
 sum impediuit. Prohibitio uerò est adus
 coercitiuus ab altero in alterum. Nec
 quispiam dicitur seipsum prohibere. Nō
 nunquā propter cōditiones, q̄ in aliquo
 sunt, aliquis est inhabilis ad aliquod offi-
 cium explendum: ratione cuius dicitur
 quandoq; prohibitus impropriē, eo q̄
 ut sic cōmodē, & liberē non potest offi-
 cium exequi, cum uellet, aut deberet. Sic
 si iurasset aliquis domino, ut maiori ire
 eū eo ad terram sanctam pro defensione
 terræ illius, cum non posset secum circū-
 ducere uxorem sine periculo non debet
 contrahere: quia tenetur ad iuramentum
 seruandum: & ita non potest liberē nu-
 care uxori. Impeditur ergo, & prohibe-
 tur indirectē a dño petente debitum ob-
 sequium, matrimonium contrahere. Sic
 si ppter seruitutē, ad q̄ se contraxit, co-
 geretur perambulare maria, & terras, uel
 de læderetur matrimonium, si quod face-
 ret cum iuuenula &c. potest enim domi-
 nus non relaxare iuramentum, & ita indi-
 rectē eum impedire a cōtractu matrimo-
 niali, cum seruus ratione seruitutis, quā
 sponondit domino, non possit ei præiudicare:
 & forte uxor nec uult, nec potest,
 nec debet eum sequi. Attamen contra-
 ctus cæteris paribus teneret, maxime si
 mulieri constat de tali seruitute, & iura-
 mento. Videat ergo qualiter a domino
 emancipetur. q̄ si dominus non uult eū
 dare liberum, mulier non tenetur sequi
 eum. Licet enim unicuiq; se seruire in-
 demnē: & nemo ditari potest cum alte-
 rius iactura. Licet demq; vniciq; suum
 interesse tueri. Imputer sibi de stulticia,
 cum dominus ad remissionem stulti non
 uult. Strictē dicitur quis seruus, & im-
 propriē: cum una cum re sua cadit in ob-
 ligationem domino, ut sunt colonarij,
 originarij, adscriptitij, & de illis dicendū
 est ut supra, quod ipso iure prohibentur
 contrahere, non simpliciter, aut absolu-
 Gab. Biel. Vt 2

te, & directe, sed indirecte, ut supra, in præiudicium dominorum suorum, sic scilicet quod propter coniugia oporteret eos recedere a terra, & seruitutes dñorum relinquere contra eorū uoluntate. Si hoc decreuit ecclesia pro uilibus Iudeis, multo amplius ualet pro principibus, & dominis Christianis. Sic. n. dicitur de Iudeis ca. ij. Hi uero, qui in possessionibus eorū sunt (eorum scilicet Iudeorū) licet legū distinctione liberi sint, tamē quia colendis terris eorum diu adheferunt, ut pura conditione loci debentes, ad colenda rura remaneant, cōsuetas pensiones prædictis uris præbentes &c. Igitur si prohibentur illi serui colonarij, & originarij, seu etiā adseruarij extra terrā hmoi seruitutis contrahere: nō est rationi, & equitati contrariū, sed ualde iustū (ut uidet) si principes habentes aliquos sibi subditos, & quasi seruos, qui cōsuetudine, aut de iure tenent territorium eorum inhabitare, nec possunt se aliorum, cū uolūt, ducta coniuge alibi transferre ad alterius dominium, statuat, quod nullus ducat extra territorium uxorem, nisi ut per hoc non præiudicetur sibi in seruitute debita.

¶ Proprie uerō dicitur seruus, qui in seruitutem uēdi pot, ut supra. Sic sunt serui iure gentium, qui in bello iusto capiuntur, & uenduntur. Iure ciuili, qui maior uiginti annis passus est se uenundari ad precium participandum. De quo Instit. de iure persona. §. Serui autē. Istis inquam non directe, sed indirecte coniugia etiā sunt prohibita plus, quam prædictis: quia maiori uinculo seruitutis adstricti minus possunt liberē coniugale debitum soluere. Si enim contrahunt, tenet contractus: saltem si alias legitime contrahunt. Per hoc tamen non liberantur a seruitute dominis debita, & consueta exhiberi. de coniu. seruorum. cap. j. Contrahunt ergo saluo iure domini post contractum: sicut ante. Et ita dominorum prohibitio, si fit quandoq; & alias non illicitē, est quasi protestatio, uel infinuatio de non uelle carere iure suo, nec cedere propter coniugalem contractum superuenientē, siue contrahant in territorio domini, siue extra. Tenet quidem contractus, sed ius do-

mini saluum erit in seruum, sicut prius. ¶ Nonum dubium est de secundo defectu impotentia ex parte ætatis, an ætas puerilis impediat, & dirimat matrimonium. Ad hoc dicit. Si puella ante annos; xij. & masculus ante annos. xiiij. contraxerint, etiam uerbo de præsentī, potest contractus dissolui de iure fauoroso: quia tēpus pro coniugio statuitur non simpliciter propter se, sed propter potentia coeundi, & rationis usum ad ponderandū onera matrimonij. Et quia illa ut communiter reperiuntur hoc tempore in adolescentia: licet quandoq; malitia supplet etate: hoc est uigor naturalis, & potentia coeundi, & similiter rationis usus præuenit pubertatis annos, & ius disponit de his quæ communiter accidunt: ergo ius ad tempus expressit minores fauorabiliter illegitimando propter defectum requisitorum ad coniugium liberum. ¶ Videtur tamen si puella. xj. annorum a multis cognita cum effectu, & masculus. xij. annorum, qui multas cognouit, non amens, sed rationis usum habentes sponte, & uolentes contraherent, non fore separandos. & de spon. impu. & lib. vj. ca. vni. co. eo. titu. Hic enim malitia supplet ætatem. Et edictum est prohibitorium. ¶ Si queritur de ætate ad matrimonium spirituale: Respondet Palu. distinct. xxxvij. Consimiles ætas requiritur ad matrimonium spirituale, sicut ad carnale. Unde possunt profiteri, quando, & cōtrahere.

DISTINCTIO. XXXVII.



VNT igitur quidam ordines, in quibus nullatenus potest cōtrahi matrimonium &c. Huc usq; magister egit de personis non omnino illegitimis ad contrahendū. Nunc de simpliciter illegitimis: quæ nec cōtrahere ualent, nec cōhabitare, si contraxerint. Et primo de impedimentis illegitimantibus personas respectu quorumcūq;. Secundo respectu aliquarum personarū. dist. xxxix.

In hac

In hac dist. de impedimento ordinis sacri. Summarium textus his continetur cōclusionibus. ¶ Prima existens in sacris, & maioribus ordinibus non potest contrahere matrimonium. quod si de facto post ordinationem contraxerit: licet carnalis copula subsecuta fuerit, iudicio ecclesie sit diuortium. ¶ Secunda conclusio: Existens in minoribus ordinibus potest uxorem uirginem non repudiaram, uel uirgine ducere, nisi uelit continentia profiteri, aut religionis habitum sumere, si saltem uult ad maiores ordines scandere. ¶ Tertia conclusio. Uxorica inhabilis est ad contrahendum matrimonium si tamen de facto contrahit, tenet contractus. Et intelligitur, cum occidit eam ex odio, uel propter commissum adulterium: secus si cum alia commixtionē habuit, quam ut habere possit uxorem suam occidit. de quo dist. xxxv. Quorum declaratio ex textu haberi potest.

Q VÆSTIO VNICA

A VÆRITVR circa dist. xxxvij. de impedimento ordinis sacri, & uxorici di: Vtrū ordo sacer impediat, & dirimat matrimonium, pariter, & uxorici dium. ¶ Pro articulo primo, qui terminos declarat, supponatur ex dictis supra distinctio. xxxiiij. de impedimentis matrimonij, quod ecclesia aliqua interdicit simpliciter, ne fiant, sine irritatione facta in contrarium. Sic interdicit matrimonium tempore feriato. Aliqua interdicit cum irritatione facta in contrarium. Sic ordinati interdiciuntur contrahere. Reliqua remittuntur ad dicta in distinct. xxiiij. & xxv. de sacramento ordinis: Quid ordo: & quot sunt ordines. Qui, & quot, & quare dicuntur sacri, & alij nō sacri &c. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Nullus minorum ordinum impedit aut dirimit.

Artic. 1. Diuisio de impedimentis matrimonij. quo ad ecclesiam

Artic. 2. Cōcl. 1. Nullus minorum ordinum impedit aut dirimit.

de cle. cōiu. c. unico li. vj. non tamen renet beneficium ecclesiasticū, nec recipere potest. eo. ti. c. j. & c. Quod a te. & ca. Diuersis fallacijs. Nec refert, an unū tñ, uel plures habeat ex nō sacris, seu minoribus ordinibus sic dictis: quia eorum actus est tangere non sacra. Non enim habent tñgere calicem consecrati, uel encharistia. Attamen in ecclesia orientali clerici uxori non priuantur beneficij, uel officijs. ¶ Secunda conclusio. Ordo sacer, puta subdiaconatus, diaconatus, aut sacerdotij præcedens impedit matrimonium cōtrahendum tam in orientali græcorum, quā in occidentali latinorū ecclesia, & dirimit, si fuerit post sacri ordinis susceptionem contractum, non ratione uoti annexi, sed ratione constitutionis ecclesie: quæ sacris initiatos fecit ad cōiugium illegitimos. Qui cle. uel no. ca. Ex literarum. Sed fit irregularis: de facto contrahens. Allegat pro prima parte Magister plura quæ habentur in decretis. xxxij. dist. Placuit. Item dist. xxvij. c. Presbyteris. Et. xxvij. cap. Nullum. Item de cle. coniu. cap. j. Ratio: quia ecclesia sacris initiatos fecit ad matrimonium contrahendum simpliciter illegitimos, & inhabiles. Et non est ratio propter annexionē uoti sacro ordini, ut habet Gerf. i Floribus, de matrimonio. sed ecclesie constitutio est in causa. Nec etiam ordo impedit: quia ordo. Sic. n. omnis ordo impedit. Neq; quia sacer ordo absolutē: sed dispositiue: quia ecclesia sic ordinauit. Itē si ratione uoti impedit, omne uotum impedit &c. ut deducit Scot. & Petrus de Palu. quia ex nullo statuto uotum potest adiungi alicui facto, nisi fons uoluntarie consentiat. Nullus enim ligatur ex uoto ad uotum factum ab alio maxime si habet uotum contrarium, nisi consentiat. Nemo enim uolens dicitur uouere nolitū. Sed stante illo statuto de uoto annexo: potest quis in animo contradicere, & dissentire contrarie tempore ordinationis: & habere animū nō continendi. Possibile est ergo: ille non uouet cōtinentia: & per consequens ratione uoti non impeditur a cōtractu matrimoniali: quia nullū fecit. Uouere enim est me-

Cōcl. 2. Ordo sacer præcedens impedit matrimonium in utraque ecclesia.

coniu. cap. j. Ratio: quia ecclesia sacris initiatos fecit ad matrimonium contrahendum simpliciter illegitimos, & inhabiles. Et non est ratio propter annexionē uoti sacro ordini, ut habet Gerf. i Floribus, de matrimonio. sed ecclesie constitutio est in causa. Nec etiam ordo impedit: quia ordo. Sic. n. omnis ordo impedit. Neq; quia sacer ordo absolutē: sed dispositiue: quia ecclesia sic ordinauit. Itē si ratione uoti impedit, omne uotum impedit &c. ut deducit Scot. & Petrus de Palu. quia ex nullo statuto uotum potest adiungi alicui facto, nisi fons uoluntarie consentiat. Nullus enim ligatur ex uoto ad uotum factum ab alio maxime si habet uotum contrarium, nisi consentiat. Nemo enim uolens dicitur uouere nolitū. Sed stante illo statuto de uoto annexo: potest quis in animo contradicere, & dissentire contrarie tempore ordinationis: & habere animū nō continendi. Possibile est ergo: ille non uouet cōtinentia: & per consequens ratione uoti non impeditur a cōtractu matrimoniali: quia nullū fecit. Uouere enim est me-

re uoluntarium. Sed licet nō impeditur ratione uoti, impeditur tamen ratione illegitimationis per ecclesiā factę. Preterea in ecclesia orientali iam uxoratus potest sacris initiari: sed factis initiatus non pōt matrimonio de hinc copulari. Op^o ergo, ut id ante subdiaconatum fiat. dist. xxxij. ca. Si quis. Item orientales cum suscipiunt ordinem, non uouent continentiam. dist. xxxj. ca. Aliter. Ratio huius cōclusionis potest esse. Decet enim ministros domini habere munditiam mentis, & corporis, pspicacitatem ingenij, & affectus puritatem pariter, & seruorem: ad quę plurimum conducit continentia, & impedit incontinentia. Nec in hoc ecclesia p̄iudicat cuiusq; quia nō compellit directe ad continentiam: sed statuto ordinauit: si quis uult sacris initiari, ad q̄tū nō compellitur, debet castę uiuere, & hoc factis publicauit: q̄ sacris initiatus est ad coniugium illegitimus. ¶ Tertia conclusio. Matrimonium prius contractum non impedit de facto ordinis susceptionem: nec est tale impedimentum matrimonij ad ordinem suscipiendum, quale est ordinis ad matrimonium contrahendum. Probat. uxorat^o potest ordinari, & ordinatus semper recipit characterem etiam cum contra uxoris uoluntatem, aut contra prohibitionem ecclesię ordinatur ceteris paribus: quia ad hoc non requiritur nisi sexus debitus, & intentio debita susipientis, & ministrantis: non aut recipit executionem, cum ordinatur contra ecclesię prohibitionē, aut uoluntatem uxoris. de quo supra dist. xxv. q. i. In orientali enim ecclesia iā uxorati. nō bigami possunt ritę ordinari, & in susceptis ordinibus ministrare. In occidentali ecclesia pōt uir non bigamus accedente uxoris fauore ordinari, uel facto legitimo diuortio propter uxoris adulterium, & in omnibus licitę ministrare. Secunda pars p̄batur: quia in coniugio requiritur legitimatio personarum ad contrahendum: sed per ordinem sacrum susceptū ē ille factus simpliciter illegitimus, & inhabilis ad matrimonij contrahendū. ¶ Quarta conclusio. tamen apud gręcos ordo impediatur matrimonij contrahendum,

& dirimat postea contractum: sicut apud Latinos: nō tamen impedit apud eos matrimonij prius contractū ulum, nisi ad horam cum faciendum est ordinis ministerium: sicut olim tēpore leg. uet. de quo dist. xxxj. in multis. c. Non potest, aut debet uxor clerici gręci eo defuncto alibi contrahere. Vnde propter hęc duo, in quibus p̄iudicatur uxori: nō debet clericus gręcus ordinari sine eius consensu. Sic etiā intelligi debet, quod dicitur dist. xxxj. cap. Aliter. Eorum sacerdotes, diaconi, & subdiaconi matrimonio copulantur id est prius copulato uiuunt, secundū glos. ¶ Quinta cōclusio. Ordinatus inuita uxore uerbo de p̄senti, aut inscia uel ignorante, siue ante, siue post matrimonij consummationem: tamen si post ante consummationē monachari, & nolente, non tamen sacris initiari. Nec potest debitum petere, uel negare: sed exactus tenetur reddere. de quo supra. dist. xxxij. Vnde minus habet solemnitas ordinis, quā religio. Corollarium respō suū. Tam apud gręcos, quā apud Latinos ordo sacer p̄cedens impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum post ordinem sacrum. Siquidem in sexta Synodo statutum fuit. dist. xxxj. c. Quoniam, quod nullus existens in sacris de nouo, seu denuo contraheret matrimonium. Attamen in eadem Synodo nihil fuit de continētia mandatum: & ideo si quis contraxit, antequā esset in sacris ordinib⁹, ille nō tenebatur ad continentiam, quādiu uxor sua uixit. secus uxore mortua. Nec licebat ei uxore defuncta secundariō contrahere. Tunc enim fecisset cōtra statutum illius Synodi. Itē fuisse bigamus, & irregularis. Dicit. n. apostolus. j. ad Timo. iij. Vnius uxoris uirū. non solū de p̄senti: sed & de p̄terito. i. non pluriū. Et quia gręci acceptant ea, quę in ista Synodo tunc fuerunt statuta: ideo hodie sic tenent. Postea uerō in cōcilio solēni Carthaginēsi. ij. dist. lxxxij. ca. Cum in p̄terito concilio. consentientibus omnibus de ecclesia occidentali, sed non orientali, statutum fuit de perpetua continentia clericorum, & ante, & post ordinem susceptionem. ita q̄ simul non

Cōcl. 5.

Coroll. In utraque ecclesia ordo sacer p̄cedens impedit matrimonium, & dirimit contractum.

haberet uxorem, & ordinē sacrum, quo ad executionem utriusq; simul. Potest enim nunc uxoratus ordinari de licentia coniugis, uel ecclesię stante alterius demerito: sed non potest coniugale debitum licitę pendere: cum iam de coniugis licētia, uel ecclesię ordinatus est & cap. Ex literarum. qui de. uel uo. ¶ Sexta conclusio de impedimento uxoricidij. de quo supra. distinct. xxxij. & distinct. xxxv. Si quis occidit uxorem propriam non alienam ex ira, inuidia, aut furore seu odio, eam persequendo propter culpam in adulterij uindictam: aut quia exosam eam habet propter turpitudinem, uel causam consimilem non culpabilem, prohibetur alibi matrimonium contrahere citra facti irritationē. Dicitur eam persequendo propter culpam. Si enim eam persequeretur, ut ea interempta posset alibi contrahere cum illa, quam forte polluit per adulterium & c. impedit contrahendum, & dirimit contractum, ut supra dist. xxxv. Sic enim persequitur matrimonium. de eo, qui duxit in uxorem & c. capit. Super eo.

Cōcl. 6.

De impedimento uxoricidij.

Cōcl. 7.

Hinc sequitur licet interfectoribus coniugum suorum semper denegetur, & prohibeatur matrimonium, non tamen simpliciter cum irritatione facti in cōtrariū. Est ergo quandoq; impediens tñ, ut supra. dist. xxxij. quandoq; impediens, & dirimens ut supra dist. xxxv. cum conditionibus, & limitationibus ibi adiectis.

Artic. 3.

Dub. 1.

E

Dub. 2.

F

Verum licet uiro suam uxorem propter adulterium occidere.

¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primū: An continentia annexa ordini sacro, & professioni monasticę sit eis eodē modo annexa: in uni, puta professioni, ex uoto: alteri puta ordinationi, ex statuto ecclesię. Ad hoc patuit supra. dist. xxxij. ¶ Secundum dubium: Vtrum liceat uiro uxorem suam propter adulterium occidere. Ad hoc dicendū. Vxorē occidere propter adulterium intelligit scdm Duran. Vel q̄a ut adulteram uir eam accusauit zelo iustitię corā iudice zelo bono non ex odio, aut inuidia. Vel quia auctoritate propria zelo uindictę eam occidit uerberando, uel modo consimili extra ius, & non seruato iuris ordine. Sic. n. nec in adulterio deprehensā: nec statim

post factum: licet uiro in foro cōsciētiz uxorem occidere, uel usq; ad mortem uerberare: sed licet eam in casu accusare, moderate castigare, secundum Richar. & Palu. Cum enim uir p̄stet ei solum p̄sidentia economica, eam castigare potest cū moderamine, & propter adulterium dimittere ut supra: sed non p̄stet ei politicę, ideo eam exterminare nō potest. Nemo enim auctoritate p̄pria gladiū sibi usurpat potest Matt. xvj. & c. Hoc faceret uir, si eam occideret: unde & puniendus foret. Et idem est de muliere respectu uiri. Pariter enim prohibiti sunt quo ad hoc lege diuina. Non occides. q̄ est potestatis iudicialit. Secus de correctione domestica sic enim uir p̄stet mulieri. Et dato, q̄ uir sit iudex ordinarius in loco, non tamen licet sibi eam occidere, nisi seruato iuris ordine. Sēper enim p̄stet est uxoricidij extra iudicium, ceteris paribus. Inno. secundū Duran. Occisio mulieris si fiat extrajudicialiter, semper est peccatum. P̄iudicat. n. p̄sonę, & reipublicę. p̄sonę: quia non debet occidi nisi conuicta aut confessa iudicialiter, & seruato iuris ordine. publicę iustitię: q̄ non per publicum iudicem. Sic Pharisęi deprehensam in adulterio adduxerunt ad Christum: ab eo recepturi iudiciū. Ioan. 8. Nō autē occiderunt eam. Sic senes Sufannā accusauerunt cōuocato populo coram omnibus deprehensam in pomario, non occiderunt. Daniel. 13. ¶ Tertium dubium. Quomodo uerum est, q̄ dicitur in textu. Ecclesia gladium non habet. cum tamē dicitur. Lu. xxij. Ecce duo gladij hic. & nisi sic: non dixisset domin⁹ factis est, sed nimis est. Respōdetur: utriusq; gladium habet ecclesia; ut dicit Bern. ad Eugē. & habetur in extrauagante. Vnam sanctam. Sed differenter: Spirituali utitur per se: materiali uerō per manum secularem, qui educi debet ad iussu imperatoris, ad nutum sacerdotis. Spirituali uerō gladius per ecclesiam uenit exercendus. Magister in texto loquitur dumtaxat de gladio ab ecclesia extrahendo, secundum Richard.

Dub. 3. G Ecclesia gladium non habet quō intelligatur.

Cōcl. 3.

B

Matrimonium prius contractum non impedit de facto ordinis susceptionem.

Cōcl. 4.

De mat. gręcorū in sacris

DISTINCTIO. XXXVIII.



VNC de uoto inspiciamus. Votum est testificatio &c. Egrot de impedimentis ortum habentibus ex cōstitutione ecclesiastica. Nunc de impedimentis simpliciter illegitimantibus ex cōstitutione diuina, scilicet impedimento uoti, & alterius ligaminis cōiugalibus. Summarium textus in tribus colligitur.

Cōcl. 1.

potest conclusionibus. ¶ Prima, uotum, qd est testificatio qdam promissionis spontaneæ factæ deo, habet differentias plures: quia aliud cōmune, aliud singulare. Singularium aliud priuatum, cuius transgressio peccatum. Aliud solenne: cuius uiolatio peccatum est, & scandalum. ¶ Secunda propositio. Votum priuatum, & simplex continentie prohibet matrimonium cōtrahendum. Solenne uero impedit contrahendū, & dirimit de facto post contractum, quibus non solum nubere, sed & uelle est damnabile. ¶ Tertia propositio. Vir legitime coniunctus uxori, & econtra, non potest uiuente coniuge alium ducere, si uoluerit grauissimum crimen adulterij cuitare. Quia si quispiam coniugum credens alium in bello, uel alias mortuum alteri ex ignorantia nupsit: redeunte primo restituitur eidem dimisso secundo: sicq; propter ignorantiam excusari poterit ab adulterio. Cōclusiones illas prosequitur textus.

Cōcl. 2.

¶ Secunda propositio. Votum priuatum, & simplex continentie prohibet matrimonium cōtrahendum. Solenne uero impedit contrahendū, & dirimit de facto post contractum, quibus non solum nubere, sed & uelle est damnabile. ¶ Tertia propositio. Vir legitime coniunctus uxori, & econtra, non potest uiuente coniuge alium ducere, si uoluerit grauissimum crimen adulterij cuitare. Quia si quispiam coniugum credens alium in bello, uel alias mortuum alteri ex ignorantia nupsit: redeunte primo restituitur eidem dimisso secundo: sicq; propter ignorantiam excusari poterit ab adulterio. Cōclusiones illas prosequitur textus.

Cōcl. 3.

¶ Tertia propositio. Vir legitime coniunctus uxori, & econtra, non potest uiuente coniuge alium ducere, si uoluerit grauissimum crimen adulterij cuitare. Quia si quispiam coniugum credens alium in bello, uel alias mortuum alteri ex ignorantia nupsit: redeunte primo restituitur eidem dimisso secundo: sicq; propter ignorantiam excusari poterit ab adulterio. Cōclusiones illas prosequitur textus.

QUESTIO. I.

A



Onsonē ad materias principales, quibus Magister dist. presenti pertractat, de uoto scilicet, ligaminis impedimento. de quo supra dist. xxxij. q. j. & de scā dalo, aliquor mouendę sunt quęstiones. Quęstio prima de uoto: Vtrum contine tię uotum impediatur, & dirimat matrimonium. Quomodo materia de uoto lata sit, & extensa: utrum impediatur de quin que principaliter, & in genere dicendū

uenit. Primum est uoti descriptio. Secundum eius partitio. Tertium eius obligatio. Quartum efficacia ad dirimendum matrimonium pariter, & impediendum, ac eiusdem utilitas. Quintum dispensatio, uel commutatio. prout, & preceptor meus mihi semper obseruandus (cuius operis: quia morte præuentus ante dist. xxij. spiritum deo tradidit supplementū tale, quale annectere proposui) in preceptorio suo eandem tenuit partitionem. Hinc collecta per eum hic fideliter inferam. ¶ Quantum ad primum notandum Nomen uotum secundum Palu. dicitur quasi uoluntariē factum: & secundum S. Thom. importat suo nomine quandam obligationem, non cuiuscumq; sed deo factam. Hic enim solus est cōrdium cognitor. Ex consequenti importat obligationem ad ea, quę ad deum pertinent, & ad eius cultum, & honorem pariter, & hominis salutem. Diuersę a doct. ponuntur uoti acceptiones, & descriptiones. Prima acceptio ē, quę dicit generaliter omnem promissionem factam deo siue de bono, siue de malo ad salutē necessariā, uel nō necessariā. Sic Iepte Iudicum. xj. uotum nouit domino, q; quicunq; primum egrediretur de foribus domus sue, eiq; occurreret reuertenti cum pace a filijs Amon, & a cæde Amonitarum, offerret eum holocaustum domino. q; fuit promissio incauta, inquantū se extenderat ad filie innocenti occisionem. Hinc secundum beatum Hieronymum sic uouēdo stultus fuit, & indiscretus, & in reddendo promissum impius: quia filiam innocentem ingulauit. Secūda acceptio strictior est, quę uotum dicit promissionem factam deo de re sibi placentem necessarijs: siue de his, q; tantū consilij sunt, & supererogatiōis. Sic Gen. xvij. uouit Iacob uotum domino, q; dominus esset ei in deum. hoc maxime est de salutis necessitate. Potest tamen etiam dici: q; uotū Iacob fuit de speciali dei cultu, & ita de bono supererogationis: ut infra. Ita uidetur uotum accipere Magister, cum distinguit uotum in commune, & singulariter: dicens uotum, quo in baptismate renunciatur diabolo, & pompis eius, esse

Not. r. Nomen uotum dicitur quasi uoluntariē factum.

Triplex uotum Baptismi, ordinis, & religionis

uotum commune. Sic enim renunciare est de salutis necessitate. Sic uouere cōtinentiam, paupertatem, & obedientiam est consilij. Hugo Postil. super psalm. lv. triplex ponit uotum, baptismi, ordinis, & religionis. quę tria esse debent in homine: ut non separentur ab eo per transgressionem. Primum est omnium. Secundum clericorum. Tertium religiosorum. Tertia acceptio uoti est propriissima: q; dicit promissionem deliberatam factam deo de bono supererogationis. Siquidē quod est absolute necessarium, ita q; nō potest non euenire, uel esse, nō cadit sub uoto: ut si quis uoueret se moriturū, aut non uelle uolare. Item quod non habet absolutam necessitatem, nisi dumtaxat finis: ut puta quia sine eo non potest esse salus: non cadit sub uoto, inquantum est necessarius. Posset tamē esse materia uoti inquantum sit uoluntariē: licet si precepti: non autem inquantum est necessarius. Quod autem nec cadit sub necessitate absoluta, nec finis, est omnino uoluntarium: & ideo est materia propria uoti: & hoc est bonum supererogationis: & dicitur esse de meliori bono comparatiue ad suum contrarium: ut supra dist. xxxij. Et ad illam rationem uoti propriissimam, quę est de bono nostrę uoluntati subiecto, requiruntur tria. s. deliberatio, propositum uoluntatis faciēdi, uel omitendi, quod deliberatum est, & promissio, per quam intendit se obligare ad sic faciendum. Et enim promissio, obligatio adimplendi tale propositum, quia homo uult esse obligatus, & sese obligare ad faciendum propositum, & delibatum. Hęc fit ad minus uerbo interiori, & sufficit coram deo, qui intuetur cor: aut quandoq; uerbo exteriori corā ecclesia. Vnde Prouer. vj. In laqueatus es uerbis oris tui. Cum autem homo homini se obligat per promissionem, quę est rationis actus secundum Sanct. Thom. ij. q. lxxvii. ar. j. ideo ipse actus rationis, qui est promissio, ē essentialiter, siue realiter uotum. Ex quo patet secundum illum doct. q; uotum est actus rationis præsupponit actum uoluntatis. Nam promissio ut dictum est, ad rationem pertinet.

Triā in uoto requiruntur.

Ad rationem autem pertinet ordinare. Promissione uero ordinamus, quid alijs facere debeamus: sicut deprecatione, aut imperio, uel iussione quid nobis ab alijs fiat. Et licet plures actus tam uoluntatis, quam rationis ad uotum concurrant, ad minus duo in ratione: & similiter duo in uoluntate; uel etiam in qualibet illarum potentialium tres: Primus, qui dicitur rationis, quia offertur uoluntati bonum uouendum sub ratione boni: Secundus, uoluntatis mouentis rationem ad deliberandum circa tale bonum, an expediat: Tertius rationis deliberatio: Quartus uoluntatis propositum, quo uult exequi deliberatum a ratione: Quintus, actus uoluntatis, quo mouet rationem per modum imperij ad obligandum se ad executionem propositi: Sextus, promissio rationis, quia sic obligat hominem ad propositi executionem: Solus tamen hic actus, qui est promissio essentialiter est uotū: licet ipse non sit sine alijs quinque. Sed quia immediate uoluntas imperat, & mouet rationem ad promittendum ea, quę uoluntas proposuit: ideo a uoluntate tanquam a causa uotum nomen accipit. A uoluntate enim uotum dicitur: quoniam ex uoluntatis imperio ratio promissionem illam facit. & ex eo, q; sponte quis uoto obligatur. Sed posset aliquis opponere contra dictum Sanct. Tho. cum dicit. Votum est essentialiter actus rationis. Videtur probabilius q; sit actus uoluntatis. Nam uotum nihil aliud est, quam obligatio, quia quis se spontaneē obligat deo ad aliquid agendum, uel omitendum. In actu enim obligandi, & obligante perficitur ratio uoti: & sine uoluntate se se obligandi nunquam est uotū. Hinc ut refert Angelus in sum. uer. Votum. aliqui addunt, per intentionem obligandi se ad implendum promissum. Hoc autem (puta obligatio illa) nunquam fit per actum intellectus præcisē: quia non nunquam ratione iudicante, q; homo debet se protunc obligare deo, uoluntas recusat, & renuit: & sic per actum rationis nō fit obligatio completiue: sed manet uoluntas libera: sed dumtaxat ligatur per actum suum, quo consensit dictamini ra-

tionis: qui utiq; est uoluntatis. Et sic cū uult obligari, uel obligata esse, iam ligata est. Præterea per uotum dominium uoluntatis respectu eius, quod uouetur quodammodo transfertur a uoluntate. Si quidem uoluntas, quæ prius libera fuit, & domina respectu talis actus, iam necessitatem propter uotum ad talem actum saltem necessitate finis. Quæuis. n. uouere sit libertatis: attamen impletio uoti est necessitatis, & iam nō est amplius in libera potestate uoluntatis actū facere, uel omittere. Hinc Sco. dist. præsentis. Per uotum dat quis, cui uouet, ius in se ad actum sequentem illud uotū. Et per cōsequens dat ei ius ad faciendū in se obseruari id, quod deuotum est. & per consequens non potest dare ad oppositū. Sed dominium transferri nō potest, nec talismodi datio fieri, nisi per actum uoluntatis: ut manifestum est. ergo ut uideatur actus ille uoluntatis, quo uoluntas uult ex nunc obligata esse deo ad huiusmodi actum agendum, uel omitendum, est essentialiter uotum, quæuis talis actus plures actus rationis præsupponit. ¶ Per hoc ad rationem Sancti Tho. Ad rationem pertinet ordinare. uerū est per modum iudicij, siue dictaminis dictantis, & ostendentis qualiter sit ordinandum. Verum ordinare unum in aliud referendo, uel propter aliud dilectum faciendo, est uoluntatis. Alioquin quomodo uoluntas posset unum propter aliud diligere, nisi huiusmodi dilectionem refert in dilectionem alterius, hoc est unum diligere propter aliud plus dilectū: & nisi sic usus non esset actus uoluntatis: quod est contra omnes: cum tamē sit amor cōcupiscētiæ. Itē deprecari si dicit desiderū, ad affectū pertinet. Iubere quoq; uel imperare uolūtatis est, & non rationis nisi præcedere. Quid. n. est iubere nisi uelle sic fieri ut ratio dictauit, uel disposuit. Quod etiā arguit, Promissio fit uerbo exteriori, uel interiori, nō uidetur uerū: sed promissio fit actu uoluntatis. Manifestatio autem apud ecclesiam fit signo exteriori. Deo uerō cor patet, & mens loquitur. Et stante uolūtatis actu elicito, quo uoluntas uult esse obligata, uel se

obligare: iā est promissio perfecta, & consummata, & non sine uoluntatis actu: dato etiā, q̄ nūquā manifestaretur ad extra quocūq; signo sensibili. Aliud enim est uotum, aliud manifestatio uoti. Illud præcedit, illa sequitur saltē ordine naturæ. Istud fit actu uoluntatis elicito, ista uerbo. Et ideo si promissio dicit formaliter obligationē ipsam, p̄missio ē actus uoluntatis præsupponens actum dictatiuū, & ostensiuum rationis: cum hoc tamen stat, q̄ promissione ordinamus referendo. Quoniam etiā uoluntas est reflexiua: quia immaterialis, & ita collatiua, potēs referre suo modo: ut dictum est: utendo s. siue ordinando unū diligibile ad aliud: Referre autem siue conferre: ut Scot. loquitur dist. xxxvii. secundi, per modū iudicij est solius intellectus: ergo ut uideatur, uotum est præcisē actus uoluntatis. Attamen ad dictum Sancti Thom. posset quis dicere: q̄ est locutio causalis, cum dicit uotum esse essentialiter actum rationis. præsupponit enim rationem & iudicium intellectus. Sed si aliud uoluit doct. ille, relinquatur dictū suū &c. Durand. q. j. dicit duo esse obligationū genera. Quædam enim obligatio fit auctoritate alterius. ut est obligatio præceptiua. Alia ex libera uoluntate: & hoc dupliciter: uel deo, uel homini. Si homini, uocatur promissio, uel pactum. Si deo, dicitur uotum. Et quandoq; uotū tacitū, cum apud solum deum obligat: & fit solo actu interiori. Aliquando fit uerborum expressione, uel signorum exhibitione, & tenet corā deo, & homine &c. ¶ Secundō notandum. Votum sic describitur secundum Richard. art. iij. q. ij. C. Est propositi supererogatiue boni promissio deo facta propter finem bonū, ex deliberatione firmata. Posset forte non ab re addi, ab eo, qui sui iuris est, quantum ad tale bonū promissum. Addunt alij cū intentione se obligandi ad seruandū promissum: sed non oportet, ut uideatur: quia satis secundum dicta notabili primo includitur in nomine promissio deliberatoria. Est tamen differentia inter propositum, & deliberationem. Primum. n. quis disponit, aut cogitat apud se uelle quid

Aliud uotum, aliud uoti manifestatio.

Differentia inter uotū, & iuramentum.

Not. 1.

Quid sit uoti descriptio.

boni facere. Deinde deliberat, quid facturus sit. Post hoc proponit in animo se facturus id deliberatū, & cogitatum. Deum promittit se hoc facturum, & se ad hoc obligat: ita q̄ dominū liberū quoad actum illum quodammodo a se abdicat, & in aliu transfert. ¶ Dicitur primū in illa notificatione propositi. i. rei propositæ, non pro actu proponendi, quia ille præsens est: sed uotum, & promissio est futuri. ¶ Dicitur supererogatiue. i. alias non debiti, ut supra notabili primo. Boni. n. quæ sunt de salutis necessitate, aut præcepti, non cadunt propriē sub uoto, sed larges: & uotum debet esse uoluntarium tam ex parte principij, a quo procedit, quā ex parte eius, quod uouetur: & debet esse de his, quæ alias licerent. Et per hoc innuitur differentia uoti, & iuramenti. Iuramentum enim est de omnibus necessarijs etiam de malis quandoq; non sic uotum. ¶ Dicitur boni. Votum. n. nō potest esse, nisi de re, quā deus acceptat: malum uerō ut tale non acceptat, nec ordinat hominem ad deum. ¶ Dicitur promissio, quod ponitur loco generis: ad excludendum nudū propositū etiā quacūq; deliberatione fulcitur. Nullum enim tale uotum est: aut obligatorium: nisi accedat p̄missio, seu animus actu, uel habitu se obligandi. Non enim uouet omnis, qui uult aliquid, & ideo propositum non est uotum: sed est principium uoti, & quædam animi conceptio præcedens uotum. Vnde illa locutio causalis est, cum quandoq; uotum dicitur propositum. Est. n. sensus: est principium uoti. Facit pro illo cap. I. iterarum: de uo. & uo. re. ubi dicitur: q̄ ex sola conceptione boni explicandi quis non ligatur. Nec sufficit habere animum se obligandi, nisi cum effectū, & uoluntatis consensu se obliget, siue id fiat ore, uel tantum corde. Et ideo iura, quæ uidentur dicere, q̄ propositū obliget, cum est deliberatum, intelliguntur de propositio promissione firmato: secundum Panor. c. Literarū. de uo. & uo. redemp. Ita habet Sancti Tho. & Richard. cum quis se obligare intendit: & ita de proposito cum obligatione. Alias dicendū foret: q̄ omnes illi, qui proponunt ie-

iunare, orare &c. mox tenerentur ad illa non posita quacūq; promissione, uel obligatione. Talia ergo proposita, quæ non sunt promissione uallata quantumcūq; tempore sint continuata, non obligant. Per hoc multæ theoricæ iuristarū possunt solui: ut loquitur Panor. ubi supra. Solum ergo propositum etiā quantumcūq; tempore deliberatū, aut cōtinuatum, nō sufficit ad obligationē, nisi adsit promissio saltem corde facta. Sunt tamen uitanda scandala. Si dicitur, Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciēs retrō, aptus est regno celorum. Lu. ix. Sed hoc facit habens bonum propositū: igitur. Respondetur, qui solum proponit nondum aliquid facit, sed facturus est. Qui autem mittit manum ad aratrum, iam aliquid facit. Qui autem promittit aliquid, iam incipit se exhibere ad faciendum: licet nondum impleat, quod promittit. Sicut qui manū mittit ad aratrum, nondū arat: iā tñ ponit manum ad aratrum. Hæc Tho. ar. j. ij. q. lxxxvii. Ad hoc dictū in cap. Literarum. de uo. & uo. re. de clerico, qui noctu territus hęc prulit uerba. Non diu hic morabor. proponens in animo uelle religionem intrare. ubi dicit Papa. Si non plus est in uoto processum, transgressor iudicari nō poteris, si nō implet, quod dixisti. ubi gloss. bene facit ad propositū, cum non assuit animus obligandi. Sic potest ecclesia statuere: q̄ bona animi cōceptio alicuius equipollet uoto in religionis ingressu pro certo tempore. de regulis. cap. Cōsulci. cū quis steterit ultra tēpus nouitatus: aut professorum uices, & officia adimpleuit: ut infra. ¶ Dicitur consequenter facta deo, secundum illud Esa. xj. Vota uouebunt deo, & soluent. Votum enim soli deo fit: promissio uerō homini fieri potest. Per uotū siquidem quis sese totū deuouet, & obligat alteri. Nulli uerō alio a deo potest homo se totū obligare, & ideo soli deo potest fieri uotum, cui competere potestas super totum hominem. Licet enim homo habeat dominium in corpus alterius, cuius utitur operamō tamē in animā. Math. x. Nolite timere eos, qui occidūt corpus animā aut occidere non possunt. Verum

De proposito si ne promissione, & obligatione.

Iubere est uoluntas.

quia sancti sunt intercessores nostri apud deum, & suis suffragiis nobis succurrunt, ac nostram promouent salutem, ideo sicut oratio fit ad sanctos, ita & uotum ad eos fit: finaliter tamen cum relatione ad deum. Sic promissio, quæ fit sanctis, aut prælatis non fit homini, sed deo principaliter, & finaliter: licet in manus hominis. Cedit itaq; sub uoto materialiter promissio facta sanctis, uel prælatis, in quantum scilicet homo uouet deo se id implere, quod sanctis, uel prælatis promittit: sicut promissio, quæ fit seruo, non est in eius potestate, ut remittatur, quia non eius solius est remittere. ¶ Corollarie sequitur. Vouere est actus uirtutis latræ. Ad latræ enim pertinet siue religionem imperare promissionem illam, & ita est actus uirtutis latræ imperatiuæ, & ordinatiuæ. & quid est illa promissio nisi ordinatio eius, quod promittitur in eum, cui promittitur? ¶ Dicitur propter finem bonum. Cum enim uotum est actus latræ, & religionis, non potest fieri propter finem malum. Cuius enim finis malus, & ipsum quoq; malum. Et secundum Gerl. in floribus, Omnis actus, cuius finis intentus, est peccatum mortale, mortalis est, siue intendatur actu, siue habitu. ideo non potest esse nisi de aliquo ad dei cultum pertinentem. Cum autem malum diuino cultui repugnat: igitur &c. Itaque uotum, cuius finis est peccatum mortale, ut concutiatur ille pauperum &c. non est uotum. Hinc grauer peccat, qui uouet se aliquid facturum, quod est de se bonum, propter finem malum. Nec tenet huiusmodi uotum: quia Deo auctore secundum August. libr. lxxxij. q. nemo fit deterior. Deterior autem efficeretur homo per obligationem uoti, cuius finis intentus est præcepto contrarius. Cum itaque bonum opus relatum in finem malum finaliter sit denominatiuè malum: igitur &c. Item intendere principaliter finem malum in opere suo de genere bono, est contra naturam obligationis fidei deo &c. Et ideo sicut promissio facta de materia mala nulla est, nec potest di-

Coroll.
Vouere
est actus
uirtutis
latræ.

ci uotum, etiam si fieret propter finem bonum: ita nec promissio facta de materia bona ualet, si fit propter finem malum secundum Richar. ¶ Nec est simile de contractu matrimoniali, qui sepe fit propter finem malum: puta libidinem: & tamen libidinem tenet. Ratio dissimilitudinis potior uidetur esse natura actus. Et licet intendat libidinem: tamen ipsam non habet ex contractu præcisè: sed per uxorem, qua abutitur tanquam re bona. ¶ Sed quid de fine indifferenti? Aliquid potest dici indifferens in proposito dupliciter. Primo in ordine ad acquisitionem uitæ æternæ, eo quod quandoq; conducit ad hoc, quandoq; non conducit: item nec de se impedit, nec etiam promouet ad hoc, & illa indifferencia colligitur ex parte rei uotæ, id est materiæ, super quam cadit uotum. & ita uotum potest esse de indifferenti ut cum quis uouet propter bonum temporale, quod habere non est utilius ad uitam, quam carere eo. Cum tamen ueniret casus, quod uergeret in malum, non esset obligatorium: ut in uoto Iepte. Talia sunt corporis sanitas, pulchritudo, liberatio morte uolentia: a periculis corporis: ab anxietate sui ipsius, & suorum: ad euadendum de hostili manu persequendum: a clade, & peste: ad habendum res temporales, & diuitias, sine quibus nihilominus uita potest sustentari. Verum ut uidetur, temporalia aliqua sunt simpliciter necessaria ad uitæ sustentationem: ut bona corporis ualido, & illa non dicuntur res indifferentes. sic uouens tenetur seruare uota illa: licet in tribulatione sunt emissa. Sic Israel seruauit uotum, quo se adstrinxit tempore bellorum. Numeri. xxj. Et propheta ait. Reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea: & locutum est os meum in tribulatione mea. art. xvij. quæst. iij. cap. Sunt, qui opes. Et Numeri. xxj. dicitur. At Israel uoto se obligans domino ait. Si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes eius. Exaudiuitq; dominus preces Israel. Sic uouere solent puerperæ, & alij in tribulatione constituti. Item tempore pestis ad euadendum mortem uouent quidam religionis ingressum. Nec obstat. xvij. q. ij. cap.

Aliquid
dicitur
indifferens
du
pliciter.

cap. Consaldu. ubi dicitur, quod quidam presbyter promisit fieri monachus pressus infirmitate. non tamen tradidit se in manus abbatis, & resignauit beneficium suum aduocato: postea sanitati redditus recuauit intrare. iudicat papa. quod posset recipere suum beneficium, & quiete uouere. Et ratio est. Fortè non fuit compositio rationis: & ita sine rationis usu, ac deliberatione præuia fecit precipitem resignationem: sed non in manus ordinarij secundum formam iuris. Cum ergo non resignauit legitime: prout debuit: ideo renunciatio inualida fuit. Non tamen dicitur, quod non teneatur religionem intrare: & quia non constat, quo modo promiserit, relinquitur conscientia suæ. Cum enim adhuc esset nouitius, non perdidit beneficium. Ad hoc. xvij. q. j. per totum. Alio modo aliquid dicitur indifferens ex parte uouentis, seu in ordine ad uoluntatem uouentis. Sic. n. uouentis uoluntas dicitur se habere indifferenter ad aliquid, ipsum. scilicet. nec uolendo, nec nolendo. Sic nullus potest uouere propter finem indifferenter: nec de iure, nec de facto. Impossibile est enim, quod aliquis intendat se obligare ad aliquid propter consequi rem aliquam, ad cuius adeptionem, uel non adeptionem uoluntas se habeat indifferenter. Qui enim facit uotum, ut aliquid consequi possit, principalis uult illam rem, quæ uotum ex communi topica, cum non uoueret rem non adepturus: sed propter adeptionem principaliter. Videtur ergo implicare uouere aliquid propter consecutionem rei alicuius, ad cuius consecutionem, uel eius oppositum uoluntas uouentis se habeat indifferenter secundum Richar. ¶ Si dicitur: uotum non potest fieri de ea re, quæ deus non acceptat, cum omne uotum deo fit. Quod autem fit propter finem temporalem, deus non acceptat, cum non referatur in finem debitum, & temporale non potest esse finis rei spiritualis, cum sit minus nobile. Item uota, quæ sunt de re temporali, possunt habere malum exitum, & abusum &c. sic de fine indifferenti. Respondetur supposita multiplici acceptione nominis acceptare: de quo

Acceptare
multipliciter
capitur.

supra in primo. dist. xvij. Acceptat enim deus aliquid quandoq; ad præmium uitæ æternæ: & sic nunquam acceptat actum quemcumq; factum propter finem temporalem principaliter. Alio modo acceptat aliquid ad obligationem, non ad præmiationem. Item quandoq; ad præmiationem debitam solutionem: sed non ad faciendæ gratuitam acceptationem, nisi temporalem. acceptat enim bona de genere ad præmium temporale huius uitæ. Et illo secundo modo acceptat uotum propter finem temporalem indifferenter referibilem actu, uel habitu in deum. Placet enim sibi obligatio illa: ut in finem ultimum actu referatur, cum est habitu referibilis: quia non de se mala, & prohibita. Cum ergo uouet quis propter temporale habendum, temporale non est præcisè finis uoti sui: nisi ex abusu uouentis, & per accidens. Et sic etiam ex accidente possunt habere euentum malum: sed hoc accidit uoto propter abusum uouentis, non ratione uoti. sed finis est honor, & cultus dei ad consequendum per hoc meritorium temporale uoluitum, & utile, & quædoq; necessarium. Præterea sic uouentes propter temporale habent quandoq; in animo illam conditionem, si consecuti fuerint ipsum. Numeri. xxj. & de Jacob Gen. xxvij. Si dominus fuerit mecum, & custodierit me in uia, qua ambulo, & dederit mihi panem ad uescendum, & uescimentum ad induendum reuersusq; fuerit ro &c. erit mihi dominus in deum &c. ubi uoluit se obligare deo ad cultum specialem per altaris constructionem, & de cinationem rerum suarum secundum Sanct. Thom. & Nico. de Lira: & ita uotum fuit de bono supererogationis: puta de speciali cultu dei per altaris constructionem in loco illo. Sic ergo non præcisè obligauit se ad hoc: sed conditionaliter, si hoc temporale consequatur, & ita temporale est finis uoti: non tamen ex hoc finis ille malus est: licet uouens imperfectè ipsum intendat: non referendo principaliter in honorem dei. Hinc dicit Durand. Indifferens sic manens non ordinat nos in deum. Quandoq; obligant se non conditionaliter sed absolute: etiam non posita colla-

Finis uoti
est honor.
& cultus
dei.

tione rei temporalis: & sic non uonēt tā tum propter temporale: sed propter face re deo cultū aliquē, quem principaliter intendunt ad cōsequendum temporale, q̄ mouet hominē ad illum cultū. Prima obligatio conditionalis est, & non tenet non extante conditione. Et ita claret ex hoc, q̄ uotum pōt fieri propter rem temporalem: & deus remunerat bonum de genere temporaliter. Item indifferentē, sed non propter sinem malum deo nunquā acceptū, nec de re prorsus inutili ad salutem, quod enim non conducit salutem uolentis etiā per quamcunq; circūstantiā, nec est ad honorē dei, nō pōt esse materia uoti: ut non comedere de capite piscis ob decollationē Ioannis. Vnde ut refert Angelus, secundum Abb. & Ray. nō est obligatorium. Secundū eum uero esset sumēda dispensatio, uel cōfessoris de claratio: saltem propter reuerentiam. Et San. Tho. ij. ij. ubi supra dicit. Vota de rebus uanis, & inutilibus quā sunt deridenda, quā seruanda. Sed negaret aliq; huiusmodi uota esse inania, & inutilia: præsertim cum non habent annexam superstitiosam curiositatem, aut intentionem prauam, & cum non generant scandalum pro loco, & tempore &c. Quāuis enim sunt indifferentia, cum tamen sunt materia uoti, non manent indifferentia secundū Duran. sed sunt p̄ deo. Et hoc patet: q̄ uotum mulierū de non peccandō, seu lauādo caput die illa uel illa, potius sunt reliquię ægyptiorū, quā uotum. Videntur enim esse obseruationes diei, & temporum, & species idolatriæ secundum San. Thom. ¶ Dicitur ex deliberatione firmata. Cum uotum dicitur quasi uoluntum, seu uoluntarium factū, sicut ad consummationem peccati mortalis requiritur uoluntas, & animi deliberatio, temporis uel etatis: ita ad rationem uoti. Est autē hic inuenire duplex uelle. scilicet uelle plenum cū deliberatione, & semiplenum ex surreptione. Et secundū hoc contingit inuenire duplex uotum. Vnū, q̄ habet perfectam rationem uoti: quia firmatū est deliberatiōe perfecta. Aliud, q̄ est uotum improprie dictum: quia procedit ex surreptione, & inconsideratio-

De uotis
stultis.

Duplex
uelle du-
plex uo-
tum.

ne, aut imperfecta scientia, & quasi sine deliberatione: & ex consequenti non obligat necessariō, sed ex quadam congruitate, secundum Richard. & tali uoto cōtrauenire etiam auctoritate propria non est peccatum. Secundum quā distinctionem multa possunt concordari doctorū dicta, & dubia resoluī de uotis, quæ sunt sine præmeditatione subito, ex metu uel angustia, aut tribulatione magna, & non ex deliberatione. Et ita posset dici ad cap. Consaldu. xvij. q. ij. ut supra allegatum est. Quā ex hoc perpendi potest. Si diceretur eis: Vis ne simpliciter sic obligari data tēporis copia ad deliberandū? Respondēt: q̄ non. Et hmoi ponit Angelus signum pœnitentiam mox consequentem ad uoti talismodi meticolosam emissionem. Sic sunt tēpe uota ex infirmitate, surreptione, ignorantia rationis, aut ætatis defectu: aut inconsideratione cū nō prospicitur finis, & an homo uouens sit sui iuris, uel nō ad reddendū uotum deo &c. Sic uidetur pariformiter dicendum, cum quis uouet quippiam calore iracundiæ: ita tamen, q̄ uotum illud non procedat ex uoluntatis imperio, & rationis recte usus: sed poti⁹ antecedit, & procedat rationis usum, & uoluntatis imperiū. Notat hic Palu. q̄ deliberatio non requirit magnā morā tēporis: nec oportet, q̄ fiat quasi per syllogismū practicum ostendentem singularem omnia ad integritatem uoti necessaria, puta materiam uoti, formam obligationis, causam mouentem ad uouendum infirmitatem, uel periculā, finē, ut ab his liberetur; ita ut omnia illa cadant unum post alterū sub deliberatione morosa. Differūt enim uelle liberū, & uelle deliberatiū, q̄ est de cōclusionē syllogizata p̄ syllogismū practicum, q̄ non uidetur necessarium ad meritū, uel demeritū: sed sufficere uidetur uelle liberum. Accipitur tamē quandoq; pro eodē. Quanta deliberatio sufficit ad obligādum se diabolo per p̄tūm tanta sufficit (ut uidetur) ad obligādū se deo per uotum, siue sit deliberatio temporis, siue ætatis nisi ecclesia aliud statuat. Sufficit ergo breuis deliberatio ad obligationem uoti, & uelle liberum quæ

De suo
fac uotū

Votum
diuersi-
mode su-
mitur.

ipsum uotum saltē natura præcedit. ¶ Dicitur consequenter, ab eo, qui sui iuris ē. Non enim potest uotum fieri de alieno secundum Aug. ad Armētariū. & de eo, q̄ non est in uouētis potestate cōstitutū. Hinc a Doct. colliguntur plura hominū genera, quæ sunt aliorum potestati subiecta, nō possunt uouere, de quibus suo loco. & ita patet primū uoti. s. descriptio. ¶ Nūc sequitur secundū scilicet uoti partitio. Pro quo notandum: q̄ uotū scdm, q̄ accipitur largē uel proprie, diuersimode potest partiri. Vnde uotorum aliud est necessitatis ratione finis cōsequendi: ut de necessarijs ad salutem. Aliud supererogationis. Inter quæ secundum Palu. talis est differētia, q̄ in uotis necessitatis alter alterum, licet ignorāter, potest obligare. Exemplum: in baptismo patrinus puerum, quem leuat, dicitur quasi obligare ad fidem catholicam tenendam cum spondet pro eo, secundum Magistrū dist. vi. Quarti. Sed non uidetur illæ esse obligatio proprie dicta: sed potius quædam protestatio de suscipere uelle illud, sine quo stante ordinatione diuina nō est homini salus. & hoc maxime in paruulo non potente pro se respondere. Est enim sensus uerborum: Credo id est fidei sacramentum sumere propono, uel recipere uolo. Vnde baptizatus puer dicitur credere: quia sacramentum fidei suscipit: & quia in adulta ætate constitutus diaboli pompis renunciabit, & sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramentum suscipit. Quia ergo ad illa sit obligatus, recognoscit, cum baptismū suscipit: quia non cōstringit se ad noua præcepta secundum Altiſſod. lib. iij. tract. xxi. q. j. Dicta uerō patrum maxime sonant de baptismo adultorum, & catechuminum pro statu ecclesiæ primitiue. Itaq; uotum baptizati est recognitio quædam, qua se recognoscit obligatum ad illa seruāda, si uult saluari. & respectu patris sic loquentis, largo uocabulo dicitur uotum. Quia aut patrinus sic respondere debeat, est ex ritu ecclesiæ. de conse. dist. iij. & non de necessitate sacramēti. Posset. n. homo hominē baptizare habita intētiōe recta si ne huiusmodi fidei spōsiōe necessitatis

tēpore Vnde Rabanus de instit. cle. li. j. c. xxvj. Manifestum est enim: q̄ paruuli sicut ex alijs ea, quæ illis remittuntur in baptismo, peccata contraxerunt, sic & p̄ alios ad salutē credunt. I. ad fidei sacramentum perducuntur. Non enim possunt se ipsos regenerare. Et dicitur tale uotum, uotum commune. Aliud est uotum singularis, & proprie obligationis. Et licet uotum commune obligans omnes distinguatur in uotum necessitatis primæ, quod emittitur in baptismo, & in uotum necessitatis secundæ, quod emittitur in pœnitentia, cum homo plangit præterita: tamen in pœnitentiæ sacramēto non est recipiendum sacramētū, hoc est iuramentum a penitente, nisi in casibus iure expressis: ut cum quis absoluitur ab iniectiōe manus in clericum. de sententia excōicat. Ex tenore. in qua alter iurat non uelle peccare amplius: uel secundum alios, q̄ uelit parere mandatis ecclesiæ. Item usurarios iurat uelle facere restitutionem, non autem q̄ uelit a peccato abstinere. Sufficit enim habere propositum firmum emendationis uitæ, nec requiritur uotum, uel iuramentū de abstinendo a peccato. Nec etiam cū baptizantur adulti gaudentes usu rōnis dicitur proprie uouere: sed id, q̄ a Christo institutum est, recipere se dicunt per se, aut patrinum, & uerbo proclamant. Vnde non sunt proprie uoti transgressores, nec incurrunt periurium, cum in peccata labuntur: alias semper cōmitteret peccatū duplex. Item dicit aliqui ēt uotum necessitatis esse, cum qs sua auctoritate, & spōte obligat se ad illud, ad q̄ prius præcepto diuino tenetur. Hinc secundum Duran. sic sponde uouentes id, ad quod pius tenetur præcepto, peccāt duplici peccato, cum transgrediantur uotum: ut cum aliquis propria, & singuli obligatione uouet non uelle amplius fornicari propter habere remedium contra reciduiam. Et certe uidetur, q̄ illius transgressio mutat speciē, cū sic emittitur per modū specialis, & liberę obligatiōis ultra obligatiōē priorē. Sic nō uouet adultus fidem, cū baptizatur, saltē non oportet, sed ritū eccle. tenet, & se uelle &

Votum
singula-
ris, & p̄
prię ob-
ligatio-
nis.

Peccat
qs dupli-
ci pctō
uouētes
ad quod
tenetur.

dei sacramentum suscipere patenter infirmat. secundum illud apostoli. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Rom. x. Aliud uotum est supererogationis, & uoluntatis, in quo alter alterum sine eius consensu obligare non potest. Vnde quantumcumque mater uoueat pro paruulo infirmo, q. sacris initiabitur, q. hoc, uel hoc faciet: nisi ad hoc consentiat in etate perfecta constitutus: non obligatur filius ex uoto alieno. Ad hoc multa. xx. q. j. & ij. quæ sunt limitanda, si filius consentit, & factum parentis ratum habet &c. ¶ Secunda diuisio uoti. Votorum aliud publicum, aliud priuatum. Nec est ista diuisio eadem cum illa, uotorum aliud simplex, aliud solenne: quia tam publicum, quàm priuatum potest esse simplex, uel solenne. Publicum dicitur, quod in publico fit, & coram testibus. Occultum, quod fit sine presentia aliorum, & coram deo solum. Dicitur etiam quandoque publicum: quia fit publice, & cum aliquo ritu solenni. Sic in uoto peregrinationis quandoque adhibetur benedictio peræ, & baculi. Item quædam datur crux contra infideles. Et tale dicitur uotum simplex: quia non solenne. Omne enim uotum non solenne simplex est, etiam si publice fiat: quia accidit uoto, q. est solenne immo potest fieri solo corde secus de solemnitate, quod non fit nisi solemniter. Ponuntur autem communiter duo modi solemnizationis uoti, scilicet per susceptionem sacri ordinis, & per professionem tacitam, uel expressam approbatæ religionis: nec sunt plures modi quantum ad post contractum matrimonium dirimendum. de uo. & uo. re. cap. unico lib. vj. Sed nunquid papa posset hodie uotum aliquod solemnizare, nec per ordinis susceptionem: nec per approbatæ religionis professionem: & citra nouæ religionis factitiæ institutionem? Vt si diceret. Volumus, q. personæ collegij illius uoto solerari promittant in manus superioris perpetuam stabilitatem, continentiam, & obedientiam. Au uotum illud fit uere solenne. Dicendum ita, q. contractum matrimonium habeat dirimere, & impedire contrahendum. Videat, qui

uoluerit: clarum est, & facti, contingetia certum papam sic solemnizasse certarum personarum uotum. Est autem differentia inter illos duos modos solemnizationis, per sacri ordinis susceptionem: & professionem. Nam professio debita obligat uoto simplicitate si aliquis profiteretur in religione, cum id facere non potest: ut puta est seruus: non est sui iuris &c. is tenetur ad continentiam, quia sponte ad hoc se obligauit deo: quod ecclesia prohibere non potuit. Qui autem ordinatur indebitè: puta a non episcopo: non tenetur continere, nec ratione uoti, nec statuti. Non uoti: quia nullum uotum personale fecit: nec statutum: quia non habet characterem impressum, eo q. non est ordinatus. Secus si ordinaretur ab episcopo, uel ordinatur non habente executionem. Tunc enim uere ordinatus esset: licet careret executione ordinis: ut supra dist. 25. Non ergo per se tenetur ad continentiam, cum non promisit aliquid: nec per ecclesiæ statutum: quia cessante principali, cessat accessorium. Et huius potest dari ratio. Nam in uoto solenni est considerare materiam, & formam. hoc est uotum ipsum pro materia, & eius solemnizationem precise pro forma. In solemnizatione per professionem materia uoti est a deo iure diuino, & naturali: quia potest liberè sese deuotere deo, citra cuiuscumque prohibitionem. Solemnizatio uero est ab ecclesia, hoc est ecclesiastica institutione. In ordine sacro contrario modo est: quia sic essentia uoti est ab ecclesia, quæ statuit, q. ordinandi debent uouere, uel saltem esse ad continentiam ut statuti obligati, siue id uelint, siue non: siue intendant, siue non: siue contrarium protestentur, siue non: nihilominus ordinati ut statuti ecclesiastici ad continentiam sunt obstricti. Solemnitas uero est a deo. hæc Palud. quest. ij. ¶ Hinc colligi potest secunda differentia: quia in susceptione sacri ordinis est uotum præsumptum præsumptione iuris, & de iure: contra quam non admittitur probatio. uelint ergo, uel nolint ut statuti ad continentiam suat ligati, qui sacris initiantur, maxime uolentes: non ex culpa propria,

In uoto
solemnitate
& forma que

propria, sed ex rationabili causa, quæ motuit ecclesiæ ad sic indicendum continentiam clericis. In professione uero est uotum duplex: uerum, & expressum: si est professio uera, & expressa: aut præsumptum, & tacitum: si est tacita professio, aut præsumpta. Exemplum primi: cum nouitius in presentia cõuentus, aut capituli expressè promittit obedientiam: uel conuersione mortis secundum regulam approbatam. Vnde qui in seculo constitutus. emitur uotum trii substantialium religionis: non uouet solenniter. Et requirit secundum Palu. q. expressa professio si debet ualere, fiat presentibus duabus partibus cõuentus, & maiore parte cõsentiente. Exemplum secundum: cum pubes habitum religionis communem nouitijs, & professis fert cõtinuè per anni decursum, censetur illam religionem assumpsisse, nisi foret tanta indistinctio habitus, q. etiam secularibus cõgrueret habitus ille communis nouitijs, & professis: aut alij cum eis uita cõmunè ducentes simili penitus habitu induantur: sicut forte potest esse apud canonicos seculares. Secus de illo, qui ante annos discretionis habitum assumpsit, nisi in pubertate cõstitutus iam sponte per annum in monasterio habitum illi deferat. de regulis lib. vj. ca. j. ubi requirit distinctio regularis, & secularis, nouitijs, & professis. Et secundum aliquos etiam requirit dies ad annum. Fortè propter annum bisextile: ut habeat uniformis professio singulorum in anno cõi, & bisextili. Verum secundum Palu. non requirit dies cum anno ad hoc, q. ille exire non possit: sed respectu alterius, qui eum extrahere potest: requiritur annus cum die xx. q. ij. ca. Puella. Vnde impuberem intrantem religionem potest pater uel tutor extrahere infra annum, & diem, ubi supra. non tamen auctoritate propria, uel uolente: sed auctoritate illius, qui iam in monachum habet potestatem. Alio modo fit professio tacita infra probationis annum per susceptionem habitus: professori: si ætatis apte sciens, & uoluntarius triduo sic perseuerat. lib. vj. de reg. ca. Constitutio tacita. Ex quo infert Palu. q. in professione tacita per lapsum annum, ut in primo modo patuit, non requiritur dies nisi in anno bisextili: quia tunc non est ultra hunc, & presentem annum, in quo probandus est: sed ultra alios. Atramen qui

expressè p̄bitur etiam seculari habitu non mutato, manet obligatus precise illi religioni, quæ professus est expressè. Qui tacite infra probationis annum per susceptionem habitus distincti professorum, non obligatur determinate illi religioni, cuius habitum suscepit: sed in genere: quia gessit se, ut religiosus: unde non posset contrahere. de reg. ca. Significatum est. de conuer. cõiu. c. Ad apostolicam. Ex his habet, q. uotum simplex est, qd caret dictis solemnitatibus, siue fiat occulto, siue in publico: & solenne est, qd habet solemnitates predictas. ¶ Tertia diuisio uoti. Votorum aliud absolutum, aliud conditionatum. Votum absolutum siue purum est, qd fit sine adiectione cuiuscumque conditionis extrinsecæ. Nam secundum predicta in dist. xxx. q. ij. conditio generalis, & intrinsecæ, quæ includit in omni uoto, & iuramento, si exprimitur, non facit actum conditionatum: alias cum in omni uoto includit illa generalis, & intrinsecæ conditio: si deo placet: aut nisi deus oppositum reuelet: & sic de alijs: omne uotum Christiani delicti esset conditionatum, & nullum absolutum, & purum. Intelligit ergo de conditione extrinsecæ. Conditionatum, qd fit cum apposita extrinsecæ conditione. Sic uouit Jacob Gen. xxvij. & Iephe. Iudic. ix. de immolatione filiarum suarum supra. ¶ Quantum ad articulum tertium principalem: uidentur esse de uoti obligatione: & primò de uoto absoluto. ¶ Propositio prima. Omne uotum absolutum, & licitum, quod potest impleri de iure, uel de facto, obligat uouentem ad seruandum deo promissum, sub poena peccati mortalis, nisi interueniat auctoritas dispensatiua, aut commutatiua superioris. In Psal. enim dicit. Vouete, & reddite domino deo uestro. ubi Hugo Possil. & Aug. Vouere est uoluntatis: sed reddere necessitatis. Hinc de uo. & uo. red. dicitur ca. Licet. Licet uniuersis liberum arbitrium sit in uouendo: usque adeo tamen solutio est necessaria post uotum: ut sine propria salutis dispendio alicui non liceat resilire. Item Ecclesiastes. iij. Quodcumque uouisti deo, ne moreris reddere. Displicet enim deo stulta, & infidelis non impleta, & indiscreta promissio. Et Prouerb. xxx.

Tertia
uoti di-
uisio.

F
Art. 3
prop. 1.
De uoti
obligatione.

Cõcl. 2.
E
Secunda
uoti di-
uisio. a-
liud pu-
blicum,
aliud
priuatum.

Duo
modi
uoti so-
lemnizan-
di.

Ruina est homini deuotare sanctos: & post uota retractare. Et Numeri. xxx. ac Deutero. xxij. & alibi multa similia habentur. Item. xxxij. q. v. Quod deo. & xxxij. q. viij. Non solum. Ratione sic potest ostendi. Omnis pmissio licita, & possibilis de iure, aut de facto, quæ fit cū intentione se obligandi, & præuia deliberatione, si acceptatur ab eo, cui fit, obligat promittentem ex præcepto legis nature, & non solum de iure diuino. Sed uotum, de quo conclusio prima, est huiusmodi, & omnem talem promissionem deus recipit: immo fieri iubet, aut consulit. igitur. Si enim contractus bonæ fidei, & manus inter homines factus ligat iustitia mediâter: ergo multo magis uotū ritè deo factū. ¶ Dicitur primū uotū absolutū. Nā de cōditionato infra. Dicitur licitū: displicet. n. deo stulta, & infidelis promissio. Eccl. iij. Et Isid. inquit. In turpi uoto muta decretum: quod incautè uouisti, ne facias. xxij. q. iij. ferè per totum. Debet enim uoti, sicut & iuramentum habere tres comites, ueritatem, iustitiam, & iudiciū. Dicitur, quod possibile est impleri de iure uel de facto. Impossibile enim non est obligatio. Exemplum: depauperatus ex accidente aliquo non potest dare pecunias, quas se uouit daturum. Sic si uxor, aut filius familias aliquid licitè uouerunt, quod postea irritatū a coniuge, uel parente ex plere non possunt. xxxij. q. ij. Mulier. Potest enim maritus reuocare, quod prius consensit mulier, licet malè faciat. Hoc tamen considerandum est: quod si quis ex toto, & per omnia factus est impotens ad soluendum pmissum, non tenetur amplius. Anathema enim dixerim, deum aliquod impossibile pcepisse: inquit Hieronymus. Et quando non habetur spes, quod possibile uas redeat per naturam, iam ex toto liberatur. Quando autem est spes, excusatur ad tempus, sed non liberatur ex toto. Unde si ueniat ad pinguiorem fortunam: tenetur pro possibilitate, uel partis, uel totius prout promissit. Difficultas enim præstationis non tollit obligationem: sed impossibilitas. Ita consimiliter de corrupta, quæ uouit continentiam, & uirginitatē. Amis- sa uirginitate tenet ad continentiam, cū lame-

to & dolore fornicationis, & uirginitatis amissa: nec debet contrahere: nec potest sine peccato contrahere, nisi posita de obligatione a debiti redditione: aut nisi uelit ante consummationem religionem intrare: ad quod etiam indirectè tenetur ratione uoti continentiam: ut possit ipsum pro posse implere: cum coniux primum perit debitum: quia sic & non aliter potest uoto satisfacere pro posse: ut supra dist. xxvij. & xxxij. q. j. Consummato enim matrimonio iam non potest monachari. ideo ad hoc tenetur ante consummationem, & ita facit æquiualens in diuina acceptatione: licet non simpliciter: quia deperditam uirginitatem recuperare non potest: ut eam deo iuxta promissa reddat. Et hoc totum sane intelligat. De hoc sic inquit San. Tho. Illud, quod uotum sciendum impediret, si præsentem esset, etiam uoto facto obligationem auferret. Notanter dicit impediret. propter cap. Quod super his. de uo. & uo. red. ubi dicitur: quod superueniente impedimento debet fieri commutatio uoti. hoc enim intelligitur de impedimento difficultate dumtaxat, & non de impediente totaliter secundum Panor. ca. j. ubi supra. Unde cum de impossibili non potest esse uotum: ut dictum est: si aliquid fiat impossibile post uoti emissionem, quod prius erat possibile, obligatio uoti quantum ad id tollitur. Et si ex culpa sua incurrit impossibilitatem: oportet fieri compensationem lamento penitentiam. Secus si non ex culpa sua, sed ex aliquo accidente incurrit impossibilitatem. ¶ Possit dubitari de eo, qui uouit intrare religionem, uel monasterium: An cum monasterium recusat eum accipere, uel religio reprobatur, tenetur aliam, uel aliud intrare. Impossibile enim uouenti religionem intrare, nisi colligatur. Hic ut communiter distinguunt doct. S. Tho. & Richar. licet Palu. ex parte ab eis dissentire uideatur. q. iij. dist. præsentis. Aut talis determinauit obligatorie suam intentionem ad unam religionem, uel monasterium unum pñe: puta hunc locum certum, & religionem certam: & tunc secundum multos doct. liberatus est illa, uel illo resurante, aut p-

Quidde
eo, qui
uouit in-
trare re-
ligionē,
& reli-
gioem
recusat.

uente. Intelligitur enim conditio: si uolunt enim recipere: & condicione non ex parte non obligatur: quia non plus obligatur ratione uoti, quod prout se obligare uoluit ex præuia animi deliberatione. Iam enim factum est sibi impossibile ipso facto, & sine sua culpa, & ad nullam aliam se obligare uoluit. Si autem absolute uoluit mundum relinquere, & religionem intrare, & hoc uolendo elegit locum illum, uel religionem istam. ex quo obligatio uoti ex propria uoluntate, & intentione causatur: tenetur se monasterijs: & religionibus præsentare, donec inueniat, qui se colligat secundum suam possibilitatem. nisi sit talis: de qua si cogitasset, nullatenus ad eam se obligasset. Obligatio enim non fuit certe speciei, sed generis. Sicut qui promittit dare equum licet non intendat emere alienum, sed dare suū: si omnes sui pereant: nihilominus tenetur dare alium. Sic de eo, qui uult absolute monachari: licet non cogitauerit de illa, adhuc tenetur intrare in genere religionem. Potest autem quilibet facile suam determinationem agnoscere, an precise alicuius specialis complacentiæ elegit religionem istam, uel locum istum, quia talis: aut quia uult mundum deserere, & fugere, uult id ipsum in loco illo, aut religione illa opere adimplere. Ista secunda est absoluta: prima uero restricta & specificata. Quia si dubitat de intentione, quam habuerit: an ad religionem absolute: an de terminatè, & restrictè eligat uiam tutiorem, ne se committat discrimini: hoc est ingrediatur religionem secundum San. Tho. dist. præsentis. q. iij. Innocentius uult: si non inueniat religionem, quæ eum colligat, stabit sub obedientia episcopi. Angelus tenet contrarium: dicens hoc non esse de necessitate: quia potest nubere, & stare in seculo. Palu. uult: quod si quis uouit certam religionem: quia cum religione non stat uita seculari: per consequens implicite uouit dimittere seculum. Unde si illa religio non uult eum colligere, aut quia prohibiti sunt quæquam ad professionem recipere: aut alias: quia ratione uoti tenetur implicite seculum dimittere: tunc ad aliam religionem se recipere. Hæc ille.

Et ideo dicitur in cōclusionē, quod possibile est impleri de iure, uel de facto, & licitè. Hoc enim quis potest, quod ritè. Itaque secundum prædicta uota illicita ad peccatum inducunt, siue fuerint illicita post uoti emissionem, siue cum emittuntur, non sunt seruanda: sed mutandū est decretum in turpi uoto. Et sicut iuramentum uergens in deteriorē exitū non est seruandū: ita nec uotū. ¶ Hinc aliqui ponunt in illius cōclusionis plures exceptiones, & fallentias. Prima, propter impotentiam implendi. Secunda, propter auctoritatem dispensantis. Tertia propter defectū appositæ cōditionis. uel propter defectum causæ principalis, ob quod sit uotum ut si mulier uouet ieiunare illo die propter sanitarē filij cōsequendam, qui statim mori. Quarta: quando id nunc factum est illicitū, quod prius erat licitū ante uotum: puta prius fecit uotum cōtinentiæ, & nunc post debitam redditionem uoto non potest satisfacere. Quinta: quia irritatur ab eo, qui potest ipsum irritare. ¶ Contra istā cōclusionē. Omnis Christi actio nostra est instructio. sed dñs citra oem præceptiuam obligationem suam religionem dicitur Marth. xix. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, &c. & ueni, sequere me. igitur non uidetur quod uotum religionis sit obligatorium, & ita cōtra cōclusionē. Et j. Corint. vij. De uirginibus pceptum domini non habeo, cōsilium aut dō. Item uotum uergens in detrimentum salutis, & diminutionē immo impedimentum perfectionis, non est obligatorium ex cōi dicto: sed tale est uotum religiosorum. Impediuntur enim per hoc a multis operibus pietatis: a uisitatione, & consolatione infirmorum, ab eruditione populi &c. Cum tamen pietas ad omnia ualeat secundum apostolum. Præterea ait Prosper. Sic ieiunare debemus, & abstinerere ut per hoc non necessitati subdamus. sed uouentes talia faciunt sibi per hoc necessitatē, & ita ut uideat, minus merent. Hilarem enim datorē diligit deus. Itē uirtus est circa difficultatē: sed difficilius est re se uiuere in seculo, quā in religione. igitur. Utinam cōis utilitas præferenda est bono priuato. Sed per uotū religionis plurimum de rogat utilitati reipublice, ut potest facile in-

G
Christo
citra ob-
ligationem
obligationem
suam re-
ligionem.

multis deduci. ergo &c. ¶ Ad primū conceditur assumptum. Cum subiungitur &c. conceditur: quod dominus non imposuit preceptum obligationem nouendi religionem: sed illud reliquit libertati hominum. Sic & Paulus de uirginitate consilium dedit. Sed post uotum ab homine liberè factum & non ex precepto, tenere uirginitatem est necessitatis, & præcepti ex priuata, & spontanea hominis obligatione, quæ ligat post factum lege naturali. ¶ Ad secundum conceditur assumptum ad communem intellectum: & negatur minor: quia per religionem, & uotum eiusdem remouetur prohibens perfectionis consecutionem. Pro cuius intellectu considerandum. Quando per uotum principaliter, & directe excluditur aliquid bonum, quod per se posset esse materia uoti uotum nullum est, & non obligat: licet posset seruari cum salute. Sed quando uotum principaliter includit aliquid bonum, quod potest esse materia uoti: licet illud bonum excludat ex consequenti meliora bona: ligat. Sicut si quis uouet intrare laxiorem religionem præcisè, & determinate: licet quodammodo præcludat uiam ad arctiorem: quia tamè religio promissa est sufficiens materia uoti respectu boni seculi. Est enim de meliori bono comparatiue ad suum contrarium licet non respectu religionis maioris. Ita in proposito. ¶ Si dicitur, ut habetur in sermone de aduentu domini, beati Bernardi. Tenemur fratribus, inter quos uiuimus iure fraternitatis, & humane societatis: ut sumus eis auxilio, & consilio: sed hoc in religione fieri non potest: ubi nec minimè agere licet absque obedientia, nec uerbum loqui sine licentia. Respondet beatus Bernardus. Non deerit certe quod facias, tantummodo fraterna charitas non desit. Nec melius arbitror esse consiliū, quod si exploratus doceas fratrem quod oportet, & quod non oportet fieri, puocans eum ad meliora, & consilium ei non uerbo neque lingua: sed opere & ueritate. Auxiliū uero maximè est orare pro eo, & eius culpas redarguere, nec dissimulare: nullūque offendiculū ponere: & tollere de regno dei omnia scandala & occasionem scandalorum. ¶ Ad tertium. Necessitas uoti non excludit liberam uoluntatem, neque rationem meriti. Cū autem Prosper ait, Sic ieiunare debemus &c. per necessitatem intelligit uoluntatis exclusionem, hoc est uoluntatem, secundum prædicta diff. xxxiii. opus factum ex uoto laudabile est, quod si fiat sine uoto. sic ex laudabiliore uirtute præcedit: puta ex latría, & non solum ex abstinentia: quod ordinat citè temporalia. Latría uero in deum ordinat. Dicitur ergo Prosperi intelligitur de necessitate coactionis quod uoluntatem excludit. Vbi subiungitur. Iam non deuoti sed imitari re agimus. Necessitas autem in uoto non excludit uoluntatem liberam. Et licet nonnulli non placeat ieiunium his, qui ieiunant ex uoto: placere tamen eis uoti impletione cuius quicquid plus meretur: quod ille cui placet ieiunium, ceteris paribus. Magis enim laudatum est delectari in actu latricæ, quam abstinentiæ. ¶ Ad quartum, cõceditur quod difficultas ex arduitate qualitatis opis facit ad meritum uirtutis: sed neget de difficultate ex impedimentis, & periculis imminentibus, uel sponte assumptis. Stultum enim est non canere, nec proicere pericula impedimentorum. ¶ Ad quintum dicitur: quod illa fuit ratio Vigilantiæ: ut scribit beatus Hieronimus contra eundem; sed inanis fuit timor Vigilantiæ propter multitudinem coniugatorum comparatiue ad non coniugatos. Timuit enim, ne mundus deficeret. sicut cum quis timet haurire aquas ne flumen deficiat; sed stultus fuit ille timor: magnus enim est numerus coniugatorum, & coniugio adherere uolentium comparatiue ad non coniugatos, &c. Tenetur ergo, qui uoto religionis sunt ligati, ad eius expletionem: quia uolentes fecerunt sibi præcepti, quod prius fuit consilij sua libera uoluntate. ¶ Secundum Sanctum Thomam iiij. Quodlibet. q. xij. hæreticū est dicere: quod quis ligatus uoto, aut iuramento ad intrandum religionem possit sine peccato in seculo remanere, &c. ¶ Secundum, potest instari contra conclusionem. Illud non est obligatorium, ad cuius contrarium quis potest se uoto, uel iuramento adstringere; sed sic est de uoto religionis, igitur. Maior notatur uideretur. Minor probatur: quia aliquis potest sine peccato se, uel alium adstringere uoto, uel iuramento, quod non intrabit religionem. Probatur: quod licitum est fieri, uel quod licet alicui

alicui facere, licet & uouere: sed licet alicui non intrare religionem; ergo & uouere id ipsum, & hoc sine peccato. Dicendum negando minorem. Ad probationem dicitur: quod in actibus humanis non est aliquid simpliciter iudicandum licitum, uel illicitum propter id, quod accidere potest in aliquo casu particulari: sed propter id, quod accidere solet: ut in pluribus. Exemplum. contingit in aliquo casu, & a certis personis fieri chorea, aut ludu aliquem sine peccato saltem mortali. ex hoc talia non sunt iudicanda simpliciter licita. Sicut & in naturalibus consideratur, quod ut in pluribus contingit. Sic in proposito tamen in aliquo casu particulari quis posset uouere, uel iurare, aut alium ad iurandum, uel uouendum adstringere: quod non intrabit religionem: puta si ligatus est matrimonio: & nitiur religionem intrare contra, uel propter uxoris consensum legitimum, & in consiliis casibus. Simpliciter autem loquendo graue est peccatum inducere aliquem ad uouendum: quod non intrabit religionem: aut per se ipsum uouere. Est enim sibi facere peccatum negatiuum obligans ad semper, & pro semper: & hoc est manifeste contemnere consilium, cuius contemptum graue peccatum est. Est etiam in nullo casu uelle uere instinctu spiritus sancti, cui resistere peccatum est. Actum. vij. cum dixit Stephanus. Vos semper resistitis spiritui sancto. Cui subiungitur: quod licet alicui facere, uel ommittere, licet & uouere: Dicendum negando. Potest enim aliquis quandoque non exercere actum uirtutis, cum est præcepti, aut consilij affirmatiui obligatis pro loco, & tempore, & non ad semper: sed uouere uelle non facere, uel uouere uelle id ipsum ommittere, est simpliciter ad semper, & pro semper abdicare se facultatem id faciendi: & facere sibi ipsi præceptum negatiuum id non faciendi pro omni loco, & tempore, & positis quibuscunque circumstantijs: & ita simpliciter præstare impedimentum actui uirtutis. Talia ergo uota sunt illicita, & secundum Sanctum Thomam non obseruanda. i. non obligatoria. iij. Quodlibet. q. xiiij. quia contrariantur charitati dei, & proximi. item perfectioni uite, & consilijs Christi non continentis. Idem uult quodlibet. xij. q. xxij.

De notis illicitis.

respondendo ad dubium. An aliquis potest uouere, uel iurare, quod doctrinam, uel experimētum aliquod receptum ab alio sub iuramento non cõicandū uelit nulli cõmunicare. Hic. n. aliter dicendum est simpliciter loquendo, & in casu certo. Simpliciter loquendo uotum nulli est, nec est obligatorium. Caret enim iudicio discretionis, & iustitia: & iuramentum cõtrariū illi, quod est de genere bonorum, est simpliciter illicitum, & iniustum, & non seruandū. hoc est summo ipsum, ut obligat ueluti præceptum negatiuum, est simpliciter nullum. Potest nam casu seruari: puta si adest alius medicus uolens, & potens protunc illi egro succurrere, & eius curam habere. Et sic intelligitur dictum eiusdem, cum inquit, huiusmodi iuramenta simpliciter loquendo esse iniusta: cum scilicet profus, & in omni casu abdicant ab homine potestatem id faciendi, quod est diuini consilij. Hoc. n. est resistere instinctui spiritus sancti, & uelle contemnere diuinum consilium, se se quodammodo obfirmare uniuersaliter, & generaliter, & in omni casu contra gratiam spiritus sancti. posset & aliter dici secundum eundem Quodlibet. v. ar. xxvij. In uoto est duo considerare quantum nunc sufficit. scilicet materiam uoti, & obligationem ipsam. Hic in proposito uotum est de re licita: cui quis iurat aliquid se non facturum, quod licet sibi ommittere. Obligatio uero est illicita. Unde in casu possumt seruari: sed non cogunt in uniuersali, & pro omni tempore, & loco. Nec potest homo sic uniuersaliter loquendo abdicare a se facultatem id faciendi, uel omittendi. Sic enim obligatio caret ueritate, iustitia, & iudicio, & uergeret potest pro casu, & loco in deteriorem exitum, & esse contraria charitati dei, & proximi. Si dicitur: possunt seruari talia uota sine detrimento salutis, igitur conceditur: quod in certo casu possunt seruari: sed non generaliter, & iudicium in actibus humanis sumit ex his quod ut in plurimum accidit. ¶ Ad cõmune dictum: uotum, quod sine detrimento salutis seruari potest, est obligatorium: Conceditur: si est tribus comitibus (ut dictum est) iudicium. Item intelligitur, quando uotum habet materiam propriam, & de-

Duo in uoto consideranda.

I
De uoti
conditi-
nati ob-
ligatiōe

bitam, q̄ potest esse materia uoti, & obli-
gationis licite: de quo. xxxij. q. iij. c. Non
solū. ubi dicit. Qd̄ cuiquam antequā uo-
uisset, licebat, cū se id nunquā facturū uo-
uerit, nō licebit; si tñ id uouerit, q̄ uouē-
dū est: ut est perpetua uirginitas, uel sta-
tus uidualis, defuncto cōiuge. ¶ Secunda
cōclusio de uoti conditionati obligatio-
ne. Votum conditionatum propter cau-
sam, uel finē aliq̄e principaliter, aut fi-
nes plures ex æquo p̄cisē factū, cōditio-
nē extāte siue sit expressa, siue tacite sub
intellecta, non est obligatorium, nisi cō-
ditionis nō extātia ex uouētis p̄cesserit
culpa. Vel sic. Votū factū sub cōditione
de re bona, & propter finē bonū, quem
uult quispiā p̄ uotū, q̄ deo deuouit: siue
cōditio sit bona, siue mala uouens uelit
cōditionē illā absolute implere siue nō,
est obligatoriū extāte cōditioe. Exēplū:
uoueo ingressum religionis, si habuero
coitū cū Berta; aut si amplius malū hoc
fecero. & sufficit uolitiō cōditionata ad
ingressum religionis, seu ad obligationē,
q̄ tenetur ingredi. licet absolute nō uelit
monachari; uult tñ ex uoto conditionā-
to. Ista cōclusio uidetur esse de mēte om-
niū doct̄. & colligi p̄t a cōtrario sensu
ex textu statim allegato. xxxij. q. viij. ca.
Nō solū. ubi dicitur. Nulla cōditione rū-
penda sunt, q̄ sine ulla conditione uoue-
runt. Probatur cōclusio. Tātūm dē ualet
uotū, & intantū extēditur, in quantum in-
tentio, uolūtas propria uouētes uult se
corā deo obligare, qui intuetur cor, cum
uotum emittit. Qui ergo ex intentione
in suo uoto intendit aliq̄e finē licitū, ue-
lutī causam sine qua non, cuius amore,
desiderio p̄cisē uult se ad aliquid obliga-
re, causa non extante nō obligatur. Exē-
plum. uult ire ad sanctū Iacobū, si hanc
habebit uxorem. Si parens a morte, uel
infirmitate tunc imminente liberatur.
Conditione nō extante: ut puta mulier
nubit alteri; parēs moritur, priusquā ua-
dat, nō tenetur ire ad Sanctū Iacobū, nisi
alio modo se ad hoc adstrinxerit. Et secū-
dum Richar. qui uouet propter aliquod
temporale consequendum, uel conservā-
dum, implicat in mēte hanc conditionē:
si id bonū cōsecutus fuero. & ideo si non

cōsequitur, nō tenet respectu dei de uo-
to. Qd̄ puto uerū; qñ ille fuit finis princi-
palis sui uoti conditionati. Si enim se uel-
let esse obstructum (etiā nō cōsecuto illo
fine) ad uoti impletionē, uel ex alia cau-
sa eque principaliter, iam nō uouet prin-
cipaliter propter illum finem: licet finis
ille sit ueluti causa impulsua, & induc-
ua ad sic uouēdū cōditionaliter. Hinc se-
cundum Angelī, si causa impulsua, uel
inductiua cessat: nihilominus obligatur
quis rōne uoti cōditionari; quia adhuc ma-
net causa finalis: puta honor dei. & ideo
alię causę uidentur impulsuę, & ipsi ces-
santibus remanet obligatio. Hęc ille.
¶ Dicitur est notāter, aut fines plures ex
æquo, sic enim quolibet posito manet uo-
tū. Exēplum. aliquis. uult ire peregre ad
locum aliquem, tum quia credit se ibi in-
uēturum uxore suam, tum propter pec-
cata sua ex æquo p̄cisē. Si uxor dicitur
morta, priusquā uadat: adhuc tenet
ex causa aliā eque uolita. ¶ Dicitū ē. Nisi
conditionis non extātia &c. quia secun-
dum Richar. ar. v. q. iij. uotum sub cō-
ditione factum, quæ cōditio non imple-
tur propter culpam uouentis, est obliga-
toriū. q̄ probat auctoritate, & ratiōe. Ra-
tiōne sic. quia quantum ad confirmationē
promissionis factę sub conditione, æqui-
ualens illa duo. s. q̄ ille, cui facta est pro-
missio, conditionem adimpleat, quā
promittens apposuit. & q̄ illa cōditio re-
mittatur a promittente. quia siue imple-
tur cōditio, siue a promittente remitta-
tur, aut tollatur, tenet promissio. Sed si
pmittens sciēt, & ex deliberatione im-
pedit: & est in culpa: nec ille, cui fecit p̄-
missionē, cōditionē adimpleat, quā pro-
mittens apponit: idem est per æquiualen-
tiā, ac si eam remitteret: cum eā uelit nō
impleri, & conetur, ut non impleatur. Er-
go sicut tenet p̄missio, dū cōditio imple-
tur: ita tenet, dum per culpam remittētis
stat: q̄ nō impletur. Auctoritate probat
per ca. Sicut ex literis. de spon. Ex quo
pater: Si quis deo uouet speciale obse-
quium, si a peccato, quo tentatur, prefer-
uauerit eum, si talis incidat in illud pec-
catum, nihilominus tenetur implere uo-
tum, dum ille non fecit, aut facit, q̄ in se

est, ut ab illo peccato præsaueretur: sicut
ti facere tenebatur, si nō emisisset uotū,
quia iam stat per eum, qui conditionem
apposuit in uoto suo, quo minus implea-
tur. Fraudulenter. n. impedit, nisi facien-
do quod in se est, ut præsaueretur a malo.
Et sic quodammodo tenet deum: immo
in fraudē uoti omittit facere, quæ faciē-
da erant alias: ut uotum non teneat.
Alias fraus, & dolus sibi patrocina-
rentur. Dicunt aliqui, si sic uouens labitur in
peccatū, non ex fraude, uel deliberatio-
ne: sed p̄cisē uictus: tentatione huma-
na, cum tamen fecit, quod in se fuit:
aut q̄ facere intendit, cum uouit: non ob-
ligatur uoto: quia non habuit intentionem
se obligandi, nisi in quantum non
reciduiaret ex fragilitate, uel tentatione
p̄cisē. Sed quomodo stat dicitur,
permittit uos deus tentari, supra quam
potestis: sed faciet cum tentatione pro-
uentum. j. Corin. x. si facientem quod in
se est, deus sinit cadere in peccatum? Nō
enim uidetur ille uolēs peccare, sed qua-
si necessariō. Præterea quomodo stat cō-
mune dicitur. Facientem q̄ in se est, de
non derelinquit in necessarijs ad salutē?
Et ideo is, per cuius culpam stat, ne con-
ditio, quam apposuit in suo uoto, im-
pleatur, non liberatur ab obligatione vo-
ti: quia fraus, & dolus nulli patrocina-
tur. Considerandum etiam: q̄ cōditio
turpis in uoto apposta non habetur pro
non adiecta: sed ea impleta uotum, q̄
turpe non est, debet impleri. Sic condi-
tio impossibilis non habetur pro imple-
ta, sed uiciat secundum Palū. Cōditio-
nes, quæ includuntur generaliter in om-
ni uoto, ac iuramento, habētur in. iij. col-
lectorio dist. xxxix. ¶ Tertia conclusio.
respicit tempus impletionis uoti. An uo-
tum obliget ad statim soluendum: ma-
xime dum uouens nō obligat se ad cer-
tum diem, & tempus determinatum.
Quia uotum propriē dicitur de faciēdo,
aut non faciēdo aliquid habere uidetur
rationem p̄cepti tum affirmatiui, tum
negatiui, tum participantis cum utroq̄.
ideo de eius obligatiōe, & adimpletione
quo ad tempus dicendum uidetur sicuti
de p̄cepto tali, uel tali. Probatur quo

ad primam partem ex eius definitione
superius posita. Pars secunda sequitur ex
prima. Sicut ergo p̄ceptum negatiuum
obligat semper, & pro semper: ita & uo-
tum negatiuum pure factum: ut uotum
continentiæ, aut abstinentiæ, quibus uo-
uerur abdicatio uenerę, aut corporeę
uoluptatis. & ideo statim emissio uoto ob-
ligatur quis ad continentiam, & nunquā
licet oppositum nisi uouens sese deter-
minasset modo certo, & ad tempus cer-
tum. Et ideo sicut profiteri fidem ore ob-
ligat semper, sed non ad semper, cum sit
affirmatiuum p̄ceptum: ita tamen cum
ex omissione libera sequitur uerē, uel in
interpretatiue, aut natum est pbabiliter
sequi dispendium fidei, uel salutis detri-
mentū corā tyrānis, aut fidei inimicis ob-
ligat semper, & ad semp. ut homo fidem,
quā tenet corde, ore cōfiteatur, & extol-
lat palā scdm̄ Gerf. in de protestatione
circa materiam fidei: Ita in proposito, cū
hō aliquid uouet pure, & absolute sine
determinatione ad tempus, uel diem, q̄
nō ita explere potest in moriturus, sicut
corpore sanus, q̄ q̄ ideo fit, ut se totum
deo dedicer, & eius uoluntati tempore
multo studere possit, & uitam emendare
& hoc ex natura uoti illius ut puta reli-
gionis, aut peregrinationis: si immine-
ret periculum probabile infirmitatis le-
talis, tenetur semper, & ad semper, ut uo-
tum pro sua possibilitate demandet exe-
cutioni. Alias uidetur habere interpreta-
tiue uoluntatem contrariā nō implēdi,
q̄ nouit: & censendus uidetur uoti trans-
gressor: estq̄ p̄sumptio, q̄ agat in frau-
dem uoti, unde quā cito cōmodē potest
tenetur implere secūdu iudicium boni ui-
ri dispositis primum ad hoc necessarijs.
Ideo dicit Palū. Vorū si sit pure, statim,
obligat: nec propter debitū, uel aliud dif-
ferri debet. Pōt dari simile: aliquis iura-
uit contrahere cū Berta, non p̄figendo
diē, nou sufficit; q̄ ante mortē cōtrahat.
Sic. n. cessaret finis contractus illius: puta
matrimonialis uita &c. Sic de ingressu re-
ligionis: qui uouetur secūdu cōmune
nominis acceptionem pro uitæ emenda-
tione; & non potest in morte impleri.
Sed cum homo uouet aliquid se datu-

rum pro deo siue quippiam facturū non determinando diē, q̄ statim dari, aut fieri potest: tale uotum affirmatiuum obligat statim: ita q̄ mox tenetur post uotū: sed non ad statim, nec ut uideatur, q̄ primū cōmodē p̄t, nisi alter, cui uouit hoc ab eo iuste requireret. Vnde secus esse uidetur de p̄cepto affirmatiuo, q̄ solum respicit aliquid dandum, aut faciendū, q̄ ita fieri potest statim ante mortem, uel in morte, sicut in uita. Hoc enim fieri, uel facere ante mortem fat est. Nec tenetur homo, quā cito potest nisi imminēte periculo, uel si est temp⁹ ad hoc statim. Sic ante p̄finitionē temporis de suscipiendo baptismū, uel p̄nitentiam satis fuit hominī, si ante mortem illa suscepit sacramenta cum effectu ex constitutiōe diuina, & semel in uita. Et nūc non tenetur homo statim post peccatū p̄nitentię sacramētum in actu suscipere ceteris paribus: sed ad cōtritiōē tenetur statim post peccatū, ad quā sufficit habere p̄nitentiā in uoto. Aliter ergo dicendū ē de uotis, q̄ possunt quasi unico facto impleri ex natura facti, & quę requirunt multū tēporis ex natura uoti pro eius fructu fera, & debita adimplētiōe, & pro nāciscēdo eius sine. Vnde talia uidentur q̄nq; participare cum p̄cepto affirmatiuo, & negatiuo simul, cum imminet periculū, & impossibilitas, uel difficultas impletionis ex culpa, & negligentia uouētis. Hic dolosi, & fraudulentē uoti impletionē suspendentes uidentur habere tacitē cōtrariā uoluntatem, & interpretatiuē nolle prius uolūtum. Cum ergo manū miserunt ad aratrum, & respiciunt, non sunt apti regno dei. Lu. ix. hoc ē culpabiliter agūt. Nec ut uideatur, ualet in hoc p̄ eua sione dicere: Scot. loquitur in. ii. di. xxxix. de iuramento promissorio: q̄ tūc primum incurrit p̄nitentiā: quando habet uoluntatem non implendi, q̄ iurauit. Nā talis nolēs remonere prohibēs ab ingressu, iam habet interpretatiuē uoluntatem contrariā. Qui enim uult antecedens, uult & consequēs scitum esse tale. Qui ergo uult differre in tēpus magnum ex deliberatione sine causa, & impediri nūc per illud, nunc per aliud, committit se

discrimini ob incertitudinē uitę, & uult consequens puta ingressus impedimentū scitum esse tales: ḡtur &c. Hinc secundū San. Tho. dist. p̄senti. ar. iij. q. j. cū timer rationabiliter perpetuum impedimentum, tenetur ulterius non differre. Et loquitur de eo, qui fecit uotum religionis sine temporis p̄finitione. Sed quid si incidit mortalem discrasiam corporis, ex quo moritur? Nunquid est uoti transgressor, & tenetur ad compensationem deo illius, quod uouit? Videtur dicendum. Si propositum implendi uotum non fuit in eo mutatum per uoluntatem cōtrariā formaliter, uel interpretatiuē non est uoti transgressor. Puta non distulit culpabiliter in senium, nec alias fraudē commisit: remouitq; prohibens, & impediens pro suo posse: quia non stetit per eū: nec est factus impotens ex sua culpa ut pono: hinc non tenetur ad aliquā cōpensationem. Si autem in fraudem uoti egit uoluntatem contrariā formaliter uel interpretatiuē habendo, & periculū, q̄ prouidere potuit, & debuit, nō prouidit, tenetur ad cōpensationem. ¶ Corollariū. Aliqua uota participant cum p̄cepto affirmatiuo, & negatiuo simul, & obligāt statim, & ad statim cessante legitimo impedimento. Sed quid de uoto, q̄ quis facit ad alterius arbitrium, & requisitionem? Responderetur. Si quis uouet ingressum religionis, uel aliud quod ad alteri⁹ requisitionem, & arbitriū: & sic obligatus esse uoluit: is tenetur ad eius arbitriū, & requisitionē, & nō p̄t ulterius differre etiā propter debita soluenda, secundū S. Tho. & Palu. Cedit. n. bonis, etsi non creditori: tamē religioni, uel monasterio, qđ uult intrare: ut illa pro se satisfaciat, quę etiā ad hoc tenetur secundū Palu. Vnde nō debet manere in seculo: ut lucret scribēdo, uel opetādo, quatinus debita soluere possit: Nec in religione tenet sic operari sicut nec in seculo, si cessisset bonis secundū eundē. Si autē promississet operari manibus, sicut p̄pter hoc nō impediret suscipere crucē, sed sufficeret, uel cedere bonis, uel tradere interessē: sic in proposito nō obstāte talismodi promissione de uelle laborare in seculo, posset religionē

Quid de eo, qui morte p̄ueniente uotum non soluit ante transgressorem.

Coroll. Aliqua uota, q̄ statim obligāt aliqua non.

intrare, & si bona sufficiunt interesse soluerē, aut bonis cedere. Alias inanis est actio creditoris, quā excludit inopia debitoris. Si enim hoc licet post contractum sed non consummatum matrimonii (si pro quia) ergo magis post omnem aliam obligationem. Immo secundū p̄satum doct. uidetur: q̄ nec ad interesse tenetur. Sicut iura ad nihil restituendum obligāt coniugem, qui post matrimonium ratum intrat religionē alio inscio, & inuito, qui tamen per hoc sepe in multis damnificatur. Hęc ille. q. iij. artic. ij. Videtur S. Thom. oppositum tenere. ij. ij. q. ult. art. vj. & allegatur infra de uotorum commutatione. Cui consonat Gerf. in responsione ad quæstionem, An grauatus debitis possit religionem intrare. ¶ Ex illis sequitur corollariē: q̄ de obligatione uoti negatiui, quod respicit non facere, dicendum est sicut de p̄cepto negatiuo, quod ad circumstantiam temporis. Sic de uoto participante cum utroq; Sed de affirmatiui uoti obligatione dicēdum: quia obligatio ex propria uoluntate, & intentione causatur: ideo si uouens cū uouet, uult, & intendit se obligare ad statim soluendum, uel in diem certum, tenetur ad statim, aut die illa non ante, & ita tenetur statim, & ad statim: aut ad certū diē. Sic sub conditione certa se obligauit: quia non uouit simpliciter: sed sub conditione: ideo extante conditione obligatur. Si pure, & absolute uouit non designando diem, potest distingui ut supra: q̄ moram non faciat cessante legitimo impedimento: ut dicit lex Deuteron. xxij. & Ecclesię v. Si quid uouisti, ne moreris reddere: ultra tempus in uoto p̄fixum, uel cōsiliij est: q̄ statim fiat. Qui enim cito dat, bis dar. Tenetur tamen remonere prohibens, & quā statim commode potest: ita q̄ non agat in fraudem uoti. ¶ Sed quid de illo, qui culpabiliter neglexit uotum adimplere? ut puta uouit uelle hoc, uel id facere, & nunc moritur. An hæres tenetur ad eius impletionem? Notandum. Votorum aliud reale: aliud personale. Personale, quod concernit p̄cisē personam propriam nō alienam. Reale, quod concernit res, siue exteriorē substantiā.

Coroll. An gra uatus debitis possit intrare religionē.

De hæreditibus an teneantur adimplere uota mortui.

¶ Isto breuiter posito est conclusio quarta responsiua ad dubium illud. Non potest alter alterum obligare p̄ter eius consensum uoto personali, secus quoad res temporales, & uoto reali. Prima pars patet ex notabili. iij. Quia homo nō habet in alterius animam dominium. hoc enim soli deo conuenit. Obligatio autē non fit sine consensu, dum quis alias ad id non tenetur. Secunda pars probatur: quia quoad temporalium dispensationē, in quo alicui competit ius, & interesse, potest alium obligare. ¶ Corollariū primum. Hæres non tenetur implere omnia uota sibi imponenda ab eo, cui succedit, nisi simpliciter ad hoc assentiat, & sese obliget sua sponte, & ea de causa p̄cisē, ut hæreditatem leuare possit, & non alias. Sic enim non habita hæreditate non tenetur implere uota. ¶ Corollariū secundum. In uoto personali tantum, quod obligat p̄cisē personam hæredis: non ligatur hæres nisi sponte assentiat. Exemplum: ut ieiunare, continere, abstinere, peregrinari. Et non distinguitur hic, sicut quidam faciunt de uoto peregrinationis, & abstinentię. Item uotum Crucis, ire ultra mare, & similia, quę p̄cisē respiciunt personam propriam, hæres non tenetur adimplere, nisi ad hoc sponte se obligat sua uoluntate, siue sit filius, siue extraneus. cap. Licet. de uo. & uo. red. Dicitum est in uoto, quod est tantum personale, & non reale. Personale enim uotum respicit personam suam, nō alienam. Vnde si dominus uouit mittere certas personas in determinatas ultra mare: tenetur hæres mittere: quia tale uotum non est propriē personale: sed partim reale: Sicut secundum ius ciuile tenetur implere pollicitationem factam rei publicę a p̄decessore. ¶ Corollariū tertium. In uoto, quod est tantum reale, hæres tenetur. ut si dominus uouit fundare monasterium: dare tantum pro deo: mittere oblationem, uel bellicosos ultra mare: hæres tenetur sicut in alijs debitis. ¶ Corollarium quartum. Si est simul reale, & personale, & utrumq; expressum, tenetur ad reale. ut si pater defunctus uouit ire ad S. Petrum, & ibi of-

Coroll. 1.

Coroll. 2.

Coroll. 3.

Coroll. 4.

ferre equum suum: hæres tenetur equum offerre, quod est reale, & nõ tenetur ire sue per se: sue per alium, quod est personale. Similiter si uouisset fundare monasteriũ, qđ est reale, & intrare, qđ est personale, hæres tenetur ad primũ, nõ ad secundũ. ¶ Corollarium quintũ. Si uotũ est personale, & personale est expressum principaliter, reale uerõ tacitum, & accessorium: ut uouere ire ad sanctũ Petrum est principale: habere expensas uiaẽ est accessorium: hæres non tenetur ire, nec expensas mittere uiaẽ: sublato enim principali submouetur accessorium. Cum igitur non tenetur ad principale, puta ire: nec tenetur ad accessorium, quod est expensas habere. Sic si uouisset principaliter intrare religionem: in hoc non potest aliũ ligare, ex consequenti nec ad bonorum suorum traditionem. Sic si defunctus uouisset crucem, quod est personale, & principale, ut pono, non potest secundũ prædicta hæredẽ nisi uolentẽ, & sese ad hoc obligantẽ ligare: nec tenetur hæres expensas mittere: nisi pater hoc specialiter ordinasset. ¶ An aut qui uouit, & nõ potest perficere per se, tenetur perficere per aliũ: Dicendum. Si quis aliquid uouet p deuotione, nõ obligatur uouens superueniente impedimento omnino impeditiuo: ut supra. Secus si est impedimentũ difficultas solum: sic debet commutari cap. Quod super his. de uo. intelligitur enim in uoto cõditio, cũ primum cõmodẽ potuero. Item intelligitur id dictũ: quando tẽpore emissionis uoti non fuit impedimentũ perpetuũ, & certũ in uouente. Sic enim ne uotũ uideatur delusoriũ, tenetur per aliũ, quod p se nõ potest. Secus si tẽpore emissionis uoti non fuit certus de impedimento perpetuo: quia tũc intelligitur, quã primũ potero. Item intelligitur, q non tenetur per aliũ, nisi fuisset in mora culpabili. Sic enim debet commutari, uel per aliũ fieri. Alias ex superueniente impedimento tollitur obligatio uoti ex deuotione. ¶ Dictum est notanter de uoto ex deuotione, ut cum quis ex deuotione uouisset peregrinationem ad terram sanctam. Nam si fuerit emissum pro subsidio terræ sanctæ, impedimentum etiam perpetuum

Coroll. 5.

An qui uouit, & nõ potest per se perficere, tenetur p alium

De uoto ex deuotione

non tollit obligationem uoti. Sic enim pro suo posse tenetur etiam per alium facere subsidium contra infideles. Ex illis sumi potest, quando filius tenetur ad obligationem uoti paterni. ¶ Sed ponatur hæres, aut filius recusat explere uotũ paternum: an possit ad hoc compelli, & qualiter. Respondetur stante limitatione præmissa, q sic. De modo qualiter, dicendum, q modus habetur cap. Licet de uo. & uo. re. Nam posset ad hoc compelli priuatione hæreditatis: non autem per coactionem personalem, aut excommunicationem, nisi se ad hoc constrinxisset, ut quidam uolũt. Alij uolunt: q ex quo sponte participat hæreditatem, potest p censuras compelli ad exequendũ uotum paternum. & sic loquitur cap. præfati. Nam participando hæreditatem facit quasi contractum, & obligationem de exequendo uotum eiusdem in his, in quibus tenetur. ¶ Corollarium. vj. Si quis simpliciter, & absolute, & in omni casu uoluit se obligare ad implendum uotum defuncti, tenetur implere promissionem. Sed si promissit, ut hæres: hoc est spe percipiendi hæreditatem, & non alias, & postea mutat consilium, & non uult esse hæres, non tenetur ad uoti impletionem, ut communiter uolunt doct. ¶ Circa prædicta quereret aliquis. An quis toties dicitur uoti transgressor quoties non obseruat ipsum: & toties, quoties peccet mortaliter. Responso ad dubium istud partim habita est distinct. xvj. quæst. iij. huius collect. Palud. distinct. xv. q. iij. artic. v. duas ponit opin. quas & alij post eum referunt. Vnde secundum eum sic distinguendum esset secundum unam opin. Si quis facit uotum negatiuum (Exemplum. Non uelle bibere uinum) Vel uotum illud est pro perpetuo, aut ad certum diem, uel dies certos. Si primum, hoc est, si est uotum pro perpetuo, & negatiuum, obligat pro semper: ita q nunquam licet facere oppositum, careris paribus. Non enim potest uotũ esse contra charitatem. Hinc secundum prædicta excipitur, si contra dei præceptum, cuius finis est charitas, quomodo cunq; militaret, ut puta in casu extre-

Coroll. 6.

M An quis toties dicitur transgressor, quoties non obseruat ipsum.

mae necessitatis, aut letalis infirmitatis secundum iudicium medicorum. Nec oportet illam conditionem intrinsecẽ, & semper subintellectam expressẽ poni. Nam lex diuina, & lex naturalis casum illum sufficienter excipiunt. Dat Palud. simile de consecratione indulgentiarum toties, quoties quis aliquid boni fecerit; dũ indulgentiæ sunt sic in genere datæ, & non limitatæ. Quandocunq; ergo, & quotiescunq; cõtrauenitur talismodi uoto negatiuo illimitato ad tempus, uel diem, aut horam quocunq; , uiolatur uotum. Nec potest dici, q illo, uel illo die obligatio sit finita, aut in diem alium translata implenda tempore alio, si hodie non seruatur: quia totum tempus æqualiter est in obligatione ex intentione uouentis, & uoti negatiui qualitate. Et sic non liberatur ab obligatione illius diei. Quacunq; ergo hora uotum non seruatur culpa incurritur. Nullo enim tẽpore licet cõtrauenire uoto, sicuti nec præcepto negatiuo. ¶ Si secundum: hoc est, si uotum de non bibendo uinum, aut non manducando carnes, est limitatum ad certum diem, & pro certa causa, ut puta: quia Christus potatus fuit aceto, non uult quis feria sexta bibere uinum: aut p honore beatæ Mariæ uirginis in sabbato continere: aut aliquo die determinato non uesci carnibus: tunc quis sic uouendo se obligat ad certum diem, uel certos dies, & sic non peccat uoti transgressione nisi prima uice, nisi accedat contemptus, & talis, q si non esset transgressus uotum, adhuc nollet ipsum seruare. Sic enim contemptus est causa peccati. Et licet proprie non transgrediat uotum, est tamen æquale peccatum. Sicut cum quis cognoscendo suam, uellet eam trahere, si non esset sua, sed quia mulier, hic non committit proprie adulterium, sed æqualiter peccat secundum mentis præparationem cum adultero. Ita in proposito, cum adesset talis contemptus secundum mentis præparationem. Qui ergo uouit non bibere certo die uinum, uouit non bibere qualibet hora diei illius, supposito; q in priori hora non biberit. Quia enim

uotum eius secundum iuris interpretationem intelligitur, ex quo una hora uinum bibit, obligatus est ad non bibendum alio die, & extrunc secundum illam opin. illo die non est plus ligatus. Dat exemplum de consecratione indulgentiarum temporalium, quæ datæ sunt ad certos dies, & sub illo tenore: Si quis hodie nõ consequitur, cras consequi possit. Vbi ueniens pluries in die, dumtaxat semel consequitur indulgentias. Sic in proposito. Ita uidetur sentire doct. ille ut supra. ¶ Dicta illa habent dubium, & obsecritatem non paruam. Stante enim prima parte de uoto negatiuo facto pro perpetuo, ut nunquã uelle bibere uinum, q quis toties peccet, quoties uinum bibit, ex eo, quia obligatio est in omne tempus, & obligat pro semper: non uidetur ratio diuersitatis, cur non pariformiter quis peccet toties quoties bibet uinum in feria sexta, & in qualibet feria sexta, gratia exempli, stante uoto, quo quis uouit pro perpetuo in omni feria sexta abstinere a uino, aut lacticijs pro honore dei. Sicut enim in priori est obligatio pro semper, & in omne tempus uniuersaliter: ita & hic ad omnes horas dierum illorum, & ad omnes illos dies. puta a. Et sicut in priori casu obligatio non est finita illo die: nec potest esse translata in alium diem: cum omne tempus, & omnes dies sint in obligatione: Ita & hic obligatio illius diei non uidetur esse finita in hac hora, uel hoc die. Nec potest esse translata in aliam: cum omnes illius diei horæ, & momenta: & omnes illi dies sint pariter in obligatione. Et uotum eius est carere uino, & tali die, puta sexta feria. Vnde semper stat obligatio ad illum diem, & quamlibet eius horam, ut uidetur. Secus forte cum uouit die uno consule tantum abstinere a uino. Sic enim potest obligatio transferri in diem alium: ut cum quis hodie stante (gratia exempli) bibitione uini explere non potest, quod uouit se facturum, facit die alio. Nunc enim factum est sibi impossibile per non obseruantiam uoti: ut hoc die non biberit uinum, prout uouit

Nota de consecratione indulgentiarum.

se facturum: ergo obligatio translata est in diem alium. Pro quo faciunt uerba sua de non ieiunante: quod utique etiam uideatur esse uotum negatiuum, secundum ipsum: licet dist. presentis dicat esse affirmatiuum. Dicit enim sic. Si quis non seruauit ieiunium, & uidet nunc fore impossibile; quod ieiunet perfecte, uel ergo alio die integro ieiunare: & cum hoc hodie non die partiali, uult hodie post ieiunij fractionem cibum sumere, aut cenare: non frangit ieiunium. i. uotum de ieiunando. Insuper oportet: quod hoc dictum intelligatur de ieiunio cadente sub uoto libero alicuius diei confusum tantum, aut indeterminatum, & quod potest in alium diem transferre. Ad quod faciunt dicta sequentia, cum inquit statim infra. Quia ieiunare est abstinere ab omni comestione non una: postquam ex culpa sua, quia bis comedit, ieiunare non potest hoc die, manet obligatus ad ieiunandum die alio, nisi propter infirmitatem etiam ex sua culpa prouenientem illo die ieiunare non possit. Sic enim conualescens non tenetur alio die ieiunare. Concludit. Quia ergo non erat obligatus nisi ad ieiunandum uno die, cum ex illa hora, qua fecit sibi impossibile ieiunium illius diei, translata sit obligatio in alium diem, ex tunc non frangitur ieiunium, quod non est: quia licet preceptum manet integrum, & obligatio, non tamen quoad illum diem: quia iam translata est. Nec ex precepto erat obligatus ad ieiunandum, nisi uno die. Hæc ille. Clare loquitur doct. ille, cum quis constrictus est ad ieiunandum die aliquo, seu uno, & non omni tali die, puta feria sexta, & ex causa tali. Et hanc mentem sentire uidetur in fine questionis allegata. Et idem dicit esse de uoto perenni, & ubi quis expressit certum, & determinatum diem pro perpetuo, & ex causa perpetua. Secus cum quis non expressit certum diem, sed confusum tantum uult aliquo die carere uino. talis obligatio potest transferri: & secundum eum transfertur in diem alium, quo non est ad simile obligatus. Ratio primi est: quia si quis uouit omni feria sexta, aut

omni die consimili carere uino, aut abstinere a carnibus pro perpetuo, hæc obligatio cadit in omnem diem talem ex uoto suo: ergo non poterit fieri translatio, aut finiri obligatio in diem alium: cum nullus talium dierum sit liber ab obligatione, sicut supra dictum est de uoto perenni secundum eum. Item causa uoti cessat quoad alium diem, qui non est sic dedicatus passioni Christi, aut compassioni uirginis gloriose. Ideo non uidetur esse differentia de uoto perenni (ut ipse loquitur) & de uoto perenni certi diei, uel certorum dierum ex causa tali. Tamen si ponat differentiam de uoto simplici caritatis, quod comitatur matrimonium, & de uoto pro perpetuo continendi in sabbatinis diebus pro honore uirginis Mariæ. De primo dicit. Consummatio matrimonij frangit uotum, non autem postea debitum reddendo. Ad hoc enim tenetur: & nemo peccat legis auctoritate. Sed petendo, toties quoties peccat: quia non potest dici, ex quo perdidit uirginitatem reddendo, quod translata sit obligatio ad alium diem, quo integre seruetur: quia omni tempore æqualiter tenebatur. Nullo itaque tempore licet debiti petere. De secundo dicit. Si sabbato una uice peteret, & sic uoti obseruantiam pro hoc die sibi impossibilem faceret, ex hoc ipso ad continendum illo die obligatus non esset. Sub qua specie si iterum peteret debitum, uotum minime frangeret. Huius diuersitatis ratio non apparet, cum illud uotum est perpetuum de continendo in sabbato, & pro causa certa, que alio die non habet ita congruenter locum: nec est talis dies alius liber ab obligatione talismodi, in que possit talis obligatio, ut integre seruetur, transferri. Ideo non uidetur illa opinio magnam habere firmitatem. Præterea, necesse est dictum suum interpretari de uoto singulari, & secreto, ex cuius non obseruantia nullum oritur scandalum, si post primam bibitionem, aut comestionem, bibit, aut comedit paratus suo uoto satisfacere in die alio. Nam secus esset de ieiunio in communi omnibus indicto. Tunc enim non liceret sic comedere extra horam debitam

Nulla differentia dicitur uoto perenni, & de uoto perenni certi diei.

Opinio tunc dicitur uoto temporali.

tam intentione alio tempore ieiunandi in scandalum pusillorum. Idem ergo uideatur esse de uoto negatiuo perenni pro omni tempore; & perpetuo quoad omnes tales dies propter talem causam, ita quod quis toties peccat, quoties non obseruat uolens, & ex deliberatione uotum, cæteris paribus, qui nullo tempore, uel die tali esse liber ab obligatione. Secus cum quis uouet uelle aliquo die, uel diebus in genere, & confusum tantum ab illo abstinere, uel ab isto. Sic enim non peccat toties, quoties non abstinet: secluso contemptu, ut dictum est. Non enim ad plures dies, sed ad unum se constrinxit suo uoto. ¶ Est ergo alia opinio plus tuta, & illa de uoto temporali. (de perpetuo satis claret ex dictis.) Aut uouens non expressit certum diem, sed uouit in hebdomada uelle abstinere ab illo, uel illo, puta a uino, a coitu, a carnibus &c. duobus, aut tribus diebus. Et tunc transfertur obligatio ad alium diem, cum non obseruatur hoc die. Nec frangitur per primam transgressionem, saltem non apparet cæteris paribus: quia non accessit precepta, ac determinata obligatio diei huius. Aut expressit obligatorie certum diem, & ob causam certam, ut puta a coitu pro honore beatæ uirginis in sabbato: a uino propter acetum Christi in feria sexta. Et tunc per primam transgressionem non transfertur obligatio ad alium diem, in quo non est inuentre similem causam: sed tenetur pro residuo diei post primam transgressionem abstinere faciendo, quod potest. si non uult toties, quoties esse transgressor coram deo. Illud uidetur esse tutius, etiam secundum Gerson in flo. & securius §. de gula. Insuper ualde refert loqui de ieiunio uoti particularis, & communis precepti. ¶ Nec cogunt similia precepta inducenda de indulgentiarum consecutione, toties quoties, uel pro aliquo tempore. De hoc enim claret, ex dantis intentione, & constitutione. Sicut de ieiunij quadragesimalis quoad omnes dies obligatione. ¶ Videtur denique uoti negatiui etiam privati culpabilis transgressio possit in aliud commutari a sacerdote eius peccata audiente. Sicut dicitur de

horis canonicis neglectis, quod non est necesse iterari neglectum: quia forte non consonaret diei, sed potest æquivalens imponi pro negligentia commissa. ¶ Ex illo patet ad dubium motum: An quoties quis frangit uotum, toties peccet, loquendo de uoto negatiuo. Sumatur simile de sanctificatione sabbati, quod partim est affirmatiuum, partim negatiuum: ne fiant opera seruilia, quæ utique nulla parte die licent durante tempore sabbati, secundum omnes doct. Et toties quis transgreditur, quoties facit opera seruilia, aut committit peccatum in die sabbati, saltem ex aggeratur peccatum. Hic tamen nihil assero: sed occasionem latius cogitandi tribuere uolui. ¶ De uoto affirmatiuo patet ex uouentis, & se obligare uolentis determinatione, & intentione. ¶ Ex illo potest sumi (ut uidetur) fundamentum cap. Explicari de obser. ieiuniorum. ubi habetur: quod illi, qui nec uoto, nec regulari obseruantia cohibiti sunt a comestione carnis in feria sexta, possunt in die natalis domini, si in feriam sextam uenerit carnibus uti. Qui autem in genere uouerunt carnis abstinentiam, & sine conditione absolute ad hoc tenentur. Non sic de usu uini, cum celebrare uolens uotum certi diei abstinentiam a uino. Potest enim in ablutione uino uti ex precepto, & statuto ecclesie, cuius auctoritas est excepta in suo uoto. ¶ An autem hoc dictum ita possit extendi ad alias ferias, sicut ad feriam sextam, dubium est apud aliquos. Hinc Ioan. Neapolitan. quem refert Antoninus, mouet questionem. An uouens ieiunare in festo sancti alicuius, si festum cadit in diem dominicam tenetur tunc ieiunare. Et præmissa qua dixerit distinctio ait. Vel talis uouit propter castigare corpus suum, & sic ieiunium debet teneri in sabbato secundum commune morem ecclesie uniuersalis. Sic si uult satisfacere pro peccatis suis per tale ieiunium. Vel secundum uult ieiunare ieiunio exultationis. i. ut magis aptus sit ad diuina. Et tunc secundum eum debet ieiunium seruari in die dominica. Non enim est uotum illud illicitum: ergo obligatorium. Hinc

De horis canonicis necesse non est iterare neglectum.

An uouens ieiunare in die festo sancti qui cadat in diem dominicam, tenetur tunc ieiunare.

Hierony. ad Luciniū. Vtinam omni tempore ieiunare possemus. dist. lxxvj. cap. Vtinam. Videtur dictum docto. debere intelligi: debet. i. licet pot. seruari in die dominico semoto scandalo: & cum non obest consuetudo populi in contrarium. Nam dies dominicus non est deputatus abstinentię, ppter gaudiū resurrectionis. Hinc si sacerdos imponit alicui ieiuniū in dñica, non est ieiunium illud necessitatis, sed deuotionis, & secundum Hug. nõ tenetur ipsum tunc implere. de obseruantia ieiū. cap. fin. Secus de abstinencia carnis, quę quãdoq. pmittitur in dñica certis festiuitatibus ecclesię maioribus. ¶ Ad cap. Si quis tanq. dist. xxx. & cap. Si quis presbyter. ibidem. vbi uidetur prohiberi ieiunium in dominica die. Dicendum: q. intelliguntur, si fiat in cõtemptū diei dominicę, uel ex aliqua superstitione. Secus si fiat ex deuotione: aut forte ppter reuerentiam sacre cõmunionis crastino percipiende. De alijs membris non est magna uis. Ideo aliqui hoc uotum de feria sexta, restringunt, & non extendunt. ¶ Nunc de uotis cõmunibus, & cõmunitatum: An vigore talium uotorum, aut etiam iuramentorum, quibus nõnunquã uouent seruare regulam hanc, uel illam, aut iurant seruare statuta multa edita, & edenda, peccent toties, quoties mortaliter cum ea non obseruāt. Aliud enim est uouere uoto psonali, quod quis sibimet instituit: aliud emittere uotum ab alio ordinatum, ut sunt uota religionum. Primum intentio uouentis, secundum intentio instituentis, quantum est de ratione institutionis uoti illius, interpretatur. Constat autem, q. in lege diuina, & uete. & no. resta. multa sunt traditiones, quarũ alique uoluntate præcepta, aut mandata stricto nomine. Alique iustificatio- nes, & quandoq. lex diuina. Alię monitiones bonę. Alię consilia. Alię pfectio, siue consummata iustitia. Quarum omnium non est par trãsgressio. Clarum est hoc de lege ueteri Deutero. vij. & viij. Et adduntur maledictiones plurimę in eos qui legem trãsgrediuntur. cap. xxvij. Item Hieremę. xj. Item Deutero. xxvj habetur, quemadmodum ipsi omni anno

N
De uo-
tis com-
munitb
& cõmu-
nitatũ.

profitebantur totam legem. Item Neem. x. Denique Exod. xxxij. Et Iosue ultimo seipsum populũ obligauit ad faciendum omnia, quę locutus erat dominus. Attamen quis sanę mentis diceret eos in omni trãsgressione uoti trãsgressores, & peccasse mortaliter? Sic suo modo in noua lege. ¶ Vnde est hæc cõclusio quinta post Gersonem in lect. vj. de uita spiritali animę. Non omnis proficiens legem euangelicam, & ad sui obseruationem se obligans, peccat ut talismodi catholice professionis ab omnibus christicolis fieri solite mortaliter in omni non obseruantia cuiuscunq. contenti in eadẽ lege. Patet. Multa enim continentur in ea, & diuersa, quę utique non obligant ad mortale. Hinc dicunt aliqui: baptizatos proficientes Christianam religionem non se astringere nisi ad ea, quę sunt præcepti proprie dicti: reliqua uero seruant, prout sunt, talia scilicet monitiones pias, consilia salubria, ut talia. Sic & consummatam iustitiam. Sic intelligendum fuit (ait Cancell. vbi supra) apud antiquos Iudęos, dum sub uoto, & professione, ac anathematizatione iurabant expresse, & publice se omnia obseruuros, quę lex mandabat. hoc est, quę legislator deus, & qualiter mandare uolebat. Quis enim tunc, uel modo posset absq. manifesta temeritate iurare, aut uouere: q. nunquam peccaret uenialiter, q. a nullo consilio euangelico uelit recedere unquam, q. uelit perfecte pfectam iustitiam in omnibus sequi? Non minor esset temeritas omnia accipere pro præceptis proprie dictis, quę lex euangelica continet, & quę professi sumus in baptismo. Sic enim omnis ebrietas, omne mendacium, & uerbum ociosum, omnis uana gloriatio. seculi cura, omnis sensu incustodia, carnis titillatio, & his similia fieri non possent sine præuacuatione uoti & professionis generalis. ¶ Sexta propositio. In nulla religione quantumcunq. uoto firmata cadit obligatio uoti talis: ut a patribus, & ecclesia institutum est, sub peccati mortalis pœna ad omnia, & singula in regula contenta. Ita habet Palu. quęst. iij. Et Gerson, vbi supra post bea-

Cõclj.

Prop. 6.
In nulla religio-
ne uoto firmata
cadit obligatio
uoti talis.

rum Bernardum in de præcep. & dif. qui id ipsum longē, lateq. deducit. Item Panor. de consi. cap. Nam concupiscentiã. Et Archidia. xxvij. q. j. cap. j. Item San. Thomas secūda secundę quęst. clxxvj. art. ix. Et j. Quolibet. art. xx. Oppositũ enim dicere, esset religionis statum ponere in laqueũ peccati mortalis. quod uix, aut nunquã quispiam religiosorum posset declinare. Vnde secundum eum aliqua in regula cadunt directē sub uoto & præcepto. Sunt & in ea monitiones, consilia, ordinationes, & statuta quædam q. non habent uim præceptiuam, nec eorũ trãsgressio est citra cõtempum regulę aut plati mortalis, ut deducit. Et Palu. Quibus alludit Gerson in regulis moralibus. cap. De superbia. dicens. Stultum & iniuriosum pro superioribus est credere omnes institutiones facticias aut factas, quales uidemus fieri respectu subditorum, obligare ad mortale peccatum. Sed sunt multę accipiendę ut comminationes, multę ut monitiones, multę ut consilia, multę ut quædam decentię & honestates, & facientes ad finem consequendum, multę ut temporalem hanc vitam regulantes, & ad pœnam temporalem, si trãsgrediantur, obligant. hæc ille. ¶ Dictum fuit Vitalis uoti, ut a patribus ab ecclesia institutum est. Potest enim qs propria uoluntate se ulterius obligare. Hinc patres ad tollendum conscientiarũ laqueos statuerũt talismodi professionis formam, in qua religiosus proficendo nõ uouet regulam, sed regularem vitam, q. in tribus substantialibus uotis consistit. Et in quibusdam cautius profitentur, nõ quidem regulam, sed uiuere secundum regulam, hoc est tendere ad hoc, q. mores suos informet secundum regulam sicut exemplar. In quibusdam adhuc cautius profitentur: quia non obedientiam, sed obedientiã secundum regulam. Vnde ex uoto obligatur seruare ea, quę ponuntur in regula tanquam præcepta, & quę prælati secundum tenorem regulę sibi præcipere uoluerit. Cetera uero, q. habentur in regula, sed non sub præcepto, non cadunt directē sub uoto. Vnde ea prætermittens non peccat mortaliter

ceteris paribus. Hoc dictum Palu. sic interpretatur, præmissis, q. non æquiparatur uouere obedientiam secundum regulã & uouere cõuersionē morũ scđm regulam. Nam qui uouet prælati obedientiam secundum regulam, nihil promittit pure, sed sub conditione tacita, si ille præcipiat. unde ad nullum præceptum regulę uideretur obligatus quousque a prælato illud præcipiatur. Is uero, qui promittit cõuersionem morum secundum regulam, statim est obligatus ad regulam nullo præcipiente, nisi forte ipsamet regula habeat oppositum. hæc ille. Hic nihil assero: quia professionis monasticę tenorem, & substantiam ignoro. In regula sancti Benedicti proficentur patres (ut Thomas loquitur) non regulam: sed cõuersionem morum secundum regulam. Contra quod facit quispiam secundum eundem, si ea, quę sunt præcepta in regula, trãsgrediantur, uel etiam contemnat regulam, recusans secundum eam dirigere actus suos omnino. Non tamen omnia, quę in regula continentur, sunt præcepta, sed sunt ibi monitiones, consilia, statuta, quę tamen statuta non habent uim præcepti. Hunc professionis modum beatus Bernar. in de præcep. & dif. omnibus fere monachis sui temporis dicit esse communem. Quis enim nesciat plures esse constitutiones in quolibet religione, immo & politica quacunque, quę magis sunt ad decentiam, & honestatem quandam, aut etiam adminicula quædam inducentia ad perfectionem, aut remouentia impediens, quam ad necessitatem? Cuius ponunt exemplum postil. Hugo, & post eum Nico. de Lyr. Matthę. xv. non lotis manibus manducare. Siquidem a tempore Moyse constituti erant pro bono regimine populi. lxx. senes maturi moribus, & graues, quibus præerat Moyses, & qui eo absente, quę erant necessaria, distabant. Num. xj. & dicebantur iudices ordinarij: quia per impositionem manus instituebantur. Hi residebāt in Hierusalem, & ad eos fiebat deuolutio dubiorum, & eorum determinatio habebatur pro lege firma. Deut. xxvij. Isti statuebant aliqua, quę erant pro

pro salute populi, & eius regimine salubri, inter quæ aliqua cadebant sub præcepto necessitatis, aliqua sub monitione tã quã cuiusdam decentiæ, & honestatis. De talibus erat hoc statutum: q̄ comesturi ad tabulã prius lauarent manus suas &c. De hoc genere sunt secundum beatum Bernard. ubi supra, cum risus interdicitur, uel silentium indicitur post completorium, aut alias. Et ita de uniuersis, quæ per se, uel propter se, nec mala, nec bona sunt, nec a deo prohibita, aut propria cuiuscunq; professione fixa nõ sunt. Si enim contra mandatum non ueniunt, non sunt peccata. Accedente mandato si non obseruantur, in peccatum reputantur. Iussa enim sine culpa non negliguntur. Attamen non reputantur in crimine, nisi contemnantur. Nomine culpæ, aut peccati intelligitur legis, uel mandati transgressio, ut uidetur: quæ meretur poenam, & disciplinam religionis. Nomine criminis peccatum proprie dictum contrarium legi dei propter contemptum transgressio. Ita uidetur terminos accipere in præfato libello. Ponit exemplum priorum, cum sunt per surreptionem, aut obliuionem, non autem per contemptum. Negligentiæ quidem culpabilis est languor inertitiæ. Contemptus uerò, superbiæ tumor. Ex illo sumitur (si dicta beati Bernard. satis intelligo) q̄ neglectus factitorum, ut ipse loquitur, & fixorum, hoc est a patribus factarum institutionum, culpabilis est: & grauior in fixis, quorum dispensatio patribus creditæ est, tolerabilior in mobilibus mandatis, sed tamen nõ est criminalis, nisi adsit contemptus regulæ, uel constitutionum illarum. Mandatum uerò proprie dictum siue sit a deo, siue ab homine, non tamen contra deum, pari reuerentia habendum est, cum homo est uicarius dei. Et infra ait. Quisquid uice dei præcipit homo, quod tamen non sit certum displicere deo, haud secus omnino accipiendum est, quã præcipiat deus. Quid enim interest, an per se, aut suos ministros suam beneplacitum innoscat? Alludit Sanct. Thom. secunda secundæ. quæst. clxxxvj. art. ix. dicens, in ordine Prædicatorum trans-

Homo est uicarius dei.

gressionem illam nullam inducere culpam ex suo genere, nec ueniamalem, nec mortalem, sed ad poenam taxatam, nisi adsit contemptus, libido, aut negligentiæ. ¶ Sed diceret. Quis ergo professus tenetur in omnibus, & per omnia, quæ certum non est deo fore contraria, suo prælato præcipienti obedire? Ad quid ergo uouet obedientiam secundum regulam? ¶ Præterea. contrarium huius secundum prædicta uidetur uerum. Nam religiosus, & secularis eandem habent diuinam legem, & obligationem. Nec potest religiosus dici obligatus esse ad plura, quã secularis, nisi quatenus seipsum ad hoc sponte obligauit uoto, aut promissione. ¶ Votum deniq; suum non est indeterminatum, sed limitatum, secundum regulam certam: nec uult se indeterminate subijcere suo prælato ad quæcunq; sed secundum regulam: uel supra. Hinc beatus Bernard. ut supra. Nil me prælatus prohibeat horum, quæ promisi. Nec plus exigit, quã promisi. Vota mea nec augeat sine mea uoluntate, nec minuat sine certa necessitate. Ponant ergo prælati mentam obedientiæ subiectorum, & uotis labiorum ipsorum, non suorum desideriorum, monentes eos, non cogentes ad celsiora, condescendentes eis cum necesse fuerit ad remissiora, non cadentes cum eis. hæc ille. Et Gerson in regulis. Subditi tenentur obedire superioribus in his solum, respectu quorum sunt superiores, & dum metas dominationis non excedunt. Ad hoc dicitur cum beato Thom. quod l. x. art. x. cuius aliqua dicta recitabo, ne peccatis frena laxare uidear. ¶ Primum dictum. Professus non tenetur obedire prælato in his, quæ certum est esse contra deum, uel contra regulam, uel quantum ad ea, in quibus prælatis dispensatio non committitur. Et in hoc omnes communiter concordant doct. & Gerson cum beato Bernard. Nec in his, quæ sunt arctiora, quã regula. sed si hoc facit, perfectam exercet obedientiam. Hoc enim est perfectæ obedientiæ, humiliter se superiorum mandatis subijcere. Nescit enim legem, terminis non arctatur, secundum beatum Bernardum, & Benedic-

O Quis professus tenetur in omnibus suo prælato obedire.

Duplex obedientia, necessitatis & obligati-
onis.

nedictum in regula. ¶ Ex quo colligitur duplicem esse obedientiam, scilicet necessitatis, & obligationis, quæ dumtaxat se extendit ad ea, quæ sunt uoti, aut præcepti proprie dicti, ut puta quæ directe præcipiuntur in regula aliqua, uel a superiore pro loco, & tempore, & ex causa rationabili cum id suadet euidentis utilitas, aut requirit necessitas manifesta. respública. Sic ait Gerson in regulis. Nemo absque culpa sua, aut consensu suo libero potest de per se obligari ad ea, quæ alias essent sibi licita, uel consilia. Potest tamen hoc accidens fieri pro manifesta utilitate respública, cuius est pars, uel ex eius culpa saltem quo ad forum exterius. hæc ille. ¶ Alia est obedientia charitatis, ut loquitur beatus Bernard. & similiter beatus Petrus. j. Pe. j. cum inquit. Castificantes corda uestra in obedientia charitatis. Et potest etiam dici perfectionis exercendæ, uel acquirendæ. Exemplum primi, cum alicui impossibilia iniunguntur, ut ait beatus Bernard. quæ quis conuidens de diuino præsidio conatur humiliter ex charitate adimplere. Vel secundò: cum aliquis superior præcipit aliquid, ad quod regula hortatur, nõ tamen præceptiue in ea continetur, nec est ugens necessitas sic mandandi. Vel cum est tale quid, quod non potest ad regulam reduci. Secundum Thom. & beatum Bernard. uidetur esse uerior opinio, q̄ in talismodi indifferentibus, non sit de necessitate salutis obedire, sed de perfectione. & hoc ideo: quia obedientia non extendit se ultra potestatem, uel ius prælationis, quæ secundum regulam limitatur. Hinc proficitur quis secundum regulam hanc, uel illam. ¶ Dicuntur uerò ad regulam pertinere, secundum beatum Thom. non solum ea, quæ sunt expressa in regula, sed etiam illa, quæ quocunq; modo ad regulam reducuntur: ut puta quæ pertinent ad obsequium fraternæ societatis, & ad punitionem culpam. Ad quæ duo ferè omnia indifferentia possunt reduci. Et secundum hoc poterunt concordari opiniones: An sit de necessitate obedientiæ, uel dumtaxat de perfectione obedire in indifferentibus, uel etiam in his, quæ sunt

infra arctitudinem regulæ, aut æqualia regulæ. Nam licet opinioniones differant uoce, sed non re ipsa, ut patet intuitu. Et ex hoc formari possent secundum dictum. ¶ Præterea. uidetur dicendum prælarum nõ habere plus iuris in præcipiendo, aut mandando, quã regula habeat in statuendo. Cum autem frater uouet religionem illam uel istam: uouet obedientiam secundum regulam istam. Id est habet regulam tanquam exemplar, secundum quod in actibus suis uult prælato præcipienti, aut dirigenti obtemperare. Si enim uotum obedientiæ non determinaretur ad aliquos actus secundum regulam istam, esset religionum cõfusio: quia omnes ad idem obligarentur. Non potest ergo prælatus id, quod regula nõ præcipit uere, uel interpretatiue (sed solum consultit, monet, hortatur, seu ut iusticiam perfectam ostendit) præcipere, & mandare, nisi in casu manifeste necessitatis, aut euidentis utilitatis. Hinc ait Sanct. Thom. Quod l. x. Per uotum obedientiæ supponitur religiosus prælato quantum ad generalem uitæ suæ dispositionem: licet non quantum ad omnes actus particulares. Secularis uerò subijcitur prælato dumtaxat quantum ad aliquos actus speciales, non autem quantum ad generalem uitæ suæ dispositionem. Ideo oportet sepe uerbum mandare, aut præcipere, large sumere, ut non distinguitur contra monere, uel exhortari. Ita etiam sumit beatus Bernard. nomen præceptum, ut includit consilium, & monita. Ait enim. Partienda est uobis in duo uniuersa hæc observatio regularis. In præcepta uidelicet, & remedia. Præceptis instituitur uita contra peccatum, remedijs restituitur post peccatum innocentia. Sic ergo utraque illa complectitur nostra professio, ut professus quisque cum in aliquo fortè regularium mandatorum deliquerit, si ad remedium æque regulare confugerit, etsi conuincitur transgressor mandati, non tamen pacti. uoti. Ecce nomine præcepti intelligit consilium, & monitionem &c. ¶ Tertium dictum. Ideo monachi uouent secundum regulam,

Gab. Biel.

Yj

vt qui præsunt, præfixum sibi ex regula sumant mēsuram, ut secundū hoc sciant sua imperia moderari circa id solum, quod rectum esse constiterit. Nec quodlibet rectum, sed hoc tantum, quod regulator instituit, aut certe quod sit secundum id, quod instituit. Ea propter inquit beatus Bernard. Si professo secundum illam regulam. N. abbas meus forte aliud imponere tentauerit, quod non sit secundum regulam, aut etiam quod non sit secundum illa statuta, quænam mihi, quæso, in hoc imminet necessitas obsequendi? Solum quippe id a me posse exigi arbitror, quod promisi. Existimo in his includi omnia, quæ ad regulam iuste possunt reduci, ut puta quæ respiciunt manifestam utilitatem, aut necessitatem reipublicæ, cuius est pars, tum ad præcandum scandala, tum pro vberiore, & quietiore obseruantia contentorum in regula &c. pro loco, & tempore, secundum mentem Sant. Thomæ. ¶ Et si replicatur secundum Hostien. de maio. & obedientia in Sum. & habetur. xvij. quæstio. ij. Abbates. Monachi abbatibus omni deuotione, & obedientia subiaceant. ergo tenentur eis in omnibus obedire. Respondetur: hoc est perfectæ obedientiæ, quæ in omnibus se subijciant voluntati superioris, sed non necessitatis. Et hanc perfectam obedientiam patres tradiderunt non præceptiue, sed consiliue. Ostensuri siquidem perfectionis viam, uel acquirendam, uel exercendam, perfectiori modo eam ostendere uoluerunt, ideo in omnibus esse obediendum dixerunt, in monitis, consilijs, & præceptis, suo modo. ¶ Si instatur. Omnis transgressio uoti saltem proprie dicti est peccatum mortale. Ioannes, uel alius, qui secundum regulam uouit obedientiam, uouit omnia in regula contenta uelle seruare. Nullam enim fecit exceptionem in sua professione. ergo ut uidetur in omnium, & singulorum, contentorum in regula non obseruati peccat mortaliter, quod repugnat dictis, ut puta in risu, cachinno, in debita morum compositione, &c. Quid enim alias adderet eis professio in claustro super uotum secularium? Es-

sent enim melioris conditionis quo ad uotum claustrales, quam seculares. Si enim secularium aliquis uouet aliquam peregrinationem ad locum determinatum: aut abstinentiam a carnibus, uel uino ad diem determinatum, puta feria quarta, aut sexta: aut simile quid spondet se facturum, quod est indifferens: si ultro transgreditur, uel non obseruat, uoti transgressor dicitur. Cur non similiter religiosus in omni eo, quod uouit, & in singulis habetur uoti reus, cum non obseruat ea? Dicendum secundum Cancell. Parisiensem. Gerson in lect. vj. de uita spiritali. & in flo. ritu. de superbia. Inrans, uel uouens in aliqua communitate, uel religione adimplere omnia, quæ pro regimine talis communitatis, uel religionis ordinata sunt, aut erunt, non per hoc censendus est esse obligatus sub pœna peccati mortalis ad obseruantiam illorum, ad quæ diuina lex non uult taliter obligare: quia nec humana lex taliter obligare intendebat, si recte (ut supponitur) intendebat. hæc ille. Et ideo sicut aliqua est obedientia de necessitate, sic aliqua de perfectione. Et sicut sumendo nomen præceptum large, ut omnis transgressio, & omne peccatum dicatur esse contra præceptum, oportet ponere latitudinem quadruplicem, aut multiplicem in præceptis, sic pariformiter dicere oportet de uotis, quæ & in eis est dare latitudinem. sic & in obedientia.

¶ Corollarium. Omne uotum quomodocumque absolute factum habet suas interpretationes, seu epikeias: ut sapiens epikes dicitur. Sicut enim finis præcepti charitas est secundum apostolum: ita etiam cuiuscumque uoti. Hinc dixit quidam regularem institutionem tandiu saluam manere, quādiu charitatis lex, & regula in his, quæ sunt, custoditur. Sic multa in regulis non concessa, sed prohibita, cum sunt indifferentia, in casu necessitatis, & charitatis conceduntur. Cuius simile ponit beatus Bernard. ubi supra. Ait enim. Licet in diuersis monasterijs diuersis obseruantijs deo seruiatur, quādiu tamen quisque sui loci bonos usus seruat, haud dubium, quin secundum re-

Coroll.
oē uoti
quocūq;
factū ab
solute
hæc sine
interpretatione

gulam uiuat: quandoquidem boni usus a regula non discordant. Et sequitur. Quisquis itaque tenet, quod teneri inuenit bonum, ubi proficitur, profectio uiuit, sicut promittit: quia non aliud proculdubio quisque promittit, quā quod habere eorum pia uidetur uita, cum quibus deinceps uiuere disponit, & eligit. Hæc ille. Possit dari exemplum in lege Christiana, quam omnes profiteremur, nec tamen singuli eam tenent boni Christiani in omnibus, tamen singuli secundum eam uiuere dicantur Christiani. Non enim obseruant consilia euangelica: quia non tenentur ad hoc ex lege diuina: licet ligent semper secundum animi præparationem. Ita in religione pariformiter dicendum. si non singuli ad uinguem (ut dicitur) seruant, & forte aliqua de ritu sui monasterij amittunt: at tamen a regulari professione non discedunt secundum beatum Bernard. donec sobrie, & iuste, & pie pro suorum moribus uiuere non desistant. Alludit Augustinus de laudibus charitatis cum dicit. Ille tenet, quod patet, & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus. Ecce piam huius sancti patris interpretationem. Ecce quemadmodum magistra charitas, aut charitatis comes, necessitas, aut cōsuetudo per superiores scita, & tolerata, aut nonnunquam imposita, excusat, absoluitque a uoti transgressione, regulam ad uinguem non seruantes. Hæc dixerim: quia displicet deo infidelis, si non impleatur, & stulta, si discretione careat, promissio. Cum hoc stat dictum beati Gregorij. Bonarum mentium est ibi culpam agnoscere (id est formidare) ubi culpa non est, exemplo beati Iob, qui dixit. Verebar omnes aëus meos. ¶ Per hoc ad maiorem. Non enim aliter interpretandum est uotum, quā lex euangelica, ut puta uouet omnia seruare in regula contenta, eo modo ut in regula traduntur, & obseruari proponuntur, præcepta ut præcepta, consilia ut consilia, exhortationes & doctrinas ut tales &c. Et ita uotum professorum quatenus eius obligatio uis statuti præcisè, & regularis professionis cadit

ad culpam mortalem, non cadit nisi super ea, quæ sunt substantialia regulæ, aut expressè præceptiue posita, uel pro loco, & tempore, necessitatis, & utilitatis urgente causa præcipienda, aut etiam disciplina transgressoribus statuta. Hæc enim non est pars minima regulæ. Hinc beatus Bernard. ubi supra. Illum sanè dico securum, qui etsi interdum obedientiæ limitem præterit, consilium non respuit penitentia. Pars siquidem regulæ, est regularis correctio, & in ea reperitur, non solum bonæ uitæ instructio. Hinc regularum conditores transgressoribus disciplinas, uel constituerunt, uel constitui uoluerunt. Et per hoc inuēit, nullam humanam constitutionem suam, uel constitutionis præcisè ad culpam quæcunque, siue uentalem, siue mortalem, sed tantum ad ordinis disciplinam constitutam obligare. Quod propter scrupulosos, & simplices in certis religionibus expressa patrum protestatione est statutum, & refert San. Thom. de ordine Prædicatorum. secunda secundæ. quæst. clxxxvj. art. ix. Possunt tamen ex contemptu, aut libidine praua, seu negligentia culpabili culpam committere. Talismodi declaratio in multis alijs reperitur constitutionibus. Et in statutis nostri florētissimi gymnasij Tubingens. expressè habetur, quod statuta non seruans non incurrit per hoc pernitium, nisi statutum uolatum hoc contineat, sed incurrit poenam expressam, uel arbitrariam, tamen omnes immatriculati iurent obedire Regiori, statuta, & statuenda seruare &c. Quia si aliqui simplices hoc ignorant, si humiles sunt, non adherent pertinaciter suo sensui; sed parati sunt in talibus iudicio melius sententiam stare: & obtemperare: hoc est uelle ita seruare regulam prout legis conditor eam seruari uoluit, & instituit. Quia si aliquis scrupulosus uult uideri, & esse perfectus obseruator regulæ, & aliter eam seruandam sese, quā mens fuerit instituentium uel singularis serus, edocuerit: is non regulam huius, uel illius sancti patris, sed suum sentire &c. legem sibi statuit: quia non ad eorum intentionem

regulam seruat. ¶ Ad minorem, negatur minor, quod votum cadat super omnia illa, quæ in regula continentur, proprie loquendo, & directe. Cadit enim super sola præcepta, proprie dicta, ut supra. Et ait Gerson in lec. Inter quæquid aliud verba sonant, interpretatio talis habenda est tum per rectam rationem, tum per superiorum discretionem, tum per legem charitatis, & diuinam, quæ maior est &c. Nisi enim sic interpretentur, & moderentur vota, & iuramenta communium, vniuersitatum, collegiorum &c. nescio quis tute euadere poterit mille peccatorum laqueos, cum sæpè numero in talibus uouet, aut pmittit, uel iurat homo, quæ ab hominum memoria nunquam sunt impleta, aut forte lecta &c. ¶ Cum quaeritur, quid addat professio claustralium ad uota secularium: aut etiam ad Christi seruitutem: Respondetur secundum Gerson lect. vi. de uita animæ. Primum, hoc addit ad Christi seruitutem, quod sic iurans, aut uouens, potest licite inuitus ad poenam cogi, si transgreditur uotum, non sic secularis. Sic in hac nostra uniuersitate Tubingensi potest iurans ad multa recte compelli, & cogi, non de per se sub poena peccati mortalis, sed sub poenis per uniuersitatem dictatis, aut distandis, uel infligendis usque ad priuationem, & exclusionem ab uniuersitate inclusiue. Immo ad poenas per iurij, si perinuium incurrit, quæquam ille apud deum nullius per iurij reus habetur. Et si hoc fit sine sua culpa criminali, sed non sine causa. ¶ Præterea secundum propter illam regularem professionem, si monita regulæ, & pro quibus sola ordinis disciplina statuta, aut superiorum arbitrio derelicta est, contempserint, utputa si passim, & absque præensione cuiuslibet non culpabilis ignorantia, uel fragilitatis, uel impotentia, pro sola libidine transgrediuntur effrenes, & indomitæ ad omnia sicut seculares, competit ipsi prælato in eos correctio condigna ex regula, uel consuetudine, quæ non sic competet ei, si sponte sese non subiecissent illi regulæ. Tenentur quoque ad illas poenas regulæ, dum ad hoc requiruntur, uel dum eis propter deli-

Quid addat professio claustralium ad uota secularium.

ctum, aut contumaciam iniunguntur, aut ad similes, prout delictum exigit, & latio reipublicæ. Præter regulam uero & consuetudinem hoc non liceret illi prælati. Consuetudo enim in talibus legem facit. Sic ait Gerson. Occidentibus sacerdotibus non fuissent interdicta matrimonia, si non cõsensissent. ¶ Item tertio, religiosus non sibi soli, sed & ceteris habet uiuere, utputa benefactoribus uiuis, & defunctis. Item consortibus suis, cum quibus degit. Reliquum ergo est, ut studeat regularis uiuere sub iugo Christi, utputa quod societatem non lædat, scandalum non præbeat &c. ergo merito ad hoc modo speciali uenit obligandus. Insuper potest ad aliqua adstringi pro bono totius religionis, cuius se fecit partem, quod si solus esset, libera mente respicere posset. Sic & Princeps secularis potest subditos etiam inuitos ad aliqua infringere pro manifesta communis necessitate. Tenentur quoque subditus in casu uelle aliquod damnum pati pro salute totius communis, cuius est pars &c. ¶ Ad illud, quod annexitur de similitudine uoti particularis, negatur: quia habet magnam dissimilitudinem ad uotum communium. Quoniam uota communium interpretanda sunt magis ad intentionem communem, quæ illis habetur a sapientibus, & haberi debet, quam secundum intentionem priuatam uouentis. Uouens autem particulariter in re propria, sicut est auctor uoti sui, ita & interpretis, & moderator ex intentione propria. ut supra. quamuis si intentio particulariter uouentis, palam sit erronea, & stultitia, peccet uouendo, nec liget ad uoti impletionem. Et quod auctoritas superioris semper excipitur, habet generalis usus ecclesiæ. Alioquin nunquam præsumeret uota subditorum sic mutare, dispensare, & relaxare. Hæc Gerson. Est autem hæc interpretatio iuramentorum, & uotorum, quibus iurant membra uniuersitatum, collegiorum, capitulorum &c. seruare inuoluntate omnia statuta, iura, priuilegia, ordinationes, libertates, consuetudines, nec ipsis quomodolibet controuenire palam, uel occulte, directe, uel indirecte: Item cum proficitur quis obedientiam suo prælato in omnibus licitis, & honestis: & dehinc leguntur factiones, quarum non est numerus, & forte quarum obseruantia fugit memoriam hominum quod uouens, & iurans seruabit ea, sicut a legislatoribus ordinata sunt, aut ordinari, & statui debuerunt, utputa præcepta proprie dicta ut præcepta, monitiones ut tales, consilia ut consilia. Et quod obediens superioribus in omnibus, ad quæ ipsorum auctoritas, & iurisdictio se extendit. In his denique, quæ ad suum officium pertinent: & quæ pro utilitate politicæ, cui præest, sibi præceperint secundum institutiones, & consuetudines laudabiles eiusdem politicæ. Et nisi valeat legitima excusatione, uel exceptione se tueri. ut quia forte plus alijs gratis oneratur, aut quod ab alijs uigentioribus impeditur. Quia si non poterit docere sufficienter de huiusmodi impedimento legitimo, ille quidem non iniuste punietur per rectorem ciuili-
P ter de in obedientia. Deus autem, qui intuetur cor, liberabit eum. ¶ Circa nunc dicta occurrunt dubia. Primum. Si uerum est dictum beati Bernardi, quid de non curantibus regulam? Gratia exempli: Aliquis uidet, quia splendide uiuunt fratres loci illius, & habent omnia corporis necessaria ad libitum, cogitat, & proponit ibi uelle profiteri pro saluando corpore suo. Dehinc monasterium reformatur, & compelluntur illic degentes ad obseruantiam monasticam. Ipse uero recusat eam accipere: ideo exit monasterium: quia non uult nouam obseruantiam sibi inexpectam recipere. An potest iuste compelli ad monasticam illius regulæ, uel ordinis, quam professus est obseruantiam? Vel an possit licite exire, & alibi in religione stare, ubi est uita laxa consimilis priorum: aut ad seculum reuertitur? Dubium habet plures partes. ¶ Ad hoc respondet Hostien. in sum. in de voto, & voti redemptio. Ex quo per casum talis fecit legitimam professionem, non potest dimittere religionem, & ad seculum reuertitur. An autem cogatur ma-

nere in illo loco nunc reformato: distinctio. Si enim ingrediens fuit iurisperitus, compellitur ibi manere: quia præsumitur, quod sciuerit tenorem regulæ antiquitus institutæ. Aut non fuit iurisperitus. Aut ergo regula fuit ipsi lecta ante professionem, & ostensa, & sic non potest allegare ignorantiam, sed tenetur ad eius obseruantiam, nisi tempore professionis excepisset contra eam, & in animo suo nolisset se aliter obligare, quod ad id, quod habuit communis usus illius monasterij, & consuetudo uetusta, salua alias lege diuina. Tunc enim in hoc casu posset secundum illum doctrinam ad laxiorem religionem, sed non ad seculum reuertitur. Si nihil excepit, tenetur simpliciter ad regulam. Felix enim est necessitas, quæ ad meliorem compellit. ¶ Responso Panor. de regula. capit. Super eo. & de statu monachorum. capit. Cum ad monasterium uidetur rationabilior, & dictis beati Bernardi, & Gerson plus consona: supposito quod uotum profitentis dici possit priuatum uotum: eo quod fit a persona priuata: quis etiam dicatur uotum communis, secundum prædicta. Siquidem uotum priuatum suam habet firmitatem, & extensionem, secundum intentionem uouentis, ex quod nominis uoti. Et ideo si quis habuit animum se obligandi dumtaxat ad obseruantiam regulæ tunc uigentem: non puto (inquit Panormitanus) quod ille apud deum sit obligatus nisi ad substantialia regulæ, quæ tria sunt, ut in cap. Cum ad monasterium. de statu monachorum. Reliqua sunt accidentalia, & ordinata ad finem illorum. ut in capitulo. Ioannes. de regulari. Vnde si per tantum tempus, de cuius initio non est memoria, aliqua accidentalia regulæ non fuerunt in illo monasterio seruata: satis potuit ingrediens cogitare: quod non sine causa illa committantur, uel fiant, cum possint abesse, uel adesse illi regulæ stantibus substantialibus. Vnde saltem antequam regula reformetur per superiorem illi qui fuerit ingressi tempore remissionis uitæ, non uidentur peccare salua lege diuina, ex quo (ut supponitur) ipsi non fuerunt actores, & inceptores: nec apparet, ex qua

causa hoc fuerit introductum. Potest ergo praesumi de causa legitima. Praeterea (vt videtur) consuetudo illius politiae excusat. Item patrum tolerantia. Sunt enim positiua humana. Ad hoc Bernardus. Quod pia eorum vita &c. Notanter dicit uita pia. Nec videtur talem posse eo nolente ad arctiora constringi: quae nunc per consuetudinem abolita sunt: neque compelli ad manendum ibi stantibus dicitis. Si autem vult ibi manere, tenetur scandalum vitare. Hic nihil assero: nec regulam aliquam explanare, vel interpretari uolo: remitto ad ius. Exini de paradiso. in Clementina. de verborum significatione &c. Facit pro dictis capit. Ante triennium. distinctione trigesima prima. vbi Cardinalis Alexander sic distinguit. Aut a principio nunquam fuit talis austeritas in regula: & sic loquitur capitulum allegatum: quia ex quo eam non inuenit tempore professionis suae, non debet ad eam constringi nolens. Aut quandoque fuit talis austeritas: sed relaxata est postea, per tantum tempus, cuius initij non est memoria: & sic potest rite praesumi de privilegio impetrato in contrarium; & quod antecessores non fuerint solutis immemores: nec potest tunc nolens cogi ad rigorem maiorem, quam inuenit tempore professionis. Possunt enim accidentaliter regulae tolli statuto, privilegio, aut consuetudine. Aut non est tantum tempus, cuius initij non sit memoria in contrarium, & sic posset cogi ad regulae austeritatem debitam, quam sciuit, aut scire debuit, & potuit. Haec ille in sententia &c. ¶ Secundum dubium de poenis annexis regulae cadentibus sub uoto: An poenarum solutione, aut perprofessione quis compenset delictum, aut omnino satisfaciat. An denique quilibet transgressor tenetur in foro conscientiae pati, uel luere poenas transgressoribus inflictas. ¶ Ad primum respondet Gerson in regulis. Si in praecipuis poenalibus poena sit addita per modum disunctionis ad constitutionem praecipuam: sufficit poenam pati, uel dare: dum a se amittitur, uel legi contrahitur. Nam te-

Dub. 2.
De poenisanne
regulae cadentibus
sub uoto.

nor praecipui hoc modo sic sonat. Quilibet faciet hoc, uel subibit hanc poenam, aut etiam arbitrariam secundum iudicium praelati pro qualitate delicti. Si uero sit imposita poena absolute non sub disunctione ueluti accessoria, & inducta ad obseruationem praecipui, aut regulae, per poenae solutionem, uel expletionem non excusatur quis praecise a statuto, aut regulae transgressione, sed bene fit quandoque in foro exteriori compensatio unius ad reliquum. Et hoc videtur uerum, quando constitutio est praecipua, & obligatoria ad aliquam culpam. Si autem ex prouidentia statutis non est obligatoria ad culpam aliquam quantum est ex uic constitutionis praecise: sed dumtaxat ad poenam hanc, uel arbitrarie infligendam, sicut nonnunquam prudenter, & laudabiliter fit a legislatoribus, non fit propria compensatio: quia non tenetur quis in foro conscientiae ad illam poenam, nisi sibi infligatur, & imponatur a superiore. tunc etenim tenetur poenam accipere nisi habeat iustam defensionem. Hinc ait Palu. distinctione vigesima septima, questione prima. Poenae iuris ante condemnationem factam in iudicio, non debentur in foro conscientiae. Tenentur ergo transgressores ad poenam, dum ad hoc requiruntur: uel cum eis iuste imponitur a superiore, secundum tenorem regulae, uel consuetudinem religionis illius &c. ¶ Tertium dubium de incaute, & in omni quodammodo euentu mali alicuius uouentibus sine deliberatione praecisa, quae quandoque seruata in certo casu sunt alicui abbreviatio uitae, uel causa mortis: An talia sint inuoluntate seruanda. Dicendum. quandoque aliquis nec actu, nec habitu intendit per uerba sua iurare, aut per uotum sese obligare: si ex consuetudine, aut habitu qualicunque ad omnem euentum insperatum, seu ex quadam surreptione uouet aliquid sine deliberatione praecisa, non tenetur ad impletionem. Immo non est uotum ex definitione uoti. Hinc non est reus peruarij, nec apud deum, nec apud homi-

Quis non tenetur in foro conscientiae ad poenam.

Dub. 3. De uouentibus sine poena delib. beratio ne.

nes, si sufficienter, & certe constiterit de defectu deliberationis praeciae. Potest tamen de incauto modo uouendi propter scandalum culpari. Item de temeritate eiusdem, cum sine omni causa, & praeter rationem uouet &c. Nam forte hoc habet praecise ex consuetudine, sine intentione sese obligandi. Quod colligi potest ex poenitentia statim subsequente: dum inquiritur, an ne uoluerit sic, & sic esse obligatus. &c. ¶ Ad secundam partem dubij: ualet dictum Gerson in flor. de gula. cum inquit. Votum Carthusienium de non esu carniuum, uotum insuper aliorum religiosorum de multis obseruationibus duris, alias licitis: uotum denique particularum personarum de certis cibis non edendis in aeternum, ut de capite, in certis casibus necessitatis extrinsecae imminentes probabiliter, si uota haec tenerentur, debent immutari. Et ratio potest esse: quia sicut non licet occidere alium, ita nec seipsum. Et sicut ait Ambrosius de alio pascendo; Pasce fame morientem, si non pauiisti, occidisti: Ita & de seipso plus uerum est. Pasce te fame moriturum &c. ex regula, & ordine charitatis. Attrahunt scandalum pusillorum uitandum est per sufficientem eruditionem, cur hoc fiat &c. Pusillus dicitur secundum beatum Bernardum de praecip. & dist. qui bonae uoluntatis, sed paruae scientiae existens, zelum quidem dei habet, sed non secundum scientiam. Et de similibus similiter iudicandum est. ¶ Sequitur de uoti efficacia, & utilitate: pro quo sit haec propositio prima, in ordine ad praecedentes septima. ¶ Votum simplex continentiae ab aliquo emissum impedit sponsalia post eius emissionem de futuro fienda: similiter & matrimonium ex post contrahendum. Sed non rescindit, nec dirimit matrimonium, quod est post uotum contractum. caput. Rursus. caput. Veniens, qui clericus, uel uou. Et libro sexto. de uoto, & uoti redemptio. De hoc supra distinctione nigesimasextima. ¶ Secunda uotum conclusio. Dumtaxat uotum solemne,

De uoti efficacia

Cocl. 2. Votum conclusio.

quod est solemnizatum per approbationem solenne religionis tacitam, uel expressam promissionem, & non per solius sacri ordinis ecclesiastici susceptionem, dirimit matrimonium ratum, non consummatum per textum, libro sexto. de uoto, & uoti redemptio. vbi dicitur. De clarandum duximus illud solum debere dici uotum solemne, quantum post contractum matrimonium dirimendum, quod solemnizatum fuerit per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem tacitam, uel expressam, factam alicui de religionibus per sedem apostolicam approbatis. Verum ex hoc textu non habetur distinctio nunc tacta; sed ex extraneis Ioannis nigesimisecondi, cuius initium Antiqua. De quo supra, distinctione trigesima secunda articulo primo. Dicitur approbatis. Nam secundum glossam, si profitetur religionem non approbatam, & postea contrahit: tenet matrimonium, etiam si tunc cum professus fuit, credidit eam fore approbatam. Sic subdiaconus comperiens suum ordinatorem non fuisse episcopum: si contrahit, tenet matrimonium. Paulus uidetur hic esse rigidior dicens, cum profitetur expressam religionem putatiue solum approbatam, proficitur tacite aliquam religionem approbatam, nec potest in seculo manere. Sed quomodo hoc posset ex textu priori colligi? Vtique non est solemne uotum ex priori dispositione iuris. Et si est uotum simplex, non dirimit. ¶ Quae sit post dicta in distinctione vigesimaquarta. An hic peccat, qui contrahit matrimonium cum absolute uouit non uelle contrahere, uel non uelle uxori, nihil penitus cogitando de copula carnali, quam tamen postea sustinet. Item quomodo differunt non uxori, & non uelle contrahere, & pro quo supponunt illa nomina, non uxori, non uelle contrahere. ¶ Dicendum, quod uotum, quo quis uouet non uxori, non dicit dumtaxat, & nude non uelle contrahere, sed dicit

An peccet, qui uouet absolute non uelle contrahere, & contrahit.

non velle uti copula coniugali, aut supponit pro utroque simul. Votum enim est supererogationis. Ergo votum virginialis castitatis, est cum abdicatione copulae coniugalis se eunuchare, seu castrare pro Christo, secundum illud Matthaei. xix. Sunt eunuchi, qui de utero matris sic nati sunt. Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum. utiq; per concupiscentiae repressionem. Et sic potest intelligi Gerson, cum dicit. Votum clericorum ferri super non nubere. Et Scotus; cum dicit. Votum esse ad oppositum eius, ad quod est contractus matrimonij. Non dicit Scotus; Ad oppositum eius, quod est contractus matrimonij; sed, Ad quod est contractus matrimonij. Contractus matrimonij est, si petitur ad copulam conjugalem: & votum continentiae est ad oppositum illius. Praeterea, nisi sic, quomodo posset dici virginem Mariam servasse consilium, & votum continentiae? quae varique fuit coniux Ioseph, & ei matrimonialiter iuncta, sed non in copula coniugali subiecta. Mansit enim in coniugio virgo purissima, & perpetua. Item Augustinus sermone trigesimo septimo, ad fratres de eremo, inquit. Coniugium sacerdotibus prohibetur, intelligens per coniugium, & copulam conjugalem, & nubere. Nisi sic, non videretur magna laudis non contrahere praecise. Et ideo non licet petere debitum citra dispensationem ei, qui uouit castitatem. Hic enim uouit, & constrinxit se uoto ad id, quod est oppositum illi, ad quod est contractus matrimonij: quod non videretur esse aliud, nisi non uti copula coniugali. Item non posset alias saluari dictum aliquorum doctorum dicentium, quod is, qui iurauit aliquam ducere: debet non obstantem castitatis uoto cum ea contrahere nuda sine consensu in copulam conjugalem quandoque habendam cum ea: Hoc enim esset contrarium suo uoto, si cum consensu experiendi carnalem copulam contraheret. Non autem agit contra uorum contrahendo praecise cum proposito monachandi. Hinc Scotus ait. Peccat mor-

taliter, qui contrahit post uotum prius, tum cum intentione consummandi matrimonij. Et ideo non potest licite contrahere, nisi cum intentione non consummandi, & per consequens religionem intransandi. Illud Palude dicit esse verius: Tenetur enim votum in quantum potest seruare, ideo cum primum matrimonij consummat, peccat: quia iam subiicit se iugo maiori, propter quod non potest alteri corpus suum denegare in actu coniugali: licet possit cum cordis amaritudine debetum reddere, & tunc potius dicitur pati, quam agere. Non autem licet perere. Et hoc videtur esse probabilius, quod oppositum. ¶ Tertia conclusio. votum simplex castitatis ideo matrimonium contrahendum impedire dicitur: quia contractus animo ipsum matrimonium consummandi per copulam conjugalem factus, non potest excusari a peccato, cum sit mentalis uoti violatio. Patet conclusio ex dictis. ¶ Quarta conclusio: Votum solemnizatum sacri ordinis, aut religionis susceptione, non magis ex natura sua uideretur matrimonium contractum, quam simplex votum dirimere, sed hoc est ex constitutione ecclesiae. Ita habet Gerson in regulis moralibus. ¶ Quinta conclusio. Sacerdos, aut monachus rite professus, uentes copula carnali praeter, & extra matrimonium, non sunt ex hoc dicendi proprie uoti transgressores: quia sint diuinae legis transgressores. Patet, respiciendo super quo feratur uotum eorundem. Fertur enim super non nubere tantum, secundum Gerson: & non uti coniugio, secundum Augustinum, ut supra. Idem supra dist. xxiiij. ¶ Sexta conclusio. Licet uotum simplex non minus obliget quo ad deum, quam uotum solemnne quantum est de se, & ratione uoti praecise: sed tamen est per accidens, & coram ecclesia: cum uoti solennis transgressio est regulariter plus scandalosa. Patet conclusio. Et dictum est regulariter: quia solemnne uotum, est quandoque fit in priuato, & coram paucis: habet tamen aliquid annexum, ratione cuius nomen est in publicum deducitur: siue solemnizetur professione monastica, siue ordinis sacri perceptione. Ita habet Hostien-

Cocl.3.

Cocl.4.

Cocl.5.

Cocl.6.

sis de uoto, & vo. redemptio. & Gofredus ibidem. ¶ Circa hanc partem addendum venit de eius utilitate, & in ordine ad alios. ¶ De uoti utilitate, & comparatione in ordine ad alios actus. ¶ Circa hanc partem addendum venit de eius utilitate, & in ordine ad alios actus. ¶ De eius utilitate claret ex testimonio scripturae dicitur. ¶ Vouere, & reddite &c. Est enim diuini consilij uouere, sed praecipi, quod uotum est adimplere. Et licet ad uorum nonnunquam plurima sequantur mala, & pericula, non tamen est de sui natura periculosum, siue ex natura facti. Nec est natura uoti hoc malum sequitur: uel natum est sequi: sed ex culpa non facientis, quod deuotum est: quia deficit a proposito bono libere. Et si dicitur: melius est non uouere: quam promissa non soluere: Tamen melius est uouere, quam non uouere: melius inquam per comparationem ad suum contrarium, quod est non uouere. ¶ An actus procedens ex uoto sit perfectior, melior, & magis meritorius, quam sine uoto: Dubium illud multipliciter posset intelligi. Supponitur in primis post dicta distinctio. xxxiiij. quaestio iij. Nullus actus est meritorius, nisi sit ex charitate, aut gratia gratum faciente elicitus. Secundo: sicut nullum opus est meritorium sine charitate, aut gratia gratum faciente: ita nulla uirtus est uera uirtus: nec placet deo: nisi procedat ex caritate, vel religione, seu pietate. Tertio: uotum non mutat genus, aut substantiam operis, sed trahit actum ad uirtutem altiore, non quidem in eodem, sed in alio genere. Quarto: Opus aliquod potest esse alienius uirtutis elicitue, & religionis, seu caritatis imperatiue. Quinto, uotum, seu uouere est actus caritatis, seu religionis: religio uero est uirtus specialis habens imperium super actus aliarum uirtutum moralium: quatenus referantur ad deum, & in diuinum cultum. In deum, sicut in finem ultimum. Et licet religio habeat aliquos actus proprios, quos elicit immediate: puta sacrificare, adorare, & similia: tamen imperat omnium aliarum uirtutum actus: ordinans eos ad dei reuerentiam, & cultum. Sic actus religionis imperatiue est abstinentia a carnibus, ieiunium, maceratio, peregrinatio. Cum ergo ex uoto procedunt actus illi, sunt diuersarum uirtutum: uisus elicit-

ue, alterius imperatiue. Imperatiue religionis, elicitue temperantiae. Constat autem ex scriptura, primae Corinthi. decimotertio. quod summa, ac perfectissima uirtus est charitas, sine qua nulla alia potest dici uera, aut perfecta uirtus. Quotum ergo actus aliquis ex maiori uoluntatis conatu, seu charitatis, & gratiae inclinatione procedit, tanto est perfectior, & plus meritorius. Consequenter: Virtutes morales secundum quod magis accedunt ad deum, & ordinant in finem ultimum: & ad diuinum dirigunt cultum, dicuntur nobiliores. Et cum religio sit huiusmodi: igitur actus procedens ex uoto, & charitate, est actus nobilissimarum uirtutum. Stat tamen saepenumero hominem, qui non est uoto ligatus ad consiliorum obseruationem, habere intensiorem affectum, & animi pronitatem ad obseruantiam eorundem pro loco, & tempore, cum necessitas postulat ea obseruatum iri, eo, quod est uoto ligatus. Verum ceteris paribus actus ex uoto elicitus, uel imperatus, circumstantiam habet bonam, & laudatam, qua caret actus non ex uoto procedens. & ita est actus nobilioris uirtutis, non in eodem, sed in alio genere. ¶ Vnde beatus Thomas secunda secunda quaestio. lxxviiij. articulo sexto, tres ponit rationes, quare magis laudabile est, & meritorium aliquid facere ex uoto, quam sine uoto. ¶ Prima: quia sit ex superiore uirtute. ¶ Secunda: quia plus datur puta arbor cum fructu. Deus autem primum acceptat operantem: & propter ipsum, opus. Exemplum de Abel, ad quem primum respexit. ¶ Tertia: quia ex maiori firmitate, & uoluntatis perpetuitate. Et dato, quod aliquis poeniteat de uoti emissionem, stante uoluntate faciendi, quod uouit, quia uouit, & non alias: non enim uult uotum frangere: adhuc est plus meritorium accedente uoto. Iam enim huic merito superadditum est meritum iustitiae, quo uult soluere, quod promissit. Secundo: quia licet propter sui imperfectionem, & charitatis defectum habeat tristitiam: quia uouit, & quandam uoluntatem: tamen in soluendo, quod uouit, & in uenerando uotum, quod uult non infringere, habet uo-

luntarem. ¶ Nec potest dici; quod per hoc demeretur, quo uellet se non uouisse. Si enim a principio non tenebatur uouere sic nec (ut uidetur) ex post facto teneatur uelle uouisse: licet teneatur, quod uotum est, soluere. Et esto, quod peccatum sit illi, cum dolet de benefacto, & forte in instinctu diuino: non tamen propter hoc impeditur: quin uolendo facere, quod uouit, mereatur. Sunt enim distincti actus. Et licet sit hic necessitas; quod uotum est faciendi, non tamen coactionis, quae causat inuoluntarium contrarie & iustitiam, secundum philosophum. v. Metaphysicę, sed est necessitas spontaneę firmitatis. ¶ Vnde duplex potest dari necessitas, scilicet coactionis. Et de illa loquitur Apostolus ad Philemonem. Ne uelut ex necessitate sit bonum tuum, sed uoluntarium. Alia spontaneę firmitatis: quae secundum Richardum dicitur necessitas salutis, & conditionata, qualis est necessitas diuinorum praeceptorum, quae utique est magis meritoria, quam consiliorum obseruatio: accipiendos consilia praecise ratione horum, quae addunt ad praeccepta. Secus cum consilia includunt praeccepta. Vnde promissio uoluntaria, uoluntarie non necessitat coactiue, sed firmat in bono proposito, saltem nata est de sui natura deuotionem augere, & gaudium. Secus de imperfectione uouentis, & propter sui malignitatem, qua quandoque recedit ab his, ad quae tenetur. Vnde Augustinus ad Armentarium, & Paulinam. Non te uouisse poeniteat, gaude iam tibi non sic licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Felix necessitas, quae ad meliora compellit. Cum ergo manet uoluntas implendi, quod uotum est: licet quis doleat de facto: quia tamen hoc est per accidens, nihilominus procedit actus ille ex uirtute religionis, & laetiae, quae est melior uirtus, quam abstinentia, cuius est ieiunare. Poenitudo uero est ex culpa uouentis: & ideo non ex natura uoti. ¶ Ex his patet responsio ad aliud dubium, an expediat uouere, an denique iuuenes sint inducendi ad uota diuersa, ut puta religionis, & similia. Si in genere quaeritur: an expediat uouere, plana

Duplex
necessi-
tas. coa-
ctionis,
& spon-
taneę fir-
mitatis.

S
An ex-
pediat
uouere,
& iuue-
nes sint

est responsio, cum uouere sit consilij diuini, & actus laetiae, secundum praedicta, inducen-
di ad uo-
ta. per quam etiam actus inferiorum uirtutum perficiuntur. Sed quomodo non omne bonum, est bonum istius, & illius: Vinum enim bonum est in se, sed non fabricanti: Ita & uouere secundum se bonum est: & de natura facti, non tamen cuiuslibet. Vnde secundum Richardum distinctione praesenti, uouere ea, quae sunt proportionata probabiliter spiritali infirmitati, & ita statui, & conditioni personae, expedit: quia homo per hoc magis firmatur in bono, & excluditur pro magna parte libertas male agendi, aut minus bonum omittendi. Quae libertas, ut supra, secundum Augustinum fugienda est. Non est inquit, gratulabunda libertas, qua sit, ut non debeatur, quod cum lucro redditur. ¶ Diceret quis. Non expedit homini, ut se priuet bono, quod ei deus donauit: sed hoc est libertas &c. ergo. Negetur maior. Inimmo libertas data homini saepe obest ei, eo male uolente. Et talis non est proprie dicenda libertas: sed necessitas in contrarium ratione uoti talismodi libertatem aufert. ¶ Praeterea posse in malum diminuit libertatem, & avertit peccatum inducendo seruitutem, quae non est liberorum libertate gratiae. Ioan. viij. Hinc liberiores sunt beati in bono confirmati, quam uia tores potentes peccare. Similitudinem magnam habet necessitas uoti, quae confirmat in bono, cum confirmatione beatorum. ¶ Uouere autem ea, quae sunt probabiliter infirmitati spiritali hominis improporcionata, non expedit: quonia talia uota carent discretionem. Displicet autem deo stulta promissio. Et huiusmodi saepe nata sunt homini afferre pericula plurima: plus ex indiscretionem uouentis, quam ex ipso facto. Quando enim ex facto ipso periculum nascitur, non expedit homini uouere. Secus cum ex culpa, & defectu uouentis. Per hoc enim homo se magis uidetur illaqueare, quam agere salutem, aut securitatem de salute sua. Cuius ratio sumitur ab Augustino, ubi supra, cum inquit. Non

talis eris, si non feceris, quod uouisti, qualis mansisses, si nihil tale uouisses. Minor enim tunc esses, non peior. Nunc autem tanto (quod absit) fies miserior, si fidem deo frigeris, quanto beator, si persolueris. Vbi ergo est probabilis timor de transgressione uoti ex infirmitate: quid aliud est uouere, quam probabili salutis periculo se exponere: qui posset sine noto licet in minori gradu saluari? ¶ Infirmitas autem illa unde probabilis timor transgressionis uenari potest, ex multis attendi ualet, secundum Gerson de mystica theologia practice, & alibi. Ex complexione. Est namque philosophicum dictum, Animas insequi corpora. Quod licet sic accipiendum sit: ut non necessitatis, uel coactionis sit haec sequela, sed inclinationis: iuuat tamen modis ad operationes has, uel illas, conformitatis inclinatio naturalis. Sicut ex aduerso dissona tantum obest, quantum uix libertas animi, uix disciplinatio, uix conatus assuetudinis sufficit euincere. Nam uulgo dicitur. Quod natura negat, nemo facilius audet. Similiter ex consuetudine, quae altera natura dicitur. Sic ex statu, aetate, loco, tempore, conuersatione, officio, & similibus conditionibus multis. Experimente notum est illud philosophi, & post eum Tullij. Non omnia possumus omnes. Facile namque delectatur quilibet eo in opere, ad quod primum symbola concurrunt: id est status complexionis consuetudinis &c. Et sicut de lectatio seruat operantem in opere: ita uehemens tristitia nauisem affert, & ab opere cessare compellit. Ideo non est suadendum his, qui sunt adstricti multis corporalibus laboribus uouere ieiunia multa. Nec iuuenulis in seculo manere uolentibus, abdicationem matrimonij &c. Voluit non praecipue, sed non prohibitive hoc Apostolus primae ad Timotheum quinto. cum inquit. Uolo iuuenes nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti. &c. Arguit enim ibi uiduas, quae post uotum continentiae fidem irritam fecerunt cum

Animas
insequi
corpora
quomo-
do.

proposito experiendi conjugalem commixtionem. Et quoniam melius est nubere: id est suam habere pro remedio fornicationis extinguendo, quam uiri concupiscentia, & ab ea superari ab extranea (quia minus malum est habere suam ad remedium fornicationis, quam fornicari) ideo in hoc casu magis uoluit eas non uouere continentiam propter fornicationis periculum: sed matrimonium iungi. Ad idem facit parabola Christi Lucae decimoquarto. de uolente aedificare turrim, & non prius computante expensas necessarias operis consummatione. ¶ Hinc (ut uidetur) incautum est, & periculo proximum disponere in seculo uota perpetua, & absoluta emittere, aut plurificare: quaecumque sint illa. Sed opus est secundum Gerson in de sollicitudine ecclesiarum attendere non solum, quid liceat: aut deceat: sed & quid expediat nedom ad praesens, sed & futurum. Prudentis enim est exitus rerum metiri. Euenire enim solet nonnunquam, sicut in agentibus iter magnum, quod labor primum uideatur paruus, & tolerabilis, & temporis successu importabilis, ut nec digito tangere possit. Item occurrunt euentus, & casus plurimi inopinati, & insperati, quorum sit tunc habita fuisset praesens, aut praesentia quaecumque, nullatenus se ad hoc constringere uoluisset. Hinc scrupuli, conscientiarum laquei; & forte indiscretio in commutando, ligando, aut quod uotum est cum magno discrimine corporis, & animae seruando. Ideo consulit Gerson in tractatu contra recidiam. facere uota momentanea, & temporalia, & ea ipsa stante opportunitate innouare. Discretionem opus est, nec diffidendum est de adiutorio diuino. Dans enim formam dat & conscientiam formae: & maior cura deo est de homine, quam de bobus &c. ¶ Hic considerare oportet: quod quaedam sunt improporcionata in statu certo, quo mutato amplius non uidentur improporcionata. Si

cur castitas, quæ inter seculares naufragatur, in religione quasi in portu tuto collocatur: quantum est ex parte religiosi status &c. Et de hoc dicit Richardus. Quilibet reputare debet uotum religionis proportionatum esse suæ infirmitati spirituali, nisi per certam experientiam sibi de opposito constaret. Nam propter custodiam, quæ magis adhibetur religiosis, quæ secularibus, & bona exempla, ac verba, quæ frequenter audiunt, & vident, & propter maiores consolationes spirituales, quas ex diuina benignitate ob fauorem religionis, & ex sancta societate recipiunt: & propter remotiorem occasionem, & impedimentorum bonorum sicut sunt cibus, potus, ocium, obiecta titillatia, & similia, obseruatio quorundam bonorum proportionata est existenti in religione, quæ eidem proportio nata non esset in seculo remanenti. hæc ille. ¶ Per hæc aperta est uia ad dubium. An expediat inducere maxime iuuenes ad religionem. Respondet Richardus articulo vii. quæstio. iij. sic, si ad sunt debita conditiones ex parte inducendi iuuenis, ex parte modi inductionis, seu inducendi, & ex parte obligationis. Hinc ait dominus. Qui potest capere, capiat. ¶ Primum uolens iuuenem inducere videat: quod maturam habeat ætatem doli capacem; quæ ad minus debet esse. xiiij. annorum, si professio debet ualere. de regulari. capi. Significatum est. in glo. & tex. Tametsi libro vii. de temporibus ordinan. cap. Nullos. inuatur, quod aliquis minor septennio potest religionem intrare, nisi aliqua religio speciale habeat priuilegium. Possit tamen aliquis professionem immaturo tempore factam, postea per nouum consensum ratificare, & approbare maiorennis. ¶ Item requiritur secundò ex parte inductionis, seu modi inducendi, quod asperitas religionis eis diligenter explicetur, & uere sine fucio falsitatis, aut simulationis, semota importunitate. Cum enim rigor celatur, & fucus falsitatis exhibetur: oritur deceptio, quæ ratione ignorantie diminuit de ratione uoluntarij. Item comminatio, aut persuasio opportuna, quæ sit rerum temporalium promissione, cau-

fant in iuuenes surreptionem. Obligatio uero monastica liberè fieri debet, præuia sufficienti deliberatione. Item cum quise inuenit deceptum fore, & ita minus uoluntarium, saepe resilit a proposito mutando uoluntatem, & sunt notissima hominis illius peiora prioribus. ¶ Item tertiò ex parte obligationis tria sunt obseruanda, ut fiat præuia deliberatio, & propositi stabilitatis diligenti examinatione, & cum prouida discretionem, ut scilicet uolens ingredi nõ se statim obliget uoto, aut iuramento, sed primum experiatur vires suas, an possit onus religionis sustinere. Sumat ergo probationis annum, ut probeat, & probeatur, ita quod si non placuerit tibi manere, liberè possit exire absque hoc, quod cogatur aliam religionem intrare: quoniam obligationes factæ sine deliberatione præuia, & absque uoluntate libera, tristes habere solent exitus. Hæc in sententia Richardi. ¶ Olim circa religionis ingressum multæ fuerunt hominum sententiæ pariter & errores, ut uidentur innuere dicta beati Thomæ in diuersis locis, Quod libet. Sancti Bonauenturae in apologia pauperum. Richardi distinctione præsentis. Gerson & aliorum. ¶ Senserunt quidam, quod ligati uoto, aut iuramento ad intrandum religionem nõ tenentur intrare. Christus enim hoc nõ præcepit: sed consuluit. Hoc dictum Sanctus Thomas reducit ad hæresim. quæstio. xij. tertij. Quod libet. ¶ Item quod status religionis excludit ab homine liberam uoluntatem, & prohibet a multis bonis, quæ extra religionem positus facere posset. Quod sapit hæresim Vigilantiæ, tenentis melius esse manere in seculo, & studere operibus pietatis, quæ religionem intrare. Hic articulus continetur inter errores Vigilantiæ, ut claret ex dicto Hieronymi impugnantis eundem, & damnatur libro de ecclesiasticis dogmatibus. ¶ Item senserunt aliqui: quod iuuenes nõ sint inducendi ad religionis ingressum, uel simpliciter sine uoto, aut iuramento, aut cum illis. Quidam enim attendentes hominum in stabilitatem, & relapsam a proposito bono, suaserunt, ut suum propositum uoto, aut iuramento firmarent. Et sic cum ad frugem

frugem uitæ melioris eos suo iuramento, aut uoto inducere poterant: iudicabant hanc esse felicem necessitatē, quæ ad meliora compellit. Dixerunt enim. A proposito simplici quis facile labitur, nõ sic a uoto, aut iuramento. Et de hoc sonat dictum Richardi supra allegatum. ¶ Alij e regione induxerunt iuuenes, & persuaserunt citra uotum, aut iuramentum, deferendo ætati uel sexui, aut quia non dubitabant de eorum constantia. Hinc ut refert Sanctus Thomas. quæstio. xj. tertij. Quod libet, Innocentius quartus in literis datis ad quosdam religiofos, incipientibus. Non solum in fauorem. sic dicit. Vobis de fratrum nostrorum consilio in uirtute sanctæ obedientiæ sub pœna excommunicationis auctoritate præsentium districtius inhihemus, ne ante annum probationis, qui est maximè in subsidium fragilitatis humanæ regularitèr institutus, quæquam ad professionem uestri ordinis seu ad renunciationem seculi faciendam recipere presumat. hæc ille. Subiungit Sanctus Thomas. Quia autem ad probationem non recipiantur iuuenes: uel quod uoto, aut iuramento non obligentur ad intrandum sine præuidiõ probationis temporis, nunquam inuenitur prohibet. ¶ Videtur illi pro se habere: quia nõ sunt faciendæ bona, ut inde eueniant mala. sed ex illo ingressu innumera sæpe sequuntur mala: quia apostotat: illegitimas nuptias faciunt: & sunt gehennæ filij dupliciter. ¶ Item dicit scriptura. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex deo sunt. Item actuum. v. Si ex hominibus est consilium hoc, & opus dissoluet. Si ex deo, non poteritis dissoluere. ergo uidetur: quod contra deum faciant, qui eos ad hoc inducunt. Item sicut ad fidem nemo compellitur, ita nec illi uoto, aut iuramento debet ad religionem compelli. ¶ Verum illa non cogunt. Non primum. Si enim ly ut sumitur causaliter, uerum est. Peccaret enim, qui ad hoc induceret, ut postea turpiter uiueret casualiter. Si uero consecutiue, sic non est uerum. Alias enim oportet ab omnibus bonis abstinere. Vix enim sunt aliqua bona, ex quibus mali non recipiant scandalum.

exemplum de Christo. Sic qui consideratum, non seminat: & qui obleruat nubes, nunquam metit. Ecclesiast. xj. Tunc autem aliquod bonum est omittere dum propter consequens malum, quando id futurum malum, est maius malum, quam sit illud præcedens bonum, & ut frequenter uotum contingere, quod non eueniret: seu quod natum sit id bonum euenire. Sic dominus præsciens malitiam Iudæ non omisit. xij. eligere in apostolos: nec apostoli septem diacones, uno futuro heretico. ergo licet pauci aberrant a religione, cum tamen multi permanent: ergo &c. Præterea. actus humani iudicandi sunt ex frequenter, & communiter accidentibus. ¶ Consequenter negandum: quod fiant filij gehennæ ex uoto, aut natura uoti religionis, sed ex sua malitia. ¶ Ad aliud dicendum, quod sapit hæresim Manicheorum, qui hoc dictum ad duo erronea reducant. Primum quidem ad hoc, quod omnia corpora corruptibilia nõ sunt a deo: sed a principe malorum. Ponunt enim Manichei duo principia, ut manifestum est in Augustino libris plurimis. Si enim a deo essent, non dissoluerentur. Secundò ad hoc: quod charitas semel habita nunquam amittatur, sic quod si quis peccauit, gratiam non habuit. Si enim (inquiunt) gratiam habuisset, fuisset opus id dei: & nunquam dissoluerentur. Ita in proposito arguere nituntur horum sequaces. Verum illa uerba non innuunt: quod illa, quæ sunt a deo, maneant in perpetuum sine corruptione, sed ostendunt infallibilitatem prouidentie diuinæ. Vnde signanter dicit consilium, & non opus dei esse (ad extra scilicet) indissolubile. Itaque secundum diuinam prouidentiam, seu præuidentiam, aut præscientiam datur quibusdam gratia secundum præsentem iustitiam sine dono perseverantiæ: quibusdam uero datur gratia, & cum hoc donum perseverantiæ, secundum Augustinum in de bono perseverantiæ. ¶ Item volebant quidam e regione non esse deliberandum, nec consilium petendum de religionis ingressu: quoniam et si religio facta, de qua hic sermo, ut Anselmus loquitur sit secundum se bona, & cuiuslibet desiderabilis, non tamen a quolibet assumen-

Hæresis
Manicheorum.

da. Constat autem facti euidencia, q̄ nō est passim omnibus persuadendus religionis ingressus, multas ob causas. De quibus August. in de opere monachorum. Immo potius dissuadendus, iusta, & recta intentione pro loco, & tempore ad tempus, vel pro perpetuo. Hinc ait Gerson in decantichordo iuxta finem Tomi primi. Alia ratio est in iam obligatis, & in liberis ab obligatione. Noui inq̄, duos celebres in theologia doctores: hi conferentes cum patribus duarum religionū mihi similiter notissimis, si religionem introuirent, Possēt inquirunt, onera religionis conformiter ad ceteros fratres exequi. Quibus se non posse cum iam fracti essent ætate respondentibus: sed posse studendo, docēdo, meditando computationem facere: Subintulerunt. Et si quotidie cum Paulo raperet vos deus in tertium cælum, nisi compleueritis instituta religionis, nobis quorū magna pars animalis est, non nisi scandalum, & uobis ludibrium futurum esse noueritis. Tempus intrandi religionem, tempus manendi. Hæc ille. Ad quid enim ius disponit de tempore probationis, & ne infra ipsum ualeat professio, aut ad professionem quis assumatur? de reg. & transf. ad religio. lib. vj. Quod tempus pro fragilitate humanæ conditionis institutum est, necdum in fauorem religionis recipientis, sed etiam personæ profiteri cupientis. Ideo tutum est habere consilium nō omnium de populo, sed virorum deum timentium, expertorum, & discretionis limam tenentium. Sapientis enim est omnia agere cum cōsilio. Et qui agunt cum cōsilio, regunt sapientia. Prouer. xiiij. ¶ Circa articulum quintum videndum est de uoti irratione, commutatione, & dispensatione. De irratione uotorum est considerandum, secundum prædicta, q̄ refert uotum esse de se irritum, & nullum, & ipsum fore irritandum. Vnde est conclusio prima generalis. ¶ Uotum, q̄d non est de se irritum, sed potest de se irritari, tenet: & est obligatorium, donec fuerit ab eo, cuius interest, irritatum. Post irrationem uero legitimam, nec tenet, nec est obligatorium cōtra uolun-

Artic. 5.
De con-
clus. 1.

tatem legitime irritantis ipsum. Hæc cōclusio videtur manifesta: quia semper intelligitur auctoritas superioris excepta. & videtur simile, sicut in electione. Vnus potest ipsam irritare: quo facto non tenet. Si autem consentit, nec cōtradicit, tenet. ¶ Secunda conclusio, secundum Falu. Differunt irritatio, & dispensatio, eo q̄ irritatio potest fieri ad libitum, & beneplacitum superioris irritantis, etiam sine causa. Dispensatio uero quæcunque & cuiuscunque, ut distinguitur contra irrationem, requirit auctoritatem in dispensante. In eo uero cum quo dispensandum est, causa necessitatis, vel utilitatis, eiusdem, vel reipublice &c. Quo ad primum, uir potest irritare uotum coniugis ad libitum, propter uoti inefficaciā, & abbas monachi sui ceteris paribus. Nec in hoc uili facit iniuriam, cum suo utimur iure, nec peccat. De quo supra dist. xxij. Nec alter peccat uotum omitendo: quia caret potestate se obligandi alteri in eo, in quo non est sui iuris, sed alterius. In dispensatione uero inefficacia uoti non est causa dispensationis, sed auctoritas, & necessitas. ¶ Tertia conclusio. Qui non est sanæ mentis, nec sui iuris, nec habet liberi arb. usum, uouere non potest in eo, quo est alteri subiectus aut iure prohibitus. Probatum ex definitione uoti. Non enim potest habere de liberationem, vel consilium. Ad hoc ca. Sicut tenor. de regulis. ¶ Ex illo inferri potest octo esse hominum genera, quæ uouere non possunt passim, & indifferenter in omnibus. ¶ Primo episcopus, qui habet alas ligatas, & alij superiores uouere non possunt uotum talismodi, quo dissoluatur vinculum inter eos, & suas ecclesias sine licentia Papæ. de renunt. Nisi cum pridem. Vnde secundum primam conclusionem, si uouit religionis ingressum, tenetur ad uotum, secundum Palude, quantum in se est, & quantum potest, ut scilicet petat licentiam a Papa qua non obtenta, sed uoto iam irritato per superiorem, excusatur: quia nō stat per eum. Obtenta autem licentia tenetur implere uotum, ex conclusione prima. Pari lege non potest uouere quid-

Cōcl. 2.

Cōcl. 3.

Episco.

piam, quo ecclesiæ suæ notabiliter præiudicaretur, ut puta notabilem, & magnam peregrinationem, quam si uouet, ex quo debet tenere uotum, ut potest, & quantum in se est, debet soluere expensas uicæ, quas habiturus fuisset euando, & redeundo. Item laborem uigilijs, & orationibus cōpensare, secundum Angelum, ut sic uotum ualeat in sui præiudicium. cap. Magnæ. de uoto. Cetera uero, in quibus ligatus non est, sed sui iuris, uouere potest ceteris paribus: ut abstinentiam & similia, in exemplum aliorum, & pro carnis edomatione. ¶ Secundo clericus secularis habens sub episcopos beneficia petentia personalem residentiam unum, vel plura, non potest sine licentia episcopi notabilem peregrinationem facere. cap. Magnæ. de uoto. cap. Nisi cum pridem De conse. dist. v. Non oportet. Potest tamē facere uotum religionis sine licentia episcopi. xix. quæst. ij. cap. Dux. Sic & inferiores episcopis idem possunt. ut præpositi, archidiacones &c. beneficio iam habito non debent priuari nisi tacitam, vel expressam fecerint professionem. De regu. lib. vj. cap. Beneficium. ¶ De accipiendo crucem uidentur secundum Richardum, clerici seculares licentiam generaliter cum possunt prodesse. cap. Ex multa. de uoto. Alij uolunt, q̄ hoc dumtaxat liceat eis tempore generalis passage. Soluent tamen expensas, & redimēt labores, & huiusmodi uotum: quia sunt inhabiles ad pugnandum. Demptis certis casibus in cap. Ex multa. de vo. & vo. red. §. De clericis. In alijs liberè possunt uouere. ¶ Tertio religiosus. Is enim, ut quibusdam placet, si emittit uotum, tenetur implere p̄ posse, donec irritatum fuerit a superiore. In his etenim, in quibus sui iuris est, liberè potest uouere. Alij tenent contrarium: q̄ simpliciter non possunt quicquam uouere religiosi. Illa dicta docto. ut uidetur, possunt facile concordari: & sic media uia, & probabilior dari. Est enim notum, hominem rationis usu gaudentem, qui est sui iuris in toto, vel in parte, aut in aliquo tantum, & non prohibitus, posse uouere in eo, quo sui iuris est, nec prohibitus, vel

Cleric
secula-
ris.Religio
sus.

propter ætatis defectum ineptus, ut in uoto professionis, ad quod requiritur ætas determinata. Monachus licet propter professionem subiectus sit prælato quo ad generalem uicæ dispositionem: non tamen quo ad omnes actus particulares: dum non agitur de præiudicio auctoritatis prælati secundum San. Tho. x. Quodlibet. Et ita etiam ex forma professionis, qua proficitur conuersionem morum secundum hanc regulam, uel obedientiam secundum hanc determinatam regulam, est in aliquo sui iuris sine præiudicio prælati: ita q̄ in omnibus, & per omnia uult saluam esse cum effectu superioris auctoritatem in eum secundum dispositionem regulæ. Potest ergo aliquid uouere sine eius præiudicio paratus ei in omnibus, in quibus ipsi subiectus est, ut tenet obtemperare, cessante scandalo pusillorum, in quorum uiuit communitate, & seclusa occasione uagandi: ut legere Pater noster, Psalterium, uel consimile. Potest enim secundum Innocentium plus mereri, & bene, & causam suæ salutis agere. Ita habet Panorm. cap. Scripturæ. de vo. & gloss. cum text. xx. q. ij. cap. Monacho. & sequenti. §. Verum hoc intelligendum est. Et sic cap. Monacho. ubi dicitur. Monacho non licet uouere sine consensu prælati sui: si autem uouerit, frangendum erit. intelligitur secundum Panorm. de uoto religioni non consono. Nā si prius uouisset legere psalterium, uel quid simile, nō puto hoc tolli per ingressum religionis. Hæc ille. Et ita limitat etiam ipse cap. Scripturæ. cū dicitur. Reus fracti uoti nō habetur, qui temporale obsequium in perpetuum nō scitur religionis obseruatiā cōmutare. Dicit gloss. Per ingressum religionis soluitur uotum religioni non consonum: hoc est incompatible. Sic enim post ingressum potest uouere sicut prius emissum adimplere, salua superioritate prælati in cassando irritando, aut prohibendo huiusmodi uotum p̄ loco & tpe cū id religionis status perit, aut nō consonat religioni, uel p̄ p̄p̄ sone uouētis debilitatione, aut euaganda occasione, aut pusillorum scandalum &c. Potest enim prælatus uoti monachi i seculi

lo emissum irritare, secundum Hostien. de vo. Nam vir potest uotum uxoris irritare, q̄ minus est subiecta, q̄ monachus. Et sic nullum generatur prælato præludicium, nec uouens reddit se onerosum: nec monachus sic habet uelle proprium: sed uelle prælati est uelle suum, & quicquid facit, facit de consensu interpretatio prælato, cui non uult contraire. & auctoritas sui prælati semper est excepta. Secundum hoc multa dicta doct. & textus patrum facile possunt concordari. ¶ Et si dicitur, q̄ in uotum religionis omnia cōmutantur uota prius emissa: & q̄ per ingressum religionis soluitur uotum religioni non cōsonum: Ad primum ita rim dicitur de uotorum commutatione. ¶ Ad secundum dicendum: q̄ potest habere duplicem sensum. Primus. per professionem impeditur & irritatur uotum aliud professioni contrarium, quo resumitur uoluntas propria, singularitas scandalosa, nociua personæ, aut reipublicæ cōmunitatis. Alius. nullum uotum aliud est consonum, aut cōparabile professionis uoto, siue ante in seculo sit emissum, siue post professionem. Primus conceditur. secundus negatur. Hinc dicit Richar. artic. iij. q. iij. Si abbas dat licentiam uouendi suo monacho, potest cōfessionem irritare re integra: & si sic uouet, uotum suum est irritum. Si autem ad priorem concessionem uouit ante eius irritationem, tenet uotum, quousque cum eo fuerit dispensatum. Ergo aliud uotum potest esse consonum, & compatibile uoto professioni, salua superioris obedientia, cum potest sine interitu salutis corporis uel anime seruari: sicut de iuramento dicitur. de iureiuran. cap. iij. ¶ Per hoc responderi potest ad Richar. dicentem monachum non esse sui iuris: & ideo non posse uouere. Hoc enim dictum uniuersaliter non procedit: Sed non potest esse sui iuris contra plati uoluntatem, & prohibitionem, seu impedibiliter, ut patet. Potest ergo monachus uouere, dum per hoc non generatur præludicium prælato suo, nec cæteri pusilli scandalizantur, re publica non læditur: nec nouentis vires indiscrete exterminantur: nec vagandi

materia sumitur, & ita de similibus. ¶ An autem monachus possit facere uotū crucis, non uidetur esse clarum. Clarum uidetur: q̄ non possunt sine licentia plati, & maxime propter solam peregrinationem. Sic enim daretur eis materia, & occasio euagandi. De defensione terræ sanctæ maiores uiderint, quod liceat, deceat, & expediat. ¶ Quarto abbates uouere nō possunt, quod tendit in præludicium suorum officiorum sine licentia superiorum. xvij. q. ij. Abbates. In alijs possunt uouere. Et ut uidetur ex cap. Postulatis. de vo. prælatus regulariter potest emitte uotum crucis pro succursu, & subsidio terræ sanctæ etiam sine licentia superioris. Secundum Panor. hoc restringitur, dum fit passagium generale ex dispositione Romani pontificis & nō alias. Et sic quidam etiam intelligunt de episcopo cap. Magnæ. eod. tit. Et licet sæpe stricto iure huiusmodi uota maiorum non obligat: attamen in cautela aliorū, ne alij scandalizentur: sunt huiusmodi uotorum cōmutationes in præludicium eorūdem. de uoto. cap. ij. Laici enim uidentes maiores sua uota non seruare, credunt & se non obligatos esse. Quod enim sit a prælatis, facile trahit a subditis in exemplum. Videndum ergo est: quid liceat secundum æquitatem: quid deceat secundum honestatem: quid expediat secundum utilitatē. Nec uidetur esse simile de plato religioso, & monacho subiecto in hoc casu. Et sic potest dari casus, quo non eodem uinculo adstringitur abbas suo superiori: sicut monachus abbati. xv. q. j. cap. De presentium. ¶ Quinto seruus non potest facere uotum reale, aut personale, p̄ quod generatur præludicium dominicæ potestati. Non ergo potest uouere religionē nisi domino annuente. q̄ si uouit, omnino iudicare non potest. eo autē annuente tenetur uoto satisfacere. Quia si non potest uoto satisfacere, doleat, & puniteat, paratus ad seruandum uotum secundum animi prouidentiam nacta opportunitate. Potest tamen secundum Durand. facere uotum conditionatum, si vacauerit sibi, hoc uel illud legendi &c. Sic de monacho. de hoc supra xxxvj. dist. ¶ Sexto: vir

vir & uxor. De uoto coniugū patuit dist. xxxij. & dist. xxij. q. ij. De quibus dicit Paulus. q̄ alter alterius potest uotum irritare & non plus irritare, in quantum est sui iuris. ¶ Septimo impubes. Circa quod uidentur esse de irritatione parentū respectu uoti filij familias, aut filij familias adhuc impuberis. Est autē pubertas in masculo in principio anni. xv. In femina, in principio. xij. Vsq̄ ad hoc tempus, puta annum. xij. in masculo, & xij. in femina, manent impuberes secundum ius scriptum. Et sic secundum notata doct. Hostien. i. sum. de vo. & vo. red. & Panor. e. Significatum. de regulari. non possunt uotum religionis, qd̄ fit p̄ professionem, emitte ualidum, & non irritandum. Et si ingressi sunt monasterium de cōsensu parentum, sunt oblatione eorūdem, nō possunt exire ante annū pubertatis. Videtur tamen esse decentiæ, & honestatis plus, q̄ necessitatis: q̄ t̄o tēpore ibi sēt oblati a parētibz. Decet enim puerum sequi monita parentum, sicut dicunt canonistæ. Monachum facit aut paterna oblatio, aut propria deuotio. Propria, & personalis deuotio facit monachum directe: sed paterna oblatio non nisi occasionaliter, & uolente filio obligari: quia decet filium sequi monita parentum. Si autē impubes sponte ingredit sine oblatione parentū, potest exire ante annū, & tēpus p̄fessionis. ¶ Corollarium. Uotum professionis ante annos pubertatis emissum, non est obligatorium. ca. Ad nostrā. & ca. Significatum. de regularibus. & ibi doct. Et lib. vj. de regula. sic habetur ca. j. Is, qui monasterium ante. xij. annum ut monachus efficiatur, ingreditur, nisi eo cōpleto professionem faciat in sequenti, uel habitum religionis suscipiat, qui dari profitentibus consueuit, seu p̄fessionem a se prius factā, ratam expressē habeat, liber potest infra ipsum sequentem annū ad seculum exire. Hæc ibi. Requiritur ergo ad p̄fessionem: q̄. xij. annus sit cōpletus. dicit enim. Nisi eo cōpleto. Et p̄ hoc corrigi opinio Hug. qui tenuit doli incapax posse profiteri: ut sicut malitia supplet ætatem in matrimonio carnali: ita & in p̄fessione spirituali. Hic ubi est

dura, & rigida congregatio monachalis, prohibentur colligi ante annū. xvij. ca. Quia in insulis. de regula. Ratio huius: quia ius disponit, prout cōgruit multum dini, & de frequenter accidentibus. Pueri uerō nondum experiri possunt, quid sit castitatis perpetua cōtinentia, cū adhuc sunt impuberes: & in p̄fessione agitur de maiore præludicio pariter & obligatione, q̄ in matrimonio. Hinc San. Tho. ij. ij. q. lxxv. ar. ix. dicit. Si puer, aut puella ante pubertatis annos nondū habet rationis usum nō potest se uoto adstringere, nec simplici nec solēni, cum deficiat deliberatio. Si uero ante pubertatis annos attingit rationis usum: potest quidē, quantum in se est, se obligare: sed uotum eius potest irritari per parentes, quorum cura, aut tutorum loco parentū manet adhuc subiectus. ¶ S. Tho. ij. ij. q. lxxxv. ar. ix. arguendo in cōtrariū dicit. Quod non est rite factum, nunq̄ est ualidū, etiā si a nullo irritetur. Sed uotum puellæ emissum ante annos pubertatis ualidum est sub conditione, si a parentibus nō reuocetur infra annum. xx. q. ij. ca. Puella igitur licite, & rite possunt se pueri obligare ad intrandum religionem etiā ante pubertatis tempus, maxime cum non carent usu rationis: sed sunt doli capaces. Verum cum ut frequenter carent adhuc rationis usu, & sunt naturaliter curæ parentum subiecti, aut tutorum loco parentum: ideo eorum uota ex duplici causa robur non habent. Contingit tamē propter naturæ dispositionē, quæ legibus humanis nō subiacet, in aliquibus licet parentibus rationis usum accelerari, qui ob hoc dicuntur doli capaces. Non tamen propter hoc in aliquo eximuntur a cura parentum, qui subiacēt legi humanæ respicienti ad id qd̄ frequenter accidit. Cum ergo adhuc carent ratione, non possunt se uoto obligare. Si autem ratione gaudent adhuc impuberes, possunt quantum in ipsis est se obligare: sed cum adhuc sub sint curæ paternæ, potest parens uotum eorum reuocare, & irritare. Sed quantumcūq; sit doli capax ante annos pubertatis, non potest obligari uoto solemnī religionis propter ecclesiæ statum, Gab. Biel. Z †

Impubes.

Abbates

Coroll. Uotum p̄fessionis quādo irritum.

Seruus

X
Contra
ria opi
nio Tho
mæ.

quod respicit id, quod in pluribus accidit. Post annos pubertatis iam possunt se obligare, ut liber uoto solent, aut simpliciter. Hæc ille in effectu. ¶ Si queritur: an præfati existentes in impedimentis recitatis teneantur ea uota implere sublati impedimento, cum scilicet filiusfamilias factus est sui iuris: Angelus in verb. Votum. ij. §. xij. distinguit. Aut uotum fuit perpetuum: aut fuit temporale. Si perpetuum, aut tunc fuit irritatum per eum, qui potuit irritare: & sic amplius non tenetur nisi ad id, ad quod potuit se obligare. Et iste proprie est casus in cap. Quidam. & cap. Placet. de conuer. coniuga. Nam ille reuocatus, qui professus fuit in religione sine licentia coniugis, non tenetur illa mortua ad religionem reuerti: sed solum uiuere caste: quia ad hoc solum se obligare potuit cedendo suo iuri. Potuit enim uouere non exigere, sed non potuit promittere debitum non reddere: uel simpliciter in religione stare & ideo illud seruare tenetur propter suam spontaneam obligationem: non autem illud, quod tunc fuit legitime irritatum. Aut uotum perpetuum non fuit irritatum per eum, cuius intererat: & qui potuit: & sic soluta potestate prima, uel uinculo, quo impediatur, tenetur illud implere. Et ille est casus. cap. Consuluit. de conuer. coniug. ubi uir ingressus religionem uxore non repente ipsum in uita: ea mortua cogitur stare in religione. Si uero uotum non fuit perpetuum, sed temporale: sic non tenetur, nisi intentio fuit ad obligandum se ad tempus illud faciendi, in quo se potuit obligare. Similiter tenetur, si cum fecit uotum, intendebat se obligare: saltem post solutam patriam potestatem. Vel si remoto impedimento ratificauit per nouum consensum: ut in cap. ij. in text. & gloss. de uoto. Si uero de nullo istorum cogitauerit, cum uouit: sed solum de uoto implendo tempore patriæ potestatis: sic si fuit irritatum, non tenetur. Hæc ille. Hoc uidetur esse tutius quam dicere: quod talia uota sint de facto nulla, & irrita. Sunt enim irritanda, & possunt irritari, interim possunt, & debent in foro con-

scientiæ pro posse seruari. Videtur denique idem esse de professionis uoto facto ante maturam ætatem, quo ad obligatoriam rationem uoti præfate, seclusa, quæ ab ecclesia est, solemnizatione, quæ tenet usque ad irritationem in foro conscientie. Ecclesia uero ad cauendum maius malum, relinquit eum iudicio dei. Nec obstat quod dicitur lib. vj. cap. j. de regulari. quod potest liberè exire ad seculum: quia non tenetur monachari ex aliquo statuto ecclesie, & uotum eius non est solenne: immo potest irritari per parentem, aut tutorem, quo facto nullum est. Secus si non fuerit irritatum ab eo, cuius interest. Sic enim ratio obligatoria uoti manet, cum fuit doli capax. solemnizatio uero nulla est. Præterea in secluso positus potest castè uiuere, ad quod se potuit (ut uidetur) obligare sine alterius contradictione. Secus de obedientia, & proprietatis abdicatione. Petat ergo commutationem, uel dispensationem, hoc tutius est. ¶ An superiores irritantes uotum subditorum, & impuberum peccent irritando, & prohibendo eos a uoti obseruantia: Videtur, quod non: quia in hoc utuntur iure suo a deo eis concessio: nisi ad hoc eis dederint consensum, & fauorem. tunc enim peccant secundum Rich. & Angelum prohibendo a prius concessio. Et secundum Rich. ut supra, si ad priorem concessionem abbatis, monachi uouit: tenet uotum, quousque cum eo fuerit dispensatum. Verum abbas non potest eum eo dispensare: sed superior eo. Sed diceret aliquis: Sicut in coniugio uxor tenetur obedire marito, cum tractat eius, quod prius annuit uotum, & non peccat: Ita in proposito, cum monachus sit magis subditus prælato, quam coniux uiro. Vnde sicut eo annuere tenet uotum: ita eo retractate non tenet: licet peccet retractando sine omni causa. non enim debet homini leuitas in uotorum obseruantia exhiberi, ne ceteri sumat materiam delicti, & peccati. Ad hoc Aug. in li. iij. quaestione super numeri. Ex quo sumi potest argumentum, quod parentis est discernere: & similiter prælato respectu sui monachi ex his, quæ frequenter accidunt, & secundum

hoc annuere, uel retractare. Et licet superiores sæpe peccent irritando irratiabiliter, & scandalose: tamen inferiores excusantur humiliter, prout tenentur obtemperando. Sic de uxore respectu mariti. ¶ Octauo filiusfamilias uouere non potest aliquid quod præiudicet regimini, & familie domesticæ: quia est in potestate paterna. Quicquid ergo præiudicat patriæ potestati, quod ad regimen domus, & familie, uouere non potest citra irritationem paternam. Sic de pertinentibus ad illa, & unde pater scandalizaretur secundum Hostien. In hoc enim non est sui iuris: sed obligatus patriæ potestati. Licet itaque possit quo ad actus pertinentes ad dispositionem suæ personæ post annos pubertatis uotum facere secundum Duran. & ita religionem intrare, non tamen longam peregrinationem: dempta cruce. Si habet peculi um castrense uel quasi, potest uotum facere de illo: quia in hoc est sui iuris secundum Tho. Hostien. Richar. Angelum.

Filius familias.

Y De uoti redemptione, & commutatione nunc uidentur. Circa quod notandum: quod redemptio, & commutatio differunt sicut emptio, & permutatio. Possunt nota elemosinis redimi, uel in aliud commutari, interueniente auctoritate superioris, & iusta causa redimendi, uel commutandi. Exempli gratia: A. uouit peregrinari proficisci ad Romam. subsistente causa, ob quam illuc ire non potest: commutatur in aliam peregrinationem, quam ferre potest unam, uel plures. Item A. non potest noto crucis satisfacere, iniungitur ei, quod faciat hoc, uel illud tenendo unum satelitem uel plures tanto tempore, & tantumdem pro expensis uite mittendo contra infideles. & c. ut in c. Magne. de uoto. Debet autem homini redemptio esse equalis, & iusti precij: ut uolens habere redemptionem tantumdem erogat, quantum erat daturus, uel facturus in equalitati. Nec est contra rationem eius, si commutatur in melius, aut equaliter bonum: uel si quicquid redimitur. Non enim promissum infringit, qui id in melius commutat. cap. Peruenit. de iurera. Itaque uotum est actus religionis, & pietatis, immo & charitatis: quod ergo pro charitate inceptum

est, non debet militare contra charitatem: & nemo obligatur ad impossibile. Iniqua autem forent uota secundum Bernar. in de preceptis. & dist. si statuta pro sola charitate, contra charitatem militarent. Militaret autem contra charitatem, si non liceret ea pro loco, & tempore, uel commutare in melius, uel redimere pro salute illius hominis, cui hoc est melius bonum, id quod fit commutatio. Sed hoc non licet auctoritate propria uouentis: cum nemo bonus iudex in propria causa euadat: sed superioris. ¶ Si queritur: cum redditis uoti est de iure diuino, unde habet homo auctoritatem redimendi, aut commutandi uotum? Respondetur, auctoritate diuina hoc concedente. Hoc enim licuit in lege ueteri, in qua preceptum non minus obligat, quam hodie liget uotum, in qua primogenita quædam mandabantur domino offerri, aut reddi: quædam commutari, quædam redimi. Ex od. xij. & xxij. Item in lib. Numerorum. In Leuitico. In Deutero. Item Lucæ. ij. Ergo aliter ad factum leuæ ecclesia legem diuinam pro charitate, & non contra charitatem interpretata est: uotorum commutationem ac dispensationem hierarchis ecclesiasticis committendo. Ad hoc cap. Magnæ. de uoto. Præterea ratio in lege charitatis, & necessitatis fundata hoc permissa. Cum autem dispensatorum ministeriorum dei sit, quod sint fideles. j. Corinth. iij. ergo in uotorum commutatione, & redemptione attendere habet, & debent tria: quæ etiam in quocumque alio ministerio attendenda sunt. scilicet quid liceat secundum æquitatem. Verbum enim licere ad æquitatem refertur. Aequitas uero iustitia est dulcore misericordie temperata, secundum beatum Cyprianum. Quid deceat secundum honestatem. Multa enim licent, quæ non decet: ut puta filiam contrahere matrimonio sine consensu paterno. Quid liceat quo ad deum, ut eius promissa non facile uiolentur: sed fidelitas teneatur in reddendo, quod deuotum est. Quid deceat quo ad proximum: ut caueatur pusillorum scandalum. Quid expediat quo ad seipsum uouentem, & proximum. Vnicuique enim mandauit deus de proximo suo: ut sic consulatur, & necessitati, & utilitati.

Cur reditio uoti sit de iure diuino.

ti. Vtilitati non corporis præcise, sed ani-
 mæ. Vtilitati non tantum priuatæ, sed &
 publicæ. Hoc innuitur in c. Ex multa. de
 vo. & vo. re. cum dicitur alternatiue si ne-
 cessitas exigat, uel utilitas persuadet. At-
 tendant ergo uolentes cõmutare uotum,
 seu dirimere, qualitatem psonæ, quæ uo-
 nit: ratat: infirmitatem corporis, aut ani-
 mi, statum officij, inopiã, si habet suis uctari
 panẽ artificioso, & sic de similibus, abun-
 dantiam &c. Si deniq; uotum pcessit ex a-
 nimi facilitate. Si q; nunc factum est multum
 difficile: tunc fuit proportionatum, & tole-
 rabile: quia forte mutata est fortuna: locus
 officium. ut facile est uidere in peregrina-
 tionibus, eleemosynis, abstinentijs &c.
 supra dist. xliiij. Fortè tunc fuit robustus,
 diues, liber &c. tunc pauper, & inops, ser-
 uus, debilis. Tunc propinquus loco pere-
 grinationis cum uouit, nunc remotus. Se-
 cundum Panor. inopes dicuntur iuuenes
 ex proprio artificio. Nec obstat nunc di-
 ctis dictum. S. Tho. cum dicit. Omne im-
 pedimentum superueniens, q; habuisset a
 principio impedire uotum, si oritur post
 factum, habet auferre obligationem uoti.
 quia intelligitur, dum nulla sunt in uouẽ-
 te culpa: & cum impedimentum reddit
 factum impossibile. Secus si reddit solu
 difficile. Et sic intelligitur c. Quod super
 his. de uoto. ubi propter superueniẽs im-
 pedimentum fit commutatio uoti. Impe-
 dimentum enim solum fuit difficultans,
 & nõ impossibilitans. Consideranda de-
 niq; est causa, propter quã uouit: & illa
 duplex: impulsua, & finalis. Si causa fina-
 lis uoti cessat, cessat & uotum: quia nole-
 bat obligari ipsa non extante, ut pono.
 Secus de causa impulsua. Et secundum
 hoc Panor. c. Magne exponit hoc dictum.
 Ad destructionem cause sequitur destru-
 ctio causati. de causa finali, non de im-
 pulsua. Et licet ad destructionem cause
 impulsuæ non destruat obligatio uo-
 ti: facile tamen fit commutatio, aut redẽ-
 ptio, siue etiam dispensatio. Exemplum
 causa impulsua ad terram sanctam fuit
 adire illum comitem: de quo in textu.
 Finalis fuit honor dei, ideo facile obti-
 nuit cõmutationem uoti. In omni uoto
 causa finalis debet eẽ honor dei: aliq; cau-

Causa
 duplex
 uoti im-
 pulsua,
 & fina-
 lis.

se impulsua: & ideo eis sublatis adhuc ma-
 net obligatio, & fit cõmutatio, uel redẽ-
 ptio. In dubio expedit partem tiorẽ
 amplecti: ut dicatur uotum obligare, cũ
 nescitur, quæ causa præcise fuerit finalis.
 Quod autẽ supra dictum est de diuitijs,
 & abundantijs &c. non est intelligendum:
 q; propter diuitias ueniat uotum com-
 mutandum: sed quia propter diuitias laute
 uixit: nec potest sustinere labores uiciorum:
 ex hoc imminet ipsi pericula uiciorum, &
 latronum, ac prædonum, qui solent diui-
 tibus insidiari. Vnde propter huiusmodi causas
 facile obtinere potest diues in uoto pere-
 grinationis dispensationem, plusq; pauper:
 contrario uero in uoto abstinentiæ quia
 pauper non habet, unde satis refici potest
 ad ieiunandum. Sic si alij negligitur ex
 uoto alicuius, qui deberet ab eo doceri,
 instrui, dirigi &c. Tunc enim utilitas est rei
 publicæ, & commutari facere commuta-
 tionem. Sic si ex eius absentia probabili-
 ter timetur guerra, dissidiũ, rixa &c. Non
 ergo potest dari certa regula: sed sapiens
 prout unctio docuerit ex his, & similibus
 animum informet. Attendendum deniq;
 est in quid fiat huiusmodi cõmutatio: ut sic cũ
 uotum in se non potest reddi, nec redde-
 re placuerit: reddatur in æquivalenti de-
 bet enim illud non esse minus, q; sit id, q;
 uonerat: sed ad minus æquiualeat, aut me-
 lius saluti illius. Non quidem secundum
 proportionem rei ad rem; sed huius, & il-
 lius ad diuinã acceptationem, & hoc secũ-
 dum conditionem personæ, & causæ: & p
 comparationem ad reipublicam, uel p-
 sonã q; uouerat, put sapiens determinabit
 Sic enim quodcũq; uouetur, redditur.
 cuius rei, discretio, & iudicium hierarchis
 ecclesiæ tradita est. Et sic intelligendum
 est dictum cõe, q; uotum debet cõmutari in
 melius non simpliciter scdm proportio-
 nem rei ad re: quia hoc impossibile eẽ ser-
 uari nõ nõquã in multis psonis: sed in me-
 lius prout siue psonæ, q; uouit, siue reipu-
 blicæ p loco, & tẽpore, ac exigẽtia chari-
 tatis, & salutis psonæ, q; uouit. Itẽ utili-
 tatis, & necessitatis reipublicæ. Non .n. mi-
 litare debet cõtra charitatẽ, q; p charita-
 re acceptum est. Itẽ sæpenumero leges datę
 multitudini p loco, & tẽpore illi, uel illi p-
 sonæ

Votum
 debet
 cõmutari
 in me-
 lius quo
 modo
 intelli-
 gitur.

Z
 An om-
 ne uotum
 possit
 cõmutari.

sonæ nõ conueniunt ad salutem: sed ob-
 sunt, & impediunt perfectum. Et intelli-
 guntur illa dicta de uoto proprie dicto
 supererogatiue boni, non necessitatis.
 Nam q; sunt de lege diuina, redimi non
 possunt: nec commutari, aut p dispensa-
 tionem tolli: sed interpretari uel exponi.
 Et sæpenumero sumuntur pro eodem, cõ-
 mutatio, & redemptio uoti: licet aliqui
 ponant distinctionem plus nominalem,
 q; realem. ¶ Circa dicta oritur dubium: An
 omne uotum possit commutari. & si sic,
 an in uotum religionis. Circa primum
 uidetur dicendum affirmatiue post Du-
 ran. q. ij. Nullum uotum ex generali rati-
 one uoti est indispensabile. alioquin
 in nullo uoto posset fieri dispensatio.
 Ratio secundum Angelum est: quia nul-
 lum est uotum uoluntarium: hoc est cuius
 obligatio ex propria voluntate pro-
 cessit: quin possit quandoque in melius
 commutari: etsi non ipsi, cui cõmutatur,
 saltem cõmunitati. Richar. ar. ix. q. j. Et
 sic omne uotum potest pro loco, & tem-
 pore, & emergetibus causis in melius cõ-
 mutari, uel simpliciter, uel pro tunc illi
 personæ aut reipublicæ. Sed nõ uidetur
 esse eadem causa dispensationis, & com-
 mutationis, & sufficit quandoq; causa ad
 cõmutationem, quæ non sufficit ad dispẽ-
 sationem. Exemplum de singulis uotis.
 Vota personalia cõmutantur in religio-
 nis uotum. ca. Scripturę. de vo. ubi decre-
 talis utitur uerbo cõmutandi. Nam ibi
 dicit: q; non est fractio uoti, qui tempora-
 le seruitium in perpetuam religionis ob-
 seruantiam cõmutat. ergo in uoto psona-
 li habet locum cõmutatio. Ad idẽ lib.
 vj. cap. penult. de regulari. ubi quis uouet
 religionem arctiorem liberatur profiten-
 do laxiorem. Item uotum reale factum
 in genere, maxime ubi non est dominij
 trãslatio, transit in monasterium. Quan-
 do autem est uotum reale speciale: ut ali-
 quis uouit equum suum determinatum da-
 re deo, tunc ipse quidem nõ potest com-
 mutare auctoritate propria, nec auctori-
 tate illius, qui nõ posset equum ecclesiæ
 datum alienare: sed auctoritate illius, q;
 equum iam dedicatum ecclesiæ, cui ex
 nudo pacto acquisitum est dominium (cũ

non sit res sacra) posset alienare ante tra-
 ditionem: potest fieri talismodi rei com-
 mutatio. Et sic secundum Palu. potest
 fieri pactum cum nobilibus de equo, quẽ
 pro mortuis cum funeribus offerunt redi-
 mendo. Item in casu certo uotum reli-
 gionis etiam potest cõmutari in melius
 bonum: præsertim cõmunitati, & reipu-
 blicæ: licet non in melius bonum simpli-
 citer. Posset enim uouens talis esse con-
 ditionis, q; valde conueniret reipublicæ,
 & cõmunitati fieri uoti sui cõmutationem.
 Vt si magnus rex uouisset religionem, qui
 posset totam terram sanctam, uel magnã
 eius partem recuperare. Aut si tradere
 coniugio infideli conuertendo ad fidem,
 per quẽ talismodi recuperatio fieri pos-
 set. Videatur dubium: An in hoc casu plus
 expediat ei tenere uotum crucis, uel rei
 gionis: aut manere in religione, quã con-
 iugio seruire: accedente auctõritate su-
 perioris. Saltem uideatur fore consu-
 lendum in hoc secundum Richar. ar. viij.
 q. ij. cuius est discernere quid pro loco &
 tempore conducat membris ecclesiæ: &
 quid debeat sub uoto contineri, uel non.
 Et in hoc casu uotum talismodi etiã cõ-
 mutaretur in melius: & si non in melius
 simpliciter, tamen in melius cõmunitati: aut
 et ut uideatur tunc melius illi. Secundũ hoc,
 limitandum est ca. de uoto. quod uult,
 ut in melius, uel saltem eque bonum, &
 gratum deo fiat commutatio uoti: utique
 quod ex maiori charitate procedit, & ho-
 nori dei plus conducit, ac proximorum
 saluti melius esse uidetur, quã opposito
 modo se habens. Patuit supra: quomodo
 vota bonorum supererogationis dicuntur
 esse de meliori bono. dist. xxxiij. q. iij. Vi-
 detur longè secus esse de præceptorum
 diuinorum obligatione, & uotorum, seu
 cõsiliorum, quæ sunt materia uotorum:
 & q; pro loco, & tempore teneretur homo
 dimittere uotum, & uinere illi, quod con-
 trarium est. Exemplum: Si deus reuela-
 ret alicui, q; deberet cõtrahere cum illa
 & prolem gignere pro dei cultu ampliã-
 do, defendendo &c. ut in patribus, qui ob-
 eam causam plures duxerunt uxores, &
 uxores supponebant uiris legitimis an-
 cillas suas: ut supra dist. xxxiij. Sic papa si

Casus
 notãdus
 de rela-
 xatione
 uoti.

videret ex contractu alicuius monialis, aut monachi, aut clerici puenturam mul-
torum hominum conuersione cum sarra-
ceno, nō est dubium; quin posset nedum
cōmutare tale uotum: sed & dispēsare le-
gis relaxatione. Sic legit esse factum de
rege Aragonum, quē exire fecit de clau-
stro, ppter habere prolem. Sic si propter
cladem, & pestem viri deficerēt. Sic Moy-
ses duxit alienigenam Aethiopiā. Et
Jacob dedit Dinam filiam filio regis Si-
chem alienigenę ppter circūcisionem.
Ad hoc enim deus posuit hierarchas in
ecclesia sua, unum principale, ut uideat,
si hmōi uota, & particulares obligatio-
nes circa cōsilia conducant, uel nō con-
ducāt pro loco, & tēpore. Nec in hoc ca-
su obligat homo ad impossibilia: sed vo-
ta habentia conditionē intrinsecam, si sci
licet placet superiori, cum pcedunt ex
voluntate libera humana, cedunt diuinis
pceptis multipliciter. Siquidē ipsorū
pceptorum diuinorum est lōge maior, &
efficacior obligatio, q̄ uotorum: siue fiat
cōparatio ad materiā, circa quā cadunt:
siue ad uim, & modū obligādis: siue ad id,
unde fortijunt suā uim, & immediatā ob-
ligationē: ut dedit Gerf. Quo ad pri-
mum, pcepta danē de his, quę sunt per se
bona: ut puta de dilectione dei, & pximi,
& de actibus virtutū, q̄ simpliciter faciunt
hominem bonū, & in quibus pfectio chri-
stiana essentialiter consistit. Vota uerō
sunt de instrumentis ad pfectionē, & quę
promouent ad pfectionem, ut paupertas,
te, ieiunio &c. Quo ad secundum, obliga-
tio naturalis maior est uoluntaria, & di-
spensabilis, q̄ etiam fuit a causa mutabi-
li, & errare potente. Ad pcepta uerō te-
netur homo indispenfabiliter, & a uolūta-
te immutabili. Quo ad tertium, pcepta
trahunt uim a deo dicante, & ea natura-
liter tabulis cordis inferente. Vota uerō
immediate ex obligatione ppria huma-
na uoluntaria, & libera. Quamuis enim
stante obligatione sit de lege diuina, &
lege naturę soluere promissum: tamen
obligatio uoti est initiatiue uoluntaria,
& libera: & non de lege naturę absolu-
te: sed sub conditione, & ex propria obli-
gatione facta: quousque ex causa rationa-

bili fuerit per hierarcham prohibita, irri-
tata, aut cōmutata. Et ita processerit ex
causa mutabili: & potest mutari. Præter
ea uota non habent uim firmam obligā-
di, nisi ex pceptis, & pferentim pcepto
naturali, quo disponitur; q̄ promissa sol-
uantur. Hoc enim est iuris naturalis, &
de dictamine rationis recte. Cum ergo
prælati ecclesiastici, et si non sint diuinę
legis conditores, sunt tamen moderato-
res, doctores, pcones, & expositores se-
cundum Gerf. in Floribus: ergo multo
magis circa particularia hominum uota
habent diiudicare, & ea commutare, uel
relaxare: cum sint pceptis minora, &
non sunt de necessarijs ad salutem, sal-
tem absolute: quia potest tolli obligatio
in casu per superiorem. Præterea in om-
ni uoto est possibilis dispensatio, non so-
lum, quę est iuris declaratio: sed & rela-
xatio ut supra. ergo & commutatio, qđ
minus est. Primum probatur. quia si nō,
uel hoc ideo, quia uotum, & sic de iure
diuino, & naturali reddendum. sed hoc
non impedit secundum dicta. Alias in
nullo uoto posset fieri dispensatio, quod
est absurdum, & ecclesiasticę obseruan-
tię contrarium. Poteest enim papa illā
uoluntariam hominis obligationem in
casu tollere, aut diiudicare: tunc nō esset
melius. Vel secundo: quia solemnę uo-
tum. sed cum solēnizatio est de iure po-
sitiuo, cuius papa est princeps, uel eccle-
sia: & ita de iure humano, potest per pa-
pam tolli. Nam redditio unius uoti nō
est plus de iure diuino, quā alterius: ut
notum est. ¶ Ad secundum dubium. An
omne uotum possit commutari in uotū
religionis: Vel an illa consequentia sit
necessaria: Hic professus est regulam ap-
probata: ergo eo ipso liberatus est vi-
talis professionis ab omni alio uoto, &
solum ligatus uoto religionis: Ad primū
dicitur: q̄ sic. ca. Scripturę. de vo. Ad se-
cundum respondent doct. plures, sed nō
omnes, affirmatiue. Tho. & Palu. etiam
sine dispensatione, irritatione, uel com-
mutatione superioris: eo q̄ professio vi-
professionis est quædam adimpletio, so-
lutio, aut etiam ampliatio omnium alio-
rum uotorū prius factorum. Alia enim

Aa
Ad dub.

2.

An om-
ne uoti
possit cō-
mutari
uoti re-
ligionis

Ant quorundā particularium operū, sed
uoto religionis homo se dat totū deo, &
p perpetuam q̄ perpetuitas de per se
inest illi uoto religionis. Cum aut parti-
cularē in uniuersali includit: hinc uotū
professionis tanq̄ de se ppetuum, & pfectū
omnia alia includit. Hoc v̄ habere du-
bium. Nam ppetuitas utiq; magis, & in
dispensabilius est in pceptis diuinis. Pōt
quoq; pariformiter reperiri in alijs uotis
ex libera hominis obligatione, tamen si
posset hic allegari forte duplex causa p-
petuitatis. s. uoluntaria obligatio, & sta-
tutum ecclesię: non sic in alijs uotis pri-
uatis. Et quid, si quis esset monachus p-
lati extra claustrum in ædibus proprijs
relictū sibi solum usufructu nō, ppetrate
rerum suarum salua in omnibus prælato
obedientia monastica secundum regulā
professionis? Nonne semota, quę nunc
est ecclesię cōstitutione, posset quis esse
temporaliter monachus? Quod additur
de perfectione: Quantumcumq; remo-
ueantur impedimenta perfectionis per
instrumenta consiliorum, uel habeantur
instrumenta perfectionis: nunquam tamē
homo dicendus est perfectus sine chari-
tate. Finis enim pcepti charitas secun-
dum apostolū. Nec dubito: quin in om-
ni statu hominum, in omni sexu gradu,
& ordine: multi reperti sint perfecti ex-
tra illa tria substantialia religionis: ut
claret de multis patribus, & sanctis, qui
fuerunt perfectissimi: et si non in statu
(ut dicitur) perfectionis. Sanct. Tho.
Quodlibet. iij. art. xvj. inquit. Perfectio
spiritualis uitę ex charitate p̄sanda est,
qua qui caret, spiritualiter nihil est. j.
Corinth. xij. Ab eius perfectione quis
simpliciter dicitur esse perfectus. Nam
& charitas vinculum perfectiōis: nomi-
natur. Hęc autem & in omni claustralibus
haberi potest, qui non dicuntur esse in
statu perfectionis: ut dicunt. Deberent
quidem religiosi ratione status sui, & ex
natura professionis, qua uolunt seruare
pcepta, & consilia propter pcepta
magna fulgere perfectione: non q̄ in
omnibus teneantur habere summam cha-
ritatem: sed ad hoc ut eam habeant uelu-
ti mortui mundo, & diuinorum consilio

rum amatores ultra pcepta conari de-
bent. Nec hoc imponit regula p̄cep-
tiue, sed consultiue, & persuasiue, & est
de intentione regulatoris, & sine legis re-
gularis. Nec ad omnia tenentur exerci-
tia, quibus posset nancisci perfectio: sed
tantum ad ea, quę sunt suę regulę. Nec
plus quā seculares, cum quibus habent
eandem legem diuinam: nisi prout pro-
fessio exigit, & requirit. Multa enim sunt
iam eis pcepta ex uoto, quę prius erāt
consilij. Et ita uoti religionis perfectio
accidit christianę perfectioni, uel inte-
gratur in sua plenitudine ex pfecta p-
ceptorum, & consiliorum obseruantia,
& hoc ex natura uoti religionis. licet
aliud habeat hominum defectus, & im-
perfectio. Hinc secundum Grego. super
Ezech. dicuntur se offerre holocaustum
deo, id est totum incensum sacrificiū quan-
tum est de natura status illius, ¶ Dicitur
communiter q̄ in religionis uoto omnia
alia includantur uota infallibiliter in
quadam eminentia, & uniuersalitate,
quia habent se uota particularia ad uo-
tum religionis uelut pars ad totum, &
uotum religionis continet illa eminent-
ter. Clarum est, multa hic semota sunt,
si non repetuntur, quę hominem in p-
fectu facile, & regulariter nata sunt im-
pedire: sicut secundum Apostolum est in
coniugio respectu status uirginis &c.
habentur multa, si non adest nauis rerū
spiritualium, quę summo opere cōducunt
ad pfectum. Non sic ex statu in secu-
lo reperiri. Secus de zelo deuorum.
Fortē ratione illa aut consimili dicitur
religionis uotum omnia alia uota parti-
cularia includere: sicut totū suas partes.
Insuper dicitur alia uota perficere, &
quadam eminentia p̄cellere, consum-
mare, adimplere, soluere: & omnia di-
cuntur in ipsum ex natura uoti commu-
tari. Moritur enim religiosus omnibus,
q̄ sunt in mundo, puta concupiscentię
carnis, oculorum, & superbie uitę
per sua uota substantialia: ergo sibi ni-
hil uidetur esse residui in mundo, uel
cum mundo. & ita repellit in genere
omne impediens perfectionem. Ad hoc
uidetur esse beatus Bernar. in de p̄cep-

Religio & dif. cum rñdet ad qñtionem. Vnde est: secundū q. inter cetera instituta pñitentia monasterialis disciplina meruit hanc pñerogatiuam: ut secundum baptismi nomine tur dicens. Arbitror ob pñctam mundi abrenunciacionē, & singularem excellentiam vitę spiritualis qua pñeminens vni ueris vitę humane generibus huiusmodi cōuerfatio proflores & amatores suos angelis similes, hominib⁹ dissimiles facit: immo diuinam in homine reformat imaginem cōfigurans nos Christo instar baptisimi. Et quasi secundū baptizatur, dum mortificando membra nostra, quę sunt super terrā, rursum Christum induimus complantati facti denuo similitudini mortis eius. Sed & quomodo in baptisimo eruiamur de potestate tenebrarū, & in regnum transferimur lucis æternę: ita & in sancti huius secunda quadam regeneratione, pñcti: de tenebris quoq; non unius originalis: sed multorū actualium delictorum in lumen euadimus virtutum. Hęc ille. Ecce videtur dicere pñessionem fore secundā regenerationem. Ad hoc plura de sancta virginitate: & de bono coniug. August. Sicut enim virginum est sequi agnum, quocunq; ierit: ita religiosorum est ratione status sequi pauperem Christum, quocunq; ierit. In guli enim singula impedimenta proiecerunt. ¶ Ad idem San. Tho. Quodlibet. ij. q. xij. inquit. Primū omnium status religionis est status perfectę pñitentię: vt nulla satisfactio adæquari possit pñitentia religioforum, qui & se, & sua totaliter deo dant. Vnde pro nullo peccato imponi potest homini pro sua pñitentia, ut religionem introeat in cōmutationem satisfactiois quantumcunque grauis: cōsultur tamen, & indicatur, siue proponitur. Sic remittit Aulfulpho publica pñitentia, si monasterium ingreditur. xxxij. q. ij. Admonere. a Stephano papa. Alioquin magnam subibire mendam, propter hoc quia vxoricidium cōmisit. Ad idem glos. ibidem. Et sic habetur causa cōmutationis uotorum paritularium in uotū religionis. Dāt enim se totos deo, & moriuntur mundo ex natura status illius: etsi aliud agat prauitas

humane uoluntatis. Ad hoc ca. Scriptura. de vo. & de regulari. lib. vj. ca. pñul. Vbi quis uolens ingredi religionem arctiorem, animo ibi manēdi p perpetuo, uotum uouit hoc faciēdi. Sed cū postea ingressus est laxiorem liberatur proficendo ibidē ab arctiore. Dicitur enim. Qui post uotū a se de certa religione intranda emissum religionem aliam etiam laxiorem ingreditur, & proficet in ea, potest non obstante priori uoto, cui tanq. derogatum est per secundum solēne, remanere licite in eadem. Pro uoto tamē non impletō erit eidem pñitentia imponenda. Decretalis cantē loquitur, nec cōtraiatur prioribus. Hic enim uotum simplex religionis arctioris tollitur per professionem solēne religionis laxioris: quod facit pro dictis. Secundū imponit illi pñitentia, nō ppter huiusmodi cōmutationem in melius factam: sed quia nō directē satisfecit suo uoto priori simplici. Uouit enim uelle ingredi arctiorem animo ibi manēdi, & vsq; ad professionem moram fecit in laxiore, nō implendo uotum primum. Nunc autē proficendo, & sic mortuus mundo liberatus est a priori: quia secundum derogat priori & adimplet ipsum. Sed si implet ipsū, & cōmutat in melius, & derogat priori: quare imponitur ei pñitentia, si nō habuit culpam? Dicendum uidetur. culpā habuit: quia moram fecit in laxiore, cū tenebat ingredi arctiorem. Hoc enim omitendo peccauit: ideo dicitur pro uoto non impleto &c. Habuit enim propositum manendi in arctiore religione. Datur ergo sibi pñitentia, ne ceteri sumāt exemplum omittendi, quod uouerunt: & quia noluit cum effectu ingredi arctiorem, Exemplum dat Palu. Si quis obligatus alicui diuersis causis fuerit eius seruus, iam ab omnibus liberaretur. Et ita non peccat se faciēdo seruum: sed priora debita tempore opportuno non soluendo Richar. ar. viij. q. ij. dicit sub distinctione, & post eum Angelus. Si professurus uult actualiter, uel habitualiter sua uota priora manere salua, & obligata, non cōmutantur, quantum in se est in religionis uotum. Potest tamen pla-

tus, cum uoluerit, ea irritare, maxime si tempore pñessionis ignorauit huiusmodi uota, & eum absoluerit cum rescierit. Si uero proficere uult actualiter, uel habitualiter non ligari, sed deobligari per uotum professionis, & illo dumtaxat ligari, propter altitudinem uoti religionis liberatus est ab eisdem. Idem. q. iij. art. iij. An pñelatus possit irritare uotū sui monachi. Si pñelatus annoit, q. subiectus suus potest uouere, pōt hōi concessione re integra retractare. Si autē iam uouit eo annuente, tenet uotū vsq; ad irritationem. Si contra suam reuocationem uouet, uotum nullum est. Irritatio potest fieri per superiorem illi, qui dedit licentiam uouēdi, siue sit summus pontifex, siue aliquis de ordine illo. Si quidem maior potest absolvere a uoto de licentia minoris emisso, non ecōtra. Turius tamen esse dicit: q. recipiatur absolutio a summo pontifice. Et ita secundum illum doct. non eo ipso, q. quis pñitetur, iam liberatus est ab omni alio uoto: sed possunt talia p pñelatum irritari: nec eo nolente ligant. Illud uidetur magis consonum ueritati, & textui iuris. lib. vj. de regulis, cap. pñul. & prius dictis. Sic tenent multi nouitium tempore nouitatus non ligari uotis personalibus. Secus de uoto reali. Hoc enim nō commutatur, durante tempore nouitatus: se eius post professionem. Tunc enim transfertur in monasterium; vt in hæredem. Hoc dictum moderatur infra. Dicit de uotorum in uotum religionis cōmutatio ne, Palu. dicit procedere de quocunq; uoto simplici, siue sit tēporale, siue perpetuum, siue totale, siue partiale: quocunq; talium adimpletur uoto professionis. Secus de uoto solemnī sacri ordinis prius emisso: quod manet, nec tollit prof. sio ne: & sic talis duplici causa tenetur ad continentiam. ¶ Ex dictis aliqui elliciunt corollaria. Primum: uoto professionis approbate religionis liberatur homo a debito reali, & personali pecuniario humano. Ita habet Palu. sed uide tur esse dubium. ¶ Secundum corollariū. Voto professionis approbate religionis liberatur homo in foro dei a culpa, & a

pena debita peccato. Primum uidetur esse de mente beati Bernar. vt supra. Secundum uidet ex hoc, quia fit seruus dei perpetuus. Et secundum Bernar. pñessio est quasi secundā regeneratio. Quęrit: quid hic uenit nomine pñessio. utique uita pñitentia cadens sub professione deducta in opus actu, uel uoluntate bona. de pñi. dist. j. c. Quis aliquando. §. His auctoritatibus. Non erat sibi necessaria certa satisfactio peccati, cuius totum tēpus vitę obedientia impendatur sui conditoris. Et ibi glos. colligit argumentū: q. intransiti monasterium nō est pñitentia imponenda p peccato cōmisso: quia nec Aulfulpho vxoricidā imponitur, si intrat monasterium. xxxij. q. ij. cap. Admonere. & hoc propter cōtinuationem pñitentię, & exercitiū, q. monachis inesse debent. Si tamen post ingressum delinquant: subiunguntur disciplinę regulari. Istud corollarium etiam est San. Tho. ij. q. vlt. art. iij. cum dicit uotum professionis cum sit perpetuum, maius esse uoto peregrinationis terrę sanctę, quod est temporale. Rationabiliter quoque dici posse, q. per ingressum religionis quis cōsequitur remissionem omnium peccatorum. Probat id Daniel. iij. Peccata tua elemosynis redime. ergo multo magis satisfactioe pro oibus peccatis, cum se homo totum dat deo in religione. hoc fieri pōt, q. excedit omne genus satisfactiois etiā publicę pñitentia: vt supra. ca. Admonere. Sicut & secundum Greg. Holocaustum excedit sacrificium. Ad idem Angelus in sum. in ver. Religiosus. §. xlviij. ¶ Corollarium primū non quadrat dictis Cācel. Parisiē. & uniuersitatis eiusdem determinationi super qñtione, An grauato debitis liceat intrare religionē. Hi enim contrarium sentiunt. Primum, q. grauato debitis, aut obligato alteri rōne facti, uel pecunię mutuatę non licet aliquid absolute uouere scienter, unde reddat pro perpetuo impotens ad soluendum, nisi licentiam habeat ab eo, uel ab ijs, quibus obligatus est, aut modo cōsimili: sed sub conditione solū quantum in se fuerit. Sic enim fraudem cōmitteret, & dolum. Secundū: talis nō debet recipi ad professionē, nisi

An platus possit irritare uotū sui monachi.

Cor. 1.

Cor. 2. Voto pñessionis

appr. re ligio. hō liberat i foro dei a culpa, & a pena.

monasterium cum effectu se constituat debitorum, & obligationem faciat de soluendo proficiente. Hinc solet inquiri a professoribus: si sint debitoris, aut ratiocinij grauari. Contra quod si quis fraudulenter recipitur, & proficitur, monasterium non tenetur, & potest eum dimittere, nisi religio p̄ce, aut precio sic obligatum attraxisset, uel munus ab eo recepisset. Tertio, profitens sic fraudulenter non ducit spiritu sancto: quia deo auctore nemo sit deterior. Quarto, sic obligatus debet differre professionem, non obstante religio nis uoto, donec satisfaciatur creditoribus. Sic dicitur de habente parentem pauperem, & necessitate constrictum, quod prius tenetur providere illi, cum alius non uult aut non potest, & de hinc monachari. Sed cum iam professus mortuus est mundo, de obligatus est a cura parentum, ideo non debet exire claustrum: sed salua ordinis obedientia faciat, quantum potest pro parentis pauperis sustentatione. Quinto, sic obligatus plus impeditur monachari, quam obligatus alteri uoto, aut iuramento solo, quia si iurauit me uelle sponte dare alicui. x. Flore. possum intrare religionem, & iuramentum in melius commutare non soluendo. x. Flore. quia commutat iuramentum in melius. Secus ubi obligatio oritur ex furto, uel pecunia mutuata. Et forte secundum illam distinctionem possunt concordari doct. In uno enim solo acquisitum est dominium, in alio autem realiter damnificatur proximus. Sexto, sic obligatus tenetur laborare manibus, ut satisfaciatur, non obstante, quod per hoc cogitur stare in statu minori, quam sit religio. Potest enim quis esse impeditus rite, & legitime per minus bonum ab ingressu religionis causa multiplici: ut supra. Alias non uideat, cur serui aut ratiocinij grauari non possint ordinari, aut monachari. ¶ Vide S. Tho. q. ult. ar. vi. ij. i. uelle idipsum cum inquit. Qui est obligatus ad aliquod certum non potest idipsum licite pretermittere facultate existente. Et ideo si aliquis sit obligatus, ut alicui rationem ponat, uel certum debitum soluat, non potest hoc licite omittere, ut religionem ingrediat. Si tamen det aliquam pecuniam, & non habet, unde reddat,

teneat facere, quod potest, ut cedat bonis suis creditori. Subiungit. Propter pecuniam persona liberi hominis non obligat secundum iura ciuilia: sed solum res. Hæc ille. Septimo: si nulla est probabilis coniectura, presumptio, aut spes, quod unquam quocumque modo honesto poterit satisfacere creditoribus in toto, uel in parte: potest de licentia iudicis religionem intrare, & bonis cedere. Maxime si est persona liberata: & ubi non est consuetudo, quod carere ære, uel in corpore. Nec im pediet laborando a profectu salutis. Fortè plus impediens, & grauabit in monasterij rebus &c. Et dato, quod sit persona libera: tamen iam se fecit seruum per furtum, quod potest in carcerem trahi, & multari per delictum. Unde recitat Gers. libidem: olim fuisse argumentum condensationum Parisijs: dicere, quod per sustentationem uisus pueri habilis ad literas sacras liceat spoliare diuites, & abundantes diuitijs, & dare illi pro stipendio in republica. Vide esse quasi proximum illi errorem, quod licitum sit non soluere creditoribus credita ratione furti, aut mutui, quatenus homo se transferat ad uitam altiore. Quid enim aliud est hoc, nisi spoliare creditores rebus suis? Quæuis enim cum quis cedit bonis, omnia dimittit: tamen habet iurare si uenerit ad pinguiorem fortunam: quod soluet in toto, uel in parte. Ita quod si quid lucratur, uel acquirit, acquirit creditori. Quia si sponte se reddit impotentem, uel peierare, & fraudem iniquam committere. Per illa prædicta Pal. intelligi, & moderari. ¶ Tertium corollarium. Voto professionis approbatae religionis liberata homo a pœna debita peccato in foro mundi, quam peccati deberet: hoc est secundum Pal. si malefactor proficitur religionem, non degradatur, nec traditur iudici seculari in omni casu, quo hoc solet, aut potest alias de iure fieri. Contrarium tenet multi. Plus enim est fieri religiosum, quam confugere ad immunitatis locum: sed secundum defendit hominis uitam: ergo & primus: quod plus est, siue deprehendatur in uel extra monasterium. Semp enim censetur esse in ecclesia, qui se pro peccato, & totam uitam dedicauit ecclesie, & mortuus est mundo. Secus si post professionem delinquit. Nam priuilegium uoluit. Extendit hoc dictum ad eum, qui

sacris initiatur post furtum, uel crimen commissum, quo non incurritur irregularitas: dicens eum similiter esse tutum, cum sit peccator ecclesie filius. Diceret quis hoc uerum esse de manu laicali nunc cohibita propter ordines: secus de manu episcopi, aut ordinarij. Nam de malo suo non debet sentire commodum. Alias omnes passim conuolarent ad clericatum, qui deliquerunt, & periret tota respublica. Secus si commisit crimen, quo incurrit irregularitas. iam enim non gaudet priuilegio clericali, si furtiuè ordinatus est: cum sit irregularis. Hinc secundum eundem non quitur a profectu ro, si sit ad mortis supplicium noxius ex malefacto, uel delicto: sed si sit inuolutus debitis pecuniarijs. Tunc enim agendum, ut supra. Et forte inquirendum esset, si sit irregularis irregularitate per papam ditaxat auferibili. tunc enim inuoluitur ad clericatum & religionem, nec recipiendus in eandem. ¶ Circa dispensationem uotorum. Primo supponatur ex tertio colligit. xxxvij. ar. j. quod duplex est dispensatio. Quædam iuris declaratio: quædam iuris relaxatio. Et quod illa fieri habent. Vident aliqui uelle colligere ex dicto Apostoli. j. Corin. ix. fundamentum auctoritatis dispensandi, cum inquit. Dispensatio mihi credita est. ut habet S. Tho. j. ij. q. xcvij. ar. iij. Sed non uideat, quomodo illud dictum apostolicum faciat ad propositum. Loquit enim ut claret ex serie textus, de dispensatione Euangelicæ doctrine, hoc est populi eruditione. Dispensatio uero, de qua hic sermo, importat quandam commensurationem, & applicationem, seu petitionem alicuius communis ad singula particularia. Unde & gubernator familie, & paterfamilias quandoque dispensator nominatur cum unicuique de familia secundum iustitiam distributum donat, & diuidit, quæ sibi cogitauerit quo ad labores, & onera &c. Sic ait Paulus. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum (uel ministeriorum) dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis ueniat. j. Cor. iij. Et Luc. xij. Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit dominus super familiam suam &c. Sic in ecclesia dei di-

uina prouidentia legislatores, & hierarchas constituit sue legis interpretores, & moderatores non editores, qui diuident pro ecclesia utilitate, & hominum salute: quando constitutiones humanæ siue uniuersales datæ multitudini, siue particulares libere, & sponte a quibusdam acceptatæ, & factæ, conueniant singulariter de familia Christi, uel non. Sæpe contingit legem datam multitudini, & ei commodam ut in pluribus non cogruere omnibus, qui sunt de familia in hoc, uel hoc casu. Periculosum foret, si omnium esset passim in ea re decernere, & sententiare: cum non possunt di iudicare singuli, si subsit causa relaxandi obligationem humanam ligantem iure diuino. Ideo auctoritas dispensandi data est ecclesie hierarchis. ¶ Ex illo sequitur, si dispensatio debet esse legitima siue sit iuris relaxatio, siue declaratio, duo sunt necessaria. scilicet causa legitima necessitatis, & utilitatis, & auctoritas. Causa legitima est necessaria sic, quod nisi subsit, non est dicenda dispensatio, sed dissipatio secundum. San. Ber. lib. iij. de cons. ad Eug. Itaque non est tenendum dictum quorundam, prelatos posse in omni uoto dispensare per libito suo, eo quod in omni uoto auctoritas superioris excipitur: sicut patuit de uoto uxoris, monachi, filijfamilias &c. Ratio est secundum Apostolum, quia receperunt potestatem a domino, ut sint fideles, & prudentes, utque ea utantur in edificationem, non in destructionem. ij. Cor. x. De potestate papæ non est meum determinare. Potest homo liberè uouere, quæ sunt supererogationis. Cum autem uouit, diuini iuris est reddere, & legis naturalis. Nec ab hoc debito soluit prelati ut non reddat domino uota sua: est enim de lege naturæ soluere uota, manente obligatione, & in sensu composito, sed fungendo suo officio auctoritate sibi tradita a deo, ex quo excepta fuit auctoritas superioris in uoto, dispensat. Dispensando non dat licentiam infringendi uotum: sed uel tollit obligationem liberè factam, uel declarat prout non esse obligatoriam, siue uilem reipublicæ aut priuatæ personæ.

Si dispensatio debet esse legitima duo sunt necessaria.

¶ Circa uotorum dispensationem duplex est.

¶ Cor. j. Voto professionis approbatae religionis liberata homo a pœna debita peccato.

Cor. 1. ¶ Corollarium. Secundum opinionē plurimorum & Hosti. de vo. & vo. red. i. sum. & Rich. & Tho. ij. ij. si platus cum a liquo dispensare psumit sup uoto suo nō subsistente causa rationabili, cū illud manifestum fuerit dispensato, non excusat corā deo a transgressionis peccato. Si autem ignorat, aut dubiū est, an subsit causa, uel non potest dispensatus securus esse corā deo, & psumere melius de suo p̄lato, q̄ metas non excederit: sed oīa pro charitate egerit: q̄ uidetur potissima causa dispensationis. Nam quod p̄ charitate inchoatum est, non debet facere cōtra charitatem. ¶ Corollarium secundū. cū quis non soluit, quod deuouit deo, sublata obligatione nō mentit, si non soluit olim promissum: quia amplius nō est debitor. Secus si non soluit pmissum stante obligatione. Possunt autem causę esse dux secundum Rich. in genere. s. profectus maioris boni, seu utilitatis. & vitatio malitiam respectu personę uouentis, quā reipublicę pariter & ecclesiasticę cōtratis. q̄ quia reperiri possunt cōtingenter in omni uoto supererogationis: quodlibet est dispensabile. Consonat Duran. & Palu. ¶ Secundō requirit auctoritas iuris, uel superioris, qui ea in re discernat auctoritatiuē, & sententiet quid hoc uolunt plus faciat p̄ charitate, & hominū salute. Quid denique liceat, deceat, & expediat. scdm̄ illud. ij. Corin. ij. Nam & ego quod donauī, si quid donauī p̄pter uos in persona Christi. Signanter dicit: Propter uos. Omnis enim dispensatio debet fieri pro charitate, & ad honorem deificū & uotum est promissio facta deo. In cuius persona fit relaxatio, uel dispensatio, & in ædificatione ecclesię, quę est corpus ei⁹. ut supra de uotorum cōmutatione dictū est. Hinc cum lex cōis quoad aliquem tollitur, hoc fit sine personarū acceptatione, cum lex illa ab omnibus psonis æqualiter seruari non possit: nec in p̄iudicium reipublicę, secundum profectū: prout exigit charitas, & iusticia distributiua. ¶ Si q̄ ritur; an quisquam secum dispensare p̄t: Respondet Pal. Nullus est iudex in causa sua, nec superior sibi ipsi: & ideo nemo proprię potest cum se ipso dispensare in

his, quę sunt clauium ecclesię. Secus in alijs, & cū superior haberi nō potest. ubi enim mora est allatura periculum, dilatio est spernenda. Argumentum de debitorē fugiente, quē propria auctoritate licet capere. Vnde nec papa, nec ep̄s secū dispensare potest, sed per suum confessorē. In his uerō, q̄ sunt iuris positui, ex quo solutus est legibus: non eget papa dispensatione. ¶ De modo, & forma dispensandi: ex quo p̄lato sępenumero simulando in posituius cōstitutionibus dispensant: ergo ubi non est data certa forma, & modus dispensandi de iure scripto: sufficit, cum sciunt suis legibus passim contrarij, q̄ non cōtradiciunt, nec reclamāt uerbo, aut facto, cum tamen liberē contradicere possent secundū Ger. in Regul. Sed licet hoc procedat de abolitione legum suarum posituarū: non tamen huiusmodi nō correctio trāsgressionis uoti aut simulatio nuda, sufficit in foro conscientię ad relaxandum uotum, si est ad huc obligatorium. Hic enim opus est p̄latum uti iure suo, & ex auctoritate dispensare, & de hoc certiorē reddi dispensatum, si uult esse tutus. Secus de suis cōstitutionibus, quę possunt non obseruare abrogari: & potest fieri p̄scriptio. ¶ De ministro dispensationis uotorum, an hoc soli papę competat: responderi potest p̄ aliquot p̄positiones, & primum quo ad q̄stionis p̄iacentem. Papam posse dispensare cum omni homine in omni uoto uoluntario, tēporali, & perpetuo simplici, & solemnī, uel sacri ordinis susceptione, uel professione, est probabilis opinio. Patet ex dictis. Nec concludunt allegata quorundam in oppositum. Non illud Ecclesiastici. xxvj. Omnis ponderatio non est digna animę continentis. Ex quo aliqui doc. uoluerunt uotum continentię non habere dispensationem, quia nō habet compensationem, ut innuit Hugo Postil. ibidem & Altisiod. cuius Hugo refert uerba lib. ij. tract. vij. Ratio est, quia dictum sapientis intelligitur secundum Glo. de continentia a peccatis, ut sit sensus. Vir eruditus nollet uxorem sanctam cōmutare pro ulla re, quę seruit Christo in spirituali scientia, quia non posset habere

De Prop. 1. De ministro dispensationis uotorum.

here pro ea rem equiualentē. Non enim continentia est maxima uirtutum. Item secundum Duran. ut supra uirginitas, uel continentia nō est bonū secundum se, sed ut medicina remouens ea, q̄ prohibēt cōtemplationē diuinorum. Et tunc arguit. Finis est melior his, quę sunt ad finē: sed cōtemplatio diuinorum, oratio &c. sunt finis uirginitatis. ergo si fit dispensatio circa finem. s. cōtemplationem &c. potest etiam fieri circa remouens phibens. Videtur ille textus ad sensum literalē a spiritu sancto intentum primū, & principaliter loqui de ecclesiā Christi. q̄ est corpus Christi mysticum, & sanctarū animarum soli Christo seruientium collectio, per consequens cōtinentiū ab omni amore adulterino &c. & ideo impertinenter allegat. Nec impedit in c. Cum ad monasterium. de statu monachorū, cū dicit. Abdicatio proprię uoluntatis, sicut & custodia castitatis adeo annexa est regulę monachali, ut cōtra eam nec summ⁹ pontifex possit licētiam indulgere. Nā papa hoc nō potest eo manente monacho. sic enim implicaret contradictionem, eum esse monachum, & non esse obligatū ad essentialia monachatum, q̄ sunt de ordinatōne ecclesię. Potest autē de monacho, facere non monachum, hoc est, p̄t facere q̄ obligatus religioni, & ad uota religionis non sit eisdem obligatus, quia in omni obligatione uoluntaria potestas papę est excepta. Sicut non potest facere, q̄ calix nunc cōsecratus non fuerit olim consecratus, potest tamen ordinare, q̄ eius usus non habeat ad hoc, ad qd̄ prius fuit dedicatus, ut si prohibeat eius usus in consecratione Eucharistię. Sic olim prohibiti fuerunt calices vitrei, ænei. Sic prohibent cōfracti, & constanter. Cum ergo papa decernit prout, & ex causa castitatem non conferre illi, nec reipublicę, sed matrimonium plus conducere forte ad reductionem multorum ad fidē, p̄t iniungere contractum matrimonij, ut supra, & phibere prout cōtinentiā tanq̄ maioris boni impeditiuam, ut refert esse factum supra de rege Aragonum. Vnde cum monachus sit ep̄s, non dispensatur eo ipso cum eo, q̄ habeat p̄rium: nec

potest testari nisi de priuilegio speciali, nec est liberatus ab obedientia. Hinc si resignat episcopatum, & reddit ad claustrum, est obligatus, ut prius. Non ergo absoluit a substantialibus regulę nisi prout exigat necessitas sui status secundum Rich. Pal. & Tho. & obediētia, quā prius debebat plato, nunc debet Romano pontifici. Et sic intelligitur decretaliter. Vel dicitur ut supra q̄ intelligitur de iure cōmuni, non potest passim, & indifferēter, & sine causa p̄ libito suo, quia si formarer, & scandalizaret ecclesiam. Secus de potestatis plenitudine subsistente causa secundū Hostien. quam existimare pro charitate habet deo plus placere. ¶ Preterea si papa nō posset facere, q̄ ille obligatus olim religioni, nunc nō sit obligatus: q̄ritur quid est in causa, q̄ non p̄t? Aut ius diuinum, uel statutum humanū. Non primum: quia in uoto, ut uoti est, papa potest dispensare secundum p̄dicta. Non statutum humanū, quia hoc potest papa tollere, cum est iuris positui humani. Sicut ergo p̄t dispensare, q̄ religiosus non tenet ad silentiū, ad abstinentiam a carnib⁹ &c. ita & in proposito relaxando obligationem, & tollēdo legē. Sublatis autem substantialibus, amplius non est monachus. Nec est simile de p̄lato dispensante in aliquibus secundū tenorem cōstitutionum suarū, & papa habente potestatis plenitudinem ineluctam, & illimitatam. Si dicit: consecrata semel deo non possunt in alios usus conuertri, & semper manent consecrata: respondetur ut supra. ¶ Secunda p̄positio. Non solus summus pontifex, sed & ep̄s, & quicq̄ p̄latus alius, aut simplex sacerdos potest quo ad sibi subiectos in aliquibus uotis dispensare, aut cōmutationem facere. Patet ex ritu ecclesię. Hodie enim de facto solus papa dispensat in uoto crucis pro defensione terrę sanctę, ad limina Apostolorum Petri, & Pauli, Sancti Iacobi, professionis. De dispensatione in uoto crucis ex deuotione facta, supra dist. xxxij. Et licet secundum Angelum in ver. Votum. iij. §. vj. Episcopus posset sic dispensare cum ex deuotione sit, & Panor. quem allegat: uidef tamen

Prop. 2. Etia sim plex sacerdos aliquando potest dispensare.

usus habere, & consuetudo: q̄ ad papam remittatur. & hoc dicit esse tutius: licet nō sit casus papalis. In alijs autem uotis a p̄dictis ep̄i dispensant quo ad suos Abbates: & plati religiosorū possunt dispensare in uotis suorum siue ante sint emissa, siue post professionē, ut sup. sc̄dm

Ff **Dub. ul** **timo.** **Vtrum** **uorum** **de nun-** **quā uel** **le uti di-** **spensa-** **tionē sit** **obliga-** **torium.** **opiniones diuersas. ¶ Vltimum dubium:** utrum uotū de nunquā uelle uti dispensatione quomodo docēq; impetrata, uel impetrada a papa, & de non uelle procurare dispensationē, sit obligatoriuū R̄ndet Richard. q̄ non est utiliter obligatoriuū. Notat̄ dicit̄ uniuersaliter. Nā in casu, in le uti dispensatione sit obligatorium. seruari sine iactura salutis. sicut patuit de uotis, quā in casu possunt seruari sine iactura, & p̄iudicio cuiuscunq; q̄ tūc ligēt, cū necessitas exigit, ut seruentur uel cōducit saluti uotētis uotum tenere. Sed in casu cum decet, & expedit, uel pro honore sedis apostolicę: uel utilitati personę uouentis, aut reipublicę, aut forte necessariū ē recipere dispensationē, aut commutationē uoti alicuius, non est obligatoriuū, quia charitati cōtrarium. Cū uerō tali uota in utili abdicant petitionē, uel usum dispensationū, & ita ad semp. & p̄ semp. licet materia sit de re licita: tamen non est semper licita obligatio. Potest enim quandoq; esse contraria charitati, & tunc non obligat. intelligitur enim ut supra conditio, si non militat contra charitatem: quā conditio per se inest. Dicunt quidam: q̄ ponatur in terrorem, ne passim, & sine causa laboretur pro dispensatione: sed uota maneat̄ fixa, & iuramenta pro reuerentia diuini nominis, ne nomen dei in uanum sumatur.

QVÆSTIO II.

A **V** **V** **R** **I** **T** **V** **R** **secundō,** **Verū scandalum sit speciale peccatū summopere uitādū cū omissione oīs rei, q̄ non ē ueritati triplici uiz, doctrinę, & iustitię cōtraria: Tribus articulis tractabitur ma-**

teria quæstionis. ¶ Quantū ad primū, qui terminos declarabit: Notandū secundū Origenem, Hieronymū, Durā. Rich. &c. Scandalum latine dicitur a scandalō grece, q̄ nominat offendiculū, ruinā, impactionem, uel offensionē pedis ex aliquo obice posito in uia, translatum a corporalibus ad spiritualia. Sicut. n. per obicē uiaē corporalē quis impingit, aut q̄q; nutat, seu ad casum disponitur, uel occasionatur in uia morum dictum, uel factū minus rectum p̄bet q̄q; alicui occasionē ruinę. Et sic agens sc̄dalizare dicitur, & opus ipsum, uel dictū &c. scandalū noiatur. Matt. xvj. dixit Christus Petro, Scandalum mihi es. & Psal. cxxxix. Iuxta iter scandalum posuerūt mihi. Est ergo scandalizare in ḡne dare occasionē ruinę spiritualis aliquo exemplo, dicto, aut facto, uel consimili minus recto. Scandalum actiuū, est dictū, uel factum min⁹ rectū p̄bēs occasionē ruinę. Hęc definitio habetur in glo. Matt. xvij. cum dicitur, Scandalizate, qui dicto, aut facto minus recto occasionē dat ruinę. ¶ Dicitur primū, est dictū, uel factum. quibus secundū. Alex. de Ales. parte. ij. q. clxxxix. mem. ij. §. j. intelliguntur etiā nutus, & signa deforis patētia. Cogitatio. n. intus manens non scandalizat proximum: sed seipsum cogitantē. Non. n. obicit̄ sensui alterius, a quo scandalum sumit initium, & originem, ut cōmuniter. Et sicut dicit Greg. non est uera charitas. i. patens, & manifesta, nisi se extendat ad aliū. Ita & sc̄dalum nō d̄r̄ esse nisi ad aliū. tūc. n. dū taxat patescit, & manifestat̄ postio obicis in uia morum. Stat tñ aliquem seipsū scandalizare multipliciter. Matth. xvij. Si pes, uel manus, uel oculus scandalizate &c. Sic uisus, tactus, praua cogitatio: morosa &c. scandalizant tangentem, uidentem in decencia, & periculosa. ¶ Dicitur minus rectum. Nullus. n. bene agēs sc̄dm omnes circūstātiās adesse debitas dicitur scandalizare. Si quis nutat, aut labitur in uia omnino trita, & recta, non labitur ex alterius, sed ex propria culpa, uel infirmitate. Dicit̄ autē minus rectū, & non malum. Nam minus rectum est in plus, quā malum. Cū autē dicitur minus rectū, nō

Art. h. De scan dalo.

Scanda li quid.

Duplici ter p̄betur scanda lum.

Aliquis multi pliciter sc̄dalizat le.

dicitur comparatiuē quāsi ab aliō magis recto superetur in rectitudine: sed quia caret aliqua rectitudine debita haberi, uel quia est inductiuum ad peccatum, uel quia est dictum, uel factum de genere malum, & ex operis conditione: uel quia ex modo agēdi, licet non sit de genere malum, habet speciem mali. Exemplum primi. Cum quis uult ex intentione actuali sua persuasione scandalizare, ita q̄ intēdit uelle alium occasionare ad peccatum. Exemplum secundi, cum facit coram proximo actum de genere malū, & prohibitorum: unde alter potest impingere ad ruinam ex natura, & qualitate illius operis, licet alter hoc non intendat formaliter, sed interpretatiuē nolēs omittere actū illū. Exēplū tertij. Facit q̄piam non de se malum, sed habens speciem malij: unde alter ex ignorātia potest turbari, offendi, scandalizari: q̄ licitē posset pro tunc omittere, ut recumbere in idolio. Rom. xiiij. Omnia illa includūtur in generali uocabulo, minus rectū. Sic sc̄dm Sco. scandalū Petri fuit ex in debito mō agēdi: quia act⁹ non fuit malus de ḡne. ¶ Dicit̄ p̄bens, p̄bēs in quā dupliciter: uel per se, uel p̄ accidēs: directe, uel indirecte: positiuē, uel priuatiuē: commissiue uel omisiuē. Per se multipliciter. Primō cū quis quippiā loquitur, aut dicit uolēs p̄ hoc aliu scandalizare, aut in malū ducere. Apoc. ij. de Balaā Ariolo, q̄ docebat Balaac mittere sc̄dalu corā filijs Israel. Consuluit. n. Balaā ipsi Balaac regi Moabitā, ut mitteret illuc mulieres ornatas ad castra filiorum Israel cum idolis earū: ut sic alliceret eos, & ad fornicationē spirituale, uel idololatriā, & carnalem luxuriā. Numeri. xxiiij. Quod & factū ē. Vnde dicitur Numeri. xxv. Fornicatus ē populus cum filiabus Moab, q̄ uocauerūt eos ad sacrificia sua: sed acriter punitum est hoc malū, ut patet de Phinees &c. Et dicit̄ Moyses. Occidat unusquisq; proximos suos, qui iniuriati sunt Beelphegor. Secundo, cum quis non (ut statim p̄missum fuit) uult formaliter saltem alterius ruinam, intendit tamen aliquem actum malū, & prauū ex natura actus, uel operis natū inducere proximū ad ruinā. q̄

animaduertēs, uel debens aduertere uult nihilominus dictum illud, uel factū prosequi, posthabita uerē, uel interpretatiuē proximi salute. Ita q̄ est causa sine qua nō, saltē quātum in se est, etiā si non sequitur ruinā proximi. Ex quo factum id de sui ratione est inductiuum ad peccatū, iam p̄ se interpretatiua uolūtate, & intēriōne p̄bet occasionē ruinę. Volūtas interpretatiua dicitur, cū uult actū illum nō omittere, animaduertens, aut aiaduertēs debēs ruinā pximi ex hoc futurā: aut natā sequi ex opis cōditione. Tertio cum uult actū habentē malā speciem, & similitudinē p̄cti ex defectu circūstantiæ alicuius adesse debite, non omittere, sed cōtinuare, ut puta uult actum malę speciei, quicquid inde sequat̄, siue ex hoc frater turbetur, offēdat̄, lēdat̄, siue non hoc enim animaduertēs, aut aiaduertēs debēs: quā uis uellet pximum suū nō lēdi: nō uult tñ a dicto, aut facto desistere: ideo p̄ se p̄bet occasionē ruine intēriōne interpretatiua. Contēnit. n. salutē proximi: nec uult tollere occasionem sc̄dali, per eius fidē lē eruditionē, instructionē, cessationem a dicto aut facto &c. Hinc Paulus. Malum est homini, qui p̄ offendiculū manducat. Ro. xiiij. Pusilli. n. i. bonę uoluntatis, sed non magnę sciētie, sc̄dm Ber. in de p̄cep. & dis. hoc uidentes statim cogitant. Ecce si licet illi, licet & tibi. Et. j. Corint. viij. Videte ne forte hęc licentia nēstra offendiculū fiat infirmis. Si quis. n. uidet eū, q̄ habet scientiam in idolio recumbētē, nonne cōscientia eius cū sit infirma, x̄di ficabitur ad māducandū idololatrica: & peribit in tua sciētia frater, p̄ quo Christus mortuus est? Infirmitas promptitudinē nominat ad malū, seu scandalū. Of fēnsio indignationē cōtra eū, qui peccat. Scandalum impactionem ad ruinam, dicit. S. Tho. Per accidens datur occasio, q̄ p̄ter intēriōne operātis, & cōditionē opis quis ex malitia p̄pria scandalizat, & ex alterius bonis. Exemplum de factis Christi respectu Iudæorum inuidissimorum. Sic quando causa sc̄dali ab aliquo sublata ē: puta ignorantia, aut utilitas, aut iustę necessitatis, aut simile quod, & nihilominus alter uult scandalizari,

sicut ad Ro. vij. dicitur. Occasione autē accepta per legem &c. Vbi dicitur quis per accidēs dare occasionem : licet in rei ueritate non præbet, sed alter ex malignitate de bono accipit malum. ¶ Corollarium. contingit quandoq; simul esse in diuersis scandalum actiuum, & passiuum. Quandoq; actiuum sine passiuo, cum alter non consentit malo. Quandoq; passiuum sine actiuo. Dicitur consequenter, Occasione. Cur non dicitur causam ruinae? quia sola uoluntas est causa sufficiens, & immediata ruinae spiritualis, in qua est ruina essentialiter consistit: Dicitur autem, & factum sunt occasiones ruinae: & aliquo modo causa sine qua non. Et secundum prædicta actus sumit rationem ab obiecto: ideo dicitur dictum, aut factum præbens occasionem inducitur, per suam suam, allecituram, motiuam, dispositiuam, &c. uoluntatis ad ruinaem spiritualem. Et licet occasio sit causa per accidēs ad peccatum: attamen in proposito est causa sine qua non. Et sæpe contingit: quod uni conuenit per accidens, conuenire alteri secundum se, sicut in definitione forruinae ponitur causa per accidens secundo physicorum, quæ fortunæ per se conuenit, ita in proposito per se conuenit scandaloso actiuo esse occasionem impactio-nis ad ruinaem. Dicitur ruinae scilicet peccati, siue mortalis siue uenialis.

¶ In forma hic dicitur scandalizare, qui animaduertens, aut animaduertere debens alios esse pronos, seu proniores ad ruinaem spiritualem ex suo dicto, uel facto, aut simili signo manifesto, seu etiã operis conditione, aut agendi modo minus recto: aut qui sibi non est in præcepto, nihilominus uult ipsum pro libito implere, non curandi an ex hoc sequat, uel nata sit sequi ruina spiritualis proximi. Talis enim intendit ruinaem proximi & si non uoluntate uera, & formali, persuadendo scilicet ad ruinaem ex animi de deliberatione, tamen uoluntate interpretatiua. Cur dicatur, qui sibi non est in præcepto, dicitur de omittendis propter scandalum. Dicitur enim Matthæ. xviii. in Glo. In quantum potes sine peccato, scādalum proximi uitare debes, quæ

qui uult antecedens, uult & consequens. Ponatur. a. uult dictū, aut factum minus rectum continuare coram perfectis, & doctis, & præcisē coram eis, de quibus bonam habet præsumptionem, q̄ inde nullum recipiet scandalum: nolens id dicere, aut facere coram alijs, & de quibus esset uerisimiliter timor futuri scandali, & cuiusdam pronitatis in ruinaem ex huiusmodi dicto &c. siue uenialis, siue mortalis peccati. Sic agēs ex forma facti quærum in se est scandalizari actiue, etsi nullum sequatur scandalum passiuum. hinc excusatur a tanto, non a toto. Et stante hominum infirmitate sese committit periculo. Deberet enim ex suo facto formi dare ruinaem proximi, cum est minus rectum. Nam sunt. xij. horæ diei. tam etsi de meliori præsumendum sit. Et si est ceteris prelatior habet curare famam propriam pro aliorum salute: alias enervatur, floccipenditur, & ludibrio datur eius auctoritas. Si est persona priuata, adhuc tenetur famam suam curare saltem hoc modo, q̄ occasione fame subtrahat se eundem. San. Tho. x. Quodli. q. 13. Alias scandalizari proximum. Et non est necesse ad scandalum actiuum, q̄ alter inducatur ad peccatum simile peccato scandalizantis. Sufficit: q̄ sit occasio ruinae conditione operis. & hoc est in proposito, cum quis facit ad partem spe non futuri scandali coram certis, quæ in publico nollit agere: quæ ex natura actus sūt mala, & prohibita. Hinc Paulus. Prouidemus bona, non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. ij. Corint. viij. Et Ecclesiastici. xvij. Vnicuiq; mandauit deus de proximo suo. ut. s. proficit ei uerbo, & exemplo: saltem contrariē non obstruat; affectiue, & effectiue eum diligat. Et August. in Sermone de communi uita cleric. Conscientia coram deo nobis uecessaria est, summa autem proximo. Hanc uidentur tales omnino posthabere, & parum curare. Itaq; in casu præfato ex forma facti, uel dicti, seu ex genere actus, præbetur occasio ruinae: licet alter forte non ruat, uel non grauiter. Sufficit: q̄ dictum aut factum sit natum de se inducere ad ruinaem. ij. ij. quef. xxxiiij. ar. vj.

art. vj. siue ex facto in se malo, aut specie mala, siue ex modo agendi indiscrere.

C. Passiuum scandalum est ruina peccati proueniens ex scādalo actiuo. Vel q̄nq; ex malitia propria non data occasione ruinae. ¶ Corollarium, quoddam est scandalū datum, quoddā acceptum nō datū, ut puta proueniēs non ex obice pcti, sed ex inuidia, liuore, odio &c. scandalizati. & solet dici Pharisæicū, & ex malitia propria. Aliud est scandalum pusillorū, hoc est habentiū bonā uoluntatē, & zelū bonū, sed non scdm scientiā: quia carēt ea. Supradit aliqui tertiu mēbrū. s. occasio-natiuū, sed uidetur supfluere. Scdm. bea. Tho. in. iij. &. ij. q. xliij. Scādalu actiuū accipit dupliciter. s. materialiter, & formaliter. Formaliter p̄ intentione inducēdi aliq̄ ad pctm. & scdm hāc rōnē formatē, ex parte finis, q̄ cōtrariat̄ edificationi proximi, habet rōnē specialē peccati. Materialiter uerō accipitur p̄ quolibet pctō alio, q̄ est materia scandali. Nullum. n. peccatū est, quin possit esse materia scandali, & se habere materialiter ad scandalum. Et sic nō habet rōnē specialē pcti, sed est circumstātia pcti, quia ut sic nō intenditur nocuētum proximi scdm. S. Tho. in. iij. sed peccatū illud. Et tūc idem dicendū est de scandalo, & pctō illo, q̄ ē materia scandali, seu quo aliquis scandalizatur, quale peccatum sit. ¶ Secundo notandum. Triplex solet poni ueritas quo ad materiam scandali. s. ueritas materiæ, q̄ est obseruantiæ p̄ceptorū, & prohibitio-num, uotorum, consilio-rū, & iuramento-rum. Et pertinet ad omnes, ut ea, q̄ non solū lex diuina statuit, inuolabiliter obseruet, sed etiã superogationis opera, ad quæ sponte de iuxerit se. Veritas doctrinæ pertinet ad p̄dicatores, & magistros secundum. S. Bonauē. in ceteriloquio, & est defensio catholice ueritatis corde, ore, & opere, ut eam nunquam cōtrariē distentantur, tamen si possit quādōq; obticeri, ne margarite p̄iciantur ante porcos. Veritas iustitiæ ad p̄latos pertinet, cōplectens duas partes iustitiæ scilicet seueritatem in puniendo malos, & reos, & liberalitatem in sustinendo bonos, hoc est præmiatiōnē bonorū, & correccionē malorū.

scandalum passiuum. Coroll. Scandalum actiuum dupliciter accipit. Scdm. bea. Tho. in. iij. q. xliij. Scādalu actiuū accipit dupliciter. s. materialiter, & formaliter. Formaliter p̄ intentione inducēdi aliq̄ ad pctm. & scdm hāc rōnē formatē, ex parte finis, q̄ cōtrariat̄ edificationi proximi, habet rōnē specialē peccati. Materialiter uerō accipitur p̄ quolibet pctō alio, q̄ est materia scandali. Nullum. n. peccatū est, quin possit esse materia scandali, & se habere materialiter ad scandalum. Et sic nō habet rōnē specialē pcti, sed est circumstātia pcti, quia ut sic nō intenditur nocuētum proximi scdm. S. Tho. in. iij. sed peccatū illud. Et tūc idem dicendū est de scandalo, & pctō illo, q̄ ē materia scandali, seu quo aliquis scandalizatur, quale peccatum sit. ¶ Secundo notandum. Triplex solet poni ueritas quo ad materiam scandali. s. ueritas materiæ, q̄ est obseruantiæ p̄ceptorū, & prohibitio-num, uotorum, consilio-rū, & iuramento-rum. Et pertinet ad omnes, ut ea, q̄ non solū lex diuina statuit, inuolabiliter obseruet, sed etiã superogationis opera, ad quæ sponte de iuxerit se. Veritas doctrinæ pertinet ad p̄dicatores, & magistros secundum. S. Bonauē. in ceteriloquio, & est defensio catholice ueritatis corde, ore, & opere, ut eam nunquam cōtrariē distentantur, tamen si possit quādōq; obticeri, ne margarite p̄iciantur ante porcos. Veritas iustitiæ ad p̄latos pertinet, cōplectens duas partes iustitiæ scilicet seueritatem in puniendo malos, & reos, & liberalitatem in sustinendo bonos, hoc est præmiatiōnē bonorū, & correccionē malorū.

Not. 2. Triplex ueritas quo ad materiam scandali.

quæ potest nonnunquam propter maius malum uerisimiliter futurum omitti, uel differri: docet ritus ecclesiæ. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Scandalum regulariter includit, uel coexigit peccatum in eius descriptio-nem. Hinc uq̄ impræcatur scandalizantibus. Matth. xvij. Cōtraiatur charitati, & edificationi pximi, cuius ruina intendit. Vnicuiq; autem mandauit deo de pximo suo, ne ledat saltē. Eccles. xvij. Et si dicitur necesse, ut eueniant scādala: intel-ligitur necessitate cōditioata, posita mūdi malignitate, & incōuertibilitate. ¶ Secūda cōclusio. scandalū actiuū quādōq; stat sine passiuo, & passiuum stare potest sine actiuo. Sæpe nāq; uel ex intentione interpretatiua, uel operis cōditione aliquis trahitur, & disponitur ad ruinaem, quæ tum est ex parte operis, & tñ alter non cadit ex hoc, ut supra in casu posito notabili primo. Nec est de ratione scandali actiuū, q̄ alter ruat cū effectus: sufficit, q̄ occasionetur, quāntū ē ex parte opantis, uel operis ad ruinaem. Itē passiuū sæpe accidit sine actiuo præuio ex malitia alicuius. ¶ Tertia conclusio. Est probabile dictū: si quis aliquo dicto, aut facto minus recto, q̄ est de se mortale peccatum, proximum scandalizat actiue, duplex peccatum ceteris paribus saltem in æquialēti uidetur committere. s. actū fornicationis (quæ pono) ut materiā scādali actiuū, & ruinaem proximi uere, uel interpretatiue uolitam, q̄nq; mortale, & q̄nq; ueniale. Patet ex dictis. ¶ Quarta conclusio. Ex eo dumtaxat scandalū actiuū est speciale peccatum a ceteris distinctum, quæ procedit ex intentione uera, uel interpretatiua inducendi uerbo, aut facto minus recto ad pctm. Ita hnt Tho. Durā. & Pal. Finis. n. qui intenditur in actibus humanis constituit speciem, & dat speciem in moralibus: siue uitijs, siue uirtutibus. Hic autem est specialis, & distinctus finis. s. intendere ruinaem uerē, uel interpretatiue proximi. Et est hic specialis difformitas contraria edificationi proximi, siue dictum, aut factū sit malum de genere actus, siue solū habeat speciem mali. ¶ Quinta conclusio. Tamet si omne peccatum

Arti. 2. Cōcl. 1. D

Cōcl. 2.

Cōcl. 3.

Cōcl. 4.

Cōcl. 5.

potest esse materia scandali actiui, & se habere materialiter ad scandalū. Attn̄ rationē formālē, qua scandalū est, habet ex fine, & intētiōe inducēdi pximū ad ruinā: & ita contrariatur edificatiōi pximai, & nō ex eo quia fit corā alijs. Paret conclusio. ¶ Sexta cōclusio. Scandalū actiuū potest esse speciale peccatum, & non hēre materiā aliorū peccatorū. Probat̄. cū q̄s formaliter, & directē persuadet ad peccādum aut dum præcisē suis blanditijs aliterius ruinam vult. ¶ Septima conclusio. Scandalum passiuum nunquā est speciale peccatū. Probat̄: quia ex dicto, uel facto alter ius minus recto stat aliquid cadere in ruinam cuiuslibet peccati: seu in genus cuiuslibet peccati. Ex hoc uerō, q̄ cōtingit aliquē disponi ad ruinam per dīdum, aut factum alterius minus rectum, non confurgit ratio p̄tī specialis, nec noua deformitas specialis uirtuti opposita: ideo nō ē speciale peccatū scđm. S. Tho. Duran. & Palu. ¶ Octaua conclusio. quia omnis actus, cuius finis intentus est mortaliter prauus: est peccatū mortale: ideo omne scandalū actiuū, cuius finis intētus est mortalis, siue intendatur uerē, uel interpretatiuē, actualiter, uel uirtualiter directē, uel indirectē est mortale p̄tīm. Prima pars est Ger. in regulis. & nota apud theologos. Secunda ē consequens ex prima. ¶ Nona cōclusio. Nullū dictū, aut factum minus rectum, quod est tantū ueniale ex genere, aut habēs solū speciē uenialis mali, est quantū est de gñe talis actus, scandalum mortale dicendum, sed solum ueniale. Dicitur quantū est de gñe actus. Possit. n. ad esse iactio praua dicētis, aut negligētia eiusdē corā pusillis, q̄ intēderet p̄ hoc mediū finē mortale, & tunc esset mortale. Cauendū. n. est a scandalo pusillorum. ¶ Decima conclusio. Scandalum passiuum est qñq; mortale p̄tīm, qñq; ueniale, siue ruina ueniat ex malitia propria, uel ex scandalo accepto nō dato: siue ex alterius scđdalo mortali siue ueniali. ¶ Undecima cōclu. Quilibet ab omni actu, cui non est aliunde adstrictus, tenetur desistere, quando timet, aut timere debet scđdum uehementem cōiecturam pusillorum scandalū, quousq;

Cōcl. 6.

Cōcl. 7.

Cōcl. 8.

Cōcl. 9.

Cōcl. 10.

Cōcl. 11.

de illo sedando diligentiam fecerit: nisi si forte pro cōmuni utilitate unctio spūs scđi doceat illud tunc agendū fore, sicut Christus sacramenti publicatione. Hęc Ger. son. Dicitur primō cui non est aliunde adstrictus. Spūlia enim bona, quę sine peccato nō possunt, uel simpliciter, uel pro certo tēpore, & loco quo ad executionē omitti, aut fidei, utputa q̄ sunt simpliciter uel p̄cepti uoti, aut iuramētī statutus, uel officij de salutis necessitate, non sunt omittenda, ut caueatur passiuū scandalum mortale, aut ueniale in alio. uel maius p̄tīm mortale. c. Cū ex iniuncto de noui oper. ni. Nulli enim licet peccare. Et charitatis ordo uetat, ne quis lucratur totū mundū, animę uerō suę detrimētū faciat. Ideo dicit Glos. Mat. 18. In quantum sine peccato potes, scandalū proximi uitare debes. Et Palu. Id, quod sine peccato ueniali aut mortali omitti non potest, ptunc omitti nō debet, quia nullo casu, nullo sine est etiā uenialiter peccādū. ¶ Quid ad. c. allegarum. Cū ex iniuncto. q̄ loquitur de mortali peccato? Dicit. n. Licet opa illa, quę sine mortali peccato omitti non possunt, nō sint pro uitando scandalo dimittenda: nec ea debeant pro scandalo uitando cōmitti, quę sine mortali peccato cōmitti nō p̄t̄: ab his tñ, q̄ sine p̄tō mortali cōmitti p̄t̄, pariter, & omitti, est p̄ scandalo tollendo cessandū: & eis etiā pro uitando scđdalo insistendum Hęc ibi. Dicendū, textus ille loquitur scđm materiam subiectam, & put talis cōsultatio requirit. Nō autē decisiuē loquitur, nec sedē facit ibi, q̄ ueniat præcisē omittendū, uel cōmittendū p̄pter uitare scandalū. Nec pōt negare: quin & pro uitando scandalo passiuo nō sit peccādū uenialiter. Alias in casu quis necessariō peccaret, & esset pplexus. Eo ipso. n. q̄ aliquid est faciendū, nō est malum, quia deo auctore nemo fit deterior. Aug. lib. lxxxiij. quæstio. & ita non est peccatum: esset enim implicatio: quia p̄tīm, & nō p̄tīm: faciendū, & nō faciendū. Stare tñ in casu aliqd nō esse otiosum uerbū: & ita nō ueniale: q̄ ex defectu circūstātię t̄p̄is, aut loci alias esset ueniale, cū dī, fit, aut p̄fertur sine cā. ¶ Si

Que bō
na non
sunt o-
mittēda
ut caue-
atur pas-
siuū scđ-
dalum.

Venia-
le, &
morta-
le differe-
rūt nisi
extrinse-
cē

Cōcl. 12.

icitur, plus homo debet cauere dānum perpetuū pximi, quā t̄pale sui ipsius, sed ueniale nō habet penā p̄petuā, sed t̄pale solum, ergo debet peccare uenialiter, ut p̄seruet aliū a mortali. Ad maiore dīcendū: q̄ nō est uniuersaliter uera. Nec uitādum ē p̄tīm p̄cisē timore penę, aut p̄ uitare hoc, uel illud, sed amore iustitię, & p̄pter deū summē diligendū, cuius offēnsa minima peior est oī malo p̄niali, q̄ pōt hō perpeti. Vide Aug. lib. de uera & fa. p̄ni. P̄tīm autem ueniale offendit deum, alias non puniret ipsum. ex definitione peccati secundū Aug. q̄ oē p̄tīm est cōtra deū, quicquid sit de subtili quorūdam locutione. Et ideo q̄ cōtra deum, fugiendum est, nō q̄ penę t̄palis. procedit maior de dāno p̄nali p̄cisē, secluseōt ueniali. ¶ Veniale, & mortale scđm Ger. le. j. de uita spūali non differunt nisi extrinsece, quia deus uult id p̄petua p̄na punire, id uerō temporali ex sua infinita mīa. Clari. sic. Propter mortale de- uult hominē priuare uita grā, non propter ueniale. Et ita potius toleranda esset omnis mors tēporalis, & p̄nalis, imo & annihilatio, quā cōmittenda esset minima offēnsa in deum. Da oppositū: licet offendere deum. Item causa, quare dimittendum sit peccatum ueniale, est offēnsa dei, q̄ nō minus est fugibilis, quā sit eligibile illud bonum, p̄ quo adipiscēdo nullo modo debet cōmitti. Sed pro bono infinito etiā si eēt tale, nō esset de- offendendus, et minime. Et si hō infinita haberet bona posset iuste oibus spoliari propter offēnsā dei: scđm Aug. ut supra. cōtra mēdaciū, & in li. de mēdacio. ¶ Cōclusio. xij. Si scđdalizatur aliquis præcisē ex malitia, aut odio spūali uel utilitati ecclesię plurimum conducentium, non est curandum, sed contemnendum. Exēplum. cum aliqui impatientes bonorū in oibus dicūt se scđdalizari: & ob hoc concitāt in alijs scandala, ut bona supererogationis sine iusta causa impediāt. Tale scandalum est Phariſaicum more Phariſeorum ex Christi dicto, aut facto scandalum sumentium. Matthæ. xv. Sinite eos scilicet scđdalizari &c. Si uerō oritur ex

ignorantia, aut infirmitate, cauendum est exēplo Chri. Mat. xvij. pro se, & Petro soluentis didrachma &c. q̄ est scđdalu pusillorū. Debēt ergo p̄ tēpore hmōi bona supererogationis uel occultari, uel differri ad tēpus: donec data fuerit informatio, cur, & quare sic fiat, salte ubi periculum non imminet, nec mora est periculosa salutis proprię. Ideo dictum fuit in propositione. Quousq; de illo sedando diligentiam fecerunt. Quia si post datā eruditionem, & causę scandali sublationem legitimā, & rationabilē: sufficientē, pariter, & debitam, adhuc maneret scandalum passiuū, contemnendū est, nec ali quid omittendum protunc eius incuita de huiusmodi bonis spiritualibus supererogationis, quia iā non habet ignorantia, sed malitia. Et ob hoc dictū fuit in cōclōne. Qñ timet, aut timere deberet scđm rationem rectam, uel inculpabilem. ¶ Corollariū. Non solum bona spūalia, q̄ sunt de salutis necessitate: sed et supererogationis, & cōsiliij, p̄ quę perfecti⁹ peruenitur ad salutem, sunt pro loco, & tēpore non obstante passiuo Phariſeorū scđdalo faciendā, & ope cōplendā, & nullatenus protunc omittēda. Alias hoies mali possent impedire profectum bonorū, cum uellent. ¶ Sed quid de bonis temporalibus? Ad hoc sub distinctione dicendū scđm doc. Vel illa bona tēporalia quoad plenum dominium pertinent ad illū iure possessio, a quo petuntur: ita q̄ est uerē dñs eorundē: Vel nō habet eorū dominium: sed sunt apud se deposita: aut ut p̄ cōitate reipublicę dispensentur cōmissa, & assignata: sicut bona ecclesię p̄latis, & ciuitatū magistratui cōmittuntur. Si secundum, non sunt dimittenda uendicantibus sibi ea contra iusticiam: sed si ablata sunt, repetenda ueniunt cum moderamine inculpate tutelę. Est enim de lege naturę, & ita p̄cepti, ut depositarius, & p̄latus, seu tutor ea diligenter custodiat ad id, id quod sunt deposita, cōmissa, uel tradita. Et ideo cum eorundem custodia est de necessitate p̄cepti depositario, aut rectori fisci: sicut non licet ei uiolare p̄ceptū ad p̄cauendum scandalū passiuū in alio, ita nec hic licet ei dimittere bona

Coroll.

Quid de bonis temporalibus an omittēda ad cauendū scđdalū.

propter scandalum passuum. Faceret enim contra præceptum. Si primum, dicendum, ut supra: quia scandalum ex malitia contemnendum est. Alias reportaret commodum de malitia sua usurpans iniuste bona alterius, & sic periret promissio reipublicæ necessaria. Nec esset, qui pauperes aleret, daretur ei occasio peccati, rapiendi, extorquendi, & ad se recipiendi aliena: & ita committeretur crimen concussione, si quis teneretur statim sua projicere ad vitandum passuum scandalum: aut si non repeteret ablata. Vnde Greg. Moralibus. Quidam dum temporalia a nobis rapiunt, solummodo sunt tolerandi. Quidam uero æquitate seruata prohibendi, non sola cura, ne nostra subtrahant: sed ne rapientes non sua seipos perdant. Sic sanctus Thomas Cantuariensis. repetiuit res ecclesiæ cum scandalo passuum regis Angliæ, ex malitia sumpto. Si oritur ex ignorantia, uel infirmitate pusillorum, dimittenda sunt bona nostra ad tempus. ut gratia exempli: alius dicit esse sua, quæ occupat, credens rem ita se habere, aut quæ uellet habere. In hoc casu, uel ex perfectione sunt totaliter dimittenda, uel causa scandali pro posse remouenda. Vnde Aug. in de sermone domini in monte, lib. j. Id profecto dandum est quod nec tibi, nec alteri nocet quantum sciri, aut credi ab homine potest. Et cui iuste negaueris, quod petit, indicanda est iustitia ipsa, ut non ipsum in anem dimittas. Ita omni petenti te dabis: quamuis non semper id, quod petit, dabis. Sed aliquando melius aliquid dabis, cum penitentem iniuste correxeris. Hæc ille. Si autem data informatione pro posse adhuc manet scandalum passuum, perfectionis est quædoq; sua dimittere, sed non necessitatis, cum præstat fomentum peccatis: aut cum repetitio bonorum, uel de negotio honorum occupatorum iniuste, est alteri occasio cognoscendæ ueritatis. Videndum etiam est, ne quandoq; malum futurum ex repetitione, uel retentione, sit maior uentura, & occupatione eorum.

Art. 3. rûdem. ¶ Quantum ad articulum tertium, Dub. 2. est dubium primum. Non uidetur esse uerum dictum Bonauen. & Hiero. Omittenda

dum est propter pusillum scandalum: quicquid omitti potest. salua ueritate uicæ, doctrine, & iustitiæ. Sic. n. diuina cõsilia, & plurima spiritualia essent frequenter omittenda propter scandalum. Ad hoc respõdetur in gñe. in ueritate uicæ, doctrine & iustitiæ, nõ solũ cõphẽditur id, qd est salutis necessitate quoad obligationẽ, uel executionẽ secundũ Duran. sed etiam illud, p qd pfectiori modo, & congruentiori potest quis consequi salutẽ. scdm illud j. Corin. xij. Aemulamini charismata meliora. ut consiliorum obseruatio, elemosynarũ largitio. Vnde talia non sũt propter scandalum alterius simpliciter dimittenda: sed quandoq; differenda in tempus aliud, uel occultanda: donec sublata fuerit causa scandali pusillorum. ¶ Descendendo uero ad speciem. Et primum de ueritate iustitiæ, quæ primo consistit in dando cui libet, quod suum est, quod nunquam licet omittere propter cauere scandalum, spoliando. s. proximum re suæ. Secundo consistit in punitione peccatorum, & poenarũ inflictione p delictis, quia poenæ debent esse medicinales ad cohibendum peccata. Ideo in tantũ habet rationẽ boni, & iustitiæ: in quantum per eas peccata cohibentur: & nõ deterius malum ultra priora mala exagatur. Si uero per hoc peccata non cohibentur, nec cohiberi possunt pro loco, & tempore, sed deterius malum uerisimiliter timetur, est pro loco, & tpe suspendenda malorũ punitio, quia pro tunc non est actus iustitiæ, nec bonũ spirituale. Et sic loquitur Aug. ut supra, docens excommunicationem non esse bonam; quando uerisimiliter timetur periculum schismatis. Ad hoc. di. l. c. Vt cõstitueret. xxij. q. iij. Ipsa pietas Hieronim⁹ super Iudicum. ibidem. Nolite recedere. Aug. contra epistolam Parmeniani. lib. iij. ferre per totum. Intelligitur de scandalo graui. c. Nisi cum pridem. s. Pro graui de renunc. Pro graui quoq; scandalo dum aliter sedari non potest, ut pura si oriuntur rixæ, sectæ, homicidia, schismata. Est enim contra rationem rectã uelle tollere min⁹ malũ, & suscitare maius dũ min⁹ alias sedari, aut tolli non potest. Quamuis

An se uerum omittendum est propter scandalum pusillorum quicquid potest.

enim licet quandoq; malum tolerare propter subtractionem ipsum non puniendo promissione simplicis tolerantia, ut tolerantia solum negat poenam citra consensũ, & facti complacentiam, propter uitare maius malum spirituale, quàm sit illud, quod nunc toleratur: siue propter consequi præstantius spirituale bonum debitum, aut necessarium haberi, alias non habendum: Nunquam tamen licet pro consecutione temporalis rei, aut mali propulsione in peccatum consentire posituẽ, uel priuatiuẽ, ope, consilio, aut auxilio. Ita sentire uidetur Gers. in flo. cum dicit. In omni re publica tolerantia possunt, & debent uitia, quæ absq; deteriori periculo neq; corrigi, neq; extirpari ualent. Quando autem id est, & quãdo non, difficile est, & sæpe impossibile definire generaliter: nisi prout circumstantijs particularibus inspectis prælati superiores, & sapientiores deum pro oculis habentes determinabunt, de lupanaribus de usurarijs in certis locis, & ciuitatibus: de concubinarijs sacerdotibus, qui forte pro loco, & tempore sic tolerantur secundum Gers. Sic in iudicijs, quia iudex gerit personam publicam, tenetur ex officio curare bonum reipublicæ, & utilitatem eiusdem, cum uidet ex mali alicuius correctione maius incommodum prouerturum uerisimiliter reipublicæ, quàm sit non punire delinquentem, potest protuẽ in hoc casu rebus sic se habentibus dissimulare, & poenam non infligere. Nec per hoc alicui facit iniuriam. Ita prælati spirituales sunt diuinæ legis interpretes, licet non editores, & gerunt personã reipublicæ spiritualis. ¶ Corollarium. Is facit contra ueritatem iustitiæ, qui nõ redit unicuiq; quod suum est, & sibi tunc debitum, ut puta cum iudex fert contra aliquem iniustam sententiam, aut recusat ferre in aliquam sententiam, cum id facere deberet, & posset. ¶ Redditur secundum Tho. in. iij. alicui dupliciter quod suum est. Primo, quando datur sibi, ut domino rei id, quod est eius proprium, uel sibi necessarium, ut puta sine quo esse, uel uiuere, sustentari, recte uiuere &c. nõ potest. Alio modo, quando aliquid est sibi

Coroll.

Dupliciter reddi tur alicui

debitum, non ut personæ priuatæ, uel rei domino, sed ut personæ, uel membro totius communitatis, ac reipublicæ. In hoc casu bonum communitatis præfertur bono priuato. Quando ergo poenarum inflictio, & malorum correctio, seu redditio alicuius boni ad petitionem eius est reipublicæ dispendiosa, datur sibi id, quod suum est, tamen ad eius petitionem non punitur delinquens. In hoc enim casu pro loco, & tempore utilius est poenam differre, uel non infligere ad cauendum maius malum spirituale. ¶ De correctione fraterna simili modo dicendum. Ordinatur enim ad medicamen, & emendationem fratris, quæ si non speratur secundum rationem rectam, seu non uerisimiliter præsumitur futura, non pertinet ad bona spiritualia: ex consequenti omitti pro tunc potest, & quandoq; debet, quando grauius scandalum uerisimiliter timetur ex hoc futurum. Sic enim nõ est tunc medicinalis. Si autem uerisimiliter præsumitur, aut præsumendum est de bono fratris, quod lucrari possit, & emendari, iam correctio fraterna est bonum spirituale, & debitum fratri non omittendum propter scandalum fratris. ¶ De seminatione uerbi dei, aut doctrinatione. Dicendum: quod in doctrina duo sunt scilicet ueritas ipsa quæ docetur, & actus docendi. Veritas ipsa nunquam est neganda, nec contrarium unquam docendum: sed corde, ore, & opere consistenda. Actus uero doctrinæ di qui cõputatur inter bona spiritualia, cum sit genus elemosynæ, potest pro loco, & tempore sine peccato omitti: quãdo uerisimiliter præsumendum est, quod protunc ex doctrinatione non sequatur profectus spiritualis, seu fratris emendatio, sed potius irritatio, odiũ, & blasphemia. Iam enim non est in hoc casu medicinalis. E regione: quando præsumendum est de profectu, & subleuatione miserix, & erroris proximi, non est bonũ spirituale omittendum. Quod si tunc pro loco, & tempore suspenderetur, uel omitteretur, omitteretur bonum spirituale propter scandalum fratris. Vnde Hieronymus super. xij. prophetas. Propter graue scandalum passuum aliquando desistitur a præ Gab. Biel. A a † 3

De correctioe fraterna

De seminatio ne uerbi dei.

dicatione ueritatis alicuius, non ut falsum doceatur hoc enim non licet sed ueritas, cum non est auditorium pro loco, & tempore, obicitur. Vbi enim non est auditus, non effundat sermonem Ecclesiastici. xxxij. de hoc. xj. q. ij. c. Quando.

¶ De elemosynarum largitione, & consiliorum impletione: Dicendum, qd non sunt simpliciter, & pro quolibet tempore omittenda propter cauere scandalum proximi, sed quandoq; descendenda, aut p loco, & tempore omittenda: cum non cadunt sub debito officij, uoto, iuramento, aut pcepto, seu iniunctionis debito. In nullo enim casu peccandum est.

¶ Secundum dubium. quid de facientibus instrumenta lusoria, chartas, taxillos, & similia, siue uestes lasciuia plenas, impudicas, quibus corpus tegi non potest: ut pateant irritantia ad peccatum &c. Item de inuentoribus nouitatum in uestibus pomposis, curiosis, scđdalosis, &c. Quid de p̄latis non claudentibus: sed quandoq; intrantibus monasteria: aut ea aperientibus, immo prohibentibus cum effectu eorumdem reformationem. De ædificantibus lupanarū, resarcientibus necessaria, & destructa: ubi quasi certum habetur iudicio humano; qd eorum non sit alius usus nisi illecebra peccati, & ueneriorum &c. Quid de his, qui contractus faciunt habentes multiplicem speciem usuræ &c. qui (ut fertur) conducunt (accedente approbatione maiorū) publicos usurarios in ciuitates suas locando eis domos, & iustitiam pro usurarum solutione ministrando. ¶ Soluonem prestantiorum in genere in hoc mari magno, & profundo valde, dare non ualeo, quā Gersonis dictum statim allegatum. In omni republica tolerari possunt uicia, quæ absque deteriori periculo nec corrigi, nec extirpari possunt. Sunt autem aliqua iam enumerata talismodi, quæ nec diuina sacerdotum, ac scripturarum doctrinatio, nec pœnæ temporalis, aut gehennalis semper ante oculos positio, quæ sæpe in declamationibus denunciantur, tollere possunt, uel emendare. ¶ Sed partim consolatur, partim terret dictum beati Augusti. libr. ij.

Dub. 2.
H
Quid d
facienti
bus in-
strumen-
ta luso-
ria.

contra epistolam Parmenia. ca. xvij. lib. ij. Non sit particeps iniquitatis, nisi qui iniqua uel agit, uel approbat. Et infra ca. xxj. Vbi cetera impediuntur, illa duo semper retenta incorruptum, castumq; custodiuntur nec faciat in illud, nec approbet factum. Et in eodem cap. dicit sic fieri: ut quis non communicet malis, si nec malum faciat. nec in malo communicet id est facientibus consentiat, & facientes redarguat. Aliud enim est non facere: aliud non communicare id est non consentire facientibus aliud redarguere. Colligit ergo tria, in quibus consistit in corruptio hominis. s. non facere malum: nec consentire facienti: & facientem redarguere. ¶ Facientes lusoria instrumenta passim pro omnibus, & in quemcunq; finem indifferenter, uidentur peccatori interpretatiue præbere auxilium. ij. Paralip. xix. & materia scđdali. Indiciū enim actuum humanorū sumitur a frequenter accidentibus, & plus contingit fieri huiusmodi rerum abusus, quā licentia usus. Itaq; uidentes occasionem peccati, & uolentes antecedens, non possunt dici nolle consequens scitum, ut cōmuniter euenire, ut supra notabili secundo. ¶ Tolerantur autē ab ecclesia alia purē negatiue ut lupanaria: ad præcauendum deteriora mundo in maligno posito, ppter quod necesse est scđdala euenire, nec complacent ecclesiæ in eorum commercio turpi, sed reclamant per suos concionatores, & eos a communione sacramentorum nisi respiciant, suspendit, & cohibet tanquam publicanos, sperans p huiusmodi fraternam compassionem, & tolerantiam eos quandoq; posse reduci. Per hoc non releuantur prauam, & peruersam habentes intentionem, qui post habito dei honore quæstuum putant pietatem. Quorum peccata ueniunt taxanda ex eorum tali uel tali intentione, & proposito. ¶ Item dicendum uidetur de facientibus uestes turpes ad nihil ualentes, nisi ad illaqueandum animas, qui post habito diuino amore, & honore, ac proximi salute solum intendunt quæstus, parati omni homini ita ut liberit, luxurie fomenta facere &c. ¶ De p̄latis

Quo-
modo
ab eccle-
sia tole-
rentur
lupana-
ria, &c.

non claudentibus monasteria, & sinentibus in eis mala fieri uidetur in causa esse ceteris partibus tunc maioris spiritualis mali, & facinoris pessimi apostasia, & similia &c. ¶ De scienter non ignoranter conuenientibus lupanaria, qui uidentur positue cooperari ad malum, forte dici possent, qd conuenientes non intendunt malum: sed solum defensionem ab actu solis turbine, & pluuia illarum muliercularum, quæ secundum August. contra Faustum sunt ut homines diligendæ, famelicæ cibandæ, contra iniurias ab his quorum interest, defendendæ. Et quāuis iniuste, & cum peccato corporis peccati mereantur, iuste tamē recipere possunt: & post factum exigere. Et cum ecclesia eas, ut conuertantur, celerius tolerat non communicando in peccato, sed factum redarguendo: & natura horret talia fieri in publico: etiam in coniugio, teste August. xiii. de ciuit. dei. capit. xvij. Ideo ratio suadet, qd habeant locum priuatum puræ necessitatis, non uoluptatis, ne una ouis morbida alias sua contagione peccare faciat. ualeat, si ualeat. Refert hic tolerare talia purē negatiue, cum sunt citra prohibitionem, & prohibitionem, & positue cooperari, & domus pro eis ædificare, uel eis locare &c. de quibus constat: qd ad hoc commercium turpe adaptantur. Volens antecedens uult implicite consequens scitum esse tale. non uidetur quomodo sic agentes non consentiant peccato. ¶ De usurarijs forte papa talia scit, & tolerat, delinquentes redarguit factum non approbando: sed stante malignitate plebis magis uult uitare pericula, & mala spiritualia, cum nec illa extirpare ualeat sine probabili timore maioris mali. Hæc citra assertionem, ut latius cogitetur, retere placuit. ¶ Tertium dubium. Esto proximus petit rem meam: & nisi habeat eam plurimum scandalizatur, An dalizef teneor in hoc casu rem meam dimittere, & ei dare: ut uitetur scandalum passim an suum in eo. Respondet Alexan. par. ij. teneat q. clxxij. mem. vij. post Guiliel. Alrisoni dare do. lib. ij. tracta. xxiii. sub distinctione. Si petens irrationabiliter petit, non de-

beo ei dare tum propter bonum publicum conseruandum, quod uetat dominia transferri sine ratione, & cā, tum ad deprimendum temeritatē iniuste petētis, & ad cohibendū alios, qui & ipsi se fingerent scandalizatos, quatenus rem proximi acquirere possent. Si petit rationabiliter: ut puta pauper est, & petit uestimentum: distinguendum est. Si dominus uestis plus ea opus habet, quā scandalizatus, non tenetur sibi dare, tum ex ordine charitatis, tum ad reprimendum temeritatem petentis. Si sunt superflua domino uestimenta, & illi necessaria, uidentur, an ne sint alij plus ea indigentes, illis tunc danda est. Si non sunt alij plus eo indigentes ueste, & mihi est superflua, debeo ei dare; ut uitetur scandalum: ita tamen qd non foueatur peccatum. Ad hoc. ij. Corinth. vij. ¶ Si instatur: homo in casu tenetur dare uitam corporalem pro anima proximi saluanda, ergo multo magis uestem suam pro anima proximi ne scandalizetur. Item tenetur quis uitare scđdalu, quantum potest sine peccato, & salua triplici ueritate. Item tenetur dare omnem suppellectilem fame morituro: ut eum redimat a morte corporali, ergo plus a spirituali &c. Dicendū ad primū concessa maiore: ut iacet, & consequentia, dum cetera sunt paria. Ad secundum ueritas uitæ, & iustitiæ non manent saluæ: & nō bene agit, qui relictis suis aliorum gerit curam in malum ipso rum, & fomentum peccati. Ad tertium, mors corporalis magis est certa, & in eui denti posita, quā spiritualis: quia potest præsumi de uoluntatis correctione, ideo quo ad hanc tenetur homo succurrere in casu, non sic de alia. Aliter. qui est in extrema necessitate non habet in sua potestate mori, uel non mori morte corporali: sed necessario moritur, stante penuria temporalium. Sed scandalizandus potest, si uult non scandalizari. ¶ Si replicatur. Dicit Grego. Sanctius est fame mori, quā de idololatrio uesci cū scđdalo. ergo similiter in proposito sanctius est carere re sua, quā proximum scđdalizare. Dicendum; cum iniuste petit, nō scđdalizetur actiue scđdalo dato, sed

Ordo
charita-
tis.

accepto, si petitem habere non potest: immo scandalizat seipsum contra legem. Ad auctoritatem Greg. non comparatur hic peccatum peccato, sed pœna peccato. Est enim sensus, mors corporalis est minus malum, quàm scandalum actiuũ. Si enim aliquis non haberet cibũ alium ab idololâtris, posset manducare sine scãdalo suis ipsius, aut pximi, ut puta ptefferetur in publico idolum nihil esse: nec se facere in uenerationem idoli, sed ut uitam redimat corporalem, cum iam fame licus non potest habere cibũ alium quo uescatur. Secus hic, quia potest cessare ab impetitione. ¶ Quartum dubium est de bonorum suorum repetitione cum scandalo fratris. Videtur, qd hoc non liceat. Nam dicit Paulus. iam omnino delictũ est in uobis, qd iudicia habetis inter uos. j. Corint. vi. Non propter iudiciũ praxicẽ, sed scandalum inde exortum. Et sequitur. Quare non magis fraudem patimini, & iniuriam accipitis. Et j. Corinth. viij. Si esca scandalizat fratrem, non mãducabo carnes in æternum. Et dato qd liceat, non tamen expedit fratri, ideo inquit. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Si non expedit repetere sua ergo abstinentium, cum ex hoc, quis scandalizatur. Hoc dubium supra habitum est. Sunt hic aliqua addenda. Cum ecclesia hoc permittat, & sustineat, qd repetatur sua ab aliquibus nõ obstante eorum scandalo passiuo, non dato sed accepto, ergo in casu licitum est repetere sua etiã cum scandalo. Cuius multæ assignantur causæ. ¶ Prima est malorum retrenatio, & a malo cohibitiõ. ¶ Secunda consolatio infirmorum. Desperarent enim, si nõ liceret eis sua iniuste detenta repetere, & mali robotarentur in malo conando omnia ad se trahere scandalo ficto, cum uiderent non licere bonis sua repetere. ¶ Tertia, quia nescitur, an alijs scandalizetur passiuẽ: quia anima uideri non potest, & praxsumendũ est de meliori, qd non scandalizetur. ¶ Quarta est zelus iustitiæ. Sic repetuit. S. Thomas Cantuarien. cum scandalo Regis, & suorum, exẽplo Phinees, qui transfodit coeuntes in genitalibus zelo legis, cum sciret eos

Dub. 4.
K
De bonorum suorum repetitione.

Quãdo liceat repetere cum scãdalo: caussæ.

S

2

3

4

morituros corpore, & anima propter actum peccati. Nume. xxv. Vnde conijcitur, qd iustitia non est deferenda, cum datur contemptui, etiam pro morte spirituali animæ. ¶ Quinta est unitas ecclesie, quæ stare non posset, si non liceret sua repetere, non obstante alterius malignitate. ¶ Sexta, pax ecclesie temporalis: unde de consurgit pax spiritualis, per quam Christicoke uacant legi dei. hinc clerici habent decimas: ut a curis exuti diuinis studeant. ¶ Septimã causa est: ut uitetur materia peccati in proximo. Non enim potest me nolente mea licite habere. & si hoc permitteretur, omnes uacarent oratio, & se scandalizari dicerent: ut bona aliorum uendicare possent. ¶ Ad rationem. Apostolos ibi loquitur de repetitione scandalosa, ubi cum scandalo actiuo dato repetuntur bona. Sic enim repetere delictũ est. Item loquitur ad perfectos. Hinc notanter dicit. Quare non iniuriam patimini, & fraudem? igitur licuit eis in iudicio iuste repetere: sed non cum scandalo dato & maxime infidelium, cum uiderent illam altercationem conuersorũ in primitiua ecclesia, & ita horerent uenire ad Christum. Si esca scandalizat, inquit, non ait. Si ex esca scandalizatur. Vnde de scandalo actiuo dictum est: & ita non est simile. Licet enim iuste sua repetere cum scandalo passiuo accepto, non dato, his, qui habent propria. Potest enim quis esse in statu, in quo nõ habet propria, nec in communi, nec in proprio, sed usum tantum secundũ Alexan. & tunc potest dicere iudici si patitur iniuriam: & iudex ex officio curare potestur pax seruetur, & iustitia. ¶ Ad Paulum. Omnia mihi licent & c. sensus est. Omnia, quæ non sunt lege prohibita, licet mihi: uel omnia, de quibus nunc sermo est licet scilicet rerum repetitiõ in iudicio sumptuatur ab illis, quibus praxdicauit collectio, & quibus spiritualia seminavit idololatri conestio. De his tribus loquitur. Sed non omnia expediunt. in casu scilicet in ostensione uia perfectioris: & cum datur scandalum fratri. Expediunt quantum ad utilitatem. Dictum Christi. Luc. vi. Quæ tua sunt, non repe-

tas. & alia ibidem, consilij sunt, & perfectionis non praxcepti, nisi secundum animi praxparationem. Pleraq; hic possent moueri dubia de scandalo: quæ (si non erro) mundo maligno posito difficile est absoluet vniversaliter, nisi uicũ doceat.

DISTINCTIO. XXXIX.



DOST hæc de dispari cultu uidentum & c. Egit Magister de personis simpliciter illegitimis, & generaliter ad omnes: Nunc de personis simpliciter illegitimis: sed specialiter respectu aliquorum tantum. Et primum dist. praxenti de disparitate cultus fidei, aut religionis. Dehinc distin. sequen. de cognatione triplici. Sententia huius distinctionis tribus summari potest conclusionibus. ¶ Prima. Dispar cultus religionis aut fidei est imbecillitum impediens, & dirimens matrimonium, ita qd ab his, qui sunt diuersæ religionis, & fidei, non potest inter se matrimonium uerum, & ratum contrahi. ¶ Secunda conclusio. Infideles possunt inter se uerum matrimonium: sed non ratum contrahere. Attamen si altero ex eis ad fidem conuerso alter permanet in infidelitate, potest fidelis conuersus infidelem dimittere quo ad thorum, & domum. Si uerõ infidelis non uult conuerso fideli cohabitare ullo modo, aut non sine diuini nominis blasphemia, uel sine peccati mortalis periculo, ad quod cum pertrahere nititur, potest fidelis. si uult ad secunda uota trãsire licentia diuina, & apostolica. j. Corinth. viij. & de diuor. cap. Quanto. ¶ Tertia conclusio. Si alter fidelium coniugũ uel labatur in hæresim, uel transeat ad gentilitatis errorem, non soluitur per hoc matrimonij uinculum, tamen si fieri posset quo ad thorum, & cohabitationem diuortium. Harum conclusionum declaratio. neni textus habet.

QVÆSTIO VNICA.



QUÆSTIO VNICA. **A**IRCA distin. hanc. xxxix. A quæritur. Vtrum dispar religionis, aut fidei cultus matrimonium contrahendum inter fidelem, & infidelem impediatur; & iam contractum dirimat diuina, uel ecclesie positina constitutione. ¶ Quantum ad articulum primum, Notandum per nomen dispar cultus intelligitur disparitas in fide, & religione catholica, hoc ẽ baptizati, & non baptizati: in infidelitate alia, & alia. Non enim impedit disparitas cultus matrimonium contrahendum & c. ratione infidelitatis. Sic enim infideles inter se non possent contrahere. sed ratione disparitatis in fide, quæ bono prolis, & perfectioni prolis quo ad corpus, & animam plurimum praxiudicat. Perfectio corporis haberi potest etiam ab infidelibus, non secunda quæ est animæ, cum prolem ad se trahere infidelis nititur. Ergo fidelis cum infideli inimico contrahere non potest ecclesiastica prohibitione. ¶ Secundo rememorandum est ex dictis. Valde refert dicere: matrimonium potest esse, uel contrahi simpliciter, & absolute inter tales personas. Et potest licite, & honeste citra superioris prohibitionem esse uel contrahi. Videtur probabile dictu deum post lapsum generaliter legitimasse omnes ad commutationem coniugalem corporũ suorum, quibus id specialiter nõ prohibuit, seu interdixit, uel per scriptam legem. Leui. xviij. cap. uel per reuelationẽ, aut inspirationem seu quodammodo legẽ naturæ in certo gradu: non tantum propter finem primum, sed etiam propter alios. Et tunc utentes illa generali concessione superioris non peccant: licet nesciant deum, & finem institutionis diuinæ. Dummodo saltem nesciunt contractum coniugalem, & corporum transmutationem fore illicitum: sed credunt licitum antiquorum relatione elegantium uetustissimam consuetudinem. In quo, quia fauorabile, parentes imitantur filij eorundem, etsi pueri infideles parentes

Arti. 1.
Nota.
Nomen disparitatis cultus quid significet.

fideles sequi recusent. Ad hoc est: qd matrimonium dicitur esse de lege naturæ, nō pprie, sed largē, ut supra dist. xxvj. Et fuit ille cōtractus sic generaliter celebratus, ratur, & firmus: nisi superveniat novum, & maius vinculum incompatible prior: ut est nova obligatio ad fidem, sine qua nulli est salus. Heb. xj. quam forte coniux infidelis impedire nititur: ad quā deniq; homo plus tenetur, quam ad vinculum coniugale. Nam vinculum cōiugale sine approbatione diuinā nullum esset, nec haberet cōpletuam iustitiam. Oritur enim primum, & nascitur ex uoluntatibus contrahentium: sed completur, & perficitur diuina approbatione. Vbi ergo deus non approbat, non est cōpleta indissolubilitas, & per cōsequēs nō est ratum matrimonium. Ita est in proposito, ex quo uinculi illius obseruantia repugnat diuinæ approbationi exemplatæ in leg. ue. in plerisq; passibus. Gen. xxiiij. xxvij. xxxiiij. Deutero. septimo. cum filij Israel erant prohibiti contrahere cū Chananeis idololatriis, & alijs gentibus nisi uellent transire ad ritum Iudæorum. Item. j. Esdræ. x. separantur talia coniugia. Insuper bono prolis piē educandæ, & fidei catholicæ multum præiudicat, quam deus maximē requirit in homine saluando. ergo non uult ecclesia alludēter ad illam legis ue. prohibitionem contractum in dispari cultu celebratum esse simpliciter ratum in fauorem fidei. Hoc Richard. alijs exprimit uerbis dicendo. Aliquod est matrimonium legitimum, & non ratum: ut puta, quod legali institutione, uel prouinciæ moribus contrahitur. Aliquod est ratum, & non legitimum, puta contractum inter fideles, qui sacramentum baptismi susceperunt contractis solennitatibus adhiberi solitis secundū cōsuetudinē ecclesiæ, uel patriæ morem: ut matrimonium clādestinum, & similiter habens impedimentum prohibens, sed non dirimens. Aliquod est ratum, quod est inseparabile, & illud posset diuidi. Est enim uerum matrimonium, & ratum, si placet partibus inter conuersum si delem, & infidelem uolentem pacisē manere cum fideli. j. Corin. vij. est

consilium apostoli, qd illo tempore in hoc casu fidelis conuersus non dimittat infidelem. Aliud est simpliciter, & stante lege indissolubile. Matrimonium illegitimum est contrariē ad legitimum, quia illegitime fit. Legitimum, & ratum est personarum non prohibitarum legitime secundum constitutiones ecclesiæ, & morem patriæ contrahentium. ¶ Terrius notandum. Infidelis sumitur dupliciter. Vno modo dicitur carens fide, ut hæreticus, licet sit baptizatus. Alio modo, quia nō est baptizatus, ut supra notabili scdo. Et de isto secūdo loquitur quæstio, cum querit de impedimento impediēte, & dirimente matrimonii. Prima enim infidelitas est fornicatio spiritualis, quæ impedit contrahendum: sed non dirimit cōtractum distin. xxxv. Secunda impedit, & dirimit. Et non sufficit, qd sit catechumenus, aut in fide eruditus. xxvij. quæst. j. Caue. qd ibi dicitur christiana. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Cultus disparitatis præcedens siue scita, siue ignorata impedit, & dirimit nunc in lege nō in fauorem fidelis matrimonium cum infideli, non diuino iure sed ecclesiæ positua constitutione. Primum probatur dictu apostoli. j. Corin. vij. consulētis, quod uir conuersus non dimittat uxorem uolentem cum eo habitare coniugaliter. Si ergo non est necessariō dimittenda, ergo inter eos est uerum coniugium. Alias Paulus foueret fornicationem. Consultit autem, qd conuersus fidelis infidelem retineat, igitur. ait enim. Carteris ego dico non dominus. & loquitur de coniugio ubi alter conuersus est ad fidem. Secūdu probatur, quia ecclesia alludēter ad prohibitionem le. ue. prohibuit fideles contrahere cum infidelibus, & respectu eorūdem fideles illegitimauit in fauorem fidei, ne huiusmodi contractus sit eis causa infidelitatis, & idololatriæ. Vnde. ij. Corin. vj. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate: quæ conuentio Christi ad Belial, quæ pars fideli cum infideli, &c. Item. xxvij. q. j. in multis. c. Et in. ca. Caue dicitur. Caue Christiane gentili,

Infidelis dupliciter sumitur.

Arti. j. Cōcl. i. Cultus disparitatis præcedens impedit & dirimit.

aut Iudæo filiā suā tradere. Et. c. Iudæi. Non potest infidelis in eius permanere coniunctione, quæ iam in Christianam translata est fidem. Et hoc prece dit maxime nunc temporis, secus olim. quia poterat olim fidelis stare in coniugio cum gentili infideli. j. Corin. vij. Et Gen. xlij. Ioseph fidelis accepit filiam Phurifari infidelis. Moyses filiam Ietro. Exodo. ij. Nullibi enim legitur deus fore prohibitorum, dum sperabatur, aut expectabatur uerisimiliter eius ad fidem conuersio. Secus nunc posita iam Iudæorum, quæ gentium tanta obstinatione. Et ideo suauit Apostolus, ne frater conuersus dimittat infidelem uolentem pacificē cohabitare. Nam dominus nec mandauit hoc, nec prohibuit. ¶ Secunda conclusio. Infidelis potest cum infideli uerē, & legitime matrimonium contrahere, si non sunt personæ lege naturæ, aut diuina in certo gradu, aut alias prohibiti. Probatur: quia edictum est prohibitorum. Sumi potest hoc ex dicto apostoli supra allegato. Alias enim iubet eos discedere a se, qui infidelitate coniuncti fuerunt. Ad hoc de diuor. cap. Quanto. & cap. gaudemus. ¶ Contra istam conclusionem arguitur. Talismodi matrimonium inter infideles caret tribus bonis coniugij, igitur non est uerum coniugium. Antecedens probatur, quia cum sunt infideles carent fide coram deo, ergo & coram proximo. quomodo enim poterit fidelis esse proximo, infidelis deo? Præterea carent bono prolis. Educunt enim prolem genitam in ritu suo, & ita non religiosē, & piē ad honorem dei, quem nesciunt. Et cum carent baptismo, qui est ianua sacramentorum, non sunt capaces aliorum. De presbytero nō baptizato. c. Veniens. Quomodo enim sacramentum ecclesiæ potest prodesse alicui, qui est extra ecclesiā, ut puta infideli nō baptizato sumine, aut flamine, maxime cū non uult recipere sacramentū fidei, quo homo incorporatur primū deo? Item sacramentum matrimonij est signum rei sacræ, & signum uerum, sed in coniugio infidelium non est signum uerum. igitur. Vbi uerūq; enim deficit signatum, deficit,

Cōcl. 2. Infidelis potest cum infideli uerē contrahere.

& signum, cum dicuntur correlatiuē. Perempto uerō uno, perimitur & reliquū. Signatum uerō est coniunctio Christi cum ecclesia, quam infidelis ignorat, & iunctio animæ cum gratia. Item omne, quod non est ex fide, peccatum est. Coniunctio infidelium non est ex fide. ergo peccatum. Ultra, est peccatum. ergo non est coniugium. quia coniugium est res bona: quia a deo institutum. Item secundum Augu. non est uera pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua. Vbi uerō non est uera pudicitia, ibi non est uerum coniugium. Item Esdras uicē domini iussit dimitti uxores alienigenas, per quas ibant ad deos alienos. Esdræ. j. ca. ix. & x. Non autem est matrimonium quod contra decretum dei fit. Contra deum si quidem nemo potest corpus suum alteri dare. Itē Deute. vij. pcepit dñs filijs israel, ne sociaret cōnubia cū Ammorrejs, Pherejs, Chananeis. &c. Ad primū patet dist. xxxj. quō ista tria bona requirunt ad coniugiū. De fide dicendū, qd nō requirit ad matrimonii fides christiana. Sufficit fides. i. fidelitas respectu hominis, & illa sepe habetur sine fide Christianorum, & reperitur etiā in cōtractibus infidelium: ut patet per August. ad Pūblicolam. Nec sequitur: nō seruat fidem ad deum, ergo nec ad proximum. Tū quia non sequitur. Non uult perfectus: ergo nec minus perfectum. Tum quia fidem christianorum sua perfectione naturali acquirere non potest. De bono prolis, sufficit: qd non uult contrarium p. li. Et licet secundū perfectionem bonum prolis completiue consistat in pia eiusdem educatione, hoc tamē non requirit ad essentiam matrimonij. De tercio, in dubium est ante sacramentorum institutionem matrimonio non fuisse annexū sacramentum proprie dictum, etiam in statu naturæ integre, & tamē ibi fuissent omnia ad matrimonij cōtractū necessaria. Verū de hoc, an sacramentū matrimonij proprie dictū necessariō requiratur sacramentū baptismi tanquā pcedens, patuit supra dist. xxiiij. ¶ Et si diceret quis. Quomodo potest infidelis corpus suum trāsferre in alium, qd dei est, quē nascit, tēst iust

Quo potest trāsferre in alium, qd dei est, quē nascit, tēst iust

deliscor
pus suū
transfer
re in a-
lium.

& eius legem seu concessionem quo ad finem propter quem concessum est ignorat: Transferret enim sine diuina approbatione: sed talis translatio nulla est, iūm uo uidetur esse contrectatio rei alienæ. Item matrimonium essentialiter includit indissolubilitatem, sed tale infidelium coniugium potest quandoq; dissolui. j. Corinth. vij. Ad primum patuit in suppositione prima. Deus enim dedit generalem licentiam transferendi corpus suū coniugaliter in potestatem alterius, nisi id specialiter prohibuerit, uel quo ad gentem aliquam, uel ad hominem priuatum. Et licet non approbet uitam infidelium ad meritum, approbat tamen, hoc est cōcedit, & non prohibet, cæteris paribus contractum illum pro humani generis propagatione, & hoc sufficit ad cōtractū. Præterea. Lex naturæ ita est apud infideles, sicut fideles sed matrimonium ē aliquo modo de lege naturæ. distin. xxvj. Ad secundum potest dici. talia coniugia erant raris, quantum est de uoluntate contrahentium, saluo iure superioris domini, & nisi superueniret maius uinculum, cū quo non posset id stare. Nec oportet concedere: q̄ essentialiter includat indissolubilitatem. Potest utiq; deus de potentia absoluta matrimonium rari separare, sed non homo. Quod. n. de^o coniunxit, homo non separat. Matth. xix. ¶ Ad aliud cum dicitur: Sacramentum matrimonij est signum rei sacræ: si capitur transitue ut supra distin. xxvi. ut est signum consensus mutui in genere, sic potest esse ille contractus, & non habere annexum sacramentum. no. le. quia non confert gratiam ex opere operato infidelibus. Dicunt quidam sufficere: q̄ illud signum cōtractus, & consensus mutui potest significare, uel natum est significare rem sacram sanctificantem: nec oportet, q̄ actu significet. Et sic aptitudinalis significatio potest esse in infidelibus. Vel potest dici: q̄ illud signum significet id, ad q̄ institutum est in Christo, & in ecclesia, licet illam significationem multi ignorent etiā fideles. Hinc est signum uerum in quocū que reperitur. Alias non idem significasset matrimonium in patribus, quod signi-

ficat in successoribus. Nec proprie deficit signatum quo ad representationem, seu cuius quo ad hominum credulitatem. Ad aliud: Omne, quod non est ex fide (hoc est contra conscientiam secundū Gloss.) peccatum est. I. orest, & aliter exponi. negetur ergo minor. Et si allegatur Gloss. Omnis infidelium uita peccatum est: Verum est non causaliter: sed per concomitantiam: quia infideles ut tales nunquam per id, quod agunt in infidelitate, liberantur a peccato. Et ita non sunt sine peccato, uel originali si paruuli sunt, uel originali, & actuali si adulti. Sine gratia. n. non deletur peccatum. Ad August. Non est ratum coniugium, q̄ sine deo est, hoc est contra concessionē diuinā. Sic de pudicitia. Nō est pudicitia uera uitæ æternæ meritoria, sicut nō dī esse uera uirtus sine charitate. Est quidē uera pudicitia: sicut & sacramenta hæreticorum dicuntur esse uera: sed carent effectu pariter, & sine salutis æternæ, quem non attingunt, ideo dicuntur uacua, & uana, sine non esse uera. xxvij. q. j. cap. Omnes deinceps. ¶ Ad dictum Esdræ respondet Lyra. j. Corinth. vij. q̄ irritauit huiusmodi contractus, qui erant contra diuinam prohibitionem. Deute. vij. & ita caruerunt diuina approbatione. & in hoc bene fecit: ut propheta domini, quia fuerunt uere nulla, & contra deum. Deute. vij. Ad cap. Iudæi. xxvij. q. j. & similia dicitur: q̄ in primitiua ecclesia. passim conuertebantur aliqui nunc de Iudæis, nunc de gentibus. Et secundum illa tempora dicit Apostolus. j. Corinth. vij. Frater fidelis infidelem nō dimittat &c. Tunc enim spes erat: q̄ conuersus lucrari posset infidelē de gentibus, aut Iudæis sibi matrimonio iunctū. Procedente tpe Iudæi erant obstinati, non sic gentiles. & ideo fidelis permittitur habitare cum infidelī de gentibus, non de Iudæis. Nunc temporis pari passu obstinati euadunt utiq;: & ideo non permittitur fidelis manere cum infidelī: & sunt fideles respectu infidelium illegitimi per ecclesiam. ¶ Corollariē sequitur. Inter infideles potest esse uerum, & legitimum matrimonium: quia nec lege naturæ, nec diuina, nec cōstitutione ecclesie,

desiæ, quæ non iudicat de his, quæ foris sunt. j. Corinth. v. prohibentur matrimonio copulari: sed eorum matrimonium non est ratum, quia possunt separari altero cōuerso ad fidem: ut infra. Et hoc dū alias sunt personæ habiles secundū legem naturæ, & diuinam. Prohibitio. n. ecclesie in certis gradibus infideles non cogit. De prohibitione Iudæorum Leui. xvij. habetur, quæ gentes similiter non constringit. Videtur autem apud gentes nemo exclusus a matrimonio nisi pater, & mater, respectu filiorum &c. lege diuina, & naturæ. Verum a principio humani generis deo dispensante, & post diluuium, ut humanum genus multiplicaretur, frater fororem suam cepit in uxore, & consobrinam, secundum August. xv. de ciui. dei. cap. xvj. Hoc enim exigit tunc necessitas: sed temporum successu aliud in lege. no. & ue. statutum est: & factum est nefas, quod olim licuit diuina concessione. ¶ Tertia conclusio. Et si olim ante legem scriptam licebat generaliter infidelibus cum infideli contrahere: ut multis placeat: tempore uerō legis scripte nō licuit filiis Israel cum Chananæis, sed nec alijs gentibus, nisi transirent ad ritum eorundem, & nubia facere: Attamen tempore gratiæ baptizatus non potest non baptizatum, quamuis catechumina ducere: ut placet aliquorum opinioni, partim diuino iure, partim ecclesie prohibitione. Prima pars patet. Nam Ioseph contraxit cum Ægyptia. Gene. xli. Moyses cum infideli. Exo. ij. Et cum Æthiopissa. Num. xij. Contrarium tenent quidam dicentes, q̄ illæ mulieres non fuerunt de Chananæis: aut q̄ hoc fecerint dispensatione. Diuersi diuersa dicunt de uxore Moysi, quæ fuerit. Vnde nec Abraham permisit filium suum Isaac, sibi uxore ducere. Gene. xxij. Nec Isaac Iacob. Gene. xxvij. Iacob consensit de Dina dādo circumciso uel circumcidētī. Gen. xxxij. Hinc Esau peccauit contrahendo cum Chananæis, & reputatum fuit suū coniugium a patre, & matre secundum Palud. quasi fornicatio. Hoc autem habuerunt per reuelationem, & inspirationē, sicut de circumcissione, & pluralitate uxorū. Secunda

pars. Non enim licuit eis contrahere cum Chananæis. Deute. vij. Erant enim ad mortem condemnati. Deute. xxj. & filij Israel illuc missi: ut diuinam facerent iustitiam. Præterea Iudæi multum erant proni ad idololatriam, ideo Esdras primi Esdræ. x. tale matrimonium separauit. Secus de alijs gentibus, prius tamen assumpto ritu Iudæorum fidelium, rasis unguibus, & capillis, & huiusmodi. Deute. xxj. ne haberent occasionem idololatriæ. Ista ratio capillorum, & unguium &c. signum erat dimissæ gentilitatis, & assumpti iudaismi. Defendat; qui potest Salomonem ducentem plures alienigenas, quæ alliciebant animum eius ad idololatriam. iij. Reg. xj. Videat insuper leuitor, si bene dicat Durandus, & Palud. & consone ad textum Deute. vij. & ix. cum inquit, q̄ non licebat Iudæis contrahere cum Chananæis ob eorum peruersitatem, & obstinationem, nisi relicto ritu suo transirent ad ritum eorum. Cū alijs autem licebat. Quod enim dicitur. Nisi transirent ad ritum eorum, uerum esse uidetur de gentibus alijs a Chananæis, non de Chananæis, qui erant propter demerita occidendi a filiis Israel. Deute. xxj. Si occidendi, quomodo matrimonio copulandi? Tertia pars conclusionis uidetur esse ex parte dubia. Nam dicit, secundum Palud. q̄ partim diuino, & partim iure humano baptizatus non potest non baptizatum licet catechumina ducere. Vbi hoc sic de iure diuino nescio. Potest enim infidelis infidelem ducere, nisi ob sit prohibitio in aliquo gradu ex lege naturæ, uel diuina. Et disparitas cultus est ex iure positio ecclesie. Nisi dicatur: q̄ de iure diuino sit, q̄ soli baptizati baptismo fluminis sint capaces aliorum sacramentorum. Hoc quidem uerum est: quicumq; scit se non baptizatum, debet primō de iure diuino pro originali peccati remissione baptismum suscipere: si habere potest ad hoc necessaria, & sine baptismo fluminis stante lege nullus saluatur post eius institutionem, & promulgationem &c. Ioan. iij. Et ita quicūq; dimisso, & contēpto anhelat ad aliud sacramentum peccat, & ponit obicem

Cōcl. 3.
Et si ante
legem scrip-
tæ licet
genera-
liter infide-
li cū
infideli
contra-
here.

Coroll.

gratiæ. Hinc nō potest cum fructu quod
 cunq; sacramentum sumere. Nec Papa
 dicit illum, de quo supra. ca. Veniens. nō
 fuisse ordinatum: quia non baptizatus:
 sed tutiore elegit partem, cum ordini,
 & ordinē habentibus in ecclesia dei mul-
 ta cōueniāt opera reipublicæ ad salutem
 necessaria. Et sic quia de iure diuino om-
 nes saluandi tenentur ad baptismi flumi-
 nis perceptionem &c. ecclesia statuit, q̄
 nullus utatur quocunq; no. le. sacramen-
 to: nisi prius incorporatus ecclesię per
 baptismum saltem numero, & caracte-
 re baptismali. Est ergo diuini iuris, q̄ ba-
 ptismus fluminis non contemnatur: sed
 primū si haberi potest sumatur. Ex quo
 consequenter ecclesia iudicans de his, q̄
 frequenter accidunt, statuit defectum ba-
 ptismi, seu cultus disparitatem esse impe-
 dimentum &c. Hinc Rich. q. i. arti. j. dicit
 defectum baptismi esse causam illegitimi-
 tationis, & non infidelitatem. Et Durā.
 dicit: q̄ matrimonium inter hæreticum,
 & fidelem tenet, non autem cū infideli,
 propter cōmunionem sacramenti baptis-
 matis in uno: & nō sic respectu infidelis.
 Et. c. Caue. xxvii. q. j. dicit non sufficere;
 q̄ sit christianus ideo catechuminus.

Cōcl. 4.
 D
 Eccle-
 sia lici-
 tē, & ra-
 tionabi-
 liter sta-
 tuit pro-
 hibēdo,
 ne
 fidelis
 bap. cō-
 trah. cū
 nō bap.

Quarta conclusio. Ecclesia licitē, & ra-
 tionabiliter statuit p̄hibendo, ne fide-
 lis baptizatus cōtrahat cū nō baptizato.
 Probāt. Hoc enim cedit in fauorē fidei,
 & per hoc potest cōsequi finis institutio-
 nis coniugij, & pia educatio prolis. Tol-
 luntur quoq; pericula fidei, & occasiōes
 ruinæ; & scandalorum ex cohibitione fi-
 delis cum infideli non baptizato. Hære-
 ticus baptizat⁹ potest cōtrahere, & sacra-
 menta ecclesię de facto recipere. Si alle-
 gat eandē fuisse causam illegitimationis
 olim in ecclesia primitiua sicut nunc: sed
 olim Paulus suavit ut frater fidelis non di-
 mittat infidelem, igitur: Respondetur.
 Paulus suavit, & cōsuluit pro statu eccle-
 się, ut tunc congruebat, cum magna erat
 spes de lucrando infidelem, & ecclesia
 erat ex multis augenda posita paucitate
 fidelium. Nec tūc fideles succenti magno
 charitatis ardore facile seduci poterant.
 Nec ita imminēbat eis periculum tunc,
 sicut nunc mundo posito in maligno cū

charitas tepuit. Et non est absolum di-
 cere ecclesiam pronunc posse aliquid sta-
 tuere contrarium facto, aut consilio apo-
 stolico pro tempore illo non indebito,
 mutatis hominum moribus: ut claret de
 multis obseruantijs ecclesię, & sumptio-
 ne eucharistię a ieiunijs, & non sub utra-
 que specie a laicis. Sufficit denique eccle-
 się: ut sese fundet super ratione proba-
 bili, & omnino necessaria. Vnctio enī
 docet eam de omnibus. ¶ Quinta con-
 clusio. Tametsi olim ex consilio aposto-
 lico licuit conuerso fideli manere cum
 infideli coniuge pro eius conuersione in
 casu certo hodie tamen nō licet nisi suf-
 ficienter monitus, ut conuertatur, quan-
 tocyus cōuerti, & baptizari uoluerit. Pri-
 ma pars habetur. j. Corinth. vij. & de di-
 uor. c. Quanto. Secunda habetur. xxvii.
 q. j. c. Iudæi. ubi annectitur ratio, nec dū
 fidelis salutem querit infidelis, infideli-
 tatis perditionem inueniat. Et intelligit-
 ur cōclusio de cōtrahentibus in infideli-
 tate. Quia si promittit morum cōuersio-
 nē, non debet conuersus eum subito re-
 pellere, si promittit cū effectu: nec frau-
 dem facere si hoc promittit, priusquā eli-
 ciat actū contrarij fidei. Nec pōt in hoc
 casu alter alteri fornicationē spiritua-
 lē imputare, cum eodem laborauerint
 morbo, ante singulorum conuersionē.
 ¶ Sexta conclusio. Si infidelis uult coha-
 bitare cōuerso fideli sine diuini nominis
 blasphemia, aut scandalo p̄cti mortalis,
 pōt fidelis, si uult infidelem quo ad tho-
 rā, & domū dimittere, & ei debitū negā.
 Non tū pōt fidelis ad secūda uota trans-
 ire uiuēte infideli, nisi infidelis discedat,
 aut non uelit ei modo debito, & sine scā-
 dalo conmanere. xxvii. q. j. c. Si infide-
 lis. §. Hic distinguendū. Manet enim uin-
 culū coniugale, cū non sit iniuria creato-
 ri, aut matrimonij institutori. Iniuria fit
 cum discedit infidelis. Deberet enim esse
 indissolubile ex diuina institutione. Cū
 igitur discedit infidelis, fidelis conuersus
 nō tenetur eum sequi: sed potest alibi cō-
 trahere uiuēte infideli. Quia si uterque
 conuertitur, & in ecclesia cōtrahit: & de-
 hinc pro tēpore alter a fide relabitur, &
 ideo fidei christianę christianum coniu-

Cōcl. 5.
 E
 Ex con-
 silio a-
 postoli-
 colicu-
 it cōuer-
 so fideli
 manere
 cum in-
 fideli:
 hodie
 non.

Cōcl. 6.

Arti. 2.
 Dub. 1.
 F
 Cū ma-
 ius ē uin-
 culum
 uiri ad
 coniu-
 gem, q̄
 serui ad
 domi-
 num,
 &
 seruus
 conuer-
 sus non
 absoluitur
 a ser-
 uitate.

Cōcl. 7.

gē dimittit, derelictus discedentem non
 comitabitur: non tamen alibi contrahe-
 re poterit uiuente coniuge in ecclesia su-
 scepro, licet relapso. Fuit enim matrimo-
 nium ratum in ecclesia: quia sunt bap-
 tizati ubi supra. xxvii. q. j. ¶ Septima con-
 clusio. Nō eo ipso, q̄ alter infidelium cō-
 uertitur ad fidem, alio in infidelitate re-
 licto, soluitur inter eos matrimonij uin-
 culum. Pareat ex dictis. Sed crimen infide-
 lis nolentis debito modo commanere,
 absoluit conuersum ab illa seruitute, qua
 prius ligatus erat uxori, q̄ non potuit a-
 libi contrahere ea uiuente. Si enim blas-
 phemia conuertitur re integra priusquā
 fidelis statum mutet, restituitur ei uir cō-
 uersus. Nec potest conuersus aliam du-
 cere itaq; ex discessu, seu infidelitate cō-
 uis datur ei fas, si uult alibi cōtrahen-
 di. Non autem restituitur uir conuersus,
 quasi resarciatur matrimonium: sed quia
 ecclesia illum conuersum illegitimat re-
 spectu cuiuscunq; alterius, uiuente pri-
 ma nunc conuersa, si adhuc liber est, &
 statum non mutauit. ¶ Quantum ad ar-
 ticulum tertium est dubium primum.
 Cum maius est uinculum uiri ad coniu-
 rugem, quā seruū ad dominum: & seru⁹
 conuersus non absoluitur a uinculo ser-
 uitudinis. j. Corinth. vij. prima ad Tim. vj.
 igitur etiam ut uidetur, uir fidelis, non li-
 beratur a debito coniugali respectu infi-
 delis coniugis: sed tenetur ei cohabitare,
 & debitum reddere, maximē cum uult
 pacificē secum manere in suo ritu. Dicē-
 dum non est simile. Nam mortuus ali-
 cui uir: si uult liberat⁹ ab obligationib⁹
 eiusdē uite, sicut religiosus mortu⁹ mun-
 do nō est obligatus ad seruandū uota pri⁹
 in mūdo emissā: licet possit, si uelit ea ser-
 uare sine p̄iudicio superiori: ut puta. dis-
 p̄ceden. Cum autem infidelis baptizatur
 conspeltur Christo in mortem: & ita
 profusus moritur infidelitati. Et si quis
 diceret: baptizatus moritur culpæ, & p̄-
 nę p̄ p̄ctis debite: sed non obligationi: q̄
 nec est culpa, nec p̄na p̄ctis debita: ut bi-
 gamiæ, irregularitatis &c. Ita est in pro-
 posito in obligatione redditionis debiti.
 Respondetur, non est simile. & ratio est,
 quia cōuersus mortu⁹ ē infidelitati, ideo

nō tenetur reddere debitū in infideli-
 tate contractum. Nam cohabitatio cum in-
 fideli, & redditio debiti coniugalis pluri-
 mum nata sunt fidelem reducere ad infi-
 delitatem coniugis. Exemplum de Salo-
 mone habēte plures, quę alliciebant ani-
 mum eius ad idololatriam. iij. Reg. xi.
 Seruitus uero non sic p̄iudicat salutē
 hominis, & christianę libertati, sicut cul-
 tus disparitas. Ideo licet possit ceteris pa-
 ribus debitum reddere, & manere cum u-
 xore non discedente, non tamen tenet⁹
 propter periculum imminens ex conce-
 sione diuina. j. Corinth. vij. Iam enim li-
 beratus est a seruitute infidelitatis. Hinc
 cultus disparitas siue ignorata, siue sci-
 ta, est impedimentum impediens, & di-
 rimens, non sic error seruitutis: ut supra.
 distinct. xxxvj. Et si uxor allegat p̄iui-
 dicium sibi hericum uir non reddit de-
 bitum, imputet suę infidelitati & culpæ,
 qua conuerti recusat, licet ad hoc non
 compellatur simpliciter: secus si uult
 saluari. ¶ Secundum dubium. Ponatur ca-
 sus: infideles contrahunt in infidelitate,
 & conuersi ueniunt ad ecclesiam, & repe-
 ritur: q̄ in tertio, aut quarto gradu p̄-
 sanguinitatis contraxerit ab ecclesia p̄-
 hibitis: An soluatur eorum matrimonij.
 Respondetur, q̄ non, quia contrahendo
 subuerunt ecclesię mandato, & illæ pro-
 hibitiones sunt positiuę humanę. Secus
 si essent diuine: ut si pater cum filia, aut
 filius cum matre contraxisset. hoc enim
 non licuit unctum.

Dub. 2.

DISTINCTIO. XXXX.



VNC super est
 de cognatione ali-
 quid uidere &c.
 Egit magister de
 matrimonij im-
 pedimento, quo
 persona redditur il-
 legitima respectu alterius, propter di-
 stantiam ad ipsam in religionis cul-
 tu: Nunc de impedimento propter ni-
 miam propinquitatem ad aliam: quę
 duplex est scilicet carnalis, & illa du-
 plex: & spiritualis cognationis.

Distinct. presenti agitur de cognatione carnali, quæ dicitur consanguinitas. Stat summarium istius distinct. in conclusionibus istis. ¶ Prima. Cognati, uel affines in septimo gradu, ut infra copulari non debent. Hæc conclusio procedit secundum antiquum ius, non secundum nouum. ¶ Secunda. series consanguinitatis secundum diuersos diuersis computatur gradibus. ¶ Tertia. alia ratione mouentur qui sex gradibus omnia propinquitatum nomina continent, sicuti sex reperiuntur ætates mundi, quibus generatio, & status hominis finitur; Alia qui septem: ut ita post septem gradus sponfus sponse iungatur, sicut post hanc uitam quæ septem agitur diebus, ecclesia Christo iungetur. Declaratione profusorem textus docet.

QVÆSTIO VNICA.



AIRCA hanc distinctionem quadragesimam dicitur: Verum consanguinitas sit matrimonio nij impedimentum naturali iure, uel ecclesie postica ordinatione. Art. iij. solito ponentur more. ¶ Quantum ad articulum primum, qui & terminos declarabit questionis, & cæteras subiunget regulas ad cognoscendum distantiam computationis seu gradus consanguinitatis; Notandum primum. Consanguinitas dicitur quasi sanguinis unitas: quia de consanguine descendit, uel descendunt persone consanguinitate iuncte, nec refert, quo ad prohibitionem coniugij, an descendant per coitum fornicatum, uel uxorium. Et potest sic notificari. Est uinculum personarum ab eodem stipite descendenti carnali propagatione contractum. Secundo dicit. Est uinculum personarum ab eadem persona carnali propagatione descendenti. Alij sic notificant. est attinentia siue proximitas personarum ex eo proueniens quod una descendit ab altera, uel ambobus ab una retri. redeunt in idem. ¶ Dicitur uinculum: quia propinqui magis se diligunt quam extranei tam affectiue quam affectiue. Et quia animalia bruta secundum S. Tho. non sic iunguntur ad amicitiam unitatem propter propagationem mul-

De consanguinitate a impediat matr. Arti. 1. Not. 1. Consanguinitas quid

torum ex uno parente proximo, sicut fit in hominibus: ergo talismodi uinculum consanguinitatis non inter bruta, sed homines qui sunt animalia ciuilia reperit. ideo etiam dictum fuit personarum, non suppositorum. Personalitas enim solum reperitur in supposito rationali, ut supra in tertio. Dicitur ab eodem stipite. Adde Palu. propinquo. Alias omnes homines essent consanguinei, cum ex uno homine totum genus humanum processerit. Nominatur stipites persona a qua aliqui ducunt seu duxerunt originem. Sicut Adam fuit stipites Caim, & Abel, & filiorum qui ab eis processerunt. Item Abraham, Isaac & Ismahel. Isaac, Esau, & Iacob &c. Et ideo Hostien. adiungit. Vel ascendenti, quia sursum uersus fit computatio: ut loquitur in summa. Dicitur carnali propagatione siue uxoria, siue fornicaria. Unde inter angelos a deo creatos non est consanguinitas. Dicitur autem consanguinitas a communitate sanguinis, & non carnis, secundum S. Thom. & Palud. quia illud quod proxime conuertitur in semen, est sanguis: & sanguis est magis materia propinqua seminis ut probatur in. xv. de animalibus. Unde sperma secundum medicos est sanguis purissimus: & multum coiens sanguinem pro semine emittit. & ideo uinculum seu propinquitas in carnali communicatione fundata, secundum actum generationis qua natura propagatur, conuenientius dicitur consanguinitas quam carnalitas. Et si aliquis consanguineus dicitur esse alterius caro, hoc ideo est quia sanguis qui in semen uiri aut menstruum conuertit, est potentia caro, & os secundum Sanct. Thom. Per hoc etiam, quod dictum est carnali propagatione, excludit. Etiam a consanguinitate Adæ: quia formata est ab eo miraculose. Non autem excluditur Christus a cognatione consanguineorum beatæ uirginis, quia fuit carnalis propagatio ex parte matris, si ita fas est loqui cum Pal. licet non ex parte patris. Illud autem uinculum consanguinitatis sicut, & omnis amicitia fundatur in triplici communicatione, scilicet nature, carnis, & discipline Nature, quia oes consanguinei ab eodem

ab eodem stipite eis communi descendunt per propagationem carnalem, quam natura docet: qui stipites est eis communis parens. Exemplum. Filij fratris, & sororis habent unum stipitem: patrem, scilicet eorundem. Curæ, quia cum parentum procedit ad filios: immo ad filios filiorum inter se consanguineos, & quotquot uidere possunt. Discipline, quia proles sub parentum tutela stare debet, pariter, & subiectione. ¶ Secundo notandum. Ex quo consanguinitas distinguitur, & numeratur per gradus, & lineas: ideo opus est scire, quid linea consanguinitatis: & unde dicatur. Est autem linea consanguinitatis collectio personarum consanguinitate iunctarum diuersos gradus continens & numeros distinguens. Vel secundum S. Tho. est collectio personarum consanguinitate iunctarum ab eodem stipite descendenti, diuersos gradus continens. Secundum Sco. Duran. & Palu. est ordinata collectio personarum consanguinitate iunctarum. Reliquum enim puta ab eodem stipite, def. includitur in ly consanguinitate iunctarum. Et hoc contingit tri tripliciter secundum triplicem habitudinem, quam habent ad se consanguinei. Alia enim est principij ad principiarum, seu propagantis ad propagatum. Et hæc est patris ad filium, nepotem pronepotem: & infra. Et secundum hanc accipitur linea descendenti: eo quod est a propagante persona ad propagatas, quod non est alia a linea ascendenti: sed aliter accepta secundum alium, & alium modum computandi: quia secundum unam fit acceptio ab inferiori ascendendo secundum aliam a superiori descendendo. Alia est principij ad principium: ut filij ad patrem auam, abauum, & supra. & secundum hanc habitudinem colligitur recta linea ascendenti. Incipitur enim a propagato ad propagantem ascendendo. Alia est habitudo eorum quorum unum non propagat ab altero: sed omnes sunt ab uno principio: sicut sororum, aut fratrum, qui descendunt ab uno parente, patre, & matre, & nepotum, qui sunt ex duobus fratribus, uel sororibus: & sic deinceps. Et secundum hanc habitudinem colligitur li-

Not. 2. B Opus est scire, quid linea consanguinitatis.

nea transversalis, uel transversaliu. Quæ consequenter diuiditur in eam, quæ est collateralis ascendenti, in qua sunt auunculus, matertera, patruus, amita &c. Et in eam, quæ est descendenti, in qua sunt fratres, sorores, nepos, neptis ex filio, uel filia. ¶ Ex illo colligi potest lineam consanguinitatis esse in genere duplicem scilicet rectam, & collateralem siue transversalem. ¶ Recta linea, qua una persona recte, & directe trahit sanguinem ab alia mediate, uel immediate: ut filius a patre immediate, uel nepos a patre mediate. Et illa uel est descendenti: ut numerando a Phares id est circulo non nominato, usque ad abnepotem, uel usque ad abauum, ut est ascendenti. Dicitur enim linea descendens, quæ est a propagante ad propagatum. Ascendens e contra a propagato ad illas, de quibus descendit. ¶ Linea uero collateralis, siue transversalis est, in qua una persona non sic sanguinem trahit ab alia: sed una stat alteri ad latera, ut fratres, uel sorores, ipsius Phares in arbore, & ab eis descendentes. Et talis est duplex. scilicet æqualis, & inæqualis. Æqualis est, ubi duæ persone collaterales in sua linea æqualiter distant in gradu a communi stipite eorum, ut duo fratres, & eorum filij. Item Phares, & propatru faciant lineam æqualem. Inæqualis est, ubi persone collaterales in linea inæqualiter distant in gradu a communi eorum stipite: ut Phares, & filij fratris eius: Nominando Phares communem stipitem, seu cellam uacua in arbore consanguinitatis. Vel sic quando ab altera personarum alteri comparandarum, pauciores cellulæ ad communem stipitem exclusiue: hoc est, quando non sunt eiusdem numeri præcisè ad communem stipitem exclusiue. Vel est determinata propinquitas personæ ad personam secundum consanguinitatem. ¶ Tertio notandum. Gradus est habitudo determinatæ distantie personæ a persona in consanguinitatis linea. Vel est habitudo distantiarum personarum, quæ cognoscitur, quora agnitionis, uel cognitionis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur illi gradus ad similitudinem graduum scalarum, uel locorum procli-

Duplex linea consanguinitatis.

Not. 3. C Gradus quid sit.

trium, quibus ascenditur, uel descenditur ab uno ad reliquum. Et secundum Scot. proprie inuenitur in linea ascendente, & descendente. Improprie in linea transfuersali. Item personæ distantes æqualiter a communi stipite dicuntur facere gradus, & esse in gradu. Que uerò in æqualiter se habent ad comunem stipitem eoramen exclusio, dicitur facere distantias: ut iurista loquuntur. Pro cuius intellectu placuit consanguinitatis arborem hic describere. Primo fiat linea recta: in cuius medio ponatur circulus, siue cella nō depicta nomine proprio, supra quem uacantem circulum quatuor circuli ponendi sunt. In primo scribetur. Pater, mater. In primo hoc est uiciniore apud uacantem quem si placet nominabimus Phares. & ponetur rubeus punctus supra: & unus niger infra. In secundo circulo ascendendo ponetur Auus auia. & ponentur duo puncta rubea supra: & totidem nigra infra. In tertio, Proauus proauia cum. iij. punctis rubeis supra, & totidem nigris infra. In quarto Abauus abauia, cum. iij. rubeis punctis supra, & totidem nigris infra positis. Sic similiter descendendo a circulo uacante, ponentur quatuor circuli. In primo filius filia cum. j. rubeo puncto supra: & j. nigro infra. In secundo nepos neptis, cum duobus rubeis punctis supra, totidem nigris infra. In tertio pronepos proneptis, cum. iij. rubeis supra, & totidem nigris punctis infra. In quarto Abnepos abneptis cum. iij. rubeis supra, & totidem nigris infra. Si placet referantur omnia nomina ad Phares in genitiuorum ut pater, & mater. Pharis, filius filia Pharis: & sic consequenter de omnibus alijs. Puncta rubei coloris graduum secundum ius canonum. Nigra secundum ius civile computationem, & numerum indicant, & representant. Ratio huius apud Iuristas habetur: quia canones secundum sanguinem in matrimonialibus iudicant, Legiste secundum successionem, quæ fit per mortem. Sic ergo punctorum numerus distantiam graduum indicat, habitus respectu ad cellam uacantem. Et claretur ex punctis: in linea ascendenti, & descendenti concordat quo ad gra-

das distantiam, uel propinquitatem, ius canonicum, & civile. Circulus uacans ideo non habet nomen, quia alij circuli habent nomen ab ipso: demptis his, quæ ex primis in gto casu. Et persona, quæ representat, iam dicitur pater respectu descendenti, quæ: filius respectu ascendenti. Interdum frater respectu collateralium. Non ergo potest habere nomen personale proprium: ut puta pater, aut filius: sed stat uacua: ut sit quasi sedes uacua patens unicuique, siue sit uir, siue mulier: quatenus quicumque uoluerit computare consanguinitatem, inueniat sedem, in qua se collocare possit. debet itaque non solum uni: sed multis patere, & feruire. Et placuit eam hic secundum Palu. nominare Phares, uel Socrates si placet, aut alio nomine Theologico. Et sic habetur linea recta ascendenti, & descendenti. Ista linea recta formata procedendum est ad laterales habentes a dextris nomina marium, a sinistris mulierum. Ascende itaque ad cellam suprapositam circulo uacanti, in qua ponitur Pater mater: & protrahere lineam transfuersalem a dextris habentem. iij. circulos. In primo scribatur frater cum. j. rubeo supra. & ij. nigris infra. In secundo fratris filius filia, cum. ij. rubeis supra, & iij. nigris infra. In tertio, fratris nepos, neptis: cum. iij. rubeis supra, & quinq. nigris infra scriptis punctis. E regione ad latus sinistrum, in primo circulo pone soror. In secundo, Sororis filius filia. In tertio, Sororis pronepos proneptis: cum totidem punctationibus rubeis, & nigris: ut nunc factum est in transfuersalibus directe oppositis. De hinc ascende ad circulum suprapositum circulo Pater Mater dicto, qui est Auus auia. Et in dextris fac circulos quatuor. In primo scribe Patru⁹ Amita. ij. rubea supra, & iij. nigra infra. In secundo. scribe Frater patruelis: & amitin⁹, soror patruelis, & amitina cum. ij. rubeis supra, & iij. nigris infra. In tertio scribe, Horum filius filia, cum. iij. rubeis supra, & v. nigris infra. In quarto scribe, Horum nepos, & neptis: cum. iij. rubeis supra, & vj. nigris

punctis infra. E regione directe ad latus aliud uadens fac quatuor circulos. In primo scribe Auunculus matertera. In secundo. Consobrinus consobrina. In tertio, Horum filius filia. In quarto, Horum nepos neptis. Annectantur puncta eodem modo, sicut nunc patuit e regione in latere dextro. Consequenter ascende ad cellam Proauus proauia, & fac lineam cum quatuor circulis in dextris. In primo, scribe Patruus magnus Amita magna: cum. iij. rubeis supra, & iij. nigris infra. In secundo scribe Proprior sobrin⁹ Sobrina: & fac. iij. puncta rubea supra, & v. nigra infra. In tertio scribe Horum filius, & filia: fac. iij. rubea supra, & vj. nigra infra. In quarto scribe, Horum nepos, & neptis. fac. iij. rubea supra, & vij. nigra puncta infra. Procedere similiter ad latus sinistrum, cum totidem circulis, & punctationibus similibus: ut nunc dictum est. In primo, Auunculus magnus matertera magna. In secundo, Proprior sobrinus Proprior sobrina. In tertio, Horum filius filia. In quarto, Horum nepos neptis. Puncta scribe quo ad rubeum, & nigrum: ut e regione in dextris factum est. Demum ascende ad cellam Abauus Abauia. Descende per dextrum latus cum circulis quatuor. In primo scribe propatruus, p. amita: fac supra quatuor puncta rubea, & quinq. nigra infra. In secundo scribe, Horum filius filia. fac. iij. rubea supra, & sex nigra infra. In tertio scribe, Horum nepos neptis. fac. iij. rubea supra, & septem nigra infra. In quarto scribe, Horum pronepos proneptis. fac. iij. rubea supra, & octo puncta nigra infra. E regione in sinistro latere fac totidem circulos, & punctationes consimiles, quo ad rubeum, & nigrum. In primo scribe proauunculus, & promatertera. In secundo, Horum filius filia. In tertio, horum nepos neptis. In quarto, horum pronepos proneptis. Et sic habentur transfuersales, & laterales: & ex consequenti totius arboris descriptio. Quam si placet ad oculum depingere isto, quo dictum est procedatur ordine. Est tamen considerandum, quod Phares, qui ponitur in circulo uacante, ut stipex comunis, non habet hic totā

suam consanguinitatem in arbore. Sicut enim est quæ habet hominem naturaliter pagatū habere duos patres matrem, & matrem, Quatuor Auos, Octo Proauos, Sedecim Abauos. Et sic semper ascendendo multiplicatur. Unde impossibile fuisset tot personam scribi in arbore ista: sicut in arbore Porphyrina, quæ complete haberi potest; de quo alibi. Insuper imaginandum est secundum loqu. Andree, ac si in qualibet duplici cellula habeantur quatuor personæ: ut si dicam⁹ patru⁹, & uxor eius: proamita, & marit⁹ eius. Duplicatio enim posita est, ut notia demonstraret in utroque sexu: non ut eas coniuges denotaret. Hæc ille. Quinto ponendæ sunt regulæ ad inueniendum distantiam graduum utroque iure. Et primum per lineam rectam ascendenti, & descendenti sit hæc generalis regula secundum utrumque ius. Quot sunt personæ, de quibus queritur computatis intermedijs (si saltim sunt intermediæ personæ) & extremis una dempta tot sunt gradus inter eos iure canonico, & civili. Si ergo placet alicui scire, quantum distet abauus a Phares, quæ ponitur in cella uacua: secundum imaginationem utroque computato, & intermedijs, quinq. sunt personæ. Deme unam, & sunt iij. gradus. Si autem nulla est persona media inter eas personæ, de quibus queritur: sunt in primo gradu. Rō patet ex descriptioe gradus, quæ est habitudo determinatæ distantie personæ a persona. & ideo gradus nō potest esse eiusdem ad seipsum: sed presupponit personam, cui secunda addita faciat gradum. Corollarium. Phares, & pater sunt in primo gradu. Phares, & au⁹ su⁹ in secundo. Phares, & patru⁹ in tertio. Phares & abau⁹ in quarto gradu. Phares abau⁹, & eiusdem Phares abnepos in octauo. & sic deinceps. In ista computatione semper demit una persona. Oportet. unam personam esse ueluti principium, quæ non constituit gradum: sed est principium gradus sicut & iturus nō facit gradum, dum stat in termino: sed dum ultra progreditur transitū faciēdo. Itē tot sunt gradus, quot sunt pagationes, cum gradus sit habitudo, uel propinquitas inter personam, & personam. Sūt autem personæ una plures, quæ pagationes. Presupponit. n. collectioni totæ aliquam nō pagatōnem.

D Regulæ ad inueniendum distantiam graduum utroque iure.

Coroll.

Reg. 2.

gata. & procedit hæc regula secundū ius canonicū, & ciuile. ¶ Secunda regula respicit lineam transuersalē, in qua numeratur secundū magis, & minus remotum scđm ius canonicū, cū tertia, & est eorū, q̄ sic se habet: q̄ alter non propagat ab altero: sed descendunt ambæ p̄sonę, de quibus q̄ritur, a cōmuni stipite. ¶ Videndū ergo primō: an p̄sonę de quibus querit̄, equaliter distāt a cōmuni stipite, aut inæqualiter, ut uult Durā. & Palu. Si primū, est hæc regula. Personę equaliter distantes a cōmuni stipite, toto gradu distāt inter se, quoto quolibet ab illo. Communiter si ponitur regula scđm ius canonicū. Trāuersalium, siue collateralium in linea equali quoto gradu q̄s distāt a cōi stipite, toto gradu distāt inter se, uel sibi attinent. Exemplū. Pone, cū facis abauū, stipitē inter Phares, & pronepotē p̄patruū. Hi. n. sunt in linea inæquali: & quilibet eorum distāt a stipite quarto gradu regula primæ: ergo inter se distāt quarto gradu: & hoc scđm ius canonicū. Nam scđm leges ut ista diceat, quoto gradu q̄s eorū distāt a cōi stipite, toto duplicato distāt inter se, uel sibi attinet scđm ius ciuile. Diuersitas uidetur ex hoc oriri: q̄a scđm leges p̄sona quelibet facit gradū, & duæ p̄sonę duos gradus. nō sic scđm ius canonicū. Sic duæ personę faciūt gradū vnū. Exemplū. Frater, & soror Phares sunt in primo gradu. Si autē p̄sonę inæqualiter distāt, ponit Palu. hæc regulā tertiā. In trāuersalibus inæqualiter distātibz a cōi stipite quoto gradu remotior distāt a stipite, toto distāt inter se. Alij sic ponūt eandē regulā, & redit in idē. Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distāt a cōi stipite, toto distāt inter se. Exemplū. pone faciēdo abauū stipitē Phares, & filij p̄patruū in linea inæquali. Cōputa dehinc a remotiore. s. a Phares, & inuenietur distare a cōmuni stipite abauo. s. in quarto gradu ex prima regula. ergo similiter a filio p̄patruū distāt gradu quarto: & hoc scđm ius canonicū. Secus secundū leges: quia sic in linea inæquali. quot sunt personę, dempto stipite tot sunt gradus. Exemplum. Si queritur, quantū distāt Phares a p̄patruo, nume-

Reg. 3.

rabitur a Phares inclusiuē usq; ad p̄patruū inclusiuē, & demitur stipes, & habetur q̄nq; p̄sonę: distāt ergo secundum leges quinto gradu Phares & p̄patruus. Itē Phares, & filij p̄patruū in sexto Phares, & nepos p̄patruū in septimo & c. Rō regulæ secundū ius canonicū est. Nā p̄sonę in linea trāuersali nō habet iter se p̄pinq̄uitatē, nisi rōne stipitis cōis, quę habet cōem. Et ideo nō possunt sibi p̄pinq̄ui cōiūgi, quā remotior earum cōiungat stipitē, secundū Sco. de differentia, & ratiōe diuersitatis inter canones, & leges, hīc nō est curā. Breui⁹ sic posset poni regula. In trāuersalibz, siue equaliter, siue inæqualiter distātibz a cōi stipite, quoto remotior distāt a stipite, toto distāt inter se: s. salte est aliq; remotior. Si nullus est remotior toto, distāt inter se, quoto singul⁹ eorū a cōi stipite scđm regulā primā, & canones. ¶ Cōsiderandū est, q̄ noīa incipientia in casu nominatiuo recipiunt suā denoiatiōnē respectiue a cella uacua: ut abauus ipsi⁹ Phares, uel Sortis & c. Proau⁹ Phares, Auus Phares & c. Ea uerō, q̄ incipiunt in gō casu, recipiunt suā denoiatiōnē relatiuā a circulo proximiore in eadem linea supposito in noiatiuo incipientē: ut descendendo a fratre sequit̄ fratris filij, fratris nepos fratris p̄nepositē p̄patru⁹: deinde horū filius, id est filij, uel filia p̄patruū, aut p̄mitæ Phares. Dehinc eorundē. s. p̄patruū, & p̄mitæ nepos neptis. Cōsequēter p̄nepos eorundē, & proneptis. Et ita consequēter de alijs cōsimiliter dicendū uenit: saluo q̄ Phares sit cōis stipes oīm. Hoc autē ideo fit: quia nō habētur nomina specialia cōsanguinitatis talis, uel talis: saltē in complexa: ideo op⁹ est accipere quædam cōplexa. ¶ Ultima regula. quæ est Scoti. Efficacior est gradus in linea ascendente, & descendente, quā in trāuersali. Cuius est ratio naturalis hæc. Quia plus coniungitur proles parenti, quā proles p̄toli, & ideo magis est cōtra legem naturę cōiunctio maris, & fœminę in primo gradu existentium in linea recta, quā trāuersali. ratione cui⁹ gradus dī efficacior ad dirimendum, uel impediendū matrimonium. Et talismodi cōiunctio semp̄ fuit

Ultima regula.

contra matrimonium, & magis filij cum matre, quā filij cum patre. Valde enim abominabile est filium habere matrem in uxorem: & plus irreuerentię exhibet patrē, cū filius habet matrē, quā cū pater habet filiā. Si quidē uxor subiecta esse debet uiro secundū legē diuinā: & filius legete diuina debet subesse matri, & parenti. Apostolus. n. inquit. Caput mulieris uir. Ideo deus instituit cōmunionē matrimonij exclusit̄ patrē, & matrē dicens. Relinquet hō patrē, & matrē & c. Gen. ij. Ideo secundū Arist. vij. de animalibus: equus postquā uelatus cognouit matrē suā: postea hoc uidens sese precipitauit. Et alibi legitur, ut refert Scotus de Elephante, qui ingeniatus est, ut matrem suam cognosceret: postquam hoc comperit, ingeniatiorem occidit. ideo omnino uidetur esse contra legem naturę talismodi cōiunctio, maxime matris cum filio. ¶ Corollariē sequitur. Quamuis Phares non possit contrahere cum aliqua persona de consanguinitatis arbore: ut nunc formata est: tamē si linea collateralis ulterius prætenderetur in descensu, posset cum aliqua aliquam contrahere. Prima pars patet ex regula tertiā. Secunda patet: quia si pronepos p̄patruū Phares generaret filiā: posset hodie Phares cum illa contrahere: licet essent cōsanguinei in quinto gradu hodie non prohibito. ¶ Quantum ad articulum secundum est cōclusio prima. E Aliqua cōsanguinitas matrimonium impedit in omni gradu, & pro qualibet lege tam naturę, quā iuris diuini, ac etiā positia ecclesię. Probatur cōclusio; primū p̄ lege naturę. Gen. ij. quia cōsanguinitas secundū lineā rectā ascendentiū, & descendentiū simpliciter impedit, ut multis placet: & p̄tendit in perpetuū. Ita q̄ si Eua, & Adā hodie uiuerent, non possent habere in posteris suis, cui nuberēt. Et secundū Palu. Enoch. rediēs tēporibz Antichristi non poterit ducere uxorem: quia oēs ab eo descendimus sicut a Noe. Ex quo gñatio Caim oīno p̄ijt diluuiū. Rō huius est post multa Augu. dicta. xv. de ciui. dei. c. xvj. Quia scđm dictānē rōnis naturalis maior reuerētia debetur patribz et remotis, q̄ nō parentibus etiā

Coroll.

Arti. 1. Cōcl. 1.

Aliqua consanguinitas matrimonium impedit in omni gradu.

propinquis. sed quilibet p̄sona in linea recta ascendentiū, & descendentiū se hēt, ut patres ad plē: uel ut plēs ad parentē: una siquē ab alia p̄pagat mediātē, uel immediātē, & linea hōi est dūtaxat p̄sonarū, quarū una descendit ab alia. Si ergo cōiugerent m̄rimonialiter, cōiugerent p̄r, & filia, mater, & filij mediātē, uel immediātē. Ex cōsequēti periret superioritas parentū ad filios & filias, & trāsiret in cōiugalē societate. Hinc dicūt qdā, secundū legē naturę, plēs nō phibēt cōtrahere nisi cū stipite. Hoc enim est cōtrariū omni rōni dīctaminī, q̄ filia sit uxor patri, aut maxime filius marit⁹ nisi. Peccauerūt itaq; filij Loth, & cōtra legē naturę, cū patri inebriato se supposuerūt. Gen. xix. cōmiserūtq; incestū. Itē & bruta hoc horrentur patuit. Sic intelligitur Gen. ij. Relinquet hō patrē, & matrē. s. quantū ad carnalē copulā, & cōiugalē. Nō autē intelligit̄ solū de patre propinquo: sed etiā remoto in linea recta, in qua est p̄petua phibitio. Et forte post multiplicationē humani gñis, si hō p̄stitisset in inocētia, fuisset facta a dō phibitio in alijs gradibz ulterioribus: q̄ primū fieri nō potuit, cū nō erat aliā fœmine, q̄ sorores: sicut & postea i lege Moisaica. Leui. xvij. factę sunt diuersę phibitiones gradū et in linea trāuersali, & sunt. xij. s. Mater, nouerca, soror, neptis, matertera, uxor patruū, nurus, uxor fratris non p̄morui sine liberis, priuigna, filia priuigni, uel priuignę, soror uxoris, q̄ in lege naturę permittebatur, ut sup. in Lia, & Rachel sororibus iunctis cōiugio Jacob. ¶ Secda cōclusio. Homines nō baptizati, ecclesię nec incorporati nec subiecti, possunt m̄rimonialiter contrahere ceteris paribus infra gradū christiani ab ecclesia phibitū. Pater est dīf. præcedē. Si enim sunt Iudei, sunt phibiti in primo, & secundo gradu, & possunt contrahere tertio, & quarto. Leui. 18. ubi per legē datā solum fit phibitio in primo, & secūdo gradu. Si gētiles habēt legem naturę, possunt in secundo gradu cōtrahere: sed non in primo in linea recta. Sicut Abraham duxit in uxorem Saram, q̄ fuit soror sua ex parte patris, seu filia fratris sui Arā. Gen. 20. Erat. n. filia fratris sui

Cōcl. 2. Homines non baptizati, nec incorporati nec subiecti, possunt m̄rimonialiter contrahere infra gradum christianis ab ecclesia prohibitu. Pater est dīf. præcedē. Si enim sunt Iudei, sunt prohibiti in primo, & secundo gradu, & possunt contrahere tertio, & quarto. Leui. 18. ubi per legē datā solum fit phibitio in primo, & secūdo gradu. Si gētiles habēt legem naturę, possunt in secundo gradu cōtrahere: sed non in primo in linea recta. Sicut Abraham duxit in uxorem Saram, q̄ fuit soror sua ex parte patris, seu filia fratris sui

Aram:& per consequens poterat dici filia Thare fratris Abraham: quia filij filiorum dicuntur etiam filij auorum. Et cum Abraham, & Aram non erant ex eadem matre: sed eodē patre, qui plures duxit uxores: & ex cōsequenti Sara attinebat Abraham ex parte patris nō matris: ideo dicitur ubi supra. Verē soror mea est filia patris mei. non filia matris meae. Sicut Loth dictus fuit frater Abraham. Gene. xij. cum esset nepos ex fratre Aram. Cum. n. non uertunt, & ueniunt ad ecclesiam: lalua sunt, & firma eorum matrimonia. j. Corinth. vij. si alias legitime cōtraxerunt: nō cōtra legē diuinam, uel naturae, quae prohibitio oēs homines cōcernit. ¶ Tertia cōclusio. Prohibitio cōiugalis copulae est per ecclesiam restricta rationabiliter iure canonico usq; ad quartū cōsanguinitatis gradū. Nō obstāte quacūq; priori cōstitutione patrū olim edita in cōtrariū. Probatur d. cōsang. & affini. cap. Non debet. Ratio potest esse: quia finis secundarius matrimonij est cōsederatio hominū, & multiplicatio amicitiae: sicut homo se habet ad cōsanguineos uxoris aliquo modo, sicut ad suos: sed iter illos, qui attinent sibi in quatuor gradibus cōsanguinitatis est sufficiens amicitia naturalis, quae quandoq; augetur per cohabitationē &c. Hinc si cōtrahere possent, nulla noua amicitia surgeret: ergo rationabiliter prohibet talium cōiunctio. Et ratio huius illegitimationis ponitur pax, & amicitia in ecclesia dei seruanda, generanda, & seruanda, quae hodie non uidetur manere nisi usq; ad quartū gradū inclusiue, cū restricta charitas multorum, & dehinc amor tepescit. Sic inquit Rich. Cōsanguinitas dicitur deficere p. tato: quia p. nimiam elongationē a stipite naturalis amicitia ferē totaliter euanesceat, quae matrimoniale uicū aliquo modo reuocat fugiente. nō igitur opus fuit talismodi prohibitionē ultra p. tendere. Dicitur est notāter iure canonico: quia ad ius ciuile, & ita ad laicos nō p. innet disponere circa matrimonium, cū sit sacramētum ecclesie. ¶ Quarta cōclusio. Aliqua cōsanguinitas matrimonium impedit lege naturae, aliqua diuina prohibitionē, aliqua statuto ecclesie. Nunquā. n. licuit filio ducere matrem, nec patrem ducere filiam. Gen. ij. Hoc. n. est cōtra

Cōcl. 3.
F
Prohibitio cōiugalis copulae est per ecclesiam restricta rationabiliter.

Cōcl. 4.

dictamen rectae rationis: ut supra in regula ultima De secundo. Leui. 18. De tertio. de consang. & affi. c. Non debet. Satis patet haec cōclusio ex prima. ¶ Quartum ad articulum tertium est dubium primum contra primam, & tertiam conclusionē: Quae facta est rationabiliter ecclesiae prohibitio quoad certos cōsanguinitatis gradus, cum in nullo contrariatur bonis matrimonij. Item solet dici: amicitia confirmat domum: ergo maxime confert ad coniugum. Sed cōsanguinei specialiori amicitia afficiuntur ad se inuicem, quā ad alios, quia uincunt amicitia naturali. ergo maxime apti sunt ad cōiugū: & ita nō uidentur rationabiliter prohiberi in certis gradibus. ¶ Ad primū dicendū cū Rich. Quia matrimonium cōsanguineorum, etsi nō cōtrahatur ex toto omnibus bonis matrimonij, cōtrahatur tamē plurimū honestati coniugali, consone ad legem diuinam ueterem. ¶ Ad secundum. alia est amicitia cōsanguineorum: alia cōiugum. Illa quae est in linea recta cōsanguineorum, est cuiusdam reuerentiae inferiorum ad superiores, siue propagatorū ad ppagantes, & e contra cuiusdam regiminis, praesidentiae, curae, & disciplinae propagantium ad propagatos. Non sic amicitia coniugum: quia est haec ita p. fidentia, & reuerentia: immo cū quadā iure uerentia: ita ut syncerius diligens cōsanguineam, magis odiat in ea hūmilitate reuerentiā carnalem, & denudationē nō solum quo ad se: sed & respectu aliorum. Et ideo licet amicitia disponat ad cōiugū: tamen alterius tōnis ab ea, quae est inter cōsanguineos. Praeterea licet similitudo propinquitatis ualeat ad cōiunctionē quādam: nō tamē ad omnē modū cōiunctionis. Melius. n. coniugitur scdm Durā. materia forme, quā forma forme, uel materia materij. Sic cōsanguinitatis amicitia plus deseruit cōiunctioni naturalis amicitiae: nō autē matrimonialis societatis: sed ad hanc ualeat amicitia extraneorum. Immo affert quādam horrorem naturalem homini habere suā cōsanguineā uxore in linea recta ascendentiū & descendentiū. Alia ratio potest esse: quia ratio naturalis dicit ordinē gñationis naturalis nō debere re

Arti. 3.
Dub. 1.
Quo a
sta ē a
tionabi
liter ec
clesie p
hibitio
quo ad
certos
consan
guinita
tis gra
dus.

Dub. 2.
I
an in le
ge diui
na euan
gelica
reperia
tur ali
qua ex
plicita
prohibi
tio facta
a Christo
Dub. 3.
De potestate
dispensan
di i gra
dib; cō
sanguini
tatis.

trocedere: sed p. gredi in anteriora: retro cederet autē aliquo modo, si aliquis coniungeretur suo stipiti copula coniugali. Item maiorem reuerentiā debet homo homini, a quo essendi, sumpsit initium, quāuis mediare, quae coniux coniugi: scdm Aug. de ciui. dei. li. xv. c. xvj. cum inquit. Ex parti autem sumus in connubijs cōsobri naru metiam nostris temporibus, propter gradum propinquitatis fraterno gradū proximum, quā raro p. mores fiebat, quae fieri p. leges licebat: quia id nec diuina prohibuit, & nondū prohibuerat lex humana. Veruntamē factū etiā licitū propter uiciniam horrebāt illicitū. & infra. Nescio quō inest humana uerecūdia quādam naturale, atq; laudabile: ut cui debet causa propinquitatis reuerentiā honorē (seu uerecūdiā: ut aliqui libri habent) ab ea cōtineat quis gñationem tamen libidinis: de qua erubescere uidemus, & ipsam pudicitiam coniugale. ¶ Secundū dubiū. An in lege diuina euangelica reperitur aliqua explicita prohibitio facta a Christo super illam, quae est de lege naturae, & in primo gradu rectae lineae ascendē. & descendē. de non cōtrahendo cum cōsanguinea certi gradus collateralium. Aut le. uet. prohibitiū cōfirmatio noua. Ad primū, & scdm tūder Scot. negatiue. Nec obest, quod dicitur Matth. xij. de Herodiade uxore fratris sui. De qua Christus. Non licet tibi eam habere, uiuente enim eius marito non licuit Herodiā eam ducere. ¶ Tertium dubiū: de potestate dispensandi ad cōtrahendū in gradibus cōsanguinitatis. Dicunt quidā papā dispensare posse in lege quam edidit ipse, nō in lege naturae, nec diuina p. p. d. ita. Cū autē ecclesia usq; ad quartū cōsanguinitatis gradū restringit copulā coniugale, non deus: ideo papa potest dispensare in quarto, tertio, & secundo collateralium equaliter. c. Nō debet. d. consang. & affi. Verum dicit Greg. ut refert Durā. Experimento didicimus talē sobolē non posse succrescere: sed frequenter primogeniti moriuntur. Experientia docuit in cōtractu multis cognito nostro aeo, & tempore non longe p. terito, id eē uerū. Nā mors nedum prolem: sed & p. arētes utroq; deuorauit, & momor

dit. Nec est sufficiens causa dispensatiōis patrimonij augmentatiōis: sed pax, uel cōcordia: sublatio intestini belli, & similia. Quia autem Thamar dixit fratri suo Ammon. ij. Reg. xij. Petē me a patre meo: & dabit me tibi: non habetur, quod Dauid potuerit dispensare, quod frater haberet sororem: sed forte Dauid fuit nuericus eius, non naturalis pater uerius uidetur: quod Thamar hoc dicendo errauerit: & male dixerit. Nec fuit tunc mortis, quod frater haberet sororem suam: cum sunt in primo gradu secundum casu. Ideo ex hoc non potest colligi, quod frater possit habere sororem, quod tamen olim stante paucitate hominum permissum fuit. Sed post hoc non licuit fratri ducere sororē in uxore. Hinc dicunt aliqui papam hodie nō posse de potentia ordinata dispensare in primo gradu cōsanguinitatis collateralium. De absoluta forte dubium est: licet non legatur factum. secus de secundo. Si autē in lege euangelica habetur de hoc prohibitio clara, nescio. Quia si dicta Scot. procedunt ut supra in dubio secundo: facile patet responsio quo ad auctoritatē dispensandi, quid possit, uel non possit papa in omnibus gradibus collateralium, saltem de facto. secus de iure, ne turbet ecclesia. ¶ Notat Palu. ex quo patrus, id est patris frater est quasi alter pater, & similiter fratres autē, abauis, proauis sunt quasi alter auus, abauus, proauus: ideo omnes tales sunt paterna reuerentia honorandi: quia omnes sunt loco patrum: quae repugnat societati maritali. Vnde quia propter hanc rationem nuptiae prohibentur in infinitum in linea recta ascendentiū, & descendentiū: inde est, quod inter inferiorem, & superiorem quemcumq; cui ut patri naturaliter honor deferendus est ab eo: p. nta, quia frater aut, aut patris, aut abauis &c. & sic infinitum non potest cōtrahi. Praeterea si prohibitio Mosaica fuit iudicialis dumtaxat, non ligat hodie sine noua ecclesiae approbatione, & constitutione. Posset quoque ex consequenti papa in omnibus illis dispensare.


quæ est causa affinitatis, esse consanguineam alteri illorum, de quorum affinitate queritur. ¶ Secundū Tho. Durā. Rich. Pal. sic definit. Est attinētia uel p̄ximitas personarum ex carnali cōmixtione proueniēs, carēs omni parētela. Quia. n. persona, quæ alteri carnaliter copulatur, uel copulata est: est alicui consanguinea: ideo illa, cui carnaliter copulatur, fit affinis illi, quæ ē cōsanguinea: & ecōtra. Hinc consanguinitas dicitur causa affinitatis: non tñ proxima: sed carnalis cōmixtio, ad cōsanguineā. ¶ Dicitur in nōficatio- ne est uinculū siue attinētia, siue propin- quitas: quod ponitur pro genere: cetera sequētia pro differētis. Dicitur cōsequē- ter ex copula carnali, & nō coniugali, & dicitur alicui ex cōmixtione carnali proueniēs. quia sine illa nō cōtrahitur affini- tas proprie dicta. ¶ Hic tñ est diuersitas inter doct. Durādus & Palud. uolūt di- missis alijs op̄nionibus: q̄ affinitas cau- satur per copulā carnalē quomodocūq; exercitā licite, uel illicitē secūdū natu- rā, & cōtra naturā, dum tamen ex ea se- minatur, & sic q̄ nata est sequi p̄les, & q̄ semē uiri in uase debito recipitur. Et ideo cōtra naturā nō dicit nisi modū in- solitū, & impudicū, uel feralē: at tamen in uas debitū. xxxv. q. ij. Nec eā. & de eo, qui cog. cōsangu. uxo. suæ. cap. Discretio- nē. & sup. Tuæ fraternitatis. Vnde quan- tūcūq; uir inuadat, uel frangat claustra pudōris: si semē nō immittitur a uiro in uas debitū, nō cōtrahitur affinitas. Nec obstat cap. Inuenis. de spōs. quia illud est ratiōne certi p̄pter sponsalia, quæ post septenniū ille probauit: uel quia affectu maritali tētauit, quod forte nō potuit. Et ita fuit ibi publicæ honestatis iustitia, p̄- pter quam factum fuit diuortium. At- tentatio enim, quæ fit affectu maritali, maxime cum illa quæ non est alias inha- bilis, seu ad contractum illegitima, cau- sat affinitatem ratiōne dubij: hoc est pu- blicæ honestatis iusticiam. Vnde si con- staret de copula carnali, non esset cre- dendum nisi in foro conscientiæ, q̄ ibi non fuerit receptio, & ex consequenti af- finitas. At tamen in foro conscientiæ si- bi datur fides. Quia si constat in foro

conscientiæ, ibi nec fuisse seminis rece- ptionem, nec intentionem affectu mari- tali factam, nullum est ibi contractum affinitatis uinculū in foro conscientie. Sed sacerdos ex his, quæ nouit in confes- sione, non possit pronūciare in foro ex- teriori, seu procedere ad pronūciandū matrimonium tenere, cum iam probatū esset carnalis copula: licet non seminis receptio, quam non oportet probare: quia non est bene probabile. Hæc ille: & Durand. ¶ Ex illo sequitur. Si uir intrat claustra pudoris, sed non emittit semen: aut si emittit semen, & eam pol- luit extraordinariē: sed non immittit se- men in uas debitū, nō contrahitur af- finitas: dato etiam, q̄ uuluer emittat. Si uerō claustrum non intrat, sed tamen immittit semen in claustrum, contrahi- tur affinitas, cum inde fieri possit gene- ratio. Exemplum de frigido, seu impo- tente. Item in balneis cum matris est attractiua. Item in incubis, & succubis. Si uir intrat claustrum, & seminat ibidē, non autem mulier: quia non oportet mu- lierē seminare ad concipiendū, contrahi- tur affinitas. Verum in hoc statum iuris decisioni, & non docto. præcisē. Cum au- tem doct. dicunt, q̄ requiritur ad affini- tatem seminum cōmixtio, intelligitur. i. seminis uirilis in mulierem, & in uas de- bitum receptio. secūdū Palud. ad quod nata est ceteris paribus, sequi seminum commixtio. i. seminis, & menstrui. Non enim oportet mulierem seminare ad cō- cipiendum. Exemplum de beata Virgi- ne. talis. n. non fuisset mater, & uirgo. Et per consequens hoc non requiritur ad affinitatem contrahendā. Similiter ecō- uerso (ut dictū est) sine copula carnali po- test fieri seminis receptio: quod dū fit, cau- satur affinitas sicut aliqui dicunt esse futu- rum de Antichristo, q̄ nascetur semine transfuso per incubum dæmonē, & succu- bum. Tali enim actū fit una caro in ple- na. Ita uidetur tenere Angelus in sum- & ad hoc allegat plures doct. Et Richar. q. j. ar. j. Ex quo colligitur, quid ueniat in- pposito nomine carnalis copule, uel cō- mixtionis: omnis. i. illa copula, qua uir, & mulier dicitur effici una caro in prole gi-

gnenda, si cetera essent patria. In hoc etiā: q̄ dicitur carnali copula, & nō addi- tur uiri cū uxore, innuitur, q̄ affinitas nō solum contrahitur per coitum coniuga- lem: sed & fornicarium. xxxv. q. ij. Ex- traordinaria. Et de eo, qui cog. con. cap. Discretionem. & cap. Tuæ fraternitatis. Est autem extraordinaria pollutio, per quam semen non uenit in uas debitū: ut supra dist. xxxiiij. Secundum Palud. per hoc etiam q̄ dicitur carnali copula: dif- fert affinitas a cognatione spiritali, ac legali, & a publicæ honestatis iustitia. de qua infra. ¶ Dicitur in definitione Scot. cū persona alteri cōsanguinea, quia uin- culum affinitatis nō causatur inter coeū- tes, seu inter uirum, & mulierē carnaliter copulatos: Sic. n. cognoscēdo aliquā for- nicariē non possit eam posterius habere uxorem: sed causatur inter uirum, & cō- sanguineos uxoris, aut cōcubine: inter uxore, & cōsanguineos uiri. Si qdē uir, & mul- lier coeūdo causant affinitatē: ergo inter eos non est affinitas. Nec contrahitur inter cōsanguineos uiri, & cōsanguineos uxoris: quia duo fratres possunt ducere duas sorores. Item pater, & filius matrē, & filiam: ut in cap. Super his. de consan- gui. & affi. ¶ Dicitur consequenter ca- tens omni parentela. i. per se, & inquan- tum huiusmodi: hoc est omni attinentia. Præsupponit tamen consanguinitatem affinitatis causam. Per accidens uerō po- test aliter esse. Potest enim per accidēs licite, & illicitē permisceri consanguini- tas consanguinitati: affinitas consanguini- tati, & consanguinitas affinitati. Exem- plum in incestu Loth cum duabus filia- bus suis: unde prodierunt Moab, & Am- mon filij Loth, quorum Loth fuit pater. Gen. xix. Et sic hi duo filij fuere cū Loth patre suo in primo gradu. Sed respicien- do matrem fuerunt nepotes Loth ex dua- bus filiabus suis: & ipse Loth Auus eor- um: & ratiōne copulæ cum filiabus in- ter Loth, & illos filios iunctos consanguini- tate matribus suis fuit affinitas contra- cta. Item in incestu Caroli Magni cum sorore, ex qua genuit Rolandum hūm, & nepotem, affinitatis consanguinitati accessit. Ipse enim fuit & auunculus, &

pater Rolandi. Pater, quia genuit eum. De Ca- Auunculus, quia frater matris eius: ut di- rolo, & Rolan- citur. Itē in incestu Iudæ cum Thamar, do. quæ fuit nurus: sua quia uxor primogeni- ti sui, quā Iudas cognouit. Gen. xxxviii. sedentem in biuio itineris, affinitati iun- cta fuit consanguinitas. Item in patre, & filio, qui duxerūt duas personas. i. matrē, & filiam in uxores, hoc adiecto, q̄ mater ex dispēlatione fuerit iuncta patri, cū es- set cum eo in tertio gradu consanguini- tatis: ex qua genuit filium & filiam: puta a. & b. Hic omnia tria sunt permixta. Pri- mō consanguinitas consanguinitati: quia a. & b. hoc est eorundē filius, & filia sunt primi in primo gradu descendentiū, cum sint ab eo immediate geniti, & ei⁹ p̄les. In quantum uerō sunt filij matris, quæ ut patuit, est consanguinea patris in tertio gradu: sunt in quarto gradu transuersali inferiori cum patre. Semper enim filius est in ulteriori gradu, quam pater illi cui coniungitur per patrem: nisi cum fratre proprio. Secundo affinitas affinitati, quā tum ad personas contrahentes. Nam in- quantum est uxor patris mei, est nouerca mea, & ergo priuignus eius, in quantum fi- lius mariti. Item ipsa est socrus mea, in- quantum mater uxoris meæ: & ego ge- ner suus, in quantum maritus filie. Simili- ter pater meus est uirtricus uxoris meæ, in quantum est maritus matris eius, & ip- sa priuigna eius, in quantum filia uxoris patris mei. Itē pater meus est socer ux- oris meæ: quia pater mariti eius: & ipsa est nurus patris mei: quia uxor filij sui. Tertiō est ibi consanguinitas permixta affinitati: quia filius inde natus puta a. ex coniunctione consanguineorum in ter- tio gradu, est frater uxoris filij: quia sunt ex eadem matre, & est eius frater uteri- nus, ut manifestum est. Et est leuir eius, puta uxoris filij: quia frater mariti: quia ex eodem patre. Et filia inde genita est soror primæ filie uterina, & primi filij patruelis. Item prima filia est glos eius id est uxor fratris, & primus filius postea natus est frater, & sororius. Ita habet Palud. quæst. j. artic. j. quæ statim pa- tent posito ad oculum exemplo.

Quo ca- res om- ni paren- tela di- cat in- diffini- tione.



Not. 2.

Affinitas sumitur dupliciter.

¶ Secundo notandum. Affinitas sumitur dupliciter, scilicet large, & proprie. Proprie nunc descripta est. Large, & sic nominatur ab aliquibus publice honestatis iustitia, definitur sic. Est propinquitatis personarum ex sponsalibus, siue de presenti, aut futuro ueris, uel præsumptis proueniens, robur contrahens ab institutione ecclesiæ propter eius honestatem. ¶ Dicitur in diffinitione propinquitatis pro genere, per quod conuenit cum affinitate, & consanguinitate. Alia ponuntur pro differentijs. Nam per hoc, qd publice honestatis iustitia prouenit ex sponsalibus, differt ab affinitate, quæ ex carnali copula prouenit, & spirituali cognatione, quæ prouenit ex his, quæ sunt circa sacramentorum collationem: & cognatione legali, quæ est per adoptionem. ¶ Cum subiungitur, Robur trahens ab institutione ecclesiæ, differt a consanguinitate, quæ est per carnalem propagationem, & extendit se ad omnes consanguineos: ita qd sponsus hac propinquitate dicitur propinquus omnibus consanguineis suæ sponsæ. Sic de sponsa respectu consanguineorum sponsi eodem modo dicendum. ¶ Item dicitur personarum, & non suppositorum, ut supra de consanguinitate. ¶ Dicitur notanter ex sponsalibus, siue de presenti, aut futuro, ueris, uel præsumptis. Nam ex consensu uero, uel præsumpto, omnium huiusmodi sponsalium de presenti, aut futuro causatur publice honestatis iustitia ex statu ecclesiæ. Indignum est hoc uinculum ab ecclesiâ propter honestatem. Honestatis ratio est: quia sponsalia legitime contracta, quantum est ex eis, ordinantur sufficienter ad matrimonium. ¶ Cum autem dicitur lib. vj. de sponsa. qd sponsalia, quæ nulla sunt propter defectum consensus, non causant publice honestatis iustitiam, intelligendum est

de defectu consensus ueri, aut præsumpti, ut puta ubi nec fuit in ueritate consensus, nec præsumpti potest de consensu, seu ubi non est ætas apta scilicet ante septennium, ut puta in pueris, in furiosis, ubi simpliciter est defectus rationis. Secus in conditionaliter consentientibus, siue conditionatis sponsalibus. ¶ Corollarium. Sponsalia, quæ de iure non tenent, sed solum de facto, propter impedimentum consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut quauis alia ratione, dummodo non sunt nulla propter defectum consensus ueri, uel præsumpti, inducunt etiam publice honestatis iustitiam. Ad audientiam in tex. & glos. de sponsa. & lib. vj. de sponsa. ¶ Corollarium secundum. Sponsalia, quæ de iure non tenent propter defectum usus rationis, & consensus, nullam affinitatem inducunt, nec aliquid simile affinitati, quod nominatur publice honestatis iustitia. Hic enim nec est, nec apparet, sed nec præsumi potest consensus quicumq;. Et secundum hoc oportet iura iuribus concordare. Cum autem iuuenis, de quo dicitur de sponsa. cap. Iuuenis. postea prohibitus fuit ducere consobrinam eius, cum qua factum intentauit in iuuentute est, quia affectu maritali eam intentauit, & sic fuit ibi consensus præsumptus, qui sufficit ad pub. honestatis iustitiam. lib. vj. de sponsa. ¶ Tertiū notandum. In affinitate reperiuntur genera, & gradus. Antiquitus fuerunt tria genera affinitatis. xxxv. quæst. iij. Contradicimus. Quorum primum habuit septem gradus, quibus omnibus matrimonium æquali modo prohibeatur, sicut in gradibus consanguinitatis. Secundum genus habuit quatuor gradus. Tertium duos gradus. ¶ Ad cognoscendum genus affinitatis talis datur regula. Persona addita personæ facit genus affinitatis. Vel sic. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Hinc est uersus. Mutat nupta genus, sed generata gradum. Isto modo si frater meus cognoscat mulierem, illa est mihi affinis primo genere affinitatis.

Coroll.

Coro. 2.

Not. 3.

D

In affinitate genera, & gradus.

Regula

Et

Et si illam mulierem alius cognoscat, is est mihi in secundo genere affinitatis. Et si ille cognoscat aliam mulierem, tunc illa est mihi in tertio genere. Verum de illo hodie non est curandum, quia affinitas non præstat impedimentum nisi in primo genere, & in illo usq; ad quartum gradum. ¶ Circa quod considerandum: ex quo gradus in propinquitate continentur non possunt accipi nisi secundum ascensum, & descensum propagationis, quod stare non potest sine consanguinitate: hinc est, qd affinitas non habet specialem computationem graduum, sed computatur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis. ¶ Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: si placet scire, quoto gradu affinitatis atinet tibi mulier illa: uide quoto gradu iunctus es tibi consanguineus tuus, secundum regulas in distinct. præcedenti. Et quoto est tibi consanguineus, toto mulier est tibi affinis. Et semper in primo genere. Exemplum. sunt duo fratres, puta Ioannes, & Conradus: Ioannes accipit mulierem, seu uxorem siue legitime, siue fornicarie, puta Bertam, & cognoscat eam. Berta atinet Conrado in primo affinitatis gradu: Ioannes, & Conradus sunt in primo consanguinitatis gradu. Et filio ei in secundo. Nepoti eius Conradi in tertio. Pro nepoti eiusdem Conradi in quarto affinitatis gradu. Et ideo usq; ad huc gradum inclusiuè prohibetur Berta contrahere cum Conrado, & cum his, qui propagatione naturali ab eodem descendunt. Et ratio potest esse: quia Berta, & Ioan. per commixtionem facti sunt una caro quodammodo. Ideo in quocunq; gradu consanguinitatis prohibetur Ioan. matrimonium contrahere cum muliere aliqua: eodem etiam consanguinitatis gradu prohibetur Berta contrahere cum matrisulo. Et ideo sicut Ioan. existens in primo consanguinitatis gradu cum sorore sua prohibetur contrahere cum ea: sic Berta uxor Ioannis in primo affinitatis gradu existens cum Conrado fratre Ioannis, prohibetur contrahere cum eo. Et si cut dictum est de Berta respectu Conradi, & eorum, qui a Conrado descendentur

Exemplum affinitatis

naturali propagatione: sic de Ioanne respectu sororis Bertæ, & descendendum ab ea. Nam postquam Ioannes habuit Bertam, sicut Berta est in primo gradu consanguinitatis cum sorore sua: sic Ioannes est cum eadem sorore Bertæ in primo affinitatis gradu. Et cum filia sororis Bertæ in secundo. Et cum nepoti in tertio. Cum pronepti in quarto &c. ¶ Ex hoc intelligitur regula talis, & unica de gradibus affinitatis. Quoto consanguinitatis gradu aliquis atinet uiro, toto gradu affinitatis atinet uxori, & e conuerso, secundum Duran. Vel sic. Quoto consanguinitatis gradu aliquis distat ab aliquo, toto gradu affinitatis distat ab eodem ista, quæ est ab illo carnaliter cognita. ¶ Quotò notandum: qd arbor affinitatis potest sic describi. Primò trahatur linea recta, in qua sunt quatuor circuli. Et in primo superiore scribatur, Primus gradus. In secundo descendendo, Secundus gradus. In tertio, Tertius. In quarto, Quartus. Deinde ad latus dextrum nunc factæ lineæ, etiam fiat recta linea cum quatuor circulis. In quorum primo, & superiore scribatur Frater. In secundo descendendo, Fratris filius. In tertio, fratris nepos. In quarto, fratris pronepos. Ad dorsum nunc factæ lineæ, iterum fiat quatuor circuli in linea recta. In quorum superiore, & primo scribatur, Vxor fratris olim relicta. In secundo descendendo, Vxor filij fratris. In tertio Vxor neptis fratris, In quarto uxor proneptis fratris. Ad dorsum nunc factæ lineæ ponetur unus circulus, in quo scribetur. Olim relicta relicte fratris. Seu relicta relicte fratris. Et ita habetur pars dextera arboris. Dehinc in latere sinistro fiat consimili modo linea recta: habens circulos quatuor. & sicut nunc exemplificatum est de fratre: ita fiat consimiliter de sorore. In primo circulo ponatur foror. In secundo, sororis filia. In tertio, sororis neptis. In quarto, sororis proneptis. Dehinc alia consimilis fiat linea. In cuius primo circulo ponatur, Vir sororis olim relicta. In secundo, uir filie sororis. Demum fiat linea unius circuli, in qua depictum sit. Olim relicta relicti sororis. Vel sic. Re-

Alia regula.

Not. 4. E. Quo arbor affinitatis describitur.

lieta relicti sororis. ¶ Si dicis: quare in medio ponitur linea graduum inter fratrem, & sororem, & dicitur primus gradus, non tamen exprimitur, an affinitatis, uel consanguinitatis? Respondetur: ad denotandum, quod affinitas oritur ex consanguinitate, & quod ex utroque sexu uirili, & femineo contrahitur affinitas. Omititur uero ly affinitatis, ad denotandum, quod isti gradus possunt referri, & ad consanguinitatem, & ad affinitatem. ¶ Et scribitur in latere dextro in circulo ultimo uxor fratris olim relicta: quod (scilicet olim relicta) non scribitur in alijs circulis inferioribus eiusdem lineae, propter cellulam, quae ad dorsum ponitur propter respectum ad secundum genus affinitatis. Nam si frater habet uxorem: ista uxor est affinis sorori istius fratris in primo gradu, & primo genere. Et si frater ille moriatur, & uxor eius relicta contrahat cum alio uiro, ille uir attinet praedictae sorori in primo gradu affinitatis, sed in secundo genere. Si tunc moriatur uxor illa, uir relictus, & superstes dicitur relictae fratris relictus, seu relictus relictae fratris, qui ponitur in circulo unico. Et ita illae duae cellulae ponuntur ad decorum, & ad demonstrandum genera affinitatis. ¶ Et potest quaeri: An ille uir relictus possit contrahere cum praedicta sorore. Olim non potuit, quando affinitas proredebatur usque ad tertium genus inclusiuè, sed hodie potest. Erat enim olim sibi in secundo genere, & in primo gradu. Hodie non attenditur secundum genus affinitatis, sed primum solum. Idem dicendum est de cellula. Vir sororis olim relictus, & circulo unico, Relicta relicti sororis. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima: supposito, ut supra, quod secundum, & tertium genus affinitatis, hodie matrimonium non impediunt: sed sunt reuocata per conciliu generale. In eo gradu, quo consanguinitas matrimonium impedit, impedit etiam, & dirimit affinitas praecedens propter ecclesiae statuta. Probatur xxxv q. v. cap. Porro. Nam uir, & uxor sunt una causa: ergo qui attinet uni per consanguinitatem, attinet & alteri propter consanguinitatem causantem affinitatem, & ita attinet ipsi per affinitatem. Ergo sicut attinentia consan-

guinitatis impedit matrimonium: ita & attinentia per affinitatem. Ad idem de consanguinitate, & affinitate in multis capitulis. ¶ Dicitur notate: ter affinitas praecedens: sequens de sequente contractu, propter peccatum incestus, quod committitur de quo supra. dist. xxiii. ¶ Secunda conclusio. Sicut in linea recta ascendenti, & descendenti est perpetuum consanguinitatis impedimentum, & in linea trasuersali, usque ad quartum gradum: ita & in linea recta perpetuum, in trasuersali uero usque ad quartum gradum, ex ecclesiae institutione praestat affinitas praecedens matrimonij impedimentum. Probatur xxxv q. iij in multis capitulis. Supponitur in illa conclusione, secundum Palud. quod sicut consanguinitas praeceditur in infinito in linea recta ascendenti, & descendenti, ita & affinitas. ¶ Tertia conclusio est de publica honestate iustitia. Ex sponsalibus puris, & certis, etiam si consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, aut alia quauis ratione sint nulla, dummodo tamen non sint nulla ex defectu consensus, ueri, uel praesumpti, oritur efficax ad impediendum, & dirimendum sequentia sponsalia, uel matrimonia non autem ad praecedentia dissoluendum, impedimentum, iustitia publicae honestatis dictum lib. vi. de spon. & marr. ¶ Dicitur notate. Ex sponsalibus: quia ex consensu sponsalium, oritur illa propinquitas siue de praesenti, siue de futuro. ¶ Dicitur puris: quia conditionata sponsalia non inducunt publicae honestatis iustitiam, nisi conditio illi habeatur pro non adiecta. Vnde ut supra, dicitur in vj. Qui sponsalia cum aliqua muliere sub conditione contraxerit, si postmodum ante conditionis euentum cum alia prioris consanguinea contraxit per uerba de praesenti, debet manere cum secunda. Cum ex sponsalibus conditionalibus ante conditionem extantem (dicitur glo. nisi interuenerit copula carnis. Tunc enim receditur a conditione) sicut ex consensum non habentibus, & incertis, nulla publica honestatis iustitia oritur. Et intelligitur de conditione honestae, non de tali, quae habetur pro non adiecta. Illa enim inducit publicae honestatis iustitiam, ac si non esset adiecta. Oportet etiam conditionem esse expressam, si debet causare

Cocl.

Cocl. De iustitia publice honestatis.

iustitiam, non sufficit eam includi. Sic enim expressa nocent, quae non expressa non nocent. Cum enim est impedimentum ecclesiae, apud quae idem est non esse, & non apparere, ergo. ¶ Dicitur certis. Nam in incertam personam non fertur consensus, nec oritur illud impedimentum: ut si quis promisit ducere unam ex filiabus illis. ¶ Dicitur, dummodo non sint nulla ex defectu consensus. Satis est: quod teneant ratione consensus: non obstantibus impedimentis alijs de iure. Vnde ex sponsalibus contractis per sacerdotem, aut monachum accedente consensu oritur hoc impedimentum, sic quod nullus de consanguinitate sacerdotis possit illam habere uxorem. Hic non est defectus consensus naturalis, sed nullitas contractus ex statu ecclesiae illegitimantis sacerdotem, aut monachum. Per hoc etiam excluduntur sponsalia contracta ante septennium. Nam si parentes contrahunt pro filio, aut filia minorene, quae non dat consensus, non oritur iustitia ex huiusmodi contractu: quia sponsalia sunt nulla ex defectu consensus. Et dicit Panor. cap. Iuuenis. de spon. Ex quo hic requiritur certa aetas respectu discretionis, illa praenotari non potest: ut patet in aetate ad conficiendum testamentum. ideo oportet, quod contrahentes compleuerint septennium: seu illi, pro quibus fit contractus (ex consequenti malitia hic non supplet aetatem) ut oriatur iustitia publicae honestatis. Et ideo si maior contrahat cum minore septennio, proxima tamen septennio, non oritur illa propinquitas, secundum Panor. Quia si maior minore cognouit, uel saltem attaut, aut dubium est, quid egerit, habetur ex aequitate, quod sit ibi iustitia: licet nullo iure probari possit. Hec Panor. ¶ Dicitur usque ad quartum consanguinitatis gradum. Nam post contractum sponsalium, ut supra, nullus consanguineus sponsi potest illam, cum qua contraxit sponsalia, usque ad quartum gradum consanguinitatis ducere inclusiuè. ¶ Dicitur, sicut in affinitate cui assimilat. Hinc ab aliquibus nominatur affinitas improprie dicta. ¶ Corollarium. sicut propter carnis commixtionem oritur affinitas inter sponsum, & consanguineos

Coroll.

sponsae usque ad quartum gradum; & econtra: ita in proposito propter contractum sponsalium oritur publicae honestatis iustitia inter sponsum, & consanguineos sponse, usque ad quartum gradum, & econtra. ¶ Dicitur, ad impediendum, & dirimendum sequentia sponsalia, uel matrimonia. xxvij. q. ij. Quidam desponsant uxorem, & dotant eam; & coire cum ea non potuit, quia elculo frater eius corrumpit, & grauidam reddidit. Decretum est, ut quamuis nupta esse non potuit legitimo uiro, desponsata tamen fratri frater habere non possit: sed moechus, & moecha fornicationis quidem uindictam sustineant: licita uero coniugia eis non negentur. Item de sponsa in multis c. Dicit Panor. in c. Spos. eo. ti. quod dispositio illius cap. procedit, tam de praesenti, quam de futuro. Si enim non licet ducere sponsam consanguinei uerbo de futuro, multo minus de praesenti. Maioris enim honestatis est abstinere ab illa de praesenti propter maius uinculum, quam de futuro, cui solum facta est promissio nuptiarum. Quia si superuenit carnalis copula, oritur affinitas aliud uinculum. Hinc sequitur: quod quandoque est affinitas sine publicae honestatis iustitia. Pura cum habetur copula sine contractu sponsalium. Quandoque simul habentur, cum contractum sponsalium sequitur copula. Quandoque est publicae honestatis iustitia sine affinitate. Vnde omnes consanguinei mariti, sunt affines uxoris, & econtra. de consanguini. & affinita. cap. Quod super his. Et nomen consanguineus hic absoluitur a connotatione sexus. Et durant haec uincula publicae honestatis iustitiae etiam post mortem alterutrius. cap. Fraternalitatis. ¶ Si quaeritur: An illud impedimentum protenditur usque in infinitum, ut concernat omnes consanguineos: Respondetur, quod non, sed restrictum est sicut uinculum consanguinitatis, & affinitatis, quod maius est, usque ad quartum gradum prohibitionis matrimonij cap. Non debet. Si enim intelligeretur generaliter, non posset inter homines esse matrimonium: cum omnes homines ex eodem descenderint sanguine. Est ergo restrictio usque ad quartum gradum

Casus notad.

Conc. Trid. sess. 24. cap. 4.

Arti. 2. Cocl. 1. F. Secundum, & tertium genus affinitatis hodie non impediunt.

Arti. 3.
Dub. 1.

G
Quādo
aliquis
cogno-
scit con-
sangui-
neā uxo-
ris suæ,
non di-
rimitur
ex hoc
matri-
moniu
cū uxo-
re sua.

prohibitionis matrimonij. ¶ Dicitur non autem ad precedentia dissoluendum. Nā si quis purē, & legitime contraxit sponsalia cum muliere, & postmodum cum se cuncta prioris consanguinea idem facit, talis tenetur manere cum prima uigore priorum sponsalium, quibus per publicæ honestatis iustitiam ex secundis nuptijs subsecutam minime derogatur, lib. vi. de spon. & matri. ¶ Quantum ad articulum tertium est primum dubium generale cōtra prædicta. Quando aliquis cognoscit consanguineam uxoris suæ non dirimitur ex hoc matrimonium cū uxore sua secundum prædicta: ergo uel non contrahitur semper affinitas inter uirum, & omnes consanguineos uxoris, quam cognouit: uel affinitas non semper impedit matrimonium. Vtraque pars istius consequentis est contra prædicta: ergo ut uideatur non sunt uera. Antecedens habetur de eo, qui cogno. consangu. uxo. suæ. Consequentia patet: quia postquam talis cognouit consanguineam uxoris suæ, uel per talem incestum efficitur affinis uxoris suæ: uel nō. Si sic: ergo affinitas nō dirimit, nec impedit matrimonium: quia propter incestum uxor cum non habet culpam non debet priuari marito, cum quo prius legitime contraxit. Ad hoc. Qui dormierit. xxvij. quæstio. ij. Vbi solū prohibetur redditio debiti uxori, postquam eius cognouit sororem. Item de eo, qui cogno. consangu. cap. Fraternalitatis. & cap. Discretionem. Si non, tunc per commixtionem carnalem uir non efficitur affinis cuilibet consanguineæ mulieris, quam cognouit: quia ponitur casus: q̄ cognouerit duas sorores, quarū unam habet uxorem. Præterea. in lege uere. fuit præceptum Deu. ter. xxv. q̄ frater superstes fucitare semē defuncto fratri ex uxore ipsius relicta: ergo ex copula carnali primi uiri non fuit contracta affinitas inter uxorem, & consanguineos mariti. Item cessante causa cessat effectus sed per carnalem copulam uir est causa affinitatis suorum consanguineorum respectu mulieris, & mulier est causa affinitatis suorum consanguineorum respectu uiri: ergo mortuo uiro cessabit in mu-

liere, & e contrario. Et per consequens uiro mortuo, mulier potest nubere uiro consanguineo absq; affinitatis impedimento. Et e contrario mortua muliere, uir relictus potest ducere consanguineā mulieris. ¶ Dicendum: q̄ illa omnia non concludunt contra prædicta. Et sic hic sermo de copula carnali, quæ præcedit matrimonij contractum. sic enim impedit contrahendum, & dirimit contractū. Si uerō copula sequitur, procedit instantia. & de hoc in capit. Allegato. Qui dormierit cum duabus sororibus, & una ex illis antea uxor fuerat, nec unam ex ipsis habeat, nec ipsi adultero unquam in coniugio copulentur. Exponit text. ibidem. Id est nec ipsi uxori præter se sibi licet debitum reddere. q̄ exponit glos. Id est non licet ei debitum exigere. Reddere enim potest exactus. secus si non fuerit exactus. Sequens enim affinitatis uinculum coniugale non soluit prius ritē contractum: sed impedit personam, quæ suo incestu affinitatem contraxit, a iure petendi propter illud crimē, & q̄ post mortem uxoris fiet sine coniugio, ut supra. Vnde de eo, qui cogno. consangu. cap. Discretionem. ita dicitur. Affinitas quæ post contractum legitime matrimonij inter uirum, & uxorem iniquē contrahitur: non debet officere, qui huiusmodi iniquitatis particeps non existit: cum suo iure non debeat sine sua culpa priuari. Ad idem cap. Tuæ fraternalitatis. Ex illis colligitur. Affinitas superueniens nō dissoluit matrimonium inter uirum, & uxorem, sed priuat culpabilem iure exigendi: & mortua uxore contrahendi alibi. Per hoc tamen non releuatur ab omni onere reddēdi debitum innocenti, ac ministrandi necessaria. Sed non potest exigere nisi obtenta dispensatione. Sicut enim ecclesia potest cum eo dispensare, ut de nouo contrahat, ita etiam ut post contractum debitum exigat causa subsistente, puta inuenturis. Et licet uxor admittat innocentem, q̄ exactus sibi debitum reddat: non potest cum per hoc deobligare: aut sicut in adulterio sibi per omnia reconciliare, q̄ licite possit perire, sicut in adulterio cum uxor reddidit debi-

tum

tum adultero, remittit ipsi culpam. Hic enim pena illa est sibi inflicta propter auctoritatem criminis, ne quam petat: ergo uxor remittere nō potest. Potest ergo cū dei timore incestuosus innocenti debitū reddere petitus, sed non exigere. Et innocēs nō priuatur suo iure sine culpa sua. ¶ Ad secundum negetur consequentia. Ad probationem, quāuis de lege cōmuni affinitas impedit fratrem, ne uxori fratris sui copuletur, potest tamen conditor legis in lege dispensare. Verus legis conditor Deus est, & ideo sicut dedit legē Moysi, ita potuit in lege sua, prout uoluit dispensare. ¶ Ad tertium respondet Thomas Argen. Maior non est uera nisi de causa, q̄ non solum est causa in fieri, sed etiam in conseruari. Sic non est in proposito. Quamuis enim persona, qua mediante contrahitur affinitas sit causa in fieri, nō tamen in cōseruari, ut supra: & ideo mortua illa persona adhuc manet affinitas inter suos consanguineos, & consanguineas, & personam, quā cognouit carnaliter. ¶ Secundum dubium. Vtrū ex copula illicita cum affine contrahatur publicæ honestatis iustitia. Exemplum: uir cognoscit sororē uxoris suæ. Respondet Pat. in cap. Tuæ fraternalitatis. de eo, qui cogno. consangu. q̄ non, sed oritur affinitas. ut cap. Discretionem. Sed publica honestas ex cōtractu matrimonij, uel sponsaliorum oritur. Attamen licet non oriatur publicæ honestatis iustitia: tamen honestum est, id est honestas postulare, ut uxor non coniungat se uiro, qui suā turpiter cognouit sororem. ¶ Tertium dubium. An impedimentum affinitatis sit de iure diuino positiuo, aut ecclesie statuto. Respondet Richar. Affinitas impedit matrimonium in aliquo gradu de iure diuino. Ius enim prohibet Leni. x. iij. filium nō contrahere cum uxore patris. Nepotem cum uxore patris. Patrem cū uxore filij. Petrus de Palu. uidetur idem uelle, cum quæritur an Papa possit dispensare super affinitatis impedimento. Et respondet: q̄ nec in primo gradu consanguinitatis, nec affinitatis: cū sit cōtra ius naturale, & diuinum: quia uxoris patris exhibemus honorem, sicut proprijs

parentibus. Et q̄ in linea transuersali in primo gradu consanguinitatis, & affinitatis Papa non potest dispensare, cum sit de iure diuino, & contra naturam. Vnde ē ante diluuium multiplicato humano genere creduntur abstinuisse ab uxoris fratrum, nisi ad suscitandum semen fratri defuncto. Deuterono. xxv. quod fuit ex dispensatione tempore legis scriptæ. Nec in secundo gradu transuersalis superioris ut cū amita, & matertera: quia lege diuina prohibet. In secundo gradu transuersalis inferioris potest dispensare, ut cum filia fratris: quia non fuit in scriptura prohibita. Et si obijciat de Thamar, ut supra, secūdi Regum decimotercio, q̄ Dauid, qui disponebat sacerdotium, cum ea dispensauerit, ut copularetur Amon, ut supra distinctione precedenti, fratri suo: Dicit potest: q̄ non fuit frater eius: aut q̄ ipsa errauit. ¶ Dicendum uidetur, salua laici sententia, ut distinct. precedenti gradibus consanguinitatis. Affinitas est impedimentum matrimonij dumtaxat ex ecclesie statuto affines ad matrimonij in certis gradibus illegitimare, & hoc in eo gradu, in quo & consanguinitas: quia gradus affinitatis sumuntur secundum gradus consanguinitatis. Hinc & totus gradus affinitatis, quod consanguinitatis. ¶ Consimiliter dicendum uenit de affinitate extense dicta, quæ nominatur publicæ honestatis iustitia. ¶ Quia autem de iure diuino esse dicitur: quia in scriptura habetur: est improprie dictum, ut uidet: Habetur quidem in lege diuina non moralis, sed iudicialis, ideo hodie nō ligat nisi per nouam constitutionem ecclesie: q̄ potest dici de iure diuino alludenter, uel exemplate: quia & ecclesie constitutio exemplata est in lege Moisaica, & alludit eidem. Hodie uerō iudicialia, ut talia, non ligant nisi per nouā constitutionē. Et quia non habetur in lege euangelica aliqua non prohibitio a Christo facta respiciēs obligatorie affinitatis gradus, nec confirmatio explicita prohibitiuæ constitutionis. Moisaicę a Christo in lege noua euangelica: ideo nō uidetur, quomodo sit obligatorie, & proprie de lege diuina, per consequens, nec Papæ potestatem. Gab. Biel. Cc+

Dub. 2.

H

Dub. 3.

An impedimē-
tum af-
fin. sit dē
iure di-
uino po-
sitiuo,
aut ec-
clesiæ
statuto.

te quo ad dispensationis beneficium sublata. ¶ Dicitur ergo prohibitio esse de lege diuina eo modo loquēdi, quo aliquid est in ecclesia prohibitum noua constitutione, q̄ olim etiam fuit prohibitum in lege ueteri. Et dato, q̄ fuerit tunc moralē, uidetur dicendum. Moralīa, quā hodie obligant in le. no. non obligant uirtute constitutionis diuinā factę in lege ueteri: & ex forma legis illis ueteris, nisi sint de lege naturę. Tunc enim ex forma legislationis data fuerunt soli populo Israelitico. Ligare autem dicuntur, & nos: quia aliqua sunt de lege naturę, & innouata in lege euangelica. Aliqua ex noua ecclesia, quę spiritu s̄cto regitur, institutione. Sic in proposito de affinitatis gradibus. Nam ius canonicum prohibitionem fecit citra quartum gradum. c. Non debet. de consanguini. & affinita. reuocatis quibusdam gradibus, qui olim erant prohibitionis. Nec ille modus dicēdi (q̄ aliquid dicatur esse de lege diuina, quod nunc institutum est ab ecclesia cōsone, & alludentur ad id quod olim fuit de lege diuina, licet hodie non sit) est absonus: cum ecclesia sumpserit occasionem faciendi nouam constitutionem ex his, quę olim erant p̄cepti diuini. Aut etiā q̄ aliqua lex dicatur diuina: quia auctoritas edendi uenit diuinitus a deo. Sed ē uisitatus in ecclesia, etsi non nomine, tamen re ipsa. Sæpe dicimus, & legere horas canonicas sit de lege diuina: quia dicitur in Psalm. Septies in die laudem dixi tibi. In media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo. &c. Item ieiunium quadragesimale frequenter ab Ambro. August. Maximo &c. dicitur esse de lege diuina, cum sit de lege positua ecclesię, sed institutum est supra occasione ex ieiunio Christi, & aliorum &c. Ita posset dici ad Richardum, & Paludem. Affinitas in primo, & secundo gradu est de iure diuino olim ligante in lege ueteri, & modo ex constitutione obligatorie ecclesię, quę occasionem sumpserit a lege uete. Quia autem dicit esse cōtra legem naturę, concedi potest ad intellectum supra tactum largē, seu improprie: Sed cum dicitur Matthæi. xiiij. Non licet tibi

Affinitate nō eē de iure diuino probat exēplo horarum, ieiunij.

habere uxorem fratris tui. additur uiuentis, & redarguit Christi pluralitatem uxorū. Hoc enim est contrarium legi diuinę scriptę, q̄ quis habeat uxore fratris sui uiuentis. ¶ Quartū dubium. Communiter dicitur. Consanguinei succedunt in rebus defuncti. Sed uxor est res uiritergo eo defuncto deberent succedere consanguinei, ut habeant eam uxorem: sed ita affinitas non impedit, quin frater fratris uxorem habere possit, quod est contra conclusionem secundam. ¶ Præterea. bonę fidei possessor p̄scribit in re non sua: ita q̄ ex lapsu temporis res erit sua, quę prius non fuit sua, ut supra distinct. xv. quæst. xiiij. Sed possibile est aliquem habuisse uxorem multis annis bona fide, de qua nunc dicitur: q̄ ante contractum suus cōsanguineus eam etiam habuerit ergo per p̄scriptionem iam licite habebit eam. ¶ Ad primum, conceditur intelligendo de bonis, quę uerē sunt eius possessio. Vxor uerō, quę cū uiro in matrimonialibus ad paria iudicatur, & sit cū eo una caro, non est proprie possessio uiri, sed ita habet uirum, sicut uir eam, & ita possidet uirum: sicut uir eam. Dicitur autem intelligitur de re, quę possidentur & non possidentur regione. ¶ Ad secundū pariformiter dicendum, ut supra distinct. xv. quæstio. xiiij. Hinc propter malam fidem unius, puta nocentis coniugis: tota possessio est male fidei. Itē ex lege diuina prohibente non potest in re illa fieri p̄scriptio. Mulier enim semper fuit male fidei &c. ¶ Quintum dubium. An bene sequatur, Ego & tu sumus affines: ergo & filius, qui a me propagatur, est tibi affinis. Dicendum: q̄ non sequitur: quia quādo parentes sunt affines, filius interdum mutat attinentiam, seu genus attinentiæ si enim ego, & tu sumus affines: quia ego contraxi cum consanguinea tua: si ego ex tua consanguinea habeo filium, filius ille mutat attinentiam: quia est tibi consanguineus, & non affinis, ego uerō sum tibi affinis, sed filius meus est tibi consanguineus: quia fortassis nepos tuus. sic ergo mutat attinentiam. Sed si ego, qui sum maritus consanguinę tuę, procreauero filium ex alia muliere, ille nec

Dub. 4. K Cōsanguinei succedunt in rebus defuncti.

Dub. 6.

Dub. 7. M Casus notandus.


Dub. 8. L An bene sequatur ego, & tu sumus affines, ergo, & filius.

est tibi affinis, nec consanguineus. Si uerō tu consanguineus uxoris meę filium procreas: filius ille non mutat genus attinentiæ, sed est mihi affinis: quia tu pater ei es mihi affinis. Sed si tu, & uxor mea estis in linea equali, uel in equali consanguinitatis, & tu es remotior scilicet in tertio, & uxor mea in secundo, tunc filius tuus mutat gradum affinitatis: quia tu es affinis meus in tertio gradu, & filius tuus in quarto. Sed si uxor mea est remotior, scilicet in tertio gradu, & tu in secundo, tunc filius tuus non mutat gradum. Ita loquuntur Doctores iuris in arbore affinitatis. Sic colligi potest ex illo dicto, q̄ filius quandoq; mutat genus attinentiæ. Interdum nihil attinet tibi. Interdū mutat gradum. Interdū nec genus, nec gradum mutat. ¶ Sextum dubium. An bene sequatur. Ego, & tu sumus affines: & ego nō possum habere filiam tuam: ergo nec tu meam. Respondetur q̄ non, quia si consanguinea tua esset uxor meā: tū bene posses contrahere cum filia mea genita ex alia muliere: quia in nullo attinet tibi. Nec enim consanguinitate, nec affinitate iuncta. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsan illa excederet quartum gradum. Constat enim ex dictis, q̄ affinitas non contrahitur inter cōsanguineos uiri, & consanguineos mulieris, sed uirum, & consanguineos mulieris, & econtra. ¶ Septimum dubium. Sit casus. Aliquis uxore sua mortua uult contrahere cum consanguinea uxoris nō obstante affinitate in tertio gradu. An in dispensatione oportet facere mentionē specificam de affinitate, & publica iustitia, ubi simul coincidunt: aut sufficit face

re mentionem de affinitate solum. Coincidunt autem simul in proposito, cum contraxit cum uxore defuncta, & eam cognouit. Respondet Panormitanus. capit. Non debet de consanguinitate, & affinitate p̄missa una regula. Quando duo sic se habent: q̄ unum uenit consecutiue ad reliquū, uno immutato, seu sublato, etiam censetur immutatum, seu sublatum id, q̄ consequitur ad aliud. Sic in proposito: si publica honestas necessario comprehenderetur sub affinitate, factis est de affinitate fecisse mentionem. & sic procedit glos. in cap. allegato. Vt si impetro dispensationem, ut liceat mihi ducere uxorem consanguinei mei defuncti non obstante affinitate in tertio gradu: ex quo recitando factum dixi: q̄ fuerat uxor cōsanguinei mei, consequenter licet tacite, publicę honestatis iusticiam. Si enim fuit ipsi uxor: ergo ex contractu sponsalium interuenit publicę honestatis iustitia. Et sic per consequentiam uidetur sublatum impedimentum publicę honestatis: cum datur dispensatio, ut supra. Nō enim potuit esse uxor cognita sine iustitia publica, & affinitate. Si uerō non comprehenderetur ex narratione, & serie uerborū, ut puta, impetraui dispensationem, ut liceat mihi ducere Margaritam mulierē, non obstante q̄ est mihi affinis tertio gradu: non ualet dispensatio, si ultra affinitatem erat publicę honestatis iustitia: ex quo de ea non fuit facta mentio expresse, uel tacite. Affinitas enim potest contrahi fornicario coitu sine matrimonij contractu prauo. Et sic procedit glo. supra per arbore affinitatis.

Cct

Arbor Affinitatis.



DISTINCTIO. XLII.



DE Parentalium graduum famosa quaestione &c. In hac distinctio XLII. & ultima tract. de matrimonio magis agit. de impedimento cognationis spiritualis, & legalis, & secundis nuptiis. Et stat sententia eiusdem in tribus conclusionibus. ¶ Prima. Spiritualis germanitas siue propinquitas est inter com matrem, & commatrem: & inter eos, quorum unus alterum de fonte leuauit, uel in catechizatione, aut confirmatione tenuit, & inter filios eiusdem hominis carnales, & spuales. ¶ Secunda conclusio. Nul li licet cum comatre sua, aut filia spuali, quã de sacro fonte leuauit: uel in catechizatione, aut confirmatione tenuit, aut sacro baptisinate tinxit, matrimonium cograhare. Si uerò post matrimonium legitimũ, siue propriũ, siue uiri filiu dũtaxat mulier de fonte susceperit: uel in cõfirmatione tenuerit, non debet ob hoc a uiro suo diuorari. ¶ Tertia conclusio. Filij spirituales, & adoptiui naturalibus nõ possunt matrimonio copulari. Nec licet alicui duas commatres unam post alteram, nisi certo modo habere. Nec prohibetur uir, & uxor sua simul suscipere puerum de fonte. Nec sunt secundæ, aut tertiæ, aut quartæ nuptiæ prohibitæ.

sacramentorũ communicatione scilicet baptismi, & confirmationis. capit. ul. de cogna. spirituali. lib. vi. Cuius ratio potest esse, quia hæc cognatio spiritualis imitatur carnalem, seu naturalem cognationem, quãtũ pot. Sicut enim per carnalem homo recipit esse naturæ: ita per regenerationem, & regenerati cõfirmationem accipit esse gratiæ. Et sicut p carnalem propagatus contrahit affinitia cũ propagatẽ patre, & matre, a quibus naturaliter propagatus: ita per spirituale regenerationem, qua procedit ad uitã gratiæ, & actiõis meritorie, cõtrahit quoddam uinculum cum regenerante, uel cõfirmante: tanquam cum patre, aut matre spirituali, dei personam representante, & eius ministerium exequente, & cum leuantibus, aut suscipientibus ipsum in p̃ceptione sacramentorũ illorũ, qui scdm Rich. supplẽt uicẽ maris spiritualis, ecclesiæ scilicet. Hoc aut nõ fit in alijs sacramentis. Verum hæc non est ratio cogens. Nisi enim robur traheret ab ecclesiæ institutione, in promptu esset replica de sacramento penitentia. q̃ est secunda tabula post naufragiũ. ¶ Solet aut sic notificari. Est propinquitas personarum pueniens ex datione sacramenti baptismi, uel confirmationis: uel ex baptizati, aut confirmati suscepiõne. Addit Palu. Vel unione ad dantẽ, seu suscipientẽ, robur trahens ex ecclesiæ institutione. ¶ Dicitur primum, propinquitas personarum, ut supra de affinitate. Dicitur proueniens ex sacramento baptismatis, aut confirmationis. Ista enim duo sunt quasi natiuitas spiritualis in utero, & ex utero. Iam enim regeneratũ per baptismum ecclesiæ, ecclesiæ fortificat, & robore donat confirmationis sacramento, ut baptizatus nomen dei intrepidẽ cõfiteatur, corde, ore, & opere. ¶ Carechismus causat cognationem spirituale largo uocabulo, quã imitatur carnalem, sed non dirimit matrimonium. cap. i. Per catechismum. lib. vi. de cogna. spi. & cap. Contracto, extra. eo. ti. Valde erroneo refert tenera ad exorcismum &c. & spiritum suscipere iam baptizatum. ¶ Dicitur ex datione sacramenti, & non dicitur de tẽtion ead solẽnia præcedentia sacramenti

QVÆSTIO VNICA.

ARIMA quaestio de impedimento spiritualis cognationis, & legalis: Vtrum cognatio spiritualis, & legalis matrimonium impediant contrahendum, & dirimant post contractum. ¶ Notandum primò. Cognatio spiritualis matrimonium impediens, & dirimens est uinculum, seu proximitas personarum proueniens ex eo, q̃ aliquis aliquem baptizauit, uel confirmauit, aut suscepit de baptismo, uel confirmatione. Et oritur hoc uinculum dumtaxat ex duorum

Catechismus causat cognationem spirituale

collationem. Vnde dicitur cap. j. de cogn. spiritali li. vj. Nedom inter baptizatum, & eum, qui illum suscepit, de baptismo, ac inter eundem baptizatum, & suscipientis, & filios uxorem ante susceptionem carnaliter cognitam ab eodem immo etiã inter suscipientem, patremq; baptizati, & matrem cognatione spũalem in baptismo cõtrahi iure constar. Et per hoc cessant multa dicta antiquorũ doct. & modernorum eosdem imitantium, nõ habitis constitutionibus ecclesie in nominis iuribus. Sed ponitur casus tangit q; linteum, in quo inuoluitur pater que suscipit de fonte iam baptizatum secundum more ecclesie, sed nõ puerum ipsum. Respondetur, si puer inuolutus est linteo, quẽ tangit, sufficere tactum immediatũ linteũ, & mediatum pueri. Ad hoc est ritus rorius ecclesie. ¶ Dicitur consequenter se eundem Palu. Vel unione ad dantẽ, aut suscipientem. Nam ut dicitur in glos. ca. Martinus. de cogn. spi. Comparnitatis acquiritur uxori carnaliter cognita per uirum, & econtra. Nam cognatio spiritalis contracta per maritum, extenditur ad uxorem cognitam carnaliter matrimonio consummato, secus si non erat cognita. Si ergo alter coniugum matrimonio iam consummato suscipit filium alicuius de fonte sacro: ambo coniuges tales efficiuntur comparitres parentibus infantis. Hinc si uir leuat, fit per hoc directe comparer, & uxor ei? legitima carnaliter cognita fit commater per uirum suum leuantem, & econtra quia ut dicunt doc. iuris, maritus communicat uxori, quam cognouit carnaliter, actiones spiritalis: Non autem passionem. Vnde si filius mariti ex muliere alia baptizatur, uxor ipsius etiam ab eo cognita non efficitur commater leuantis, uel baptizantis. xxx. q. iij. Si quis unus. & in lib. vj. ca. j. in Gloss. de cogn. spirit. quia respectu filij non comunicantur sibi actiones carnales. Dicitur est notanter ad uxorem cognita carnaliter: quia enim per matrimonij consummationem facti sunt una caro, ideo quod deinceps unus agit: & alter coniugum agere dicitur. Secus si comparitas matrimonij præcessit, aut

copulam carnalem conjugalem. Puta si aliquis leuauit de fonte filium a. & b. coniugum: dehinc contrahit cum Berta, quã uel solum desponsauit de presenti, aut cum ea commixtionem habuit: talis Berta uxor sua nullam habet compariternitatem cum parentibus infantis per eius maritum olim de fonte leuati ante contractum: quia tunc cum leuaret infantem, illa uxor nondum effecta fuerat una caro cum eo. Hinc mortuo illo, qui leuauit filium coniugum priorum. a. & b. & mortua uxore ipsius a. poterit Berta relicta olim leuantis ante contractum, dicere a. maritum, & ex cõsequenti Berta poterit habere duos comparitres, unum post alium. ¶ Ex illo habetur, q; cognatio spiritalis dupliciter transmittitur ad aliam personam ceteris paribus. Vno modo per cõmixtionem carnalem conjugalem. Sic. r. transit a uiro in uxorem carnaliter cognitam ante leuationem. c. Martinus. de cogn. spiritali. Secus de commixtionẽ non coniugali, & concubinariã. Communis enim opinio habet q; cognatio spiritalis non extendatur ad coitum illicitum, & fornicarium. Ita in ca. Martinus. & Richard. & Palu. Nam unitas carnis est causa sine qua non, sed non propter quã huiusmodi transmissionis cognationis. Sicut in bigamia, quã non causatur ex nuptijs sine copula carnis, non tamen ex copula carnali sine eis. Nec cogit dicitur S. Thoma in contrarium. Nec uerum est hoc dictum uniuersaliter: Vbi eadẽ causa, ibi idem ius: sed intelligitur de potest. Potest quidem esse idem ius: si ita fuerit simili institutum. Nec facit ad propositũ dictum Apostoli. j. Corint. vj. Qui adheret meretrici & c. quia alium habet intellectum ad literam. Oportet stare determinationi ecclesie in hac re, & non rationi scholasticã. Alio modo transmittitur a patre in filios suos, & ita descendit a patre in filium, & non econtra. Hinc inter baptizatum, & proles, seu filium baptizantis non potest esse matrimonium. cap. Ex literis. de cognatione spiritali. siue isti filij sint nati ante, siue post compariternitatem, dummodo tamen per alterum illorum deuentum est ad compa-

gnitatem. capit. Tua. eodem titu. Per hunc ergo actum oritur cognatio spiritalis in omnibus, & per omnia, sicut oritur ex persona leuantis, seu suscipientis de baptismo: ut in libr. vj. de cognatione spiritali. Quia extendatur etiam ad prolem illegitimam, probat Panor. cap. vlti. de cognatione spirit. quia mulier de qua text. fuit filia sacerdotis, qui baptizauerat iuuenem. nihilominus inter iuuenem, & eam orta fuit spiritalis cognatio, quã potest dici fraternitas, & sororitas. Erant enim frater, & soror spiritaliter. Extenditur etiam ad spirituos: ut in eo. cap. quia illa fuit filia sacerdotis. Et cum dicitur: Ex datione sacramenti, non includitur solennitas: quia nihil facit ad hoc. ¶ Secundò notandum. Cognatio spiritalis matrimonium impediens, & dirimens non habet gradus: sed tres species. Et quandoque nominatur paternitas, quandoque compariternitas, quandoque fraternitas secundum diuersitatem personarũ. Et si placet hoc extendere de cognationem spiritalẽ solum impediens, non dirimens, secundum hoc reddantur singula singulari. ¶ Prima species, paternitas, & filiaçio spiritalis dicta attenditur inter baptizantem, confirmantem, suscipientem, aut leuantem, & baptizatum, confirmatum, susceptum, seu leuatum. Sic enim dans sacramentum, quo contrahitur cognatio spiritalis, uel baptizatum suscipiens, dicitur patrinus, uel matrina. Suscipiens sacramentum, hoc est baptizatus, aut confirmatus, dicitur filius, filiulus, uel filiola. Et cum sacramentum baptismi est uerum sacramentum, & ius loquitur indistincte de baptizante, & baptizato, ideo non est curã, dum baptismus alias ritẽ conferatur, siue fiat in necessitate, uel extra, cum uel sine solennitate a sacerdote, uel laico: sed tamen baptizato: licet pro tunc heretico. Et recte nominatur species illa paternitas spiritalis, quã est inter regenerantem, & regeneratum, confirmantem, & confirmatum, leuantem, & leuatum, inftar generationis car-

Not. 2. B tres species cognationis spiritalis.

nalis, in qua sunt pater, & mater, & proles genita. Administrans sacramentum est pater spiritalis, suscipiens est mater spiritalis: quia representant personam ecclesie, & habet se etiam actiue ad sacramenti collationem. Leuans, aut susceptus dicitur proles, aut filius, uel filia spiritalis. Et possunt esse simul plures suscipientes, li. vj. cap. Quamuis. ideo solent connecti personã actiue se habentes ad personam passiuẽ se habentem, scilicet baptizans, & suscipiens baptizatum. Suscipere dicitur, qui tenet ad fontem seu baptizantẽ, seu qui leuat de fonte. Primũ causat cognationem spiritalẽ largẽ, quã contrahitur per catechismum, quã impedit solum, non dirimit contractũ & c. Secundum uerò cognationem spiritalẽ proprie dictã, de qua hic sermo phibent, & dirimentem. ¶ Ex illo sequit primã speciẽ cõtrahi inter quinq; personas. scilicet baptizantẽ, aut cõfirmantẽ, baptizantẽ, aut cõfirmantẽ, leuantẽ, uel suscipientẽ, uxorem baptizantis, aut cõfirmantis, uxore suscipientis, uel tenentis: ut in Grecia, ubi sacerdotes, & episcopi habent uxores. Sic simili mō dicitur de catechismo, quo ad impediendum matrimonium dumtaxat. ¶ Secundò sequitur unũ, & eudẽ hominẽ posse habere duodecim parẽtes spũales p se, scilicet sex paternos, & sex maternas ut si fuerit primũ baptizatus in pelui in domo necessitatis tempore, & leuatus a coniugatis carnaliter copulatis, & dehinc catechizatus in ecclesia, & tentus a coniugatis, & tertio confirmatus, & susceptus a coniugatis, ut in Grecia, ubi sunt sacerdotes coniugati. Primũ habet baptizantem. Secundum, suscipientem. Tertium, catechizantem. Quartum, tenentem. Quintum, confirmantẽ. Sextum, tenentem. Ecce sex paternos. Item primã habet matrinam uxorem baptizantis. Secundam uxorem leuantis. Tertiã, uxorem catechizantis. Quartam tenentis. Quintam, confirmantis. Sextã, tenentis. Ecce sex maternas. Per accides potest habere plures. Non ex parte dantium sacramentum: quia est unus minister, nec ex parte uxoris: quia non est pluralitas uxorũ licitas: sed ex parte tenentium, qui si

Contra concilium trident. sessio. 24. cap. 2.

Vnus & idẽ hõ pot habet duodecim parẽtes spirituales.

plures fuerint, ad omnes extenditur paternitas spiritualis eodem modo. lib. vi. s. aut de cognat. spir. Item ex parte catechizantium, Olim n. alius exorcizabat, alius catechizabat. nra solum loquuntur de catechismo. lib. vi. Per catechis. & ca. Contrac. ex. eo. ti. Et secundum hoc etiam intelligenda sunt priora dicta de duodecim patris, & matris. & c. Secunda species dicitur compaternitas, uel comaternitas, & attenditur inter patrem spiritualement pueri, & patrem eius carnalem, siue inter regenerantem sacramentaliter, & generantem carnaliter. Et contrahitur dupliciter. s. immediate, & mediate seu directe, & indirecte. Directe, seu immediate inter dantem sacramentum, & carnales parentes utroque regenerati: inter leuantem, & parentes carnales leuati. Indirecte, inter uxorem cognatam regenerantis, & parentes carnales regenerati. Inter uxorem cognatam leuatis, & parentes leuati. Si enim dans sacramentum non est factus una caro cum sua, si qua habet: sic de leuante, quia forte neuter habet uxorem, aut nondum cognatam inter regenerantem item inter leuantem, seu suscipientem solum, & non inter eorundem coniuges contrahitur compaternitas cum parentibus carnalibus regenerati aut leuati. Et dicitur compaternitas, quia dans sacramentum, & leuans seu suscipiens regeneratum sunt cum parentibus carnalibus regenerati patres spirituales, uel comatres: ideo dicuntur, & comatres: quia cum parentibus carnalibus facti sunt parentes spirituales regenerati, non inter se. Sic de confirmatio ne suo modo. Et quandoque transit haec species cognationis ad unum coniugum alio mediante: aliquando no. Si enim aliter coniugii, cum facti sunt una caro, suscipit filium alicuius de fonte, uel ad confirmationem, alter coniux fit compaternitatis carnalium regenerati: ut dictum est. Si autem suscipit filium alterius coniugum tantam, siue fuerit natus ante consummationem, siue post consummationem matrimonij de alia persona, qua de coniuge, non efficitur compaternitas nisi illius coniugis solum, cuius est filius. Hinc notat Durand. & Palud. Si ali

Secunda species.

qui debent esse comatres, requiriturque alter sit pater spiritualis, & alter carnalis pater. Sic determinate si debet esse comatres, idem requiritur. Hinc sequitur, quod inter baptizantem, & confirmantem non est compaternitas, cum sint ambo patres spirituales: nec inter plures suscipientes inter se, nec inter leuantem in baptismo, & suscipientem ad confirmationem: quia oportet semper unum esse patrem spiritualement, & alium carnalem. Nec inter dantem sacramentum, & suscipientem sacramento praeditum: nec inter patrem, & matrem. Nec refert hinc, an filius sit legitimus, uel illegitimus. Transit enim a patre, & matre in filios etiam illegitimos: sed non a coniuge in coniugem, nisi legitimum. Ex illo colligi potest qualiter quis potest habere plures comatres, & comatres successiuos: quia nemo prohibetur comatrem uxoris habere, nisi sit comater sua: sed comatrem suam, siue sit facta comater propter se, siue propter alium, prohibetur habere. Tertia species cognationis spiritualis dicitur fraternitas spiritualis, quae contrahitur inter filium tuum spiritualement, & filios tuos carnales; hoc est inter confirmatum, & carnales filios confirmantis, leuatum, aut suscipientem, & carnales filios leuantis, aut suscipientis, regeneratum, & carnales filios regenerantis. Et recte nominatur fraternitas spiritualis: quia hoc modo sunt fratres spirituales: siue sint nati ante hanc compaternitatem contractam inter suos parentes carnales, & parentes spirituales regenerati, siue post. cap. Tu nos. de cognat. Non autem inter fratres baptizati, confirmati, seu leuati, & filios baptizatis, seu leuantis quandoque susceptos. xxx. quest. iij. Sine quibus. & capi. Tu nos. ubi supra. Item nec inter filium spiritualement, & alios filios spirituales. Alioquin baptizati ab eodem sacerdote, uel confirmati ab eodem episcopo non possent contrahere: & sic in toto episcopatu uno, aut in tota parochia una, non possent aliter inter se contrahere. Similiter nec inter filios spirituales, & adoptiuos. quia oportet ex parte una subesse carnalitate, & ex alia

D Tertia species.

spiritualitate: quia talis spiritualitas non transit in tertiam personam, sicut nec excommunicatio. Secundum istam speciem tertiam, quae est fraternitas spiritualis, potest quis per se loquendo attingere sex personis. s. filio, uel filiae baptizantis, leuantis, catechizantis, tenentis, confirmantis, suscipientis, & similiter filio exorcizantis, si diuiduntur a se inuicem catechismus, & exorcismus, non autem filijs coniugum, quibus paternitas communicatur. Non enim sunt frater spiritualis filiae uxoris patris mei quam aliunde suscepit, ne transeat in tertiam personam: quia illi in nullo attingit carnaliter isti qui dedit mihi sacramentum: uel me suscepit: sed solum per affinitatem. Nec filijs adoptiuus: quia sicut unus compaternus semper erit spiritualis, & alter carnalis, si debet esse compaternitas: ita & haec esse oportet: quod s. unus frater sit carnalis filius alter spiritualis filius. Nec filijs spiritualibus: ut alibi. Nec fratrem filij spiritualis ad filios dantis sacramentum: quia unus fratrum semper erit spiritualis, alter carnalis. Epilogando nunc dicta, prima species est paternitas inter patrem spiritualement, & filium spiritualement. Secunda compaternitas inter patrem carnalem, & patrem spiritualement. Tertia fraternitas inter filium spiritualement, & filios carnales eiusdem patris spiritualis. Tercio notandum: quod in cognatione spirituali etiam actiue contrahenda, non est differentia in sexu. siue enim sit masculus, siue femina, potest caeteris paribus contrahi cognatio spiritualis. c. Veniens. de cognat. spiri. Nam dicit Paulus. Non est masculus, neque femina, omnes in Christo unum sumus, & unum habemus patrem, ergo & c. & per omnem sexum contrahi potest. Quarto notandum. Ad hoc, quod coniuges possint sibi communicare actiones suas ad contrahendum cog. spi. ex facto alteruterius, requiritur: quod eorum matrimonium sit consummatum copula carnali praecedente huiusmodi compaternitate. Sic enim matrimonium iam inter eos consummatum, ambo coniuges sunt compatres parentibus infantis. Non sic cum est ratum tantum: sed non consumma-

Not. 3. E

Not. 4.

tum. Quinto notandum. Cognatio legalis sic describitur. Est propinquitas personarum ex adoptione proueniens. Adoptio uero est extraneae personae in filium, aut filiam, in nepotem, aut neptem & c. legitima assumptio. Est enim quaedam imitatio filiationis naturalis. Dicitur extraneae personae siue masculinae, siue feminae: per quod secundum Richard. intelligitur omnis persona, quae non est in potestate adoptantis, siue sit de eius carnali cognatione, siue non. Dicitur in filium, aut filiam: quia uterque sexus potest adoptari. Et sicut quis potest adoptare aliquem in filium, ita in nepotem, in neptem, & deinceps eadem ratione. Dicitur legitima: quia solus ille potest adoptare, qui non est lege prohibitus. Et cum est edictum prohibitorium, ideo licet cui non est prohibitus. Dicitur assumptio. Assumitur enim in filium: non autem est uere filius, nisi adoptiuus. Ratio potest esse. ars imitatur naturam, quantum potest, & supplet eius defectum. Et sicut alius quis nascitur in mundum generatione carnali, ita per artem, seu constitutionem iuris, quod est ars aequi, & boni, potest alius adoptari, & ita quodammodo gignitur pro suppletionem defectus filiorum naturalium, aut releuamine pauperum, & pauperum. Talismodi in filium assumptio, adoptio dicitur. Adinuenta est lege cuius si accedente approbatione iuris politici, ut qui non possunt habere filios per naturam, habeant per adoptionem. Hinc dicuntur filij secundum fictionem, & adoptiuus non naturalis. Adoptiuus, quia sponte eliguntur. Consequenter sicut per carnalem generationem causatur propinquitas personarum: ita per adoptionem filiorum causatur propinquitas legalis. Sexto notandum. Adoptionem una est imperfecta: ut puta quae non perfecte imitatur carnalem filiationem, per quam adoptatus non transfertur in potestatem adoptantis, & retento nomine proprio dicitur adoptio. Unde magis est dispositio ad adoptionem perfectam, quam adoptio perfecta. Alia perfecta, per quam adoptatus transfertur in potestatem adoptantis, & mutato nomine uocatur arro-

Not. 5. Cognatio legalis quae.

Not. 6.

gatio. Quia is, qui arrogatur, rogatur. i. interrogatur, an uelit arrogari. Et arrogans interrogatur, si uelit hunc esse suum filium. Et ita ex ui uocabuli requiritur uerbum utriusque expressum, arrogatis, & arrogati. Hinc infans non potest arrogari, sed adoptari. ¶ Differunt in quatuor. Primo, quia non potest arrogari, nisi qui sui iuris est. Adoptatur autem, qui non est sui iuris. Secundo, arrogatus transit in potestate arrogantis, non sic adoptatus. Tercio arrogatus habet de necessitate legitimam in bonis arrogantis, unde siue emancipet eum, siue non, debet ei relinquere legitimam suam, seu quantam bonorum. Adoptatus non sic. Unde non tenetur ei relinquere, sed si adoptans moritur ab intestato, succedit adoptatus. Quarto, arrogatio non fit nisi auctoritate Principis. Adoptio uero cuiuslibet magistratus competentis. Hæc Palud. & sanctus Thom. cum Richar. ¶ Septimo notandum: quod legalis cognationis, seu adoptionis tres sunt species aut gradus. ¶ Primus gradus, seu species est quasi linea descendens, quæ attenditur inter patrem adoptantem, & filium uel filiam, nepotem uel neptem, & sic deinceps, adoptatum, uel adoptatam. hæc est linea descendens, sed non ascendens. cap. unico. de cognatione legali. Secunda species est quasi collateralium, seu quasi collateralis linea. Et est inter filium, seu filiam naturalem adoptantis, & filium, uel filiam adoptiuam. Item inter duos filios filiorum adoptiuorum, secundum Glor. ubi supra. Tertia species est quasi affinitas, uel per modum affinitatis inter patrem adoptantem, & uxorem filij adoptati. Item inter filium adoptatum, & uxorem patris adoptantis. Sed non inter patrem adoptantem, & matrem adoptati, secundum Angelum in Sum.

Not. 7.

Art. c. 2. Cocl. 1.

¶ Quantum ad articulum secundum ponendæ sunt conclusiones. Prima, de cognatione spirituali. Ex duorum duntaxat sacramentorum datione baptismi, scilicet orationis, & confirmationis, oritur cognatio spiritualis, quæ matrimonium impediatur, & dissoluatur. lib. vi. cap. Quamuis. de cognatione spir. De hoc notabili primo. Dictum est

notanter; quæ matrimonium impediatur, uel dissoluatur. Nam licet ut habetur. xxx. q. j. c. Omnes. & c. Ad limina. in sacramento penitentiæ etiam orationis spiritualis cognatio inter sacerdotem, & cõfiteentem: tamen non dirimit post contractum, nec impedit contrahendum, quauis accedens ad filiam spirituale penitentiæ peccet, sicut & baptisimus, quæ regenerauit. Et patet illa exclusiua: quia ex datione aliorum sacramentorum non ubi supra. ¶ Secunda conclusio: per catechismum cognatio spiritualis contrahitur matrimonium impediens contrahendum, non tamè dirimit post contractum. lib. vi. de cognatione spir. c. Per catechismum. ¶ Tertia conclusio. Cognatio spiritualis secundum omnes suas tres species ex sacramentorum baptismi, uel confirmationis datione contracta, præcedens matrimonij contractum impedit contrahendum, & dirimit post contractum. Patet cap. j. de cognatione spir. lib. vi. & xxx. q. j. Dicitur notanter præcedens: quia sequens compaternitas non dirimit matrimonium præcedens. ¶ Quarta conclusio. Compaternitas scienter, uel ignoranter inter coniuges superueniens matrimonij uinculum non dissoluit: sed a debiti redditione quandoque impedit. c. Si uir. de cognatione spir. Cum enim uinculum præcedit, non potest dissolui, nisi per mortem ciuilem, si est tantum, aut naturale, si est consummatum, secundum prædicta. ergo per sequentem cognationem spirituale uinculum dirimi non potest, siue scienter, aut ignoranter contracta sit. Dicitur uinculum, quia de actu secus. Nam aliquando impedit, aliquando non impedit actum quoad debitum conjugale: ut in. c. Si uir uel mulier. Si enim, ut est casus in cap. allegato, alter coniugum coniugis alterius filium suscipit de fonte, aut aliud simile facit, unde cognatio spiritualis contrahitur secundum prædicta in necessitate, aut eum baptizat in articulo mortis, uel cum non habetur alius potens, aut potens puerum baptizat imminente necessitate, in nullo præiudicatur sibi quoad debiti redditionem, uel exactiorem. Idem dicendum secundum Richard. Palud. & Panor. si hoc fecit ex probabili ignorantia, etiam præter causam neces-

Cocl. 1.

Cocl. 2.

Cocl. 4.

sitatis. Si uero scienter hoc facit ex inducitur, uel malitia, perdit ius petendi debitum: quia sua fraus ei non debet patrociniari. Et debet mortua coniuge stare sine spe coniugij. xxx. q. j. De eo. Ex cõsequenti talis quantum in se est, prinatur exercitio matrimoniali propter consequentem cognationem spirit. Sustinetur autem coniugium, ne fraus dolo patrocinetur. Cum autem prinatur iure suo, quod est petere, relicto onere, quod est reddere, fraus non patrocinetur isti: sed obest. Et licet litera præcedens innuat contrarium, cum dicit: Nec alter alteri debitum debet subtrahere. intelligitur secundum Panor. sciens non debet ignorantem exactum debitum subtrahere, uel indistincte, si ambo sunt ignorantes. Et si replicatur: Christum solum excepisse causam fornicationis: uerum est quoad repellendum coniugem a domo, & cohabitatione, & non solum a thoro. Nec locum habet hic compensatio in delicto propter enormitatem delicti, & reuerentiam cognationis spiritualis, seu honestatem matrimonij. Et secundum hoc possunt concordari dicta doct. in hac materia. Sed quid, si ducitur quis ignorantia iuris? Responderet Palud. quia talis ignorantia non nocet in damnis uitæ, hic autem qui non uult perdere ius petendi debitum, certat de damno suo, & cum leuare filium suum est solo iure positio ecclesiæ prohibitum, igitur non impedit. ¶ Ex illo colligitur, quod parentes non debent leuare proprios filios ad confirmationem, uel de fonte: sed nec baptizare, confirmare &c. quia alius esse debet de cõgruo, & honestate pater carnalis, alius spiritualis. nisi necessitas hoc exigat xxx. q. j. c. Ad limina. ¶ Coroll. Ad contrahendum cognationem spiritalem requiritur animus, & scientia. Unde si quis credit se tenere filium A. & tenet filium alterius, puta B. non efficitur pater spiritualis baptizati, saltem ad dirimendum matrimonium post contractum: quia habuit ignorantiam respectu huius, & animus suus fuit in contrarium, in hoc scilicet, quod noluit illum tenere ad fontem. secus si uoluisset eum tenere: sed noluisse contrahere cognationem spiritalem: ut in-

Coroll.

fra in dubio septimo. requiritur ergo scientia. Sic si instante multitudine baptizatorum credens se recipere, uel tenere filium alterius, tenet proprium, si hoc facit ignoranter, excusatur: nec fit sibi ex hoc præiudicium in debito coniugali. Secus si dolose apprehenderet suum proprium filium, ut ex hoc celebraret diuortium. talis siquidem dolus secundum prædicta non debet patrocinari. ¶ Quinta conclusio. Cognatio spiritualis est impedimentum perpetuum, nec extinguitur ex morte personæ, per quam, uel qua mediante est contractum. Ratio huius est ecclesiæ uoluntas, & matrimonij honestas. Et per hoc patet solutio ad dubium, si queritur. An cognatio spiritualis sit impedimentum perpetuum. An extinguatur per mortem personæ. ¶ Sexta conclusio respicit impedimentum cognationis legalis. Cognatio legalis legitime facta, & matrimonium impedit, & dirimit auctoritate iuris canonici, & ecclesiæ approbatione. xxx. quest. iij. Ita diligere. Et ita tenent doct. & habet Panormit. de cognatione. le. Approbat autem ius canonicum in uno expresse, in alio tacite, & implicite. Quia magis prohibetur matrimonium in linea recta, quam in transversali, hoc est in prima specie seu gradu, quam secunda. Oportet autem cognationem istam legitime fieri, prout ius disponit, cum debita solemnitate, si debet ualere. Cur uero sit impedimentum ab ecclesiæ institutione, & approbatione. Sanct. Thom. dat rationem cum Richard. quia sicut consanguinei, & affines, ita & adoptati pariter, & arrogati solent cum naturalibus filijs familiariter conuersari, & in eadem familia manere. Ne ergo habeant ex cohabitatione diutina inter se fomentum, & incentiuum luxuriæ, exclusi sunt, & illegitimati a coniugio inter sese legibus humanis. Et quidam illegitimati perpetuo, quidam ad tempus solum, de quo sequens conclusio. ¶ Septima conclusio. Prima cognationis legalis species similiter & tertia, perpetuam: Secunda uero temporalis, & quandoque finien-

Cocl. 5.

Cocl. 6.

Cocl. 7.

dam habent de contrahendo matrimonio prohibitionem. Cuius ratio est propter reverentiam, quã debet adoptatus, & uxor eius habere ad adoptantẽ, & eius coniugem, quã cum perpetuo debet durare, perpetuo impedit matrimonium. Et licet illud impedimentum possit dici temporale, est tamẽ perpetuum respectu effectus perpetui, quẽ inducit. Secunda uerò habet prohibitionem, quã diu sunt in patris potestate, & quã diu manet adoptio, uel arrogatio. Unde mortuo patre, uel emancipato filio possunt adinuicem contrahere de cogn. le. c. unico. Præterea talis prohibitio est propter interpretatiuam filiationem, quã prouenit ex adoptione, & ideo durare adoptione, & nõ ultra durat cognatio. Item secundum. S. Thom. legalis cognatio impedit propter cohabitationẽ, ideo casta cohabitatione tollitur cognatio. Sic inquit Rabi Moyses. Lege diuinã prohibita sunt personẽ a coniugio, quã habebant necessariò manere in una domo, & familiaritate. ¶ Ostaui conclusio. Propter adoptionem legitime factam oritur cognatio, nedum inter patrem adoptantem, & adoptatum; sed etiam inter adoptatum, & filios adoptantis. Si quis ergo uult filium suum naturalem dare filiaẽ adoptiua in coniugem, opportunum est, ut prius emancipet filiaẽ adoptiua. xxx. q. iij. Per adoptionẽ. ¶ Nonã conclusio. Sicut filius illegitimus non potest contrahere matrimonium cum filia spiritali patris sui, seu cù sorore carnali legitima, uel cum alia consanguinea ita nec cum filia adoptiua. Ita habet Palud. post sanctum Thomam. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum. An cognatio spiritalis potest contrahi per procuratorem. Dicendum ex mente doc. Multa fieri prohibentur, quę tamen facta tenent. Ita in proposito. Non debet quis admitti per procuratorem; si tamen sit, tenet factum secundum Panor. de cogn. spir. c. ueniens. Veri dicta doc. hic non concludunt sine iuris dispositione, quã sola sufficit. ¶ Secundum dubium. An non baptizatus possit contrahere cogn. spiritalẽ, leuando, aut baptizando. Respondetur: quod non: quia

Cõcl. 8.

Cõcl. 9.

Arti. 3.

Dub. 1.

H

An con-

trahitur

cogn.

spualis

per pro-

curato-

rem.

Dub. 2.

non subest constitutionibus ecclesiæ. Cõcordat. S. Tho. q. j. artic. iij. ¶ Tertium dubium. An baptizans obsterix contrahat compaternitatem spiritalẽ. Respondetur: quod sic; ut supra. ¶ Quartum dubium. An leuans, qui dicit in animo suo se nolle contrahere, contrahat cogn. spiri. Sic de baptizante, & suscipiente &c. Respondetur: quod sic, ex statuto ecclesię sic ordinãtis. Vide, quõ cõ hoc stare possint dicta cõclusionẽ quartã, quã requiritur animus, & scientia. ¶ Quintum dubium. Vtrum filij duorum compatrum possunt adinuicem contrahere. Respondetur: illa persona, per quã deuentum est ad compaternitatem, non potest matrimonium contrahere cum aliquo de filiis baptizantis, aut leuantis, siue sint geniti ante, siue post cõpaternitatem. Efficuntur enim adinuicẽ filij spiritalẽs. Et eundem modum dicitur de persona, per quã deuentum est ad cõpaternitatem, intelligitur de baptizata, seu leuata. Iteus in baptizate, seu leuata. Nam leuans, seu baptizans potest contrahere cum sorore leuati, seu baptizati. Et ideo si per eos, aut alterum eorum parentes uenerunt ad compaternitatem, non possunt contrahere. Filij autem duorum cõpatrum, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, possunt contrahere de iure communi, nisi consuetudo aliud habeat. Si uerò consuetudo disponit, ut permittantur matrimonia, possunt contrahere; quia habent pro se ipsõs cõmunẽ, & cõsuetudinem. Si cõsuetudo disponit oppositum; aduertendum est secundum Panor. c. Super eo. de cogn. spir. Aut consuetudo habet; quod tale matrimonium sit de iure nullum, & quod sit ibi impedimentum dirimens, & impediens: & seruanda est consuetudo, cum contrahere ei generaret scandalum pusillorum. Si habet consuetudo; quod sit impediens tantum, nõ dirimens; cõsuetudo inter illos, per quorũ neutrum deuentum est ad compaternitatem; matrimonium contrahitur; seruandum est: ut in. S. Verum. præfati capituli, hoc est, dissimulandum est, ne uelut cõsuetudini cõtrahatur, & ne consensus adhibeatur. ¶ Sextum dubium. An consuetudo ualeat ad habilitandum, uel inhabilitandum

Dub. 3.

Dub. 4.

Dub. 5.

I Vtrũ filij duorum cõpatrum possunt contrahere.

Dub. 6.

K

Andam aliquos ad matrimonium. Ad hoc Panor. in c. Super eo. & post eũ Angelus. uer. Impedimentum. xvij. Aut consuetudo habilitat alias inhabiles ex prohibitione, uel constitutione iuris positiuã; puta de iure canonico prohibitio est in secundo, & tertio, & quarto gradu consanguinitatis, & sic non ualeat cõsuetudo. Videtur enim talis consuetudo esse contra honestatem, & bonos mores: maxime secundum Aug. xv. de ciuit. dei. c. xvj. Ex quo infert consuetudinem a Papa non approbatam nõ posse tollere impedimentum publica honestatis iustitiam: quia non ualeat consuetudo contra honestatem ecclesiæ. c. Cum decorem. de uita, & hone. cleri. Aut cõsuetudo inhabilitat alias habiles: ut in filiis duorum compatrum, per quorum neutrum deuentum est ad cogn. spirit. Et tunc aut consuetudo habet locum, quod solum impediatur, non dirimat, & ualeat, ut non contrahatur. Aut habet, ut dirimat coniugium, & sic ad tempus ualeat: ut uoluit Inno. cap. Super eo. quia peccauerunt contrahendo contra consuetudinem patris. xxx. quæst. v. Aliter: Aut habet, ut dissoluatur in perpetuum, & tunc si est approbata per Papã, saltem tacite ualeat. Sin autem, non ualeat secundum Hostien. Panormit. sentit oppositum, ubi cum consuetudine occurrit scandalum. Verum dictum Panor. uidetur esse ex parte dubium. Cum enim dicit non posse esse consuetudinem contra illam ecclesiæ prohibitionem, quã est in tertio, aut secundo gradu consanguinitatis, hodie non est consuetudo in oppositum. Sed an induci possit, dubium uidetur. Non enim uidetur esse de iure diuino, aut naturali nisi alludenter, & ita improprie. ergo est iuris positiuũ humani. Et si dicitur: Nulla consuetudo improbat a iure sufficit abrogare ius positiuum: prædicta est huiusmodi igitur: Dicendum, maior est uera si est improbat a iure positiuo diuino, uel naturali. Hinc Gerson. lect. iij. de uita animæ. Consuetudo nunquam dicenda est corruptela, nisi ubi legem diuinam, aut naturalem lædere conuincitur. Nam sicut consuetudo est altera na-

An consuetudo ualeat ad habilitandum uel inhabilitandum.

tura, ita lex consuetudinalis quasi lex naturalis habenda est. Sed præsens non uidetur huiusmodi, tamen si sit de lege diuina olim obligante, ut supra patuit. Si autem maior intelligitur de iure positiuo, seu improbatione facta a iure matris positiuo, intelligitur dupliciter. Aut comparando improbationem ad consuetudinem præcedentem eam: & sic conceditur: quia consuetudo præcedens non potest tollere constitutionem superuenientem. Aut comparando ad sequentem eam, & sic apud aliquos negatur. Non enim uidetur, si in aliqua constitutione super pure positiuã diceretur sic: Præcipimus hoc ita fieri, nec uolumus aliquam consuetudinem in cõtrarium ualere: quin si prima pars illius constitutionis, si nude poneretur sine adiectione secundæ partis, esset abrogabilis, etiam sit tunc abrogabilis cum secunda adiecitur. Est enim secunda pars adiecta iuris positiuũ præcisẽ. igitur & abrogabilis. Et si abrogabilis, quomodo potest facere primam non esse abrogabilem? Aequẽ enim contingit recedere a clausula secunda probante consuetudinem futuram, sicut a principali. Ad hoc Gerson ubi supra. de uita spiritali animæ lect. iij. Coroll. xij. Omnis lex humana, uel positiuã potest abrogari in eo, quod non necessariò participat cum naturali, uel diuina &c. Item leges positiuæ firmantur, cum moribus utentium approbantur. ergo a contrario sensu, si moribus utentium non approbantur, non habent firmiter ligandi. Quia autem Panormit. dicit illam consuetudinem esse contra omnem honestatem, & quasi nõ rationabilem: Potest dici. Aliquam consuetudinem esse contra honestatem, & ex consequenti irrationabilem, potest intelligi tripliciter. Primò, quia actus ille ductus in consuetudinem est contra dictamen rationis recte; etiam postquam ductus est in consuetudinem: ut fornicari, seu filium contrahere cum matre sua, aut filiam cum patre. Secundò, quia actus præcedentes inducentes consuetudinem fuerunt contra di-

Leges positiuæ firmantur, cù moribus utentium approbantur.

Amen rationis recte, & mala fide facti. Attamen succedentes primis fuerunt in bona fide. Tertiò, quia constitutio, contra quã est inducta consuetudo, facta fuit certa, & rationabili causa, ac ratione, quæ ratio etiã hodie habet locum: sed nihilominus consuetudo est in contrarium. Si primo modo, est petitio principii, quia affirmatur, quod probandum uenit. Deberet enim ostendi illam obseruantiam esse honestati contrariam, non obstante consuetudine in oppositum. Est enim sensus. Sic contrahere est illicitum etiam post inductam consuetudinẽ in contrarium. quod utiq; dubium est. Si secundo modo, nulla consuetudine posset ius aliquod posituum aboleri. Rarò enim contingit, quin actus primi inducentes consuetudinem sint illiciti, & contra rationem. Si tertio modo, nulla festiuitas Christi, uel sanctorum posset abrogari, stante semper cultu diuino, & honore sanctorum, quicquid sit de labore necessario, aut utili laicorum. Itẽ si propter rationem illã, uel illam, hoc, uel hoc uenit agendum præcisẽ, ergo ante legis editionem quandoq; fiendam stare causa rationabili constitutionis edenda, in merè posituis homines essent obligati non posito aliquo præcepto superioris. ergo ratio non sufficit: sed requiritur mandatum superioris. Quia si ratiõ, uel expressè consentit in legis suæ obseruantiam, non seruantes non puniendo, nec legitime contradicendo, prout fieri oportet, censetur populum obligare a lege. Cum dicitur esse irrationabilis, negetur. Sufficit enim eam esse consonam rationi: uel non dissonam iuri diuino, aut naturali. ratione cuius potest dici rationabilis negatiue, ideo non irrationabilis. Vnde consuetudo dicitur rationabilis: quia non contraria diuino, aut naturali iuri. & hoc sufficit. Nec requiritur eam fundatam esse super ratione. Nec oportet, ut uideatur ad obrogandum ius posituum consuetudinem esse rationabilem ad hunc sensum, qd subsuerit ratio prægnans, & patet deinceps nõ seruandi legem posituum datam: sed recedendi ab ea, & qd ratio maior sit pro-

nunc de recedendo a lege, quam olim fuerit pro edenda lege. immo si nulla subest ratio in merè posituis: nisi qd posteri uiderent priores id non seruasse, nec ipsi seruant bona fide credentes, qd priores habuerunt causam, nec constat de eorum mala fide, uidetur sufficere, dum modo id quod fit nec est contrarium iuri diuino, nec naturali: nec fouet turpitudinem, scandalum, aut inhonestatem, de qua fortè hic esset modica dubitatio: sed non apparet inhonestas. Scandalum si uenit ex ignorancia, tolli potest. Si est acceptum, & ex malicia procedens, non curatur: sed floccipenditur exemplo Christi &c. Et dicit Angelus dictum Panor. intelligendum fore de consuetudine generali, quam Papa scit, & approbat, non particulari. Valde deniq; refert, Papam in casu particulari dispensare, & legem tollere in uniuersali. Hoc enim magnum in ecclesia dei afferret scandalum. Sic secundum eundem in Sum. uer. Impedimentum. xvij. Papa posset in casu particulari, & ex causa dispensare in gradu primo consanguinitatis in linea inxquali: sed non uniuersaliter. Sic de affinitate. ¶ Sed quid si alia est consuetudo marito in loco suo, alia uxori? Respondet Panor. cap. j. de sponsa. Si consuetudo disponit solum de solemnitate matrimonij contrahendi, seruanda est consuetudo patrie, uel loci: ubi matrimonium contrahendum uenit de facto, dato, qd ambo sint forenses, & peregrini: quia non potest talismodi consuetudo uiolari sine scandalo. Sic ait August. ad Casulanum epistola. lxxxvj. Et ad Ianuarium epistola. cxviii. ex ore sancti Ambrosij. Ad quam fortè ecclesiam ueneris, eius morem serua: si cuiquã non uis esse scandalo, nec quemquam tibi. Si uerò consuetudo disponit super executione, uel alijs seruandis post contractum debet attendi consuetudo domicilij mariti. Vxor enim sequitur domicilium mariti, & matrimonium uidetur contractum destinatione animi ad domicilium mariti. Vnde si consuetudo, aut statutum domicilij mariti habet: qd maritus lucreretur mediam partem dotis, si su-

peruixerit, seruabitur ibi illa consuetudo, licet in loco, ubi contractum fuit matrimonium, sit alia consuetudo, uel statutum. ¶ Sed diceret aliquis. An statutum patrie possit disponere circa matrimonium? Clarum est ex dictis, qd circa substantialia, & essentialia matrimonij, quæ sunt ordinationis diuinæ, nullam potest facere alterationem. Laici enim non possunt disponere circa matrimonij substantiam: nec cohibere personas uolentes ex concessione diuina contrahere: aut pœnas infligere saltem minando, ad intimidandum matrimonium, quod debet esse liberum, secundum prædicta. distinct. xxix. Possunt autem circa solemnitates, quæ faciunt ad eius honestatem præcisè, aliquid statuere pro bono reipublicæ, salua semper libertate contractus matrimonij. ¶ Nunc dicta possunt breui epilogo sumari, ut sciatur, quæ personæ sunt prohibita a contractu matrimonij propter cognationis spiritualis impedimentum. Paternitas spiritualis contrahitur inter baptizantem, leuantem, uxorem cognitam, baptizantis, uxore cognitam leuantis, & baptizatum seu leuatum. Non qd illæ personæ baptizans, leuans, uxor baptizantis, aut leuantis inter se contrahant paternitatem: sed singula earum cum baptizato, aut leuato, quia uir, & uxor communicant sibi actiones: ut puta inter baptizantem, & baptizatum, leuantem, & leuatam, coniugem leuantis, & leuatam. Sic dicatur in confirmationis sacramento. Et suo modo in catechismo cum moderamine super tacto. Et non sunt aliæ personæ, Compaternitas contrahitur directè inter dantem sacramentum, inter leuantem, & parentes regenerati, siue leuati. Indirectè inter uxorem dantis sacramentum, & leuantis de fonte, & parentes regenerati, siue leuati, aut leuati. & inter nullas alias hic expressas. Non qd leuans, aut regenerans inter se contrahant: sed singulus eorum cū regenerati parentibus: scilicet leuans, aut baptizans cum parente baptizati pueri: ut supra. Sic de exorcismo, & catechismo suo modo. ¶ Circa quod hæc infallibilis data est regula. Ad contrahendũ

compaternitatem inter personas aliquas necesse est alteram ex eis esse parentem carnalem, alteram spiritualem. Sic de commaternitate, ut supra notabili secundo. Fraternitas contrahitur inter baptizantis, ac leuantis carnales filios, & baptizatum, seu leuatum. Solum enim filij, aut filia baptizantis, aut leuantis sunt fratres spirituales baptizato, aut leuato. Non qd proles baptizantis cum prolibus leuantis sint inter se fratres: sed cum baptizato, leuato, aut leuato. Sic de confirmatione, & catechismo similiter dicendum, cum moderamine præmissio, quoad catechismum. ¶ Hinc notetur regula. In fraternitate spirituali oportet semper unam personam esse genitam carnaliter legitime, uel illegitime, & aliam genitam spiritualiter, si debet inter eas esse fraternitas, ut supra notabili secundo. ¶ Septimum dubium. An quis cognoscendo suam cognatam spiritualem, uel legalem, committat incestum. Respondet Palud. non committitur incestus, nisi in affinitate, & consanguinitate, in qua sunt uerè cognatæ. Sed est peccatum inobediencie ad mandata ecclesiæ, quod quis transgreditur. ¶ Octauum dubium. Quia ratione ex sacramentali, puta catechismo, oritur cognatio spirit. & non ex sacramentis alijs, utiq; maioribus sacramentali. Item pari ratione in prædicatione uerbi dei qua docetur quis rectè uiuere. Item in oratione quæ utiq; non minus promouet ad bonum quàm catechizatio. Respondetur, ratio congruitatis dari potest: quia in catechismo fit quasi professio fidei quandoq; suscipiendæ, & ita est præambulare ad regenerationem spiritualem. Sicut publicè ho. iust. causatur ex contractu sponsalium quæ præcedit matrimonium consummatum: quia est futurarum nuptiarum sponsio. Hoc autem non fit alijs sacramentis maioribus catechismo, ideo non est par ratio. ¶ Si quaeritur de Pauli doctrinatione, & catechizatione: Dicendum. Non contrahitur ratione eruditionis aut instructionis: sed statuto ecclesiæ, & modo tali ut statuit ecclesia. ¶ Nonum dubium. Cum cognatio spirit. nulli bono matrimo-

An statutum patrie possit disponere circa marr.

Quid si alia consuetudo est marito in loco suo, alia uxori.

Regula.

Dub. 7.

Dub. 8.

Dub. 9.

nij contrariatur, cur & unde est impedi-
mentum. Supposita ecclesie institutione:
dicendum. Et si non impedit aliquod
de principalibus bonis matrimonij, nec
fidem, nec prolem, nec sacramentum:
impedit tamen familiariter conuersatio-
nem, & ita minus principale, & secun-
darium bonum matrimonij. Si enim li-
ceret passim contrahere non obstante
illa spiritali contrahenda. Cum enim hic inter sese cō-
traherent, alibi contrahere non possent.
Ut ergo alibi familiaris amicitia quærat-
ur, personæ illæ sunt inter se per eccle-
siam illegitimæ, quasi iam familiariter
coniunctæ. Illæ rationes tamen parum
faciunt: sufficit auctoritas ecclesie, &
eius institutio. ¶ Decimum-dubium. Sit

Dub. io.
O

casus: Maritus uult alicuius filium leua-
re de fonte, reclamante uxore sua cog-
nita, & legitima. Cui non consentit uir:
sed cum effectu leuat. An in hoc casu
stante uoluntate uxoris communicent
sibi actiones spirituales. Respondetur
post dicta supra, q̄ sic, & sufficit animus,
& scientia suscipientis: ratione cuius sit
communicatio actionum, esto q̄ sit non
uolens uxor, quia non potest statutum
ecclesie impedire: ut de continentia cle-
ricorum. Et posita causa sufficienti cog-
nationis spiritalis, ponitur cognatio
spiritalis. Causa sufficiens est pater-
nitas mariti ad leuatum, ergo commu-
nicant sibi compaternitatem: & transit

Dub. ii.

a uiro in uxorem cognitam. ¶ Undeci-
mum dubium. An quis potest suscipere
ad fontem, uel confirmationem fra-
trem suum aut sororem, & si inde con-
trahatur cognatio spiritalis. Respon-
detur hoc non debet fieri quia sufficit cog-
natio carnalis. Si tamen sit, tenet: &
oritur alia propinquitas a priori carnali

Dub. iz.

scilicet paternitas &c. ¶ De cognatione
legali dubitatur duodecimo: Quis possit
adoptare. Dicendum q̄ id edictum est
prohibitorium, ideo prohibiti non pos-
sunt. Primò prohibentur mulieres ra-
tione sexus muliebri: quæ licet possunt
contrahere cognationem spiritualem:
sed non legalem. Cognatio enim spiri-

tualis fit per sacramenta, quibus omnes
homines regenerantur ad eternam hære-
ditatē, & ideo ibi nulla est discretio. Se-
cus in legali, quæ fit ad successionem hæ-
reditariam temporalem. Itaq; mulier nec
adoptare potest, nec arrogare, cum non
habet filios naturales in propria potesta-
te, nisi ad solatium amissorum liberorū,
cum id ei conceditur a Principe causa
reipublicæ in bello. Secundò prohibetur
quis ratione ætatis. Minor enim natu-
riorem, & seniores adoptare non potest.
Esset enim monstrum filium fore maio-
rem natu patre. Debet ergo adoptans
plena pubertate præcedere adoptatū in
xviij. annis: ita q̄ possit eum naturaliter
gignere aut generasse. Arrogare uero nō
potest quis alium nisi habeat sexaginta
annos. Et minor sexaginta annis arro-
gare non potest: nisi causa cognita: quia
protunc adhuc magis intendere debet p̄
creationi filiorum. Potest autem ado-
ptare alium, dummodo plena pubertate
eum excedit. Tertio, ratione impotentie
naturalis: ut frigidus a natura qui nunq̄
actum carnalem exercere potuit aut po-
terit. Qui uero accidentaliter castratus
est, potest adoptare. Sic sterilis, qui licet
possit coire, non tamen potest generare:
immo propter talem adoptio maxime
inuenta est. Quarto ratione patriæ po-
testatis: ut filij familias. Qui enim non
est sui iuris nō potest adoptare alium, uel
arrogare. Cum enim est in potestate a-
liena, alium in sua habere non potest.
Cæteri uero tam coniugati quā nō cōiu-
gati siue uir, siue mulier possunt indiffe-
renter adoptare, & arrogare. Ita habet
Richard. & Palud. ¶ Decimum tertium
dubium de effectu adoptionis, qui secun-
dum Palud. quintuplex est. Primus, ado-
ptans transit in patriam potestatem ado-
ptantis. Sumendo adoptionem cum iure
arrogationis. Item quando adoptio
facta est ab auo, uel pro auo in recta li-
nea, uel alio superiore. Secus de col-
lateralibus, & extraneis. Secundus est
successio: succedunt enim ab intesta-
to sicut naturales, de quo in legibus.
Tertius est alimentum: quia tenetur eum
adoptans alere, licet non tenetur eum
hæredē

hæredem instituire, quia in morte fini-
tur adoptio patre adoptante mortuo.
Durat aut in uita filio nō emācipato. Et
tenetur econtrario huiusmodi adoptat⁹
patrem adoptantem inedia confectum
alere. Quartus, quia potest pater indi-
gens eum uendere, sicut & filium natura-
lem instante necessitate famis. Nec ob-
stat, quod in Eldra, & Neemia reprehē-
duntur, qui filios proximorum in ser-
uos, & ancillas emebāt: quia emere erat
eis peccatum, sicut ad usuram mutua-
te. Deberent enim necessitatis tempore
gratis mutuari. & sic erat illis emere
peccatum instante magna necessitate pro-
ximū. Sed alij licite poterant uendere.
Quintus effectus est causare cognationē
legalem, & ita impedire matrimonium
ut supra uideatur in legibus, & docto iu-
ris. Hæc Palud. ¶ Decimum quartum du-
bium, quomodo dissoluatur adoptio.
Respondet Palud. post Hostien. in sum-
ma. Primò morte naturali arrogantis,
uel adoptantis. Secundò morte civilis: cū
s. pater damnatur in metallū, uel in insu-
lam relegatur. Secus si ad tēpus relegat⁹.
sic enim retinet filios in patria potesta-
te. Tertio, propter delictum, etiam sine
amissione ciuitatis, cum contrahit nu-
ptias incestuosas. Quarto, solui dignita-
te, ut si filius fiat patricius, uel episcopus,
quia per hoc tollitur patria potestas et
naturalis. Quintò per sententiam, quia si
feratur sententia contra patrem filii peten-
tē, secundum ueritatē remanet in pote-
state patris: si prius erat in potestate pa-
tris. habetur tamen pro emācipato, quia
ex quo non est appellatum, sententia fa-
citius, & habetur pro emācipato, seu trā-
sit in rem iudicatam. ¶ Sexto pro emāci-
patione. ¶ Est autem emancipatio patriæ
potestatis relaxatio, secundū Hostien. de
cog. le. coram cōpetente iudice facta. Sic
dicta: quia extra potestatem patriam fi-
lius ponitur. Emancipatio filij naturalis,
& legitimi regulariter non fit nisi utroq;
consentiente, patre. s. & filio. & est actus
uoluntarij iurisdictionis. ¶ Cōsequenter
dicunt. licet pater non cogatur emanci-
pare filium, nec filius emancipari tamen
in aliquot casibus pater cogitur eman-

Du. 14.
Quot
modis
dissolua-
tur ado-
ptatio.

Dub. 3.

Emanci-
pacio
quid.

cipare filium. Primus, si filium suum ma-
le afficit uerberibus contra pietatē. Secū-
dus, si compellit eum in corpus suū pec-
care. Palud. dicit. Si compellit filiū in cor-
pus suū peccare. Tertius, si pater agnouerit
legatum sibi relictum modo tali, seu
sub conditione emancipandi filium.
Arrogator autem impuberis arrogati co-
gitur eum dimittere, & emancipare, si pu-
bes factus probat; q̄ arrogatio, hoc est
mendicitas uera, sibi non conueniat.
¶ Epilogando de cogn. lega. contrahit-
ur primò inter patrem adoptantem, &
filium adoptatum. Secundò inter filium
naturalem adoptantis, & filium adoptan-
tum. Tertio, inter patrem adoptantē, &
uxorem filij adoptati. Item inter filium
adoptatū, & uxore adoptatū. Et ibi stat⁹.

QVÆSTIO II.

SECUNDA quæstio: Vtrū
secunda nuptia sint licite, ho-
nestæ, benedicendæ, ac sacra-
mentum sicut primæ uerè di-
cendæ. ¶ Ad istam quæstionē supposito p̄
articulo primo quid nominis terminorū
ex præcedentibus, respondendum erit
pro articulo secundo aliquot conclusio-
nibus. ¶ Prima. nedom secundæ nuptiæ
approbatur ab ecclesia: sed etiam teritiæ,
& quartæ, immo ulteriores: ut non so-
lū bigam⁹, aut biuitia quis esse possit, sed
& octogamus, seu octouitria. Pater au-
toritate Pauli. j. ad Timot. v. ubi ad litem
loquitur de adolescentioribus ui-
duis, in quibus adhuc calor concupi-
scentiæ feruet, quæ otiose currunt de
domo ad domum. Vnde ne hæc contin-
gant, sed caueantur, ait. Volo ergo iunio-
res nubere: filios procreare &c. j. Corint.
vij. Nil autem non honestum diuina lex
approbat. Volo (inquit) tales iuniores ui-
duas nubere. non præcipit, ut contrahāt,
sed q̄ id facere possint, insinuat. & quod
unaquq; suum habeat in fornicationis
remedium, indulget auctoritate domini.
Clarius id extenditur, cum inquit. Me-
lius est nubere, quā ui. Nubere non ē
malum: uir uerò malum est, & concupi-
scentia carnis superari. Et. j. Corint. vij.
D d †

Arti. 1.
Cōcl. 1.
De secū-
dis, &
plurib⁹
nuptijs.

Quia si dormierit uis eius, liberata est a lege: cui uult nubat tantum in domino. Vbi ergo inquit. xxxj. q. j. sunt uerò Aug. Nò dicit primus, uel secundus, uel quotus. Nec nobis definiendū est, q̄ non definit Apost. Vnde nec ulla deo damnare nuptias: nec eis uerecundia numerositas auferre. Dominus autē septemuiram non damnat: nec dicit in resurrectione non posse esse: sed t̄m. Neq; nubet, neque nubentur. Matth. xxij. & Marci. xii. Vnde nec contra humanā uerecundia sensum audeo dicere, ut quoties uoluerint, nubant: nec ex corde meo quotaslibet nuptias cōdemnare. Cessat ergo error Cataphrygarum, & Nouatianorum secūdas nuptias damnantiū. Ad hoc. c. Aperiant aures, & sunt uerba beati Hieronymi. Ad idem de secūdis nuptijs. c. pen. Secūda cōclusio. Mulier nubens infra lagubre annum, q̄ facere licet auctoritate apostolica, non incurrit infamiam. Prima pars. j. Corint. vij. Secūda, quia uerba Pauli p̄ferenda sunt legibus Imperatorū, maxime in his, quæ non subiacent auctoritati legis ciuilibus, ut est matrimonij contractus. Tercia cōclusio, de benedicendis nuptijs secundis. Verum aliter de hoc secundum ius scriptū: aliter secundum loci cōsuetudinē dicendū, secundū Hostiē. in sum. de secundis nuptijs. Quantum ad ius scriptū est hæc cōclusio. Si unus ex coniugibus fuit alias benedictus, non debet coniuges de nouo benedici: eum mas, aut foemina ad bigamiam transferit. cap. Vir autem. de secundis nup. Si ergo unus cōtrahentium fuerit prius benedictus siue in matrimonio uero, siue non uero, benedictio non repetitur super utrumque. Si autem primū matrimonij fuit uerū, & caruit benedictione, benedicendū est matrimonium nunc contractum. Sed quantum ad obseruantiam locorum, & regionum dicendum cum beato August. ad inquisitionem Ianuarij, q̄ in his reb⁹ in quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi dei, uel instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Hinc ait. Nò est disciplina ulla in his reb⁹ melior graui, prudentiq; Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere uiderit ecclesiā,

ad quacūq; forte deuenerit. Quod enim neq; contra fidem, neq; contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habendum: & pro eorum, inter quos uiuitur, societate seruandum. Ita in proposito: quia diuersæ sunt particularium locorum obseruantia uetustæ, in his omnibus excusat consuetudo, nisi esset reprobata a iure. Quarta conclusio. dubitans de morte coniugis, nisi prius certior reddatur contrahere, non debet cum alia. Et si contraxerit reddat, sed non exigat debitum. Cōperto de hinc q̄ primus adhuc superest, dimisso secundo: redeat ad primū de secund. nup. c. ij. & supra dist. xxxij. q. j. Quinta conclusio. Secūda nuptiæ, & deinceps ritæ, & legitime factæ, sunt ueræ, sicut primæ sacramentum dicēdæ. Patet ex dictis. Nec est ratio diuersitatis, q̄ conueniunt eis omnia, quæ sunt de essentia sacramenti matrimonij. Quātum ad articulum tertium est dubiū primū. Nulla fornicatio est licita: nuptiæ secundæ sunt secundum rationem ueritatis fornicatio: ergo nò sunt licite, nec honestæ. Minor est beati Ioan. Chryso. su per Matth. Dicendū. male refertur dictū Chryso. Sic enim inquit. xxxj. q. j. hæc ratione. Secundum quidem accipere secundum præceptum Apostoli, licitū est. Secundum autem ueritatis rationem: uerè fornicatio est. id est, signum incontinentiæ. Inculpat ergo causam secundarum nuptiarum incontinentiæ, quæ mala est: sed non nuptias. Sic Ambr. dicit. Duplex matrimonium non est bonum, quantum ad significationem: quia caret honestate significationis, quæ ē in primis: ut sit unius, sicut Christus, & ecclesia. Nec obstat q̄ inducit irregularitatem: hoc enim non prouenit ex culpa contractus: sed ex defectu significationis. immo irregularitas potest contrahi sine omni peccato, & cum merito. Ratione eiusdē dicitur q̄q; carere gloria, & honore. Verū est relatiue ad primas nuptias propter defectum significationis. Secūdu dubiū. Non uideretur esse sacramentum: tunc quia iteratur quia caret benedictione, ac significatione: tū quia impedit alterius sacramenti susceptionem, puta ordinis, q̄ nul

Conc. 2

Cōcl. 3

De benedicendis nuptijs secundis

Cōcl. 4

Cōcl. 5

Artic. 3 Dub. 1

Nulla fornicatio est licita

Dub. 2

DISTINCTIO. XLIII.



POSTREMO de resurrectionis conditione &c. In parte p̄cedēti Magister egit de uulnerati, ac sauciati hominis sacramentali curatione: in hac distin. xliij. & sequen. usq; in finē lib. agit de curati, ac sanati consummationa glorificatione. Prima a culpa. Secūda a miseria liberat. Prima sic sacramentali imitatione, secūda corporis, & animæ glorificatione. Prima est gratiosa, secūda gloriosa. Consummata glorificatio fit per resurrectionem, ac iudiciariam discussionem. Ideo Magister de duobus principaliter agit: Primò, de resurrectione. Secūdo, de iudicandorum discussione. distin. xlvij. De resurrectione sic procedit. Primò ostendit generalem resurrectionem omnium esse futuram, docendo de resurrectione secundum se: Per quod fiet resurrectio. Qua hora: resurgent &c. distin. præsentis. Secūdo, de resurgentiū statu, ætate, statura, qualitate, & cōditione, distin. xliij. Posthac de statu animarum ante corporum resumptionem, uel in purgatorio, distin. xlv. Vel in inferno, distin. xlvj. Materia textualis tribus poterit summari conclusionibus. Prima. resurgent omnes homines, qui nati sunt, & nascentur, mortui sunt, & morietur: nocte media: excitandi uoce tubali archangeli, aut filij dei. Secūda conclusio. Cum uenerit dies domini magn⁹: patefcent abscondita cordium: & forte singuli singulorum, quæ gessere bona, uel mala, clarè cognoscent, citra confusionem electorum, in dedecus malorum. August. xxij. de ciui. dei. cap. xxix. dicit. Patebunt cogitationes nostræ inuicem nobis. non dicit forte. Tercia conclusio. Omnes homines resurgent incorrupti, & sine diminutione membrorum corporis humani. Declarationem conclusionū istarum textus habet.

h aliorum sacramentorū conuenit. Dicēdum contractus secūdos est. uerum sacramentum: quia hic est debita forma materia: signū expressiuū consensūs interioris. Nec obest q̄ hoc sacramētum potest iterari. Deletur enim uinculum per mortē naturalem coniugis secundum Paulum. Nec imprimi characterē. ideo sua iteratione nulla sit iniuria sacramento. uatri monij. Præterea quāuis in se consideratum sit perfectum sacramētum: non tamē comparatiuē ad primū propter defectū significationis, quia caret: cum nò sit una unius: sed carnē diuisit in plures, sicut ut in matrimonio. Christi, & Ecclesiæ. Et forte ratione defectus significationis huiusce magnæ in Christo, & ecclesia, subtrahitur secūdis nuptijs benedictio: maxime quando sunt secūda: ex parte utriusq; coniugis. Si enim uirgo contrahat, benedicitur ut cōmuniter: tū quo ad utraq; personarum quo ad unam tantū. Hic enim aliquo modo saluatur significatione: etiā in ordine ad primas nuptias, secundum S. Tho. Nam etsi Christus unā habeat uirginem castam ecclesiam: habet tamen plures sponsas sibi desponsatas in una ecclesia. Omnis enim anima Christi est sponsa: nec potest esse sponsa diaboli, nisi peccando, & peccatis seruiedo. Et licet significatio etiam possit haberi in secundo matrimonio in se considerato, propter coniunctionem corporum, & animorū: non tamen cum consideratur in ordine ad præcedens matrimonij. Plura alia dici possunt de matrimonio, sed illa collectori iuris ignaro nunc sufficiant: maiorum, & melius sententiarum sententia in omnib⁹ salua, qui ex animo huiusmodi comportata uolo esse subiecta. Forte dicitur mihi, q̄ salcem niserim in messem alienam. Ad quod humiliter dixerim. Cathedrantis officio præditus Pet. de Pal. tex. in iij. in suo scripro utriusq; interpretatus sum per ordinariæ lectionis consummationē. Hinc oportunum fuit eam ipsam, quam tractat materiam, quandoq; in medium deducere. Eci, quod potui: uerius dixerim, conatus sum facere, quod potui, patrum dista mendicando.

QVÆSTIO I.

APRIMA quæstio ueritatem generalis resurrectionis inquiret: una cum effectiua cā resurrectionis omnium. & ē hæc. Vtrum Christi resurrectio sit causa effectiua resurrectionis gñalis omnium hominum infallibiliter quandoq; consummanda, ut fides habet ecclesiæ. Quæstio hæc supponit omnes homines resurrecturos, & q̄ huiusmodi resurrectio sit infallibiliter quandoq; consummanda, & fide credita. Quærit de effectiua causa, an sit Christi resurrectio gloriosa.

Arti. 1. Not. 1. Quid resurgere, & quod resurrectio nō præsupponit duplicē lapsum.

Quantum ad articulum primum: notandum. Licet resurgere secundum beatum August. viij. de Trinit. cap. v. nihil aliud est nisi renouiscere, id est de morte ad uitam redire: non tñ præsupponit resurrectio duplicem lapsum: sicut & surgere non præsupponit lapsum præcedentem. Surgit enim res de non ad esse, quæ prius nunquam fuit in esse: & ita nunquam est lapsa. Sed sicut surgere dicit nouam rei existentiam talem, post non existentiam talem: siue nouam unionem, post non unionem præcedentem, siue præcedat lapsus siue nō: Sic resurgere dicit iteratam existentiam nouā siue unionem: post non existentiam, aut unionem talem. Et sic cui quis resurgit, refumit esse, q̄ perdidit in morte. Ioan. Damas. cap. ult. sententiarum dicit. Resurrectio corpora respicit nō animam. Et est resurrectio eius, q̄ cecidit secunda resurrectio. Hinc nominat resurrectionem corporum, sicut & Ang. lib. xxij. de Ciuita. & in alijs lib. Anima enim est immortalis, ut docet fides: ideo non labitur per mortem naturæ, sed gratiæ. ex consequenti propriæ non resurgit nisi ad uitam gratiæ. Hinc resurrectio secundū Damas. est copulatio rursus animæ cum corpore, & secunda eius q̄ cecidit, & dissoluta, est resurrectio. Ita q̄ ly cecidit, & dissoluta, respiciat mortē carnis, q̄ sit separata anima a corpore morte mediante. Vita enim carnis anima est & uita beata hominis, deus. xix. de Ciui. cap. xxvj. Et quid est mori, nisi animam

a corpore separari: ita q̄ in eo non possit exercere uitales operationes, nec est sibi intime præsens: nec informat ipsum, ut in triduo de morte Christi patuit. Concludit Damas. Corpus ergo resurget, q̄ corrumpitur, & dissoluitur, cum animæ uiuificanti reuinetur. Cum additur ly secunda, excluditur per hoc resurrectio miraculosa Lazari, & forte aliorū secundū August. sup. Ioan. xix. Homi. quæ non fuit ad immortalem uitam, sed ad mortalem, ut puta, filij uiduæ, filia Archisynagogi, qui surrexerunt morturi, ut per hoc nobis insinuaretur quædam resurrectio, ante generalem mortuorum resurrectionem, quæ est ad uitā immortalē gehennæ uel gloriæ. Ad idem. xxij. de Ciui. dei. c. xxvij. ubi refert resurrectionē aliquorū consimilē resurrectioni mortuorum ex nostris, qui resurrexerunt iterum morituri. Ex quo cōtra alios arguitur, negantes resurrectionem ad uitā immortalē, cum admittant resurrectionē aliquorū ad uitam mortale. ¶ Secūdo notandū scdm eundem ut supra, & Eusebium de p̄paratione Euangelica lib. xj. c. xvij. Veram, & gloriosam resurrectionem, quæ est ad uitam immortalē corporis, & animæ, possumus colligere nedū ex canonica scriptura, sed alludenter etiam ex dictis aliorū uerā negantiū resurrectionem, ut cum Platone dicam⁹ animas etiam sanctas redire ad corpora. Cum Porphyrio, non ad mortalia, quia secundum eum ad mala mundi huius animæ sanctæ non redibūt. c. xxvij. ubi supra. Cum ueritate, ad propria. Scribant quidam Platonem sensisse aliquid simile resurrectioni mortuorum, ut habet Cicero in lib. de repub. dicens eum potius iussisse, quā id, q̄ uerum esset affirmādo dicere uoluisse. Narrat enim quendā militē in bello fuisse occisum, & a morte suscitatum, ac de statu suo post mortem, & de animæ immortalitate multa recitasse. Insuper inducit Cornelium Scipionē per somnium instructum esse a patre Scipione Africano de immortalitate animæ. Item commemorat de Labeone, qui fuit scriptor rerum diuinarū dicentē uno die duos fuisse defunctos, & occur-

Not. 1. B Vera, & gloriosa resurrectio quomodo colligitur.

risse inuicem in quodam compito, deinde ad corpora sua fuisse iussos remeare, & constituisse inter se amicos. se esse uiuros, atq; ita factum, donec morerentur. Item Varro, cuius uerba ponit August. ubi supra. c. xxvij. de relictu ammarum ad corpora. dicit secundum opinionem Genethiacorum post quadringētos quadraginta annos redire animas ad pristina corpora, quomodocūq; sint dispersa. Ecce magnā ad catholicæ ueritatis tenorem alludentiam, quā per resurrectionis hostes deus promulgari uoluit, ut phibeant ueritati, quam non acceptant, testimonium. Sic inquit August. in lib. contra Paga. & Ar. contra Virgilium, & Nabuchodonosor stomachando. O alienigena unde tibi hoc dictum? Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Vbi aperte Christo perhibes testimonium. Unde tibi hoc? Quis tibi annunciauit filium dei? Quæ lex? &c. Tametsi etiam intelligitur de Nabuchodonosor, ut ibi de dicit August. cap. xv. ex uisione Daniel. iij. Et concludit. Ignis diuinus te illuminauit &c. Simile adduci posset de Caypha, qui dixit. Expedi unum hominem mori &c. Ioan. xvij. Ad hoc. iij. de Tri. cap. xvij. & viij. de ciui. cap. xxvj. Facilliter itaque possunt tenere cum ecclesia, quod orthodoxa habet fides, ut dicant cum Platone, animas sanctas redire ad corpora, nec tamen ad mala, ut Porphy. tenet. Consequens ergo, ut redeant ad corpora sine sine mansura, & uictura. Et cum Varrone, q̄ idem corpus, & eadem anima quæ fuerant coniuncta in homine, redeant in pristinam coniunctionem. Ostendit etiam possibilitatem contra Platonicos ex eorūdem discipulis, lib. x. c. xxix. ¶ Tertio notandū. Doc. po. nire primam, & secundā resurrectionē.

Doc. cōmuniter ponunt resurrectionem primam, & secundam. Resurrectio prima secundum August. xx. de Ciui. c. vj. & super Io. Homi. xxii. est resurrectio per fidē, quæ est omnium fidelium animarū. Habet enim animæ uitam naturalem, & uitā gratiæ: qua dum per culpam priuantur, moriuntur, & habent mortē suā, manente uita naturę. in de uerbis dñi Homi. vi. Sic ait domin⁹ Matthæi. viij. Sine

mortuos sepelire mortuos suos. i. ut mortui in anima sepeliāt mortuos in corpore. Est ergo impietas animę mors eius, & resurrectio p̄ gratiam gratificatē, seu fidē formatā charitate, eius resurrectio, & uiuificatio. & dñi prima resurrectio, quā non consequitur in hac uita, ad secundā resurrectionē non perueniet, quæ est gloriosa, & beatifica corporis, & animę. Omnes quidē resurgēt resurrectione secūda, quæ est corporis: sed non oēs euadēt mortē gehennæ: & tales cōparatiuē ad resurrectionem primā, qua carēt, dicitur quādoq; carere resurrectione secūda, quæ licet sit corporum in genere, tñ ad beatitudinis cōsecutionē præsupponit uitā animarum. Sic ait Christus Ioā. v. quosdam transire de morte ad uitā. A morte infidelitatis, & peccati ad uitā gratiæ, quæ ē resurrectio prima uiz huius. Et iterum. Procedent, qui benefecerunt in resurrectionē uitæ, procedent in quā de monumentis in resurrectionē corporū perpetui saluandorū. Qui aut mala egerūt, in resurrectionem iudicij. hoc est damnationis, perpetua pœna mortis digni in corpore, & anima propter defectum resurrectionis primæ. ¶ Quarto notandum. Cū dicitur Christi resurrectio causa effectiua nostræ resurrectionis: p̄ nomen Christi resurrectio, intelligitur actiue Christus, qui resurrexit uirtute propria. quæ non est alia a uirtute patris, & spiritus sancti, sed cōmunis omnibus trib⁹ p̄sonis qui sese secundum humanitatem resuscitauit uirtute diuina. Sic Christi resurrectio est Christus resuscitans mortuos, nō q̄ sint tres resuscitantes, sed unus. Unde resuscitare primō attribuitur essentiæ diuinæ, sicut & creare. Sicut. n. dicitur unus creator cœli, & terrę, non tres creatores: ita unus resuscitans. Attamen quia Christus sua incarnatione nobis meruit resurrectionem, & glorificationem, ideo ipsi attribuitur hominum resuscitatio actiue. Alio modo Christi resurrectio sumitur passiuē, & sic est Christus resuscitatus. Dicitur enim per communicationē idiomatum resurrexisse quo ad humanitatem: sicut & cecidit secundum carnem per mortē. Ex illo sequitur: q̄ nomine

Not. 4. C Resurrectio christi quō intelligitur.

Christi resurrectio, potest uenire essetia diuina, cui primò contentis resuscitatio mortuorum, ut supra in primo dictū est. Item uenit Christus in sua propria uirtute resurgens, & mortuos resuscitans. hoc est nomen Christi resurrectio supponit uel pro illo, uel illo actiue, aut passiuē, ut est diuersus modus loquendi de hmoi abstractis, pro quo supponat. Item resurrectio Christi scdm aliquos ē caro. Christi: & est sicut Christus p cōicationem: idiomatū. Nā & caro resurrexit ad uitā, & Christus per cōicationem idiomatū. Caro enim Christi passa ē, & anima eius tristata, & Christus per cōicationē idiomatū. Et ita resurrectio Christi passiuā ē, tam carnis quam Christi. Et resurrectio carnis Christi est causa instrumētalis nostræ resurrectionis: sola essentia diuina causat principalis, sine exclusione diuinarum personarum, quia ly sola additur termino essentiali. Sic conceditur Christi humanitatem fuisse instrumentū miraculorum &c. Item sumitur quandoq; nec actiue, nec passiuē, pro unione animæ cum carne post mortē, secundū aliquos.

¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Hominum resurrectio prima, & secunda est possibilis ex parte potentie actiue diuinæ, & passiuæ, seu obedientialis creaturæ. Prima pars probatur. Non minus est possibile potentie infinitæ diuinæ partes easdem alicuius totius præexistentes reunire, & qualitatiue disponere, quam ipsum totum de nihilo in esse producere. Sed deus potest hominem, cum non est de nouo producere, & de nouo produxit Gen. ij. ergo & reproducere, uel reunire partes dissolutas: quia uerumq; quæ facile est apud deum, etiā si homo penitus esset ad nihilum redactus. Hinc August. xxij. de Ciui. dei c. xxx. Absit, ut sinus uulnus, secretū que natura ita recipiat aliquid subtrahe ut sensibus nostris, ut omniū creatoris aut lateat cognitionē, aut effugiat potentiam. Si dicitur ad præteritū non est potentia: Verū est, ut præteritū est, hoc est, quod est præteritū, fuerit non præteritū, sed ad præteritū est potentia in quantum, quod præteritum est, potest esse futurū, & iterum in esse po-

Arti. 2.
Cōcl. 1.
D.
Homi-
nū resur-
rectio
prima,
& secun-
da ē pos-
sibilis.

ni post sui occasum potentia infinita creatoris, uel potuit non fuisse præteritū. Secunda pars de potentia passiuā creaturæ probatur. Quia omne illud, quod absq; repugnantiā, & contradictionis implicatione potest fieri circa aliqua entia positura, respectu illius talis entia dicuntur habere potentiam passiuam. Sed animam rationalem reuniri corpori post mortem est huiusmodi. ergo. Maior nota. Alias non uideretur, quomodo aliquid diceretur se habere passiuē, & in potentia obedientiali respectu potentie diuinæ. Minor patet ex dictis primæ partis. Ad hoc est August. xxij. de ciui. dei cap. vij. cum inquit. Legebantur præconia præcedentium prophetarum: concurrerant ostenta uirtutum, & persuadebatur ueritas noua consuetudini: non contraria rationi. Et loquitur de resurrectione corporum, & immortalitate carnis. Videtur tamen, quod huiusmodi potentia passiuā nō debet dici naturalis, sed obedientialis, quia omni potentie passiuæ naturali correspondet aliqua potentia actiua in natura creata, per quam reducitur in actū. Sed per nullam creaturæ potentiam potest huiusmodi resurrectio fieri, ut dicitur. Dictum commentatoris. Quia omni passiuæ potentie naturali correspondet actiua naturalis: uerum est intelligendo de potentia passiuā naturali. Secus de obedientiali. Illi enim nō correspondet potentia actiua existens in creatura, sed solum in deo. ¶ Secunda cōclusio. Omniū hominum, qui de facto non resurrexerunt ad uitā immortalē, resurrectio est possibilis diuinæ potentie: suo quoque tempore, ut docet fides, explebitur certissime. Dictū est, qui nō resurrexerunt ad uitā immortalē. Nam scdm Damasc. li. iij. c. ult. Lazarus suscitatus fuit a Christo, iterum moritur: pro qualicumq; ostensione nostræ resurrectionis quandoq; futuræ. Ad idem Aug. super Ioan. Homi. xix. Quia sit possibilis potentie diuinæ, patet ex conclusione prima. Quia sit infallibiliter futura, probatur. Omne reuelatum a deo infallibiliter uenietur reuelatum est esse futurum: resurrectio mortuorum est huiusmodi. ergo. Maior habe-

Conc. 2.
Omniū
hominū
q de fa-
cto non
resurre-
xerunt,
ad uitā
immor-
talem,
resurre-
ctio est
possibi-
lis.

ur in tertio coll. de fide, & in primo. Minor Io. v. Matth. xxv. & j. Corint. xvi. ad Theosal. iij. &c. in Simbo: A postolorum Athanasij, & Niceni concilij. Additum fuit, suo tempore. Aliquatenim creduntur nunc cum Christo uere surrexisse deinceps ad mortuū. xxij. de Ciuita. cap. ij. Et lib. xx. c. xx. & alij Aug. plura de hoc scribit testimonia. ¶ Si incidetaliter queritur, quando surrexerunt, quorum monumenta fuisse operata tempore mortis Christi: Dicendum uidetur, quod cum Christo resurrexerunt, ut testes resurrectionis eius: non prius: sic ipse primogenitus ex mortuis. Apoca. j. Hinc per anticipacionem dictum est Matth. xxvij. Cum anima Christi uere descendit ad inferos secundum August. ad Euodium Epistola xcix. anima eius, de qua legitur, Non de relinques animam meam in inferno: secum recepisse creditur animas patrum usq; ad locum sepulchri, & consummata ibidem sua resurrectione, & ipsi sua resumpserunt corpora ad uitam immortalē, & gloriosam, non propria, sed diuina potentia. ¶ Tertia conclusio. Tamen mortuorum resurrectionem ad uitam perpetuam, & beatificam quādoq; esse futuram non possit manifeste demonstrari in lumine naturali potest tamen apparere rationibus persuaderi. Primā partem ostendit cōclusio sequens, & est cū parte secunda Aug. lib. xix. de Ciui. c. j. cum inquit. Vt clarescat nō tantū auctoritate diuina, sed adhibita etiam ratione, qualem propter infideles possumus adhibere. Ad idem. xij. de Trin. cap. ix. Secunda pars a multis sic ostenditur. Naturale hominis desiderium non potest frustrari in tota specie, & in tota natura. Hoc autē feret, si non esset aliqua beatitudo, quam naturaliter omnes homines uolunt. Maior est primo celi. & j. Metaphysic ubi habetur, quod appetitus naturalis nō est frustra, esset autē frustra si non suum consequeretur finē. Quia autē oēs homines beatitudinē appetāt, est Aug. xij. de Trin. immo Academici, qui de illa. Omnes appetūt beatitudinem. c. iij. Ad idem. x. confessi. c. xx. Si ergo omnes

uolunt esse beati, & beatitudo præsupponit esse: igitur Ex alio secundum Duran. q. j. Decet iustū remuneratorē, ut nullum bonum careat premio, utq; illa cōiungatur in premio, quod sitere unum in labore meritorio: sed deus est iustissimus premia: & animā dedit corpori ad meritum: igitur & in premio habebit eadem: hoc autē non potest esse, eū iam mortuus est homo. igitur beatus Gregorius. xij. Moralium, nititur persuadere resurrectionem ex rerum contemplatione, & specie, & quotus mundus nostram indicat resurrectionem, & iustitiam in suis elementis. Sic lux corporalis oritur, & occidit. Ar busta moritur, & reuiuiscunt &c. Est hic notanda differentia inter resurrectionem nudam, & ad uitam gloriosam &c.

¶ Quarta conclusio. Vera hominum resurrectio ad animæ corporisq; gloriam sempiternam, est fide creditæ: nec ratioe naturali sufficiens demonstrari potest. Quam collectis angelorum ministerio pulueribus uirtus diuina consummabit. ¶ Pro cuius intellecta supponendum. Beatitudo generaliter dicitur creaturæ rationalis perfectionem, nō curādo, in qua præcisē consistat. de quo infra dist. xlix. Et sic omnes homines uelle beatitudinē uerum est in genere, & confusē tantū, saltem uoluntate appetituali, & inclinatione naturali, ut quidā loquuntur: & beatitudinē esse finem omniū, quā diuersi diuersimode sibi præstituerunt pro sua uoluptate, & iocunditate. Specialiter, & in proposito dicitur claram, & intuitiuam dei uisionem amorosam fruitionem.

¶ Secundū supponendum. Appetitus naturalis quandoque est inclinatio naturalis præcisē: qui non est actus liberē elicitus: sed ipsamet res, & naturalis tendentia rei ad id, quod ipsam perficit, & sibi summo pere conducit secundū naturam. ut supra in. iij. collect. distinct. xxij. q. j. Alio modo est actus liberē elicitus conformiter inclinationi naturali. & sic appetitus respectu boni diuinitus reuelati, si sit secundum inclinationem naturalem, ut puta quia appetit beatitudinē quasi bonū, & comodum sibi, potest dici naturalis. ¶ Iste pmissis probatur cōclusio.

Cōcl. 4.

Appeti-
tus natu-
ralis
quādo-
que est
inclinatio
natura-
lis p-
cisē.

fo, primo, qd fit fide credita, auctoritate August. ut supra, & quia continetur inter fidei articulos, & ita præiacens exclu- sue habetur notum. Sed qd ita sola fide credita, quia nulla ratione demonstra- ri potest, factum est facti, & uoluntatis di- uinæ. Non autem potest ratio natura- lis diuinam uidere uoluntatem, nisi ipsa uelit uideri. Hinc Efaiz. lxiiij. A seculo non audierunt, nec auribus perceperunt. Oculus non uidit deus abs te, que præ- parasti expectantibus te. Et Ioan. j. Deu nemo uidit unquam. Sufficit itaque au- thoritas scripturæ, quicquid de hoc som- niauerint philosophi: saltem non fuit eis euident, pro quo eorum conceptus supponerent. Et si quandoq; instituerunt eosdem ad significandum rem incogni- tam, non tamen fuit eis euident talem rem esse &c. Adducuntur nonnunquam persuasiones aliquæ: sed plus tendunt ad nudam resurrectionis ostensionem, nec demonstrant sufficienter: ut etiam Oyta fatetur. q. ij. lib. j. arguendo contra Ockā & Elephat. Sed dicit ibi esse sufficientem certitudinem iuxta materiā subiectā, qd ex ductu rationis naturalis, possit sciri esse aliquam fruitionem quietatē, & la- tiatē uoluntatem humanā. ¶ Quia autē nō possit demonstrari resurrectio beati- ficæ, probatur. Aut enim illa demonstra- tio sumeretur a forma specifica homi- nis. Item quia anima est incorruptibilis. Item non manebit pro perpetuo extra suum totum, ut Scot. deducit; quæst. ij. Sed esto: qd prima sit nota in lumine naturali, non sic alix dux. Animæ immor- talitatem quidam philosophorū inueni- runt. lib. xiiij. de Trini. c. ix. maximo labo- re, & ita senserunt: sed ex hoc non habe- tur clarē immortalitas uitæ æternæ, & beatificæ in clara dei uisione, quia talem esse possibilem sola fides docet. & nō po- test maior esse euidentia conclusionis, qd p- missarum. Item qd non possit p- perpetuo manere extra totum, similiter non est notum ratione naturali. Et si sumitur ra- tio ex aliqua operatione, uel pfectione sibi scdm illam formā conueniente, aut ex desiderio naturali ad illam: oportet concedere, qd omne mediū ex desiderio

naturali sumptum inefficax est, quia ad efficaciam eius oportet primū ostēdere po- tētiā naturālē ad illud. Et si ad hoc adsu- mitur dictum beati Aug. xij. sup. Gen. ad literā. c. penult. dicentis. Inest aīx separa- tæ naturalis quidā appetitus corpus ad ministrādi, quo appetitu retardatur quo- dāmodo, ne tota intentione pergat in il- lud summū celū, qd diu non subest corp⁹, cuius administratione appetitus ille con- quiescat. Atramen ex hoc nō habet pro- positū, etiam admissio qd ex hoc colligit Franc. Ma. in Floribus, animā pprio co- nacu ferri in deū, & qd sit in ea uirtus acti- ua respectu obiecti beatifici. de quo supra in primo. & infra in trac. de beatitudine: Ratio est, quia facile, & recte dici potest: qd intelligitur de appetitu naturali ani- mæ ad informandum corpus suum, cui petit naturaliter coniungi. Sed quod ani- ma dicitur retardari, ne tota intentione pergat in deum clarē uisum, nisi unita corpori, potest habere duplicem intelle- ctum. Vnus est. i. non est perfecte beata omni beatitudine quandoque sibi dan- da post resurrectionem. Et sic potest co- cedi: quia gaudebit post resurrectionem de resurrectione sui corporis: & eius gau- dium extensiuē augmentabitur, cum unita fuerit corpori. Siquidem loquen- do de totali quietatione, totalitate ex- tensiua requiritur, qd quicquid est in na- tura quietabile, ex debito quietetur. Et sic beatitudo hominis quō ad illam totalitatem extensiuam, nō est sine res- titione corporis. Manet enim in anima quidam appetitus ad corpus tanquā ad proprium perfectibile, uel forte materiæ ad animā tanquā ad suū perfectiuū pro- priū, scdm Sco. dist. xlix. q. iii. citra omnē tristitiā, & mentis anxietatem. Alius est. i. non potest ita perfecte, & beatificē in deum ferri sine corpore sicut unita cor- pori, ut dicatur quodāmodo impedita, & ita pari quadam constantem dila- tionem. Et ille nō est uerus, sic anima se- parata non esset uere beata ante resurre- ctionem. qd falsum est. Potest ergo dici retardari. i. carere illa corporis beatitudi- ne, sine tamen quacūq; contristatione, quia conlors est diuinæ uoluntati. Verū

Anima re tarda ri ne to ta inten- tione in deum p- gat di- pliciter intelli- gitur.

id est creditum. Et posito huiusmodi ap- petitu naturali reuionis anime cum cor- pore, non habetur: qd hoc fiat in resurre- ctione beatifica, de qua sermo. Esto etiā: qd ex hoc ostendi posset animæ, & corpo- ris perpetuitas, non tamen sequitur: qd ta- lis erit in dei uisione, & fruitione beati- ficæ, & extra statum uitæ. Potest ergo con- cedi: qd totus animæ appetitus non quie- scabit nisi in resurrectione gloriosa. Præterea per illum appetitum animæ ad administrandum corpus non potest infer- ri eius capacitas ad dei beatificam uisio- nem, sed solum ad suam ultimam per- fectionem; non curādo in quo consistat. Nec qd non possit haberi in hac uia. Et ideo illa ratio Aug. quandoq; minus be- ne allegatur. Si uerō appetitus naturalis sumitur secundo modo, pro actu elicitō secūndum inclinationem naturæ, oportet secūndū Scot. ostendere, qd ille actus sit rectus, non erroneus; & qd sit ad dei ui- sionem, fruitionem, & tenionem beati- ficam in patria, quorum neutrum demon- strari potest. Præterea posset deus homi- nem sine morte media transferre ad pa- triam, ut in statu innocentis futurum fuisse creditur, cessante peccato. ergo re- surrectio non potest naturaliter demon- strari. Nec necesse est hominem mori, ut beatitudinem nascisci possit: sed nunc- stante lege diuina in penam peccati. ¶ De collectione puluerum angelorum ministerio est dictū Christi Matth. xxiiij. Mitte angelos suos cū tuba, & uoce ma- gna, & congregabunt electos eius a qua- tuor uentis, a summo celorum usq; ad terminos eius. Ita tenent communiter doct. Richar. Scot. Durand. Ockam. q. x. quarti. Palud. q. iij. Magister dist. xlvij. Et j. Thessa. iij. dicitur. Descendet in iul- su &c. quia primum iubebit colligi pul- ueres, & cineres ministerio angelorū ad quoscūq; deuenerint sinus. Et ita ad re- surrectionem etiam aliquo modo coope- ratur natura angelica. ¶ Quia resurrectio perficitur uirtute diuina; probatur. Et primō de corporum qualificatione, & fi- guratione, quæ utiq; non potest fieri per angelum. eo qd angelus non potest quā- citiq; formā absolutam in materiā pro-

De col- lectione puluerū angelo- rum mi- nisterio.

ducere: sed solum habet applicare actiua passiuus, ut supra in secundo. In qualifica- tione uerō, & figuratione requiruntur multæ alterationes, & qualitatiuæ dispo- sitiones. ¶ Nec potest fieri per aliam cau- sam naturālē efficientem. probatur, quia ad hanc requiruntur certa instrumenta, locus, materia seminalis &c. Nam secū- dum philosophum. ij. Physic. illa, quæ generantur per propagationem non pos- sunt fieri per naturam nisi ex semine. Il- la autem reparatio erit subito sine semine ex materia puluerum &c. Præterea ab eo erit secūndaria unio, seu unio in resurrectione, a quo primū facta est in animæ conditione, & unione. Sed solus deus animam creat, & creando infundit, ac unit materiæ in prima hominis forma- tione. ergo etiam in resurrectione. Esto deniq;: qd anima seipsam uniat formaliter corpori, & inclinatur ad ipsum, seu ad unionem sui cum corpore tanquam perfectio ad perfectibile, non tamē unie- le effectiue corpori, sed solum formaliter. Vnde, uerō in proposito dicit aliquo modo causam effectiuam soli deo possi- bilem in opere resurrectionis usq; quaq; miraculoso. ¶ Quinta conclusio. Ad re- surrectionem mortuorum nō sufficit uir- tus actiua creaturæ, sed requiritur, & suffi- cit omnipotentia dei cum creaturæ potē- tia obedientiali. Prima pars patet ex præ- cedente conclusione. Sicut enim non sufficit ad generationē hominis, ita nec ad resurrectionem, quæ est non solum ad uitam, sed immortalem incorruptibile, ac gloriosam. Nec obest dictum Pauli. j. Corinth. xv. cum assimulat resurrectio- nem uiuificationi granti mortui. Et Iob. xiiij. germinationi ligni præciosi. ad quæ sufficit uirtus creaturæ. Nec dictum bea- ti Aug. in de quantitate animæ, cum at- tendens prædictas assimilationes, dicit. Si cursum naturalium rerū attendimus, certius nobis erit resurrectionem esse fu- turam, quādam solem eras oriri. Ad primū dicitur, qd arguunt per locum a minori affirmatiue, quasi dicant. Si uirtus crea- ta finita potest granum uiuificare, & li- gnum germinare facere, multo magis uirtus diuina potest mortuos suscitare.

Cōcl. 5. F Ad re- surre- ctionem mortuo- rū non sufficit uirtus actiua creatu- ræ.

Ad Aug. dicendumque intelligitur de certificatione fidei, quantum ad obiecti certitudinem. Sic enim veritas infallibilitatem. Sic enim certius est resurrectionem esse futuram, quam solem eras oriri: sed non evidenti-
 us. Nam certitudo fidei omnem certitudinem superat, ut supra in iij. distinct. xxij. Secunda pars conclusionis probatur. Quia quicquid est possibile potentia passiva se tenente ex parte creaturæ, ad hoc sufficit potentia obedientialis creaturæ. sed resurrectio mortuorum est huiusmodi. igitur. Maior, & minor elarentur ex dictis. Item quicquid recipitur passivè in creatura, ad hoc passivè sufficit virtus creaturæ obedientialis: supposito, quod aliquid ipsius recipientis præcedat huiusmodi receptionem. Sed resurrectio fiet in novissimo die creaturam, & aliquid ipsius, puta pulveres, & anima, præcedunt unionem quandoque futuram. igitur &c. Dictum est supposito: quod aliquid &c. propter instantiam de creatione, ad quam non sufficit virtus creaturæ passiva, sed requiritur quod nihil eius præexistat, aut præsupponatur. alias non esset creatio, ut in iij. collect. ¶ Sexta conclusio. Ad omnes homines, & solū tales pertinet resurrectio mortuorum, quicunque sunt, fuerint, aut erunt de numero morientium. Ista conclusio est fidei, cum dicimus. Carnis resurrectionem. Et Symboli Niceni. Expecto resurrectionem mortuorum. Ad idem Aug. xxij. de Civ. c. xlii. Et in Ench. c. lxxxv. & lxxxvj. Et licet non fuerit (ut videtur) clarum tempore beati Augustini. omnem sortum animatum undecunq; sibi mors accesserit, si moritur etiam in utero, esse de numero resurgentium, quia fuit de numero morientium, & mortuorum: iam tamen non habet dubium.

Cōcl. 6. Ad oēs homines pertinet resurrectio mortuorum.

Cōcl. 7.

¶ Septima conclusio. Christi resurrectio gloriosa est resurrectionis nostræ effectiva causa. Probat: quia causa effectiva resurrectionis est virtus divina, ut supra. sed Christi resurrectio ut supra est, Christus, qui est virtus divina realiter, & essentialiter. ad Heb. j. Vnde Aug. Per verbū carnē sit resurrectio mortuorum. Et Gloss. super illo Psal. lxxvij. Dabit voci suæ vocē virtutis, & est

Cass. Efficaciam suscitandi omnes mortuos. Contra istam conclusionem videntur facere multa, de quibus infra dubio nono. ¶ Quantum ad articulum tertium est primum dubium circa conclusionem primam, An sit aliqua ratio specialis ex parte hominis, quare magis eius resurrectio sit possibilis, quam brutorum, aut alterius rei generalis. Quia sic, videtur innuere Pal. in prima ratione qua ostendit possibilitatem resurrectionis, ex hoc: quia agens manet idem, & principia essentialia hominis manent eadem ante, & post resurrectionem, ergo potest idem homo resurgere. anima enim intellectiva est per se subsistens, & materia incorruptibilis. & ideo non est interruptio in esse substantiali. Dicendum. rationes illæ non cogunt, quia dato, quod omnia essentialia hominis essent annihilata, posset per deum reproduci, & in esse poni ut supra. & habet Ockam quæst. x. quarti. & Scot. quia nisi sic, deus non posset idem esse creare in alia instanti posteriori, quod in instanti priori. Præterea si esse simpliciter interruptum, vel destructum non posset redire idem numero potentia divina agente, apud quam potestas manet semper eadem, deus non posset resuscitare brutum, cuius contrarium legitur de turo per Sylvestrum, & de asino sancti Germani per ipsum suscitator: & ita de alijs. Sed inconueniens est dicere deum hoc non posse, cum nullam includat contradictionem. Non enim dubium: quin asino mortuo mortua sit etiam eius anima sensitiva: & tamen deus posset eum resuscitare ad vitam. Præterea sequitur: quod omnia accidentia corrupta per mortem hominis, quæ fuerunt in eo ante resurrectionem, non possent eadem reproduci a deo. Et si propria passio hominis esset vere accidens, non rediret eadem in resurrectione, cum erat passio totius, ut quidam tenent, qui & habet pro impossibili: quod idem sit sub specie, & non habeat eandem passionem. Præterea potentia animæ secundum eos, qui ponunt eas esse accidentia, cum non sunt accidentia solius animæ, sed totius com-

Artic. j. Dub. i. An sit aliqua ratio specialis ex parte hominis quare magis eius resurrectio est possibilis, quā brutorum.

positi, non possent redire eadē numero, & sic homo post resurrectionem non haberet eandem potentiam auditivam, vel visivam, sicut prius. Præterea nec haberet eandem quantitatem: cum sit accidens inherens rei quantæ secundum eos. Et ideo stante fide de hominis resurrectione, non videtur contradicere: quin & deus posset brutum resuscitare, sed non ad gloriam sempiternam, quia non est capax. ¶ Cum autem dicunt non esse interruptionem in esse substantiali mortuo homine, verum est de esse substantiali partium substantialium materiæ, & formæ. sed negatur de esse substantiali totius. ¶ Si dicitur: Totum nil aliud est, quā suæ partes, quæ quia manent incorruptæ, esse substantiale hominis manet incorruptum, & sic adhuc manet humanitas. Dicendum, totum nihil aliud est, quā suæ partes non quocunq; se habentes, sed unitæ. Est enim totum terminus connotatiuus supponens pro illis partibus, connotando eas esse unitas. Si cut in simili homo sedens nihil aliud est, seu pro nullo supponit nisi pro homine, connotando eum sedere. Sic & illa nomina esse substantiale partium, & totius, supponunt quidem pro eodem, differunt tamen in connotatu. ¶ Si dicitur. Si unio requiritur ad hoc, quod materia, & forma constituant unum; ergo unio licet sit accidens, est de quidditate substantiæ: immo ultima actualitas substantiæ esset per accidens, siue unio sit relatio, siue non. Probat. Illud est de quidditate alicuius, quod est de eius essentia. Sed unio est de essentia humanitatis, gratia exempli: quia siue ea non est humanitas. Alias homine mortuo maneret humanitas eius separatis per mortem corpore, & anima, ex consequenti homo. Dicendum, negando quod unio, vel accidens sit de quidditate substantiæ. ¶ Cum dicitur, quicquid est de essentia alicuius est de eius quidditate: Dicendum. Dupliciter aliquid dicitur esse de essentia alterius. Vel quia est per se res illa, vel pars eius essentialis, & sic verum assumitur. sic accidens non est de essentia substantiæ, quia nec substantia, nec pars essentialis substantiæ. Alio modo quia requiritur necessarii ad esse il-

lius. Et sic causæ in actu sunt de essentia effectus in actu. Et deus sic est de essentia omnium. Omnia enim ab eo dependunt in esse, & conseruari. Sic non est verum: quod quicquid est de essentia alicuius sit de eius quidditate. Et licet unio requiritur ad hoc: quod materia, & forma constituant unum, seu humanitatem, non tamen ob hoc humanitas connotat unionem. Non enim oportet terminum significare omnia, quæ requiruntur ad esse rei significantæ per ipsum. Nam ad esse hominem requiritur causa prima: & albedo non potest esse sine subiecto, & eques non dicitur sine equo, & homine. xix. de Civ. c. iij. sed dicit illa duo, & tamen homo non significat causam primam. nec albedo subiectum, nec eques equum. ¶ Secundum dubium circa conclusionem secundam. Ecclesiast. iij. Vnus est interitus hominum, & iumentorum, quæ non resurgunt: igitur nec homines. Item Iob xiiij. Homo cum dormierit, non resurget. Donec atteratur cælum non euigilabit. Cælum nunquam atteretur, sed in æternū stabit. ergo. Dicendum. Ecclesiast. loquitur more concionatoris, induendo nunc personam huius nunc alterius. In persona stultorum hic loquitur: posterius cum uices gerit sapientis, astruit resurrectionem futuram. cap. xij. Ad secundum patebit infra de mundi purgatione, & innovatione dist. xlvj. & xlvij. Atteret enim cælum, non quantum ad substantiam, sed quantum ad generalem influentiam generatiuam, & corruptiuam in inferiora: cessante motu cæli. Præterit enim figura huius mundi. j. Corinth. vij. Vel potest dici, quod loquitur de cælo aereo, seu elementari. j. Pe. iij. ¶ Si adducitur Matth. xxij. ubi ex dicto Moyse Exodi iij. quem acceptarunt Sadaei in quinque libris eius, qui omnino negant resurrectionem corporum, quia dicunt animam esse mortalem. Quo dicto legis veteris dimissis testimonijs aptioribus ex prophetis, quos non acceptarunt, potest probari resurrectio corporum, & animarum per hoc, quod dominus dicit. Ego sum deus Abraham, Isaac, & Iacob. non est deus mortuorum, sed uiuorum. Sed cum

Dub. 2. Vnus est interitus hominum ac iumentorum quæ non resurgunt; igitur nec homines.

Christus illa loqueretur, uidebant patres tantum in anima non corpore. ergo non erit resurrectio corporum, sed tantum animarum. Respondetur. Patres illi dicebantur tunc uiuere, quia habebant uitam gratiæ. & resurrectionis primæ. Sicut dicuntur uiuere in celo, cum sunt confirmati in gratia, & expectant resurrectionem secundam gloriæ, corporis, & animæ. Christus ergo subtilissime ostendit eis etiam resurrectionem corporum futuram, quam aliqui negabant. Et quia negabant resurrectionem corporum, & secundum dicta Moysi necessariò credebant patres uiuere cum deo in anima, & gratia: quia deus non potest dici deus rei omnino non existentis, nec alicuius, qui ipsum non cognoscit: ideo per hoc ostendit & resurrectionem corporum: quia anima non potest perfecte quietari nisi resumpto corpore, ut supra. Quia autem Saluator ita obscure loquitur cum eis, dimissis testimonijs clarioribus, est quia Saducei non acceptarunt prophetas.

Dub. 3.
H.
An naturale hois desiderium pot tota liter frustrari in beatitudinis consecutione.

¶ Tertium dubium. an naturale hominis desiderium potest totaliter frustrari in beatitudinis consecutione. Et quod sic, uideatur. Nam deus est natura perfectior homine: & sua naturalia manserunt in re gratiæ: de homine multipliciter sauciato, & in naturalibus uulnerato: & tamen omnino frustratur sua beatitudine naturali, ad quam est desiderium naturale. Est autem beatitudo naturalis in actibus secundis, ut loquitur S. Thom. in quæstionibus de malo. in materia de originali peccati pœna artic. iij. de pueris non baptizatis, qui secundum eum habent suam beatitudinem naturalem, & sunt sine tristitia, & dolore, nec sciunt aliam beatitudinem possibilem ab ea, quam habent, & appetunt. Ista beatitudine naturali, quæ est in actu secundo, damnati omnino carent: & ita frustrantur suo naturali desiderio. Eset enim eis summum gaudium, si possent quiete uti suis naturalibus pro affectione commodi, & nunc eligent in inferno pro sua beatitudine. ergo & homo potest frustrari suo naturali desiderio ad beatitudinem. Dicendum. si desiderium naturale est ipsamet res ap-

perens sui naturalem perfectionem: sic non potest frustrari suo naturali desiderio remanente in sensu composito. Sic enim omnis res condita est, quod uult aliquo modo assimilari ipsi esse æterno diuino, & sempiterno profecto. Et in hoc dirigitur ab agente infallibili. Et sic nullus frustratur suo naturali desiderio respectu suæ beatitudinis naturalis, quæ est ipsamet rei natura. Si uero sumitur pro actu secundo, seu pro actu elicitò conformiter inclinationi naturali, multi non habebunt expletionem desiderij naturalis: quia hoc demeruerunt per peccatum: & tamen non est frustra illud desiderium, quia pœna ordinat culpam, & facit ad magnificentiam diuinæ iustitiæ in correctione peccati. & ita in demonibus, & hominibus propter peccatum impeditur demeruerunt enim ipso priuari. Sic non est in pueris non regeneratis, in quibus nulla fuit actualis culpa. Multi ergo bene uti naturalibus, & angelis, & homines summam habebunt desideriorum expletionem pro uoto. Multis contrarium eueniet propter peccatum. Nec tamen frustratur eorum desiderium in tota specie humana. & hoc sufficit secundum Scot. dist. xlix. q. ix. Sufficit enim, quod aliqui de illa specie saluantur. Sed tenendo angelos omnes inter se specie differre, oportet illud sanè concedere. Nō tamen frustratur, quia frustra fit, cuius non est causa, uel ratio, sed hic innotescit diuina magnificentia, & iustitia in ordinatione culpæ per pœnam iustam, tamen si non consequantur suo demerito, ad quam conditi sunt beatitudinem propriè dictam, uel etiam naturalem in actu secundo, ut Thomas loquitur. ¶ Quartum dubium est contra dicta in conclusione quarta. Nam aliqui omnino nituntur uelle demonstrare resurrectionem mortuorum multiplicibus medijs post præmissa. Primò sic. Naturaliter probari potest hominem esse beatificabilem. sed beatitudo non potest esse in hac uita ærumnosa igitur in uita alia quæ est post resurrectionem. Minor ostenditur. Nam beatitudo repugnat huic uitæ, eo quod est sempiterna. ¶ Item beatitudo est status

Dub. 4.
I.
Quod aliqui nituntur demonstrare beatitudinem mortuorum multiplicibus medijs.

immortalitatis, & æternitatis ac omnis sufficientiæ: ubi nihil deerit, sed adest plena uoluntatis satisfactio, ut habet August. lib. xij. de Trin. Vbi etiam ostendit beatitudo esse, qui habet quicquid uult, & nihil mali uult. c. v. Sed illa non possunt haberi in hac uita, ut clarum est. ergo necesse est dare uitam aliam beatorum. Maior probatur. Quilibet naturaliter appetit habere, quod diligit, & carere, quod odit: sed hoc est appetere beatitudinem, quia beatitudo est habere, quod uelis, & carere, quod nolis. Præterea naturaliter notum est, totam speciem non carere sine suo: quin illum consequatur in aliqua individuo. sed naturaliter notum est beatitudinem finem esse totius speciei humanæ, ut supra: & illa non potest haberi in hoc statu uitæ. ergo in alia uita. ¶ Ad illa. dicendum, supposita distinctione beatitudinis, & appetitus duplicis, ut supra in conclusione iij. Negatur argumentum de beatitudine proprio dicta. Et licet homo appetat naturaliter beatitudinem in genere, & confuse tantum, tamen nō beatitudinem propriè dictam, quæ sola reuelatione habetur secundum Aug. lib. xij. de Trin. cap. iij. & jx. Et dato: quod homo uelit beatitudinem propriè dictam, quia tamen non potest sufficienter probari: quod homo sit capax æternitatis, & cuiusdam uitæ semper manentis: seu nobilioris cognitionis extra statum uitæ: ideo. ex hoc non potest probari necessitas resurrectionis. Nec per hoc: quod ad illam est naturaliter hominis appetitus, quia non potest demonstrari, quod illa sit possibilis homini, seu quod nomen illud pro aliquo supponat. Deum enim esse est creditum, ut eam formatur. uiator, & est dubitabile: ut supra in primo. Et Heb. xj. Oportet accedentem ad deum credere, quia est &c. Ad idem est Aug. cap. jx. ubi supra. Et Artic. xvii. de Atheniensibus, qui Paulum prædicantem resurrectionem mortuorum, dicebant nouorum demoniorum annüciatorem: quia prædicabat Iesum, & resurrectionem mortuorum. Et tamen ibi erant acutissimi philosophi unà cum Dionysio, qui ratione naturali hoc capere nō poterat. Hinc omnia adducta ibi per Paulum sunt

persuasiones fidelium, non de monstratio nes. Itaq; Art. xxvj. cum Paulus late de resurrectione disputaret, ait Festus. Infanis Paule, multæ literæ te ad insaniam perduxerunt &c. ¶ Si dicitur, potest probari: quod homo naturaliter uelit beatitudinem certam in specie, quæ consistit in deificatione. Nam quælibet potentia potest in quodlibet contentum sub objecto suo adæquato. Obiectum adæquatum intellectus, est ens in communi. ergo potentia potest in quodlibet sub ente contentum, per consequens intellectus potest in cognitionem dei, & uoluntas eo frui, immo perfectissimam. quia secundum August. inquietum est cor nostrum ad deum, donec quiescat in eo. Respondetur negando assumptum. Ad probationem negatur. Esto enim, quod ens sit obiectum adæquatum intellectus nostri, eo quod ens est commune prædicabile de omnibus, quæ per intellectum capiuntur, & naturaliter attingibile: tamen esse naturaliter attingibile non prædicatur de omnibus contentis sub ente: nec prædicatur primo, & conuerribiliter de ente, quod est obiectum adæquatum intellectus. Nam licet habeatur cognitio entis in communi, quod dicitur obiectum primum, & adæquatum, non tamen per hoc cognoscitur in particulari, & distincte: quodlibet contentum sub eo, quia non quodlibet contentum potest hic in uia distincte cognosci, & in se quandoque enim prærequiritur cognitio sensus. Negatur etiam, quod possit in perfectissimam. sic enim posset in infinitam fruitionem, & uisionem sicut deus: illa enim est perfectissima. sed potest in perfectissimam secundum speciem, & quietatur in perfectissima sibi possibili, & cuius est capax. Non autem potest probari naturaliter: quod sit capax beatificæ uisionis dei, & fruitionis eam consequentis: quia non est euidens talem esse. Nec quod creatura sit eius capax. Et dato, quod id probari posset, per hoc tamen nō probatur: quin possit eam habere in hac uita, seu uita præsentis. Nec potest naturaliter probari, quod homo possit habere maiorem perfectionem, quam sit possibilis pro statu uitæ. Nec quod maior cognitio sit possibilis

Desideriū naturale tripliciter.

homini, quam amor, & cognitio illius, siue sit boni summi, siue alterius non summi. Et si adducitur de desiderio naturali respectu beatitudinis omnium hominum. Respondetur. Desiderium naturale secundum Scot. tripliciter accipitur. 1. proprie, ut est sola inclinatio naturæ ad aliud, & non actus elicitus. Sic non potest probari naturale desiderium ad aliud, nisi probetur primo possibilem naturalis ad illud. Et per consequens arguendo conuerso est petitio principij. Alio modo minus proprie potest dici elicito: contonditur ad inclinationem naturalem. sic iterum non potest probari, quod aliquod desiderium sit naturale respectu alicuius isto modo, nisi probetur, quod ad illud sit desiderium naturale primo modo, & possibilitas ad illud. Tertio, desiderium naturale est, quod statim fertur actu elicito in aliquod apprehensum ut supra in iij. de uoluntate ut natura. Et si tunc arguitur, quod illud naturaliter desideratur, quod apprehensum statim actu elicito desiderant, ex eo quia pronitas illa non uideretur esse nisi ex inclinatione naturali. Istud potest negari, quia uiciosus per habitum statim fertur in obiectum apprehensum, & quia si imperceptibiliter. sed quia natura non est ex se, & in oibus uiciosa, & statim potentia fertur actu elicito in illud, sequitur huiusmodi desiderium, seu huiusmodi directum non esse uiciosum. Requiritur ergo hoc tertio modo, illam apprehensionem esse secundum rationem rectam, aut non culpabilem. Oportet ergo primum ostendere: quod illud recte possit homini conuenire. Omne enim medium procedens ex desiderio naturali ad probandum resurrectionem beatificam est inefficax, quia si debet esse efficax, oportet ostendere, uel potentia naturale in natura ad id, uel si desiderium est actus elicitus statim sequens apprehensionem talis desiderari, oportet ostendere, quod apprehensio sit recta non erronea secundum Scot. ut supra. Primum est equè ignotum cum conclusionem, quæ concluditur ex desiderio naturali. secundum uero difficileius potest probari, quia conclusio: & est minus notum. Ad probationem

maioris, quilibet naturaliter appetit &c. conceditur de appetitu naturali, & de appetitu beatitudinis in genere, ut est rei perfectio naturalis. sed hoc modo non est appetere beatitudinem in particulari, & in specie. Ad secundam, esto, quod primum stet, de quo infra, non tamè naturaliter notum est hinc sine esse beatitudinem proprie dictam, nec quod appetitus ille sit rectus, non erroneus respectu eiusdem, aut obiectum possibilem hominum, aut non nisi in alia uita &c. Ad probationem minoris. Ad primum cur dicitur. Repugnat beatitudini status uita &c. Respondetur. repugnat statui beatitudinis perfectæ, quæ habet quicquid aliquis uult, & nihil male uult. Item repugnat beatitudini consummationi; sed non qualem potest homo habere in uita, & notum est ipsi posse competere. Ad secundam, beatitudo est sempiterna secundum Aug. sed illa non est naturaliter nota, & in lumine naturali euidentem. Nam signo aliquem ponente beatitudinem consistere in bonis uitæ humanis. Hinc dicitur ratio sua cum non habet fidem, quod conditio nature suæ sit mortalis tam corporis, quam animæ: ideo talis debet uelle, sicut amittere uitam, ita & beatitudinem suam. Et si dicitur: Non est uita beata, quæ amittitur ab habente. Respondetur, uerum est, si protunc cum est sibi possibilis, & debita eo inuito tollitur ab eo, aut si non esset ab eo amata, sed quasi floccipensa. Quia autem sit sibi pro semper conueniens non est notum lumine naturali, & ideo non concludit. Aliter potest dici negando assumptum. Exemplum de Paulo in raptu, & Moyse uidente deum; qui a multis dicuntur fuisse formaliter beati uidentes deum, & tamen per tempus caruerunt ea, quia non habuerunt eam permanentem. Item beata uita quæ est status omnium honorum aggregatione perfectus &c. nunquam statim lege amittitur. Si dicitur: Omnis homo uult esse immortalis, potest concedi de appetitu naturali primo modo, ut infra dicitur distinct. xlix. q. j. quomodo omnia uolunt assimilari deo. Si intelligitur de uelle elicito, negatur, quia licet omne ens appetit esse appetitu natura-

turalitatem non elicito. Nec sequitur, semper appetit esse, igitur semper appetit esse sempiternum. Sic enim posset probari bruta, & omne ens esse immortalis. Item quod hæc uita non sit sempiterna saltem quantum ad speciem humanam totam non probatur naturaliter, immo oppositum philosophus tenuit. Si dicitur, Homo naturaliter habet desiderium ad semper esse, & illud desiderium est naturaliter notum: non enim fugit corrumpens nisi ex desiderio naturali. Respondetur, si ly semper determinat ly habet, conceditur antecedens, quia homo semper habet desiderium ad esse pro aliquando: & sic probat ratio. Si uero semper determinat ly esse, ut ualeat ad semper esse. i. esse perpetuum, sic negatur, quia cum hoc non sit naturaliter possibile, non est ad hoc appetitus naturalis. Unde secundum prædicta, omne medium ex naturali desiderio sumptum est inefficax. Cum subiungitur. Omnia desiderant esse, conceditur, ut supra de desiderio naturali. Negatur uero in lumine naturali esse notum: quod nemo potest esse beatus nisi immortalis: quia non est notum, an illa sit sibi possibilis, aut debita secundum rationem rectam. Ad aliud, quem deserit esse, deserit beatitudo. conceditur. Si dicitur. Omnis species, quæ est de integritate uniuersi est perpetua. humana species est huiusmodi. igitur. Dicendum, est perpetua successione individuorum continua, quam Arist. diceret perpetuam generationem. Non autem est perpetua per uitam semper continuatam alicuius, saltem non potest naturaliter probari. Item stante fide mundus habet finem, ut infra dist. xlvij. Possent & alia media adduci ad probandum resurrectionem in lumine naturali. Nullum uero in perpetuum. Corruptio hominis est uiolenta, ergo non est perpetua: ergo necesse est hominem reparari, & non nisi per resurrectionem. Et Paulus. Nolumus spoliari, sed superuestiri. ij. Corinth. v. Et j. Corinth. xv. uidetur resurrectionem probare in lumine naturali. Insuper beatus Greg. xj. Moralium §. vj. & xiiij. lib. prope finem nititur ostendere resurrectionem multis

Alia ad probationem resurrectionis.

exemplis naturalibus sumptis ex elementis, arbutis, &c. Præterea ex dictamine iustitiæ. Nullum bonum debet esse sine remuneratione, nec aliquod malum sine multatione. Multa uero bona, & mala non remunerantur in hac uita, igitur in futura. Item secundum dictamen rationis naturalis sortis politicus debet se exponere morti pro republica. Per illam autem sui expositionem, eligit mortem, & non esse. Vel ergo non esse perpetuum, sed hoc non, quia per non esse simpliciter priuat se omni uita, & uirtute, & bono cum omne bonum presupponat esse. Sed priuatio omnis boni, & uirtutis non est eligenda. Vel non esse temporale aliquando reparandum, in quo uirtutis, & fortitudinis suæ premium recipit. Hæc autem reparatio fieri non potest nisi per resurrectionem. Primum antecedens est Philosophi. iij. & ix. Ethicorum. Ad illa dicendum breuiter. Si argumentum primum procederet, ita probaretur resurrectio brutorum, sicut hominum, immo reparatio omnium pereantium rerum. Ad auctoritatem philosophi, Holcor. q. j. secundi negat eam, quia in inferno est uiolenta, & perpetua actio sine corruptione. Aliter conceditur, quod corruptio, quæ est uiolenta, non est perpetua, quia est mutatio instantanea, uel successiua non semper durans, nec ideo sequitur, quod corruptum repararetur. Vel intelligitur de uiolento positio: sicut mouens graue sursum, aut calefaciens aquam, illa uiolentia propter contrarietatem, & repassionem agentis non est perpetua. Aut enim tandem deficeret agens, aut passum, & sic cessaret uiolentia. Ad Paulum dicitur: quod ipse certificatus in fide de resurrectione futura uoluit superuestiri per gloriam. Et licet horruit mortem, sicut & Christus secundum sensualitatem, & inclinationem naturæ appetentis esse: uoluit tamen secundum rationem illuminatam fide superuestiri gloria, ut absorbeatur, quod mortale est per gloriam superuenientem. Nolit ergo expoliationem horrore naturali. Sed illud medium non est efficax, ut supra. Ad aliud ponit persuasiones, & non demonstrationes. pro-

cedunt enim ex creditis, ut supra. Quia ex resurrectione Christi credita nostram ostendit futuram. Item ostendunt possibilitatem, & decetiam resurrectionis. Factum autem evidenter non probant. Item dicta Pauli, & Gregorij etiam procedunt de his, qui quaerunt premiū aliud, & maius uirtute, quod sancti non consequerentur, si non esset resurrectio mortuorum. Nunc enim plus uirtuti studentes maioribus arumnis tabescant. Et quā tum ad hoc essent miseres omnibus hominibus. ¶ Possit autem aliquis in lumine naturali dicere uirtutem esse sufficiens primum probis, & q̄ unicuiq; sit in bono sufficiens remuneratio per actū uirtutis, sicut & in malo per inordinationem animi peccatoris. Vnde August. j. Confess. Iussisti domine, & ita est, ut pena sit sibi omnis inordinatus animus. Nā sicut operatio bona est perfectio agentis, eiusq; bonum, sic operatio mala imperfectio. Et ideo uirtus sui ipsius est primum, & uitium p̄na, ut late deducit Boet. lib. iij. Pro. iij. Non ergo est naturaliter notū esse alium, & generalem remuneratorem, quam probitatem ipsam, uel malitiam. ¶ Ad aliud de forti politico, licet sint opiniones, an se debeat exponere morti: tamen concessio illo, dicitur, q̄ talis eligendo mortem pro publica, aut cauere uitium, quod alias cauere non potest, magnum bonum sibi tribuit, scilicet uirtutis actum. Quo bono se priuaret, immo uitiosē uiueret, si actu illo p̄termissio saluaret esse suum per quantumcunq; tempus. Melius est autem simpliciter bonum maximum, licet momentaneum, quā bonum uoluntatis remissum, & quam uita uitiosa multo temporis. Ideo dicitur: q̄ fortis eligendo mortem, hoc est sustinendo, & non refutando mortem in casu (ut infra dist. ult. q. j. dicitur) pro republica, aut ad cauendum maius malum aliquod, gratia exempli idololatriam, nō priuat se omni uirtute, immo electio ipsa est uirtuosa, licet ad ipsam sequatur priuatio uirtutis. Melior tamen est priuatio uirtutis, quam positio uirtutis: & melius est non esse, & ita nec esse uirtuosum, nec uitiosum:

quam esse uitiosum. Item diceretur: q̄ non absolute eligit mortem, sed medium uirtuosum, ad quod uerisimiliter sequitur mors. Sicut in Christo qui dum defenderet patris honorem, letale odium Indeorum suscitauit. ¶ Præterea omnia illa argumenta si probarent aliquid, non tamen aliud nisi solum animæ perpetuitatem, cuius esse est suum naturale desiderium, nec frustratur cum semper manet. Quia stante remuneratio esset sufficienter facta: licet non in corpore. Nec oportet pramiato principali agente etiā instrumentum pramiari. Corpus uero est agens instrumentale non principale. ¶ Ex illis dictis possunt inferri corollaria, quæ Sco. probat. q. ij. impugnādo aliorum dicta dicentium resurrectionem generalem hominum posse probari per rationem naturalem. ¶ Primum. Resurrectio mortuorum non potest a priori ostendi in lumine naturali. Hoc enim necessariō fieret ex illis tribus propositionibus. utputa quia anima intellectiua est forma specifica hominis. Secundō est incorruptibilis, ex quo sequitur formam specificam hominis esse incorruptibile. Terriō, non permanebit in perpetuum extra suum totū, ex quo sequitur, q̄ redibit idem numero. Prima est naturaliter nota: sed alix duæ non sunt sufficienter notæ. Prima inter eas duas uidetur esse plus nota, secundum Aug. xij. de Trin. c. ix. & ad eam plures habentur persuasiones, non sic tertia. Et per consequens non potest ex illis sufficienter ostendi. ¶ Secundum corollarium. Non potest a posteriori ostendi sufficienter in lumine naturali resurrectio mortuorum per rationem alicuius operationis, illi perfectionis congruentis homini. Non enim potest sufficienter ostendi: q̄ est unus remunerator generalis omnium hominum secundum leges iustitiæ distributiua, uel punitiua, ut patuit. ¶ Tertium corollarium. Ex desiderio naturali non potest resurrectio mortuorum sufficienter in lumine naturali probari, quia p̄supponit potentiam naturalem in natura ad illud. Et quia non est naturaliter notum hanc particularem beatitudinem esse

Coroll. 1.

Coroll. 2.

Coroll. 3.

Coro. 4 esse finem humanæ speciei: ideo est. ¶ Corollarium quartum. Ex hominis fine, qui est beatitudo, nō potest in lumine naturali probari futura resurrectio. ¶ Quintum. Nec a priori per rōnem principij intrinsicæ, nec a posteriori potest resurrectio mortuorū in lumine naturali demonstrari. ¶ Sextum corollarium. Est ergo credita ex fidei reuelatione certissima, ac infallibiliter futura. Cōgruū itaq; ē, ut gr̄as habeamus omnipotenti deo q̄ abscondit hæc a sapientibus, & prudentibus, q̄ magno fuerunt p̄diti ingenio, & subtilissimis doctrinis eruditi, & reuelauit ea paruulis ingenium suum in Christi obsequium captiuantibus. secundum Aug. ubi supra. c. ix. ¶ Quintum dubium est cōtra dicta de puluerū collectione in conclusione quarta. Si resurrectio fiet in instanti, & puluerū collectio est pars resurrectionis: ergo etiā fiet in instanti. Quia resurrectio fiet in instanti, est. Apostol. j. Corint. xv. & Aug. xx. de Ciuita. dei. c. xx. Si ergo puluerum collectio fit in instanti, non fiet ministerio angelico: sed solum uirtute diuina. Nam mutatio instantanea, maxime localis, nō fit nisi diuina uirtute probatur, quia mouere in instanti est uirtutis infinitæ, & infert infinitatem in causa. Nam mouere mobile in termino minori, est maioris uirtutis: igitur in instanti est uirtutis infinita. ¶ Præterea, non omnium corpora redigentur in pulueres. quidam enim solum in raptu morientur, si saltem non uiui immutabuntur: ut uidetur quidam uelle in de ecclesiasticis dogmatibus. c. vij. ¶ Itē deus se solo faciet animationem corporum: ergo & puluerum collectionem. Solus enim, q̄ maius est, potest igitur & quod minus. ¶ Ad primū, negando cōsequentiā. Puluerum enim collectio non est pars resurrectionis, sed præambulum quoddā necessariō p̄cedens eam. Sicut alteratio non est pars generationis, sed p̄uius. Augustinus uero, & Paul. loquuntur de resurrectione, q̄ dicit corporū uiuificationem: q̄ fiet in instanti, uel in atomo, ut loquitur ad Consentium. In atomo, id est puncto temporis, quod diu di non potest. In ipso oculi, id est in summa celeritate. In tuba. i. signo manifestatio

Dub. 5. Si resurrectio fiet in instanti, & puluerum collectio pars resurrectionis.

huius, q̄ sc̄dum est. Cum infertur: agere in instanti, infert infinitatem in causa: negatur ut supra in. iij. coll. dist. iij. Visio enim fit in instanti, quia tota simul. ¶ Ad secundum, potest negari sc̄dum Aug. ut supra, propter illud dictū Apostoli. Oēs dormiemus, uel omnes resurgemus. j. Corint. xv. Et statutū est homini semel mori. Heb. ix. Nam omne corpus exanime, terra dicitur, aut puluis. sc̄dum illud Gen. ij. Puluis es & c. Alia trāslatio habet. Terra es, & in terram ibis. Nōmine puluis, aut terra hic uenit materia quæcunq; aut pars materia, quæ olim substitit formæ intellectuāli, & nunc non substitit etiam sub quacunq; forma reperitur. & c. Hinc cadauer nunc habens materiā olim informatam anima rationali in homine, quodcunq; sit illud (non enim materia stat nudē) etiam corpus exanime hominis, puluis, aut terra dicitur. li. xxij. de Ciui. cap. xx. ¶ Ad tertium, deus non ex indigentia, sed pro naturæ humanæ magnificentia utitur angelico ministerio: & ita ex quadam dispensatione, non necessitate. Hoc autem attribuitur angelico ministerio, quia scriptura sic habet Matthæi. xxij. non sic reliqua, quia scriptura non habet. ¶ Sextum dubium, contra dictum illud, q̄ resurrectio fiet tantum uirtute diuina. Quod fit solum diuina uirtute fit in instanti, maxime ubi non est causa successiois. Resurrectio non potest fieri in instanti, igitur. Consequencia nota. Maior probatur, quia causa successiois non uidetur esse alia nisi imperfectio agentis, & resistentia passu. Deus est agens infinitæ potentia, & omnis creatura se habet in potentia passiuā obediētiāli ad ipsum. Minor probatur, quia resurrectio fit simul cum figuratione, & formatione corporis, cū non sit medium inter ea. Sed figuratione, & organizatio non possunt fieri in instanti. Probatur, quia tunc motus localis fieret in instanti, quod implicat: & committeretur uacuum, ac penetratio dimensionum. Probatur, quia corpus formādū ex pulueribus, uel erit maius, quam sint pulueres, uel minus, uel æquale. Si primum, occupabit maiorem locum:

Dub. 6. Quod resurrectio fiet tantum uirtute diuina.

quam pulueres, unde formae: & sic erit duo corpora in eodem loco, & penetratio dimensionum. Et sic ille motus fit in instanti. Si secundum, id est si minus erit, iam aliquid de loco puluerum erit natum: aut ad id mouebitur pars maioris in instanti, ut contingat superficiem minoris corporis formati. Si tertium, idem sequitur. Cum enim natura facit in instanti minus ex maiore: esto, quod hoc fieri possit, uideatur posse concludi uacuum esse per tempus sine diuino miraculo. Cum autem facit per possibilem, uel in possibilem maius ex minore, oportet aera cedere in instanti, & ita motus localis fit in instanti. Præterea unio corpore debet qualificato, & dispositio dispositionem ultimata ad animæ suspensionem, sic uirtute naturali. Sed resurrectio est unio animæ cum corpore debite qualificato &c. & in unione perficitur resurrectio. ergo resurrectio fit uirtute naturali, & per consequens non tantum diuina. Consequenter nota: Minor probatur, quia secundum communem modum loquendi doc. in resurrectione completiue tria concurrunt, scilicet puluerum collectio, quæ fiet ministerio angelorum: ut supra dictum est corporis figuratio, & qualificatio: & unio animæ cum corpore qualificato. Et in illo tertio, scilicet in unione perficitur resurrectio. Maior probatur, quia anima præsentem corpore sufficienter, & ultimata dispositio seipsam unit naturaliter. igitur. Antecedens probatur, quia ultimata dispositio materię necessitat ad formę unionem, & non nisi animam: quia deus necessitari non potest, nec aliud necessitandum assignari potest. Insuper anima naturaliter inclinatur ad unionem sui cum corpore disposito, & non est impedimentum: ergo unit se corpori. Sic enim uideatur esse in formis naturalibus, quoniam productæ naturaliter in materia in eodẽ instanti sibi ununtur omnibus alijs semotis. ergo seipsis. Anima autem intellectiua a quamuis supernaturaliter creatur: tamen naturaliter animat corpus, & naturaliter unit, & inheret materię, & cum ipsa constituit totum naturaliter, & ita a causa naturali unit, quæ

non est alia ab ipsa. Præterea in materia est potentia naturali passiuæ ad resurrectionem: ergo erit etiam aliqua potentia actiua naturalis: & per consequens non uirtus diuina, quæ est potentia supernaturalis. Tenet consequentia: quia omni potentia passiuæ naturali respondet actiua naturalis. Alioquin illa potentia passiuæ esset frustra. Antecedens probatur, quia materia naturaliter inclinatur ad animam, ut ad suam perfectionem. Et e converso anima ad suam materiam, ut ad suam perfectibilem. Præterea resurrectio est naturalis: ergo a principio actiua naturali. Antecedens probatur: quia non est uolentia, cum ad eam passum cõferat uirtus. Præterea est ad quædam naturalis: ergo mutatio, uel motus naturalis. Antecedens patet, quia appetit formę naturaliter quæscit in hoc perfectibili, & similiter materię in hac perfectione. Ad illa dicendum. Ad primum negatur argumentum. Ad probationem conceditur, quæ fit in instanti, maxime quo ad unionem. De figuratiua corporis dicitur: Quia uirtus diuina non limitatur ad certum modum agendi potest figurare, & qualificare corpus in instanti, uel etiam in tempore. Sic de unione, potest animam unire simul toti corpori, uel uni membro prius, alteri posterius. Consequenter negatur: quia figuratio non potest fieri in instanti. Ad probationem dicitur. Si motus dicitur successione, non oportet ibi fieri motum localem: sed accipiendum generaliter motum localem, ut dicitur loci mutationem, ut puta quæ genitum succedit corruptio occupans maiorem, uel minorem locum, quæ corruptum, fit ibi loci mutatio: quia maioris, uel minoris loci occupatio, licet non ab eodẽ corpore præcise, & illa potest fieri in instanti. Nec solum sic, sed aer circumstantes statim pellitur, si corpus formandum erit maius, & hoc uirtute diuina, quæ ponit ibi corpus maius, ubi fuit minus. Vel aer sequitur, si nunc generatur corpus minus, ubi prius fuit maius. Et sic possunt duo corpore esse simul, cum maius est, ubi fuit minus. Et potest quidem committi uacuum, & penetratio dimensionum uirtute diuina. Potest etiam non committi. Potest enim deus subito figurare corpus, & subito mutare locum circumstantem: puta aerẽ suble-

uentem, & cedentem: uel successiue. Nihil enim horum claudit contradictionem. De hoc quod dictum est, creaturam non posse agere in instanti: uideatur supra in collect. ij. dist. iij. Ad secundum. Si uirtute naturali accipitur, ut distinguitur contra supernaturalem uirtutem: negatur maior. Ad probationem dicitur: quia illa necessitas non est respectu causæ supernaturalis, sed tantum naturalis, quæ necessitat ad formam productionem, & unionem. Notandum natura le opponit, supernaturali. Opponitur libero, uel uoluntario: opponit uiolento. Ad tertium dicendum. Ex quo anima naturaliter inclinatur ad unionem sui cum materia tanquam perfecto cum perfectibili: cõceditur, quæ unit se formaliter, sed non effectiue. Nec ad hoc inclinatur. ab eo enim est unio in resurrectione effectiue, a quo fuit in prima eius productione. Sed in prima productione fuit a deo, qui animam creauit, & infudit materię. Non autem seipsam infudit animam: sicut nec seipsam creauit. Et infusio est eius unio. Et. ij. Physicorum, forma, & efficiens non coincidunt in idem numero. Et ideo anima, quæ est causa formalis totius hominis, non erit causa efficiens unionis, qua totus homo constituitur. Consequenter dicitur: quia in productione naturali formæ non ununtur a se effectiue, sed a suis causis efficientibus, quibus circumscriptis non unentur, sicut nec producerentur. Nec sequitur: anima infusa naturaliter inheret, animat, & perficit corpus: ac cum corpore constituit totum: ergo naturaliter unitur. Sicut non sequitur: ergo naturaliter creatur. Quia inherere, perficere, animare tantum respicit genus causæ formalis, sed unire, & uniri, includit etiam causam efficientem. Attamen non uideatur impossibile secundum Ockam. quæ forma seipsam uniat, & anima seipsam in resurrectione reunit: licet seipsam non producat. Nec cogit auctoritas philosophi. ij. Physicorum supra allegata, quia intelligitur respectu eiusdem. Nunc autem dicitur: quia anima est causa formalis respectu materię, seu compositi, & efficiens respectu unionis. Et sic admissio, quia anima seipsam uniret, non sequitur ex hoc re-

surrectionem esse naturalem, quia non sufficit sola unio, sed requiritur corporis reformatio, quæ fit a solo deo. Rationes Ockam sunt, quia non uideatur, quare per naturam partes non possunt uniri: cum uidemus, quæ per agens naturale duæ aque, & duæ partes aeris diuersæ ununtur. Quia tamen oppositum est magis consonum dictis sanctorum: ideo illa opinione dimissa tenet opinionem prius tactam. Ad quartum dicitur: quia potentia naturalis actiua quoad quod distinguitur contra supernaturalem. Et sic non est uerum, quia omni potentie passiuæ naturali correspondet actiua potentia in natura. Nec tamen ideo est frustra talis potentia passiuæ, ut supra in conclusione prima, & quinta. Sufficit enim: quia correspondeat potentia actiua potentie passiuæ, siue in natura creata, siue in creatore. hoc est, siue naturalis, siue supernaturalis. Qualitertemque enim potentia passiuæ reducitur ad actum, non erit frustra. Hinc quoad quod dicitur passiuæ obedientialis, & non proprie naturalis, secundum Altiissod. Si tamen natura causatur generaliter, ut cõuertit eum ente, uerum est, quia omni potentie passiuæ correspondet actiua in natura. Ad quintum, quæ queritur: an resurrectio debeat dici naturalis. Respondetur: supposita multiplici acceptioe nominis naturalis, ut supra, conceditur, quæ est naturalis, ut naturale opponitur uiolento, ut probatur argumentum, sed non est naturalis, ut opponitur supernaturali, uel libero, quia est ab actiua supernaturali, & libero. Cuiusdam Damasc. dicit. Quod cõe est omnibus in eadem specie, est naturale. li. iij. c. xliij. intelligitur de eo, quod est cõe omnibus in specie a principio intrinseco, uel a causa naturali. Sic non est in proposito. Nam resurrectio mortuorum non est a principio intrinseco, nec a causa naturali hominis, sed diuina. Quia autem dictum Damasc. sic fit intelligendum, patet, quia loquitur de duplici operatione Christi, quæ inest omnibus in specie humana a causa, uel intrinseca, uel saltem naturali. Sedm Pal. resurrectio dicitur non naturalis: quia non est a principio actiua naturali. Item non est secundum modum, & ordinem naturalem. Nam

Respondetur ad quintum an resurrectio dicitur naturalis.

Trium concurrunt resurrectio.

guratio corporis humani per actiua, & passiuua naturalia, fit mediantebus determinatis instrumentis, & determinatis medijs, puta mediante semine in matrice in loco determinato ad generationem, quæ non erunt in resurrectione instantanea, & supernaturali miraculosa. Et licet angelico ministerio fiet puluerum collectio secundum prædicta: atramen angeli non possunt pulueres formare, uel qualificare. solū enim possunt actiua passiuua applicare, ut deinde naturaliter sequatur effectus aliquis. ¶ Altissod. in suo quarto ponit tres causas quare resurrectio non dicitur naturalis. Prima, quia resurrectio fit in instanti, creatura uero non agit in instanti. de quo in. iij. distincti. iij. Non enim uidetur, quin cum effectus potest producti simul ut in uisione, creatura possit agere in instanti. Secunda, quia creatura non potest eundem effectum numero post eius non esse producere. Hinc philosophus. ij. de generatione. Quorum substantia corrumpitur, non redeunt eadem numero, sed specie. quod uerū est de redeuntibus per motū, & uia naturalē. sed opus resurrectionis est miraculosum, & uirtute diuina in resurrectione idem numero resurget. Tertia, qua corpora in resurrectione erunt non orbata, clara, impassibilia, &c. quæ se non potest extendere creatura. ¶ Considerandum tamen est: quod animatio, quæ fit in instanti a deo, non ideo præcisē fit in instanti, quia actioni diuinæ nihil resistere potest, sed quia non habet partes, & quia in eius receptione non potest fieri successio. hoc enim esset, uel propter partes formæ inducendæ, sed nō habet partes: uel propter partes corporis sic qualificatas, quæ una pars prius recipit formam, quā alia. sed neutrum esse potest, cum sit tota in omnibus partibus, & in toto tota. Et dato, quod una pars corporis sit perfectior alia, hoc tamen nihil facit ad successionem animæ. ¶ Et si queritur: ex quo prædicta fiunt in instanti dempta puluerum collectione: an in eodem instanti præcisē? Responderetur; quod sic. Nam ex parte agentis dei non est defectus: & creatura stat in potentia obediētiā dei.

Figuratio fit propter animationem, & secundum modum loquendi aliquorum est dispositio necessitans ad animationem. ideo statim inducitur forma: sicut posito igne, aut luce statim lucet, aut ardet. Nec repugnat pluribus actionibus instantaneis fieri in eodem instanti. ut in proposito, organizatio, animatio fiunt in instanti præuia temporali puluerum collectione. ¶ Septimum dubium, an in eodem instanti futura sit omnium hominum resurrectio generalis: Secundū Augustinum. Dub. 7. M. An in eodem instanti futura sit resurrectio generalis. xx. de Ciuitate dei. c. xx. & in epistola ad Consentium, dicitur, quod sic: Ad hoc est auctoritas Pauli. j. Corinth. xv. Omnes quidem resurgemus. uel secundum Augustinum (ut Græci codices habent) Omnes dormiemus in momento, in ictu oculi. ¶ Si opponitur dictum Pauli. j. ad Theosal. iij. Mortui, qui in Christo sunt resurgent primi, deinde nos, qui uiuimus &c. ergo ut uideretur, denotatur quædam prioritas durationis, & temporis quo ad resurrectionem præteritorum mortuorum ad eos, qui uiui reperientur. Dicendum: dictum Apostoli intelligitur non de prioritate temporis, nec illam uoluit Augustinus ut supra. Nec intelligitur de prioritate dignitatis: quia Apostoli tunc adhuc uixerant. Et dato, quod Paulus tunc in se transfigurauerit statim adhuc uiuentium, & in alijs nondum mortuis morte naturæ: non tamen possunt Apostoli dici dignitate posteriores respectu patrum ueteris testamenti: quia secundum communē sententiam doct. cum Christo iudicabunt duodecim tribus Israel. Matthæi. xix. Cuius intellectus infra ostenditur. Potest ergo aliter sic ordinari textus, & consonē ad eius dictum. j. Corin. xv. In momento in ictu oculi. ut prioritas, & posterioritas referatur ad quietē in Christo post mortē naturalem requiescentiū, ut sit sensus: qui primi sunt in Christo mortui quo adhuc uiuentes in terra, resurgunt domino adueniente. Deinde nos, qui uiuimus qui relinuemur, qui denique Christo adueniente uiui reperiemur, etiam moriemur, & iam mortui simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera

in aera. Notanter dicit. Simul rapiemur, non successiue uiui post mortuos, tamen si post eos moriemur. Hoc utiq; dicit de eis qui Christo ueniente reperientur uiui, quæ propter incertitudinem diei domini, cuius horam, & diem nemo scit nisi solus pater. Matthæi. xxiii. Paulus de omnibus tunc uiuentibus in carne, & et de se dixisse uidetur. Quasi iam instet dies domini. Et ita omnes simul tam uiui quam mortui rapiemur in subita diuina uocatione ad iudicium. quæ secundum Chryso, fiet angelico ministerio obuiam Christo in aera. ¶ Si queritur, qualiter, & quando qui Christo ueniente uiui reperientur, prius morientur: Respondet Ambro. quod rapiemur obuiam Christo, mortem quasi soporem passi. In ipso enim raptu mortem, & resurrectionem habebunt. Dū, n. anima in ipso raptu exierit a corpore, remanebit corpus terræ: sed tã breue spatium tenebit mors, ut nec cogitari, nec perpendi possit. Hæc ille. Concordat Aug. xx. de ciui. cap. xx. Ad hoc Apostolus. In Christo omnes uiuificabuntur. j. Corin. xv. Air enim. Tu quæ seminas, non uiuificas, nisi prius moriatur. Et item. Omnes dormiemus: aut omnes resurgemus. Resurrectio autem presupponit mortē. Et sic implebitur sententia diuina, qua dicit. Statutum est homini semel mori. Heb. ix. Moriētur autē homines nō ut induant immortalitatem, sed in poenam peccati originalis de cōi lege. Et ita præcedet mors breuissima saltem, secundū Aug. & Ambro. Hinc August. subiungit. Neq; ab illa sententia, qua dictū est homini scdm aliam translationem. Gen. ij. Terra es, & in terram ibis. arbitremur illos, qui uiui reperientur, immunes esse. ibit enim in terram cū uita animæ amittit, & exanimis fiunt, qui prius animati fuerunt. Vel secundum eundem tantū ualet hoc, Eris exanimis: quæ eras, antequam esses animatus. Et item. Terra es animata, quæ nō eras, terra eris exanimis, sicut eras. Ex illo sequitur: quod omnes homines, qui uiui reperientur in domini aduentu, primū moriētur quā uis breui tempore, & incinerabuntur de cōmuni lege. Et sic etiam dicitur iudicare uiuos, & mortuos. De Christo legit,

Nō dabis sanctum tuū uidere corruptio nem. Psal. xv. De uirgine Maria Aug. tenet in sermone de Assumptione euangeliæ, de uirgine quæ sit corpore, & anima translata in replū super choros angelorum. ¶ Verū tamen si quis quæcadmodum futura sit resurrectio mortuorum, cōprehendere non ualemus, nō tamē inanis est fides nostra. Quod enim infallibiliter futurum est, pro nostra ratiuncule uiribus quō futurum sit utraq; conijcimus, tunc potius erit ut nosse possimus, ut idem habet sanctus Doctor, erroris Manichæorum resurrectionē negantium extirpator. In de ecclesiasticis dog. c. vij. habetur: quod non est cōsensus hereticus, nisi pertinax, quæ dicit uiuos, quæ reperientur non esse morituros, sed mortalitatem repentina cōmutatione non morte deposituros. Sed ille liber non creditur esse Aug. Sunt ergo omnes uiui, uel immutandi, uel morituri, secundum eū ibi. ¶ Sed diceret quis mortem istam subitanam, & momentaneam posse dici immutationem quandam modici temporis respectu aliorum mortuorum. Et sic habet beatus Ambro. ut supra: ut quasi non possit perpendi illa commutatio repentina a morte ad uitam. Præterea sicut quandoque dicitur quis mortuus, quia statim morietur: ita dicitur non mori, quia non diu manebit in morte respectu aliorum. Et aliqui senes dicuntur quasi non sentire mortem, & capite truncati, quia non habent dolorem multi temporis. Alludit August. lib. ij. de peccatorum meritis, & remiss. cap. xxj. cum inquit. Hoc quibusdam in fine largietur, ut istam mortem repentina commutatione non sentiant, sed simul cum resurgentibus rapiantur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino uiuant. Quod dictum libr. ij. retractionum repetit. cap. xxxij. sed non retractat: quin potius diligentiori inquisitioni referuat. Tunc enim temporis res erat minus discussa. Hinc dictum Scot. quæst. v. cum dicit, quod uideatur August. ubi supra. cap. xx. lib. xx. ex animo determinare, quod primum resurgent mortui: primum inquam duratione temporis: deinde qui uiui reperientur

Quid de uirgine translata in replū super choros angelorum. Mortuorum resurrectio mortuorum. Mortuorum resurrectio mortuorum. Mortuorum resurrectio mortuorum.

Tres cause que non dicatur naturalis.

Dub. 8.
N
An oēs
& singu
li resur-
gent de
termina
to tēpo
re ac tē
poris in
stanti.

in aduentu Christi: Non quadrat. Nam August. hoc non determinat, nec de ea re ibidem disputat: sed solum inquit, & disputat de eo, si omnes homines prius morientur, & resurgent posthac, & uini qui reperientur quando, & ubi morientur, ut compleatur in eis diuina lex, quæ dicit omnem hominem moriturum, & resurrectorum. Hebræo. ix. & j. ad Thes. sal. iij. & j. Corinth. xv. ¶ Octauum dubium. An omnes, & singuli resurgent determinato tempore, ac temporis instanti, salua opinione præmissa. Et quod est illud tempus: an mediæ noctis. Et consequenter an instans resurrectionis sumitur comparatiue ad locum iudicij, seu ad horizontem loci in quo fiet iudicium. & ita de mediæ nocte. Vel ad locum sepulturæ cuiuslibet ubicunque fuerit sepultus. Item de loco resurrectionis. Videntur omnes istæ quæstiones plus habere curiositatis quàm utilitatis, cum ad hoc nulla habeatur authentica scriptura. Et Matthæi. xx. iij. Christus dicit: De die autem illa, & hora nemo scit, nec angeli cælorum, nisi solus pater. Pater & de comitantibus, & accessoribus neminem scire &c. Et act. j. Ad discipulos Christus ait. Non est uestrum nosse tempora, uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, & ordinatissima uoluntate, quia non conducit ea scire, sed ita uiuant necesse est singuli quasi semper iudicandi. ¶ Si ergo quæstio intelligitur de instanti diei naturalis, cum non omnes ubilibet constituti habent eundem horizontem, quod uni est mediæ noctis alteri est tempus aliud, & hora alia in alio loco constituto: posset dici, quod mortui resurgunt in quacūq; hora diei naturalis, comparado ad locum, in quo resurgunt singuli. Comparando uero tempus resurrectionis, & puluerum collectionem ad locum iudicij, ubi congregabuntur iudicandi, uideretur, quod resurrectio fiet in ortu solis, & per consequens respectu illius loci, qui dicitur uallis Josaphat. Ioh. iij. intelligenda est hora, & instans resurrectionis. ¶ Sed ad id, quod dicitur Matth. xxv. Mediæ nocte clamor factus est. Et. j. ad Thes. v. Dies domini si-

cutur in nocte, ita ueniet. Dicendum non intelligitur ad literam præcisè: sed nullo sciente, uel nullo spectate, aut sperante. ¶ Quia autem aere iam illuminato fieri dicitur resurrectio, cum iam aberit tenebre, est ad confusionem malorum: ut tales ab omnibus uideantur. Si quidē uidebuntur ab inuicē, & ab electis, & in gloriam electorum, qui etiam uidebuntur a sese, & a malis. Ea ergo hora, qua Christus resurrexit, respectiue ad illam regionem uallis Josaphat fiet resurrectio mortuorum. Ita sentire uideatur Richard. & Sco. De horæ determinatione. Scot. inquit. Ea in comparatione ad illam regionem resuscitabuntur mortui, uel ea hora, qua ad iudicatus est a Pilato, uel qua expirauit in cruce. uerū nil certi de hoc habetur. ¶ Quod autē aliqui dicunt resurrectionē futuram in nocte: intelligi potest: quia erit in confinio noctis præcedentis, & diei sequentis, quæ uesperam non habebit, hoc est in ortu solis. & redit in idem respectiue ad hemispherium loci illius, ubi erit iudicium. ¶ Posset circa idem quæri de loco resurrectionis. Vtrū quilibet resurget, ubi sepultus fuit. Et quid cum cineres, & reliquæ sanctorum fuerint hinc inde dispersæ, & una pars hic habetur, alia alibi. Respondet Richard. sed responsio non cogit. Resurget enim, ubi placuerit domino. Et quid, si quis diceret cū beato Aug. xx. de ciu. dei. cap. xx. illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter, ac incorruptibiliter reuiuiscere? Opus denique est in hac materia uidere, quando ly resurrectio dicit corporum recollectionem, quando animationem, aut puluerum qualificationem, & organizationem. ¶ Nonum dubium est circa conclusionem septimam: quæ dicit Christi resurrectionem nostræ resurrectionis futuræ esse causam effectiuam. Contra hoc est Magister in textu cum dicit. Causa resurrectionis mortuorum erit uox tubæ. Secundū, ad Rom. viij. ait Apostolus. Quia si spiritus eius, qui suscitauit Christum a mortuis &c. ergo pater erit causa nostræ resurrectionis effectiua. Hic enim suscitauit Christū

Vbi qd
resurget

Dub. 9.

O
Quo
Christi
resurre-
ctio no-
stræ
resurre-
ctionis
sit causa
effectiua.

secundum Apostolum, ubi supra, in textu. Præterea beatus August. sepe attribuit corporum resurrectionem dispensationi humanitatis, quæ est uel meritum Christi, uel humanitas eius, quorum nullum est Christus. Tertio Christi resurrectio pro nullo supponit, ergo propositio illa falsa. Consequentia nota. Antecedens probatur. Vel Christi resurrectio est Christi, qui resurrexit, aut qui resurget. Non secundum. Patet auctoritate fidei. Nam cum mortuus est semel pro hominum redemptione deinceps non morietur. Roma. vj. & ita nec resurget. Nec primum, quia Christus non fuit mortuus, igitur nec resurrexit, tenet consequentia ex notabili primo, ex quid nominis termini. Antecedens probatur. Nihil, quod semper uiuit, & uiuit, & uiuit, fuit aliquando mortuum, Christus est huiusmodi, ergo non fuit aliquando mortuus, tenet consequentia in Ferio. Maior probatur: quia oppositum eius implicat. Sequitur enim ad ipsum, quod aliquid fuerit uiuum, & mortuum. Mortuum enim priuat uita. Minor probatur. Christus est nomen suppositi, quia supponit pro uerbo diuino, & secundum Apostolum Christus Iesus heri, & hodie ipse, & in secula. Hebræo. xij. Quia semper, & æternaliter uiuens cum patre heri, id est tempore præterito, hodie, id est presenti, in secula. futuro. Et si hoc refertur ad diuinitatē, dixit Matth. ultimo. Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Quarto, si Christus fuit aliquando mortuus, maxime in triduo, sed hoc non. Probatur. Nihil pro tempore, quo est homo, est mortuum. Christus in triduo fuit homo secundum Magistrum in iij. dist. xxii. & Hug. lib. ij. de sacramentis, par. j. cap. xj. igitur in triduo non fuit mortuus. Quia in triduo Christus descendit ad inferna: in triduo Christus fuit. ab est secundo adiacente ad tertium. Antecedens patet ex symbolo fidei. Et fuit in triduo homo: quod semel assumpsit, nunquam dimisit uerbum secundum Damas. Quinto. xx. de ciuitate dei. cap. xx. secundum Augustinum incineratio præcedet resurrectionem, Christi

us non fuit incineratus, igitur nec resurrexit. Quomodo enim in tam breui tempore incinerari potuit? Sexto, omnia nobis ad salutem necessaria attulit nobis Christus sua benedictissima passione, & morte, & in operibus Christi nihil ponendum est frustra. Cum igitur nulla uideatur fuisse necessitas resurrectionis Christi non uideatur resurrexisse. Ad illa dicendum. Ad primum de uoce tubæ. Nō est usquequaq; certū, & lucidum ex scriptura, pro quo supponit nōmē uox tubæ. Tamen accipiendū nōmē secundum suā primariam significationem, uox tubæ nō est causa effectiua principalis nostræ resurrectionis, ut patet ex dictis: siue resurrectio accipitur pro recollectione puluerum, siue pro animatione: sed uirtus diuina. Potest tamen dici signum euocationis mortuorum, secundum August. ubi supra, aut causa instrumentalis, uel sine qua non fiet resurrectio, sicut in scriptura canonica. Sicut. n. dominus assistit baptismi, aut penitentiae sacramento, hoc operando interius, quod in signo figuratur exterius, ita in proposito dici potest de uoce tubæ, quod ei assistet uirtus diuina resuscitans mortuos. Hinc Paulus. j. Corinth. xv. Canet tuba, & mortui resurgent. Vbi secundum Glos. tuba dicitur clamor, uel signū aliquod præclarum, & euidentis ostensiuum, quod fiet resurrectio mortuorum. Et nominatur quandoque clamor. Matt. xxv. Mediæ nocte clamor factus est. Vox filij dei Ioan. v. Vox archangeli. j. ad Thes. iij. & ibidem. Iussus dei. Videtur, quod sicut dominus præcipiendo dixit: Effeta, quod est aperire. Marci. vij. ad surdum, ita præceptiue loquetur uel signo innotescet resurrectionem futuram, uictos ubicunque delectuerint euocando. Richard. ponit differentiam inter illa tria. s. iussum, uocem archangeli, & tubam dei, ut per iussum dei intelligatur mandatum diuinum, quo iubebit per angelos fieri puluerum collectionem. Hoc enim permittet resurrectioni. Deinde uirtute diuina animabit pulueres, & resurrectionem consummabit deus omnipotens: cui omnis creatura nutum obedire curabit. Et id dicitur uox dei. Sicut in Genesi. Dixit, & fa-

sta sunt. Dixit uoluntate practica diuina. Ita hic uox filij dei dicit, ut mortui resurgant: & resurgēt. Tertio, uox archangelis sequetur. Vox hęc ab archangelis custodibus prouinciarū, quibus a deo assignati fuerūt, formabitur, aut formari poterit articulata, & perfecte in assumpto corpore: ut supra in secundo: qua citantur ad iudicium, & ad sententiā definitiuam generalem omnes, qui resurrexerunt. Ita posset fieri nōminum illorū distinctio. Erit ergo uox tubæ causa instrumentalis resurrectionis, cur assistet præpotenter uirtus diuina resurrectionis effectiua, & principalis causā. ¶ Et si queritur, quomodo mortui audient uocem filij dei, uel clangorem tubæ, uidetur dicendum aure obedientiali directi ab agēte præpotentissimo, & infallibili, cuius uocationi nemo resistere potest. Sicut monumenta fuerūt aperta, & saxa scissa Christo iam mortuo. ¶ Nec ualet, ut uideatur dictum Richar. inquisentis. Animæ intellectuali uirtute apprehendunt. quia tunc manet dubium de obedientiali potentia puluerum, quæ primum fiet ministerio angelorum absq; eorundem discursu. hinc inde ad innumera loca, & sinus abditissimos reliquiarum, & puluerum. Audient ergo pulueres clangorem tubæ diuinæ, sicut audierunt res producendæ, cū non essent, quæ Christo dicente mox factæ sunt. Gen. j. Sapient. v. dicitur, q̄ pro eo pugnabit orbis terrarum. Sic audient uocem filij dei excitata, & uocata ab eo, & ita pulueres. ¶ Ad secundum pater ex notabili quarto, quod Christus, qui resurrexit a morte, est causa effectiua resurrectionis nostræ. Ioan. x. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Ego inquam, suppositum uerbi. Ad hoc Aug. Verbum, ex quo suscepit hominem. i. carnem, & animam nunquam deposuit animam: ut esset anima a uerbo separata, sed caro posuit animam, quando expirauit. Quæ redeunte surrexit. Mors ergo ad tempus corp⁹, & animam separauit: sed neutrum a uerbo dei. Caro itaq; ponit animam, & sumit: sed non potestate sua: sed in habitantibus carnis deitatis, scilicet. Hęc ille. ¶ Sed

Quo mortui audient uocem filij dei.

si opponitur dictum eiusdē Homi. xxij. & xxij. super Ioan. cum dicit. Animæ resurgunt per substantiam dei: corpora per dispensationem humanam. Et infra. Resurgat anima tua ab iniquitate per id, q̄ deus est, resurgat corpus tuum a corruptione per id, q̄ homo est. ergo resurrectio corporum non habet causam efficiētem deum, sed Christi humanitatem, q̄ non est deus, nec deitati identificatur. Idē Homi. xxij. ostendit resurrectionem animarum, quæ fit per fidem, fieri per substantiam patris, & filij æternam, & incommutabilem: corporum uerō per dispensationem humanitatis filij temporalem, non patri cōternam. Glof. Ioan. v. dicit. Per uerbum filij dei fit animarum resurrectio. Per uerbum factum in carne filij hominis fit corporum resurrectio. Pro roboratione omnium illorum est uerbu Christi. Ioan. v. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. Notanter dicit: quia filius hominis est. Respondetur: q̄ illud dictum est per appropriationē, sicut exponit Magister in text. distin. xlvij. Quamuis enim Christus potentia suæ diuinitatis, & secundū diuinitatem: quæ æqualis est patri, uiuificat animas, siue hoc intelligitur de uiuificatione, aut resurrectione prima, quæ est per gratiam, & fidem formatam, siue de uita perfecta quæ est beatitudo corporis, & animæ, & etiam resurget corpora eadem uirtute deinceps nō moritura, attamen corporum resurrectio dispensationi humanitatis attribuitur, & animarum uiuificatio potentie diuinæ: quia Christus secundum humanitatem meruit corporū resurrectionem, & euocabit mortuos de sepulchro: mādato fieri puluerum collectionem, scđm Apostolum. j. Corinth. xv. & j. ad Thesla. iij. Audierūt enim mortui uocem filij dei: citantis, & euocantis mortuos potentia diuina, & partim humanā, cum sit caput ecclesie. Eius enim uox in humanitate assumpta audietur, & uidebitur hoc suppositum secundum humanitatē. Ergo cū tropo, quo res dicitur fieri, prout innotescit, hoc attribuitur humanitati. Animarū uerō uiuificatio potētię diuinę, & solū tali debetur.

tur. Gratia enim, & gloriam dabit dominus. Psal. Tametsi Christus secundū humanitatem meruit nobis gratia: infusionem. Ioan. j. De plenitudine eius accepimus omnes gratiam pro gratia. Cum ergo Christi humanitas est instrumentū diuinitatis in mortuorum resuscitatione, & euocatione ad iudiciū, & eius uox palā ab omnibus audietur in assumpta, & uisibili humanitate, operabitur quoq; imperādo imperio subauthētico, uel cōmissario, quatenus mortui resurgant, & angeli pulueres colligant. (Habet enim efficax imperium, ut caput ecclesie, respectu potestatis angelorum, & corporū suscitandorum) ideo corporum resurrectio attribuitur Christo secundum dispensationem humanitatis, & animarum uiuificatio deitati, cum tamen utrumq; perficiet uirtus diuina: sed in uno concurret ministerialiter humanitas Christi, non sic in alio. Itaq; resurgunt animæ per substantiam dei resurrectione prima, & secunda. Hęc enim fit inuisibiliter. Corpora uerō per dispensationem humanitatis Christi, cuius uox audietur, euocabit mortuos, & faciet imperando resurrectionem fieri mortuorum, & puluerū collectionem. & hoc fiet sensibiliter. Præterea per corporum resurrectionem posset intelligi solum præambulum resurrectionis, quod est puluerū collectio: quod utiq; iubebit fieri Christus in humanitate, & secundum humanitatem assumptā: ut caput ecclesie. Et per animarum uiuificationem unio corporis cum anima, & ita uiuificatio, seu animatio, item organizatio, qualificatio instāanea, quæ sunt solius nature diuinæ eo modo, quo fiēt in resurrectione. Et sic uerum est dictū Aug. Animæ resurgunt per substantiam dei. i. animatio, seu uiuificatio fit uirtute diuina. Corpora per dispensationē humanam. i. reuiuiscunt, & recolliguntur Christo imperante secundum humanitatem fieri puluerum collectionem, & corporum de sepulchris euocationē. Consimili modo beatus Aug. Homil. xxj. super Ioann. istum textum. Pater non iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit filio. exponit. Non q̄ auctoritas iu-

Quo pater non iudicat quemquā.

dicandi non sit apud totam trinitatē: sed ideo dicitur data filio: quia filius factus ē homo, non pater, nec spiritus sanctus. & in humanitate assumpta in iudicio apparebit. Actū. j. Sic ueniet, quemadmodum uidistis eum euntē in cælum. & uoce magna mortuos euocabit. Ideo hoc ei attribuitur: ut dicitur iudicare, & mortuos suscitare: quia hoc ager manifeste, & in natura uisibili, quod pater occulte. Itaq; secundum tropum quendā scripturā, quo res dicitur fieri, cum innotescit, sicut post resurrectionem Christus dixit discipulis. Matth. ult. Data est mihi omnis potestas &c. cum innotuit hominibus, & angelis post resurrectionem suam sibi datam omnem potestatem, quam & prius habuit: ita in proposito, quia uox Christi secundum humanitatem corporum pulueres colligi mandabit sub authenticē, & commissariē, excellentia singulari: ut Scot. loquitur. dist. xlvij. de iudicio. ideo corporum resurrectio humanitati datur. Hinc ait Ioan. v. Et potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est. q. d. Sicut pater habet uitam in semetipso. Gloss. Ad animarum uiuificationē. sic dedit filio natiuitate æterna habere uitam in semetipso; ut supra. Subiungit secundum Aug. de corporum resurrectione. Et potestatem dedit ei &c. Sic uideret ordinandum. Et quia filius dei factus est filius hominis, dedit ei potestatem, & iudicium facere executiuē pariter, & corporum resurrectionem in forma humana, qua uidebitur a cunctis bonis, & malis. Et hoc uideatur esse melius, quam textum sic ordinare: ut haberetur in Homil. xxxvij. Chrysoft. super Ioann. Quia filius hominis est: nolite mirari hoc. Claret multa conuenire Christo secundum humanitatem, quæ nec patri, nec sibi met, nec spiritui sancto conueniunt secundum diuinitatem: ut audiri, uideri, tangi &c. Faciet ergo auctoritate sibi a patre collata mandando, cum est caput ecclesie puluerum collectionem per angelorum ministerium, & ita corporum resuscitationem. Animarum uerō sanctificationem cum patre operatur inuisibiliter gratiæ collatione &c. De hoc infra dist. xlvij. &

xlviij. ¶ Ad tertium, resurrectio Christi pro nullo supponit, negatur: ut patet notabili quarto. Est enim actiue Christus, qui resurrexit. Ad probationem negatur. Ad discursum negetur minor. quia Christus nomen suppositi subsistentis in duplici natura diuina, & humana, quod semper uiuit, fuit in triduo mortuus: quia subsistens in natura mortua. Fuit etiam uerbum incarnatum in triduo uiuū per communicationem idiomaticam. secundū quā cōceditur: quod uerbum fuit mortale, & immortale: quia subsistit in natura immortalis diuina, & mortali humana, & quia in triduo subsistebat in natura humana corporis mortua. ¶ Nec implicat: aliquid simul esse uiuum, & mortuum per communicationem idiomaticā: ut supra in tertio. Nec mortuū hic priuata uita uniuersaliter sed particulariter quātum ad certam naturam. Si tamen ly immortale sumeretur priuatiue: ut negatio inclusa priuat omnem dispositionem quantum ad naturam subiecti: ut. s. ualeat tantum. Nō habens naturam mortalem, sic non potest conuenire illi, cui conuenit mortale. Sic. n. inferret contradictionem. Si autem accipitur priuatiue non uniuersaliter: sed quantum ad certam naturā subiecti: ut ualeat. Subsistens in natura nō mortali, nō infert contradictionē. & ita in proposito. Priuatiue. n. opposita possunt eadem cōuenire secundū diuersas naturas, nō secundū eādē. In prima ly natura distribuitur. In secunda accipitur determinatē. ¶ Ad auctoritatē apostoli, cōcedit, quod hoc suppositum, pro quo supponit ly Christus semper fuerit hodie, heri, & in secula: sed tñ nō p quolibet tēpore ly Christus poterat uerificari de illo supposito, puta uerbo diuino: quia non ante incarnationem: nec in triduo. Ad dictū Christi dicendū, nihil facit ad propositū. ¶ Ad quartum, conceditur: quod Christus fuit in triduo mortuus, quia subsistens in natura humana mortua. Negatur autem, quod Christus fuit homo in triduo: quia ly homo in triduo ibi pro nullo supponit quia alienatur. Ad probationem, admittit maiore, negatur minor. Ad auctoritates dicitur, quod fuerunt illius opinionis: ut

supra. dist. xxij. tertij. Ad probationem dicendum: ut supra. Christus descendit ad infernum, iacuit in sepulchro, conceditur per Synecdochē: quia secundū animā unitam deitati: uel secundū corpus unitū deitati descendit: uel iacuit in sepulchro. Posset tamen de rigore cōcedi hæc, Christus descendit ad inferna, ratione ampliationis: quia ualeat. Qui est, uel fuit Christus, seu uerbum, quod est, uel fuit Christus, descendit &c. Illa autem falsa est, Ad inferna descendit Christus, in sepulchro iacuit Christus. quia tempore, quie tuis in sepulchro, & descensus ad inferna, de hoc subiecto pura uerbo non uerificatur nomen Christus: quia tunc uerbum non subsistebat in duplici natura diuina, & humana: quia in triduo non fuit humana natura. ¶ Ad auctoritatem Damasceni, intelligitur quantum ad partes humanitatis essentialis reuniendas. Vel non deponit humanitatem manētē, quā reliquit, secundum Sco. dist. ij. tertij. q. ij. & dist. xvj. Intelligitur enim de partibus heterogeneis principalibus, quæ cōcurrunt ad integritatē hominis: ut cor, caput, manus. secus de crinibus forte abscissis, aut unguibus scissis, aut carne defluxa &c. ¶ Ad quintum negatur cōsequentia. Nec incineratio necessariō precedit resurrectionē. De hoc dist. xxj. tertij collect. ¶ Ad textū dicendū. Licet per passionē omnia ad beatitudinē nobis necessaria meruerit Christus in passione, nō tamē superflua, aut inanis fuit eius resurrectio: sed cōsummatio ceterorū, & cōsummatiois exēplificatio. Sapientia. n. diuina nō solū attingit a fine usque ad finē fortiter: sed etiā disponit omnia suauiter. Vnde multas resurrectionis Christi utilitates colligunt sancti, & doct. Nam resurrectio Christi iustitiam dei cōmēdat exaltandō humilitatum. Fidem nostram instruit. Si enim Christus non resurrexit, inanis est fides nostra. ij. Corinth. ultim. Spem subleuat: quia caput membra sequuntur. Fidem uitam informat. Roman. vj. Ut quomodo Christus resurrexit per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Salutem nostram cōpleuit: ut sicut suscipiendo mala, mala a

hobis abstulit, ita suscipiendo bona glorie, gloria nobis cōferendā exēplificauit. Ad hoc Rom. iij. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Hanc enim resurrectionem maxime significat, & consummatam ostendit: ita quod illa nomina multiplicentur quantum ad significationis diuersitatem, & non præcisē ad causam. Mors enim Christi peccatorum sepelitionē, & resurrectio eius cōsummatōnem glorie representat. Et ideo licet non fuerit necessaria simpliciter Christi resurrectio, quoniam per eius mortem redempti sumus, congruum tamen fuit eum resurgere. Rationes alias, & plures, doctores ponunt.

QVAESTIO II.

ARGVENDO quæritur. Vtrum argumenta, quibus Christus suam resurrectionem mundo patefacere uoluit, fuerint uera, & non ficta, sufficientia, ac fidei merito conducentia? ¶ Quantum ad articulum primum, notandum. Argumentum sumitur dupliciter. Vno modo est ratio rei dubiæ faciēs fidem, hoc est certitudinem. Quod esse non potest, nisi procedat ex per se notis. Sicut fit in demonstratiuis scientijs, ubi præmissæ gi-gnunt scientiam. Talibus argumentis resurrectio mortuorum, quæ est articulus fidei, non debuit probari: quia de creditis non potest haberi scientia, aut euidētia: sed certitudo firmissima excludēs ex parte ueritatis creditæ omnem fallendī possibilitatem, tamen si admittat ex parte assentientis dubitationis motum: ut supra. dist. xxij. q. ij. collect. tertij. & qj. prologi. Alio modo argumentum est signū sensibile, quod inducitur ad alicuius rei seu ueritatis manifestationē aut significationē. Et sic Christus dicitur resurrectionē suā multis argumentis ostēdisse. Actū. j. Vt quia uisus, & tactus fuit a discipulis: comedit coram eis: se palpandum, & uulnerū cicatrices præbuit &c. ¶ Secundo notandum. Aliquid dicitur fictum: ut supra in secundo collect. distinct. viij. quæst. i. quia

est signum falsi: ut dum aliquid fit, uel exhibetur ad significandū alicui aliquid, quod non est, uel aliter se habere, quā se habet in ueritate. Et est fictio in factis, sicut in uerbis, & dictis ad representandum aliqua ueritatem. Econtrario aliquid dicitur non fictum, quando licet sit alterius naturæ, exhibetur tamen ad significandum alteri quippiam, quod in ueritate est, aut ita se habet, ut signum præterdit. Sic dicitur Luc. xxij. de Christo. Finxit se longius ire. i. præterdit habitum longius abire uolentis. Erant enim discipuli mente elongati a Christo, ideo hanc elongationem mentalem eis ostendit signo exteriori idipsum significante, secundum Greg. Hinc beatus August. ij. lib. quæstionum euangelicarum cap. vltim. Cum fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium: sed figura ueritatis. Alioquin omnia figuratē dicta siue a sanctis, & sapientibus, siue etiam a Christo dicerentur mendacia. Et ideo fictio, quæ sic refertur ad significandum aliquam ueritatem, figura est, & non mendacium. Voluit autem dominus esse significare secundum eundem: quia hospitalitatis officio possunt homines ad dei notitiam peruenire. Ad idem est Damasc. lib. iij. cap. x. de factis per Christum secundum humanitatem post resurrectionem. Secundum Hugon. Postill. Fictio, uel fingere quandoque notat fragilitatem: ut ipse cognouit figmentum nostrum. Item sapientiam. Qui finxit singillatim corda ipsorum. Eccles. xix. Est iustus, qui inclinat faciem, & fingit se non uidere, quod ignoratum est. Item iustitiam. Psal. Qui fingis dolorem in præcepto. Item simulationem. Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum. Sapient. j. Hinc sequitur: quod fictio in suo significato quandoque nullam includit deordinationem, & falsitatem: sed iustitiam, & sapientiam, aut rei ignoratæ eruditionem. Sic enim sapientes, & prudentes quandoque præterdunt aliquo signo sensibili hoc, uel hoc quasi facturos: ut animum alterius ad hoc, uel illud inclinent, & desinant seum lucrētur.

Nota. 2. Aliquid dicitur fictum.

Uel res resurrectionis Christi.

Artic. 2. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. accipiendo argumentum secundo modo, non primo modo. Christus suam resurrectionem argumētis pluribus ostendit, quibus fidei meritum non euacuauit. Prima pars probatur. Actus. j. Siquidem octuplici signo, seu argumēto probauit suam resurrectionem Christus: ut ex serie scripturæ colligi potest. scilicet testimonio angelorum. Hominum uiuorum, mulierum, & uiuorum custodum, & discipulorum, nedum uerbis, sed proprii sanguinis effusione. Mortuorum, qui cum Christo resurrexerunt, & apparuerunt multis in sancta ciuitate. Miraculorum factorum per angelos Christum, & discipulos. Scripturæ prophetarum, quæ Christus fecit, & exposuit discipulis. Christi dei uerbis, & factis soli deo possibilibus in cogitationum manifestatione, cordis inflammatione, sensuum ad scripturas intelligendas illuminatione. Spiritus sancti in die Pentecostes Apostolis missi. Signorum, & manifestatione corporis proprii secundum singulos sensus. Quarum probationum quælibet fuit sufficiens in genere suo. ergo &c. Et secundum August. lib. iij. de consensu euangelistarum iuxta finem, decies eum esse uisum ab hominibus post resurrectionem referunt euangelistæ. Et Paulus. j. Corinth. xv. dicit quod apparuit Cephæ, & postea duodecim. Deinde plusquam quingentis fratribus. Ultimo sibi. ij. Corinth. v. in principio capituli. ¶ Secunda pars probatur, quia meritum fidei etiam stare potest sub lato actu fidei, sicut meritum boni operis sine opere posita bona uoluntate. Luc. ij. In terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Meritum enim fidei principaliter est in uoluntate, & non in actu intellectus. nam meritorie credere, est uelle credere ex charitate diuinæ auctoritati, etiā si ueritas reuelata non fuisset argumentis ostensa. Et talis actus uoluntatis stare potest cum scientia, & euidenti assensu ueritatis fidei, & ita eius meritum, ut supra in tertio. Patet de uiro docto in theologia, qui multa potest quodammodo demonstrare, quibus firmiter assentit, non propter suas rationes demonstrati-

uas: sed auctoritatem reuelantis. Vnde licet Apostoli non meminerunt uidentes secundum humanitatem Christum pati, assensu illi propositioni, Ille homo patitur, Ille homo resurrexit, quod fuit eis per uisum notum: Meruerunt tamen, aut mereri poterant, si id ipsum credere uoluissent actu elicito, præcipue propter auctoritatem reuelantis dei: etiam si non uidissent hominem pati. Viderunt hominem pati, quem crediderit esse deum, & ita Christum pati crediderunt. Est enim fides non apparentium formaliter, uel obiectiualiter, uel tanquam non apparentium, propter solam auctoritatem reuelantis, cui quis præcise uellet, aut uult assentire etiā in propositione per se nota, si deus hoc iuberet. Gers. de erroribus circa finem. ¶ Præterea secundum beatum August. ad Paulinam de uidendo deum, qui uiderunt uiuentem Christum, quem uiderunt morientem, ipsam tamen resurrectionem cum fieret non uiderunt, sed eam certissime crediderunt uidendo, & tangendo uirum, quem sciuerunt olim mortuum. Et ita quamuis illa, Hic homo uiuit, qui pridie mortuus est in cruce, fuerit eis euidenter nota, tamen illa fuit eis credita, Christus, qui pridie &c. uiuit, aut Christus resurrexit uirtute propria, uel hora illa modo tali &c. ¶ Secunda conclusio. Christus post suam resurrectionem corpus suum discipulis ad uidentem, & palpandum præbuit, cum eis uere comedit, & ambulauit uulnerum cicatrices ostendit, forma qua uoluit apparuit. Probatur. Ioann. xx. & ultim. Luc. ult. & alibi. & hoc de facto. Sed de possibili probatur conclusio. Nihil uirtutis naturalis perit corpori glorioso per gloria sublimationem. Manet enim corpus gloriosum eiusdem naturæ, & substantiæ secundum August. & beatum Greg. in Homil. & Leonem Papam in ser. de resurrectione domini. Potest ergo uti cæteris partibus sua uirtute naturali cum uult, & prout uult. Cum enim discipuli dubitarent de eius resurrectione, & quod uiderant, crederent esse phantasma, inquit. Palpate, & uidete: quia spiritus ossa, & carnem non habent sicut me uidetis habere.

Cōcl. 2. Christi post suam resurrex. corp. suum discipulis ad uidentem & palpandum præbuit.

re. Præterea talismodi palpatio corpori glorioso non repugnat. Et licet communiter dicatur: quod tangibile resistit tangenti, dum tangitur, tamen non oportet, quod resistat ei, cum est in eius potestate tangi, uel non tangi. Præpositus inquit. Corpus gloriosum est in potestate anime quoad omnem actionem, & ex consequenti in eius potestate est tangi, uel non tangi. Quod sane intelligendum est, assistente diuina potentia, & id efficiente circa corpus beati, quod anima uellet fieri: circa ipsum, cum non est in eius potestate naturali lib. c. iij. de mirabilibus sacre scripturæ. ¶ Et si dicitur: Corrupti necesse est, quod tangitur: non uidetur illa auctoritas esse necessaria, & potest intelligi, dum quod tangitur esse corruptibile. Item secundum communem cursum naturæ. Corpus autem beati est incorruptibile: ut dicunt. Item beatus Greg. xiiii. moralium inquit. Si post resurrectionem palpabile non erit, profecto alius surget, quæ moritur. Et ita non est contradictio in uerbis suis, rite intellectis. ¶ Secundum, quod comederit, & uere comederit patet scripturæ auctoritate, & beati August. ad Deogratias in responsione. q. j. cum dicit. Christus non semel solum, sed sæpius cibum, & potum sumpsit. Et expresse dicit eum uere, non fictè nec inani phantasma comedere uere, quod est cibum de foris sumptum, & masticatum ad interiora per os, & arterias siue uias naturæ per actionem formæ uiuentis trajicere. Quo stante Christus uere comedit. Nec est de ratione manducationis nutritio. Patet de uomente cibum comestum, aut alias forte per secessum emittente sine nutritioe. Non tamen fuit illa manducatio ex indigentia, uel ad restitutionem deperditi, sed ex potestate, & perfectione naturæ. Hinc August. ubi supra ad Deogratias! Corpus in resurrectione non erit perfectæ felicitatis, si comedere non poterit, sic etiam si cibo indigerit. Comedit ergo. xxij. de ciuit. dei. c. xix. non alimentorum indigentia: sed ea, quæ hæc poterat potestate, & potentia, ad ostendendum se uere esse uiuum. Ad idem de mirabili

bus scripturæ lib. iij. c. xij. & lib. xij. de ciuit. c. xxij. Non enim potestas: sed dicitur exegestas comedendi aufertur a beatis. Hinc & spiritualia corpora dicuntur: quia spiritu uiuificante subsistunt, non quod desinant esse corpora. Nec enim sunt spiritus. ¶ Si queritur. Quomodo peruenit cibis? Quomodo trahitur? An in substantiam aliter conuersus fuit? Respondetur, potuit conuerti in substantiam aliter. Non enim repugnat, non gloriosum corpus uniri glorioso, & cum eo participare conditionem corporis gloriosi, ideo non est neganda diuina potentia. August. lib. iij. de mirabilibus scripturæ. c. xij. dicit, quod conuersus fuit in naturam spiritualem. Exponeit Franc. Maronis idest subtilem. sicut in Angelis ad illic Mabræ. Beatus Thome in iij. dist. xxj. dicit, quod fuit resolutus in uapore: sicut aqua per radium solis. Quod uidetur etiam nonuisse August. cum inquit. Aliter absorbet aquam terra siccis, aliter radius solis calens. Et id communiter tenent doctores. Potuit enim resolui, aut dimitti, prout deo placuit. Nec oportet dicere. Si comestio sit cum alteratione corporis comedentis; ergo sequitur corruptio. Sed bene partialis generatio. Ad hoc Damasc. lib. iij. c. x. Post resurrectionem quædam uere dicuntur de Christo: sed non secundum naturam, sed secundum dispensationem ad certificandum, uel credi faciendum, quod ipsum, quod passum est, corpus resurrexit: ut cicatrices, cibatio, potatio. Alia autem uere, & secundum naturam: ut transire de celo ad locum infatigabilitatis, & per clausas ianuas. Notanter dicit uere dicuntur de Christo. Non tamen secundum naturam. i. ex necessitate naturæ: sed secundum dispensationem. i. propter aliquem finem per hoc intentum, & consequendum. Ad hoc etiam est beatus Thome. par. iij. q. liiij. & in iij. dist. xxj. cum dicit in Christo fuisse ueram comestionem quoad distensionem, & trahitionem etiam per actionem formæ uiuentis, non sic in angelis, qui non habent animata, & uiua. Secundum August. in de corpni. ueræ uitæ. c. vj. dicuntur substantia in corpore inuisibiles sensibiles. Quod auctor illius libri, quicumque sit, exponit

C Quomodo peruenit cibis? Quomodo trahitur? An in substantiam aliter conuersus fuit? Respondetur, potuit conuerti in substantiam aliter. Non enim repugnat, non gloriosum corpus uniri glorioso, & cum eo participare conditionem corporis gloriosi, ideo non est neganda diuina potentia. August. lib. iij. de mirabilibus scripturæ. c. xij. dicit, quod conuersus fuit in naturam spiritualem. Exponeit Franc. Maronis idest subtilem. sicut in Angelis ad illic Mabræ. Beatus Thome in iij. dist. xxj. dicit, quod fuit resolutus in uapore: sicut aqua per radium solis. Quod uidetur etiam nonuisse August. cum inquit. Aliter absorbet aquam terra siccis, aliter radius solis calens. Et id communiter tenent doctores. Potuit enim resolui, aut dimitti, prout deo placuit. Nec oportet dicere. Si comestio sit cum alteratione corporis comedentis; ergo sequitur corruptio. Sed bene partialis generatio. Ad hoc Damasc. lib. iij. c. x. Post resurrectionem quædam uere dicuntur de Christo: sed non secundum naturam, sed secundum dispensationem ad certificandum, uel credi faciendum, quod ipsum, quod passum est, corpus resurrexit: ut cicatrices, cibatio, potatio. Alia autem uere, & secundum naturam: ut transire de celo ad locum infatigabilitatis, & per clausas ianuas. Notanter dicit uere dicuntur de Christo. Non tamen secundum naturam. i. ex necessitate naturæ: sed secundum dispensationem. i. propter aliquem finem per hoc intentum, & consequendum. Ad hoc etiam est beatus Thome. par. iij. q. liiij. & in iij. dist. xxj. cum dicit in Christo fuisse ueram comestionem quoad distensionem, & trahitionem etiam per actionem formæ uiuentis, non sic in angelis, qui non habent animata, & uiua. Secundum August. in de corpni. ueræ uitæ. c. vj. dicuntur substantia in corpore inuisibiles sensibiles. Quod auctor illius libri, quicumque sit, exponit

i. motum habentes a se sicut anima. In epistola ad Deogratias dicit, q̄ non ficto, aut inani phantasmate comederint angelis sed manifestissima ueritate: non indigentia. sed potestate sicut Christus. Magna est differentia comestionis angelorum & Christi cum corpus Christi fuerit animatum, non sic angeli? ¶ Tertiū, q̄ uulnerum cicatrices ostendi est euangelicum. Luc. ult. Ioann. xx. Nec illa cicatricum referuatio est signum infirmitatis, uel impotentia: sed argumentum triumphi, uictoriae, & gloriae impassibilitatis: ut puta si quispiam athleta multa acciperet uulnera, diceret medico perito potenti singula curare, ut cicatrices nullae remanerent: Volo, sic cures per artem, ut sanato corpore remaneant cicatrices tanquam tituli gloriarum. Hęc August. ad Deogratias. Non enim demonstrauit discipulis uulnera: sed signa uulnerum. Frustra ergo uidentur aliqui uelle ut Holcor super sapientiales lect. vj. quasi retinuerit uulnera, & temerarium fuerit Thomae manus iniicere. Cicatrices dispensatiue tenuit, & ut creditur, in perpetuum retinebit: nō ex defectu naturae: sed ex causa rationabilis. Ad idem est Aug. lib. ij. cap. viij. de symbolo ad catechu. ubi causam ponit: ut apparens in humanitate ostendere possit suis inimicis, & conuincere eosdem. Zacha. xij. Videbunt, in quem transfixerunt &c. Quia cum eis ambulauerit, habetur Luc. ult. Sic forma, qua uoluit, apparuit. Probatur. Quia nunc. ut Hortulanus. Ioann. xx. Nunc, ut peregrinus Luc. ultim. Item secundum August. ad Orosum resurrexit in corpore clarificatus: sed tamen ut sic suis discipulis apparere noluit: quia apparuit, ut agnosceretur: sic uero non nouissent eum in tali clarificatione. Et xxij. de ciuit. dei cap. xix. Claritas corporis Christi, cum qua resurrexit, suis discipulis fuit abscondita, & potius secundum eum abscondita fuisse, quā desuisse credenda est. Non enim eam ferret humanus, atq; infirmus aspectus, quando ille a suis ita deberet attendi, ut possit agnosci. Apparuit uero Christus, & ita se uisibile exhibuit eis: prout

eum recte attendere, & irreuerberatis oculis sufficienter, & infallibiliter conspiceret, & cognoscere possent, partem uel lineamentorum, uel colorum suae faciei abscondendo. i. ei non coagendo ad uisus obiectiuam productionem. Est enim in potestate animae corporis gloriosissime diuina assistentia speciali uideri, aut non uideri. Tenet enim deus oculos alicuius ad uoluntatem beati, ne suum corpus, uel uideatur, uel cognoscatur in parte, uel in toto. Sicut aliqui loquuntur, & sentiunt de locutione angelorum, & non uisione cogitationum nostrarum a demonibus. Ita sentire uidetur Aug. epist. lix. ad Paulinum. Immutatio uero, quae fit secundum aspectum, maxime ostendit diuersitatem eius, quod uidetur. Hinc ponit exemplum ibidem. Discipuli tres, ante quorum oculos transfiguratus fuit Christus, nō nouissent eum, si ad eos talis alium de uenisset: sed quia continuo cū illo erat, ipsum esse certissime retinebat. Et ita facile secundum eundem potest diuina maiestas lineamenta modo iam designato mutare, sicut per annorum moras hominum etates. Præterea res illa potest esse sacramenti alicuius, nec sine dispensatione facta est. Erant enim discipuli tardi corde ad credendum. Luc. ult. in his, quae locuti sunt prophetae, & ita eorum incredulitas demeruit huiusmodi absconsonem faciei. Ad idem est Hieronymus ad Pamachium. Cognoscere non cognoscere non fuit impedimentum eius, qui uidebatur, sed oculorum, licet & ipse fuerit. Tenebat enim oculos eorum, ne eum agnoscerent, non coagendo ad uisus productionem, uel aliquid coloris, aut lineamenti faciei suae abscondendo, ne ab eis uideri possent. Et ille modus imaginandi satis concordat literę. Luc. ult. Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et iterum, Et aperti sunt oculi eorum &c. & cognouerunt eum in fractione panis. Sed ex eo non habetur; q̄ oculi eorum fuerunt aperti ad cognoscendum claritatem corporis sui ex fractione panis. Et ergo inmutauit uisum intuentium: prout noluit sine sui mutatione. August. lib. ij. de consensu euangelistarum: c. xxv. Oculis enim eo-

rum aliquid accidit, quod permansit usq; ad fractionem panis. Idem lib. xxij. de ciuit. dei cap. xix. Cū aliquid nō uideretur, quamuis adita quibus alia, quae pariter adfuit, uideretur: Sicut in proposito illa claritudine dicimus affuisse, sed nō uisam, a quibus tñ alia uidebatur: Auris Graece dicitur: q̄ nostri interpretes Latine dicere nō ualentes: in lib. Gen. c. xix. interpretati sunt caecitate. Erāt ergo caecitate percussus, ideo quia concessum erat eis uidere aliquid, quod uere fuit in facie Xpi, & aliquid non uidere, quod etiā praesens fuit.

Cōcl. 3. D Argu-
mēta a
Xpo ad
sua re-
surre. ma-
nifestan-
da exhi-
bita fue-
re uera,
& non fi-
cta.

¶ Tertia cōclusio. Argumenta a Christo ad suam resurrectionem manifestāda exhibita fuere uera nō ficta, rationabilia, & si dei nostrae conducerent. Prima pars: q̄ fuerint uera, patet ex conclusione praecedente, & ex notabili secūdo. Erant enim manifestatiua cuiusdam ueritatis, cuius fides necessaria erat humano generi ad salutē. Irē erant rationabilia, & fidei nostrae cōducētia. Ita. n. facta fuit homini argumentorū exhibitio, prout ei diuina reuelari solent, & ostendi. Solent autem diuina homini ostendi pro sua capacitate, & secūdo q̄ affectus est diuersimodē, bene, uel male. Habentibus enim bonā, & pronam animi dispositionem clariore modo: tardā, & obscurā in enigmate, & similitudine; seu operatione quadā innotescunt. Exemplum de his, qui fuerunt sub uer. lege, comparatiue ad eos, qui sunt in lege noua. His enim in umbra, istis in ueritate. Hinc quibusdam in sua, alijs in aliena effigie apparuit. Mar. ult. His uelut peregrinus, a quorū cordibus recesserat per fidem. His Hortulanus seminaturus iam de proximo perditam fidem: ut resurgat in flores uirtutum, & gratiae. ¶ Præterea nostra cognitio naturaliter ortū habet a sensibus, & per principia rationis quodammodo manu ducitur ad intelligendum diuina, quae sunt supra sensum, & rationem. Congruum ergo fuit, & cōducens nostrae fidei habere aliqua ad minuciantia sensibilia, nō propter credere p̄cise: sed propter subuenire misericorditer humanae infirmitati: ut ex apprehensione sensibilibus ad insensibilia scandere curēt. Hinc beatus Greg.

in Homil. Octauae Paschae. Miro modo egit diuina clementia: ut discipulus dubitās dū in magistro suo uulnera palparet carnis, in nobis uulnera sanaret infidelitatis. Nunquid casu factum est, ut discipulus ille tūc deesset, postueniens audiret, audiens dubitaret, dubitans palparet, palparet crederet? Et Aug. Homil. cxxj. dicit. Videbat, tangebaturq; hominem, & confitebatur deum, quem non uidebat, nec tangebatur. Sed per hoc, quod uidebat, atq; tangebatur, illud iam remota dubitatione credebatur. De cicatricum retentione lib. ij. de symbolo catech. c. viij. ¶ Ratione ostenditur conclusio. Deo auctore nemo sit deterior secūdo Aug. lxxxij. quaestionum. q. ij. Sed Christus, qui est uere deus, & homo, uita, ueritas, & uita, suam resurrectionem sic modo innotuit. igitur. Si enim falleret, ueritas non esset. Est autem Christus ueritas, ubi supra. q. xiiij. ¶ Sed contra: beatus August. in epistola ad Deogratias nititur per comestionem ueram angelorum ostendere, & Christum comedisse uere, & non ficte. Sed angelus non comedit proprie: ut habetur Tob. xij. Videbat quidem uobiscum manducare: sed ego cibo, & potu, qui uideri non potest ab homine, utor. ergo illud argumentum fuit nullū de comestione. ¶ Præterea ipsemet Aug. de hoc. An angelus uere possit comedere, & fluctuat lib. xij. de ciui. cap. xxij. Ergo illa probatio nulla. per consequens illud argumentum comestionis non fuit uerum. ¶ Præterea. Nihil potest apparere citra fictionem in aliena et effigie, cum sese cognoscendum uult exhibere Christus in aliena effigie, apparuit. ubi Gloss. Non in natura sua. Marci ultim. Immo lineamenta faciei mutauit secundum August. ideo uidentur discipulos decessisse, & non ueris medijs populum ad fidem traxisse, sed figuratis, & mendacijs, quod est contra conclusionem. ¶ Præterea. per ista argumenta inducta ad manifestandam resurrectionem, magis ostensum est contrarium, & fides resurrectionis impedita, quā promota, ergo non conducunt nostrae fidei. Cōsequētia nota. Antecedens p̄bati:

quia omnia illa argumenta ostendunt Christi corpus fuisse non gloriosum: & p consequens nec resurrexisse. Cum enim exhibuit se uisibilem, palpabilem, quiescētem, ambulāntem, comedentem, ostēdit se non gloriosum. ¶ Ad illa dicendum. Angelus non comedit proprie, nec comedere potest. Patet ex quid nominis comedere ut supra. Sed licet non fuerit manducatio proprie dicta, non tamen fuit ficta. Fictum enim est secundum prædicta, quando res apparet, quæ non est. Quicquid autem cum effectu apparuit in manducatione Raphaelis uerè fuit ita: quia cibus uerus per partē assumpti corporis ori similem mouebatur ad interiora, & hoc apparuit, & nihil aliud. Non ergo fuit hic fictio: sed sapientiæ exhibitio, & angelici misterij impletio ad conducendum Tobiani. Et si Aug. dicit angelos uerè comedere potestatiue: ut supra. c. xxij. lib. x. de ciuit. dei & in epistola ad Deogratias, sicut Christus comedit post resurrectionem. loquitur secundum opinionem Platoniorum dicentium angelos esse animalia aerea. Vnde ubi supra: lib. xv. c. xxij. Non audeo (inquit) definire temere, utrum aliqui spiritus elemento aereo corporati sint. Magna ergo discretio est comestionis Christi post resurrectionem, & angelorū, ex quid nominis comedere ut supra. Et licet aliqui errore ducti crediderunt angelū uerè comedere sicut Christum, non tamen fuit fictio, uel deceptio, licet possit certo modo dici fictio non deceptoria. Nam illa angelorum comestio non fuit facta ad significandum eorum uitā: sed solum præsentiam eorundem: ut supra in secundo dis. viij. q. j. Quia nō comederit Raphael, satis habetur Tobia. xii. ex textu. ¶ Ad aliud de effigie Christi. Cōceditur Christum habuisse unam effigiem. Non tamē rotalis eius effigies fuit ab eis uisa. Effigies dicitur tota superficies corporis Christi cum omnibus qualitatibus uisibilibus inhaerentibus. i. colore, & luce. Apostoli ergo, & discipuli tantum uiderunt in Christo, quantum uideri uoluit, secundum Scot. dist. xlix. q. xv. Cum uerò ostēdit partem extremitatis corporis, seu fa-

De effigie Xpi.

ciei non totum, quomnis hoc, quod uiderunt, fuit in Christo, non tñ hoc, quod uiderunt, iudicauerunt esse Christum. Et sic uisio nō fuit ficta, nec deceptoria: sed uera, & perductiua ad finem, quod quiescebat. sicut Christi personam cognoscere possent, & uiuam. Verum illud iudicium consequens, quo iudicabant uisum esse alium a Christo, licet fuit erroneum in eis ex parte defectus oculorum, qui tenebatur potestate diuina, & per subtractionem coactionis diuinæ: ut supra dictum est: non tamen fuit erroneū in moribus, nec deceptio. Item potuit Christus sua diuina potētia, nedum tenere oculos eorundem, ne cum agnoscerent: sed etiam in eis, quam uoluit, uisionem producere, respectu cuius solum se habent passiue: ut infra dub. ij. Et sic produxit in eis uisionem peregrini, aut hortulani occultando solum cōspectum suum uiuū, non auferēdo, secundū Aug. xxij. de ciuit. dei c. xix. ut tangit Hug. postil. Marc. ult. Sic etiam dicitur uisus in aliena effigie, & non in natura sua. Verum est, quod ad iudicium discipulorum duxat, quia nullam habuit mutationem suæ gloriæ in suo corpore glorioso. Sic exponi potest dictum August. de lineamentorum faciei alteratione: non realiter sed secundum iudicium uidentium. Et licet uiso Christo potuissent aliquo modo ex hoc saltem percipere præsentiam claritatis: tamen non irreuerberatis oculis intueri, sicut de sole. Ostendit ergo se talem prout eis nouit congruere. Hinc factus est eis comes itineris. Per hanc enim poterant peruenire ad cognitionem identitatis personæ eius, cum se contemperant eisdem, cum eis ambulando, panem frangendo, manducando, loquendo &c. ¶ Ponit ad hoc Aug. simile ubi supra, de Sodomitis. xix. qui percussi erant cæcitate: non ut nihil penitus uiderent: sed ne ostium inuenire possent, quo ingrederentur. Alia enim uiderūt: sed respectu ostij oculi eorum erant percussi cecitate. Sic & oculi discipulorum alia in Christo uidere poterant, claritatem tamen uultus, quæ uerè ipsi insuit, uidere non poterāt. ¶ Si quaeritur a quō fuerit illa oculorum

rentio: Respondet. S. Thom. per. iij. quæst. lvi. Post August. lxxxvij. q. lti. quæst. iij. Ministerio dæmonis deo permittente ut que ad sacramentum panis. Ponit Aug. exemplum de deceptione Achab per diabolum. Et iudex per carnificem exequitur iustitiam, nō per seipsum. De hoc alibi. ¶ Ad aliud. negetur. Nā potius illa facta sunt ad ostēdēdū corpus eius fuisse spirituale, id est prorsus subactum spiritui, & animæ eius assistente diuina potentia. Et quod corpus eius post resurrectionē licet fuerit alterius gloriæ, nō tñ alterius nature. Qd; adhuc pot potentia, quod prius poterat in ignorantia. Duo enim erat ostēdenda scilicet gloria resurrectionis, & cōditio humanæ naturæ, quæ quantum pertinet ad statum præsentem contrariatur gloriæ futuræ. Ideo uoluit ostendere corpus esse spirituale p gloriā: & conditionē humanæ naturæ adhuc fore saluā, p comestionē, & alia. ¶ Nec uidetur esse uerū, quod corpus gloriosum sit omnino uisibile oculo nō glorioso. Est salte perceptibile, sicut de sole, secundum August. ubi supra. Ideo notanter inquit. Non eam ferret aspectus humanus: quando ille a suis ita deberet atēdi ut possit agnosci. De quo infra de dote claritatis. Omnia illa argumenta erant necessaria: quia unū aut duo sufficere non poterant ad ostendendum conditionē gloriæ, & naturæ humanæ: & idēitate resurgētis. Opus ergo erat ut id fieret per opera uitalia potentie uigetatiuæ sensitiuæ, & intellectiue. Item per identitatem effigiei corporis, conuersionem morum, locationis, rememorationis prius gestorū, & similibus, p capacitatem eorundem. ¶ Quarta conclusio. Argumenta resurrectionis Iesu Christi exhibitā multipliciter ad ostendendum idētitatem numeralem resurgētis ad passum, & mortuum secundum humanitatem fuere discipulis, qui eum uiderūt, & uiuū, & mortuum sufficientia ad causandum firmam, & indubitam resurrectionis eius notitiam. ¶ Dicitur in conclusione, qui eum uiderunt, & uiuū, & mortuum. Secus de illis, qui eum solum uiuū, & nō mortuum, aut nullo modo uiderunt nec uiuū, nec mortuum. In his si qui-

Cōcl. 4. E Argu- menta resur. Iesu xpi discipulis, qui eum uiderunt uiuū, & mortuum.

dem fuit sola fides resurrectionis Iesu Christi ex auctoritate reuelantis, & nulla euidētia autem fuerit sufficientia ad probandum identitatem resurgētis his, qui uiderunt, probatur. quia habebāt ad hoc ueridicum testimonium, & rationem sumptam ex facti euidētia. ¶ Testimonium quadruplex. Primò angelorū, ut patet in euangelistis hinc inde. Et si in ore duorum aut trium hominū stat omne testimonium: quanto magis angelorum beatorum, qui dixerūt eum uiuere? Sed quod fuerint angeli, colligi potest ex terremotu, magni lapidis reuolutione, aspectus claritate, uestis candore, subita apparitione, diligenti informatione, magno custodum terrore. Non enim custodes timuissent unius hominis præsentiam: sed facti fuerunt uelut mortui. ¶ Secundò testimonium hominū, & hoc multiplex. Primò conresurgētium cū Christo, Matth. xxvii. ut uisa Christi resurrectione, id est Christo qui resurrexit, perhibeant ad testimonium, secundū Hiero. Qui completa resurrectione, uel secundū animam solū, ut placet Aug. lib. iij. cap. xij. de mirabilibus scripturæ, uel secundum corpus, & animā ascendente Christo simul cū eo ascenderūt, ut habet gloriā. Scdō feminarū sanctarū, quæ eū uiderūt, & cognouerunt, & ad pedes eius prociderunt, ut habetur, ex Ioan. euang. Vt sic detur honor sexui, quod primò mortis initium iulit. Tertiò discipulorū, quod alterutrū tū ex uisione, tū tactu, tū comestione, tū scripturæ interpretatione &c. testati sūt eum uiuere. Lu. ult. Io. xx. Ac posthac uirtute magna testimonium resurrectionis dedere omni populo. Act. iij. de his, quæ facti euidētia didicerāt: ex eo quod cū eo comederunt, & biberūt post resurrectionē. Ac. x. & ante resurrectionē Itē. j. Io. j. Qd uidi mus, & audiui oculis nostris, & manus nostræ cōtrectauerūt &c. testificamur uobis. ¶ Tertiò testimonium scripturæ diuinitus inspiratæ, quæ eis apuit, ut uiderēt in eo prophetica dicta, & figuras multas, quæ præcesserunt esse impletas in sua passione, & morte, ac subsequēte resurrectione. ¶ Quarto testimonium dei, qui ante, & post resurrectionem ordinem resurrectionis eis

Resurr. quadruplex testimonium.

exposuit, & prædixit, & mulieres ad id, ut credât, remisit. Ecce quo ad primum quadruplex testimonium. ¶ Secundò discipuli Iesum resurrexisse cognouerunt, ratione sumpta per experientia. Ad hoc uerò, ut aliquis dicatur, & indubitanter credatur resurrexisse, tria sunt necessaria

Tria necessaria ad credendā resurr.

¶ Primum, q̄ uerè fuerit mortuus: hoc autem colligi potest in Christo ex duobus. scilicet euidenti facti, quæ sumitur in proposito ex læcatione cordis eius ante sepulturam. Et ex sepultura, quæ non fuisset facta, si apparuissent in eo signa uitæ. Item secundò sumitur ex amicorum diligentia Ioseph, scilicet & Nicodemi, qui eum nullatenus sepelissent nisi mortuū. Ac inimicorum scruentium furore, qui eum non permisissent deponi de cruce nisi mortuum. Qui & mortem eius attestati sunt Pilato. Matt. xxvij. Ioan. xix.

¶ Secundum, quod requiritur, est manifesta ostensio uitæ eius, qui cecidit morte. Hoc autem factum fuit in Christo sufficienter. Primum ex parte corporis sui solidi non aerei, nec phatasmatici: quod offendit experientia sensus per uisum, & tactum. Videte inquit, & palpate. Luc. ultimo. quia spiritus carnis, & ossa non habet: sicut me uideris habere. Ad hoc Aug. in epistola ad Consentium. Ego domini corp⁹ ita credo esse in celo, ut erat, quando ascendit in celum. Sed cum esset in terra cōtractatus est manibus. Cū irer in celum deductus aspectibus &c. Quærit, quid de sanguine ex quo domin⁹ nihil dixit de sanguine, cum inquit. Palpate, & uidete &c. Hanc quæstionem dimittit intactam, sed uult, quicquid dicatur, corpus ipsum fuisse ab omni corruptione alienum. Itē disputat de uestimentis, & non negat, ut uidetur: alludens uesti Israelitarum, quæ fuit cōseruata tempore multo in eremo. Sic de pelle mortici na calceamentorum. Nihil uerò assertiue determinat. ¶ Secundò ostendit id ipsum ex parte animæ uiuentis per opera uitæ uegetatiuæ: quia cum eis comedit, & bibit. Act. x. Sensitque: quia uidit, & audiuit discipulos, & ad eorum uerba respōdit: eos salutauit &c. Intellectiua: quia loquebatur cum eis, differuit scripturas, p-

terita narrauit, futura p̄dixit. Lucæ ultimo. ¶ Tertio requirit ostensio numeralis identitatis uiuentis n̄c, cū mortuo pri⁹. Hoc fecit Christus. Primò ex parte corporis, quod ostendit eis eiusdē figuræ, staturæ, perforatum: lanceatū in manibus, & pedibus. Lucæ ul. Secundo ex parte animæ: quia priora facta dicta, & acta reduxit in memoriam. Lucæ ul. quo signum cognoscere possunt, qui ipsum olim cognouerunt. Tertio ex parte utriusque: quia similes gestus, & opera exercuit ut prius. Patet de fractione panis. Idem de uoce qua cognouit eum Magdalen. Io. xx. Sic inquit Isaac cuius caligauerunt oculi. Vox quidem uox Iacob &c. Gen. xxvij. Sic om̄s intrer mille matrem suā agnoscit audito balatu. Hęc diffusius posunt extendi scripturarum allegatione si placuerit. ¶ Corollarium primum. Omnibus modis quibus per naturam potest aliquis cognosci esse idem numero cum se ipso uiso, & per tempus nō uiso sed absente, ostendit se Christus suis discipulis secundum humanitatē tangendā, palpandū, uidendū, audiendū, experiendū, post resurrectionē, & ante, argumentorū priorū saltē oim clara exhibitione. Videtur. n. illi modi sufficere ad rei alicuius naturalē cognitionē: & q̄ nunc cognit⁹ sit idē numero cū se ipso per tēpus absente, & olim cognito. Dicitur est notāter, saltē omniū argumentorū. Quāuis enim aliquæ particulares p̄bationes sine alijs non sufficerent, tñ oēs simul sumptæ uidentur sufficere, & probationē facere de resurrectione hominis Christi. ut puta diceret q̄ comeditionē, & locutionē etiā fieri posse per angelū in assum pro corpore, sed nō penetrationē dimētionū: nō secretorum reuelationē, intellectus illuminationē, scripturarū explanationē &c. ¶ Corollarium secundū. Tanta euidentiā naturali, licet nō summa, probata esse uidetur resurrectio his q̄ Christus est quo ad humanitatē saltē aliquib⁹ discipulis, & mulieribus, quanta p̄bati pōt hunc hominē esse calidū, & hunc uisum esse eundē post oculorū auersionē qui prius fuit frigid⁹, & ab aliquo uisus intuitiue cognit⁹. Probat̄ur ex dictis. Summa. n. euidētia haberi

non potest de apparentibus sensu cū oia possunt fieri per deū solū. Sed nec de actibus interioribus. Posset enim solus deus actus interiores producere in nobis: qui bus sic a deo productis posset aia naturaliter in deū tendere, ac si ab ipsa p̄ducti essent. Exemplum de oculo miraculose dato alicui. Faciunt p̄ his dicta quorundā qui dicūt animā solū se habere passiuē respectu actus b̄fici. ¶ Corollarium tertiu. Est p̄babile dictū Christi resurrectionem sibi soli, & forte quibusdā angelis fuisse euidenter notam. ¶ Corollarium quartū, & respōsiuum. Argumēta quibus Christi suā resurrectionē mūdo patefacere noluit fuerūt uera non ficta omnia simul iuncta sufficientia ac fidei merito cōducētia. Vltimū patet ex Homi. Greg. cum inquit. Plus nobis infidelitas Thomæ ad fidē: quā fides credētū discipulo rī p̄fuit: quia dū ille ad fidē palpando redieit, nostra mēs omni dubitatione postposita in fidē solidatur. Nā ita factus est discipulus dubitans, & palpans testis ueræ resurrectionis sicut sponsus matris fuerat custos integerrimæ integritatis.

Arti. 3. ¶ Quantum ad articulum tertium est dub. 1. ¶ **Dub. 1.** ¶ **F** quantum ad articulum tertium est dubium primum. Dicit Paulus. j. Corinth. xiiij. Signa data sunt non fidelibus, sed infidelibus. Quo stante frustra proponitur argumenta de resurrectione Christi fidelibus. Ait etiam Grego. in Homi. in octaua paschæ. Fides non habet meritū, ubi humana ratio præbet experimentum. Sed notitia apostolorum fuit experimentalis, tam de eo, quod Christus resurrexit, quā q̄ ueritatē naturæ humanæ ostendit. ergo meritum fidei non promouit. Ambro. Tolle argumenta ubi fides quæritur. ergo econuerso ubi argumenta dicēdum admissa auctoritate Pauli, ut eam allegat ubi supra. Duplici ratione Christus ostendit suā resurrectionem quibusdam argumentis. Primo modo pro apostolorum, & aliorum per eos eruditione stante tali eorundem capacitate, ut puta hominum simplicium, & indoctorum, & ualde procunc ex Christi morte contristatorum, quæ excessit omnem humanitatis rationem: ita quod

absulit naturaliter omnem spem resurrectionis. Hinc Iuc. & Marc. ultim. dicti sunt stulti, & tardi ad credendum. Erant itaq; quibus lacte opus erat non solido cibo. Secundò ut per hoc omnis dubitatio saltem quam fides non admittit tolleretur: utq; populum incredulum de uisus & sensu perceptis erudire possent, secundum illud. j. Petr. iij. parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem de ea quæ in uobis est spe. Et licet sensu perceperunt hunc esse uiuum qui prius fuit mortuus, tamen crediderunt eum esse deum: nec hoc sensu perceperunt. Hinc Thomas cum palpasset, & uidisset Christum secundum humanitatē, inquit. Dominus meus, & deus meus. Et sicut miracula Christi attestata sunt fidē nostram, ita & argumenta resurrectionis discipulis Christi exhibita, ut & nos eadem legamus, & propter auctoritatem reuelantis credamus. ¶ Ad Grego. & Ambro. dicendum: q̄ loquuntur de experimento, & argumentis quæ antecedenter sunt præcisē causæ assentiendi. Ita q̄ sine his quis nollet assentire. Talia enim priuant fidem merito. Sic enim nō adharet quis alicui dicto, quia reuelatum a deo, sed quia rōne demonstratum: & per hoc tollitur ratio meriti fidei. ¶ Secundū dubium. Quare Christus ante suam resurrectionem ostendit tribus discipulis claritatem suā in transfiguratione coram eis: & post resurrectionem abscondit eandem. Dicendum. In transfiguratione ostendit discipulis uultus claritatem, ut significaret eis suam futuram gloriam secundum carnem. Et ne desperarent de eius resurrectione uisus amaritudinē tantę passionis. Item ne suam passionem contempni darent, secundum Tho. par. iij. quæst. lv. arti. vj. Post resurrectionem uerò se se cognoscendum præbuit pro discipulorū capacitate, & salute. Hinc non legit omnibus apparuisse discipulis in aliena esstige. Mar. ul. q̄. Luc. innuit dicens. Oculi eorum tenebantur &c. sed euntibus in Emaus, qui eius resurrectionem iudicabant quasi impossibilem propter atrocitatem pœnarum. ¶ Tertiu dubiu. Ioan. xx. legitur de Maria Magdalena. Cum H

Dub. 2.
G Quare
Christ⁹
an suam
resurr.
ostendit
trib⁹ di-
scipulis
clerita-
tem in
transf.

Dub. 3.

De Maria Magdale. cui dictum fuit. Noli me tangere.

uolebat post resurrectione amplecti pedes Iesu: audiuit, Noli me tangere. Caudale. cui annectitur: quia nondum ascendi ad patrem meum. Et tamen Mat. ubi dicitur de mulieribus. Tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Præterea Thomas, cum fuit incredulus, non uidetur tetigisse, nec cæteri pari ratione. cum ait Lu. ubi. Palpate, & uidete &c. ergo id quod supra dictum est de tactu, non uidetur esse uerum. Dicendum post beatum Augustinum super Ioan. Homil. cxxj. & in epistola. lviij. & lxx. ad quæstiones Paulini. In huiusmodi dictis, & factis Christi mysterium latet nobis absconditum. Et salua sententia sanior potest hoc uerbum Christi primo intelligi sicut uerbum, quo dixit. Vide, nemini dixeris Matth. viij. & Mar. j. Quod secundum Alex. est potius præceptum probationis, quam executionis, quo secundum beatum Ambro. in lib. de patriarch. quandoque aliquid iubendo significatur fieri debere: quod tamen iubens uult non fieri: Ita quod non queritur, nisi uoluntatis pronitas in eo, cui hoc significatur, aut aliorum eruditio. Cum ergo Christus eam uoluit reprehendere de incredulitate resurrectionis, post multam cum eam habitam familiaritatem, & multiplicem eruditionem dixit. Noli me tangere, id est non es digna me tangere propter incredulitatem. Sola enim fides meretur accessum ad Christum. Vel noli me uiuum tangere, tu mortua fide. Iustus enim ex fide uiuit. Non enim credebatur eam æqualis potentie cum patre deo: & ita nec deum. Aut non resurrexisset ad uitam immortalem. Flebat etenim ipsum tanquam hominem mortuum, non credendo eius potentiam diuinitatis. Ideo eam instruendo dixit. Vade ad fratres meos, & dic eis firma fide. Ascendo ad patrem meum. Meum inquit secundum diuinitatem, & patrem uestrum. Deum meum, & deum uestrum. Natura meum, gratia uestrum. Ecce fidei defectus: quare indigna fuit Christum tangere, & ideo prohibita. Alius sensus potest esse: quod illa uerba prænunciatiue exponatur, & ut ipsa gerat personam ecclesie gentilium, qui primum post Christi ascensionem prædicante Paulo gentium

doct. crediderunt. ut sit. Noli me tangere. id est, non me tanges, donec ascenda &c. & donec cognoscas: quia data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Matth. ubi. quod impletum est post resurrectione, & ascensionem. Per hoc ad rationem concedi potest quod non tetigit eum primum adhuc incredula, sed postea cum eum recta fide cognouit cum alijs mulieribus. Quia autem Thomas incredulus eum tetigisse dicitur, suæ uoluntatis fuit, & gratie. Et forte ipsa melius potuit sustinere illam domini correptionem tacitam quam Th. &c. Chryso. super Matt. uidetur uelle, quod Christus apparuit ei, sicut ante resurrectionem inceserat: & ita non in claritudine gloriosa. Hinc ipsa uolebat eum familiariter tangere, ut prius, & cum eo desiderabat manere, credens eum resurrexisset ad uitam priorē, & eodem. Forte ducta errore, quo. & mater filiorum Zebedæi cum filijs suis. Mat. xx. quod Christus post suam resurrectionem esset regnaturus in Israel. Ab hoc errore Christus eam auertere uolens, dixit. Noli me tangere. illa tua falsa opinione. Et si nondum ascenderim ad celos propter dispensationem humanam salutis illuc tamen propero. Vade ergo, & dic ad fratres meos. Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum. Et tantum de illa quæstione. Conclusionis secundæ textualis materia hic per anticipationem uidetur poni a magistro. Sed quia pertinet ad materiam de extremo iudicio, ideo hinc rescinditur. De conclusione textuali distinctio sequens loquitur.

DISTINCTIO. XLIII.



OLENT autem percontari nonnulli. &c. Ostensare resurrectione mortuorum in generali, nunc in hac distinctio. xliij. agit de resurgentiū corporum statu, qualitate, conditione, etate, statura pariter, & identitate. Cœli. textualis priua. Vna erit etas omnium resurgentiū, sed statura diuersa, resurget in quolibet

refur-

resurgentium, quicquid fuerit de humani corporis natura, & substantia. & Secunda conclusio. Sanctorum corpora sine uitio resurgent, & corporis deformitate. Malorum uero perpetuo cremabuntur igne sine eorū corruptione. Postquam denique spiritus incorporei pariter, & rationes animæ corporali igne torqueri. Tertia conclusio. Fœtus abortiui, & monstra quicunq; denique fuere de numero uiuentium, & morientium, erunt (correcta natura) de numero resurgentium. Has conclusiones textus probat.

QUESTIO I.

Prima quæstio: Vtrum sicut quilibet resurgentiū resurget idem numero, & in ætate perfecta: quicquid fuit unquam in homine informatum rationali anima, seu de integritate aut ueritate nature humane, resurget in ipso, salua de centi corporis quantitate, & eadem materialium partium locatione. Articuli tres erunt solito more. Quantum ad primum. Aliqua dicuntur esse eadem numero tripliciter, totaliter, partialiter, & secundum continuationem. Eadem numero, primo modo, sunt sic se habent, quod quicquid est in uno est, & in alio, & e conuerso. ita quod nihil pertinens ad essentiam alicuius est in uno, quoniam sit, & in alio. Et hic gradus tollit omnem distinctionem essentialiam. Sic angelus, anima, cælum sunt idem numero primo modo pro quacunque duratione; quia nihil de eorum essentia mutatur. Sic posset aliquid dici idem essentialiter: quia nihil sibi essentialiter mutat. Vel quod nec secundum se totum, nec aliquam sui partem essentialiter uariatur. Secundo modo eadem sunt: quorum pars principalior, & adæquata manet eadem primo modo. Et sic homo manet toto tempore uitæ suæ idem numero, secundo modo: quia pars principalis, & adæquata manet eadem primo modo, sed non brutum quodcumque. Pars adæquata dicitur pars illa, quæ est pars alicuius, & nullius alterius, quod non est pars eiusdem. Hinc anima est pars totius compositi, sed non manus, & pedis. quia manus, non est pars

Corollariū Manus, & pes hominis licet hēnt eādē animam nō sunt idē scđō mō: quia anima non est pars adæquata essentialis materie, sed compositi. Et dato, quod sit pars manus, est tamē etiā pars pedis, quod nō est pars manus, sed totius compositi, proprie loquendo, ideo non est eius pars adæquata. Tertio modo aliquid dicitur esse idē secundū cōtinuationē, uel aliqua dicunt idē numero secundum continuationē: quorū partes eiusdem speciei licet diuerso numero cōtinuo sibi succedunt in simili situ, & dispositione sine interruptione, cōficiētes quoddam totū, non tamē alterius speciei quæ prius. Et ille modus identitatis numeralis licet sit respectu priorum multum improprius, compatiens magnam mutabilitatem, sufficit tamen ad identitatem tertio modo. Et si non sufficit, non datur ullum animatum, homine dempto, nec mixtum, quod maneat idem quantumcumque paruo tempore: & tamen omnis homo dicit se habere eundem equum tanto tempore. Sic saluatur identitas corporis in uiuo, & mortuo pro quocunque tempore. Item quis non diceret hominem habere idem corpus, secundum substantiam in adolefcentia, & in uentute, nisi uelit negare augmentationem, diminutionem, &c. Omnes enim motus præter generationem, & corruptionem præsupponunt identitatem subiecti, quod est hoc aliquid in actu sub utroque termino transmutationis. Quis denique non diceret Christum habuisse idem corpus toto tempore uitæ suæ mortalis &c. Secundum notandum, quod cum quæstio quærit. An totum resurget, quod fuit de ueritate humane nature, necesse est hoc intelligi de ueritate nature corporalis. Nam anima cum sit indiuisibilis, manet eadem indiuisibiliter: & ideo necessariō intelligitur de ueritate materie, quæ est altera pars compositi substantialis, siue de identitate corporis, prout est pars compositi. Et quia scđm philosophū. ij. Metaph. uniuersumque sicut se habet ad esse, sic se habet ad ueritatem, & per consequens sicut aliquid pertinet ad esse alicuius, ita ad ueritatem nature eiusdem. Ad esse uero humane corporis

Art. 1. Not. 1. Aliqua dicitur esse eadem numero tripliciter.

Conce

Not. 2.

spectant ossa, nerui, caro, sanguis &c. quibus humanum corpus integratur. Ista ergo eadem pertinere uidentur ad ueritatem naturæ humanæ. Cum uero corpus componitur ex multis partibus organicis habentibus diuersas operationes, quarum anima est principium, necesse est uidere, quomodo saluari possit identitas partium organicarum. Et quia partes heterogeneæ ex homogeneis constituntur, oportet etiam uidere identitatem in homogeneis, ut puta quomodo manet eadem caro, aut redit eadem caro, eadem manus, idem digitus &c. Et circa hoc diuersi diuersa sentiunt. Est quorundam opinio, quæ uidetur esse magistri in secundo. distinctio. xvij. & xxx. quod id est solum de ueritate humanæ naturæ, & resurget in ea, quod tractum est a primis parentibus, & nihil de his, quæ extrinsecus adueniunt dicunt esse de ueritate humanæ naturæ. Videtur enim magister uelle, quod quicquid in humanis corporibus naturaliter descendit a primis parentibus lege propagationis, & in se auctum est, & multiplicatum nulla exteriori substantia in id transiit, id & solum est de ueritate naturæ humanæ, & in futuro resurget. Dicitur naturaliter, quia licet habet fomentum a cibo sumptum, non tamen uertitur in substantiam, quæ descendit ab Adam, & quæ est de ueritate naturæ humanæ. Vult ergo illa opinio, quod id, quod descendit ab Adam multiplicatur in homine in resurrectione usque ad debitam quantitatem. Probat magister de puero resurgente de costa Adæ de panum multiplicatione. Et Scotus referendo illam opinionem dicit, quod id, quod generatur ex nutrimento quasi fomentum adhæret calori naturali ne extinguatur, sicut oleum adhæret lychno. Et ita ab extrinsecis ut homo uiuat requiritur nutrimentum, quod tamen non conuertitur in ueritatem naturæ humanæ. Secundum hanc opinionem, si esset fundata, faciliter posset saluari identitas resurgentium propter identitatem illius portionis receptæ a primo parente, & in se multiplicatæ usque ad quantitatem debitam. Impugnat eam Scotus, Ockam, Grego. Thomas Argen. & alij, ut

habetur distinctio. xvij. colle. ij. Si enim anima uegetatiua in bruto potest conuertere alimentum in substantiam aliam, & ita nutrire, cur non uegetatiua in homine, qui est perfectior? Item non posset in homine saluari augmentatio naturaliter, sed solum per miraculum, ut in panum multiplicatione. Iterum esset in homine caro incorruptibilis. Si enim corrumpitur non posset per alimentum restaurari. Sic etiam nihil nutrimenti transiret in ueritatem naturæ humanæ, & quare non eodem modo in habentibus animam uegetatiuam. Sed quod allegat dictum Christi. Matth. xx. Omne, quod in os intrat, in uentrem uadit, & in secessum uenit, non est ad propositum, quia nihil aliud uult, nisi quod nihil cibi conuertitur in animam hominis. Et ratione multa manent inter dentes &c. Aliam opinionem etiam refert Scotus, quæ est Henrici de Gandauo, quæ dicit cum prima, carnem tractam ab Adam esse de ueritate naturæ humanæ. Sed addit, quod nutrimentum conuertitur in ipsum hoc modo, quia anima nunc incipit informare ipsam. Vna enim anima totum informat. Hanc etiam impugnat Scotus. Alij alias ponunt opiniones, quorum quidam tenent materiam non esse de quidditate rei, & illi facile possunt saluare identitatem ratione formæ manentis inamutata. Sed illa opinio est falsa intelligendo per quidditatem omnem id, quod est de essentia rei, uel pars essentialis rei. Quomodo enim diceretur compositum ex materia, & forma, si materia non esset pars essentialis compositi? Hinc Ockam. q. xj. quarti, notat quod quidditas rei accipitur primo pro omnibus, quæ sunt de essentia rei, quæ faciunt unum per se. Et illo modo quidditas est unum compositum precise ex materia, & forma, quæ sunt partes essentielles compositi, & de eius quidditate. Et si aliquid dicitur de humanitate hac, & non de homine, illo, uel de humanitate, & homine est propter inclusionem altius syncategorematis ex usu loquendi in ly humanitas, & non in termino homo, ratione cuius aliquid horum de uno dicitur, & non alterum. Christus enim est homo, & non humanitas, ut supra in tertio. Alio modo accipitur quidditas pro forma ultima speciuoca, &

Opinio
tes, quæ
materia
non fit
de quidditate
rei.

sic distinguitur ab eo, cuius est quidditas. Pars enim essentialis compositi non est composita. In separatis uero idem est quod dicitur cum eo, cuius est quidditas, ut quiddam loquuntur. Sic anima separata est eadem cum seipsa, cum sit sua quidditas. Tertio accipitur pro definitione quidditatiua, & sic quidditas puta definitio, non est eadem realiter cum eo, cuius quidditas, puta definitio. Et hoc secundum opinionem dicentium, quod conceptus habent esse obiectuum in anima, & non subiectum. Definitio enim non est definitum, licet pro eodem supponant. Hinc secundum eundem, ubi est alia, & alia materia in aliquo successu, est quædam distinctio realis inter idem, & seipsum uno tempore, & alio tempore ratione materiæ, quæ non semper manet eadem, non ratione formæ, quæ semper manet eadem. Ponentes materiam non esse de quidditate compositi facile saluatur identitatem resurgentium propter identitatem formæ speciuocæ, quæ manet eadem ante, & post. Dicit enim sufficere identitatem formæ, ut sit idem homo. Preterea dicitur materia de se nec est quod, nec quale, nec quantum. vii. Metaph. Nec tamen est nihil, nec negatio, nec priuatio, sed pura potentia susceptiua formati, & priuationi &c. Ad idem Aug. xij. confessio. cap. vii. Palu. quæst. i. x. j. & Duran. q. j. Alij ponentes materiam esse de quidditate compositi, adhuc sunt inter se multum differentes. Quiddam enim, ut habet Ockam ubi supra, dicitur. Ex quo partes principales puta anima & forte cor, manent eadem, dicitur idem numero manere. Si enim (inquit) cor tangitur, statim moritur anima. Sed tunc in illa parte non posset fieri augmentatio, uel diminutio, quod uideretur habere dubium. Item maior est identitas in homine aucto, & resurgente ad seipsum prius uiuente, & non aucto, quæ sit unitas cuiuslibet animalis bruti augmentabilis ad seipsum post augmentationem, & antea quæ partes materiales fluunt, & si militer formales cum sunt extensæ in brutis. Et sic dicentes est facile saluatur multa. Nec habet pro inconuenienti dicere, quod aliquid tunc inerit in resurrectione, quod nunquam inuit in uita. Anima enim sola meruit, & demeruit &c. non corpus ipsum, ideo non

oportet quod idem redeat. Alij alias ponunt opiniones, quæ cum tunc tactis ex parte magna diuinant. Est enim resurrectio miraculosa, & in fallibiliter futura: quod uero futura sit, deus nouit. Ea ergo quæ dicitur, possibilitatem aliquam præ se ferit non necessitatem. Tertio notandum secundum Duran. q. ij. & Palu. q. j. arti. ij. Aliqua dicitur pertinere ad integritatem humanæ naturæ tripliciter. Primo tanquam dicitur ea sine quibus non potest esse homo, sicut materia, & forma. Sine his quidem non est homo, nec humana natura, ex his uero constitutis, & unitis resultat humana natura. Et neutrum illorum proprie dicitur resurgere secundum Palu. & Duran. quia neutrum eorum cecidit, resurrectio uero est eius quod cecidit. Cum enim homo moritur, manet materia, & forma, quorum quodlibet est ingenerabile, & incorruptibile. Nullum ergo illorum proprie cadit. Sed homo cecidit, ergo resurget, secundum illam doctrinam. Nec pertinet ad resurrectionem: quod præcesserit annihilatio, uel corruptio partium. Attamen illo non obstante potest dici secundum prædicta, resurrectio corporum: quia illa resumunt uitam, cum uniantur animabus suis, & ita possunt dici resurgere corpora: quia totus homo ex materia, & forma compositus reuiuiscit qui prius fuit mortuus, & quia reuiuiscit materia, & forma prius dispersa, & separata in morte, ut illi dicitur. Secundum, tanquam ea, quæ pertinent ad integritatem hominis: seu naturæ humanæ, sed tamen sine eis potest esse homo. Sic manus, pes, & similia membra pertinent ad essentiam hominis, seu ad eius totalitatem, & integritatem. Vltra hoc enim: quod dicunt compositum ex materia, & forma rationali, connotant aliquid aliud, ut puta aliquam qualitatem seu formam accidentalem, aut situm, sine quibus non haberet illam denotationem, & sic supponit pro corpore de substantia. Si autem quibusdam placet habere manus, pes, & similia membra organica formas diuersarum rationum, & substantiales, non potest homo esse sine eis. Non enim potest esse sine forma uegetatiua, sensitua, & intellectiua, siue sit una siue plures. Si autem differunt solum in connotatu accidentali:

potest homo esse sine eis. Si ergo loquens deo resurget, secundum Duram, bonus, & beatus in omni integritate, & quam prius habuit, & quam habere debuit; si defecit membrum aliquod, & per consequens beatus resurget non orbatus. Ratio secundum eum est: beatus habet, quicquid vult, sed quilibet naturaliter vult corporis sui integritatem. Item gloria perficit naturam. Sed de malis dicit, non oportet, quod resurgant corpore integri, si prius fuerunt orbati, & vitiiati. Secus si prius non fuerunt corpore vitiiati, quia tunc resurgunt integri corpore. Ita sentit ille doctor. Alij vero aliter sentiunt: dicendo quod omnes resurgent corpore perfecti. Annectunt pro ratione. Non minus perfecte saltem quo ad membrorum integritatem precise resuscitabit hominem, quam primum eum condiderit quantum ad ea precise, quae pertinent ad naturam: secus de gratuitis. Quod ergo integritatis naturae est precise, videtur in omnibus reparandum, & corrigendum in resurrectione. Tertio modo aliqua pertinent ad integritatem hominis non intrinsecam, ut puta quae partes essentielles, & adaequatae hominis, aut quia partes animae corporis animati, sed solae extrinsecae, ut quae pertinent ad ornamentum hominis, aut decentiam solum, & non sunt animata. Et sub illo modo comprehenduntur accidentia, & qualitates accidentales pariter, & humores qui sunt in homine, sine quibus secundum eundem cursum naturae, natura humana non subsistit. Et homines humores cholera scilicet, & sanguis &c. in omnibus resurgentibus bonis, & malis etiam reparabuntur in resurrectione, per perfectionem, & consummationem humanae naturae, prout optima hominis (maxime in naturalibus perfectis, & non orbatis) dispositio requirit, secundum illum doctor. ornandum hominem, & ad exercendum naturales operationes perfecte, tamen si earum usus ibi non erit. Quarto notandum secundum Scotum, quod ad veritatem humanae naturae pertinent non solum partes essentielles compositae, substantialis materia, scilicet forma specifica ultima, sed etiam aliae formae substantiales, si quae sunt, aut fuerunt in homine. Ita partes non tantum heterogeneae, sed & homogeneae caro ossa, &c. ex quibus heterogeneae componuntur. Et breuiter quicquid

in homine fuit informatum animam rationali, vel per se aliquid homini animati. Quinto supponit hic, quicquid sit de dictis philosophorum gentiliu. Quia per potentiam diuinam infinitam potest id, quod omnino corruptum est per naturam, vel annihilatum prorsus idem numero reparari. Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Quicunque resurrexit, aut resurget, et sic generalis mortuorum resurrectio, resurrexit, aut resurget idem numero. Probatur auctoritate scripturae. Iob. c. xix. In nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea. uidebo oculos meos. Quae uisus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuntur, & non alij. Vbi beatus Gregorius. li. xiiij. moralium inquit. Resurrectio dici non potest, ubi non resurget, quod cecidit. Patet ex quod non resurrectio dist. praecedens. Hinc ait Iob. Ego ipse. In carne mea. In pelle mea. ut identitatem resurgentis aperit uocibus fateatur. Falsa. n. esset illa, cum inquit. In nouissimo die de terra. surrecturus sum. si non resurgeret idem numero, sed alius. Contra quod dixit. Quae uisus sum ego & non alius. Ad hoc. j. Corin. xv. Et Gregorius. Fatemur carnem nostram post resurrectionem futuram, & eandem, & diuersam. Eandem per ueritatem diuersam per potentiam. Erit enim palpabilis: quia non amittit essentiam ueritatis naturae. Et iterum. Si post resurrectionem palpabile non erit, profecto alius surgit: quia moritur, & quod nefas est credere, quia ego morior, & alij resurget. Et ita ex uerbis. Iob. secundum expositionem beati Gregorius. habetur identitas resurgentium numeralis. Quo modo, an secundum uel tertio, dicitur. Pro illa conclusione facit Sanctus Thomas. q. j. quaestio. j. in corpore quaestio. i. cu loquitur contra errorem cuiusdam Eutichij episcopi Constanti nopolitani, assumendo uerba beati Gregorius. ubi supra, quod non potest dici resurrectio, nisi anima ad idem corpus redeat: quia resurrectio est iterata resurrectio. Eiusdem autem est surgere, & cadere si debet dici resurgere, & resurrectio magis est corporum, quam animarum immortalium. & ideo si non est idem corpus, quod anima resumit non dicitur resurrectio, sed magis noui corporis assumptio.

Arti. 2. Cocl. 1. D. Quicumque resurrexit aut resurget, cum huiusmodi resurrexerit, id est.

Not. 4.

qua animae proueniens ex resurrectione non tollit identitatem numeralem resurgentis cum se uideat in mortali carne. Probatur, ut supra: quia resurrectio non mutat naturam essentialiter, sed solum accidentaliter. Manet enim essentia ueritatis naturae, sed additur gloria quaedam accidentalis differentia, naturam, non uarians in essentia: sed saluans in gloria. Nec obstat dictum Pauli. j. Cor. xv. Non corpus, quod futurum est, seminans, sed nudum granum. Vbi apostolus comparat mortem seminacioni, & resurrectionem pullulationi. Nam ad rationem similitudinis non requiritur omnimoda similitudo, sufficit aliqualis. Vnde ad probandum, quod qui resurget, resurget idem numero quantum ad substantiam, sed habebit aliam qualitatem inducit exemplum de grano seminato, quod proiecit in terram, & ex eo surgit aliud granum eiusdem speciei actione naturae, cum alio tamen ornato: quia primum nudum proiectum est: secundum renouit cum flore. Si ergo hoc potest natura, a fortiori deus resuscitabit mortuos in eadem specie, & identitate numerali salua priori substantia cum alia gloria, & conditione gloriosa. Et ita nititur Apostolus ibi probare identitatem numeralem resurgentium ex identitate grani pullulantis actione naturae, cum prius fuit rectum simplici theca. Seminatur enim corpus mortale, & resurget idem numero spirituale. Sed ex quo materia manet eadem, & forma speciosa, mutatio formarum accidentalium non facit diuersitatem in numero, sed resurget idem numero. De hoc infra art. iij. Tertia conclusio: quam disputatiue solum offero maioribus examinandam. Tamen si plerique doctores uolunt, quod non quicquid fuit uere animatum, uel per se aliquid animati, resurget in resurrectione, potest tamen probabiliter oppositum teneri. Prima pars est Alti. Richard. Ockham, & aliorum, & probatur sic. Illud non resurget in homine, quod corpus ipsum posset difformare, & excessiue magnum, & improporionatū reddere xxij. de ciuit. cap. xix. & xx. Sed

si totum illud resurgeret, quod unquam fuit informatum anima intellectiua, uel per se aliquid huiusmodi animati, corpora redderentur nimis magna. Maior pareret infra, & minor uideretur esse manifesta. Nam si quaelibet pars carnis in qua saluari potest species, & nomen carnis, spectat ad naturam humanae ueritatem, & quocumque; unquam fuit animata, ex quo homo aliquis, qui nunc est multum corpulentus potest fieri macer, & rursus impinguari, excederet corpus illud in resurrectione multam debitam quantitatem, & haberet quantitatem penitus indecentem, & indebitam humanae naturae in resurrectione gloriosa. contra Aug. ubi supra. c. xix. Quae parua sunt corrigentur (Alij libri habent praua) & quod minus est, quam decet, unde creator nouit, inde supplebitur: & quod plus est, quam decet, materiae seruata integritate detrahetur. Hinc inferunt illi, quod de partibus pertinentibus ad ueritatem humanae naturae: dum homo uiuere in terris, tot resurgunt in eo, quot sufficiunt ad integrandum perfectam, & debitam corporis humani quantitatem, ad quam puenire potest aut potuisset semoto omni errore, & impedimento circa tricesimum annum. Tunc manet dubium: quae ergo pars resurget? Et cur illa: non alia? Secunda pars probatur. Quae docentur, dantur duae aut plures positiones in materia theologica, quarum neutra est sufficienter elucidata, & clare in textibus fundata: quin possit exponi, sed nec improbata, uel piarum aurium offensua, illa uidetur praeter ceteris eligenda, & tenenda quae textui, & rationi plus alludit, & ueritatem, quae quaeritur, explanat. Positio opposita primae parti conclusionis: scilicet quod in homine resurget quicquid, unquam fuit in eo animatum, anima intellectiua, uel per se aliquid animati, est huiusmodi, igitur consequentia bona. Et si praeter ceteris eligenda, & tenenda: ergo tenenda, quia comparatiuum praesupponit positium. Maior uidetur manifesta, minor probatur: quia plus saluat identitatem numeralem resurgentium etiam secundum propriissimum modum identitatis, & finem resurrectionis: scilicet

Cocl. 3. E. No. qd. uere. anima in. resurre. tione.

Concl. 1.

dum iustitiam distributivā, quā opinio opposita, ut facile potest ostendi respicit deo gradus identitatis ex notabili primo. Maior enim est identitas primo modo quam secundo, aut tertio, ut clarum est. Item ratio dicit, quod qui laborat, & manducet, siue sit compositum ipsum, siue pars eius puta caro. Item exigit iustitia ut in ea carne gloriatur, uel puniatur anima in qua bene, uel male egit: ut sic nihil maneat irremuneratum: quoniam anima sit principale, quod meruit, & homini conuenit mereri per animam. Nam uidetur satis rarum dicere, quod homini addatur aliquid ex materia terrae, arboris, aut alterius mixti quod nunquam fuit pars hominis, in resurrectionis promissione gloriosa, uel gehēnali. Itē sic dicere saluat textum Iob ut supra cum dicit. In carne mea &c. ad literā ut iacer, & sanctorum patrum, extra glossationes extraneas: quae potius textibus afferuntur quam ex eis recipiantur, ut uidet. Nec obest miraculorum multiplicatio cum dicitur totum resurgere quod fuit animatum in homine: quia tota materia de hominis resurrectione est plena miraculis, nec ad eam sufficit uirtus actiua creaturae, ut supra dist. praecedens. q. j. Hae opin. ut probabilē recitat S. Thom. dist. praesentis. q. j. art. ij. quaestiu. iij. ostēdes modū possibilitatis. Idē uidetur uelle beatus Aug. xxij. de ciuit. dei. cap. xix. cū de capillis, & unguibus disputans dicit. Neque hoc ideo dixerim: quod aliquid existimē corpori cuiusque periturū, quod naturaliter inerat &c. Et ante in cap. eodē cū ponit simile de figulo, quod uas corrasitū reformat, & tū nō semper illa pars, quae in ansa fuit, reuertitur ad ansam: subiūgit ad propositum. Dū tū totum reuertitur in totum. i. totus ille limus in totum uas nulla sui parte perditā remearet &c. Et cap. xiiij. inquit nō de futurū, quod insuit. fundans se in sententia dñi. Luc. xxj. Capillus capitis uestri non peribit. Itē in Ench. cap. lxxxix. ostendit non esse curae, quae particula materiae, cui membro statuae reddatur: dum tamen totū, ex quo constituta fuerat, restituta resumeret. Ita deus mirabiliter, atque ineffabiliter artifex de toto, quo caro nostra constituerat eam mi-

rabili, & ineffabili celeritate restituet. &c. Vbi uidetur ex animo uelle, quod in resurrectione totū redibit, quod fuit in homine animatum, aut aliquid per se animati anima intellectiua, ut puta pars integralis hominis, uel etiā pertinens ad ornatum, & deuentiā: tamen illā reformationem non sequitur necessariō eadē partū materialū locatio. Et cap. xc. Illa materia ita in uno quoque modificabitur, ut nec aliquid ex ea pereat. Vult ergo, quod nihil peribit de illo, quod insuit. Si uero aliquid defuerit, supplebit deus, unde uoluerit: qui etiam omnia produxit de nihilo. Posset dari modus quod etiam nihil extrinseci addatur: ut diceretur. Ad idē Hugo de sacramētis lib. ij. par. xvij. cap. xij. & xiiij. Quarta conclusio. Potest probabiliter dici deū posse sua potentia diuina materia hominis, quae praefuit, & animata fuit: nec tamē pro statu resurrectionis ad unum corpus sufficit: multiplicare, & replicare, per partū iuxta positionē sine cuiuscunque extrinseci additione, salua nihilominus formandi corporis debita quantitate, raritate, uel densitate prout necessitas exigit, & requirit. Persuaderet illa conclusio: quia nullā includit contraditionē, nec admittit inconueniētia, tamen forte miracula multiplicat in opere resurrectionis prorsus miraculoso. Nec sequitur ex hoc indebita corporis raritas: quia illa materia praexistens nō extenditur proprie: sed multiplicatur, prout necessitas exigit actione diuina. Sicut dici potest de formatione Euae ex costa Adae, quae secū dū Hugo. lib. j. de sacramētis. par. vj. cap. xxxvj. sine omni extrinseci additamento, per diuinā potentia in seipsa multiplicata sola sufficit sine extrinseci additione: Unde nō caruit densitate sibi debita. Nec potest inferri, quod ergo corpus sic formatū nō fuerit maius priore, cum nihil additum sit. Nam etsi eadē substantia sit in priore, & posteriore formato, nec per se fieri substantia in uno, quā alio substantialiter attramen multiplicatis partibus maiore occupant locum, & maius corpus constituit. Et forte nō esset ab re concedere unā, & eandē materia numero posse esse in brachio, & crure: sed ex

Cōcl. 4.
F
Pōt probabiliter dici deū posse potentia sua diuina materiae hoīs. q. praefuit, multiplicare, &c.

hoc nō sequit: quod brachiū sit crur, propter defectū connotati. Connotat. n. illa nomina aliā, & aliā formā accidentalē, secundum unam opinionē. ut supra notabili. iij. Et sic supponeret illa nomina per una, & eadem substantia secundū materia, & formā, sed connotat diuersum. Nec habetur pro inconuenienti dicere idem posse esse in diuersis locis etiam circumscriptione, nō solū definitiue. Et sicut animae in oculo inheret uisio, & non in pede ad cōmunē intellectū: ita in proposito de materia suo modo dicatur, si placet hanc opinionē tenere. Ad propositū alludit Nic. de Lyra. Gen. ij. de formatione Euae ex costa Adae. Et magister post Hug. in secundo. dist. xvij. Franci. Maro. in ueritatibus super Aug. super Gen. ad literam. cap. xiiij. Si. n. deus potest ex nihilo aliquid facere, cur non ex paruo magnum sine additione extrinseci? Quinta conclusio. Potest scholasticē, & probabiliter teneri: sicut deus potest totum uniuersum corporeum ponere sub quantitate grani milij: ita potest partes, quae residu forent, debite corporis quantitati facere sese subintrare, aut penetrare: absque hoc, quod aliquid praexistens tollatur: quod unquam fuit informatum in homine anima uitali, & rationali. Illam conclusionem uidetur tenere Aug. ubi supra, ut in secūda parte tertiae conclusionis patuit. Prima pars cōmuniter cōcedit ab omnibus. Nā penetratio dimensionū nō est impossibilis diuināe potentiae. Nec fatigatur Deus faciēdo miracula, & resurrectio mortuorū est opus solius dei. Itē res quāta cōringēter est quāta, & nō per accidēs inherēs, ut tenet aliqui, ergo potest esse, & nō esse quāta &c. Itē actiones perpetue manentes sunt non miraculosa, sed naturales, secundū Aug. Et hoc uidetur concordare regulā diuināe iustitiae, ut id, quod meruit, uel demeruit, praemium habeat. Et plus placet, quā dicere cum Ockam. q. x. quarti. quod sufficit ad praemiationem, quod anima seu uoluntas, quae meruit praemiatur. Corpus enim solum sit instrumentum regulatum ab agente: ideo de se nō facit ad meritum, sed potius ad demeritum, quia caro concupiscit aduersus spi-

Cōcl. 5.

ritum, & praemium essentiale est in anima deum uidente eoque fruente beatificae. Itē quod & dotes sunt praemium animae &c. Verum quidem est, quod anima intellectiua est uita hominis mouēs, & dirigens corpus. Et licet mereri conuenit homini ratione animae intellectiuae, sicut & disciplinabile, tamē etiā uerē cōperit toti cōposito. Item Hieronym. in de uita Paulē. Si resurrectio corporum non est, resurrectio mortuorū nō est. ubi disputat de praemiatione corporis huius mulieris pro tantis abstinentijs, & cruciatibus, ac doloribus, cōcludens nō esse resurrectionē mortuorum, si illud corpus nō resurgat ad praemium sibi debitum, cum fuit pars animae cognoscentis deū. De hoc infra. pro illa conclusione Franci. Ma. super Aug. ad literā. Gen. xij. capit. Sed contra illas conclusiones posset aliquis opponere. Ex eis sequuntur absurda, & inconuenientia: ergo. Antecedens probatur. Primum sequitur: quod una, & eadem anima posset informare duo corpora: uel idē numero resurgeret in duobus indiuiduis. consequēs falsum. Per cōsequens sequitur cōfusio substantiarū si idē foret in diuersis indiuiduis. Signo. n. aliquē nutritum ex carnibus humanis. Caro illa comesta resurget in primo, cuius primum fuit, & in secundo, qui eam comedit, secundum illā positionem: quia in utroque fuit animata anima intellectiua: & ita intonat propriū, & comestum. Secūdo sequitur: idē corpus esse in celo, & in inferno: beatū, & miserum: gloriosum, & non gloriosum, impassibile, & immortale, & tamen semper pateretur, distormē, & nō distormē, esto, quod in dānatis distormitates maneat corporum. per consequens idem homo beatus, & miser &c. Probatur, pono quod primus, cuius carnes alter comedit, sic damnatus corpore, & anima, & secundus de numero saluandorum. Comedat aliquis sanctus homo tamis tempore carnem humanā damnati hominis &c. ut est casus possibilis, iā utique secundum dicta notabilis quarti idē erit de ueritate humanae naturae in utroque: quia utrobique fuit informatū aia rationali. cum ergo in utroque resurget, idem erit in celo, & in inferno.

Notāda questio.

Nisi quis uellet dicere cum Scot. q. nūquam euenit casus, q. aliquid sit æque ueritate humanæ naturæ in utroq; : quia erit in uno purius: aut magis de intentione naturæ pars eius: & ita licet sit de ueritate naturæ in utroq; : sed non æque: ideo in uno resurget, non in alio. Dicuntur uero illæ partes esse magis de intentione naturæ, quæ adueniunt, ut augeant: non ut nutriant. Hoc enim nutrire, est quasi occasionatum pro restauratione perditum & ita minus a natura intentum, ut sit pars eius. Magis enim natura conseruaret, si posset id, quod aggenitum est, pro esse totius, quam recipere aliquid loco eius minus purum, & ita principaliter intendit naturæ perfectam, & debitam quantitatem, quod fit in augmentatione. Quia autem homo hominem comedere, habetur. iij. Reg. vj. Item in Iosepho de bello Iudaico lib. vij. In Gregorio de Massageris. Præterea oportet dicere, q. costa Adæ, ex qua formata est Eua: esset in resurrectione reddenda Adæ, quia fuit in eo animata. Et si prius fuit in eo tanquam superflua quoad suppositum, & indiuiduum suum: tamen fuit in eo necessaria ad multiplicationem speciei, & naturæ. sicut in masculo est semen pro generatione alterius indiuidui. Ergo cum reddetur ei in resurrectione afferet quandam deformitatem in protoplasto: quia plures habebit costas, quæ ceteri homines. Dicit enim textus Gen. ij. Repleuit carnem pro ea. i. loco eius aliam costam formauit secundum Scot. Licet contrarium uideretur uelle Aug. super Gen. ad literam. cap. xij. lib. ix. Non enim uidetur: q. ipsi fuerit alia costa data: quia solum fuit in eo causa mysterij: ut semen propagationis humanæ. Necessaria enim fuit stante ordinatione diuina ratione speciei multiplicandæ, non ratione illius indiuidui: puta Adæ. Præterea si non fuit ei data alia costa pro ea, ex qua formata fuit Eua, quaeritur, in quo resurget illa costa? Si in Eua solum, non fiat secunda pars conelusionis. iij. per consequens nec conclusiones aliarum in ea fundatæ: quia sic non resurget, quicquid fuit animatum in Adâ. Si in Adam etiam resurget, habebit mon-

De costa Adæ quid in resurr.

strosum corpus: quia abundabit in una costa ultra alios: sicut habens sex digitos dicitur habere corpus monstruosum. Præterea diceret aliquis. dictum Hug. ubi supra. non est ad propositum: sed contra conclusionem de multiplicatione costæ sine appositione extrinseci loquens dicit. Eo sane miraculo, quo postea de quinq; panibus in manibus Iesu multiplicatis quinq; fuit hominum milia facta. Nam Aug. super Ioann. Hom. xxiiij. Non iam quinq; panes fracti sunt: sed quod adiecerat, qui creauerat, quod auctum erat. Si auctum, ergo ab extrinseco, & ut uidetur, deus creauit novos panes, & tot, quot sufficerent populis. Præterea una materia numero posset informari a diuersis formis eiusdem speciei: quod uidetur inconueniens. Sequitur enim confusio suppositorum. & identitas eorundem. Sic enim duo homines habituri essent eadem carnem: per consequens essent idem numero: quia idem numero sunt, quorum materia est eadem. Caro autem est materia hominis certo modo qualificata. Præterea diuersæ formæ se non intendentes eiusdem speciei essent in eodem subiecto, quod uidetur absurdum: ut puta duæ animæ essent in eadem carne replicata in diuersis indiuiduis, & in diuersis locis. Præterea quaeritur de illa multiplicatione: aut est partium earundem ad diuersa, ubi multiplicatio: aut est nouarum productio. Non primum: quia diuersæ formæ se non intendentes eiusdem speciei essent in eodem subiecto: ut tactum est. Nec secundum dici potest: quia est contra propositionem istam. Item sequitur in proportionata corporum quantitas, durities, soliditas, raritas &c. Item ista positio est rara, difficilis, & insolita: prima facilis: ergo plus tenenda. ¶ Si cui placet defendere istam positionem quam habet conclusio. iij. in sua parte secunda, ad primum diceret negando assumptum. Ad probationem, non uidetur inconueniens, saltem non est impossibile, si homo reficitur ex carnibus humanis. Nec oritur ex hoc confusio substantiarum: sed magis saluatur identitas corporum resurgentium, & iustitia distributiuæ. Sic enim non sequitur

quitur confusio substantiarum cum una anima est tota in toto corpore &c. Item nec cum eadem materia est in diuersis membris. Ad secundum fumendo corpus pro altera parte compositi, seu pro carne, aut materia certo modo qualificata: non uidetur inconueniens, quia fuit illi animæ instrumentum meriti: alteri demeriti, & peccati. cruciabit ergo in uno, & saluabitur in alio. Quæ enim contradictio: si corpus meum replicaretur ad diuersa ubi: & facta replicatione in hoc loco puta a. esset informatum anima, & in b. non informatum, sed exanime? Sic potest eadem carnis portio in corpore beati glorificari in celo, & in inferno cruciari: hoc est esse unita damnato, & saluato homini, uel pars damnati hominis, & saluati. Nec ex hoc potest inferri contradictio: quia nunc dicta intelliguntur respectu diuersorum, & in alio, & alio ubi. Ideo non sequitur. Est pars damnati in inferno: & beati pars in celo: ergo est beatum, & non beatum &c. sed est gloriosum hic, & non in alio corpore. Nam corpus esse in diuersis locis, est pure affirmatiuum nullam includens negationem. Item termini priuatiui cum sumuntur pure priuatiue, ut negant omnem habitum in se simpliciter, inferunt contradictionem: ut infirmus: igitur non sanus: cæcus non uidens: saluatus non damnatus. Secus cum negant habitum in esse certo modo, & non simpliciter secundum determinationem sibi additam: ut miser in inferno, non miser in celo. Sic quandoq; dicitur uulgo beatus: ut in Psal. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt &c. qui abundat in illo aut illo. Et miser, cuius res perierunt incendio, uel alias &c. Cum inferitur: Est beatus in celo, ergo non subest pena: negatur: quia arguitur a parte in modo ad totum, siue ab inferiore ad superius reduciue, & negatiue. Nam ly beatum uel miserum supponit pro corpore subiecto miserie, uel gloriæ. nec qualitates contrariæ inferunt propositiones contradictorias: sed propositiones oppositæ contrariæ. Nec sequitur: a. est calidum: igitur non frigidum. Nam dicit scriptura. Ibunt ab aquis niuium ad

calorem niuium. Si inferitur: Idem homo esset beatus, & miser: Fortè dicendū foret mutatis rebus mutari: & nomina. Si enim diceretur homo miser habes aliquid sui corporis subiectum miserie, & beatus habens aliquid subiectum gloriæ: puta partem materiæ: foret concedendū licet improprie in casu insolito. Verum ut communiter illa nomina sunt, uel suppositorum, uel animæ rationalis. Sic. n. dicimus sanctos esse in celo partem pro toto, cum tamen solum animæ sunt in celo. & ideo non sequitur illatum. Si dicitur, ut uidetur uelle Scot. q. j. q. nunquā erit usq; in finem mundi aliquid æque de ueritate humanæ naturæ in duobus: & ideo resurget precise in uno, in quo plus, uel magis fuit de ueritate humanæ naturæ. Hoc non cogit, ut uidetur. Est enim ualde possibile: q. ita fiet: ut idē sit æque de ueritate naturæ in duobus: ut. i. sit æque purum in duobus, & æque intentum ad quantitatem perfectam duorum. Sufficit enim ad esse de ueritate humanæ naturæ: q. fuerit in aliquo animatum, uel per se aliquid animati: ut supra notabili quarto: secundum illum doct. uel illa notificatio non erit sufficiens, & ideo in quocumq; fuit animatum, in eo resurget secundum tenorem, & modum conclusionis. iij. aut. v. deo sic disponente. Per consequens illa distinctio an sit æque, uel non æque de ueritate &c. non est accepranda necessario: sufficit, q. in utroq; fuerit de ueritate naturæ. Et q. beatus Aug. xxij. de ciui. cap. xx. dicit: q. in tali casu resurget in primo: quia secundus quasi mutuo accepit reddendam: ut alienum æs. Et forte ex regula iuris: qui prior est tempore, potior est iure. de reg. iuris lib. vj. Dicendum. Aug. de hoc disputat, & uerum est: q. prior tempore potior est iure: quia non communicat illam portionem secundo cum suis prius iactura. Nam secundus cum iactura primi partem illam non habebit. Potest autem eam habere quasi communem cum primo sine eius detrimento. Et regula intelligitur: quādo uterq; habet par ius, & cum res ipsa non potest rite ab ambobus possideri, uel haberi. Hic autē uterq; potest portione

Miser, & beatus quo accipiuntur.

Non est in commune saluabile si homo reficitur ex carnibus humanis.

illam habere: & habent ius ad eam: quia in utroque fuit animata anima rationabilis. Et dato quod prior tempore sit posterior iure, & non habeant per omnia par ius, tamen secundus communicat cum primo sine eius detrimēto: & ita resurget in utroque. ¶ Ad id de costa Adæ uidetur dicendam, quod est casus omnino singularis: & quod resurget in Eua non in Adam: quia solum fuit in eo gratia mysterij: ut semen speciei humanæ: & ita ut superfluum individui illius: Conclusio autem intelligitur secundum communem cursum naturæ, & de illo, quod non fuit nec feminis in aliquo animatum. Nec ualet dicere: quod si fuerit alia costa data: quia habuit illam, ut superfluum individui. ¶ Ad Hug. negatur quod suum dictum contrarietur prioribus: & ita nec dicitur Aug. ¶ Ad aliud non uidetur inconueniens: quod distinctæ animæ, uel diuersæ formæ sint in eodem subiecto replicato. nec ullâ includere uidetur contradictionem. Materia enim de se indifferens est ad omnem formam. nec sequitur ex hoc consilio suppositorum usurpa. Nec sunt illa supposita idem numero. Et auctoritas communiter allegata se ipsam interimit: quia quæ sunt plura non sunt idem numero. Alias essent plura, & non plura: quia unum. Nec ex hoc sequitur identitas suppositorum: ut puta quod sint unum suppositum. Nam forma est, quæ dat esse rei, & ratione formæ sumitur distinctio specifica. Omnium enim generabilem, & corruptibilem eadem est materia speciei, non numero. Si enim in homine, in quo est una anima, manus, & pes distinguitur numero propter diuersitatem numeralem materiæ, multo magis propter diuersitatem formæ substantialis posita eadem materia. Auctoritas philosophi. v. Metaphy. intelligitur ad sensum logicum. ¶ Ad aliud. Diuersæ formæ se non intendentes &c. Dicendum hoc non uidetur inconueniens potestati diuine, cum nullâ implicat contradictionem. Quicquid uero deo est possibile, & ideo ei attribuitur, absurdum dici non potest: licet sit præter consuetum ordinem naturæ. Nec mirum: cum resurrectio mortuorum, beatitudo animarum, glorificatio corporum &c.

sola diuina uirtute, & non operatione naturæ sunt. Nec in his seruatur solitus, & communiter conuetus ordo naturæ. ¶ Ad septimū de multiplicatione panis: utrumque potest concedi. Primum tamen nunc plus placet sine additamento extrinseci. Aug. uero & Hug. pro eruditione simplicium alludunt per simile de segete. nec negant partem primam ut possibilem. Ad probationem patuit. ¶ Notandum tamen est circa prædicta, quod eisdem rei multiplicatæ ad diuersa ubi, possunt inesse contraria, & ita materiæ replicatæ ad diuersa ubi. Nec obest illa regula Scoti de replicatis ad diuersa ubi, cum dicit. Quæcūque sunt priora essentialiter ipsi ubi, uniformiter insunt corpori habenti diuersa ubi. Quæ uero posterius, uel simul natura, uariantur ad uariationem ubi. Nam illa regula intelligitur, & procedit secundum cursum naturæ post miraculum; hoc est replicatō corpore per miraculum ad diuersa ubi, per potentiam diuinam, & postea dimittendo res suis naturis. Secus loquendo præcisè de potentia dei absoluta, quod & idē doctor uidetur tenere. qu. iij. dist. x. Sic non est necesse posita existentia corporis Christi hic, & alibi; quod in illa, quæ insunt corpori Christi hic existent, insunt eidem alibi existenti, loquendo etiam de formis absolutis. Ad hoc lect. xlvj. in expositione canonice missæ. & in centilogio Ockam. Nec secundum aliqua sunt ita contraria, quod non possint inesse eidem secundum diuinam potentiam. Verum prædicata contradictoria: ut immortale mortale, passibile impassibile, capiendo ly in negatiue: ut immortale est terminus infinitus: non conueniunt eidem: & illo modo beatus non est immortalis, quia postet per diuinam absolutam potentiam annihilari. Sed est immortalis: quia scilicet ordinatione diuina non morietur. Et sic non est inconueniens idem esse in immortali, & immortali. Si conceditur: quod aliquid damnati sit in beato, & econuerso. Nec hoc concedere absurdum est. scilicet si idem sit in uia instrumentum merendi, & peccandi in diuersis suppositis, quod hoc etiam possit esse deo agen-

De magnitudi-
ne improprio-
portio-
nata.

Not.
Eide rei
multiplica-
tæ ad
diuersa
ubi pos-
sunt in-
esse con-
traria.

te quodammodo particeps pœnarum, & miseræ pariter, & gloriæ. ¶ Ad aliud de magnitudine improporionata: Respon- detur: omnia redeunt: nec sequitur improporionata quantitas. Sicut enim in condensatione partes corporis condensati sine earum deperditione stant sub minori quantitate: ita possit fieri in proposito additio partium substantiæ sine maiori extensione per partium maiorem approximationem, siue subtractionem, aut per penetrationem. Sicut nube conuersa in aquam maneat in aqua omnes partes substantiales nubis conuersæ in minore quantitate. Non enim ponunt illi quantitatē esse accidens inherēs rei quæ res sed dicitur res quanta quia partes sunt extra se inuicem localiter aut squaliter. Vnde quælibet res quanta contingenter est quanta, & potest esse, & non esse quanta per diuinā potentiam. de hoc supra dist. x. Si dicitur sequitur ex hoc indebita soliditas, & compactio, ac durities corporis, & sic in corpore suscitato tolleretur proportionata ténertudo, & mollities: Respondeatur. Deus sua potentia tollit omnia, quæ redundant in deformitatē corporis resurgentis: & quæ uergere possunt in indebitam corporis dispositionem. unde sicut restaurabit oēs partes in debita quantitate: ita & in duritie debita mollitie, & ténertudine sua potentia diuina. Secus de actione creaturæ. Ad aliud de difficultate positionis: Dicendum. Positio aliqua non est acceptanda, quia facilis: sed quia uera. Exemplū de Eucharistiæ sacramento. Facilius enim esset dicere manere panis substantiā, & illi coassistere corpus Christi: quam ipsum desinere: & accidens solum manere &c. sed non est uerius propter ecclesiæ determinationem. Ita in proposito. Quæ opinio sit uerior, deus nouit. Hæc siue sit uera, siue falsa uidetur magis saluare identitatem resurgētium corporum, & textus scripturæ, ac cōcordare iustitiæ distributiue: ut in ea carne pariat anima, in qua peccauit: & in ea gloriatur, in qua bene egit: ne aliquid boni maneat irremuneratū, uel aliquid mali impunitum. De formatione Eug. ex costa Adæ sine additione

alicuius extrinseci, habet dist. xvij. xxj. collect. ¶ Si adhuc quis replicat de multiplicatione panis Ioan. vj. Videtur dictū Aug. esse pro contraria opinione in Homil. xxiiij. super Ioann. Siquidē omnino uidetur uelle panes fuisse multiplicatos per additionem materiæ de nouo creatæ, uel aliunde susceptæ. Air enim. Facti sunt panes quinq; non iam quinq; panes: sed quod adiecerat, qui creauerat, quod autem erat. Et ante hoc. Vnde. n. multiplicat de paucis granis segetes: inde in manibus suis multiplicauit quinq; panes. Panes autē illi quinq; quasi semina erāt: non quidem terræ mandata: sed ab eo, qui terram fecit, multiplicata. Certū uero est, quod segetes multiplicantur per additionem materiæ nutrimentalis ex terra: ergo & panes illi ex alicuius extrinseci appositione. Et ita illa similitudo non facit pro opinione: sed in contrarium. Dicendum uidetur: dictum Aug. tangit duos modos multiplicationis panum hinc inde. Et ita modus ille, qui facit pro opinione de non addendo extrinsecum, hæc assumitur dimissa parte alia. Nec propter illam multiplicationem quomodo docunq; factam illa opinio subsistit: sed aliquo modo ex hoc eius possibilitas ostenditur. Non enim dubium: quin deus potuit, uel de nouo creare panes, uel simpliciter multiplicare, cum uel sine additione extrinseci: ut habet Iyra. Math. xiiij. & Ioan. vj. Audiamus pro his cōclusionibus Aug. in d. uera innocētia. §. cclxxxiiij. Naturarum conditor deus nihil in miraculis contra naturam facit, nec quod nouum est consuetudini, repugnans est rationi. Nobis ergo uidentur contra naturam insolita, quibus aliter naturæ cursus innotuit: non autē deo, cui hoc est natura, quod fecerit. hæc ille. ¶ Volens autē tenere opinionem contrariā, & cōmunem: & sic saluare primam partem cōclusionis tertie: dicere poterit ad rationem præbentem secundam partem cōclusionis tertie, negando minorem. Ad probationem dicendum: quod illa saluatio est rara, & communi opinioni doctorum contraria. Nec debent plurificari miracula sine cā: nec posito aliqua difficultati, cum possit salua ue-

ritate æque faciliori modo explicari. Ad Aug. dicendum: q̄ iam sic iam sic de resurrectione disputat. hinc ponit & alium modum. Ait enim cap. xxij. de ciui. cap. xliij. In sententia domini. Capillus non peribit &c. dictum est non futurum esse, quod fuit. Non autem negatum est af futurum esse, quod non fuit. Exemplificat de infante mortuo. Ad id in Ench. Illa materies ita modificabit, ut nec aliquid ex ea pereat. Verum est ad debitam corporis formationem necessarium. Manifeste enim uult ibidem, q̄ si aliquid de fuerit, supplebit id deus, unde uoluerit: sed superfluitas proijcietur. Et ita uidentur uelle, q̄ de talibus partibus, quæ fuerunt de ueritate naturæ humanæ in hominis uita, tot resurgent in resurrectione, quot sufficiunt ad integrandum corpus perfectum optime qualificandum ea qualitate, & statuta, quæ congruit corpori glorioso. Ad hoc ualent dicta infra in dubio tertio, de integritate, & sufficientia partium. ¶ Ad exemplum de carne comesta respondet Aug. q̄ resurget in primo, ut supra patuit. Sic Scot. & Ockā tenent, deo supplente defectū, si quis fuerit. Sic integritas intelligitur sufficientia: ut dicatur id esse de integritate, quod est de sufficientia. Sic manet integritas uateria: quando manet sufficientia partium. Et ita uidentur uelle, q̄ sufficit idē titas formæ speciuocæ: puta animæ, & q̄ omnia membra coniunctim habeant eādem materiam, & formam, non autem diuisim. saltem non oportet. Sed tūc oportet concedere: q̄ si deus foetui abortiuo daret materiam arboris, aut lapidis, uel bruti, quæ prius nunquam fuit in eo animata, esset idem homo in resurrectione propter identitatem formæ. Sic si una anima intellectiua informaret diuersas materias in diuersis locis, esset idem suppositum humanum. ¶ Sexta conclusio.

Cōcl. 6. H. Tamen resurget idem homo numero: non tamen opus est, q̄ sequatur eadem partium materialium locatio. Prima pars patet ex dictis. Secunda est in conclusione. iij. Et est doct. communiter adducentium simile de sigulo constringente uas aliquid, & id ipsum reformate &c.

secundum Aug. xxij. de ciuit. capit. xix. potest deus resurrectionis huius factor partes illas locare, ut placet: sed non est necesse ad idētitatem numeralem, q̄ redeant ad eundem locum. ¶ Septima conclusio. Omnes homines in eadem (Christi. s.) resurgunt ætate, ac debita quantitate, longē tamen inæquali, & distantē conditione. Prima pars est Pauli ad Ephe. iij. Donec omnes occurramus in uirum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Et accipitur ætas non pro durationis mensura: sed pro statu, & robore corporis, quæ solet esse regulariter in ætate iuuenili, quæ fuit ætas Christi. Dicunt enim doct. iuuenilem ætatem esse se circa annos. xxx. Præterea secundum Aug. super Gen. ad litteram lib. vj. capit. xij. & Magistrum dist. xvij. secundi. in tali ætate deus hominem condidit: ergo & reparabit: nam post ætatem iuuenilem homo incipit detrimentum sentire. ¶ Ex hoc inferitur corollarium secundū Aug. ubi supra. cap. xv. & xvj. In resurrectione unusquisq; eam recipiet ætatis mensuram, quam uel habuit in iuuentute, si senex est mortuus, uel fuerat habiturus, si ante est mortuus. Et notanter dicit Paulus. In mensuram ætatis. & non addidit staturam: quia de quantitate, & magnitudine staturæ dubium est apud eundem. Potest autem concedi: q̄ resurgunt in ea corporis statuta, quam habuerunt, uel habituri fuerant circa xxx. annos, semoto naturæ impedimento. Potest etiam admitti, q̄ resurgunt in statuta iuuenili, uel senili aut infantili, cum nec mentis nec corporis ipsius remanebit infirmitas. Et ideo concludit cap. xvj. lib. xxij. & capit. xx. Si quis uult dicere q̄ quilibet resurget in ea corporis statuta in qua defunctus est, non est cum illo laboriose concertandum. Et ita secundum Paulum in nomine mensura gratis non uenit statuta sed robur, & perfectio hominis semota omni infirmitate ac debilitate.

¶ Corollarium secundum. Non omnium resurgentium erit eadem quantitas statum, sed roboris, & uigoris pro cuiusuis complexione, qui solet esse regulariter in iuuenili cuiusuis ætate natura non errante.

Cōcl. 7

Coroll. 1

Coroll. 2

Nō omnium resurgentium

Duran. q̄ ij. uult q̄ dictum apostoli procedit solum de electis, & p̄destinatis, non reprobis: quia dicit. In unitate fidei &c. quia scdm̄ eum mali resurgent cum deformitate, quæ habet: ut puta si geniti sint manci, monoculi &c. Secunda pars conclusio in secūda quæstione deducetur: quia beati dotabuntur dotibus corporis: non sic damnati. De hoc in Enchi. cap. xcj. & xcij. Et. xxij. de ciui. ca. xix. Nec opus est de hoc multa inquirere, cū certa sit eorum damnatio. Sancti uero sine omni deformitate resurgēt. ¶ Octaua conclusio. Sicut deus utrumq; sexum instituit, & formauit in prima rerum productione & utrumq; suscitabit in sua beatitudine in generali resurrectione. Probat̄ auctoritate Aug. xxij. de ciui. cap. xvj. Fuerunt enim, qui dicerēt feminas surrexturas in uirili sexu, moti auctoritate Pauli: Donec omnes occurramus in uirum perfectum. nescientes apostolum intelligere uirum uigore, & perfectione non sexu. Non enim sexus femineus uigore datur, sed naturæ. Licet tunc nō erit usus concubitus, aut partus, uel membro rum illorum: sed nec pudor, aut uerecundia, uel libido concupiscentiæ: nō nubet, neq; uxores ducunt: sed erunt sicut angeli dei. Omnes ergo resurgunt in uirum perfectum: quia uigore, & perfecti sine defectu, præsertim electi. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primū contra conclusionem primā, & sextā, quæ dicunt omnes resurrexturos idē numero resurgere. Nullo modo identitatis mortui resurgūt idem numero: ergo. Antecedēs probatur. Non primo gradu, ut manifestum est: quia talis excludit omnem distinctionem essentialē: nec secundo, quia si illa identitas sufficeret: puta identitas formæ specificæ: ergo pari ratione dicitur idē suppositum cum una, & eadem anima informata duo corpora. Ita n. materia est pars essentialis hominis, & de eius quidditate, sicut forma. Immo ille secundus identitatis gradus, propter identitatem formæ duntaxat est p̄nitus improprius. Nec tertio modo. Non enim uidentur, quomodo uerum sit dicere, & resurrectionis corporum fiat, & q̄ resuscitat̄

erit est-
de qua-
ritas sta-
tura.

Cōcl. 8

Arti. 3.
Dub. 1.

Nullo
modo idē
ritatis
mortui
resurgēt
idē nu-
mero.

habet eandem carnem, nisi ad illum sensum improprium. Anima iterum conuertetur corpori, quod sibi deus, unde eamque dabit. ita q̄ corpori supponit tantum. Quod uidetur facere ludibrium in articulo resurrectionis. Nam posita animæ immortalitate, quam & aliqui philosophi cognouerunt diuinitus illustrati secundum Aug. xij. de trini. ca. ix. & q̄ de sui natura uult cōiungi, & uniri materię licet non determinatæ, statim erit probare resurrectionem mortuorum: quia hoc non est aliud: nisi reddere animæ corpus aliquod, quod dēq; sit illud, & undecūq;: & resurrectio erit redditio corporis aliquis ipsi animæ post prioris corporis dimissionem. Ad quid ergo ponitur pulnerum collectio angelico ministerio &c. Ex consequenti articulus de resurrectione corporum erit non corporis prioris premiatio: sed quasi fictio quædam quo ad infideles eam negantes. ¶ Dicendum: Oēs resurrexturi idē numero resurgent. Sufficit autem identitas secundo modo, aut etiā tertio modo. Ad improbatōnem negatur. Forma enim dat esse rei speciem, & agere, & ratione eius (quia alia & alia) sumitur differentia speciuoca, non ratione materię, quæ est eadē specie, et si non numero in omnib; ḡralibus, & corruptibilibus. De quo in secundo dist. xij. quæst. ij. Et si dicitur: q̄ ille modus identitatis sit improprius, conceditur ad huc sensum: comparatiuē ad primum gradū est minus proprius: sed in secundo gradu identitatis numeralis est proprius. Immo quilibet est proprius in gradu suo & sufficit ad identitatem numeralem in hoc gradu: alias nō posset dari identitas animalis ad seipsum pro quocūq; tempore. Item homo non diceretur uerē nutriti. Item terminus transubstantiationis formalis non esset idem &c. maxime secundum eos, qui uolunt, q̄ idē fuisset terminus formalis: si quis ante Christi incarnationē consecrasset. Consequenter conceditur: q̄ resurrectio corporū fiet, & q̄ resurgens habebit eandē carnē, quā uiuē habuit secundum diuersas opiniones: ut supra. Sic conceditur secundū illos gradus identitatis, q̄ resurgēs habebit idem

corpus, & eadem carne sine omni fictione secundum usitatum modum loquendi theologorum, & philosophorum de identitate numerali. Si queritur. An habebit præcisè eandem carnem nec necessio latio nunc patuit. Aliter tamen secundum Scotum dicendum est: quod non habeat præcisè eandem, quam habuit in aliquo instanti, uel tempore uitæ suæ: sed nec habeat totam illam, quam habuit tempore uitæ suæ, præter illam quam traxit a parentibus. Illam quidem totam habet, & alias partes, quas successiue habuit, nunc illam, nunc aliam. Et sic corpus resuscitatum est magis idem corpori habito in hac uita, quam si esset idem corpori habito in aliquo instanti uitæ suæ. Si enim esset idem corpori pro uno determinato instanti uitæ suæ, esset magis aliud a corpore suo pro alio instanti. Hæc ille. Id idem uult Ockam. q. xj. Ex quo materia est de essentia, & quoditate compositi, ubi est alia, & alia materia numero, est quidem inter idem, & seipsum in aliquo successiue uno tempore, & alio quodam realis distinctio: quia nunc habet hæc materiam in diuino: nunc aliam. Sic ubi est eadem forma in fine, & principio transmutationis, potest totum dici idem propter identitatem formæ. Et sicut in augmentatione non est oibus modis idem ante, & post augmentationem, quia alia materia ad generata est, quæ de essentia totum compositum licet sit eadem formatum in resurrectione non erit oibus modis idem homo ante & post: quia non est eadem materia præcisè ante, & post resurrectionem. Dicit tamen idem homo numero, tertio modo secundum continuationem, & propter identitatem animæ intellectiue, quæ remanet eadem ante, & post. Si dicis: non uidetur ergo maior idemitas hominis resurgentis ad seipsum uiuum, & hominis aucti ad non auctum, quam bruti augmentabilis ad seipsum post augmentationem. Negetur. quia nulla est huiusmodi idemitas in bruto, sicuti in homine. Hic. n. anima manet eadem simpliciter. In bruto uero nec forma, nec materia manent eadem: quia tam partes materiales, quam formales fluunt in bruto. Ad aliud negetur: quod resurrectio sit ludibrium: sed est opus sola diuina uirtute modo nobis incognito supernaturali-

rer consumandum, creatura se ad hoc habere passiuè, & obiectiualiter. Assentire uidetur Guiliel. Aluicio. in suo quarto, tractatu de resurrectione. Secundum dubium: Verum sit aliqua pars, uel portio in homine per totam uitam suam, quæ resurgat in eo. Ad hoc respondet Ockam ubi supra, quod illa pars quæ est in membris principalibus, quæ per totam hominis uitam non mutatur, manet in homine, & per totam uitam suam: quia illa membra generantur pro maiori parte ex materia feminis, ex qua generatur homo. Et ante hoc uidetur uelle: quod cor hominis non augetur, nec diminuat: ut notabili scdo. Iam dicta non ualeat. Sic. n. cor animalis: puta hominis, esset posita a ratione in utero, quantum postea cum creuerit in perfectum uirum: quia nec augetur, nec diminueret, quod uidetur falsum. Sic. n. oporteret tantum, ac tantum magnum esse cor minorennis infantis, quantum uiri perfecti. Ad dictum philosophi, Omne corruptibile de necessitate corrumpitur. Dicit idem hoc uerum esse: quia quicumque pars aucta corrumpitur, exceptis partibus principalibus. Tertium dubium, contra primam partem tertie conclusionis. Si non quicquid fuit, animatum anima intellectiua resurgat in homine: cur potius pars illa, uel illa, quæ fuit? Et cuius? ut uidetur nulla possit dari ratio cogens: ergo uel omnes, uel nulli resurgent. Ad hoc dicitur negando consequentiam, tamen si non possit præcisè dari ratio: cur potius illa, quam illa. Licet Scotus teneat quod illa, quæ est purior, uel plus de intentione nature pars eius resurgat præ alijs. Nam secundum Diuum Augustinum. Aug. li. xxij. de ciuitate. cap. xix. quæ sunt praua corrigentur, & quod minus est quod decet, unde creator nouit inde supplementum. Et sequitur ad propositum. Et quod plus est quod decet, materiam seruata integritate detrahatur. Integritas hic accipitur pro sufficientia ad corporis debitam quantitatem secundum unam opinionem. Ante hoc inquit. Ac per hoc non est macris, pinguius uel timédum, nec ibi etiam tales sint &c. Et ita secundum unam opinionem possunt exponi alia dicta Augustini eodem cap. dum dicit. Dum tamen totum reuertetur &c. Et nihil fore periturum &c. Verum est de sufficientia, &

Dub. 2.
K
Verum sit aliqua pars uel portio in homine per totam uitam suam?

Dub. 3.
Si non quicquid fuit animatum anima intellectiua resurgat in homine?

necessitates: ita quod redibit, quicquid necessarium est pro decenti quantitate, & quantum: & si totum, totum redibit. Ratio ergo cogens est uoluntas summi opificis, qui resurrectionem efficiet potentia diuina. Et per istam expositionem nominum illorum integritas & totum (ut dicatur integritas partium seruari, & totum reuerti, quod resurgat id, quod pertinet ad sufficientiam, & decorum corporis: semoto omni defectu, & deformitate) multa dicta possunt saluari Aug. xxij. de ciuitate. c. xix. Quartum dubium contra septimam conclusionem, cum dicitur omnes homines resurrecturos in ætate Christi, & in eadem ætate. Cum ætas hominis accipitur secundum tempus mensurans uitam eius: aut ergo accipitur secundum tempus uitæ mortalis, aut immortalis. Non primum: quia sic est magna diuersitas ætatis hominum mortaliu, ut docet experientia. Nec secundum: quia ætas Christi resurgens, cuius resurrectio ante annos. MCCCCLXXXVI. facta est, longe excedit ætatem resurgentium in futuro secundum uitam immortalis. Itaque queritur de quantitate debita resurgentium. Vel est quantitas corporis Christi, uel alia. Non Christi: quia tunc multa corpora essent immoerate de stirpe, aut raritatis, secundum quod resurrecturi habuissent corpora maiora, uel minora corpore Christi: cum tamen uidetur Augustinus uelle lib. xxij. c. 14. 15. & 16. gigantes in forma resurgere giganteas: & posset sustineri secundum eundem, quilibet resurrecturus in eo corpore modo, quo defunctus est. Si secundum, arguatur ut supra. Si autem quilibet resurgat in sua quantitate, quam habuisset, si attigisset semoto nature, uel alio causali impedimento. xxx. annu: ergo resurgat multum differentem quantitate, quam nani, macilentum, corpulentum &c. Dicendum quod quid sit de damnatis, homines omnes beati resurgent in eadem ætate Christi: hoc est resurgat robusti, perfecti, bene habentes in corpore sine omni deformitate, & defectu, sine tarditate, & corruptione. Erunt. n. æquales angelis dei: & si non corpore, uel ætate, certe felicitate. Aug. lib. xxij. ca. xx. de ciuitate Seruabitur. n. perfectio integritatis substantiæ humanæ: cum sublatione omnis defectus,

& cuiuscumque indecens. Dicitur ergo staturus ille eiusdem ætatis secundum proportionem, & iustitiam distributiuam prout uniuscuiusque nature congruit. Et ratio huius potest esse secundum eundem c. xliij. lib. xxij. quia unusquisque tunc futurus est cum effectu in resurrectione, qualis fuit hic in potentia, seu in ratione seminali. Hinc infantes cum nascuntur, etsi sint quantitate parui, & careant magnitudinis perfectione in actu: habent tamen eam in potentia: & illa concipiunt, & nascuntur. sicut & dentes & alia membra habent in potentia, & latenter in femine. i. seminali ratione, secundum Franc. Mar. Resurgent ergo singuli in ea quantitate in actu, quam habuerunt in uia in potentia: dum nascerentur secundum complexionem corporis sui. unde si aliquod fuit impedimentum in augmento, ratione inedige, & paupertatis, ut in medicis, restaurabit id deus, unde uoluerit. Corollarie sequitur. In resurrectione generali nullus resurgat longior, aut breuior in actu, quam fuerit hic in uia longus, aut breuis in potentia. Aug. li. xxij. c. xliij. de ciuitate dei. Et ex illo sumi potest debita resurgentium quantitas, illa scilicet quam hic habuerunt in ratione seminali. Corollarium secundum. Non omnium resurgentium erit eadem quantitas corporis: sed alia, & alia pro diuersitate complexionis semota omni imperfectione, & indecentia quacumque. Et his facile responderi potest ad formam argumentationis. Quintum dubium contra tenorem articuli de resurrectione carnis. Dictum est resurrectionem mortuorum esse resurrectionem carnis: ut habetur in Symbolo apostolorum, quomodo ergo loquitur Paulus. j. Corinth. xv. Caro, & sanguis regnum dei possidere non possunt? Si hoc uerum est, quomodo fiet resurrectio uera ad gloriam corporis, & anime? Præterea si sic ergo resurrectio si erit, erit alterius nature. Dicit. n. Apost. Seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale. Non dicit resurgat, sed surgat. Dictum uero est corpora in resurrectione futura eiusdem nature, sed alterius glorie. Non autem uidetur esse eiusdem nature corpus animale, & spirituale, sicut nec idem sunt spiritus, & animal. Consideran-

Coro. 1

Coro. 2

Dub. 5.
L
De resurrectione carnis contra articulum carnis resurre.

dum est: q̄ caro quādoq; sumitur pro toto composito id est homine. Sic scriptura secundum tropum quandam a parte totum significans nomine caro intelligit hominem. Hinc dicitur Ioan. j. Et uerbum caro factum est. Exponit August. ad Cōsentium, id est filius dei factus est filius hominis. Et ca. ij. li. xiiij. de ciui. Verbum caro factū est exponit, id est homo. Ad Ro. ij. Ex operib⁹ legis nō iustificabitur omnis caro. Sic enim nomine totius quandoq; accipitur pars, ut cū Maria Magda. inquit. Tulerit dñm meū. Ioan. xx. id est corpus domini. q̄ sepultur putabat de monumento sublatum erat. Ita nomine partis totū intelligitur. xiiij. li. de ciui. ca. ij. & v. Et illo mō non est eadē caro in uiuo, & mortuo: quia non eadē forma speciuoca: ut notum est. Alio modo accipitur pro altera parte cōpositi: & sic Aug. ubi supra, carnē nominat corp⁹ terreni, atq; mortalis animantis. Fortē dicit terreni ad excludendū angelos habentes secundū aliquos corpora aerea, q̄ & Aug. aliquando uidetur tenet secundū opinionē Platoniconū. Et sic potest intelligi dictum Apostoli primē Corin. xv. Nō oīs caro eadē caro: sed alia hoīs, alia pecorū, alia pisciū, alia uolucrū. Quamuis. n. materia omnium generalium, & corruptibilium sit eadem specie, quā caro significat, tñ nomen caro sic est terminus connotatiuus: & supponit pro materia, connotādo certam qualificationē, seu accidentālē dispositionem, qua dispositione mutata mutatur suppositio. Deficiente enim cōnotato deficit suppositio: ut cum est proxima putredini. Sic non est eadem caro piscium, & taurorum &c. Non enim dicimus pisces esse carnes, & prohibitum est tempore ieiuniorum uesci carnibus: forte q̄ materiam fermentiā traxerunt ex coitu. Dicimus tamen cadauer esse carnē putrefactioni proximā. Si autem aliquis uellet plurificare in eodem cōposito formas substantiales, posset aliter dicere hoc modo. Offa, & caro sunt eiusdem rationis essentialis: sed non accidentalis: sicut homo albus, & calidus. Sunt etiam eiusdē rationis in homine, & pecore, saltem concedi potest. Non tamen sequitur

sunt eiusdē rationis: ergo os est caro propter defectum cōnotati: sicut homo iustus, & iniustus sunt eiusdē rationis essentialis: quia uterq; homo, nec tamen iustus est iniustus. Si autē ratio dicit totū quid nominis termini, puta subtractū. cū cōnotato, secus est dicendū. Itē secundū Aug. ubi supra: caro etiā dicit animā carnaliter uiuentem, & inordinatis passionū motibus subiectā. Hinc Paulus. j. Corin. ij. Animalis homo non percipit ea, quę sūt spiritus dei. Hom. xvij. sup. Io. Homine nominat animale ab anima, & carnalē a carne: quia ex carne, & anima cōstituitur homo in esse. Et in li. de fide, & symbolo dicit. Anima propter carnales affectiones caro nominat, non propter naturam: & corruptibilis: quia uitij morum corrumpit. Hęc illa iuxta finē libri. Est ergo hō animalis, qui spm̄, & affectū habet depressum ad seruilia tñ, & ad ea, q̄ carnis sunt. i. contraria mēti, & spiritui. Et secundū Ambrosiū: aliquis dicitur animalis dupliciter vel conuersione, & uita: uel animi sensu. Cōuersione, & uita, quis fertur dissoluta lasciuia animę suę, quā inter naturalis ordinis metas spūs rector nō continet: eo q̄ ipse deo regendum se non subijcit. Animalis uerō animi sensu dicitur, qui de deo iuxta corporū phantasiam, ut legis litera, uel rationē physica iudicat. Sic dicere possumus esse opera carnis, quę pertinent ad uoluptatem carnis, & in genere quęcunq; animi uitia, licet sint a uoluptate carnis aliena secundum Aug. xiiij. c. ij. & v. de ciui. capiēdo partē pro toto, & denominādo totū a parte. Dicuntur ergo opera carnis ad Gala. v. quęcunq; uitia, & peccata hominis. Carnis. i. hominis uiuentis, nō scdm̄ deum, sed contra spm̄ sanctū, & contra eius pręceptū, & dictamen rationis rectę. Sicut enim diabolus sua superbia tumuit: & ideo in ueritate non stetit. Ioan. viij. ut non ex Deo: sed de suo maendaciū loqueretur: ita & homo sequendo suam prauam uoluntatem deo contrariam, quandoq; carnalis, quandoq; animalis dicitur. Quamuis enim in homine multa surgant uitiorum incitamenta ex carne corrupta per pñ, & similiter desideria uitiosa:

Homo
anima
lis, &
carnalis
quomō
dicitur
ita & spi
ritualis.

uitiosa: non tamen omnia uitę iniquę uitia ueniunt tribuenda, sed multa ueniunt ex instigatione diabolica, qui carnē non habet. Sumitur ergo caro secundū Hieron. super epistolam ad Gala. ut cōtrarietur spiritui: ut dicantur opera carnis, quę sūt contraria mēti, ac spiritui. Ex illo sequitur sicut homo dicitur quandoq; animalis, ac carnalis: quia prauis affectionibus, & peccatis deditus, aut fomiti peccati subiectus pariendo bellum carnis cōtra spiritum ad Ro. vij. sic dicitur quandoq; spiritualis, & corpus ipsum spūale, quando perfecte adheret deo, ut un⁹ spiritus sit cum eo uoluntatis plena subiectione nō timens ullam separationem, nec indigens nec cibo, nec potu &c. Item dicitur celestis pari ratione. Ad hoc. n. Christus factus est mortalis, & terrenus: ut homines celestes, & immortales faceret, non naturę mutatiōe: sed glorię colatione. Aug. ad Cōsentium. Sic intelligitur dictum Apostoli. Caro & sanguis regnū dei possidere non possunt. i. corruptibilitas, & mortalitas, pariter, & defectiuitas carnis, & sanguinis, quę sunt huius uie, regnum dei possidere non possunt in sensu composito. Et nequis credat apostolum uoluisse denotare carnis, & sanguinis substantiā, quasi non pertineat ad resurrectionē, subiunxit: Neq; corruptio in corruptionē possidebit. Voluit ergo dicere: q̄ corruptio mortalis carnis, & sanguinis in resurrectione locū non habet. Per hoc ad dubium. Apostolum non negat resurrectionem carnis: sed eam adstruit, & confirmat seipsum exponendo quid intelligatur nomine carnis, & sanguinis ut puta non caro secundum substantiam: sed secundum corruptionē, & defectum mortalitatis, ac pugnæ contra spm̄. Erat secundum Aug. caro in resurrectione secundū substantiā, & non erit caro secundum corruptionē: quia tolletur omnis mortalitatis corruptio. Hic. xxij. ca. xxj. de ciuitate inquit. Erat ergo spiritui subdita caro spiritualis: sed tamē caro, non spiritus: sicut carni subditus fuit spiritus ipse carnalis: sed tamen spūs non caro. & c. xxiiij. Non. n. animale, sed spirituale erit, habens quidem carnis, sed

sine ulla carnali corruptione substantiā. Ad idē li. j. retract. c. xvij. Ibi expressē dicit Apostolum non negasse carnis substantiā: sed corruptionē. & c. ij. li. ij. Itē xiiij. de ciui. dei. c. xx. & c. xxij. Ea propter inquit apostolus. Oportet corruptibile hoc induere in corruptionē, & mortale immortalitatem. Voluit ergo denotare per nomē caro, & sanguis, ablationē pugnæ mortalitatis, & corruptionis. Ad aliud uerum est, seminari corpus animale, & surget corpus spirituale; non quod sit alterius nature, sed glorię. Dicitur autē in resurrectione spirituale, quod prius dictū fuit animale: quia tunc factū est impassibile, & immortale, plenē subiectum spūi, quod prius fuit subiectum corruptioni. Sicut. n. dicitur spiritus carnalis: quia seruit carni: ita non inepte corpus dicitur spūale: quia subiectum spiritui. Non quod in spm̄ cōuertatur: sed quia spiritui summa, & mirabili obtemperandi uoluntate subdetur. Consequenter. Licet nō supponat per eodē spūs, & animalitā illa noia corp⁹ animale, & spirituale, idē dicunt scdm̄ substantiā in proposito: licet nō supponat pro eodē propter defectum connotati. Sextū dubiū forte potius curiositatis est quā utilitatis: An omnes humores resurgunt in homine: & similiter an in Christo resurrexerit oīs sanguis, aut cruor fusus in terrā tempore passionis. Quia sic, uidetur secundū opinionem in tertie conclusionis parte secunda. Quia non, est apostolus. j. Corin. xv. Caro, & sanguis regnum dei possidere non possunt. Item Papa Pius in quadam extrauagante data anno. MCCCCLXI. quibusdam prelatis ecclesię Xanctonen sis ad instantiā Guardiani, & conuentus domus uillę Rupellę, ordinis fratrum Minorū Xanctonēsis diocesis, & dicit: q̄ nō repugnet ueritati fidei dicere, q̄ Christus aliquā partē sui sanguinis dimisit in terris, ob memoriam, & uenerationē dñicę passionis. Immo scribit Iacobus Carthusianus, q̄ in quodā loco, qui dicitur Uel senacū habetur portio de sanguine domini. Et si resurrectio Christi est exemplatiua nostre resurrectionis, & Christus resurrexit relicto aliquo, quod fuit de corpore suo in terris: ergo & in nobis non re-

Dub. 6.
M
An oēs
humores
resurgunt
in homine,
& similiter
an in
Christo

furget totum: contra cōclusionē tertiā, ad eius partē scđam: & ita contra eam uideatur esse papalis determinatio: ex cōse- quēti falsa ē. Ad illa dicendū post Rich. ar. j. q. ij. q̄ humores resurgēt in homi- ne. Et quāuis non fuerint animati anima intellectiua: conferunt tamē ad corporis perfectionem, & decorem. Non tamē re- surgent de necessitate corporis, aut pro- pter corporis nutritionem: sed tantū p- pter corporis integritatem, & perfectio- nem. Verum de humiditatibus, & humo- ribus Rich. distinguit. Humorem enim ēē in magnis uenis: Humiditatē uerō ex- tra magnas uenas dicit esse: & humidita- tes dicit trifarias. Vna est quæ dispergit per mēbra, sicut ros: quā dicit esse in par- uis uenis. Alia est propinqua coagulatio- ni, & incipit albari, & nō peruenit ad cō- plementum. Alia est iam dealbata habēs ultimā perfectionē. Prima uocatur ros: secūda cambiū: tertia gluten. Quibus p- mīssis dicit, q̄ resurget sāguis, phlegma, cholera, melācholia: non propter nutri- tionem aut restantationē: sed corporis p- fectionem, ad uirtutis naturalis ostensio- nem. Resurgēt in quā, nō omnes, quæ prius infuerunt: sed p̄t corporis nigoro- si decentia, integritas, & perfectio requi- rit. Humiditas uerō, quæ dicit ros, & cā- biū non resurgēt: sunt enim in uia pro- corporis augmentatione, & nutritione: sed corpus tūc erit perfectū, & spirituale: Gluten uerō resurget. Hæc amplius ad- medicos pertinet. Sunt uerō quædam hu- miditates supfluxæ indiuiduō in quali, uel in quanto: quarum quædam protjeit na- tura tanquam nociuas indiuiduō: ut quæ uadunt per secessum, per uia uring, sudor- um &c. Quædam refertat pro conser- uatione speciei, & ḡratione indiuidui: ut semē. Quædam pro nutritione tenet in- diuidui genitricē lac pro nutritiōe pueri iam extra uterū, & menstrū in utero. & tales humiditates non resurgēt secundū Rich. quia nec faciunt ad decorem, nec ad necessitatem, nec ad perfectionē: sed pertinent ad corruptibilitatis statum. Fe- re idem sub alijs uerbis habet Duran. q. ij. dicens q̄ redibunt priores humores se- cundum speciem: non secundū numerū,

Humor quid.

Quot Species humoris.

sue idē nūero. De Christo aliud dicit. S̄ enim in Christo nō fuerunt corrupti in- triduo, q̄ nō oportuit fieri, idē numero in eo reassumpti sunt. & scđm ipsum non dicuntur surrexisset: quia non fuerunt in eo corrupti, nec aīati. Verū de sanguine Christi adhuc stat dubiū. Nā scđm Rich. in. ij. dist. ij. q. ij. partis dist. ut referūt eū quidā. Sanguis nō est pars essentialis cor- poris, quib⁹ solis uita est suppositaliter maiestas diuinitatis. & ideo sanguis in trī- dno cōsecratus non fuisse adorandus ad cōmūtem lēstū: sicut corp⁹ Christi. Quo- stante si aliquid de eius sanguine sanctis- simo relictum est in terris, non est unū hypostaticē deitati. Sola enim humani- tas fuit assumpta: aut partes essentialēs humanitatis: nec sāguis fuit formaliter animatus. Hinc in prædicta extrauagāte dicit Papa ipsum sanguinē esse ueneran- dū, si habet in terris. Si curiositas ultra- pergīt, dicens hoc esse contra opinionē: talem in secūda parte cōclusionis. Ne- gei, quia cōclusio loquitur de partibus: aīa itellectiua: sed scđm Rich. sā- guis non fuit formaliter animatus. Et posset dari uia, ut uideret, catholica fi- dei nō cōtraria: ad saluandā cōclusionē ut iacet: ut q̄ quicquid fuit de ueritate humane naturæ Christi resurrexit in eo & resurget in nobis. Et ita de præputio Christi sicut de eius sanguine. Diceret enim quis Christi præputio esse repli- catum ad diuersa ubi, & illam partem p- putij esse in cœlo coniunctam corpori Christi, & in altaris sacramento, non sic in eo, in quo in terris deinet loco. Ex- plum in similit. replicetur aliquis ad di- uersa ubi nullā implicare uidetur cōtra- dictionē: q̄ aīa ibi informent corpus, & in alio ubi deserat corpus, ac si per diuinā potentiam solum corpus non anima fue- rit replicata ad diuersa ubi: ut alibi in expositione canonis lēctione. xlvi. clari⁹ habetur. Et sicut hoc habet ueritatem de toto corpore, ita de partib⁹ corporis, ita & de sanguine. Si curiositas pro illa la- boraret opinione, q̄ Christus in resurre- ctione totum assumpsit, quod fuit in cor- pore uiuentis de eius integritate, & per- fectione sine carentia cuiuscunq; ad cor-

pus perfectum, ac eius decorem, & decen- tiam pertinentis, suo modo posset dici, q̄ replicatē habetur eius sanguis & hic, & alibi. Hæc solum disputatiue, & non as- fertiue dicere uolui. Ex his patet respō- sio ad dubium: An corpora post resurre- ctionem erunt calida &c. & informatiua qualitatum primis. Nam cum erunt eius dem naturæ, & substantiæ pariter, & po- tentiæ, habebunt singula mēbra suas qua- litates eis debitas, & proportionatas: ut humiditatem, siccitatem &c. prout statui corporum gloriosorum competit, ut infra de dotibus dicitur. Ad hoc est Richard. Duran & Scotus dist. xlix. q. iij. Si enim tollerentur qualitates illę actiue, & pas- siue non essent uere mixtum, & propor- tionatum animæ &c.

An cor- pora post re- surr. erūt calida.

QVÆSTIO II.



QVÆSTIO Secunda est circa conclusionem secun- dam textualem. Vtrum sicut alibi q̄ omni deformitate, & uisio resurgēt sanctorum corpora, erūt quatuor dotibus gloriosa. Circa q̄- stionē erūt articuli duo principales. Pri- mus terminos in genere declarabit. Se- cundus quadripartitus conclusiones, & replicas ponet, & absoluet iuxta nume- rum notādum corporis. Quantum ad pri- mum notādum, q̄ deformitas accidit rei alicui uel ex disconuenientium apposi- tione, uel ex conuenientium priuatione: ut puta rei alicui adsunt, q̄ ei scđm suam formam, uel habitudinem, aut p̄fectionē siue integritatē nō conueniūt, aut desūt quæ adesse deberent. Hinc scđm Palud. & Durand. q. iij. deformitas in corpore po- test ex tribus contingere. Primō ex de- fectu alicuius conuenientis, & adesse de- bentis, siue sit qualitas rei, siue quantitas. sit mancos, aut cæcos dicimus deformes, & mutilatos. Secundō, ex appositione ali- cuius disconuenientis: ut habere sex digi- tos, maculam in facie, albuginem in uisu. Item superfluitas membri, aut membro- rum. Tertio ex indebita partium dispo- sitione: ut in claudis, luscis, & gibbosis. Sic etiam est deformitas animæ, & dici-

De doti- bus cor- poris.

Arti. 1. Not. 1. De for- mitas ac- cidit rei alicui duplici causa. Ex tri- bus con- tingit.

etur macula, carentia gratiæ gratum faci- entis, sicut decor, & ornatus est habere gratiam, & charitatem. Secundo notan- dum, q̄ nomen dos, communiter a iuris- peritis dicitur donum, siue donatio facta sponsæ a sponso ratione matrimonialis fœderis, & indiuiduæ coniunctionis. Indi- uiduæ inquam quantum ad propositū, & uoluntatem: ut supra de matrimonio. In nostro autem proposito transfumitur ad donationem factam sponsæ Christi in corporis resurrectione ad beatificam eius coniunctionem cum Christo, ut p- mium quoddam consubstantiale secu- dum Bonauentur. in suo breuiloquio. Et quia præmium substantiale dicitur, quod est animæ debitum pro suis meritis, cui obtemperanter subiectum fuit corpus ut instrumentum merentis, uel ut altera pars compositi hominis scilicet qui prin- cipaliter meruit, ideo hoc dicitur con- substantiale quasi consequens substantia- le: quia consistit in gloria corporis, quod est altera pars substantialis hominis. Di- citur etiam stola secunda, qua resumpta perfectius anima beata tendit in cœlum. Et sicut dos ad extra non semper est ali- quid intrinsecē ornans sponsam, uel ei inhxrens, ita nō est de ratione dotis cor- porum beatorum, q̄ in sit realiter perso- næ dotatæ, sed sufficit, q̄ sit ius aliquod sibi debitū, ratione cui⁹ sibi hoc, uel hoc competit. ut gratia exempli in propo- sito dos corporis est donum, seu ius aliqd debitum pro meritis, & ex pactione diui- na animæ resurgētis a Christo suo spō- so, ad plenē subijciendum sibi corpus suum, ad protegendum ipsum &c. ne quo- modo cunq; lædatur, tar det, deforme. &c. prout liberit aīa. Et pōt sic notifi- cari. Est ius acquisitum animæ ex meri- tis, & pactione diuina datum ei permanē- ter in resurrectione ut spiritali sponsæ Christi ad assistentiam uoluntatis diui- næ, quatinus ipsum corpus suum quan- tum ad omnem actionem, & passionem interiorem, & exteriorē, & omnem existendi modum sibi possibilem secun- dum desiderium suum, & beneplaci- tum perfectē, & efficaciter subiectum te- neat. Dicitur primō ius, quod ponitur

Not. 2. B Nomen Dos quot modis accipit.

pro genere. Ex quo sumitur: quod dos non semper est habitus inherens, uel qualitas intrinseca absoluta inherens. Quia dos sponsæ (unde nomen id sumptum est secundum doctores) consistit non solum in his, quæ ornât animam intrinsece: sed etiam in his, quæ assistunt extrinsece: ut si ad eius tuitionem pater spondeat custodiam militum, & satellitum. Ita habet Durand. quæst. v. Fortè clarius diceretur accedunt, uel adueniunt. Unde Gen. xxxiiij. dicit Sichem Iacob, & filiis eius. Augete dotem, & munera postulate. Secundum potentes relationes, potest dici respectus ronis. Scdm alios, potest dicere multa, sicut nomen connotatiuum: ut puta diuinam uoluntatem quodammodo traditam in possessione plenâ animæ ad efficiendû circa corp^o id, quod aia uoluerit fieri. Sicut enim in hac uita anima homines plenè obedit deo, & se totâ ei dedit miraculorû diuinorû obseruantia, ita deus recipere uult obedire post resurrectione uoluntati hois, & se totû ei dare paratus facere, quod uoluerit circa corpus eius. Si enim sol stetit in medio celi, & non festinauit occumbere spatio unius diei, donec ultionem de inimicis suis faceret obediēte dño uoci hominis, & pugnatē pro Israel. Iosue. x. quātō magis obediēt homini in beato indissolubilis cornubij gratiō uinculo sibi colligato? Dicitur acquisitum aīæ ex meritis, & pactione diuina, p quâ excluduntur elementa, uel bruta, aut mali hoies, quibus deus præ dare immortalitatē de absoluta sua uoluntate, ut in dānatis, & impassibilitatē, ut dedit pueris in fornacē lādātibus dñm. Danie. iij. non ex eorû merito, quia illa non possunt mereri. Et hō malus demeretur sui annihilationē, & nō perpetuam conseruationē, ut quidā dicit. Et p hoc etiam innuitur redundātia eorû ab aīa, quia ex merito animæ uenit illa corporum dotatio, cum corpus per se mereri nō pot. Non autē est formalis effluxio ab aīa, sed meritoria. Dicit datû in resurrectione: quia si antea, uel alias daret, non diceretur dos, ut patet de incorruptibilitatē puerorû in fornacē Babilonica, quæ data fuit eis ad tempus: sed non perma-

nerent. Danie. iij. Ad idē Marc. ix. de trāfiguratione domini, & claritudine glorię tunc assumptæ ad tempus ad ostendēdū futurā resurrectionis glorię, secundū Beadam in Glossa. Dicit datum: ut spirituali spōsæ. Per hoc excluditur immortalitas damnatorû, & eorû incorruptibilitas ad pœnæ ppetuitatē, quā non est eis dos, cum non sunt sponsæ Christi: nec est eis in bonum sibi. Desiderant enim mori: sed mors fugiet ab eis ad perpetuam eorum punitionē. Dicit ad assistentiā diuine uoluntatis, p quæ ostenditur, ad quæ se extendit dos: uel per quod sint sic dotati impassibilitate nō per formā inherētē, sed diuinā assistentiā phibentē actionem cuiuslibet extrinseci inferētis læsionē, uel tarditatē &c. Dicitur subiectio corpus animæ. Diuina siquidē assistētia, quā meruit, pfectē subijciet corp^o aīæ bti post resurrectionem corporû. Per hoc excluduntur dotes animæ uisio, fructio, tentio, & alia dona sancti spiritus data ad hois sanctificationē, & aīæ illapsum sanctificatiuum non ad plenam corpis subiectionem: licet ex corporis subiectione sequatur. Dicit quantum ad omnē actionē ubi innuitur dos impassibilitatis, incorruptibilitatis, & agilitatis, quæ respiciunt motum corporis: qui etiam est actio quædam, & passio. Additur, & omnem modum existēdi sibi possibilem, ubi tangitur dos subtilitatis, & claritatis. Nedum enim potest corpus absolute loquendo in omnem actionem, & passionem: prius ante resurrectionem, cum eius natura non est alia substantialiter, sed etiam per dotem claritatis erit luminosum: ut & uidere, & uideri clare possit secundum animæ desiderium. Si queritur, quid sit ius pro re, uel pro quo supponat. Dicendum cum Ockā in tracta. euchar. Ius nō hēt quid rei, nec supponit pro re una, sed hēt quod nominis. Et ualeat illa locutio causa breuitatis sic posita. Tūc dicit aliquis dotari in corpore a deo secundum sententiam patrum: quando deus propter eius merita uult &c. ut in notificatione dotis. Ter-

Not. 3.
C
De con
gruētia

hominum sic ad æternam, & beatificam stabilitionem humanæ naturæ. Ad hanc enim cōsequendam conditus est homo tamen si per peccatum eam demeruit. Verum Christi mors nostra lauit peccatâ, & resurrectio cōtulit amissam libertatē, ut canitur in prefatione. Qui mortē nostram moriendo destruxit, & uitâ resurrectione reparauit. Cum ergo Christus surrexit caput ecclesiæ, sequentur eum membra ipsi per fidem iūcta. ij. Corint. c. iij. & iij. Et cum beatitudo sit præmiatio hominis perfecta, cōgruit ad perfectam præmiationem anime pro meritis, ut nō solum præmietur anima: sed & totum, quod meruit, & id, in quo meruit: ut puta totus homo in corpore, & anima. ut sicut animæ plena libertas, ita & corpori datur perfecta sanitas: ut conforme fiat spiritui. Sed impossibile est, stante lege, aliquem esse beatum, & mortale: uel defectibus subiectum, prout etiam caro nostra in paradiso fuit mortalis. Potuit. n. non mori, elementis subiecta, inedia cōsumptibilis, ratione cuius indignit. loco temperato, cibo restauratio, ligno uitæ uirtutis reformatio, siquidem corpus humanum subiectum est quadrisarię molestiæ, & graui laborat onere ex elemento rum, unde constituitur perfectione. Est enim corruptibile, & passibile continue tendens ad non esse: quia ut flos egreditur, & cōteritur, & fugit uelut umbra, & nūquam in eodem statu permanet. Iob. xij. Est grossum, & impeditale ut nō possit, quæ uellet penetrare: sed ab alio corpore angustiat, & præmitur. Est tardum, & fatigabile, adeo ut dicat sapiens. Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam. Sap. jx. Est obscurum, & deformē, indigens protectione a frigore, & uestiū operimento pro turpitudinis uelamine. Eccles. xxix. Exigit ergo iusta, & perfecta remuneratio. ut nobilissimorum corporum conditione uestiatur: ut iam nullius extrinseci egeat alterius a deo. Nō medicina uel cibo, non continente loco, non uehiculo adiutorio non mendicato ornatu. Primum, dos impassibilitatis. Secundum subtilitatis. Tertium, agilitatis. Quartum, claritatis affect. Non. n.

sufficit sola corporis immortalitas, nisi sit & proportionatum animæ tam ad sensum, quàm ad motum. Ad sensum uerò aptatur claritudine. Dos enim claritudinis, causat luminositatē in corpore manifestantem. colores inexistentes perfectissime, & cætera exteriora illuminantē secundum animæ desiderium, & secundū opinionem aliquorû, ut habilior fiat ad specierum susceptionem. Ad motum, si tollitur carnis tarditas per agilitatem, & extrinsecum resistentis corporis impedimentum, quod facit subtilitas. Præterea decet, ut corpus nostrum, quia ex elementis componitur, habeat cum terræ soliditate impassibilitatem: cum aquæ transparentia claritudinem: cum aeris mobilitate agilitatem: cum ignis tenuitate subtilitatem, ut sic eliminetur a corpore beatificando omnis impuritas mixtionis, per subtilitatem terræ grossities, per agilitatē aquæ frigeferentis tarditas, per impassibilitatem aeris mobilis corruptibilitatem, per claritatē ignis denigrati obscuritas. Ex quibus habetur dotum sufficientia, & congruentia. ¶ Posset etiam dotum numerus colligi sic. Non patitur animæ naturalis appetitus quod ipsa sit plenè perfecta, nisi restituatur eius corpus, ad quod ex prima conditione naturalem habet inclinationem, quod & sibi in statu uitæ subijciedo ad uirtutum exercitia meritoria gubernauit. Nec tamen decet corpus restitui spiritui iam beato, nisi per omnia illi conforme, ne si corruptibile redderetur, & defectuosum, esset animæ in pondus, & sarcinam. Sed quia spiritus est æternæ lucis uisione clarificatus, ideo debet in eius corpore resultare permaxima claritas. Et quia illius fructione spiritus est summæ spiritualis effectus, ideo in corpore debet splendescere spiritualitas subtilitatis. Et quoniã tentione æternitatis factus est omnino impassibilis, & incorruptibilis, ideo in corpore decet esse impassibilitatem omnimodam tam ad intra quàm ad extra. Quia uerò ex his omnibus spiritus promptissimus est ad tendendum in deum, ideo decet in corpore esse summam agilitatem. Et hanc corporis præmiationem beatus Bonauentura

Quid
corpus
habeat
ex singulis
elementis.

ra nominat, ut supra, praeiuncti consubstantiale, & secundam stola, quasi consequens substantiale. Ad illud facit dictum Apostoli. j. Corinth. xv. Seminatur in corruptione, surget in corruptione. Ecce impassibilitas, & immortalitas. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. ecce claritas. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. ecce agilitas. Seminatur animale, surget spirituale. ecce subtilitas secundum expositionem Damasceni. lib. iij. iuxta finem. Sunt & pleraque alia scripturae testimonia, ex quibus colligi possunt. dotes corporum. Ad idem est Aug. lib. xxij. c. cxx. de ciui. dei. Absit omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omnis corruptio. & si quod aliud non decet illud regnum &c. Et in epistola ad Consentium docet nostra corpora futura ex corruptibilibus incorruptibilia; ex ignobilibus gloriosa, ex infirmis fortia, ex animalibus spiritualia. Idem de cognitione uerae uitae. c. xlj. ubi nititur resurrectionem probare, & corporum glorificationem ex promissione diuina infallibili. Promittit. n. deus suis dilectoribus plenum gaudium, quod esse nequit, nisi anima coniungatur corpori. Non autem habet anima plenum gaudium, dum corpus suum in sordibus adhuc squallet. ideo necesse est corpora non solum in nouari, sed etiam communem naturam, quae se feruiuit, necesse est in melius commutari. Sic. n. ait. Ecce noua facio omnia. Apoc. xxj. Item c. xlv. expresse loquitur de dotibus corporum, & gloria beatorum corporum. ¶ Quantū ad articulum secundum est conclusio prima. Sanctorum corpora resurgent sine omni uitio, & deformitate gloriosa. Haec conclusio partim patet ex questione praecedente. quae ad ea, quae respiciunt integritatem humanae naturae. Partim ex notabili secundo, & tertio. Et partim ex dicendis de dotibus corporum. ¶ Secunda conclusio. Probabile est dictum etiam damnatos resurgere absque deformitate naturali, & defectu cuiuscumque quod est de integritate naturae humanae. Beatus Aug. hoc discutere noluit in Ench. c. xcij. & potest ostendi hoc modo: quia si mali resurgent cum deformitatibus suis (etiam posito quod resurgent sine defectu, aut et sine substantia cuiuscumque; membri quod est de integritate, uel supfluitate naturae humanae) hoc

Artic. 2.
Cocl. 1.
D
Cocl. 2.
Corpora sanctorum resurgent sine omni uitio.

est ex eo: quia cuncta debent eis cedere in potentia, secundum tenentes, contraria opinionem. Sed hoc non potest stare, cum sequantur in convenientia. Praeterea poena debet correspondere culpae: sed contingit dare duos damnatos, quorum unus minus peccauit alio, & magnam habet corporis deformitatem: alius uero plus, & nullam habet deformitatem. ergo in casu, qui minus peccauit, plus habet poenarum, & maiorem culpam, & ita poenam absque correspondente culpa. Praeterea auctor generis humani primum hominem condidit perfectum, integrum, non orbatum, sine deformitate, in naturalibus: ergo etiam cum reparabit hominem, reparabit eum sine naturali defectu, & deformitate. Hoc. n. facit ad decorum, & magnificentiam summi artificis. Et si dicitur, damnatis nulla debetur gratia: Verum est propter meritum: ex merito nulla debetur eis: sed dat eis gratiam gratis datam, cum conseruat eos in esse utique per gratiam, non per naturam. Sic etiam per gratiam gratis datam, pro magnificentia operis tollentur ab eis deformitates etiam tertio modo. Insuper facit hoc in augmentum poenae uermis, cum uelint, nolint, diuinam agnoscunt magnificentiam, & cum iustitia misericordiam indubitam. non merita. Sic quidam attendentes damnationem malorum: ut nihil eis desit in poena, tenent, quod cum deformitatibus resurgent. Quidam uirtutem resurgentis tenent, quod sine deformitate resurgant. Ita habet sanctus Thomas. quod vij. art. xij. ¶ Tertia conclusio. Corpus ab anima beata in resurrectione resumendum erit quatuor dotibus gloriosum. Patet ex notabili secundo, & tertio. & auctoritate Pauli, beata in j. Corinth. xv. Dicitur notanter ab anima beata, quia secundum Apostolum, & si omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. de animalitate ad spiritualitatem per dotibus corporum. Hoc. n. solis beatis est debitum. Hic ait. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale immortalitatem. Quod Aug. in de fide ad Petrum. cap. xxix. exponit de beatis solum. Oportet inquam necessitate consequentiae, tum ob perfectionem naturae humanae, tum ob iustitiam diuinae implementationem, & praedestinationis consummationem, tum ob membrorum ad caput conformitatem. Nec contrariatur his dictum Philosophi. x. metaph. cum dicit corruptibile, & incorruptibile genere differre, & per consequens non posse esse idem numero: quia intelligitur, quando corruptio, & incorruptio ad idem principium referuntur. Homo uero, qui per naturam est mortalis, & corruptibilis potest diuina uirtute, & gratia fieri incorruptibilis, & immortalis. ¶ Ex illo sequitur. Licet damnati nunquam moriantur, non tamen habent dotem immortalitatis. ¶ Quarta conclusio loquitur de dote impassibilitatis, & primum negatiue. Non datur corruptus impassibilitate per qualitatem contrarietatis, aut contrarietatis sublationem. Et ne in aequiuocis laborem: notandum secundum Philosophum secundum de anima: quod duplex est passio. scilicet uisus & perficiens. quia perfectibile perficitur a sua, quam recipit, perfectione. Hanc Durandus. q. iij. dicit receptionem formae conuenientis naturae rei. Et haec non remouetur a corporibus gloriosis. ibi enim erunt organa sensuum, & sensus multi in actu suo quare recipient species sensibiles, per quas secundum ponentes eas sensus immutatur: & ita quodammodo patientur, quem admodum, & uirtus passiva pati dicitur, puta, sensus, qui dicitur uirtus passiva. Est etiam passio terminatiua, quae est in Deo a sanctis dilecto, & uiso. Alia est passio, quae secundum Durand. dicitur amissio formae conuenientis secundum naturam, & receptio disconuenientis secundum naturam, & secundum naturam contrarij. haec ab alijs nominatur corruptio, & laesio, per quam dispositio corpori commoda tollitur, & destruit. & de illa ad propositum. Sic enim corpus beatum, nec ab extrinseco, nec ab intrinseco patietur, secundum August. in Enchir. c. xcj. Considerandum etiam est, sicut est duplex passio. scilicet perfectiua, & laesiva seu corruptiua, sic est duplex passibilitas, uel impassibilitas, eo quod potentia est susceptiua, uel non susceptiua passionis. primo, aut secundo modo sumptae reddendo singula singulis. Habent enim seles passio, & passibilitas: ut potentia, & actus. Illis praemissis probatur

Cocl. 4.
De dote impassibilitatis
Duplex est passio.
Cocl. 3.
Corpus ab anima beata in resurrectione resumendum erit quatuor dotibus gloriosum.

tionem, tum ob membrorum ad caput conformitatem. Nec contrariatur his dictum Philosophi. x. metaph. cum dicit corruptibile, & incorruptibile genere differre, & per consequens non posse esse idem numero: quia intelligitur, quando corruptio, & incorruptio ad idem principium referuntur. Homo uero, qui per naturam est mortalis, & corruptibilis potest diuina uirtute, & gratia fieri incorruptibilis, & immortalis. ¶ Ex illo sequitur. Licet damnati nunquam moriantur, non tamen habent dotem immortalitatis. ¶ Quarta conclusio loquitur de dote impassibilitatis, & primum negatiue. Non datur corruptus impassibilitate per qualitatem contrarietatis, aut contrarietatis sublationem. Et ne in aequiuocis laborem: notandum secundum Philosophum secundum de anima: quod duplex est passio. scilicet uisus & perficiens. quia perfectibile perficitur a sua, quam recipit, perfectione. Hanc Durandus. q. iij. dicit receptionem formae conuenientis naturae rei. Et haec non remouetur a corporibus gloriosis. ibi enim erunt organa sensuum, & sensus multi in actu suo quare recipient species sensibiles, per quas secundum ponentes eas sensus immutatur: & ita quodammodo patientur, quem admodum, & uirtus passiva pati dicitur, puta, sensus, qui dicitur uirtus passiva. Est etiam passio terminatiua, quae est in Deo a sanctis dilecto, & uiso. Alia est passio, quae secundum Durand. dicitur amissio formae conuenientis secundum naturam, & receptio disconuenientis secundum naturam, & secundum naturam contrarij. haec ab alijs nominatur corruptio, & laesio, per quam dispositio corpori commoda tollitur, & destruit. & de illa ad propositum. Sic enim corpus beatum, nec ab extrinseco, nec ab intrinseco patietur, secundum August. in Enchir. c. xcj. Considerandum etiam est, sicut est duplex passio. scilicet perfectiua, & laesiva seu corruptiua, sic est duplex passibilitas, uel impassibilitas, eo quod potentia est susceptiua, uel non susceptiua passionis. primo, aut secundo modo sumptae reddendo singula singulis. Habent enim seles passio, & passibilitas: ut potentia, & actus. Illis praemissis probatur

conclusio. Quia si sic tale corpus non esset mixtum subtilatis qualitibus actiuis, & passiuis, nec animae proportionatum: sic nec modo anima posset animare elementum, immo non esset corpus physicum, nec perfectum, si tolleretur contrarietas per reductionem, & temperamentum mediū: quia non optimè dispositum cum ad diuersorum organorum bonam dispositionem corporis humani, requiritur: ut maneat frigiditas, caliditas, &c. etiam in gradibus oppositis: ut patet de hepate, & cerebro. Vnde omnia erunt in corpore glorioso, quae faciunt ad optimam hominis dispositionem: Manebunt ergo omnia, quae requiruntur ex parte agentis, & passiuo optimè dispositi, eritque idem actus. primus, tunc, sicut nunc. Et si diceret aliquis, manent quidem illae qualitates: sed non contrarietates. Non enim sunt contrariae qualitates, nisi quia possunt fieri circa idem: & quia in eodem subiecto sibi succedunt. Illae autem qualitates non erunt in eadem parte susceptiui. Hoc non ualet: quia qualitates contrariae ex naturis suis speciuocis habent contrarietatem: siue sint in eisdem susceptiuis siue non. Ideo non possunt esse, ac manere sine sua contrarietate. Alias enim, uel esset contrariū, nec successiue fieret circa idem. quod falsum est: quia hoc frigus secundum individuum quod nunc est in illo nunquam migrabit de subiecto in subiectum aliud, & ita repulsio successiua, uel transmutatio sola de subiecto in subiectum aliquod singulari non est causa contrarietatis, nec e converso. Praeterea. Rationes illae petunt principium. Nam in proposito probatur: quod non sunt contraria: quia contraria succedunt sibi in eodem: Hic autem una qualitas non succedit alteri. Hoc enim est, quod restat probandum, & petitur hic. Secundum non ualet: quia illa definitio contrarij orū non debet intelligi de quibuscumque: contrarijs acceptis secundum numerum: ut Scotus loquitur: nec de quocumque eodem secundum individuum: sed de contrarijs secundum speciem, & de eodem secundum speciem. Et si de eodem secundum numerum, non tamen de omni sed aliquo solo. Patet: quia accidens non migrat de subiecto in

subiectum, & albedo, quæ nunc est in illo subiecto, & nigredo quæ est in alio susceptiuo nunquam succedent sibi: ergo nec hic. Alioquin altera illarum migraret. Sed circa illud subiectum aliqua albedo, & aliqua nigredo possunt succedere sibi, non tamen circa omne subiectum, quia si sic nullum subiectum determinaret sibi certam qualitatem, uel alterum contrariorum. Non solum itaq; ista sunt contraria, quorum unum expellit aliud successiue in eodem susceptiuo; immo nec hoc oportet, nec sic intelligenda est ratio contrariorum: sed contraria sunt, quæ ex suis naturis specuocis habent contrarietate, siue sint in diuersis subiectis, siue in eisdem. Et ita in uno, & eodem homine inuenire qualitates contrarias. Nec potest dici quod subiectum non sit susceptiuum contrariorum, puta homo: quia natura subiecti, & hominis substantia non mutatur. Modo consimili Scotus & Palud. post plures opiniones impugnant, ponentes diuersas causas impassibilitatis corporum. Et concludit Duran. quod impassibilitatis corporum resurrectorum non erit propter carentiam qualitatum elementorum. Quinta conclusio. Impassibilitas corporis gloriosi est per impedimentum prohibens actionem qualitatum adinueniem, quæ sunt in corpore, & per susceptionem, siue prohibitionem qualitatum extrinsecarum in corpus ipsum. Patet conclusio, quia cum in corpore glorioso manent omnia, quæ requiruntur ex parte agentis, & passiuæ habet præcedens conclusio, si non esset impedimentum, posset in se agere sicut in corpore non glorioso, immo læderentur passiue corruptiua ab agente extrinsecò debite approximato, nisi eius suspenderetur actio. Agente enim & passio sufficienter dispositis, & approximatis sequitur actio. Sexta conclusio. Passiouis corruptiue impedimentum non est corpori glorioso intrinsecum, uel sic. Impassibilitatis læsiua in corpore glorioso causatum non est corpori glorioso intrinsecum. Probatur per inductionem sufficientem, uel enim esset ipsa anima impediens, uel qualitas aliqua corpori influ-

Cocl. 5.

Cocl. 6.

xa. Non primum, quia per imperium uoluntatis non potest anima impedire agentia naturalia ab effectibus suis, puta quod imperet igni, ne igneat, & aqua, ne humectet, aut frigefaciat: secundum Augustinum de mirabilibus scripturæ. c. iij. cum inquit. Nihil propter iubentis hominis uerbum creaturæ dei faciunt: sed quod dominus serui sui ordinanti obediens præcipit, hoc faciunt. Item anima non haberet repugnantiam ad illas qualitates, quas etiam in corpore præsupponit. Nec secundum ualeat, quia illa qualitas non erit celestis, quia nec lux nec diaphaneitas, tunc quia corpus humanum cum sit mixtum non est capax qualitatis celestis secundum Scotum. dist. xlix. Vel ergo erit qualitas elementaris, uel mixti. sed siue sic, non impedit omnem actionem. Non enim impedit actionem nisi propter contrarietatem; sed sic existente contrarietate, uel uinceret talis qualitas, uel uinceretur, si uinceret, iam expelleret alias qualitates. si uinceretur, non impediret actionem aliarum. Septima conclusio. Causa impassibilitatis corporum gloriosum non est per aliquam formam inherentem: sed per impedimentum extrinsecum. Impedimentum hoc extrinsecum est diuina uoluntas assistens corpori glorioso ad uoluntatem animæ, ad hoc ne intus, uel extra patiarur a quocumque læsiue, uel corruptiue cum suspensione actiuitatis cuiuscumque corruptiue, uel læsiue. Hoc uidetur uelle Augustinus in Ench. c. xcj. cum causam incorruptionis ponit in hoc, quod nec intus, nec extra sentiamus inimicum. Et in epistola. cxlvj. ad Consentium sic inquit. Si hoc miraculum factum esse in tribus (Danie. iij.) uiris, non dubitat, quisquis de diuinis operibus recte sapit: cur non eredarur, qui fecit illa corpora non posse igne corrumpi, fecisse illud corpus nec igne, nec fame, nec morbo, nec ferio, nec ulla re alia, quæ solet humana corpora labefactare corruptio? Quia si quis dicat non carni illorum uirorum ad ditam contra ignem corruptionem; sed ipsi igni detractam corrumpendi facultatem: quid ueremur, ne carnem facere nequirit non posse corrumpi, qui fecit ignem

Cocl. 7.
F
Causa impassibilitatis non est per aliquam inherentem.

ignem non posse corrumpere &c. Ad idem ait lib. xij. c. xvj. de ciuit. dei loquens contra Plat. Si dii minores, quibus inter animalia terrestria cætera etiam hominem faciendum commisit, potuerunt, sicut dicit Plato ab igne temouere urendi qualitatem, lucendi relinquere quæ per oculos emicaret, ita ne Deo summo concedere dubitabimus: cuius ille uoluntati, potestatiq; ne moriantur, concessit: quæ orta sunt, ne ulla possint dissociatione seungi? Et exemplificat de carne hominis ad idem. c. xvj. Nemo enim negat quod incorruptibilitas corporum sit sola diuina uirtute, & non per formam intrinsecam. Ergo eadem ratione dicitur de impassibilitate, quod sit ex diuina assistentia, & non per uirtutem intrinsecam. Hinc aliqui pro eodem uidentur habere impassibilitatem, & incorruptibilitatem in proposito. Sed controuersia uidetur esse epistola ad Dioscorum. Sanitas perfecta corporis extrema uirtus hominis immortalis est. Tam potenti enim natura deus fecit animam, ut ex eius plenissima beatitudine, quæ in fine temporum sanctis promittitur, redun det etiam inferiorum naturam, quod est corpus, non beatitudo, quæ fruuentis est, & intelligentis propria: sed plenitudo sanitatis, & incorruptionis uigor. hæc ille. Item lib. xij. de ciuit. dei. c. xvij. uidetur uelle dotem esse ab anima mouente corpore sua uoluntate, & partim a corpore, in quo erit omnino sanitas &c. Et lib. xx. c. xxj. ostendit corporis immortalitatem esse suam sanitatem. Ergo ut uideatur ex imperio, & prohibitione animæ, ut pluribus placet, illa sunt. Dicendum ly ex non dicit habitudinem cause effectiue, quasi anima efficiat illam redundantiam, sed cause meritorie: & sic omnia illa sunt animæ, quia ex suo merito, & sponione diuina competit ei ius respectu dei, quod quæcumque uoluerit circa corpora suum fieri, sicut uirtute diuina: & ita sanitas perfecta. i. defensionis efficacis, & perpetua corporis ex prohibitione, & suspensione omnis læsiui, & contristatiui, est immortalitas corporis, & illa est animæ meritorie. Item posset quis dicere sanitatem perfectam esse hominis immortalitatem

tem effectiue, seu ad eum sensum, quo secundum prædicta corpus nostrum dicitur spirituale: quia spiritui subiectum nullo extrinsecò indigens alimento. Sic sanitas perfecta, dicitur immortalitas, quia nullis reficitur alimentis, sicut medicamentis quotidianis. nullo enim cibo nunc indiget. Hanc opinionem amplectuntur. Scotus dist. xlix. q. xij. Durand. Palud. dist. præsentis. Corollariè sequitur. impassibilitas: & impassibilitas est in corporibus beatorum per hoc, quod uirtus diuina assistens beato impedit actionem cuiuslibet extrinseci, uel intrinseci inferentis passionem læsiuam propter animæ meritum, dum in uia esset corpori coniunctum. Et ratione illius dici posset, quod anima aliquo certo modo aliter se haberet ad corpus tunc, quam nunc, quia tunc ea uolente corpus corrumpitur a causa secunda læsiua assistente diuina uirtute cohibente omne afflictium secus nunc in uia. Corollarium secundum. Incorruptibilitatis, & impassibilitatis causa se tenet tam ex parte animæ merentis, quam ex parte dei animæ uoluntum cum effectu sequentis. Corollarium tertium. Dicitur impassibilitatis corporis est ius quoddam in corpore, in quantum est animatum tali anima ad præseruationem eius aß omni corruptione cuiuscumque cause secundæ. Sed diceret aliquis, ergo impassibilitas non est in corpore realiter, sed solù denominatiue: ut puta dicitur impassibile ex suspensione actionis cuiuscumque læsiui, uel ut Augustinus habet. xcj. c. enchir. quia nec intus nec foris sentiamus inimicum. Falsum ergo est dicere dotem impassibilitatis esse in corporibus beatorum, & ipsa immortalitas, & impassibilitas, quia sunt passiua, & corruptibilia. Item pari ratione impassibilitas, & immortalitas esset dos damnatorum, cum nec ipsi corrumpuntur. Nam secundum beatum Augustinum de ciuit. c. iij. & iij. damnatorum corpora supplicio ignis puniuntur, & in igne animam non amittunt, & sine detrimento ardebunt, & sine interitu dolebunt. Ad quod adducit aliqua exempla naturalia. Et non habent hoc nisi diuina uirtute: tamè hic in uia dolor corporis ex-

Coroll. 1.

Coroll. 2.

Coroll. 3.

pellit animam, & anima tantam vim ferre non potest, cum sit eadem caro tunc, sicut nunc, secundum eundem lib. xiiij. c. xxiiij. & alibi, quia non amittitur natura in beatitudine: sed mutatur qualitas. ¶ Ad primum, conceditur ad bonum intellectum, quia non inhærens, nec natura quoad substantiam mutata est, sed manet uera caro nullam passura in ediam, famem, sitim, lesionem, tarditatem, corruptibilitatem. immo nec erit talis ut fuit in paradiso indigens cibo, & loco congruo &c. propter spiritum uiuificantem, cui plene subiecta erit. Nec circa eam aliquid lesionis, uel indecentie a causa secunda fiet ex merito ei debito, quia in uia homo plene subiectus fuit deo: Hoc. n. ius, quo non patietur, uel corrumpetur ab agente corruptivo, siue a causa secunda, dos impassibilitatis dicitur: licet non recipiat formaliter, aut inhærens in beato. Potest dari exemplum supra. Si pater spiritus punitur ei, quod camera sua habet expectare decem, uel uiginti militum assistentiam, qui eam defendat, ne a quocumque lædatur, ius dici potest, & dos, datum spiritus, licet spolia nihil in se formaliter recipiat. Sic tenet Durandus. q. v. Et dicitur Gen. xxxiiij. Augete dotem &c. Sic ratione nuptiarum habendam in æterna beatitudine dabitur cuiusque beato pro dote, assistentia diuina, prohibens eum ab omni nocimento cause secundæ foris, & intus: licet illa custodia non sit formaliter in beato. Item sicut dotarius habet ius in illo, quod sibi assignatur pro dote, ira beatus ex meritis suis, & sponcione diuina habet ius in illa custodia diuina sibi impendenda, & id ius præseruationis corporis beati ab omni corruptione dos immortalitatis dicitur. ¶ Ad aliud: negatur: quia non habent ius ad illam passiuam præseruationem, sed demeruerunt. Præseruantur autem ad perpetuam poenam in malum eorundem. ideo diuina uirtute conseruantur, ut super ardeant, & doleant. ¶ Si dicitur, opera diuina perpetua non debent esse miraculosa: quia dicit Aug. Sic deus res, quas condidit, administrat, ut eas motus suos agere sinat. Respondet: Nunc est tempus actionis, & nutritionis, tunc quietis. & ideo tunc erit naturale, quod deus tunc agat ad quietem, sicut nunc ad

motum. Ita dist. xlix. de dote impassibilitatis responderet Scotus. Ex isto sequitur: quod deus non faciet tunc animam quasi omnipotentem, sed neque potentem, quicquid uoluerit facere effectiuum, & per se: sed sufficit ei, quod id, quod anima uoluerit circa corpus suum fieri, hoc fiat per deum: & ita corpus perfecte subdetur spiritui uiuificantis. Anima autem erit subiecta deo: nec potest uelle contra deum. ¶ Corollarie sequitur summam nunc dictam. Dos impassibilitatis non est a causa interiori impediente, aut a forma inhærente: nec a carentia potentie passiuæ: nec ex contrario intrinseco impediente: sed quia deus ad meritum beati uult non coagere causam secundam corruptiue ad illam actionem pro uoluntate animæ coniunctam illi corpori. Nec obstat nunc dictum Aug. in Manuali. c. xxiiij. quod beati erunt omnipotentes suæ uoluntatis, ut dotis suæ, quia intellectus est: ut ipsemet prosequitur: sicut deus potest per seipsum, quod uult, ita illi poterit pro deo: quod uolent. Et uolet deus, quicquid illi uolunt, quia non aliud uolent, nisi quod deus uult eos uelle &c. ¶ Circa nunc dicta sunt aliqua dubia. Primum dicit Greg. in Homil. Corrupti necesse est, quod palpatur: nec palpari potest, quod non corrumpitur. Sed corpus Christi fuit palpabile. Ioan. xx. Infer digitum tuum &c. Item Luc. xxiiij. Palpate, & uidete, quia spiritus ossa, & carnem non habet. ergo non fuit impassibile. & ita impassibilitas non est dos corporum beatorum. Si enim non fuit in Christo: ergo minus in alijs. ¶ Secundum: nullum uiolentum perpetuum, ergo omne corpus humanum, quoadque dissoluetur: per consequens non est impassibile. Antecedens est phi. j. de celo, & mund. Consequencia probatur. Quia uniuersum quod est extra locum proprium, detinetur uiolenter: sed quatuor elementa corporis humani integrant, uel aliud mixtum, sunt extra locum proprium, & ita uiolenter detinetur. ergo omnia corpora mixta quoadque dissoluentur, ut elementa redeant ad locum suum. ¶ Tertium, non potest aliquod esse corruptibile, quod nunquam corrumpetur secundum Philosophum, eo, quod omnes potentie passiuæ corruptur suæ actiua. Alias. n. frustra esset

Coroll.
Dos impassibilitatis non est a causa interiori impediente.

Dubia aliquorum primum

illa potentia passiuæ. Sed corpus beati, quod est impassibile, est tale ab extrinseco, ut patuit, & ita potest corrumpi, & possit lædi deo uolente, ergo non est uere impassibile. ¶ Quartum. omne mortale est passibile, & omne corpus humanum est mortale: ergo corruptibile. Minor patet ex definitione hominis. Maior uidebitur nota. ¶ Quintum. corpus hominis est compositum ex contrarijs, sed omne tale est corruptibile. Nam contraria agunt in se inuicem. Sed ex dictis patet: quod idem numero resurget, & corpus in sua natura si dispositione. ¶ Sextum. quæ habent communem potentiam, sunt adinuenicem transmutabilia: & per consequens ab inuicem passibilia. Corpora beatorum habent communem materiam cum materia elementorum. ergo. ¶ Ad primam rationem Gregorij non cogitur: sed possit cum reuerentia negari. Procedit tamen secundum communem cursum nature nobis cognitum: quo non stante non est ratio necessaria: quia contrariatur canonica scriptura. Luc. xxiiij. Palpate, & uidete. ut supra dist. præcedente. q. ij. Quare non possit celum contingi a digito, si quis presens esset, tamen forte ex hoc digitus non immutaretur aliqua qualitate sensibilibus, quia nec ut calidum, nec ut frigidum. Intelligitur ergo dictum Gregorij secundum communem cursum uiae huius, & quod id, quod palpatur secundum qualitatem sensibilem immutando, tactum est corruptibile, dum sibi ipsi relinquitur, & non habet præseruans a corruptione. ¶ Ad secundum. Ad auctoritatem philosophi patuit dist. præc. q. j. Sed negetur consequentia. Ad probationem dicendum: Minor est falsa: quia elementa non sunt in mixto sub proprijs formis substantialibus. Dicuntur autem manere in mixto: ut supra dist. xv. secundi collectorij post Ockam. iij. quod q. iij. quia qualitates, æquivalentes qualitibus elementorum manent. Qualitates. n. mixti uirtualiter continentur qualitates elementorum, sicut in ossesiccitas, in sanguine humiditas, in carne caliditas: propter quod una pars calefacit aliam. Dicitur ergo manere: quia qualitates similes qualitibus elementorum manent. Igitur ut elementa sunt in mixto, sunt in loco eis naturaliter competentem. Præterea loquendo de uiolento contra naturam particularem: ut

Respon-
siones.

habet Scotus, illa maior possit in theologia negari, quia non repugnat, quin deus uirtute diuina possit corpus aliquod uiolentum conseruare. Exemplum de corporibus damnatorum. Non. n. uidetur includere ullam repugnantiam, quia deus possit conseruare aliquod particulare perpetuo sub opposito eius, ad quod naturaliter inclinatur. Et non uidetur esse repugnans de uiolento contra naturam uniuersalem. Diceret autem Aristoteles omni potentie passiuæ quandoque; correspondere actiuam, per quam reducatur in actum. Si autem tenetur, quod elementa manent in mixto secundum naturas, & qualitates proprias: possit dici secundum Scotum, quod non est uiolentum simpliciter dictum, elementa stare in loco totius corporis gloriosi: sed ad hoc est appetitus naturalis, tamen sit ad plura alia ordinatus. hoc enim est de eius perfectione. & ita possit dici naturale respectu superioris, & uiolentum respectu inferioris. Ex consequente esset aliquod uiolentum simpliciter, & aliquod secundum quid: quod non repugnat perpetuitati. Sicut aqua in quantum est pars uniuersa, mouetur sursum quandoque; & naturaliter: ut uideatur uacuum in uniuerso, cuius est pars: licet contra suam naturalem, & particularem inclinationem, & manet ibi uiolente secundum quid, & minus naturaliter, quantum est de se. Corpus autem humanum est perfectum mixtum, & magis naturale quocumque; elementorum. & ideo quod naturale est illi corpori tanquam perfectiori in natura, hoc est simpliciter magis naturale, quod est naturale unicuique; elementorum secundum se: Magis ergo naturale est, quod conseruet corpus hominis, & elementa in eo, quam quod uiolenter dissoluat corpus hominis, & uniuersum; elementum sua naturalitate tendat in locum proprium. Hæc ex Scoto: Prima solutio planior est. ¶ Ad tertium negetur maior. Omnis res mundi potest a deo perpetuo conseruari in esse: & potest actio cuiuscumque; creaturæ a deo suspēdi. Quomodo uero potentie passiuæ correspondet actiua supra dist. xliij. patet. q. j. Concedit etiam, quod non est simpliciter impassibile beati corpus, sicut nec corpus primi hominis: quod potuit non mo

radicitur. immortale. & tamen mortuum est. Corpus uero beati nunquam morietur stante ordinatione dei. Longe enim melius reformabitur caro nostra in beatitudine, quam in paradiso. lib. xiiij. de ciuitate dei. cap. xx. Ad quartum potest negari minus: quia nunquam moritur stante lege dei. Nam Christus resurrexit, iam non moritur mors illi non dominatur. Rom. vj. ergo nec alij beati morietur. Sicut enim Christus resurrexit, ita & nos. Ideo in hoc non est curandum de dictis philosophi fidei contrarijs. Nec est de definitione hominis ly mortale: sed illa est definitio animal rationale. ¶ Ad quintum patuit. Secus est stante fide de preseruatione diuina, & cohibitione causarum secundarum, ne in se inuicem agant. Potest enim auctor nature solitum cursum nature tollere, uel impedire: ut supra q. j. & tamen sic non agit contra, sed secundum naturam. Secundum Aug. in de uera, & falsa innocentia. §. cclxxxiiij. Immo eo non coagente nihil possunt agere. ¶ Ad sextum, maior non est uera uniuersaliter, nisi habeant etiam ordinem actiui, & passiu ad inuicem. Hic autem ordo, uel est sublatus in proposito, uel ligatus, aut suspensus uirtute diuina: ideo illarum qualitates non agunt in se inuicem corruptiue, uel lesiue. Istis adharet Durand. q. iij. contra Sanct. Thom. q. impassibilitas non est per uirtutem nouam, seu formam inherentem, sed per diuinam prouidentiam assistentem, & cohibentem omne lesiuum, ne tunc agat in corpus lesiue: sicut hic in statu uitae, & corruptionis, per consequens aliter se habet corpus ad animam tunc, quam nunc. ¶ Quantum ad secundam partem huius articuli secundum, uidendum est de dote agilitatis: an sit in corporibus beatorum: quid sit: in quo consistat. Circa quod considerandum uenit: quod aliter loquendum est de dote agilitatis, & aliter de agilitate beatorum. Dos agilitatis est ius acquisitum alicui ex meritis, & pactione diuina &c. ut habetur in notificatione dotis, & innitur diuersitatem meritorum. Agilitas uero uigori naturalis pro diuersitate complexionis natu-

ralis, quae in resurrectione plurimum perficietur. Potest ergo sic notificari dos agilitatis: Est ius acquisitum animae ex meritis ut supra, quatenus ipsum corpus suum secundum eius nutum subiectum tenetur. Quantum ad omnem motum localem ei posteriorem, sine uehiculo adiuutorio absq; omni fatigatione, & onere ad omnem positionis differentiam secundum animae desiderium, & beneplacitum. De hoc Aug. in de cognitione ueræ uitæ. c. xlv. Cum igitur spirituales sint, in summo spiritu, spiritualiter, non localiter manebunt, erunt tunc quippe illa corpora agilia ut animus, ut sol perspicua. Quia cito enim nunc animus ab oriente in occidentem cogitat, tam cito tunc id corpus illic peruenire poterit huc. Hinc colligitur, quod resurrectio fiet in istu oculi. Corinth. xv. Sed reuera tantum uelocitas illius corporis ab istu oculi differt, quantum a corpore agilitas animae. hæc ille. Addit Aug. Ictus oculi est, non quod oculus aperiat, sed quod aperto oculo obiectus lucis radius conspicitur, si saltem Aug. hunc edidit lib. de quo dist. xlv. ¶ Notant hic consequenter doct. Scot. Durand. Palud. & ceteri, quod in animali est duplex motus. Vnus secundum naturam elementi predominantis, qui competit animali non ut animal præcisè, nec ratione animæ: sed ratione corporis præcisè, scilicet, quia corpus est terrestre, graue, & ponderosum. Alius motus est, cuius principium est anima, & dicitur progressiuus, & competit animali: quia animal est. Primus semper est uniformis, & ad unum, & idem determinatus. Secundus uero multiformis secundum animi conceptionem, & mutationem. Primus non impeditur per aliquod intrinsecum: Secundus impeditur potest per nouam apprehensionem, aut animati, siue animalis conceptionem. Principium primi est corpus præcisè, & grauitas corporis non animæ: quia sublata anima adhuc mouetur graue deorsum. Sic corpus mortuum potest dici agilius uiuo corpore: quia uelocius mouetur deorsum, cum sit ponderosus. Principium secundi est corpus animatum, uel pars corporis animati: quia ei non competit sine anima;

In animali duplex motus

anima. Hinc quandoque dicitur animam esse principium secundi, quæ requirit certam, & non repugnantem corporis dispositionem. ¶ Secundò notandum. Ad rationem agilitatis in generali duo requiruntur, scilicet perfectio uirtutis motiue & dispositio congrua, & obiectualis corporis mobilis. Virtus motiua duplex est. Vna uirtus motiua est deus, seu uirtus diuina, assistens animæ pro meritis uitæ &c. hæc est infinita, & infatigabilis. Alia est uirtus motiua animalis. Ex illo sequitur, quod beati erit agiles duplici causa. Primo naturaliter propter uirtutem animalem motiuam perfectissimam, & optimam mobilis. scilicet, corporis dispositionem motori intrinseco congruam. Secundo per dotem agilitatis, ratione cuius habent diuinam uirtutem assistentem pro meritis animæ ad faciendum omnia ea, quæ ad nutum animæ circa corpus illius beati, quantum ad omnem motum localem, quæ anima fieri uoluerit circa ipsam cum remotione omnium, & singulorum quocumque mobile retardati, fatigati, uel in genere impediendi, & presenti ac collatione conducentium. Inter quod potissimum est diuina assistentia specialis pro merito hominis: ut supra de impassibilitate, cohibens omne impedimentum contrarium in fatigando, retardando, debilitando, &c. Sic igitur secundum prædicta ponitur in beato impassibilitatis domum deo suspendente actionem cuiuscumque lesiuam, aut contrariam. Sic & agilitas ultra id, quod præcisè competit homini glorioso ratione naturalium uirtutum pro statu illo ad motum progressiuum, aut animale potest specialis assistentia dei pro merito beatorum cohibens omne impediuum, uel retardatum in motu locali progressiuo hominis. Quia autem magnus uigor naturalis etiam ad mouendum corpus naturaliter, & motu progressiuo, tunc fuerit beatis: Patet ex eo, quod oēs resurgēt ætate perfecti in mensura ætatis plenitudinis Christi secundum Apostolum. Consideremus homines in hac uita quanti roboris, & uelocitatis sint, currendo, saltando, ambulando secundum diuersitatem naturalium. Abstraham⁹ omne retardans, ledens, impediens, eneruans, fa-

tigās &c. & uix credibilis colligi poterit agilitas hominis in hac uita, etiā in naturalibus. Et tamen status erinosæ uitæ ad gloriam sempiternam nulla est proportio. Præterea, nonne anima carnis sue membra leniori modo portat, cum sint in sanitate robusta, quā in languore, cum macra sunt? Et quis potest explicare, quā tū distat inter presentem, quā dicimus sanitatem, & immortalitatem futurā? De hoc Aug. lib. xiiij. de ciuitate dei. c. xvij. de corporum beatorum agilitate, etiam respiciendo uigorem naturalis status glorie. Item li. xxij. cap. xj. nititur attribuere agilitatem animæ motiue. Sic in simili res multum naturaliter graues possunt humano artificio aptari ut natate ualeant super aquas. Item uirgo uestalis, dum periclitaretur falsa suspicionem de stupro, cribrum implese de aqua Tiberis, & ad suos iudices nulla eius parte stillat portasse referunt & ut præsumitur opera maligni. Si ergo deæ mon, uel spūs potuit pondus humiditatis elementi sic suspendere, ut uideatur naturā suā quasi reliquisse, cur non potest deus modo similia corpore terreno auferre pondus graue: ut in eodē elemento habiter uiuificatum corpus in quo uoluerit spiritus uiuificans? Idem lib. xxij. ca. xxx. inquit. Qui motus illis talium corporū sint futuri, temere definire non audeo, quod excogitare non ualeo. Dicit tamē eorum motus, & status decentes esse, sicut & speciem corporis: ubi non erit, quod non decebit. Et iterum dicit. Certè ubi uolet spūs, ibi protinus erit corpus: nec uollet aliquid spiritus quod non spiritum posset decere: nec corpus hæc ille. Ex illo refert Fran. Maro. quod sancti non erunt in celo empyreo quasi ligati ibi, ut stellæ in firmamentis: sed ambulabunt: immo uolabunt quocumque uoluerint. Verum illa dicta Aug. Potius explicant agilitatem naturalem, quā dotem præcisè agilitatis: nec unū ab altero segregat. ¶ Colligitur ex dictis. Primo supposita ueritate scripturæ de corporum agilitate post resurrectionem. j. Corinth. xv. Sap. iij. Esa. iij. & quia resurgēt in momento, in istu oculi: Quia agilitas corporum partim est ab anima, & bona mobilis dispositione,

Argumenta ab Aristotelia.

Cōcl. i

partim a diuina adfistentia speciali corpus ad animæ uoluntatem prout uoluerit localiter ad omnem positionis differentiam mouēre, & secundū merita eiusdē.

2. ¶ Sequitur scđm scđm Duran. qđ nō oportet ponere dotē agilitatis esse qualitatē superadditam, uel habitū inexistētem. Quia illa quæcumq; fuerit inclinabit naturaliter. & cū natura est ad unum motū determinata, inclinabit ad unum ubi. ergo.

3. ¶ Tertio sequitur secundum aliquos, licet omnis ponderositas auferretur, nō tamen grauitas consequens naturam hominis. & talis non erit ponderosa: quia quod est de natura alicuius, non est ponderosum illi. Et ideo corpora beatorum erunt naturaliter grauiora: sicut uere calida, & frigida: quia erunt recte temperata, & naturaliter disposita secundum August. xxij. de ciui. c. xj. sed non ponderosa. Secundum Duran. non erit ibi grauitas pro statu illo: quia grauitas non est corpori necessaria: nisi ut moueatur ad locū suum naturalem pro eius cōseruatione: sed in statu illo erit cōseruans deus, & dotabuntur dote impassibilitatis. hæc ille quæst. vij. Nec potest ex hoc inferri, qđ corpus beati quiescat in cælo uolente, cum habet grauitatem elementarem inclinātem ad centrum. Nam secundum Seo. dist. lxx. q. iij. ubi sunt duæ potentia subordinata naturalitas, & uiolentia negatiue, id est non naturaliter, accipiuntur simpliciter secundum portionem superiorē, ut supra de dote impassibilitatis, & scđm qđ secundū inferiorē. Et patet de sensu tactus, & gustus, qui naturaliter delectaretur circa suum obiectum, & sensibile. Et tamen in beatitudine dimissis illis sequitur inclinationem agentis superioris, & nobilioris: puta dei, & uoluntatis conformis diuinæ uoluntati, & tamen ibi non sunt uiolentia, sine suis actibus. sic graue ascendit sursum ad præc. ut dicitur in uacuum. Vñ naturalis corpori glorioso pñci ab agēte superiori, & nobiliore, puta ab anima, & qđ fiet ei perfectibile, & qđ moueatur motu comperēti anime, quā qđ moueatur suo motu proprio arte suo. Et ideo secundū suā inclinationem naturalē naturæ superioris qescit natura

liter, & secundum quid naturaliter. Ideo notabilius, & naturalius est ei moueri secundum potentia superiore, & ex consequenti non cum fatigatione, nec cū pena. Nam fatigatio est diminutio potētiæ motiue ex passione, quæ non habet locū in beatitudine propter dotem impassibilitatis. ergo & c. ¶ Quarto sequitur ex illis, qđ dos agilitatis non est æqualis in omnibus, sed maior, & minor secundum merita singulorum. Et licet Augustinus dicat ut supra, Protinus ubi uult spiritus ibi erit corpus, tamen cum non possint aliquid indecens, & indebitum uelle, nō uolent sese moueri æqualiter, stante etiā uigore naturali æquali: sed quilibet prout meruit. Erunt enim uoluntates eorundem regularissimæ. ¶ Quinto sequitur corpora beatorum non possunt moueri a loco, in quo sunt contra suam uoluntatem. ¶ Sexto sequitur dos agilitatis corporum post resurrectionem non est propter qualitatem supernaturalem redundantem formaliter, & fluentem, ut dicunt, in corpus ab ipsa anima: quia tale non oportet ponere, ut in corollario: sed sufficiunt prædicta. ¶ Septimo sequitur. Cum dicitur corporum beatorum esse par celeritas, intelligitur quantum ad proportionem meritorum cuiuslibet: quia eorum motus agilitatis fit a deo in omnibus agilitatis dote, quasi imperceptibiliter, licet differenter pro meritis, nec tam subito cæteris paribus attingunt locum distantem sicut propinquum. Hinc quidam dicunt eos moueri in instanti, id est ualde celeriter prout deo placuerit. Ita habet Durand. q. vij. ita qđ pro illo instanti, quod determinauerit uoluntas, pro illo erit ibi corpus beati moueatur dote agilitatis, non erit ibi uiolentia, nec contra inclinationem naturalem. Patet auctoritate August. de uera innocentia. §. cclxxxij. dist. cētis. Hoc est natura, quod fecerit deus & c. ¶ Si querit aliquis: an anima beati corpus suum possit naturaliter mouere cum effectu, nō solum organice, sed etiā nō organice. Est autē mouere organice

secundum Ockam. quæst. v. quarti. primo. mouere partem unam, & post mediante illa aliam, sicut fit in motu animalium progressiuo, pulsivo, tractiuo. Mouere nō organice, est mouere totum, & partē æque primo: sicut angelus in assumpto corpore, qui est totus in toto, & totus in qualibet parte: ut motor in mobili, non autem ut perfectio: quomodo anima est in corpore, quod in format. ¶ Ad dabium uidetur affirmatiue respondere Scot. & Palud. Probatur secundum Palud. Non enim minoris potētiæ respectu corporis erit anima tunc, quam nunc sit. sed modo potest corpus mouere organice, ergo & tunc. Ad hoc uidetur facere ascēsus Christi in cœlum, quem nubes suscepit: non ex eius indigentia, sed pro diuinitatis, & humanitatis reuerentia. Nā secundum illum doctorem, dicitur quasi pederentum ascendisse per aera: sicut adhuc mortalis pedibus ambulabat super aquas. Mathæ. xiiij. & Marci. vj. Ad hoc uidetur facere scriptura. Act. primo, & Luc. vlti. Sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Et August. epistola. cxlvj. ad Consentium, iuxta principium. Sic eorum est, cum iret in cœlum, deductus aspectibus. Ad hoc Hugo Postil. Actuum primo in græco habetur. Et cum in cœlum intruerent eunte illo. id est intenderent in cœlum, quo ibat. Sic ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. exponit Hugo uirtute propria. Quantum uerō illa uirtus motiua organice sit actuata in beatis, tum ex uirtute naturali potētiæ motiue, tum ex optima mobilis ad motum illum dispositione, tum ex impedimentorum remotione non agilitatis dote, qui potest diiudicare. ¶ Secunda pars probatur secundum Scot. distinct. xlix. quæst. xiiij. Quia anima separata potest mouere se ipsam, & non organice, quia caret organis: ergo habet aliam potētiā motiuā a priori, uel potest modo alio mouere. Et si potest se mouere anima separata non organice: ergo & corpus suum. Præterea nisi anima posset se mouere, esset imperfectior corpore suo, quod potest moueri de loco,

quamuis non libere, nec progressive. Itē hoc conuenit angelo, qđ potest se mouere, & corpus, cui assistit, non organice: ergo non est negandum ab anima separata. Item post resurrectionem uolabunt, & non deficient: ergo in anima est uirtus motiua, etiam non organica respectu sui corporis. ¶ Ille rationes tamen non cogunt, sed sunt dubia. Cum enim dicitur, quod anima separata potest se mouere non organice: ergo & corpus suum: Hoc non est probare, quod ideo corpus suum potest non organice mouere. Nec ualeat similitudo de angelis, qui ex natura quo ad motum localem multa possunt, quæ non possunt animæ separata: cum sint in naturalibus perfectiores. Præterea in resurrectione non erit alia, & noua uirtus motiua animæ præter eā, quam nunc habet respectu corporis. sed illa non est nisi organice mouere corpus. Ideo corpus habet membra in multa determinata ad hunc motum. Item natura hominis resurrectione non mutatur nisi accidentaliter, & beatificat: ergo si non potest nō corpus mouere, nisi organice, & alibi & c. Itē sicut nunc corpus uiuificatur organice solum, ita & tunc pars post partē, & p. partē. Verū sicut animæ attendit impassibilitas, & agilitas propter suum meritum: ratione cuius Deus eam mouet, & ab omni læsuo custodit: ita qđ illud, qđ est effectiue a deo solo, etiā attribuitur animæ: Ita forte diceret aliquis, quod anima mouet corpus suum non organice deo id efficiente dote agilitatis & c. Ockam ubi supra dicit. Anima non potest mouere corpus suum nō organice, nisi sit definitiue in loco, & partes nō sint extra se inuicem. Exemplum dat de corpore Christi in Eucharistia, ubi est non quantum. Rationem assignat, quia anima non est in corpore, sicut motor in mobili, sed sicut perfectio in perfectibili. ergo ei non competit corpus mouere, sicut angelo, qui est ut motor in mobili. Præterea ad hoc, qđ aliquid moueat organice, requiritur, qđ primo mouet unam partem, & post alteram, & qđ inter illas partes sit distantia. Et hoc solum est, quando corpus est cir-

Anima Christi in celo potest corpus suum mouere organice, & solum sic. Et ita potest corpus suum mouere organice.

cum scriptum in loco. Hinc concludit, anima Christi in celo potest corpus suum mouere organice, & solum sic. Et ita potest corpus suum mouere organice. Quia si allegat per rationem bonam corporis ad motum dispositionem statui illi congrue remanere. Sed per hoc potentia motiva anime non est alia, quam prior fuerit. Et ratio potest assignari natura rei, & corporis habitudo: quam status beatitudinis non mutat, sed saluat. Hinc dicit Scotus de impassibilitate dote, quod supremus angelus per solum imperium uoluntatis sue non potest imperare actionem alicuius cause naturalis. Cause enim corporales non obediunt angelis ad nutum quantum ad actionem, & alterationem earum. Et in questione de dote claritatis, dicit. Nulla qualitas actiua, que est precise corporis, subest anime imperio. Et iterum. Non uideo, quod aliqua actio naturalis subest uoluntati creaturae. Nulla enim uoluntas creata potest impedire actionem ignis ne agat in materia debitam approximationem. Hec ille. Ad idem est Aug. lib. ij. de mirabilibus scripturae. c. iij. Iosue, ad cuius preces dominus fecit celum stare. & cap. xxxiij. Manualis sui. Ergo etiam in proposito istius ordinem naturalem moueri corpus organicum non organice cum partes sint comensuratiue in loco, quoniam deus instituit, anima suo impio mutare non potest, nisi forte ad illum intellectum, quod anima uolente corpus suum sic moueri tempore breui, deus mouebit ipsum totum simul: & non parte post partem, uel unam post aliam, propter meritum anime, dum adhuc in terris esset. Alias non uidetur, quod anima beati possit suum corpus mouere cum effectu organice, & non organice. Item cum dicitur, quod uolabunt, & non deficient, non est uerum ad literam. Volare enim non est nisi habentium alas. Sed exprimit per hoc magna agilitas, ac si uolarent. Et cum dicitur Esa. xl. assumet penas sicut aquila: curreret, & non laboraret: ambulantibus, & non deficient. sermo est hyperbolicus, quia uelocissime mouebunt, ac si haberent penas, ut aquila &c. Circa ista sunt

R Dubia aliqua. Quod est imperfectionis, non debet

attribui corporibus beatorum. sed agilitas est huiusmodi. ergo. Consequenter bona. Maior manifesta est. Minor probatur. Omnis motus est propter indigentiam: & ut sic, est actus entis imperfecti. Beati uero non indigent tali, uel tali loco. sed Aug. ut supra. c. xlv. de Cog. ueræ uitæ. Nec beatitudo compatitur alicuius indigentiam, nec imperfectionem: quia est status omnium bonorum aggregatione perfectus, secundum Boetium. Præterea si moueretur, uolente moueretur. Probatur: quia cum mouentur localiter, uadunt a loco celesti sibi maxime uolito, & summe conueniente. & ita locum illum dimittendo uolente mouentur. Præterea motus non est sine tempore, sed ibi non erit tempus, ut iurauit angelus Apocal. x. per uiventem in secula seculorum, dicens. Tempus amplius non erit. Præterea beati secundum merita erunt approximati Christo: ergo propinquiores nolunt ire ad loca distantiora ab eo, nec distantiores poterunt esse propinquiores deo. Ad primum: illa maior potest habere multiplicem sensum. Videtur enim probabile dictum omnem rem mundam citra deum esse in potentia ad perfectionem aliam, secundum Scotum de dote agilitatis: & Aug. de uera innocentiâ. c. lxxxij. Non tamen istud arguit proprie imperfectionem in aliquo, cum illa perfectio non est ei propria, uel ut sic debita. Potest ergo concedi, quod corpora beatorum cum mouentur, tendunt ad quandam perfectionem extrinsecam, quia caret: puta terminatum motus: & quatenus caret illo possunt aliquo modo dici imperfecta. Verum hoc non imperficit proprie mobile, nec animam: sed quodammodo proficit: cum per sua uoluntate uult esse in alibi, iam alibi ad laudandum diuinam magnificentiâ. Cum dicitur ad probationem, omnis motus est propter aliquam indigentiam. Licet motus naturalis sit propter aliquam indigentiam: secus de motu uoluntario, & libero, qui sæpe fit ex causa rationabili, & ex perfectione: & non fit propter naturalem necessitatem, saltim non oportet. Cum subiungitur: omnis motus ut sic, est actus entis imperfecti: potest negari. Licet enim uerum sit de motu ad formam acquirendam, ita

ita quod sit alicuius, quod est secundum quid imperfectum: tamen oportet concedere de motu ad ubi, sicut de motu celesti de angelis, & substantijs separatis. Sunt enim entia perfecta, & suo motu locali nullam acquirunt intrinsecam perfectionem. Item pro nunc beati non habent omnem perfectionem accidentalem, ideo pro sua libertate, & uoluntate possunt quocumque accidentem perfici etiam ex loco, & premium accidentale augere. Potest autem in genere omne id dici imperfectum secundum quid, quod natum est aliquid acquirere etiam solum denominatione extrinseca, & per prædicationem, quo tunc caret, sed ex hoc non est imperfectum simpliciter. Beatitudo uero nullo bono caret sibi proprio debito. Ad aliud negetur, quod mouetur uolente: quia ab agente superiore, & a motore intrinseco, & ipsum passum est omnino in potentia obediuntiali ad utrumque motum intrinsecum: & extrinsecum. Ad aliud, dicendum, quod non erit tunc tempus secundum Scotum, quia non erit aliquis unus motus primus uniformis id est non erit mensura generalis omnium motuum, & operationum. Secundum Durandum non erit tempus, quod est passio primi motus, sed erit tempus quod est mora continua, & successiua motuum qui tunc fiunt. q. vij. Aug. li. xj. Consec. xxij. Tempus non est aliud nisi distinctio motus, & sic cuiuslibet motus propria distinctio dicitur sua mensura. Et sic potest habere duplicem mensuram motus. Una potest dici tempus proprium: Alia tempus commune. Et sicut datur locus proprius, & locus communis sic & tempus proprium, & tempus commune secundum simplicium super libri prædicationum. Tempus commune est mensura motus celestis. Tempus proprium est mensura intrinseca, & cuiuslibet motus propria distinctio. Item ubi supra cap. xxij. ubi disputat contra aliquos doctores dicentes dumtaxat motus siderum solis, ac lune esse tempora: & non omnium corporum, neque animi, ait. Si cessaret celi, luna, & moueretur rota figuli, ad huc esset tempus, quo metremur huiusmodi gyros. De his infra dist. xlvij. q. ij. Ockam in. ij. quaest. xj. dicit. Si nullus primus motus esset, non

esset tempus, quod idem esset cum motu reali mensurans alios motus inferiores. Et sic intelligunt doctores non esse tempus post iudicium: sed tamen potest motus esse in anima mensurans alios motus, uel actu existentes, uel possibiles. & sic fuit tempore Iosue. Iosue. x. Nihilominus motum imaginatum potest quis mensurare motus inferiores. Et hoc modo (dicit) Beati mensurabit damnatorum penas post diem iudicii secundum magis, & minus per motum imaginatum. Hec ille. Ad auctoritatem Apostoli dicitur, quod non intelligitur, quod tempus simpliciter cessabit, sed quantum ad uirtutem hæresis Arrianae, quæ deinceps non erit. Ad aliud de approximatione dicendum. Beatos moueri ad loca proximiora, uel remotiora, intelligitur dupliciter. Vno modo cum priuatione loci prioris, ad obiectum beatificum, ita quod non possint reuerti ad ipsum. Alio modo, quia possunt esse, ubi uoluerunt sine carentia uisionis dei eundo, & redeundo pro beneplacito. Et isto secundo modo consequentia non est uera, tamen primo modo potest concedi. Sic uidemus in regno terrestri familiariter sæpe mutare sua loca, saluo merito cuiuslibet pro rerum expeditione. Ita etiam pro incunditate, & dei laude sine carentia obiecti beatifici clare uisi, uolunt quandoque esse ibi, quandoque alibi. Non sunt itaque nolentes, si uadunt illinc, uel istinc pro sua uoluntate, nec uisio Christi secundum humanitatem eos beatificat essentialiter, sed secundum diuinitatem. Ioan. xvij. Hæc est uita eterna &c. Si quaeritur, an anime possunt sua corpora mouere in instanti post resurrectionem: dubium id quaerit precise de potentia intrinseca motiua anime, non de extrinseca, quæ est per dotem agilitatis. Sed de hoc in ij. collect. distinct. ij. quaest. ij. Omnis enim motus, qui est de extremo in extremum per medium, necessarius est in tempore, & cum quadam successione, sed omnis motus, quo anima beata motrix sui corporis mouet ipsum, est huiusmodi: ergo. Consequenter bona. Maior probatur secundum Durandum. & Palud. quia est de ratione medij, ut talis, Gab. Biel. Hht 3

Beatos moueri ad loca proximiora, uel remotiora intelligitur dupliciter.

q̄ ipsum prius attingatur a mobili, quā aliud extremū. v. Phi. Prius autē, & posterius non sunt nisi in tempore. Minor probatur, quia uirtus creata non potest cursum naturę immutare. sed de ratione motus localis est secundum naturam, q̄ fiat in termino ad terminum p̄ medium. Sed hoc consistit in, quid nominis motus &c. ¶ Si replicatur, Nihil resistit corpori glorioso propter impassibilitatis dotem: alias affligeretur. sed in uacuo si esset, propter nullam resistantiam fieret motus secundum aliquos in instanti ergo & hic. De isto problemate: an aliquid, uel angelus posset moueri per uacuum? est Ockam. questio. vj. j. Quodlibet. ¶ Quantum ad partem tertiam articulo secundo. Videndum erit de dote claritatis. Circa quam notante claritatis, claratur habere acceptiones. Quandoq; clarus dicitur, quod est lucidum: & clarus uersimodo dicitur, quod est obscurus. Quandoq; clarus dicitur, q̄ omnino patenter, & manifeste claret hominis cognitioni. & sic dicitur clara ueritas, quę est euidentię, uel scientię, aut propositionis per se notę, quę scilicet seipsam manifestam facit: & clarus est, quod seipsum manifestat. Scotus uult: q̄ claritas est quedam resurgentię, & addit super lucem, & colorem manifestationem sui. Alius quidem liber habet sic. Claritas est quedam reluctance super id, quod lucet, idest colorem, & addit quandam manifestationem eo modo, quo dicimus clara dies, clara ueritas, clara intelligentia. Unde uero uenerit illa diuersitas exemplariorum in materia de beatitudine Scoti, nescio. Videtur mihi liber scriptus plus redolere stylum Scoti in hac materia, & de beatitudine, quam in preffus. Clarus etiam quandoq; ualeat idest perspicuum, ut utrum dicitur clarus. Licet sic commune dictum, q̄ corpora beatorum habebunt dotem claritatis post resurrectionem. Verum quomodo erunt clara, diuersitas est, ut dicitur. Insuper refert loqui de claritudine corporum complexionali, & de dote cla-

Pars. iij. artic. ij. L De dote claritatis, claratur habere acceptiones. Quandoq; clarus dicitur, quod est lucidum: & clarus uersimodo dicitur, quod est obscurus. Quandoq; clarus dicitur, q̄ omnino patenter, & manifeste claret hominis cognitioni. & sic dicitur clara ueritas, quę est euidentię, uel scientię, aut propositionis per se notę, quę scilicet seipsam manifestam facit: & clarus est, quod seipsum manifestat. Scotus uult: q̄ claritas est quedam resurgentię, & addit super lucem, & colorem manifestationem sui. Alius quidem liber habet sic. Claritas est quedam reluctance super id, quod lucet, idest colorem, & addit quandam manifestationem eo modo, quo dicimus clara dies, clara ueritas, clara intelligentia. Unde uero uenerit illa diuersitas exemplariorum in materia de beatitudine Scoti, nescio. Videtur mihi liber scriptus plus redolere stylum Scoti in hac materia, & de beatitudine, quam in preffus. Clarus etiam quandoq; ualeat idest perspicuum, ut utrum dicitur clarus. Licet sic commune dictum, q̄ corpora beatorum habebunt dotem claritatis post resurrectionem. Verum quomodo erunt clara, diuersitas est, ut dicitur. Insuper refert loqui de claritudine corporum complexionali, & de dote cla-

ritatis. Dos enim claritatis præcisē coram respondet merito tali, uel tali: quod meritum claritudinem pro complexione tali, uel tali hominis illius correspondente formabit, & contemperabit, ut illam condecet complexionem. Ita uidetur, & Scotus tenere. Claritas enim naturalis præcisē, & absolute non est dos. ¶ Vnde ponit hæc conclusio generalis ab omnibus acceptata, & Prima pro illo articulo. Beatorum corpora erunt post resurrectionem clara. Hęc conclusio demonstrari non potest, sed auctoritate, & scripturę, & sanctorum probari. Matth. xij. Tunc iusti fulgebunt, sicut sol in regno patris eorum. Tunc inquam post iudicium. Et Sap. iij. Fulgebunt iusti. Et j. Corinth. xv. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Et Daniel. xij. Fulgebunt sicut splendor firmamenti. Item Philip. iij. Reformabit corpus nostrum configuratum corpori claritatis sue. Gloridest assimilabitur corpori illius in claritate, quam habuit in Transfiguratione. Et subiungit, cuius uirtute hoc fiat, dicens. Secundum operationem uirtutis sue, qua posset etiam subieere sibi omnia. Glof. Et non solum corpus reformare. Ad idem. Matth. decimosextimo. Resplenduit facies eius, sicut sol in sua transfiguratione, qua secundum omnes doctores, uoluit præfigurare gloriam resurrectionis sue, & nostrę. Et ibi Glof. Quia non habebat clarus, cui compararet faciei ipsius claritudinem, ideo inquit. Sicut sol. Ad idem Marc. nono, & Luc. nono. Et habet Eyrę, Matth. decimosextimo, quod illa claritas tunc ostensa fuit claritas glorię secundum essentiam, non quantum ad modum, quia secundum aliquos, beatitudo, importat permanentiam. Illa autem claritas erat per modum passionis transeuntis, & non permanentis. Ideo non dicitur dos corporis, quamuis fuerit eisdem rationis cum dote glorię. Et secundum prædicta ei non conuenit definitio dotis: quia non data fuit post resurrectionem &c. Sic prima Corinthiorum duodecimo dicitur Paulus solum in ra-

Concl. generalis. M Beatorum corpora erunt post resurrectionem clara.

ptu fuisse beatus, non permanentem. Ad idem est Augustinus libr. Meditationum, in Himno de gloria paradisi capitulo uigesimoquinto, & capitulo eregesimoquarto in Manua. Ac in de cognitione uerę uitę cap. ultimo dicitur. Ultimus in regno celorum, ut sol fulgebit: qui tunc de prius clarior erit: quam tunc: & in hac claritate tantum quisque ab alio pro meritis differt, quantum stella a stella in claritate differt. Sequitur. Nos autem omnes tantum corpus Christi in claritudine excedet, quantum creator creaturas transcendit. Ad idem uidetur: facere facies Moysi, quę apparuit cornuta. Exo. xxxiij. Exponit Glof. & est. Origenis, idest fuit glorificata quibusdam radijs splendoris, quos humanus uisus ferre non poterat. Hi radij procedebant in altum, quasi cornua. Hoc Paulus uocat glorię uultus Moysi. ij. Corinth. iij. Et ut quidam libri habent in Hebręo legitur. Et non cognouit, q̄ cornuta esset lux faciei sue. ¶ Secunda conclusio generalis. Accipiendū clarum pro eo, q̄ est sui ipsius perfecte intus, & extra prout oportet manifestatum, tanquam habens consummatam puritatem naturę speciei sue, sanctorum corpora erunt post resurrectionem clara. Ita habet Palud. distinctione præsentis questione quinta, & Durandus questione octaua. Qualitates enim eorundem, quę uisui obijciuntur, erunt perfectissimę ex prius dictis, siue sint color, siue lux, & sese bene manifestant: nec habent aliquid in puritatis admixtum. Apoc. xxj. & xxij. Cum enim beati sunt, habent quicquid uolunt, & nihil indecenter uolunt. Volunt ergo esse tales, ut statim eorum pro tunc congruit: instar capitulis ecclesię, quod electos configurabit claritati corporis sui. Itaque congruit, & decet, ut secundum promissa Christi fulgeant, sicut sol, & sicut stellę &c. De hoc loquitur Augustinus de Ciuitate dei capitulo uigesimo quarto, & trigesimo. ¶ Sed tunc stat notandum, quomodo fiat illa illuminatiō, &

Cōcl. Accipiendū clarum pro eo, q̄ est sui ipsius perfecte intus, & extra prout oportet manifestatum, tanquam habens consummatam puritatem naturę speciei sue, sanctorum corpora erunt post resurrectionem clara.

claritas luminosa. Durandus, & Palud. uidentur uelle, quod claritas in beatīs est duplici uia. Vno modo ex incidentia siue resurgentię radiosum solis aut aliorum corporum luminarium, uel corporis luminosi super corpora gloriosa ueluti polita, & tersa ualde. quę claritas est pl̄, uel minus magna, secundum quod corpus est plus, uel minus politum, & tersum. Constat uero, ut ipsi loquuntur, quod beatorum corpora erunt multum tersa, & polita: propter quod ex incidentia corporis luminosi fulgebunt maxima claritate, sicut nunc est uidere, cum sol proiecit radios in chalybem, aut metallum, uel ferrum tersum, & ualde politum. Et sic uidetur illa opinio ponere aliqua luminosa in cęlo empyreo, uel parte cęli luminosa, ex quarum incidentia causabitur huiusmodi claritas. Vel forte, quod sol, aut stellę locum illum irradiabunt: licet in Apocalip. dicatur capitulo uigesimo secundo. Non egebunt lumine luceant, nequę solis: quoniam dominus deus illuminabit illos. ¶ Alia uia est secundum aliquos, quod claritas non solum est ex resurgentię, uel incidentia alicuius alieni corporis, sed ex reali, & ex uera luce inherente realiter, & subiectiue corporibus gloriosis hoc modo. Sicut lux est intrinseca qualitas solis, uel alterius corporis luminosi, sic claritas ē intrinseca qualitas corporis gloriosi. Illam qualitatem dicunt esse immediate a deo effectiue non enim anima desui naturam potest eam producere. Et si dicitur esse ex redundantia beatitudinis animę, illa redundantia non est defluxus realis: sed meritum animę potest esse causa, quod a deo producat ad uoluntatem animę. ¶ Contra ista arguit Durandus questione octaua, & post eum Palud. Illa claritas beatorum non ponitur nisi propter oblectare uisum, ut uidetur. sed color longē plus oblectat, quam luminosum corpus. Exemplum: Facies hominis bene colorati longē plus oblectat uisū, quam sol, aut corpus luminosum,

Claritas erit duplici uia.

dato etiam, quod uisus non laedatur. Præterea secundum eos difficile est uidere, quomodo lux intensa, & color qualis in beatis secundum hanc opinionem ponitur (quia erunt sicut sol) possunt simul stare. Non tamen negant illi doctores quin deus possit talem claritatem dare corporibus gloriosis. Secundum Sco. claritas non uidetur esse alia, quam perfectio coloris conuenientis corpori glorioso secundum suam complexionem naturalem, & meritum personale. Siue enim fiat sermo præ eis de dote claritatis, siue de beatorum claritate in genere: comitante eorum complexionem naturalem non omnes beati habebunt eundem colorem: nec secundum eundem gradum coloris: quia commensurationes colorum sequuntur commixtionem primarum qualitatuum. Ideo secundum diuersas complexionis alios, & alios habebunt colores, & etiã diuersos gradualiter, tum ratione complexionis, tum ratione meritorum. j. Corinth. xv. Stella a stella differt in claritate. ubi Apostolus de resurrectione loquens singulorum gloriam pro meritis distinguit secundum Augustinũ. De qua in genere, & sub communi uocabulo rei omnibus cognita Christus locutus est, dicens Matt. xiii. Fulgebunt iusti, sicut sol. Paulus uero beatorum claritudinem nomine stellatum inter se differentium claritudine exprimere uoluit, ut intelligi possit meritorum, & præmiorũ differentia. Et ita secundum illum doctorem claritas erit in beatis, quia eorum corpora habebunt colorem secundum optimã, & ultimã perfectionem conuenientem complexionis huius corporis pro meritorũ diuersitate secundum magis, & minus, ita quod meritũ illã claritudinem intender, & augebit prout illi corpori sic complexionato conuenit. Et si corpus beati est etiam capax lucis, & non tantum coloris, talis modi ponitur dos claritatis. Ex illis dictis colligitur pro diuersitate opinionũ. Primò, quod corpora beatorum erunt clara, quia habebunt perfectam sui manifestationem, tum ex reluctance, & resurgente, seu incidentia quadã corporum luminosã super ea tanquã terra, & politis-

simã, ut quidã uolunt, tum per superadditionem nouæ lucis receptæ realiter in corpore glorificato, tum ex perfectione coloris conuenientis eisdem secundum gradum complexionis, & meritorum, tum ex perfectione coloris, & lucis inexistentis, si eorum corpora sint capacia coloris, & lucis, ita quod illa possunt esse simul in eodem. Sequitur secundò: quod color eorum dicitur clarus, quia manifestus: & perfectus, quia optimè qualificatus, & pro naturali habitu dine, & meritis proportionatus, & quia ualde lucidus secundum aliquorum sententiam. Tertiã concludo. Beatorum corpora non solum erunt perfectissimè colorata, sed & lucida. Paret ex Augustino. xxij. de Ciuitate. cap. xix. coloris positio. Suauitas quanta erit, ubi iusti fulgebunt, ut sol? Omnis enim pulchritudo est partium congruentia cum quadam coloris suauitate? Et in medita. de gloria paradisi. Immo cum unicuique sit diuersum pro labore meritum clari, uiuidi, iucundi. &c. Possunt enim se comparari in eodem color, & lux saltem deo utrumque, uel alterũ in subiecto apto nato producente. Secus de causa effectiua creata. Probatur secundum Durand. & Palud. Nam istud sic fieri nullam includit contradictionẽ quod ad agens increatum puta deum, & ex parte susceptiui, ut potentia obedientialis est nulla repugnantia formalis. Probatur, quæ secundum naturam possunt stare simul utroque, uel altero stante in gradu remisso suæ speciei, possunt uirtute diuina simul stare in eodem subiecto utroque existente in gradu intensissimo suæ speciei. sed lux, & color possunt per naturã stare in eodem subiecto utroque, uel altero existente in gradu remisso suæ speciei: ergo uirtute diuina efficiente possunt stare simul in eodem, in gradu intensissimo suæ speciei. Consequentia bona. Maior pater, quia illa, quæ sunt diuersarum specierum, & compatiuntur se in eodem in aliquo, non habent formalem oppositionem: quia formalis oppositio seruatur in toto ambitu speciei. Quæ autem non habent formalem opposi-

Cõcl. 4.
Corpora beatorum non solum erunt perfectissima colorata, sed & lucida.

Exemplum de Noctiluca.

tionem, possunt secundum totum ambitum speciei simul esse uirtute diuina, quia nullam includit contradictionem, loquendo de formis diuersarum specierum. Ad hoc uidetur esse Ockam. j. dist. j. q. iij. ubi tenet probabiliter, quod ignis de potentia det absoluta est susceptiuius frigiditatis. Ad hoc Sapient. ultim. Ignis in aqua ualebat ultra suam uirtutem: & aqua extinguentis naturæ obliuiscatur &c. Nam est deus quandoque per elementa mirabilem operatur actionem: per hoc tamẽ eorum harmonia, & uirtus, ac qualitas naturalis non tollitur. Et in ij. q. cccxxij. dicitur: quod tanta uidetur esse repugnantia inter gradus remissos formarum contrariarum, quanta inter gradus excellẽtes &c. Minor ostenditur secundum Durand. quia in noctiluca stant simul lux, & color, ut apparet ad sensum. Noctiluca enim in die uidetur per colorem, & nocte per lucem, uel secundum lucem, ut apparet ad sensum. ergo corpora beatorum non solum erunt colorata, sed & lucida, & lucentia. Lux enim decus, aut decor est uniuersæ fabricæ mundi. Color uero suauitatis pulchritudo est omnis mixti terminati. Cũ autem quicquid perfectionis est in alijs corporibus eis naturaliter compatibile: etiam erit in corporibus beatorum pro differentia meritorum dote claritatis: ergo erunt, & colorata, & lucida. Et illam duplicem perfectionem dicit dos claritatis, ut uidetur. Verum de hoc problemate, An lux per se in differentia sit color, & quomodo color dicitur obiectum uisus adæquatũ, alibi uidendum. Sufficit hic, quod obiectum uisus ponitur color: uel lux: secundum Petrum de Aliaco in de anima. Quid uero dicat lux, aut lumen & quomodo differant, habetur in ij. col. dist. xij. Quia autem res aliqua apparẽt, & uidentur noctu, & non die, & contra ut oculi cartorum, seu luporum, quidam uermiculi, & lignum putridum &c. ex eo est: nõ quod sensus decipiatur in iudicio suo proprio: sed quod licet res sunt uerè colorata, & habent quandã lucem contrarium, sed debilem, tamen si super lucidum, aut lucem cadat lumen alienum, saltem maius, quã sit lumẽ proprium,

impedit ipsum ne saltem distincte uideatur. Lumen enim maius offuscat minus: & ita in die eorum lux non terminat tunc uisum: in nocte uero quia deficit lumen sufficiens ad actuandum colorem, ut terminet uisum (& secundum aliquos ad multiplicandum species uisibiles) ideo color nõ apprehenditur per se, sed lux remissa, & debilis uisum immutat. Quarta concludo. Color, & lux secundum se nõ repugnant, nec ex parte susceptiui: sed ex parte agentis creati nõ in creati. Prima pars est plurimò doctorũ. Ait Dur. Lux, & color nõ requirunt necessariò oppositas dispositiones in subiecto absolute, sed per comparisonem ad causam naturalem effectiue: quæ non potest lucere, uel colorem causare in subiecto nisi mediãribus alijs, quæ respectu coloris, & lucis ponunt contrarias dispositiones. Hæc ille q. iij. Quia autem non repugnet ex parte agentis increati, ut supra concludione. iij. dictum est: probatur: quia deus sua uirtute diuina potest in eodem corpore beati ponere, & causare colorem, & lucem: cum ad hoc nec sit repugnãtia subiecti, nec contrarium illarum. Efficiens uero creatum nõ potest colorem & lucem causare in subiecto, nisi hoc sit dispositio. Dispositiones uero lucis, & coloris sunt contrariæ. Siquidem susceptiuum lucis est opacum, & densum. Susceptiuum luminis est peruium, & diaphanum, seu transparent. Susceptiuum coloris est densum, & perspicuum terminatum. Vel ut quidam dicunt: Color est extremitas perspicui in corpore terminato: Lux est extremitas perspicui in corpore non terminato. Posito itaque, quod sint diuersarum dispositionum: & per consequens non possunt inesse eidem per uirtutẽ naturalem, agente tñ uno inexistenti per uirtutẽ naturalem, potest aliud a deo causari in eodem subiecto uirtute supernaturali. Sic est in proposito. Color inest naturaliter secundum habitudines complexionum: claritas uero, & luciditas a deo effectiue pro diuersitate meritorum singulorum, & ideo non requirit necessariò dispositionem colori contrariam. Et si quaeratur: quod horum uidebitur: respondetur secundum Dur. utriusque immutabitur

Cõcl. 4.
Color & lux leuẽtũ se nõ repugnant nec ex parte susceptiui.

Cōcl. 5.

O Corpora beatorū nō erūt p-
prie per-
uia, &
trāspare-
tia nisi
cū qua-
dā soli-
ditate
hūano
corpori
ppria.

uisum propter bonā oculorū dispositio-
nem ad uidendū lucidum irreuerberatis
oculis, nec unū aliud offuscabit: sed illu-
minabit, & manifestabit. Forte melius
est dicere, q̄ per dorem claritatis, quia
meruerant uidere, & uideri in sua clara-
te. ¶ Quinta conclusio. Licebit beatorū
corpora erunt post resurrectionem nēdū
colorata, sed & actione diuina lucida, at-
tamen probabile est dictū, q̄ non erunt
cum hoc proprie peruia, & transparen-
tia: nisi cum quadam soliditate humano
corpori propria. Prima pars est conclu-
sio tertia, & quarta. Secunda ostende-
tur, quod est proprie peruium, & transpa-
rens in natura sua non terminat uisum.
Exemplū de aere, & igne in sphaera sua.
Hinc nō impedit uidere celum &c. Beatorum
uerō corpora uidebūt in celo, & termina-
bunt uisum: per cōsequens natura-
lem habent densitatē, cum omnis im-
puritatis, & defectuositatis sublatione.
¶ Possit tamē dici, q̄ illa densitas corpora-
lis, & naturalis subtiliata prout conde-
cet statum corporis gloriosi nō impedit:
quin oēs harmoniæ totius corporis, quæ
nunc latent, tūc intrinsecus, & extrinsecus
patescant per cūcta disposita, ut men-
tes rationales in tanti artificis laudem ra-
tionabilis pulchritudinis delectatione as-
surgant. secundū Aug. xij. de Ciuit. c. ult.
Siquidē inter omnia corpora heterogenea
mixta humanū corpus pulchritudine, &
uiuacitate, ac partiū cōgruētia præ-
cellit. xxij. de Ciuit. dei. c. xxij. ¶ Præ-
terea illa corpora habebunt ossa solida,
neruos, carnes porosas, & cetera mēbra
optime qualificata, prout anima huma-
na maxime pro statu illo in sui optima
dispositione requirit. Et si ponūtur ibi
pori minutissimi (quos beatorum oculi
possunt penetrare ad uidendum interio-
ra) licet nō poro pro sudore, quod imper-
fectionis est, non pōt negari, quia condi-
tio perfecta carnis, & naturæ humanæ re-
quirit huiusmodi poros. ¶ Sed ni fallar,
frustra ad hoc cōfugiūt, sic dicētes. Nam
secundū beatum August. de Cog. uerq̄ ui-
ræ. c. xlv. omne solidū erit corpori San-
ctorum penetrabile: sicut & corpus domi-
ni lapide clauso surrexit, & ianuis clausis

introiuit. Et secundum beatum Bernad.
Homil. iij. super Missus est. angelicis spiri-
tibus parietes non obstitunt, sed cūcta il-
lis uisibilia cedunt: cūcta æque comper-
ta, quantūlibet solida, uel spissa penetra-
bilia sunt eis, ac peruia. Quod etiā docto-
res cōmuniter attribuunt animabus san-
ctorū, & corporibus gloriosis: ut dicitur.
Et ita se uolentes uidere uident intus, &
extra, ut dicitur. Verum possit aliquis
imaginari, sicut deus potest ideam subie-
ctum facere coloratum, & lucidum: ita
etiam radiatum, & luminosum, seu ful-
gidum producendo in ipsa formam per-
fectissimam, & intentissimam producti-
uam luminis radiosi. Et tunc ita perfe-
cta lux ponitur, seu producitur a Deo
uirtute diuina in diaphano, & perui-
o: sicut in opaco. Per consequens, ita ue-
rē radiant, & fulgent in diaphano, si-
cut in opaco. Hæc Palud. Nec tamen
sic agere naturam immutat coram deo,
cui hoc est natura, quod fecerat. secun-
dum Augustin. in de uera innocentia. §.
cclxxxij. Si enim ignis in aqua ualet su-
pra suam uirtutem, & aqua extinguen-
tis naturæ obliuiscitur. Sapientie ulti-
mo. cur non poterit deus consimile
quid operari in corporibus beatorum, ut
luceant, & illuminent radiosē: ut salua-
tur multæ scripturæ. Dicitur enim in
Apoc. c. xxj. Lucerna eius erit agnus,
Exponit Hug. Id est Christi humanitas
continens diuinitatem erit lumen om-
nium, etiam quoad corporum illumina-
tionem. Et sic etiam potest saluari di-
ctum beati Gregorij super Iob, lib. xviij.
§. cxv. cum dicit. Quantalibet sancti
perspicuitate, & claritate fulgeant. Et
ante hunc. §. sic inquit. Quamuis san-
cti omnes tanta claritate fulgeant, tanta
perspicuitate transluceant. Item. §. cxv.
Ibi uniuersiusq; memem ab alterius ocu-
lis membrorum corpulentia non absco-
det, sed patebit animus, patebit corpora-
libus oculis ipsa etiam corporis harmo-
nia. Et. cap. xlv. ut supra de cog. ue. ui.
Erunt tūc illa corpora, ut sol perspicua,
huius enim corporis tanta est claritas,
quanta est spiritus. Non enim est hoc
corpus animæ oneri, sed decori: tantūq;

Coroll.

Coroll.

Coroll.
Corpora beato-
rum pos-
sunt esse
clara co-
lorata,
lucida.

solem excellit, quantum sol in claritudi-
ne corpus nostrum præcellit. Sol enim
corpus est insensibile: & quamuis immu-
tetur, tamen nunquam uiuificabitur. Cor-
pus autem nō erit, & sensibile, & intelle-
ctuale. Igitur quantum spiritus intellectua-
lis differt ab aere insensibili, tantum dif-
fert præclara claritas illius corporis a cla-
ritate solis. Et. c. sequen. Ultimus in re-
gno cælorum ut sol fulgebit. Matth. xij.
Qui tunc septies clarior erit, quā nunc.
Exponit Glo. finitum pro infinito. Esa. c.
xxx. Utinā uidere contingat, quod ratio
apprehendere nequit de sanctorum glo-
ria, Hæc scientia nō est huius uia, sed pa-
triæ. ¶ Corollarie sequitur: citra assertio-
nem. Sicut uirtute diuina possunt a Deo
in eodem subiecto poni color, & lux nō
obstant, q̄ requirunt in suo subiecto se-
cundum communem cursum naturæ uari-
as dispositiones: ita eadem uirtute po-
test in eodem subiecto esse lux intrensifi-
sima, & gratissima, oculis omnia inter-
na manifestans: & per consequens radia-
tiua. patet ex allegatis. ¶ Corollarium
secundum. Beatorum corpora possunt es-
se clara, colorata, lucida, irradiatiua, lu-
minosa simul, & perspicua, non natura-
li, sed uirtute diuina efficiente, salua hu-
manæ naturæ substantia. Nec obstant
hic miracula: cum tota hominis resur-
rectio, & beatificatio &c. dici possent mi-
raculosa: sed neq; gentiliū dicta diuinæ
magnificentie constrictiua. Ad hoc Dan.
xij. Qui autem docti fuerint, fulgebunt
quasi splendor firmamenti &c. Splen-
dor dicit. Et licet contrauniter dicatur;
q̄ corpus, in quo prædominatur terra,
non potest esse lucidum propter obscuri-
tatem elementi prædominantis: sicut est ui-
dere in igne nostro, sed nō in sphaera sua:
ibi enim est transparentis, & non impedit
aspectum cæli. Sed ignis noster in ma-
teria aliena est opacus. Vnde non con-
tingit per eū uidere parietē, nisi sit multū
subtiliatus & paruus. Itē in sphaera sua lu-
cet, sed non illuminat. In flamma uerō il-
luminat propter opacitatem. Attamen
non oportet illud dictum esse uerum, cū
sublata est omnis impuritas, & obscuri-
tas, & data claritas. Ita est in proposito. De

hoc infra de inuouatione mūdi. ¶ Circa
hæc alia oriūtur dubia. Primū, utrū cor-
pus gloriosum possit uideri ab oculo nō
glorioso. Secundū, utrum possit suā cla-
ritudinem occultare, ne uideatur. Ter-
tium, a quo causatur illa claritas, ab ani-
ma an a solo deo. ¶ Ad primum aliquid
dictum est dist. præcedente. q. ij. conclu-
sione. ij. Et non potest absolute dari re-
sponsio, nisi pro diuersitate opinionum nō glo-
rioso. Si ergo ultimus in celo fulgebit ut sol se-
cundam Aug. ut supra. & Matth. xij. quæ
nunc clarē intneri non possumus: ergo
nec alicuius beati corpus oculi nostri
possunt in uia permanenter, & fixē in-
tuert sine reuerberatione, ut aquila: sed
solum percipere. Sic & in transfigura-
tione discipuli Christi claritatem perce-
perunt, non permanenter uiderunt. Si
uerō est sermo de oculo mentali, & pro-
statu futuro, in quo anima non indi-
get corporis ministerio, puto q̄ dam-
nati in iudicio uisuri sint claritatem bea-
torum corporum, ut infra dicitur.
¶ Ad secundum, uidetur probabile dictū
non esse in potestate naturali animæ, &
corporis gloriosi, ut non uideatur ab
aliquo uisuo debite approximato, &
non impedito, ac medio disposito.
Non enim potest uoluntas creata pro-
hibere actionem naturalem cuiuscunq;
agentis ut supra nisi per positionem ali-
cuius prohibentis impediens. aut su-
blationem passi. Hinc (ut quidam uo-
lunt) necessariō uidetur, uisua poten-
tia beati disposita, & non impedita. Sed
quia meruit specialem assistentiam dei
pro sua deo conformi uoluntate, uult
deus suspendere actionem claritatis, ne
immutet uisum ad uoluntatem beati
& dicitur se occultare, ne uideatur.
sicut dictum fuit de dote impassibili-
tatis. ¶ Ad tertium, dicendum aliter, &

Dub. 1.
P
Vtrum
corpus
gloriosū
possit uī-
deri ab
oculo
glorioso.
Dub. 2.
Dub. 3.

An claritas aliter prout per dotem claritatis aliud, & aliud intelligitur. De eo an claritas Christi refurgentis immutauerit uisum discipulorum, & aliorum uel non: & cur sic immutata uerit uisum discipulorum.

4. Pars. Artic. 2. De subtilitatis dote.

aliter prout per dotem claritatis aliud, & aliud intelligitur. De eo an claritas Christi refurgentis immutauerit uisum discipulorum, & aliorum uel non: & cur sic immutata uerit uisum discipulorum. dist. de argumentis resurrectionis Christi allegatis. ¶ Fortē diceret aliquis cum Aug. xij. de Ciuit. dei. c. xxiiij. Nihil in corpore humano conditum est a deo quod non habeat etiam decoris locum: ut nesciat quis, an in eo. condendo maior sit utilitatis habita ratio, quā decoris. Horū omnium patens uisio, & cognitio distincta pro laude, & magnificentia tanti operis accedente perfectione informatiua qualitatum post statū patrie debitam cum coloris suauitate iucundissima uisum summe oblectante, & subiectum perficiēte ad nutum animæ pro meritis uix &c. beatorum claritas potest dici actiue, & passiue. Valeat quantum potest, donec Christum uideamus indutum pulchritudinis decore: & amictum lumine sicut uestimento &c. ¶ Consequenter uidendum pro quarta parte huius articuli secundi de subtilitatis dote. ¶ Est autem dos subtilitatis ius quoddam corporis gloriosi proueniens ex meritis, & pactione diuina, ut supra artic. j. ad esse simul cum alio non glorioso corpore in eodem, ubi secū dum beneplacitum animæ illius non esse effectiue, uel sua naturali uirtute, sed diuina assistente. Vnde sicut perfectio animæ alicuius beati est habere ius ad gloriam: ita perfectio corporis gloriosi est posse coexistere corpori non glorioso ad nutum uolūtatis anime. Et sicut patet de dote impassibilitatis, quod non est de ratione dotis, quod sit quid intrinsicū corpori: sic de dote subtilitatis similiter dicitur, quod non habet causam intrinsicā corpus gloriosum ponentem cum alio corpore non glorioso in eodem locum: hoc est, non est forma inherēs corpori: secundum Durand. q. v. sed est, quid extrinsecum assistens corpori glorioso &c. Nec etiam hoc est per carentiam alicuius partis materis, sed per causam extrinsecam, uoluntatem. s. diuinam, dicitur dos illa esse in corpore: ut supra. Et licet uirtute diuina etiam possint duo corpora non gloriosa

esse in eodem loco, cum tamen id non competit eis ex meritis, & pactione diuina, & permanēt, & post gloriosam corporum resurrectionem: ergo non dicitur dos. Et quantum corpus nostrum etiam possit esse cum glorioso: hoc tamen non est specialis perfectionis: ideo non dicitur dos secundum Scot. Nec etiam datur est ius eis (licet possit dari a Deo) ad esse cum glorioso corpore ad libitum anime, sicut cum non glorioso. Cum ergo anima non ita habet potestatem super corpus gloriosum, sicut super non gloriosum: ergo unum conceditur non reliquum. Præterea in beatis saluabitur debitus ordo, qui requirit distinctionem: ergo unus non uult esse in loco alterius. ¶ Nunc respondendum est ad dubium. Conclusio prima. Subtilitatis dotem habebunt beatorum corpora post resurrectionem. Probatur. j. Corinth. xv. Semi nator corpus animale. resurget spirituale. Exponit Dam. cap. ult. Quasi. Id est subtile, quia ianuā clausis intrauit &c. ¶ Secunda conclusio. Dos subtilitatis non est qualitas absoluta inherens corpori glorioso: sed ius ipsi debitum a Deo ut informetur ab hac anima beata, ad coexistendum in eodem loco cum alio non glorioso corpore pro libito anime suæ. ¶ Tertia conclusio. Possibilitatem essendi cum alio corpore non glorioso in eodem loco, habet corpus gloriosum ex tribus: scilicet a Deo effectiue: ab anima meritorie, & a uoluntate liberi arbitrii aliquo modo determinatiue. Patet ex dictis: & similitudine. si rex me uolente præcisē daturus esset alicui florenum, & non alias: Rex esset causa doni illius principalis, & effectiua: & tamen ille homo diceretur hoc donū habere per me, uel mei intuitu. Consimiliter dos subtilitatis habet causam triplicem, effectiua deum, meritoriam animam, determinatiuam liberum arbitrium. Sic de alijs dotibus. ¶ Dubium est de similitate corporum, tam quoad potentiam naturalem, quā diuinam absolutam. Circa quod diuersæ reperiuntur doct. opiniones. Sunt qui dicunt hoc simpliciter esse impossibile quacumque potentia. Alij hoc attribunt diuini:

Cod. i. Cod. ii. Cod. iii. Dubi. K De similitate & corpori tā diuini:

diuini: sed non creatæ potentie. Circa quod omiſſa recitatione opinionum hæc ponitur conclusio catholica, quā etiam tenet Sanct. Thom. Quodlib. j. artic. xxj. & xxij. & Sanct. Aug. c. xlv. de cog. uerget. ut ar. præcedente habetur. & Palud. dicit eam plus consonam scripturæ quantum ad supersubstantialem litteræ. q. iij. huius di. & similiter Durand. q. vj. Non implicat contradictionem duo, uel plura corpora siue gloriosa, siue non gloriosa. aut quorum unum est gloriosum, aliud non gloriosum, esse simul in eodem loco, definitiue aut circumscriptiue: realiter, & præfentialiter ac uirtute diuina. Probatur, quia si esset ad hoc aliqua repugnantia, uel illa se teneret ex parte substantiarū, uel dimensionum, uel qualitatum, uel ubi, aut situs. ex sufficienti inductione. Sed nullum horum impedit. Non substantiarum, uel dimensionum, quia quantitati, & similiter substantiæ, nihil est contrarium. Nec qualitatum, quia dato, quod sint contrariæ, quia tamen sunt in diuersis subiectis, non sunt contrariæ, nec repugnant in diuersis locatis. Nec ex parte ubi uel situm, seu secundum alios respectuū ad locum: quia non repugnat diuersos respectus fundari in diuersis fundamentis ad eundem terminum. Sic de loco similiter dicendum. Si diceret aliquis, tamen non sit repugnantia, & impossibilitas formalis quanti ad quantum: uel dimensionis ad dimensionem, tamen est uirtuā illa impossibilitas quanti ad quantum: ad esse simul in eodem loco non est nisi sicut causa essendi sine suo effectu naturali, ut Scot. loquitur. Hoc est: prouenit ex eo, quia causa non potest esse sine suo effectu naturali. Verum cum illa causa se tenet in genere causæ efficientis, potest eius effectus a Deo suspendi. potest a. Deū quamlibet rem in esse conseruare, suspenso eius naturali effectu: maxime si huiusmodi effectus dependet a tali re in genere causæ efficientis. Cum enim causa est prior suo effectu, & omne prius naturaliter deus potest conseruare sine posteriori: non est impossibile quantum ad esse cum quanto, & quantum sine effectu

suo, qui est replere locum, aut repletio loci: ita ut aliud corpus in eo loco esse non possit. Sed quod ille effectus se tenet ex parte causæ efficientis facile potest deduci. Videtur enim esse simile de calore, cuius effectus, qui est calefacere, potest a Deo suspendi in tribus pueris. Ita & repletio loci a quanto, ne aliquid ibi esse possit. Erunt ergo duæ dimensiones respectu eiusdem situs: & per consequens duo corpora possunt esse simul. Hoc enim nihil addit ultra illa corpora, & locum nisi indistantiam. Præterea non aliunde repugnat duo corpora esse simul in eodem loco, nisi quia unum aptum natura est replere locū, & occupare ipsum: & sic repellitur aliud. & ideo repleto loco per unum non potest aliud intrare. Sed sublata causa repugnantia, quæ est repletio effectiua loci, seu in genere causæ efficientis, tollitur repugnantia: ergo si unum non replet locum, potest aliud simul esse cum eo. ut arguit Thom. Argem. Præterea resistere alteri corpori in eodem loco est actus naturaliter posteriori corpore resistente, & in genere causæ efficientis: ergo potest a Deo suspendi: ergo potest quæcumque corpora in loco ponere, præter hoc, quod unum alteri resistat. Antecedens probatur, quia dimensiones corporis sunt causa resistentiæ unius corporis respectu alterius in eodem loco. iij. Phisicorum: & per consequens erunt naturaliter priores tali resistentia, & independētes ab ea, & possunt poni sine ea. Potest enim deus rem naturaliter priorem conseruare in esse sine quocumque posteriori ab ipso realiter differente: maxime si talis non sit prima potentia. Nec opus est, ut nos omnia ea ingenio capiamus, quæ diuinæ potentie sunt subiecta, & possibilis secundum Aug. ad Volusia. Dicimus deum aliquid posse, & nos intelligere non posse. Item ad id, quod est simpliciter impossibile nulla est potentia actiua: sed ad hoc, ut duo corpora sint simul, est potentia actiua, ut fide tenemus: ergo non est simpliciter impossibile. Maior negatur Minor probatur. Christus natus est clauso matris utero, secundum communē sententiam doctorum, & sanctorum: resur-

Resistere alteri corpori in eodem loco est actus naturaliter posteriori corpore resistente.

rexit clauso sepulcro: intravit ad discipulos clausis ianuis. Corpus cæleste est in diuisibile, quod pertransibunt, & forte pertranserunt cum Christo ascendente sanctorum corpora. Vnde Iob. xxxvij. Cæli solidissimi quasi ære fusi sunt. Et secundum aliquos corpus Christi est in altari cum quantitate panis, quæ secundum eos dicitur manere. Item Christus creditur pertransisse nubes sine earum cessione, uel diuisione. ¶ Nec credo hic locum habere quandam nouitatem, quam refert Durand. q. vj. & Palud. qua admittitur auctoritate fidei uirginitatem esse, & fuisse in uirgine gloriosa ante, & in, & post partum. Non tamen ob hoc oportet concedere duo corpora fuisse simul in eodem loco. Sed nituntur hoc factum defendere eo modo, quo Aug. de ciuitate dei lib. xliij. cap. xxvj. ostendit: quæ ad modum in statu innocentie mulieres concepissent, & peperissent uirgines, non membri corruptione, sed dilatione uiscerum seminalium. Nam non uidetur illa dilatio esse de mente sanctorum; nec uirgini Mariæ attribuenda, quæ fuit utiq; hortus conclusus, ac signatus, & porta clausa: ut habet Fran. Mar. in floribus super Aug. ubi supra. & Gloss. Luc. ij. Hug. & Lyr. Et si qui sanctorum ut puta Ambrosius, & Athanasius dicunt uirginis uulnam apertam fuisse, intelligitur non quantum ad diuisionem: sed quo ad productionem fructus. Sic Gen. tertio dicitur. Deus aperuisse uulnam Rachel, quæ dudum fuit aperta per carnis diuisionem: sed hic aperuit eam quo ad fructus productionem. Item Gen. xx. cõclusit dominus omnem uulnam Abimelech. i. non dedit fructum &c. Cum ergo quidam dicunt uterum illum aperit fuisse, potest intelligi. i. ad modum apertionis effectiue se habuit: quia ita uere Christus deus, & homo, inde uenit in mundum clauso utero, & per clausum uterum natiuitate temporali, ac si more aliarum foeminarum apertus, & cõtractus fuisset. ¶ Videtur cõ reuerentia ista fictio esse contraria scripturæ. Ad quod. n. dixit lex Leui. xij. & Lu. ij. Omne masculinũ adaperiens uulnam? Et Exo. xliij. & Num. xvij.

In statu innocentie mulieres concepissent, et peperissent uirgines.

Loquitur. n. Lucas cõmuni more natiuitatis, nõ q. uirgo Maria, sic ut ceteræ mulieres genuerit filiũ secundũ Bedam. Nec lex Christi ligauit, nec cõprehendit: quia nõ fuit natus more ceterorum. quod Moyses præciens dixit, Omne masculinum adaperiens uulnã. Et loquitur lex de masculino nato, & cõcepto per apertionem claustris uirginalis. Sed Nico. de Lyr. & beatus Bern. ser. iij. de Purificatione Mariæ propterea excludunt Christũ. Facile. n. per locũ a contrario colligi potest esse futurum masculinũ non adaperiens uulnam. quod fides Christo attribuit uirginis Mariæ filio: & clausa porta ingressus, est in mūdũ natiuitate temporali. Ezech. xliij. Verat ergo catholica ueritas nedũ uteri uirginalis fractione: sed & laxatione, & apertione, quæ opponitur clausuræ. Conceditur quidẽ ad sanũ intellectũ, q. uterus fuit apertus sicut aperuit inferni: non quidem frangendo ianuas, rumpeudo &c. & dilatando ipsum: sed inde sua uirtute recipiendo, quod ibi detentum fuit. Siquidem sua potentia diuina extra uterum se recepit in mundum: ita uere, ac si more aliarum foeminarum laxatus, uel contractus fuisset. Fuisset etiam quædam blasphemia (ut uidetur) uirgini Mariæ, ita de claustris eius apertione loquuntur doct. illi more regulari locuti fuissent: uirginem nullo modo cõprehendentes. Esto deniq; q. ita tunc facta fuerit laxatio genitalis membri, sed non ruptio: hoc non est extendendum ad uirginem Mariam. Ezech. portam clausam semper. Ad idem loquitur August. de conceptione, & seminatione sine ardore libidinis. de nu. & concu. lib. ij. cap. xxx. & xxxj. Ita etiã Fran. Mar. in Floribus: ¶ Nec secundum uidetur stare cũ subiungit Durand. ex nullo sacre scripturæ textu haberi: q. Christus resurrexit clauso sepulchro: ideo assertio contraria nõ præiudicat fidei, nec scripturæ. Vnde dicta patrũ dicentiũ, q. clauso sepulchro resurrexit, dicit pro opinione habenda. Hoc dictum uidetur contrariũ textui: & gloss. Matth. xxviij. Fuit enim aduolatus sepulchro magnus lapis, secundũ Matth. Mar. & Lucã: quem angelus in terremoto re-

Assertio Christi resurrexisse se. pulchro clauso non præiudicat fidei.

uoluit non ut egressioni ianuas aperiat: sed ut pandat egressum iam factum secundum gloss. ut habet cõmunis sententia omnium. Sed ad hoc respondet Durand. Res dicitur nõ fieri, quãdo nõ innotescit: & quã nõ innotescit, quando lapis fuerit amotus, & repositus: ideo dicitur clauso sepulchro resurrexisse. Consimiliter respondet de apertione ianuarũ. Quia apertio nulli patuit: ideo dicitur clausis ianuis intrasse secundũ tropũ scripturæ, & clauso sepulchro resurrexisse. ¶ Nec tertium quadrat de Christi ingressu clausis ianuis ad discipulos. Concedit quidẽ Durand. hoc esse uerum ad literã: sed nõ sequitur ex hoc, q. per clausas ianuas. Potuit. n. per fenestram, aut locũ aliũ intrare. Itẽ potuit diuina uirtute corpus suũ occultare, cum uoluit, & uisibile facere, cũ uoluit, & ita alibi ingredi, & cũ uoluit se presentẽ exhibere. Itẽ poterãt ianux subito claudĩ, & aperiri: ita ut discipuli id nõ atrederent. Itẽ cũ subest ei figura, & quantitas corporis, potuit eã facere paruam constrictam, & angustã: ita ut posset per rimã ianux eamãnentẽ clausa ingredi. Subiungit. Conuenientius aut uidetur ponere modũ, qui ab omnibus conceditur possibilis, quam ponere modũ, qui ab aliquibus reputatur impossibilis. Quod uerũ est, quãdo facile est ita uerũ, sicut difficile intellectus: alias non. Non enim facilitas, sed ueritas acceptatur in fide: ut claret in sacramento altaris. Est. n. plus facile dicere panis substantiam manere cum accidentibus, quã sola accidentia: sed est ecclesiã determinatio in contrarium. Præterea illa partium corporis coarctatio, & in formã angustã redactio quomodo stare potuit sine dolore, & corporis imperfectione? Præterea sic arctando corpus, res quanta cõtingenter esset quãta. Quod negant. Itẽ corpus gloriosum pari ratione non posset esse cũ alio: cũ unum alteri cederet: & sic eis scandentibus in cælum: cælum cederet, & diuideretur. Et quid magnificentie asferret Christo: sic cum delusione ingressum fuisse ad discipulos? Immo ingressus talis appareret fraudulens, delusorius, & forte mendaciũ &c. Insuper negari possent plura alia circa dominicam passio-

nem, & crucifixionem, quæ non sunt scripta. Ioan. ult. ¶ Nec quartũ dictum eius ualet, cum dicit. Sanctis ascendentibus corpore ad cælum: cælum cederet eisdem. Et si arguitur: Omne diuisibile est corruptibile: dicunt, diuisio nõ arguit corruptibilitatẽ, saltẽ illa, quæ sit uirtute diuina: sed solum facilitatem ad corruptionem: quia corpus diuisum in plures partes facilius corrumpitur, quã integrũ. etiam diuisio supponit eam. Et ita secundum Palud. si cælum a Deo diuideretur in mille partes, per hoc nõ corruperetur: quod tamen secundum eum de cælo empyreo non uidetur probabile. Hinc est de ascensu sanctorum corporum: sicut de uolatu auium per aera, quibus cedit aer. Ad quod allegant id Sap. iij. Sicut scintillæ in arundineto discurrunt. ¶ Nec quintũ cum dicunt. Licet quantitas Christi sit in altari, tamen nõ est ibi localiter &c. Hęc facile posset impugnari: & quibus Palud. rationes illas Durandi dicat ualde difficiles, nec se posse ad præsens respondere ad eas: tamen consulit, q. cõmuniõ opinio in contrarium sit tenenda. Sanct. Thom. Quodlibet. j. ar. xxj. & xxij. dicit: q. corpori Christi attribuitur a sanctis, q. exiuit clauso utero &c. uirtute diuina. Notanter dicit a sanctis. Claret ex his sapiẽti, quod periculũ afferit fese alicui doctõri scholastico præcisẽ dedicare, & uelut matrimonium cum eo contrahere &c. Intelligitur prædicta cõclusio de similitudine corporũ in eodẽ loco, siue circũscriptiue, siue definitiue: seu cum unũ est definitũ in loco, & aliud in eodem circũscriptiue, siue cum ambo circũscribunt locum: quia non est ratio diuersitatis uirtute diuina: quia uirtute creata hoc fieri nõ potest. Et sic intelligitur dictum Boet. j. de Trinitate cum inquit. Quoniã unũ duobus nullo modo fingere possumus. scilicet uirtute creata: secus est de diuina. Sic beatus August. lib. xxj. cap. vij. de ciuitate dei: in ijs rebus, quibus insolita aliqua inesse uidentur contra naturam, naturã rei pro ratione assignat, dicens hanc rationem esse breuẽ, sufficientemq;. Quia ergo in aliquibus penetratio dimensionum est possibilis (sunt enim in eodem la-

Et albedo, & dulcedo) in aliquibus uero
 impossibilis per naturam: ratio potest ef-
 se natura rei. Sic q. deus quandoq. ali-
 qua agit, quæ non sunt solita, non ideo
 est contra naturam. Dicimus enim om-
 nia portenta esse contra naturam: sed nõ
 sunt. cap. viij. ubi supra. Et idem de uera
 innocen. s. cl. xxij. Ponit etiam Duran.
 modum alium. Sicut deus potest facere:
 q. corpus Christi manens in celo sit etiã
 in sacramento: absq. hoc, q. uadat per me-
 dium. Sic potuit facere, q. corpus suum,
 quod primum fuit in utero, statim esset
 extra uterum sine transitu per uterũ uir-
 ginis, & in plerisq. locis alijs. ¶ Contra
 nunc dicta opponitur. Deo non est pos-
 sibile, neq. creaturæ, quod implicat con-
 traditionem, duo corpora esse in eodem
 loco est huiusmodi. ergo. Maior nota.
 Minor probatur auctoritate Boe. j. de tri-
 ni. Varietas loci differentiam facit in nu-
 mero. ergo per contrarium si sunt simul
 in eodem loco, sunt idem, & nõ idem nu-
 mero. ¶ Præterea quantitas extensua,
 siue demensio est causa formalis. repugnã-
 riæ essendi in eodem loco. Nam. iij. Phy.
 dicitur. Dimensiones solæ faciunt per se
 distare. ergo eis manentibus non possunt
 non distare ista quanta: & ita implicat ef-
 se in eodem subiecto. circumscripitiue duo
 corpora quanta. ¶ Præterea duo accidentia
 contraria non possunt esse in eodem
 subiecto: ergo nec duo quanta in eodem
 loco. Antecedens est Philo. iij. Metaph.
 ¶ Præterea in uno composito non est in-
 uenire nisi materiam, formam, quantita-
 tem, & qualitatem. Sed nec materia: nec
 forma, nec qualitates, sunt ratio formalis
 repugnantia unius corporis ad diuersa
 ubi: ergo quantitas, tenet consequentia
 per rationem diuisiuam, & a sufficienti
 inductione. Antecedens notum est in ra-
 refactione, & cõdensatione, ubi sola qua-
 ntitas mutatur. ¶ Ad primum, concessa ma-
 iore negatur minor. Ad Boethium di-
 cendum: q. nullus locus: nulla deniq. ac-
 cidentia faciunt indiuiduum intrinsecè.
 Posset enim esse corpus, quemadmodum
 est de se: dato q. nullus sit locus, & q. il-
 lud corpus esset indiuiduum: sed nunc nõ
 est corpus sine loco. Intelligentur ergo au-

S
 Resolu-
 tiones
 dictorũ.

toritas Boethij: uarietas loci facit diffe-
 rentiam: arguitur i. ostendit nobis diuer-
 sitatem numeralem, & facit differentiam
 numeralem rerũ nobis innotescere plus
 alijs. Dum enim duo corpora sunt in eo-
 dem loco operatione diuina, non possu-
 mus id cognoscere cognitione naturali,
 nec corpora esse duo. Multa facit deus
 potentia supernaturali, quæ nostram su-
 giunt cognitionem naturalem. Negatur
 ergo ultima consequentia: quia cum sunt
 simul potentia diuina sunt duo corpora,
 & non idem corpus. ¶ Ad secundum re-
 spondet Scot. præmissis, q. est duplex re-
 pugnantia, formalis, & uirtualis. Virtua-
 lis quæ est duntaxat quoad effectus: sic re-
 pugnant causa naturalis, & oppositi sui
 effectus: ut dum alius effectus ab alio agẽ-
 te producitur in aliquam materiam, in
 qua causa naturalis suum produxit effe-
 ctum. Formalis repugnantia eorum est,
 quæ secundum se, & suos effectus oppo-
 nuntur. exemplificat, de albo, & nigro.
 In proposito inter dimensionem eiusdẽ
 loci, & diuersorum corporum nõ est for-
 malis repugnantia: quia non sunt in eo-
 dem subiecto dimensiones illæ, sed in di-
 uersis: quia corpora, quorũ sunt illæ di-
 mensiones, sunt diuersa: ergo inter se nõ
 repugnant formaliter. Si ergo est inter
 illas dimensiones, & dimensiones. repu-
 gnantia: oportet, q. sit respectu loci: ut pu-
 ta, quia unum corpus replet locum illũ:
 & ita aliud non potest ibi locari: & ita
 non habere effectum suum circa locum
 ipsum replendo. Non ergo repugnant
 formaliter: quia non insunt eidem corpo-
 ri, & subiecto: sed forte solum uirtualiter
 quoad effectiuitatem: ut quantitati ut ta-
 lis est præcisè competit effectus repletio-
 nis, respectu loci, in quo est circumscrip-
 tiue. Hunc enim effectum, qui naturaliter
 sequitur ad illam causam naturalem, po-
 test deus sua potentia causare cum crea-
 tura ipsa: potest etiam loco iam repleto
 causalitèr illam suspendere in ipsa crea-
 tura, & ita sua potentia diuina in ipsum
 aliud corpus ponere: sicut potest etiam
 calorem suspendere, ne calefaciat: & face-
 re uirginem parere sine conceptione ab-
 extrinsecò. Licet ergo sit repugnantia
 illarum.

Duplex
 repu-
 gnantia
 forma-
 lis, &
 uirtua-
 lis.

illarum dimensionum, quo ad hoc: quod
 duo corpora non possunt esse in eodem
 loco quo ad uirtutem naturalem illorũ
 agentũ naturalium: puta corporũ locan-
 dorũ, non tamẽ respectu causæ supnatu-
 ralis, q. potest esse cõ produceri sine cã sua
 naturali, uel causã naturalẽ suspendere ab
 actione. Et hoc pcedit secundum utrãq;
 opinionem, siue quantitas sit accidẽs in-
 herẽs, siue sit res illæ habentes partẽ ex-
 tra partẽ situatèr in ordine ad locũ. Itẽ
 siue potentialitas corporis ad locum sit
 respectu, siue aliud utroq; modo saluari
 potest. Et si id, clarè quomodo fiat, intelle-
 ctus noster capere non potest, non ideo ne-
 gandum est a diuina magnificentiã: scdm
 Aug. xiiij. de ciui. dei. c. xxv. quæ nostram
 in infinitũ supergreditur capacitatẽ. In-
 super fides ad hoc compellit, nisi quis ue-
 lit omnino insolitatis, & extortas facere
 textuum glossationes de uirginis partu,
 ascensu in cœlum, & Christi egressione
 de sepulcro &c. Nec impediunt dicta gẽ-
 tilium, solitũ duntaxat. naturẽ cursum de-
 ritium. ¶ Ad argumentũ dici potest. Verũ
 est dimensionem esse causam repugnantia:
 q. duo corpora non possunt esse in eodẽ
 loco uirtute naturali, quæ nõ potest nisi
 effectum naturaliter producere, nec potest
 facere causam sine suo naturali effectu.
 Secus est de potentia diuina: respectu hu-
 iusmodi potẽtiæ dimensiones nõ sunt nõ
 repugnantia: duorũ corporũ in eodẽ ubi.
 Et ideo nõ sequitur: q. statim subiungit:
 q. quia duo contraria accidentia nõ pos-
 sunt esse in eodẽ subiecto: ergo nec duo
 corpora in eodem loco: immo nec pri-
 mũ uidetur remouendũ a diuina poten-
 tia. ¶ Ad aliud conceditur, q. nõ plura re-
 periantur ad bonum intellectũ. ¶ Adhuc
 potest instantia. Quæcumq; unũ, & eidem
 sunt eadem, inter se sunt eadẽ. Dimensio-
 nes duorũ corporũ sunt hmoi: quia eadẽ
 locos: ergo inter se sunt eadẽ. q. implicat:
 causa: sic sunt duo corpora, & iter se eadẽ
 & ita sunt unum, & nõ unum: quia duo.
 Minor probatur: quia oportet illorum
 singulorum corporum dimensiones esse
 eadẽ loco. iij. Phy. ergo inter se sunt eadẽ.
 ¶ Præterea quæ magis cõueniunt,
 magis uidentur posse esse simul, sed duo

T
 Quæcũ
 que uni
 & eidẽ
 sit eadẽ
 inter se
 sunt ea-
 dem.

gloriosa corpora magis conueniunt, quã
 non gloriosum, & gloriosum: & cum nul-
 lus doctorum dicat: q. per dotem subtili-
 tatis non gloriosum, & gloriosum corp^o
 habent esse simul: ergo neq. non glorio-
 sum, uel gloriosum cum non glorioso.
 ¶ Præterea si corpus puta humanum ha-
 bet naturalẽ impossibilitatem ad ef-
 fendum eum alio corpore in eodem lo-
 co, & situ: ergo corpora beatorũ uel non
 mouebuntur, uel uiolenter erunt cũ alijs
 corporibus, eum intrabunt cœlum: quia
 contra naturalem inclinationem ppter
 impossibilitatẽ naturalem &c. ¶ Ad
 priamũ dicendum: q. minor procedit ex
 falsa imaginatione: quia dimensiones il-
 las esse eadẽ dimensionibus loci intel-
 ligitur dupliciter. Vel posituè, & sic fal-
 sum est: quia non sunt eadẽ alieui di-
 mensionĩ. Locus enim non habet dimẽ-
 siones præter quam dimẽsionem locati.
 iij. Phy. Vel negatiuè, ut sit sensus: non
 alia. Et sic dimensiones illorum duorum
 sunt eadẽ dimensionĩ loci: id est non
 sunt alia dimensiones loci a dimensio-
 ne locati, uel contenti in loco. Sed pro-
 pter hoc non oportet illas corporum di-
 mensiones esse inter se eadẽ: quia ma-
 nent dimensiones distincte inter se. Et
 ita principũ regulatum non habet hic
 locũ. ¶ Ad aliud, negat maior: quia o-
 portet cetera esse paria. Non enim omnis
 similitudo est ratio similitudo seu legis,
 maxime in merè positiuis, & uoluntarijs.
 Nam ex diuina ordinatiõne anima beata
 non ita habet imperiũ respectu corporis
 gloriosi non sui, sicut non gloriosi ad ef-
 se cum eo in eodem loco. Posset tamen
 deus secundum prædicta ipsi dare: & si
 dat quandoq; ex causa, non dicitur dos
 ex definitione dotis: quia nõ est ex merito
 animæ: sed diuinæ uoluntatis beneplaci-
 to. Non ergo repugnat eis esse simul. Præ-
 terea si rectè concluditur, sequitur q. cũ
 duæ dimensiones plus conueniunt inter
 se (supposito, q. quantitas non sit acco-
 dens) quã quantitas, & qualitas: ergo
 magis possent esse simul duæ quantita-
 tes quã quantitas cũ qualitate, q. nõ ad-
 mittitur. ¶ Hic notat Ockã. iij. Quod li.
 q. xxx. q. corpus accipit dupliciter. Vno
 Gab. Biel. I i f

Corpus
 accipi-
 tur du-
 pliciter

quem deobligare ab illo debito. Potest enim princeps liberare seruū sine collatione cuiuscumq; positiui, cum uult eum non esse obligatum ad seruitiū debitum impendi. Ita in ppositiui &c. ¶ Secundum corollariū. Pœna dāni maior est in uno, quā in alio. Pater: q; pœna dāni intrāficiuē nihil aliud est nisi damnū, q; quis patitur ex omissione beatitudinis propter peccatum. Constat uerō uni maiorem beatitudinē formale fore debitā p merito, quā alteri. Est aliquo modo sumi lesi uicarius negligat uigilias, & canonicus. maiori pœna dampni plectitur canonicus, quā uicarius: q; maioris particeps est p̄sentie ex debito. ¶ Tertium corollariū est probabile dictū. Maior est pœna dampni in paruulis post baptismi institutionem, & Christi mortem defunctis, quā ante. Probatur: quia baptismus maiorem confert gratiam, quā circumcisio. Ex consequenti maior ipsi debetur gloria, & maius est dampnum carētia maioris glorię debita quā minoris. ¶ Quartū corollariū. Quis plus uirtuose uixit in uia, si per peccatum mortale demeretur beatitudinē maiorē habebit dāni pœnā ab eo, qui minus meruit. ergo maior est pœna dampni in adulto: qui cum multo tēpore bene uixit in ultima hora desperat damnatur, quā si parum, uel nihil boni egisset, & tñ dānatur. Primū enim maior beatitudo fuit debita quā secundo, & ita carebit maiori bono sibi debito. Sic dici possēt pœnam dampni maiorem esse in adultis quā paruulis saluandis in quibus secundū beatū Augu. ut supra distim. xx. iij. secundi colle. habetur, est mitissima. In adultis uerō secundum Chrysostr. maxima. Siquidē paruuli nō habēt tristitiam, nec dolorē comitantē. quia nō pœnam sensus: sed de adultis habentibus pœnam sensus. Præferuat enim deus paruulos a tristitia, quā haberēt ex carētia beatitudinis in speciali, si eā cognoscerent. Nōn aut nouerūt eam, quia non habuerūt fidem acquisitam, qua cognoscit beatitudo reuelata. Vel secundum San. Tho. q. de malo. q. v. de peccati originalis pœna. art. iij. cognoscent sicut animę separata se creatos ad beatitudinem in ge-

Coro. 2
Pœna
damni.

Coro. 3

Coro. 4
Qui pl
uirtu-
se uixit
in uia, si
per pec-
catum
mortale
demere-
tur bea-
titudinē
maiore
habebit
pœnam.

nere, non in particulari: quā non nouerunt. nullam habent tristitiam, cum carēt ea. Delectant ergo in cognitione naturalium rerū quā habent: quæ non permittit deo uolente inesse tristitiam. Præterea sunt uoluntati diuine conformes: adulti uerō nolunt breuitatis in particulari carētiā, quā demeruerūt per culpā. Hoc nolle odiū, & tristitia comitantur, & pœna uernis: ratioe cuius eorū pœna quāq; dicitur maxima, & paruulorū mitissima. Et ita putauerim esse intelligendū Chryso. cum inquit Homil. xx. iij. super Matth. post mediū. Si mille aie ponas gehēnas: non tñ reputo sicut ab illius gloriose ciuitatis iucunditate expelli. Et iterū. Excludi a bonis æternis, & alienū effici ab ijs, q; præparata sunt iustis, tñ generat cruciatū, & dolorē, ut etiā si nulla pœna extrinsecus torqueret: hæc sola sufficeret. Inrelligit: est maxime nolita, quia plus nolēdū est offendisse deū p̄cō actua: li, quā sustinētia pœnarū quarūcumq; Itē est maxime pœnæ uernis causatiua, pro rei tantæ tam uili negligētia: cū pro peccato momentaneo infinitā sustinent pœnā: quo ad durationē &c. ut in dist. ultim. Aliud dampnum est pœna sensus: sic dicitur nō quia sit in parte sensitiua p̄ficiē: alias spiritus non haberēt pœnam sensus, & animæ separata: quia non sunt corporei, sed q; est aliquod positiuū afflictiuū sensus dānati. Sensus. n. uel mentis, uel corporis secundum Aug. li. xj. c. iij. de ciuita. dei. rectē sensus dicitur. Vnde, & nomen sententia a sensu mentis uenit. Pœna sensus corporis, id est rotius compositi ex anima, & corpore dolor noiatur secundū eundē. lib. xiiij. ca. xv. Et potest quælibet illarū pœnarū esse temporalis, & æternat ut infra dist. sequente, de locis, seu receptaculis pœnalibus, quæ possunt esse numero quatuor. Sūt. n. habentes pœnā dāni, & sensus eternat: ut dānati in inferno. Sunt, qui habent temporalem solum: ut in purgatorio. Sunt, qui habent solū pœnam dampni æternā, ut in limbo puerorū. Aut temporalem, ut partes in limbo olim constituti. ¶ Tertio notandū. Dolor a diuersis diuersimode notificat. Aug. lib. c. xiiij.

Not. 3
C

Dolor
a diuer-
sibus diuer-
simode
notificat.

xiiij. de ciuita. cap. xv. Dicit. Dolor est passio animæ ex carne, & quædam, ab ei⁹ passioe dissensio. Scotus. q. ij. huius dist. dicit. Dolor est passio consequens apprehensionem sensitiuam, & in appetitu sensitiuo. Et. quij. Et passio causata in appetitu sensitiuo ab obiecto læsio. apprehēso per sensum. Vel est passio qdā consequens sensationem: obiecti disconuenientis, & nociui. Ex quo sequitur tantam esse uarietatem dolorum quanta est uarietas obiectorum appetitui: sensus disconuenientium. quorum uarietas pro diuersitate, sensuum ex scripturis facile patet. Dicitur primū: est offensio. ex quo sequitur. dolorē non esse nisi uiuentis, & in uiuente carnē habente: ut alteram partem compositi. Hinc nō est in angelis, & spiritibus: nec in uitam sensitiuam nō habentib⁹: ut in arborib⁹, quas beat⁹ Aug. c. x. li. iij. cōfessionū, noiatiū sicut plorare dixit, cū decerpit Manichæorū errore seductus. Notanter dixit beatus Augu. dolorē esse, offensioē animę, & quandā dissensionem, resiltionem, & fugā ab ei⁹ passione. Nā dolor est offensio, uel casualiter, uel formaliter. Animę inquit. Videtur, q; Ang. nomen partis dignioris ponat pro toto. Null⁹. n. partis est dolere: ut distinguitur contra tristari. sed rotius compositi est dolere. Hinc colligitur ab aliquibus post eundem. xxj. de ciuitate dei. c. iij. q; nullus dolor simpliciter repugnat qualitati mixti ad uitam requisitā. Quā sic potest ostendi: si aliquid ipsi repugnat, maxime intentio, uel apprehensio causatiua doloris: sed illa non repugnat: sicut nec unum contrarium in esse reali, & aliud in esse intentionali. & hoc secundū opinionē ponentium ficta in esse obiectiuo. Apprehensio siquidem potentie sensitue obiecti nociui, & contrarij causa est doloris. Tamen dubiū sit apud aliquos: An dolor causetur ex sensatione, uel obiecto sensato. Præterea Augu. ubi supra manifeste deducit. dolorē non inferre necessariō mortem, sed potius esse argumentum uitę. Necessē enim est ut uiuat dolens: sed non est necessē ut moriatur: tamen pro statu isto non contingit dare carnem nisi mortalem.

Aliud enim experti non sumus. nec omnia corpora mortalia omnis dolor occidit. Quia autem aliquis dolor potest occidere, causa est: quoniam sic coniuncta est anima corpori: ut summis doloribus cedat, atq; discedat: quoniam & ipsa contigat membra sic infirma. tñ ea anim, quæ magnum, uel summum affert dolorē nō ualeat sustinere. Præterea dolor magis ad animam, quā ad corpus pertinet. Animæ enim est dolere: ut loquitur ipse, non corporis. partiq; non dolet nisi informatū anima sensitua: tamen si doloris causa sit ex carne, & ratione carnis læsæ: ut partis essentialis. compositi. Dicit itaq; dolere anima, quia totum compositum dolet. pars enim p toto ponitur: ut sit sensus: homo dolet, quia corp⁹ ei⁹, quod anima informat, læditur. Sicut ergo dicimus corpora sentire: & dolere dicere possumus. Corpus exanime nec sentit, nec dolet. Est enim sensus corporis ab anima, & uita ipsius. Dolet itaq; totū compositum in eo loco eius, ubi aliquid contingit, ut doleat. Dolet anima sola, quāuis in corpore sit, cum aliqua causa etiā inuisibiliter tristitit ipsa in corpore incolunt. Hæc ille. Verum sepe nunc ro dolere sumitur pro tristari, & e contrario. Si ergo aliquis dolor simpliciter repugnaret qualitati mixti ad uitam requisitæ, qui corpus necessariō interimere, magis anima interimenda esset dolore, quā corpus. cum ad ipsam magis p̄tinet dolere: hoc est læsionem sentire in corpore, q; informat. Et ideo licet dolere necessariō inferat uiuere: non tamen necessariō inferat mori: ad intellectum præmissum secundū modum loquēdi Augu. Vult autē Augu. ex hoc dicto inferre: q; sicut corpora faciūt animas dolere, quæ tamen non ideo moriuntur: ita potest ignis infernalis corporibus inferre dolorē non inferendo mortem. propter q; ista hic adducere placuit. Quod dicitur dissensio, intelligitur, ni fallor potentie appetitiue sensitue, & nature potentis: non autem uoluntatis liberæ, saltem nō oportet. Nam in sanctis martyrib⁹ uidefuisse resiltio appetitus sensitui ut talis, non autem uoluntatis liberæ a pœnis il-

Dolor
magis
ad animam
quā ad
corpus
p̄tinet.

latis eis pro Christo. Hinc quibusdam uideatur, quasi ambularent super roseos flores. Illa ergo eorum a penis resilio fuit, ut uideatur, uel uoluntatis, uel nature, uel sensus. Exemplum de Christo, cuius sudor factus est ut guttae sanguinis decurrerent in terram. Et licet passiones salte aliqua praeueniant libera uoluntatis electionem, nunquam tamen preueniunt obiecti apprehensionem. Hinc Aug. xiiij. de ciui. ca. xv. Licet nulla passio proprie dicta posset naturaliter constitui in esse, uel causari sine obiecti apprehensione prauiat tempore, uel natura: non tamen semper requiritur ad eius esse, uel causari tale obiectum esse prius uoluntati, aut nolitum a potentia appetitiua rationabili, uel irrationabili. patet de dolore. Hinc ait. Tristitia plerumq; motus praedit. Dolor uero carnis non praedit ullus quasi motus carnis, q ante doloris in carne sentiat. Et sic dici posset etiam de subito raptis ad martyrium, aut subito interemptis, & quasi imperceptibiliter pro Christo, & fidei ueritate. Quis enim diceret aliquem fuisse martyrem pro Christo, & nullum sensisse doloris? Itc alit est dissensio uoluntatis liberae, & potestatis appetitiuae sensitiuae. Nihil enim est uoluntati rationabili ultime conueniens: nisi quia uoluit, aut noluit. Potestatis uero sensitiuae aliqua uident ex natura rei iucunda delectata, uel laetitia: q sicut non est in potestate nostra, quibus uisus tangamur: ita nec ut delectationem, uel dolorem non sentiamus. Hinc. Sco. ait. q. iij. Natura facit aliquod esse disconueniens appetitui sensitiuo: quia id, uel comitatus ipsum est communiter laetiu naturae. Et esto: q id non comitee, adhuc manet prima disconuenientia. Et quia id obiectum adhuc est disconueniens: ideo comitatus, uel dolorificans sensum. Sicut ergo aliquod obiectum ut tale, hoc est in quantum est intentionaliter motiuum potentiae est conueniens, ita causat posita sensatione delectationem in appetitu sensitiuo. Et sicut aliquod, ut tale est disconueniens: ita causat posita sensatione dolorem. Nec oportet secundum eundem ad causandum dolorem semper ponere aliquam realem immutationem ad

Nō est in potestate nostra, quibus uisus tangamur.

salutem, uel mortem suppositi, cum sunt huiusmodi intentiones, & apprehensiones obiectorum: licet saepe contingat eas comitari. Alij uolunt: q sit impossibile per naturam, q causetur immutatio intentionalis in aliquo tantae intentionis, & nigoris, q possit causare dolorem sine immutatione reali. Attamen non negat, quin si a deo producatur intentionalis tam foris, & intenf, q sufficeret naturae liter ad causandum dolorem sine immutatione realitatis: sufficit ad causandum dolorem: tamen non ponatur immutatio realis. Exemplum ponunt de spiritibus malis. De quo in secundo diffin. iij. q. ij. Item uideatur esse experientiae: dolorem nonnunquam causari in appetitu sensitiuo ex sola apprehensione rei laetiae: ut puta apprehensione, uel intellectu, uel sensitiua, qua praesupponit intellectum uel rei ualde contrariae disconuenientis, aut periculum inferre potentis. Sic saepe numero fortis imaginatio, timor, aut apprehensio uehemens mali imminuentis, & futuri siue in somno, siue in uigilia: secundum Auicem. ix. Metaph. facit casum, & generat infirmitates: dum homo quasi intuitiue uideat ante se per imaginationem malum futurum summe contrarium, aut nolitum. Exemplum de Christo, cuius sudor sanguineus defluxit in terram: ex horrore naturali mortis, quae tamen secundum rationem uoluit. Nonni generosam familiam Comitum, & Baronum, qui in tabulis sedentes dum in loco, in quo sederent comesturi, fuisset clausus, uel mus, uel cattus, inciperet pallescere, & sanguinem regulariter e naribus emittere, donec animal illud repelleretur, aut ipsi locum dimitterent. Insuper noui hominem, qui in somno iudicauit se proiectum in Rhenum: cumque hinc inde in aquis Rheni uolueretur pro sui redemptione, & apprehensione nauis, quam uidit, ita fuit fatigatus cum euigilaret, q passus fuit etiam paruam infirmitatem, & uirium debilitatem. Ita etiam plerique errorem proprium, uel alienum uidere non possunt, nec de ea re audire etiam profanos sermones: & nisi cohibeatur ab oculis eorum, prociidunt pal-

Exemplum Christi sudoris ex horrore mortis.

Not. 4. Aliquid dicitur corrumpi dupliciter.

si, quasi exanimis facti. Si enim uisus uisus luporum: aut gallina uuluo elicit inimicitiam: cur non simile dici potest de homine? Solent etiam quidam dicere. Auer te cogitatum tuum ab illo, & non dolebis amplius. Hinc stat dubiamus supra. Ad dolor causatur ex sensatione, uel obiecto sensato. Sensatio interiori, uel exteriori sensatione. Valent ad hoc dicta. Guilielmi Parientis. patet prima, primae patet de ueneruero iuxta finem: cum refert se uidisse hominem, qui solo aspectu medicinae mouebatur quotiens opus erat motu purgationis. Sic secundum eum aliqui somniantes se ardere a specie sola, aut apprehensione ignis cruciantur plurimum, sent, euolant, dolent. Corollarie sequitur. Dolor est in appetitu sensitiuo: item est passio totius compositi, si aut & sentire: & non solius corporis, ne anima tantum, sed compositi ex corpore, & anima. Corollarium secundum. Causa doloris est, uel obiectum sensatum, uel apprehensio obiecti sensati tanquam disconuenientis, & laetiae, & tanquam praesentis. de qua latius in tertio collect. diff. xv. Corollarium tertium. Ad dolorem requiritur ex parte compositi dolentis apprehensio laetiae ex parte cognitionis, & delectationis eiusdem ex parte affectionis: sed ex parte doloris inferentis causatio apprehensionis. causatio inquam intentionalis. hac enim actio requiritur: quia sola realis non sufficit: & perceptio sensitiua nolit scdm affectum, & quasi uolentia. Tristitia uero est de ijs, quae nobis uolentibus accidunt. Est ergo in uoluntate & c. ut supra in tertio collect. Quarto notandum. Aliquid dicitur corrumpi dupliciter: aut quia omnino desinit esse, & sic est idem, quod annihilatio. Si corruptio est rei substantialis desinitio: ut puta quia eius substantia desinit esse: aut quia desinit ordinem, & legem cui uiuere debet. Vel secundum August. cap. vij. in de natura boni; quia desinit modum, speciem, & ordinem. sic secundum eum peccatores dicitur corrumpi, cum uiuum peccatis, & anima peccato uiuentis dicitur corrumpi, & corruptibilis. Ait enim. Cum uolentes corrumpimur in peccatis, nolentes cor-

rumpimur in penis. Sic corruptio est ordinis, & legis, cui uiuendum est desertio. Quinto notandum. Ex quo patet est quoddam recipere, duplex ponitur passio, & similiter actio, siue rei immutatio. Vna dicitur realis: alia intentionalis. Realis ut distinguitur contra intentionalem est: ut recipere quae terminatur ad formam realem: uel secundum esse naturae: ut ignis calefacit: signum producendo calorem, hoc est cum in alio producit sibi similem qualitatem. Et solet dici uniuoca: quia qualitas producta est eiusdem speciei cum producere: uel cum eo ratione, cuius alteri competit hanc producere: ut cum calor calorem: frigidus frigiditatem producit. In intentionalis est uitalis immutatio sensus per speciem intentionalem: ut cum aliquid producit sui cognitionem apprehensionem, aut speciem secundum ponentes eas. Et potest dici apprehensio rei, uel sensatio producta obiecti: ab ipso immutata intentionaliter: & illa immutatio dicitur equoca respectu sic cognitione producti, uel productorum. quia species illa, uel apprehensio ipsa, & sensatio non sunt eiusdem speciei cum obiecto: quia res ipsa habet esse subiectiuum. Sensatio uero aut cognitio, uel species habent esse obiectum. Sexto notandum secundum innotem Scot. q illae duae actiones non reputantur inter se: sed potest (gratia exempli) ignis infernalis in corpus animale habere utranque actionem realem, & intentionalem. & est ibi susceptiuum utriusque: inter se, & causa actiua utriusque post iudicium: sed potest cum damnati cruciabuatur in inferno. ignis infernalis pediri, propter defectum motus caeli: in corpore ut uideatur uelle Sancti. Tho. Quodlibet animale vij. ar. xj. qui non admittit, q corpora damnantorum patiantur passionem realem, & naturae, quae naturam transmutet a natura sua. Nulla enim tunc erit, uel actio, uel passio pertinens ad transmutationem naturae. Sed patienter passionem animae: ut ipse loquitur: sicut organum sensus a se sibi suscipiendo similitudinem qualitatis sensibili. Potest tamen tunc una esse sine alia: loquendo de potentia absoluta: quia una non dependet essentialiter

Not. 5. Ex quo patet est quoddam recipere duplex ponitur passio.

Not. 6. Ille dicitur actioes non reputantur inter se: sed potest (gratia exempli) ignis infernalis in corpus animale habere utranque actionem realem, & intentionalem. & est ibi susceptiuum utriusque: inter se, & causa actiua utriusque post iudicium: sed potest cum damnati cruciabuatur in inferno. ignis infernalis pediri, propter defectum motus caeli: in corpore ut uideatur uelle Sancti. Tho. Quodlibet animale vij. ar. xj. qui non admittit, q corpora damnantorum patiantur passionem realem, & naturae, quae naturam transmutet a natura sua. Nulla enim tunc erit, uel actio, uel passio pertinens ad transmutationem naturae. Sed patienter passionem animae: ut ipse loquitur: sicut organum sensus a se sibi suscipiendo similitudinem qualitatis sensibili. Potest tamen tunc una esse sine alia: loquendo de potentia absoluta: quia una non dependet essentialiter

liter ab alia. Possunt etiam modo separari, si aliquid dumtaxat sit susceptiuum formæ realis, & non intentionalis, & aliud econuerso: Sic lignum realiter calefit, & nõ dolet: hõ dolet: anima apprehendit, & tristatur, & naturaliter non est susceptiua formarum temporalium. Quia aut tunc post iudicium, & resurrectionem, una inerit, & non alia in subiecto apto nato ad easdem: ut quibusdam placet, est ppter impedimentũ aliqd, qd est uel decretum diuinæ iustitiæ, & suspensio coactionis diuinæ, transmutans naturam ppter quietem motus cœli: sed solũ intentionalis, de quo infra dist. xlvij. q. ij. Præterea realis secundum Scotũ non est necessaria ad dolorẽ. Sola deniq; realis sine intentionali non sufficit. Sola aut intentionalis sufficit ad dolorẽ. Primum patet ex definitione doloris secundũ eũ. Secundũ patet de ligno calefacto nõ dolente. Tertium ostenditur. Nã secundũ eũdem excellens sensibile ut tale: hoc est, ut intentionaliter immutat sensum: natum ẽ inferre dolorem: quia ut sic, est disco ueniens, dũ est sensatum tanquã præsens discoueniens, & tñ inquantũ excellens sensibile præcise nõ immutat nisi intentionaliter. Itẽ uidetur esse de aliquo excellenter nolito, uel odio habito, cuius sola reminiscencia hominem eneruat, pallidum, & stupidum facit. Sapient. ij. Grauis est nobis etiam ad uidentium. De hoc supra, in. ij. distinct. ij. Et licet comiteretur aliqua actio realis indisponens organũ, & tollens debitam harmoniam, tamen si sine illa actione reali comitante adhuc esset inconueniens, & disco ueniens sensui, dum per sensum apprehenditur, ut tale, adhuc sequitur dolor. Exemplificat Sco. Sicut si manus superfrigefacta mox applicatur ad ignem, est sibi magnus dolor ex præsentia ignis, & tamen propter magnam frigefactionem modica ẽ ignis actio in manum frigidam, propter excellentiam contrarij, frigoris scilicet intensi in passio. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Fide creditur damnatos esse passuros post resurrectionem in corpore ab igne, & ceteris elementis passione dolorosa, & afflictua.

Arti. 2.
Cõcl. 1.
E
Fide cre
dit dã

Probat. Matt. xij. Exibunt angeli &c. & mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus, & stridor dentium. Esaiæ. lxxj. Ignis eorum non extinguetur, & uermis eorum non morietur. Quod lib. xxj. de ciuitate cap. ix. exponitur de passione corporali. Potest enim deus uermem conseruare pro afflictione dãnatorum. Plura de hoc a capite tertio usque ad ca. xj. per totum. Item uindicta carnis impij ignis, & uermis. Ecclesiastici. ix. Nec opus est dicere locutiones illas esse tropicas, aut quod nomine carnis uenit peccatũ hominis carnaliter, & non uiuentis secundum deum. Ignem August. attribuit corpori, siue uermis ad animam pertineat, siue ad corpus, siue ad utrumque. Sic enim cap. iij. & sequenti ostendit animalia posse igne uiuere, sine uestione, sine consumptione, sine dolore, sine morte omnipotentia diuina. Et Marci. ix. Bonum est tibi &c. quã duas manus aut duos pedes habentem ire in gehennam. in ignem inextinguibilem. Vbi aliquoties id ipsum repetit Christus, ut memoriz tenacius inhaerent. Matthæ. xxv. Discedite maledicti in ignem æternum. Et ita de ueritate conclusionis nõ est dubium apud fideles, sed de modo passionis est diuersitas inter doctos. Dicitur enim notanter, & ceteris elementis, ut patet ex decursu scripturæ. Omnium enim elementorum sex immundities, & puredo descendit in infernum in pœnam dãnatorum. Sapient. v. Orbis terrarum pugnabit pro illo contra insensatos. Ad idẽ est Basilius in expositione illorum uerborum. Vox domini intercedentis flammant ignis. Psalm. Nomine ignis, qui inter alia elementa est plus actiuus cetera pœnalia elementa significatur, quorũ actiuitas non est ita nota. Pro ista conclusio est Gre. xv. Moralium cap. v. ¶ Secunda conclusio. Et si dãnati patiantur in corpore ab igne passione afflictua dolorosa, non tamen corruptiua, uel consumptiua. Prima pars est conclusio prima. Secunda pars: quia ut habet fides, in inferno nulla ẽ redemptio, possibilis probat. Quandoquocunq; sunt dæ actiones, & ad diuersos fines, potest uirtus diuina pri-

Cõcl. 3.
Etiã dãnati patiantur in corpore ab igne passione afflictua dolorosa.

miam conseruare sine secunda. sed altera actio, & corruptio sunt huiusmodi ergo uirtute diuina potest prima a deo conseruari sine secunda. Et sic ignis deo coagente affliget damnatos citra corruptionem eorumdem, ut habeant ad pœnam perpetuam uitam semper mansuram. De hoc August. lib. xiiij. cap. ult. inquit. Ibi dolor permanet, ut affligat: & natura permaneat, ut sentiat: quia utrumq; ideo non deficit, ne pœna deficiat. Ad hoc. j. Corinth. xv. qui de incorruptibilitate resurgentium loquens refert ad totum compositum, & nõ ad animam solum, nec ad beatos solum. ¶ Si quaeritur de causa incorruptibilitatis, potest dici, ut supra de dotibus corporum beatorum suo modo ponendo quandam incorruptibilitatem esse in damnatis, non a natura intrinseca impediente, nec a carentia potentie passiuæ, nec ex contrario intrinseco impediente, nec ex eorum merito, sed demerito a uoluntate diuina extrinseca coagente ad unam, & nõ ad alteram ignis actionem. ut August. placuit ubi supra. lib. xxj. cap. viij. & cap. ix. Nec ideo negãda sunt plurima pro statu futuro: quia his similia comperti non sumus in uia: aut quia rationem, quomodo fiant, scire nequimus. cap. v. ubi supra Aug. & cap. viij. Plura ad hoc experientia diuersarum rerum habet idem. lib. xxj. cap. iij. & sequen. de ciuitate dei. Et Guilielmus Parisien. ubi supra parte prima partis primæ. de uniuerso iuxta finem. Nec est in causa cessatio motus cœli, ut dicitur. Præterea arguit August. ut supra cap. iij. Si corpora faciunt, ut animæ doleant, & tamen sunt immortales, nec possunt eis inferre mortem, sicut inferunt dolorem: cur nõ similiter ignis potest inferre corporibus læsionem, & dolorem, & tamen nullam corruptionem? Deo sic ordinante pro malorum perpetua punitione: ut sicut id uinculũ corporis, & animæ post resurrectionem nunquam dissoluetur, nec temporis longitudine destruetur, ita nullo dolore rumpatur. ¶ Tertia conclusio. Est probabile credit, qd ignis infernalis ager mediat, uel immediate in damnatorũ corpora post resurrectionem actione gemi-

Cõcl. 3.
Est pba
bile cre

na, reali. s. & intentionali, seu naturæ, & animæ: & non tantum reali, nec tantum intentionali seclusa reali actione. Persuaderi potest hæc conclusio. Intentionalis, uel animæ negari non potest, ut patet ex definitione doloris. Nec datur ratio ad negandum realem, & secundum esse naturæ. Et potest deus coagere igni ad inducendum naturaliter calorem realem in corpus, qui ipsum realiter transmutat, & non corrumpit. Sic enim dicere nos compellit: quia in inferno non est redemptio. Secus de sola intentionali actione sine reali ad causandum dolorem. De reali, qd agat in damnatos realiter actione naturæ, & reali: & qd patiantur passione naturæ, & reali: August. lib. xxj. de ciuitate dei. usq; ad cap. xj. Inaniter enim, & fallaciter argueret contra negates huiusmodi cruciatum perpetuum: qd ardeat sine detrimento, & doleant sine interitu, nisi uellet dicta sua intelligi de reali cruciatu. Et realis sine intentionali nõ sufficit. Et ita propterea inaniter argueret contra infideles, diuinam potentiam in hoc negantes. Sed qd realis sine intentionali non sufficit ad causandum dolorem, saltem secundum cursum naturæ nobis solitum, patet ex definitione doloris, quæ est assensio potentie sensitiuæ, & resilitio ab eius passione. Sed potentia sensitiua nõ dicit solum alteram partem cõpositi: sed compositum &c. Nec constat huiusmodi resilitio nem unquam factam esse pro statu uig huius sine reali immutatione comitante intentionali: siue dicatur dolorem causari ex sensatione siue obiecto sensato interiori, uel exteriori sensatione. Et tunc forte stat uis quid nominis termini actio realis, & intentionalis. Hic enim ab actione intentionali dolor signitur, dum ad eius positionem respectu obiecti sensati aliquid læsuum in homine produciatur non productione uniuoca, sicut calor generat calorem. Et ista secundum aliquos forte non dicitur realis: quia non uniuoca, sed æquiuoca. Tamen si intentionalem uere sequatur, & comiteretur realis actio in homine: quia realiter læditur: & sine qua non læderetur dolorosẽ. Exemplum de

ditu, & ignis infernalis ager mediat in dãnatorum corpora post resurrectionem.

Solo horrore pœnæ ferè se re ho- mo moritur.

homine pro malefactis trucidando ultimo supplicio, qui quãdoq; solo horrore pœnæ ferè moritur &c. Hinc quidã notificant dolorem, post August. q; est læsio animæ in carne uel ex carne proueniens. Pars pro toto ponitur: quia compositum in carne lædit, & ex eius læsione dolet: ut dolere distinguitur contra tritari. At tamen loquendo de statu futuro, potest deus uti creatura, sicut uult. Siquidem secandum August. xxj. lib. de ciuitate dei capit. viij. Deus, qui ante peccatum naturam humanam instituit, ut posset non mori, potest etiam eam post peccatũ instituire, ut perpetuè uitam tenere non possit. Sic ergo aliter quã nobis nota est, instituetur in resurrectione mortuorum: & possunt se res tunc aliter habere, quã nobis innotuerit. Dicimus enim portenta esse contra naturam: sed non sunt: licet sint contra nobis notam naturam. Exemplificat de stella Veneris, quæ in morte cuiusdam regis colorem imaginem, & figuram mutauit. Verum astrologus diceret eam tunc in illo prospectu, & situ apparuisse maiorem ex tali dispositione cæli. Potest ergo dici non esse contrarium naturæ, q; ignis realiter ledat, & dolorificet corpora, sed non consumat, uel annihilado corrupat. q; Notat Palud. hic, q; non est erroneũ dicere: deũ esse causam immediatam omnis effectus, dantem esse, & uiuere: & creaturam solũ causam sine qua non. Præterea in secundo coll. dist. iij. quæst. ij. patuit, q; negando species quandoq; aliquid ponitur, uel relinquatur in organo sensus exterioris: quod nec est sensatio, nec actus sentiendi, nec obiecti sensationis, nec principium, nec species: unde organum debilitatur, uel destruitur, aut uidens excæcatur &c. Possunt ergo sensibilia, & sensata quandoq; causare tristitiã sine immutatione reali: sed non dolorem nisi corpus immutetur realiter mediate, & immediate per æstimationem ad minus, uel imaginatiuam &c. Nonne dici posset, si cut ira est ebullitio sanguinis circa cor causaliter: ira fortis imaginatio, odium, ira, superbia, inuidia, immutant, & corpus, & animam? Item apprehensio ali-

Deũ esse causam immediatam omnis effectus non est erroneũ dicere.

cuius ut contrarij, & inimici &c. Sic inderè est inuidia squalentes pallore affici, quasi sint semimortui: unde claret sæpe gigni dolorem usq; ad mortem. Sed huiusmodi intentionalem immutationem comitatur realis, ut patet intuenti huiusmodi passionatos homines. Non uidetur itaq; posse stare de lege communi, q; actio realis non sit necessaria ad causandum dolorem, saltem comitans, uel præcedens intentionalem. Quodq; apud dānatos sit sola intentionalis passio. ibi n. est causa actiua, & susceptiuum utriusq; actionis. Nec impedit cessatio motus celi. ut infra dist. xlvij. Nec sic fieri est contrarium naturæ, sed consonum: & intelligitur facile, nec multiplicat miracula, & creditũ &c. secundũ Aug. ut supra. Nec impedit, quod dicunt, Sensibilia proportionata delectant, improporionata offendunt: dato q; non immutent realiter ut colores, & soni. Nam tristitia proprie potest causari ex omnibus ijs, quæ nobis no- lentibus accidunt. Dolor uerò sensibilis non nisi ex carne læsa per immutatione realem. Nec obest quod cõmuniter allegatur: Excel lens sensibile excæcat solum. Ratio tãta est in secundo. dist. iij. q. ij. Hoc enim est propter qualitatem productam ab obiecto. &c. læsiuam comitantem illam actionem intentionalem. Immo ipsemet Scot. qui dicit intentionale sufficere loquitur conditionaliter, ut patuit notabili. vj. dicens. Tamen si sine illa actione reali comitante adhuc esset in conueniens sensui, causaret dolorẽ. Sed hoc non est euidenter notum: nec exemplum eius est ad propositum. Nam actio realis dolorosa, quandoq; uincit, & extinguit intentionalem totaliter: ita q; caro nimis frige facta, uel calefacta non percipit differentias tangibiles. Sicut si pedes frige facti ponuntur in aquam calidam, abstrahitur pellis, & absuntur non percipientes homine: quia sensus actus læsus est. Potest ergo dici ad Scotum, q; loquitur opinatiue sequendo antiquos: qui dicebant cessante motu celi, cessare actionem realem. quod potest cõcedi, ut est de actione corruptiua, & generatiua, sed nõ læsiua, & alterati-

Excel lens sensibile excæcat solum.

ua solum. Est enim lædi quandoq; solũ alterari, aut deinde corruptiuũ ante oẽm corruptionem, quæ est status illius, & præteriti ordinatiũ. generatio uerò, & corruptio sunt p̄sentis status, & nõ futuræ uirtutis. Itẽ secũdũ statũ alterius uirtutis nobis incognitũ cum ignis est instrumentũ diuinæ iustitiæ, qui eo utetur, ut uult per ipsum causando unum effectum, & non aliũ &c. Aut ex more antiquorum nomine dolor uirtutis pro tristitia. Ad hanc. n. sufficit intentionalis. Nec ualeat hic obijcere de beatis, quibus nullum sensibile est pro tunc disconueniens, nec læsiuum. & q; illi nõ immutantur actione reali ab infernali igne est diuina uirtute, & ex impossibilitate dote. Percipiunt quidem sensibilia citra læsionẽ, secundum scientiam, sed non secundũ læsiuam experientiam: secundo de ciuitate dei. cap. xxij. Vbi etiã Augustinus uidetur uelle, q; ignis uiuacissimus erit in corpore, & uermis in anima; licet aliqui utrũq; ad corpus referat. Plus placent ei, q; ignis ad corpus referatur, & uermis tropice ad animam. q; Quarta cõclusio. Sequitur per modũ corollarij ex nũc dictis. Quia in inferno erit in damnatis hominibus causa actiua sufficiens, & susceptiuum utriusq; actionis realis, & intentionalis siue naturæ, & animæ: ideo uideatur probabilius: ac canonicæ scripturæ: patrumq; , ac sanctorum dictis conformius humanæ capacitati facilius ponere utrũq; passionem in dānatis. Prima pars est Scot. ut supra notabili. vj. & ueritatis, quæ maxime est auctoritatis. De ueritate scripturæ canonicæ pro secunda parte est Psal. Pones eos ut clibanum ignis in tempore uultus tui. Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Vbi Greg. xv. Moralium. s. v. dicit prophetam sic locutum, ut ostendat eos arduos interius, & exterius. Ad idem August. secundo de ciuitate dei. capit. xxij. Hoc deniq; multi textus scripturæ ad corticem literæ dicunt. Cætera parent. q; Quinta conclusio. Ignis infernalis affligit animam damnatam separatam actione animæ, & intentionali, uel obiectiue non reali: causando scilicet in ea sui inuasiuam, uel abstractiuam noti-

Cõcl. 4

Cõcl. 5. Ignis infernalis affligit animam

tiam summe nolitam, & per consequens damnationem. Ock. am. j. quor. quæstio. tã separatam. Prima pars habetur in euãgelio de diuite. Lu. xvj. Crucior in hac flamma. actioe. Nomen crucior sumitur pro affligor, cũ animæ, & intentionali. anima nondum fuit unita corpori: quia nondum resurrexit. Ad idem August. de ciuitate dei. cap. ix. & x. Secunda pars de modo cruciatus: quia anima non est capax doloris: secundum prædicta sed tristitiæ, est. Si dicitur: corpus non agit in spiritum: puto difficile posse probari, quin & corpus uerè agere possit in spiritum ipsum obiectiue immutando: & sic effectiue affligendo: licet non realiter immutet ipsam, secundum prædicta: sed solum intentionaliter ut instrumentum ultionis diuinæ. Tertia pars sic ostendi potest. Ignis, una cum apprehensione sui ut noliti causat in anima damnati tristitiam, cum est obiectum nolitum a uoluntate. Nolitum dico dupliciter: & ut detinens ipsum localiter, & ut immutans uitaliter. Vel ut alij loquuntur, ignis detinet spiritum definitiue, & immutat obiectiue. odit enim determinationem actiuam, & effectiuam dei: & suam passiuam a deo. immo plus odit, quã formalem detentionem ignis, & instrumentalem. Vellet ergo non detineri in igne tanquam in carcere, sed uti sua libertate qua indifferens est ex natura ad omnem locum. Nec uult ad intensam, & perpetuam considerationem ignis, sic in carcerantis obiecti a deo effectiue contra suã uoluntatem determinari: sed uult quod eunq; obiectum pro libertate suæ naturæ, & commoditate considerare, & animaduertere. Hanc autem nolitionem intedit superbia: qua ut creatura dignior non uult subijci uiliori. Consummat inuidia, quoad deum: ratione cuius nollet ex diuina sententia sic detineri, & determinari. Cum itaque intensissime nult illam determinationem, ac detentionem effectiuam sententiæ diuinæ, & nihilominus accidit cõtra suum beneplacitum. sequitur ex hoc intrinseca tristitia, quæ nõ paruum malum est, secundũ Aug. xiiij. super Gen. c. xxxij. q; Si dicitur, ignis nõ detinet animã effectiue, nec localiter, nec

ut immutans uitaliter, sed solus deus: ergo nō est uerum, q̄ ignis cruciet animas. Præterea. si tristitia formaliter puniens causatur a nolitione: cū omnis actus uoluntatis postet illam nolitionem abijcere, aut eam non producere, & sic nō tristari: per consequens a pœna liberari. ¶ Respondetur, concedendo, q̄ ignis non detinet animam effectiue, sed detinet, ut locus recipit locatum: neq; ut obiectum effectiue, sed deus. Non sequitur ex hoc, q̄ nō cruciet effectiue. Nam illa detentio animæ in igne est effectiue a deo determinate animam ad locum illum definitiuentem. Sic & determinatio formalis est effectiue a deo: quia determinatur ad considerationem, & intuitionem ignis: nec uult deus ei concurrere ad considerationem cuiuscūq; alterius non punientis, quo minus attentē consideret ignem, ut instrumentum sententiæ diuinæ. Et ideo ignis actiue cruciat: licet non actiue detineat, ut determinet, sed deus ipse. Et uidetur idem dicendum, si anima, uel spiritus detinetur nolens in loco amœno, & suauiter contra suam uoluntatem, aut animum inflatum, & superbum, secus si uolens. Sic enim non esset materiæ tristitiæ: quia locus propriè non perfecit animam. ¶ Ad secundum uidetur aliquibus non esse ab re dicere, q̄ ista tristitia a solo deo producitur, & conseruatur: & ideo animæ non potest eam a se remouere, uel impedire. sicut dicunt aliqui respectu actus beatifici animam se habere passiuè, non actiue. Et tunc facile diceretur ad aliud, q̄ illa nolitio, & per consequens tristitia nō est in potestate uoluntatis animæ separatæ, sed a deo conseruatur, & producitur tantæ intensiōis prout delictum eius exigit, & requirit ratio dignā punitionem pro demerito culpæ. Et esto, q̄ ab ipsa anima producatur liberè, non tamen liberè continuatur, sed a solo deo immediate conseruatur. Esto insuper, q̄ liberè causetur ab anima, attamen deus præuidens omnia antequam fiant, uult non concurrere effectiue ipsi animæ, dum uellet sese liberare ab illa nolitione, & tristitia. Itē obiectum tristabile, etiam est causa tristitiæ, & non sola uoluntas: ideo non est in eius potestate tristari, uel non tristari: nec uoluntas est libera quantum ad omnia in ipso producta. potest enim deus se solo in anima producere actum uoluntatis: quo sic a deo productio anima liberè, & non coactè per ipsum tendit in obiectum, ac si ipsamet produxisset actū. Ex plium de oculo miraculose dato alicui, p quem naturaliter uidet. Videat lector an non ita factum fuerit in Paulo conuertēdo: & forte in alijs ex sola diuina clemētia. Quia si deus sic producat in anima actum aliquem, puta in uoluntate: iā uoluntas necessariō necessitate immutantis tenderet in obiectum per illum actum; sed non necessariō id est coactè, aut uolentē: quia non contra suam naturalem inclinationem. Capax enim est cuiuscūq; actus positiui. Præterea esto: q̄ deus producat hanc nolitionem, & tristitiam, potest ignis concurrere ut instrumentū obiectale diuinæ iustitiæ. Est etiam ibi, sed non ad solatium, uicissitudo pessimi peccatorum pro demerito culpæ. Posset etiā salua sententia maiorum dici: q̄ simul patientur animæ coniunctæ corpori realiter, & intentionaliter secundum corpus, & animam a qualitatibus actiuis contrarijs. Quia intentiones id est talium præhēsiōes, & qualitates naturales nō sunt contrariæ. Nec etiā implicat qualitates contrarias esse simul in eodē subiecto: licet implicet propositiones contrarias esse simul ueras. ¶ Et breuiter secundum numerum nolitorum numerus ponitur tristitiarum. Nolunt enim summè carentiam beatitudinis tanquam summū delectabile bonum commodum, & utiile. Nolunt carentiam gratiæ ut summū bonum honestum. Nolunt demerita propria: quia demeritoria pœnæ, non ut offensam dei, Nolunt detentionem ignis locantis eos definitiue: quia per hoc impeditur uirtus motiua pro suo beneplacito. Nolunt ignis conspectū eos immanitatis uitaliter, & obiectiue tanquam impedimentum suæ cognitionis, & ut instrumentum diuinæ sententiæ eos detinentis, & determinantis effectiue. Tristitia, quæ comitatur huiusmodi nolle diuersa

diuersa est, & multifarie cruciat. Tristitia comitans primum nolle, potest dici pœna absorptiua. Ex quo enim homo naturaliter uult beatitudinem, & caret ea, scit quoq; se eam habiturum nūquā propter peccatū suum, quod liberè in deum commisit, eum contemnendo, & in peccato finaliter manendo, penitus absorbetur in tristitia. Et de hac puro intelligēdum dictum Chrysolto mi supra allegatū. Excludi a bonis æternis tātum generat cruciatum: ut si nulla extrinsecus pœna torqueat, hæc sola sufficeret. Secundi nolle tristitia rectè dici potest obstinationis pœna. Patet: quia damnatus profus mortuus est ad omne opus bonum saltem meritorium, & in peccatis obstinatus perpetua gratiæ desertione. Tertium nolle comitans tristitiam potest nominari uermis pœna. Patet. Semper enim conscientia remordet de peccato commisso amore sui ipsius inordinato, & bono neglecto. De illis duabus pœnis potest intelligi illud August. de fide ad Petrum, In inferno etsi spiritus erit pœnitudinis: non tamen correptio uoluntatis. Ut spiritus pœnitudinis intelligitur uermis pœna: Nō correptio uoluntatis, pœna obstinationis. Quartum nolle habet tristitiā, quā dicere licet incarcerationis pœnā. Detinetur enim a deo præcisè effectiue, & ex diuina determinatione in igne localiter definitiue: quasi reclusi in carcere. De hoc Greg. iij. Dialogorum. Si uiuentis hominis spiritus detinetur in corpore: cur non post mortem incorporeus spiritus detinetur in igne. Idem habet August. xxj. de ciuitate dei: præsertim cap. x. Ad nolle aliud sequitur tristitia, quæ dici potest excæcationis pœna. Nā ex determinatione effectiua ad intuentū continue ignem summè nolitū, siue aliud obiectum a deo eis propositi, quodāmodo excæcatur respectu aliorum cognoscibilium. Sic dicit Hieronymus. Tanta est in inferno uis doloris, q̄ mens ad aliud dirigi nō potest: nisi ad quod uis doloris impellit. ¶ Corollarium. Animæ damnatorum odiunt suam detentionem nō ut suis naturis disconuenientem præcisè. Nam sicut non habent naturalem con-

Reclusa bonis æternis tātum generat cruciatum: ut si nulla extrinsecus pœna torqueat.

H Secūdi numeri nolitorum numerus ponitur tristitiarum.

Coroll. Animæ damnatorum odiunt

uenientiam cum loco aliquo qui sit ipso rum saluarius, cum sint spiritus, ita non habent naturalem disconuenientiam cū quacunq; loco, propter quam detineri ab eo sit eis pœnale, & disconueniens. Sed odiunt ex inclinatione praua affectionis commodi, secundum quam appetunt liberum pœnæ suæ motum. Ut sicut ipsorum natura indifferēs est ad omnem locum: ita appetunt se posse facere præsentēs cuiuscūq; loco ad libitum, & suā intelligentiam ad aliud placens conuertere, & delectare potens. Et cum sit oppositum illi, quod uolunt intensissime, oritur in eis tristitia intensa, uel forte a Deo pro demerito culpæ producitur, & conseruatur, ut supra. ¶ Quantum ad articulum tertium contra primam conclusionem dicentem, corpora damnatorum pati in inferno. Nullum incorruptibile est passibile passione propriè dicta. Damnati erunt incorruptibiles. Apocaly. ix. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: et ego non patientur passione propriè dicta. Maior est Phil. vj. Top. Passio magis facta abijcit a substantia, & tandem inducit corruptiōnem. ¶ Præterea in essentialiter ordinatis cessante primo cessat secundum, & esse posterius. ij. Metaphysicæ. Sed motus cæli est ordine essentiali prior omnibus motibus, & actionibus inferiorum. Immo causa, & principium omnis realis actionis. Post iudicium uero cessabit motus cæli. iuxta id Apocal. x. Tempus amplius non erit: nec per eō sequens motus. ¶ Ad primum, ad maiorem. Esto q̄ uera sit: corpora damnatorum non sunt naturaliter incorruptibilia: sed ordinatione diuina, & pro statu illo. Ideo non cogit maior. Ad philosophum dicendum, q̄ loquitur naturaliter secundum communem ac nobis conuertentem cursum naturæ, & rebus dimissis suis naturis. Deus uerò concurreret ad punitionem ignis, & ad non corruptiōnem, ut supra ostensum fuit. ¶ Ad aliud: concessā maiore ut infra. dist. xlvij. negetur minor, ut supra de dote agilitatis: quia motus cæli non est per se principium realis actionis: nec dependent

suā detentione.

Artic. 3. Dub. 1. I Contra primam corpora damnatorum pati in inferno.

alij motus, uel actiones essentialiter a motu cæli. Nam ratio nihil facit ad generationem nisi qd adducit generas quod aliquid habeat principium agendi nõ im peditum equè perfectum ut prius, & passum æquè dispositum, & approximatum ut prius, & non possit nunc ut prius agere in ipsam. Sed cessante motu cæli ignis manebit calidus, ut nunc: & stupæ manebit susceptiva ignis, ergo &c. Item primitas motus cælestis ad alios motus non est primitas causæ, uel actus, a quo aliæ dependēt essentialiter: sed est primitas cuiusdam perfectionis in quibusdam conditionibus motus, quæ sunt regularitas, & uelocitas. De hoc infra. dist. xlvij. quest. ij. Refert Holcot sup Sapiē. lec. clxxxix. qd olim fuit ita determinatū Parisijs dicere. Cessante motu cæli: si ignis esset iuxta stupam, non combureret eā. Error. Sed Ioann. xxij. illum articulum retractauit: inquantū facit contra dictū Sanct. Thom. Sed cum reuerentia. Non ideo quia contrarium Sanct. Thom. fuit retractandum: sed quia contrarium ueritati. Et quomodo saluabimus bellum Iosue. cap. x. in quo tempore, secundum August. in de mirabilibus scripturæ lib. ij. c. iiij. Sol stetit, & luna: immo non solū stetit luna: sed etiam crementi, uel decementi sui consuetudinem agere nõ potuit: ergo & cælum stetit. Nonne quis tunc rotam figuli mouere potuisset? Et secundū August. xi. confess. cap. xxij. si starent cæli luminaria posset moueri rota figuli, & esse tempus. ut supra de dote agilitatis. questio. ij. Ad dictū Apocaly. cap. x. supra habetur de dote agilitatis. Aget. n. tunc ignis in damnatos realiter, corpora eorum alterando secundum unam opinionem citra corruptionem, ut instrumentum diuinæ iustitiæ. Et si dicitur quomodo ignis ponitur instrumentum diuinæ iustitiæ? Respondetur: quia utitur eo deus in genere causæ efficientis prout uoluerit, uel ut realiter solum agat, uel intentionaliter solum: uel ut igniat, & corrumpat, uel ut igniat, & non corrumpat &c. Item ut detineat ministerialiter, & uitaliter immutet actione intentionaliter: quod deus principaliter effectiue uult ibi esse

&c. Et per hoc cessant dicta aliquorum, dicentium, qd omne instrumentum præter actionem naturalem habet uirtutem aliam ab agente principali. Quod ad litteram nõ est uerum: sed in modo iam dicto, uel consimili. Et secus est de agente illimitato, & principali, & artificiali &c. Nõ enim in dolabra est noua forma influxa ab agente principali: si nec in alijs instrumentis. Quia secundum Durand. quest. xj. forma cuiuscūq; artificiatu non est nisi determinatus ordo partium: qui potest fieri per solum motum localem diuisionis, uel incisionis: prout competit tali dispositioni. Hæc ille. ¶ Secundum dubium. Si dānati cremantur ab igne, & ignis est agens naturale non uoluntarium: ergo uniformiter ager in dānatos: & ita æqualiter pena omnium. Nisi alicuius cōplexio sit plus, uel minus dolorosa. Per consequens naturalia impedient diuinam executionem. Item quū ignis æqualiter detinet omnes spiritus, & animas: ergo omnes æqualiter cruciat. cōtra August. xxj. de ciuitate cap. xvj. cum inquit. Nequaquam negandum est etiā ipsum æternum ignē pro diuersitate meritorum, quamuis malorum, alijs fore leuiorem, alijs futurum esse grauiorē: siue ipsius uis, atq; ardor, pro digna pœna cuiuscūq; uarietur: siue æqualiter ardeat sed non æquali molestia sentiat. ¶ Ad primum. multipliciter ignis dicitur agere in damnatos: quoad corpus, uel quoad animam. Quoad corpus dicitur communiter causare dolorem intensum. Quo ad animam, tristitiam effectiue. Verum quomodo saluari posset inæqualitas doloris dubium est, cum ignis est agens non uoluntarium. Si dicitur cum Fran. Maro. super Aug. ibidem, qd illa inæqualitas est ex diuina uoluntate istam tristitiā insigēte: aut qd per ministeriū ignis Deus producit, & exaggerat in eis dolorem tantum, quantum exigit diuina sententia p culpa (quemadmodum tenet Thom. parte ij. quest. xlvj. Artic. vj. de Christo, qui ex quo uoluntarie passus est ad liberandum homines iuste: & non potentia solū: ideo tantam quantitatem doloris assumpsit, quæ esset proportionata magnitudi-

ni fructus, qui inde sequebatur: & non solum attēdit quātam uirtutem dolor eius haberet ex infinitate suppositi patientis: sed etiam quantum dolor eius sufficeret secundum naturam humanam ad tātam satisfactionem) Si sic dicitur in proposito, plana est solutio, & consona August. Tamen deus nullius creaturæ ministerio egeat in genere causæ efficientis, sed potest per se quod potest per creaturam efficienter. Sic enim dicitur deus producere dolorem condignum culpæ, & respectu eius damnatus se habet passiuē, ignis uero cruciat ministerialiter correspondēter ad culpam. Cum subiūgitur, qd ignis æqualiter detinet &c. uerum est quātum ad formalem detentionem, puta locum illum, in quo determinatur effectiue a deo ad manendum ibi. Tamen nolitio sequens non est æqualis in omnibus pro inæqualitate culpæ, & superbiæ damnatorum: per cōsequens nec tristitia erit æqualis. Nec id nolle est in eorum potestate, ut supra concl. v. & Scot. q. ij. Et sic dicitur multa facile possunt saluari. Valer ad idem dictū Sapien. xix. Ut quæ deerant tormentis repleret punitio. Pariformiter dicitur de tristitia. ¶ Tertium dubium contra partem. iij. conclusionis, qd ignis ager intentionaliter in dānatorum corpora. Passio dolorosa non fit nisi cum abiectione contrarij. Intentionalis actio, ut passio nihil abijcit: sed potius ponit aliquid conueniens potentia: quia receptio intentionalis est perfectio potentia: ergo per talem afflictionē damnati non uere patiuntur, nec uere dolent: ergo frustra ponitur. Item ubi est causa communis, erit & communis effectus: & causi eadem eundem producit effectum. Cum autem beati etiam habent, uel habere possunt omnium sensibilium differentias: ergo si ignis immutat damnatos afflictiue, pariformiter immutaret beatos in inferno positos, non obstantē dolore impassibilitatis. Alioquin beati minorem haberent cognitionem sensibilem, quā damnati. Si ergo damnatos affligit: ergo & beatos. Præterea illa apprehensio sensitua, & iudicatura damnatorum, uel est uera, uel falsa, de igne infer-

nali: ñputa uel iudicabunt eum uere læsuum, uel non uere læsuum. Si uere læsuum, falsum est iudicium. Et queritur de causâ effectiua, unde causat: & a quo tale iudicium. Ex consequenti non uere leduntur, sed solum estimatiue, & falso iudicio, & ita erit fraus dicere de pœna magna damnatorum. Item damnati nõ deficient in naturalibus: sed secundum opinionem multorum perficientur. Et ita non oportet attribuire falsum iudicium defectui nature. Si autem iudicium eorum uerum est, ergo uere erit læsum, etsi non corruptum, & ita realiter ager in damnatos. ¶ Præterea uideretur: qd nullum sensibile cuiuscūq; sensus dari possit, quod sensui inferat dolorem, quin immutet ipsum realiter saltem comitanter. De sensu tactus puto esse manifestū: olfactus, & tactus similiter. de risu patuit supra. in secundo. dist. iiij. quest. ij. quemadmodum aliquod producitur in potentia post uisionem obiecti læsiui: quod tamen non est species uisibilis. &c. De auditu, & sonitu forte idem dicendum. Item secundum illam opinionem oportet plurificare miracula circa damnatos: quod tamen ipsi horrent. Probatur: quia oportet in primis suspendere actiuum naturale, puta ignem, ne agat in suum susceptiuum naturale debite approximatū, & non impeditum puta corpus. Item opus est dicere: qd possit in aliquo esse dolor si ne quacunq; alia læsione, uel alteratione carnis. Item qd damnatus sentiat ignē, & ab igne non comburatur, nec calefiat, & similia multa. Dicere. n. oportet secundū illos, qd ignis nõ alteret, nec realiter calefiat corpora damnatorum: & tamē qd sentiant ignem cum dolore intenso. Dolor autem non est nisi in composito ex anima sensitua, & corpore, & in appetitu sensitiuo. Argumenta illa potissimū uadunt contra eos qui dicunt passionem intentionalem siue animæ (ut aiunt) sufficere ad dolorem corporis damnatorum: ita qd uere patiantur passionem intentionalem non reali, secundum Sanct. Thom. qua aliquid transmutatur a sua naturali dispositione. Unde non calefient ab igne, sed solum intentionaliter immutabuntur re-

Dub. x.
K
Si dānati cremantur ab igne, & ignis est agens naturale non uoluntarium: ergo uniformiter ager in damnatos.

Dub. 3.
L
Quod ignis ager intentionaliter in dānatorum corpora

cipiendo eius similitudinem : & quia apprehendunt eum, ut nocivum, ideo affliguntur. Verum conclusio utrâq; composuit passionem, & actionem in damnatis dolentibus secundum corpus. Et hic arguitur qd intentionalis non sit ponenda pro maiore opinionis illius explicatio-ne, si placeat eam tenere. Volens itaq; tenere opinionem, qd damnatorum corpora habebunt solum passionem intentionalem post iudicium, potest respondere ad rationes noviter tactas. ¶ Ad primam negando quantum est ex parte potentie diuinæ maiorem quamuis concedi posset secundum communem cursum nature, quantum est de se, & ex se. Nam potest aliquis effectus habere causam mediata, & immediatam : & si manet immediata causa, & remouet causa remota, uel mediata, adhuc ponitur effectus, sed non eodem modo sicut poneretur posita causa prima, & respectu illius effectus mediata.

Luna recipit lumen a sole, destructo Sole, luna illuminat aerem.

Exemplum, luna recipit lumen a sole destructo sole per possibile, uel impossibile uel eclipsato sole, & salua luce lunæ, luna illuminat aerem, ignis causat calorem, & per calorem sensationem, per sensationem dolorem. Posita ergo sensatione ignis, & sublato calore: adhuc sequitur dolor. Sol illuminat: illuminando calefacit: calefaciendo generat. Si ergo in casu sole non illuminat profundum terre: quia (ut dicitur) opacum non est illuminabile: & tamen calefacit: generat nihilominus mineram in intemis terre. Ita in proposito (diceret illi) calor ignis, qui solet calefaciendo sensum immutare, & per hoc cum excessiuis est appetitibus potentie dolore inferre, si per diuinam potentiam suspenditur a calefaciendo, ita qd non calefacit, & tamen immutat sensum, & qualiter affligit illud, quod immutat intentionaliter, ac si calefaceret ipsum. Afflictio.n. uidetur immediate causari a sensatione, & a causa immediata, uel ab obiecto sensato ut tali: & non a calefactione: ideo potest ille secundus effectus poni posita sua causa immediata, f. sensatione: & non primus puta calefieri. Non enim uidetur conceptibile: quædammodum appetitus sensitivus possit mo-

ueri ab obiecto sensato, non posita eius sensatione: immo uidetur esse contra rationem doloris: & ideo sensatio uidetur præcise esse causa doloris: quia ea non posita omnibus alijs positis non ponitur dolor. Hinc, ut uidetur obiecti disconuenientis apprehensio sensitua est causa immediata dolorificationis potentie appetitiuæ. Sed qd deus possit facere sensationem ignis, sine eius calefactione ostendunt sic. Quia ignis ordine quodam se habet in genere cause efficientis respectu utriusq;: ergo unus effectus potest a deo impediiri sine alio. Sic secundum aliam opinionem ponitur ignis calefactio sine calefacti corruptione. Sicut ergo stante tali, uel tali dispositione terre, sol calefacit, & non illuminat: calefaciendo generat: ita uirtute diuina potest impediiri primus effectus ignis circa damnatos, qui est calefacere: & non secundus, qui est sensum immutare: ex consequente nec tertius, qui est dolor appetitus. Quamuis ergo secundum eos, secundum communem cursum nature dolor sensibilis esse non possit sine læsione carnis, læsione inquam reali: sed tamen ordinatione, & uirtute diuina. Cum subiungitur: qd actio intentionalis aliquod potest conueniens potentie: Dicendum, qd operatio intentionalis proportionata respectu obiecti conuenientis, & delectabilis conueniens est potentie: impropor-tionata uero non est delectabilis: qualis est sensatio obiecti excellentis, & impropor-tionata. Nec mirum: quoniam operatio non est delectabilis nisi circa obiectum delectabile. In proposito uero obiectum, ut sic, id est ut sensatum, est disconueniens: ideo contritari, uel dolorem inferens. Immo est ex natura disconueniens appetitui sensituo: quia ipsamet, uel comitans ipsum est de se nature læsiuum, & corruptiuum: & dato, qd istud comitans quandoq; non comiteretur, semper tamen manet disconuenientia prima realis, & naturalis, manente obiecto ut tali: id est sensato. Ut in proposito: esto qd non comiteretur immoderata calefactio: manet tñ disconuenientia obiecti sensati calefacere habentis, & potentiam intentiona-

Dei posse se facere sensatione ignis sine eius calefactione ostendit.

ter solum transmutantis. Cum ergo dicitur receptio intentionalis, & perfectio potentie, uerum est, si fuerit obiecti proportionati, & conuenientis: Notanter uero obiectum, dñi potentia fertur in ipsum apprehensiuè &c. ¶ Ad aliud, ubi è comunis causa erit comunis effectus: esto, qd sit ita, cù cætera sunt paria, & ubi nullum est impedimentū, uel dispositio contraria impediens actionem unius, & non alterius: tamen in proposito, sicut ignis combussit olim Chaldaeos, & non pueros contritauit Chaldaeos, lætificauit pueros: licet ignis eiusdem rationis, & susceptiuum caloris hinc, & hinc: ita ignis non calefacit damnatos in inferno, nec beatos secundum illam opinionem: aut calefacit damnatos, non beatos: infert tristitiam illis, & non istis: tamen immutat intentionaliter: quia quo ad illos apprehenditur, ut læsiuum noluit: non sic in alijs. Vnde beatus etiam transmutaretur ab igne sicut damnatus: cæteris paribus, si esset in igne infernali. Quia autem in eo non sequitur dolor, causa est: quia beati habent dotem impassibilitatis, non sic damnati. Hæc imaginatio pulchra est, & conformis actiuitati ignis citra corruptionem: & est possibile: qd deus ita posset eos cruciare ad præsentionem obiecti, & concurrere ad productionem unius effectus non alterius: sed factum non claret. ¶ Ad aliud, nō propter diuersimodè apprehendere, sed diuersimodè recipere iudicatiue sensationem ignis appetitus sensitivus dolet. Beatus enim recipit sensationem uolens gaudenter, & lætenter deo sic uolente ut perfectionem potentie: damnatus uero odians, & nolens, ut afflictiuā, & punitiuam tanquā instrumentum diuinæ iustitiæ: & ideo non lædatur per hoc præcise, qd apprehendit ipsum, ut læsiuum, uel ut iudicant ipsum ignem, tanquā læsiuum: nec est in eorum potestate nō apprehendere, uel non iudicare, aut pati ignem, ut instrumentum diuinæ iustitiæ. Aliter dici potest: uterq; cognoscit ignem, qualis est, & qd est punitiuus, & calefactiuus de sui natura sibi ipsi derelictus: Immo corruptiuus. Beatus uero ex dote impassibilitatis nullatenus horret aut ti-

met ignem, sed delectatur in eo, ut in creatura dei sibi in nullo contraria ex ordinatione diuina. Damnatus timet, et exhorret ignem, ut ab eo affectione commodi summè nolitū. Nollit enim determinari a creatura uiliori ad sui considerationem præcise: ut sic libere quæ uellet concipere posset: per consequens, nec ab eo effectiue puniri ex superbia, qua tumet ut supra conclusionem quinta. Null ergo ignem, & odit: sed sic apprehensum ut iustitiæ diuinæ instrumentum. Et sic in damno ex diuina iustitia sequitur sensationem simul tempore afflictio, & dolor interior, & exterior: ad quæ sequitur apprehensio uera, ut actu lædenti instrumenti diuinæ sententiæ, a qua se excutere non possunt, sed nolentes apprehendunt cum dolore, & tristitia. & sic nō est falsum iudicium, nec actus præcedit obiectum. Sicut etiam homo prius dolet, quam percipiat iudicatiue se dolere, nō tñ prius dolet, quā percipiat materialiter id, qd est causa doloris. Nō tñ oportet: qd iudicet illud esse causam doloris, quousque experiat. Exemplum de dormiente, cui applicatur aliquod combustibile, quod statim incensum agit in dormientem, & ipsum excitat a somno cum læsione. Per hoc ad formam argumenti. apprehensio iudicatiua damnatorum uera est. & causatur a sensu, uel deo pro qualitate delicti, cum dolore conuenienti peccato illi. ¶ Ad aliud: esto quod ita sit saltem in aliquibus sensibus: non tamen ex hoc sequitur: qd omnis immutatio dolorosa, & dolorem inferens fiat per immutationem realem. Sic enim sensus corporis glorificati non perciperet calorem nisi per immutationem realem calefactiuā. Vnde notat Paludè pro defensione illius opinionis: qd omnis sensatio fit per immutationem intentionalè p se, & formaliter etiam in sensu tactus. Diceret ergo sic opinantes, qd frequenter cū immutatione intentionali comitatur ante, uel post realis: sed illa non concurret necessario ad dolorem, quia sine ea posito obiecto disconueniente, & posita immutatione intentionali, adhuc fit dolor, & non sine ea. ¶ Deo ponitur intentionalis necessaria

Exemplum de dormiente, cui applicatur aliquod combustibile, quod statim incensum agit in dormientem, & ipsum excitat a somno cum læsione. Per hoc ad formam argumenti. apprehensio iudicatiua damnatorum uera est. & causatur a sensu, uel deo pro qualitate delicti, cum dolore conuenienti peccato illi.

ad dolorem, & sufficit. Realis uero non est necessaria, ut insit, uel in eis possit dolor. ¶ Ad aliud non habet pro inconuenienti hæc opinio dicere, q̄ possit in aliquo esse dolor sine quacunq; læsione alteratiua, uel corruptiua carnis: sed non se cum dum communem cursum naturæ. Deus enim id efficere potest, ut si creditur, efficit circa damnatos. Et si ueritur an illa pro ratione possit sustineri: ita q̄ non habeat pro ratione principali cessationē motus cœli: Dicendum q̄ sic. Vnde posset dicere ad auctoritatem philosophi viij. Physic. in qua quidam se fundant: quod non fuit de mente eius: si cœlum staret ignis nullam haberet actionem in stupā, uel in aliud. Vnde a domino Stephano episcopo Parisiensi excommunicatus ille articulus, ut refert distincti. præsentis: Si cœlum staret, ignis in stupam non age ret. Sed intellectus eius est, stante cœlo esset alteratio, uel uicissitudo diuersarū alterationum prouenientium a principio generali, & naturali extrinseco. Vel secundum mentem Palude. quæstio. vj. qui refert hic unam singularem opinionem, q̄ scilicet fuerit de mente aliquorū ignem non posse uirtute diuina, quod potest uirtute naturali. Et sic dicebant stantem cœlo ignem non posse urere: quod falsum est. Sed dicere, q̄ ignis hoc non potest per naturam suam, cessante coactione diuina, non est erroneum: sicut uirgo non potest parere per naturam solam, sed uirtute diuina. Volens tenere oppositū, diceret intentionalem requiri ad dolorem simpliciter. & licet deus potest supplere uicem agentis naturalis in genere causæ efficientis. hoc tamen pro statu illo nescitur, quomodo futurum sit citra reuelationem. Et licet stante fide ponatur corporum in pœnis perpetua conseruatio, & actiuitatis ignis in ea forte suspensio: non tamen sic constat de causando dolore sola actione animæ sine reali passione, uel actione. Ideo non oportet secundum concedere sicut prima. ¶ Quartum dubium: An ignis infernalis sit corporeus, & materialis eiusdem rationis cū nostro igne: & an idē sit ignis omnium damnatorum, tam hominū, quā

Dub. 4. M an ignis inferna

spirituū. Hic respondet Duran. quæstio. ix. & post Palu. quæst. vj. Quamuis non possit cōuinci per scripturam ignē infernalē esse corporeū est tñ hoc tenendū auctoritate patrum, & sanctorum: puta Beati Aug. xxij. de ciui. dei. c. x. Et q̄ idē ignis est dæmonū, & dānatorū. Item bti Greg. iij. dialo. cap. xxx. Idem habet Holkot. lect. clxxxix. super Sapientiales & alij. Et Damasc. lib. iij. cum inquit, Non materiam qualis est apud nos. Quod notanter addit, quia non indiget fomenti appositione, ut persistere possit, sed a Deo factus est perpetuū duraturus sine alicuius extrinseco fomento: quomodo etiam corpora humana post resurrectionem dicuntur spiritualia: quia nec cibo indigent, nec potu, quasi sint spiritualia facta. Itē ignis noster est consumptiuus, & corruptiuus: ille uero potius dicitur esse conseruatiuus, & punitiuus corporum ad perpetuam pœnam, & non consumptiuus, nec defectiuus, sed stabiliter permanens, & semper crucians, ut instrumentum diuinæ iustitiæ peccatores. Fortē ad hunc sensum dixit Augusti. lib. xij. super Genes. ad literam cap. xxxij. infernorum substantiam non corporalem esse: sed spirituales. Et ante hoc dicit: quod ea, quibus animæ afficiuntur, non sunt corporalia, sed corporalibus simillima: tamen ibi uera molestia sit. Sed id ultimum Augusti dictum non facit ad propositum. Potest enim intelligi de cruciatu dæmonum, & animalium non corporum: uel q̄ nominat illum ignem spirituales, & similem corporali, quia semper manet, ut spiritus nullo extrinseco focus, & cruciat damnatos sicut corporalis suo modo. Ad idem Grego. super Iob lib. xvij. §. l. Cum sit corporeus, & in se misos corporaliter exurat: non tamen humano succenditur studio, sed creatus se mel durat inextinguibilis: succensione nō indiget, & ardore non caret. Ratione cuius potest dici spiritualis, ut supra. Durandus dicit eum esse corporalem solū, ex eo quia afflictus est corpora post resurrectionem. quæst. xj. Cum illa patrum sententia, q̄ ignis ille sit corporeus futurus: stat dictum beati Augu. lib. xx. c.

lis sit corporeus, & materialis cum nostro igne

xvj. de ciui. scilicet neminem scire nisi per reuelationem, cuiusmodi sit ille ignis, & in qua mundi, uel rerum parte futurus. Clarum enim est Christum in genere dicitur Matth. xxv. ad dæmones, & homines: Itē maledicti in ignem æternum. non in ignes diuerfos. qui paratus est diabolo, & angelis eius. Potest etiam dictū Damasc. aliter intelligi, q̄ non est materialis, qualis est apud nos. quia licet instamet ut ille, non tamen lucet, cum sint ibi tenebrę exteriores, & redit in idem cum priori dicto. ¶ Quintum dubium. quare scriptores canonici, & patres sancti obscure locuti sunt non explicando modum punitiōnis animalium, & actiōnis ignis. Respondetur, non fuit curæ sanctis de hoc multa dicere: quod noluerunt experiri. Augusti in Enchirid. capit. xcij. ait. Certa est eorum damnatio: non ergo fatigare debet hominem incerta eorum in pœnis habitudo. Desiderabunt. n. mori, & fugiet mors ab eis dolore sentient, qui nō interimet, sed affliget in perpetuum. Satis ergo fuit eis id, quod futurum est referre, non curando curiosē de modo fieri sic, uel sic deo cognito. Sic etiam fecerunt Euangelistę de factis, & passis Christi, factum fideliter referendo, & eius passionem omisso crucifixionis modo. ¶ Et si allegetur dictū beati Gregorij. iij. Dialo. c. xxx. non est clarum an respiciat corpora, uel animas damnatorum. ait enim. Teneri per ignē spiritum dicimus, ut in tormento ignis sit uidendo, atq; sentiendo. Ignem nāq; eo ipso patitur, quo uider: & quia cōcre mari se aspicit, concremasq; fit ut res corporea incorporea exurat: dicitur igne uiuibili, ardor ac dolor inuisibiliter trahitur: ut per ignem corporeum mens in corporea, etiam incorporea flamma crucietur. Hinc parum sonat de cruciatu dānatorum, quo ad corpora eorundem qualis sit, an realis, an artificialis: & ideo diuino committatur examini. ¶ Ad factum diuinitis sepulti in inferno, qui se cruciatū dicebat in flamma: facile dici potest cum Augu. lib. xxj. c. x. de ciuita. dei. & beato Grego. q̄ non habuit mēbra corporalia: quia nondum resurrexit sed est

Dub. 5. N Quare scriptores canonici obscure locuti sūt non explicando modum punitiōnis animalium.

sermo metaphoricus. Sicut spiritus sanctus dicitur digitus dextrę dei. Per flamas nobis exprimitur immensitas pœnarum correspondenter ad peccatum commissum. Facit per dictos beatus Augustus. viij. super Genes. c. v. cum inquit. Melius est dubitare de occultis, quā litigare de incertis. Illum quippe diuitem in ardore pœnarum: & illum pauperem in refrigerio gaudiorum intelligendos esse non dubito: sed quomodo intelligenda sit illa flamma inferni, ille sinus Abrahamę, illa lingua diuitis, ille digitus pauperis, illa sitis tormenta, illa stilla refrigerij, uix fortasse a manus etę quærentibus, a contentiosē autem concertantibus nunquam inuenietur. ¶ Sextum dubium. Si ignis agit in spiritum: ergo uel uirtute corporali, uel spirituali. Non corporali: quia sic oportet: agens habere proportionē cum passo. Nec spirituali: quia agens non est præstantius passo: quod tamen ut sit requiritur. Corporale uero non est præstantius spirituali: ut arguit beatus Augustus. xij. super Genes. ad literam. c. xxxij. & ibidem. Non sunt corporalia, sed corporalibus similia: quibus animæ extorta patientur. Item omne agens agit per contactum: quia corporale non tangit spirituale. Item agens intendit sibi assimilare passum &c. ¶ Dicendum, ignis agit in spiritum, ut supra patuit actione intentionali. Ad diuisionem, dicunt, q̄ non est sufficiens: quia datur participas cu utroq; agente. Secūdu Th. Argē. breuius dici potest: dicitur principale, & efficiens ipsam formalem in igne detētionē & ad locū certū determinationē est deus ratione ignis: nec obiectū aliquod ut tale aliud a deo. Ignis uero est instrumentale agēs directus a deo iuxta demerita peccatoris ergo & principale agēs est spūale & simpliciter nobilissimū. Et posset dici agēs se partim corporale, prim spūale: quia deus est principale agēs detinēs & determinas effectiue: ignis solū formaliter detinet: ut instrumentum dei. Nec sequitur, si ignis non detinet effectiue: sed tantum formaliter: ergo non cruciat effectiue animas: quia ignis ut formaliter detinens spirituum: & ut instrumentum dei ad hoc de

Dub. 6. Si ignis agit in spiritu: ergo uel uirtute corporali, uel spirituali.

terminatū, ē obiectū summe nolitū, ideo ut sic infert tristitiā causatiuē sicut obiectum nolitum ut sic: & ut obiectum uolūtū, quia de se non est disconueniens spūi. Si enim aliqs sanctorū intelligeret diuinum uelle, q̄ deberet ibi ppetuū esse, nō haberet de hoc tristitiam neq; nolitionem: qa licet sit in eo libertas naturalis, uel indifferentia ad locum, tñ in esse ibi uel p̄cise non consistit in actu eius p̄fectio naturaliter. Ideo determinatio illa quæ fieret a Deo nō esset cōtra suā naturalē inclinationē, nec cōtra suā uoluntatē. Agit ergo ignis in spū ut supra, partim spiritaliter, partim corporaliter: uerius spiritaliter, qa de⁹ detinet ipsū esse diuē: & ignis est detinens instrumentale ex ordinatione diuina determinante spiritū ad illū locum cōtra suā superbā, & inuidiosam uoluntatē Deo cōtrariā. cruciat tñ ignis effectiue. Insuper hic est p̄portio quædā agētis ad p̄sū: agētis dei p̄ demerito puniētis, & ignis instrumentaliter detinētis. Cum dicitur: agens est p̄sū passio. uerū est de agente principali, de instrumentalī nō oportet. Præterea quāuis agere in cōi nobilius sit pati in cōi: aliquod tamen pati est nobili⁹ alīquo agere. Siquidē nobilissimum agens est nobilissimum passio. s̄i tamen sensus, & intellectus esset potentie purē passiuę, nobilius esset recipere intellectione in se, quā agere obiectiue. Ad auctoritatē br̄i Aug. quā p̄bare nitit corp⁹ nōn agere in spū. Respondet Tho. Argen. q̄ intelligitur de agente naturali, q̄ innititur suis proprijs uiribus. Ignis uerō est agens instrumentale. Scotus dicit, q̄ intelligitur de agente æquiuoco, & totali seu principali. Ignis uerō nō est agens principale. Ad aliud: non sunt corporalia, sed corporalibus similia: patuit dubio quarto. Ad aliud: agens corporale agit per contractum, uerum est uirtualē, uel machinatiuum: hoc est habet uirtutem agendi in passum debite dispositū, & approximatū. Et sic agit ignis in dānatos per contactum uirtualem, quia uult deus in igne detineri dānatos: & ipsum formaliter detinentē esse obiectū nolitū. Ad aliud, agens assimilat sibi pas-

sum: non formaliter, sed uirtualiter, uel secundum q̄, quia agit in aliud: uel est obiectum nolitū, aut uolūtū. Ita potest concedi ab agente naturali, & causa efficiente maxime creata. Possit etiam negari uniuersaliter: sc̄ calor in subiecto p̄ducit calorem, in alio non producit. Nec ille auctoritates philosophi, quæ loquuntur de actiōe naturali rebus dimissis suis naturis, habent hic locum: nam principale agens detinens, & determinans effectiue est deus, & nō creatura, q̄ solū est agens instrumentale, & ut formaliter detinens, uel potius, ut retinens in se obiectiualiter id, q̄ a deo effectiue in ipso positum est. q̄ Septimū dubium, An ignis infernalis purgatorij, & ignis corporeus mundi huius sint eiusdē speciei essentialis. Vide tur, q̄ sic, ex dictis Aug. & Greg. p̄allegatis. Beatus August. dicit se ignorare, nec alicui cōstare nisi per reuelationē. li. xx. c. xvj. de ciuita. dei. & hoc plus placet. Potest tamen deus per ignem alia operari pro statu futuro, quā in hic &c. q̄ Octauū dubium: quia ex fide scimus infernū esse, ubi est. De hoc distin. sequenti, de re ceptaculis animarum. q̄ Nonūm dubiū, an eodem modo puniantur in igne corporeo anima separata, & dæmon. Durandus tenet, q̄ non. Nanq; ratio ponendi ignē esse corporeū ē, ut corpora post resurrectionē ardeāt in igne. Nā si solē anime eēt puniēde cōtra corporū resumptionē nullus poneret illū ignē esse corporeum. Cū autē demō nō habet, nec habēbit corpus, ideo solū puniē spiritaliter, & non a corpore, uel igne. Sed post resurrectionē corporum, dānatus homo punietur realiter per ignē in corpore, & hoc mōtime: quia scit se corpore arsurum, & sic aīa secundū ueritatē in corpore suo patietur post resurrectionē: dæmō non sic. Nā quemadmodum quis tristatur de p̄sensu malo, ita timet futurum malum infallibiliter futurum. Hic timor erit uel maior, uel minor secundū q̄ sciunt se pro demerito plus, uel minus arsurus. Patet hoc: quia sicut augebit gaudium beatorum, cū habebunt corporum resurrectionē in re, quā nūc habēt in sp̄: ita & p̄na dānatorū augebitur, cum habebunt

Uniuersaliter.

Dub. 7. p.

Dub. 8. q.

Dub. 9. An eodem modo puniatur in igne corporeo anima separata, & dæmon.

bunt malū in re: q̄ nunc timēt infallibiliter futurum. Secus de dæmone, cui nūquā uiuetur corpus ut forma, & pars cōpositi. Ideo eius p̄na dicitur a Durando per quandā adaptationē, & similitudinē. Concludit itaq; q̄ animæ dānatorū, q̄ corporibus reuenerunt ad p̄nam, patietur ab igne corporeo secundum ueritatem: quia ignis ante resurrectionem uerē generat in eis horrorem, & timorem mali p̄næ infallibiliter futuri cōtra corporum exustationē: nō sic dæmones corpus non habentes. Et cū homo ardet secundū corpus, & in inferno, p̄t dici, & animā esse in igne p̄pter corpus, cui uia tur: licet ignis ipsam non alteret, uel afficiat realiter. Alia ratio secundum Durand. P̄na correspondet culpæ: sed dæmon nunquam habuit delectationem carnalem, uel corporalem: ideo etiam de his, non habebit p̄nam, nec tristitiam, sed solum de amore sui ipsius inordinato, & de superbia, ac dei contemptu: ratione cuius priuatur æterna beatitudine. Unde plurimum tristatur de carentia uisionis dei, quæ est p̄na grauissima, & maior omni sensibili p̄na: sicut & delectatio, quam excludit, maxima est, cuius disti intellectus supra patuit. q̄ Dicunt qui dānam p̄nam dæmonum esse per oppositum ad gloriā angelorū, q̄ nō est de corporeo, sed de uisione b̄fica dei. Ideo illorum tristitia solū erit de carentia eiusdē. Et si angeli dicunt q̄d; risse, uel commedisce: & ita habuisse delectationē carnalem: dicunt hoc esse intelligendū non sc̄m ueritatem, sed sc̄m similitudinē. Quicqd sit de illo, beatitudo essentialiter consistit in uisione dei, & angelorum, & hominū quocunq; saluabūtur. Forte possit ad hoc adduci dictū beati August. xxj. de ciui. dei. cap. x. cum dicit corporeus erit ignis, & cruciabit corpora dānatorū, aut & hominū, & dæmonū, solida hominum, aerea dæmonum: aut tantū hominū corpora cū spiritibus. Dæmones aut spiritus sine corporibus herentes cruciantur, sumendo p̄nam, nō impertinendo corporalib⁹ ignibus uitam. Hæc ille. q̄ Cōtra istam opinionem possit dici. Tametsi habere beatificā uisionem sit habere summū,

& omne bonum: non tñ sic est de carentia tantū boni, q̄ sit summū malum. Non enim est perfectē miser, qui caret uisione dei beatifica, cum adhuc habet naturalia perfecta, & integra quo ad usum, & operationem: ut patet de pueris in limbo. Sicut ergo beatitudo consistit in perfectione naturalī, uel uisione dei, ita & dānatio in carētia utriusq;. Debēt ergo dæmones iusto dei iudicio priuari: nō solum beatitudine sup̄naturali: sed etiā naturalī, q̄ est in cōtemplatione sui, & platatione creaturæ corpalis. Coguntur subesse igni detinenti, ut instrumento de iure iustitiæ. Maxima uerō p̄na est domino elato, & superbo fieri seruū uilioris uenaculi. Item diceret quis, q̄ sit eadē p̄na animarum, spirituum, & dānatorū quantum est de se p̄cise, quia spiritalis. Anima uerō quia deliquit in corpore, patietur in corpore &c. q̄ Ad id de correspondentiā p̄næ ad culpam dicitur, q̄ non requiritur in omnibus identitas, sed secundum quantitatem culpæ sufficit esse quantitatem p̄næ. Cum autem angelus peccauit per superbiam, debuit iuste subijci creaturæ uilioris ministerio. q̄ Alia est opinio Aegidij Laren. de anima separata, & dæmone, uidelicet tenens q̄ scilicet patiuntur ab igne corporeo non secundum se, quia corpus ut sic non potest agere in spiritū: sed ut ab instrumento diuinæ iustitiæ patiuntur inquam per immissionem. Hanc opinionē Laren impugnat Palu. q. vij. ostendendo, q̄ agens principale non imprimat instrumento nouam formam aliam a sua forma naturali, nisi solum materiam localem. Ponitur exemplum de dolabra &c. Et similiter Durā. q. xj. q̄ Alia est opinio Henrici, & sequacium, q̄ scilicet spiritus separatus a corpore, & dæmon patiūtur ab igne corporeo per ueritatem: quia. s̄ uirtus diuina infundit uel spiritui separato, uel dæmoni aliquam qualitatem, seu habitum supernaturalem: ratione cuius habitus sic infusi dæmon, uel anima separata potest ab igne pati, & sine quo non potest ab igne corporeo pati. Non enim ut uidetur, potuerat illi aliquid ponere in anima, uel dæmone: ratione cuius p̄-

Opinio Aegidij

Opinio Henrici.

fit ab igne affligi. Istud uidetur mere uoluntarium. Queritur de infusio an sit corporeu, uel spirituale. Si spirituale, e par ratio ut supra, q non potest affligi ab igne corporeo. Si corporeu, uel ergo cu anima constituit unum compositu. Si no, non uidetur quomodo racione eius, cu sit uere extrinsecum animae: anima dicatur pati ab igne corporeo: Si sunt unum compositum, uel suppositum: quero, cui inheret ille habitus uel anime, uel anima est in habitu ut in subiecto. No potest dici, q habitus sit subiectum ipsius anime separate, uel demonis: quia anime est subiectu corpus sui altera pars co positu. Præ terea anima separata hoc modo non est separata. Si uero ille habitus, qui ponitur corporeum quiddam, inheret anime ut subiecto: rursus est par ratio querendi ut supra: quomodo anima potest in se recipere hoc corporale, & non caliditate ignis.

Opin. 4

¶ Quarta opinio ponit specialem modum punitionis anime separate in inferno, ut puta per retentionem potentiarum sensitiuarum. Cum enim secundum illos potentie sensitiue sint accidentia absoluta, potest deus illa accidentia absoluta separare a suo subiecto, puta a toto composito. & conseruare in anima separata. Et sic anima separata propter potentias sensitiuas retinet in ea potest pati ab igne corporeo. Hæc positio ponit plura, quæ non admittuntur &c. Et posset queri ut supra: an sic corporeale quid, an spirituale &c. ¶ Quinta opinio est, quam tangit conclusio quinta supra posita: q scilicet patiuntur ab igne corporeo spiritus separati, & demones per modum detentionis &c. Et hoc uidetur probabile secundum Duran. Post resurrectionem uero anima habebit uere dolorem in corpore resumpto: citra corruptionem: secundum August. in libello de triplici habitaculo. c. xx. ubi dicit in inferno duo esse principalia tormenta scilicet frigus interminabile, & calorem inextinguibilem. Math. xij. Ibi erit fletus & stridor dencium. Fletus nanq; & liquefactio oculorum ex calore nascitur. Stridor detiu ex frigore. Ad hoc Iob. xxij. Et ex illis dicit dependere innumera tor

In inferno duo principalia tormenta.

mentorum genera, quorum plura hic recitatur: que fere omnia sunt corporalia. Insuper dicit dolorem ibi esse sine remedio, lachrymas, suspiria, gemitus, poenam sine fine &c. Sic recitasse illas diuinationes. Et tantum de ista distinctione.

DISTINCTIO. XLV.



DE RÆ TEREA sciedum est. Supra Magister egit de corpore resurrectione, nunc de statu animarum ante corporum resurrectionem. Et primum de statu purgatorij dist. present. xlv. De hinc de statu animarum in inferno, dist. sequenti. Summarium textuale his tribus colligitur conclusionibus. ¶ Prima defunctorum animæ in charitate defuncte habentes aliquid expiabile, possunt orationibus ecclesie saluari sacrificio, ac elemosynis, dum pro eis sunt, iuari: & nonnunquam diues celerius, quam pauper de purgandorum receptaculis liberari: non autem pomposa funeris sepultura. ¶ Secunda conclusio. Mediocriter boni, qui reperitur in fine mundi, possunt per ignem transeuntem merito, & intercessione celestis ecclesie saluari. ¶ Tertia. Sancti glorificati cognoscunt supplicantium preces in uerbo, interceduntq; pro eis affectu, & merito. Extensione haru conclusionum. textus habet.

QUESTIO I.



DE CIRCA conclusionem textalem primæ hæc mouetur questio gñalis, Verum defuncti habentes adhuc aliqd poenarū luere, possunt a suis poenosis receptaculis liberari uiuorum suffragijs. Hæc questio supponit esse aiarum receptacula: que de liberatione earu. Pro parte suppositi est hæc questio, utru sint poena da, & ubi, & quot receptacula separatarum a suis corporibus animarum: aut etiã post resurrectionem resumptarum. ¶ Quantum ad articulum. primu supponitur dicta in scdo collecto. dist. ij. q. ij.

Art. 2. Not. 2.

Anima in m de ce detiu diuersa ponunt receptacula.

¶ Quo angelus sit in loco: & distin. præced. de poena sensus, & dampni. Dehinc notandum animarū decedentium a corporib⁹ suis, diuersa ponunt receptacula, & secundum Rich. quedã cōia, quedã specialia ex singulari ordinatione diuina, & non de lege cōi. Prima, & cōia receptacula sunt quatuor, q fuerunt dedicata animabus ante Christi aduentu. Tameñ Aug. alia rōne ponat solum duo extrema. in de triplici habitaculo. Et xxj. de ciui. dei. c. xxij. Aeternu. s. supplicium, & uitam æternam, siue gaudium. ex textu Matth. c. xxv. Primum receptaculum secundum eum celum locus beatorū, secundu infernus d. Primu est locus gloriæ, scdm locus poenæ. Et licet cōmunitè ponantur quatuor receptacula poenalia, tamẽ multum sunt inter se dñs, & singulorum eorum quandoq; uenit nomine infernus. Non de loco gloriæ, sed poenæ hic dicendum. Infern⁹ Primus locus poenæ ppoenarū damnatorū est, in quo est, & poena sensus, & dāni perpetua, & hunc occupant de cōi lege, qui cū peccati mortalis culpa decesserunt in finali impoenitentia. Secundus locus est poenæ tēporalis, hunc tenet purgandi, q i charitate mortui sunt, qui poenā habet, sed tēpora le sensus, & dāni, ppter aliqd expiabile, uel culpa uenialis, uel mortalis, cuius poena æterna commutata est in tēporalem ex diuina misericordia, & hominis poenitentia dimissa culpa p gratiã gratū facientē. & hæc receptacula debent pro peccō actuali. Tertius est limbus puerrorū, & usu rōnis carentiu nondū regnatōrū remedio delirio originali culpa. Hi poenā sensus nō habent, sed dampni tãrū, & ppetuā, quia non nouerūt actuale peccātū. Quia tā sunt debiores originali iustitiæ, ideo saluari non possunt, stante lege, sed semper manet in eis carentia iustitiæ originali cū debito habēdi. Quartus locus dicitur limbus patrū, in quo fuerūt sancti patres nō hñtes aliquid expiabile ante Christi mortē, ianuar apertione, ac chirographi decreti solutionē. Hi dñtaxat habuerūt poenā dāni tēporalē, & expectabāt Christi ascensionē, ac humanæ liberationis consummationem. Hic locus alio nomine dicitur situs Abrahæ:

quia Abraham fuit pater multarum gentium. Rom. iij. & primus recepit signaculum circumcisionis, deum coluit, ac ab infidelium cœu segregauit. Et quia ad hunc locum mittebantur liberi a peccatis: & in Christum credentes, & ad uitam prædestinatideo dicitur sin⁹ Abrahæ. Verum post Christi mortē, & regni apertiones locus gloriæ dicitur quãdoq; situs Abrahæ: ut patet in canticis ecclesie pro defunctis, hoc est perpetuæ rege rionis. Sic habentur. iij. loca infernalialarge sumendo nomen infernus pro loco poenæ. Rarø enim, uel nunquam reperitur nomen infernus accipi in bonum secundum Aug. ad Dardanum Epist. lviij. Primus locus habet poenam perpetuam sensus, & dampni. Secundus poenam temporalem sensus, & dampni. Tertius, qui limbus puerrorum dicitur, poenam perpetuã dampni, non sensus. Quartus, qui limbus patrū, poenam temporale dāni. Hunc Christus destruxit patres liberando, & ueltes ferreos confringendo. Hinc ait Aug. in sermone de descensu Christi ad inferos. Omnes iustos, qui in originali peccato tenebantur adstricti, absoluit. Iustos inquit id est gratiam gratum facientem habentes. Unde recte per Osæ dicitur. Ego mors tua, o mors. Mortuus es inferni. Quod enim occiditur, amplius non est: per morsum uero pars abstrahit parte relicta. Quia ergo in electis suis funditus occidit mortem, mors mortis extitit. Et quia in inferno partē abstulit, & partem reliquit, non occidit funditus, sed momordit in inferno. Hæc ille. Electorum nomine ueniunt, ut uide tur, iusti non habentes expiabile quippiã. Hos. n. omnes, & singulos liberauit: qui forte nunc dicuntur fuisse in inferno qui nullã poenã sensus habuerunt: sed solum expectabāt Christi mortē. In inferno autem fuerunt habetes poenã sensus, & dampni perpetuam: & hos nō liberauit: aut tēporalem, ut puta qui fuerunt in purgatorio: & singulos liberauit, ut supra distin. xxj. & in tertio de Christi passione habetur. De hoc Aug. in Epist. ad Dardanū, & Euodiū. Præter illa. iij. receptacula gñalia, quorū unã Christi morte con

Alia loca specialia in superficie terre. Nam. c. xxxj. habere de Theodorico rege, qd discinditus, & discalcatus, & uinctis manibus missus fuit in ollam Vulcani.

Item. c. xxxij. Tiburtius presbyter super rogum positus est supposito igne. Item. c. xxxvj. uisa est nauis parata ad deferendam animam cuiusdam ad insulas Sicilię, ubi prę ceteris locis in eius terrę insulis, eructante igne tormentorum ollę patuerit, quę quotidie laxatis sinibus crescunt, ut mundi termino appropinquate sumatur certum iudicium, & signum ignis infernalis, & cruciatus damnatorum. Item. c. xlij. & xliij. de Paschasio diacono aposto. quem in thermalibus caloribus stantē, & obsequentem Capuanū episcopus uidit. Item de sctō Seuerino Colonie. de episcopo Pe. Damia. qđ in uado fluminis penas habuit purgatorij &c. Sic legit de locis pœnalibus in glaciei massa in rupibus, & saxis &c. ¶ Quantū ad secundum articulum esse conclusio prima. Receptacula pœnalia esse spirituum malorum, ac animarum separatarū est fide creditum. Probatur in Symb. Atha. Qui uerō mala egerūt &c. Matt. xxv. Io. v. auctoritate sanctorum patrum in plerisque locis. August. xij. super Gen. cap. xxxij. xxj. de ciuit. ca. xxij. &c. ac de triplici habitaculo. ¶ Secunda conclusio. Receptacula pœnalia spirituum malorum, ac separatarum animarum sunt uel re ipsa, uel ratione aut loco diuersa, & multifariam pro diuersitate culparum, & nonnunquam pro salubri eruditione uiuentium. Patet conclusio ex notatis. Vnde inquit beatus Greg. iij. Dia. cap. xxxvj. qđ omnipotens deus ad correptionem uiuentium uoluit in hoc mundo ostendere diuersa loca cruciatus infernalis in Sicilia: ut mentes infidelium, quę tormenta inferni esse nō credunt, tormentorum loca uideant, quę audita credere recusant &c. si uerō sint corporalia, aut spiritualia non asserit. Li. xij. super Gen. ad literam. ca. xxxij. & lib. viij. cap. v. August. ¶ Tertia conclusio. Quamuis spiritus, uel anima separata nō

habēt maiorem cōuenientiam cum uno loco quām cum alio secundum substantiam: rñ propter operationes actiuas, & passiuas circa, uel per eam exercentur magis conueniet ei locus ille, uel ille quām aliūs. Prima pars habetur ex dictis. Itē. qđ. ii. dist. ij. scđ. i. cōlle. Et in Dam. lib. iij. c. iij. Nam ratione suę naturę nullam habet conuenientiam cum loco corporeo: cum natura eius non dependet ex loco, nec in eē nec cōseruatur. sed neq; locus est ei naturalis, uel uiolent⁹, neq; ei perfectio præcisē. Sed sicut congruit spiritū bonū esse in loco statui suo cōgruo: ita pariformiter iustū est spiritum malū, & animam pœnis obrutā esse in loco uilissimo, & tartareo, ut ex hoc eius pena augetur, quę decebit in finali impenitentia. Vnde locus aliquo mō. accide taliter perficit, uel impiecit eas. Plus ergo odiū locū: & ideo, cum qua in eo diuina bonitas, & nobilitas, ac iustitia exercetur: tum quia sciūt illū locū esse, uel glorię, uel pœnarum: & instrumentū cruciatus, uel gaudij. Et hæc de dānatīs. De pœnis purgatorij sustinētib⁹: dicendum, qđ horrent locū illum affectu cōmodi: quia tñ per sententiam diuinam cui non contra dicunt sciunt se demeruisse illā detentionem, uolunt se uel non recusant eam delibērata uolitione. Nolunt tamen conditionaliter: & hoc sufficit ad tristitiam, ut supra de Christo in tertio. Detenti in limbo puerozum: quia fide caruerunt, ne sciunt beatitudinem in particulari. Ideo de eius carentia nō tristant. ¶ Quarta conclusio. Tāetsi citra reuelationē non pōt ab hoīe puro scribi, ubi sit loc⁹ inferni, attamen uidetur probabile, & cōsonū scripturę, ac doctorū dictis, qđ sit sub terris. Prima pars est Aug. lib. xx. de Ciuita. c. xvj. & Grego. iij. Dia. cap. xliij. Quia sit sub terris, asserit August. lib. ij. Retract. cap. xxiiij. Quia sit consonum dictis doctorū, patet respiciendo dicta doctorū, & scripturas. In Symbolo apostolorū. Descendit ad inferna. Ge. xxxvij. ait Iacob. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et Iob. c. xvij. In pfundissimū infernū descendet aīa mea. Greg. lib. xliij. Moral. non longē a fine libri. Et in lib. ix. §.

xl. ostendit quomodo, & quare infernus dicitur terra, & lacus. Gen. cap. xliij. Deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. Iob. vij. Qui descendit ad inferos, non ascendit. Psal. lxxxv. Eruisti animam meam ex inferno inferiori. Infernus subter rē conturbatus est. Esa. xliij. Glo. Locus infernalis, & materialis. & Lyr. Et dicit Hugo Glo. esse Haimonis. Sub terra est infernus, in quo uisus est diues a Lazaro. Lu. xvj. Cañiodorus super Psal. lxxxv. Infernum arbitramur esse sub terris: cum legatur Numeri. xvj. de Dathan & Abiron, qđ aperuit se terra, & deglutit eos, & uiui descenderunt ad inferos. Et secundum Isidor. in Ery. Infernus dicitur quasi inferius. Beatus Greg. xliij. c. lib. iij. Dia. allegat Apoc. v. c. Ex quo dicto concludit infernum esse sub terra. Ad Eph. iij. Descendit prius ad inferiores partes terrę. i. inferos. Glo. & Lyr. Limbum patrum, qui secūdum beatum Aug. xx. de ciuit. c. xv. apud inferos fuisse creditur a pœnis remotissim⁹: donec Christi sanguine, & descensu eiusdem ad ea loca inde euerentur. Perfusionem ad hoc tangit idem. xj. de ciuit. c. xxvij. cum inquit. Ita corpus pondere sicut animus amore fertur, quocunq; fertur. Nam amor corporum uelut momenta sunt ponderum: siue deorsum grauitate, siue sursum leuitate nitantur. Sicut ergo in corporalibus leuia sursum, & grauia deorsū tendunt: ita in spiritualibus amor spiritualium sursum, & carnalium rerum deorsum petit. Hinc decedentes cum charitate sursum: sine ea deorsum uadunt, nisi primi impediuntur temporaliter propter purgandos, & patres sanctos ante Christi incarnationē defunctos. ¶ Quinta conclusio. sicut infernus dicitur esse in medio terrę a plerisque sanctis, & doctoribus: ita non ab re potest dici esse corporalis locus. Prima pars ex prioribus patet. Secunda pars est. S. Bonauent. in breuilo. parte. vij. c. vj. Pœna infernalis est in loco corporali deorsum. Nec impedit dictum Aug. xij. super Gen. c. xxxij. cum dicit loca illa esse spiritualia, non corporalia, sed similia corporalibus. Nam hoc potest uirtualiter exponi secundum uni-

uersalem acceptionem nominis spiritualiale secundum eundem. xij. super Gen. cap. vij. ad literam. & Gre. xv. Mora. §. I. In proposito accipitur nomen spirituale, ut dicit rem non indigentē fomento quocunq; extrinsecō: sed quæ a solo deo conseruatur, & sustentatur. Quomodo post resurrectionem corpora nostra erūt spiritualia, ut patet dist. præc. ¶ Si dicis. Stultorum infinitus est numerus. Eccles. j. quomodo ergo potest infernus tantam capere hominum multitudinem? Ad hoc in ij. dist. ij. q. ij. quomodo celū mox creatum, repletum est angelis: & quomodo dicitur euacuari ex lapsu malorum. Verum de corporibus hominum post corporum resumptionem: dicunt quidam, ut refert Palud. qđ omnes homines, qui unquam fuerunt, aut erunt, non possunt totam replere superficiem terrę aquis discooperatam. Cum autem eius concinitas interior ea secta in duo æqualia sit maior superficie discooperata: ergo &c. Hęc ratio non quadrat: nā non sine causa inquit Psal. xlviij. Sicut oues in inferno positi sunt. Ex quo dicto Psalmitæ Palud. q. ij. cogitur ad concedendum, qđ duo corpora possunt potentia diuina esse in eodem loco, tamen in dist. præcedente uidentur uelle oppositum. Ait n. qđ posset quis dicere plura corpora esse si mul in eodem loco potētia diuina ad malorum uindictam, ut sicut spatiositas loci in celo facit ad sanctorum gloriā, ita arctitudo faciat in inferno ad damnatorum pœnam. Et sicut paruus angulus terrę continet magnam uiuentium multitudinem: ita nihil prohibet totum sinum terrę, qui etiam dilatabitur, comprehendere, & in se recipere totam multitudinē damnatorum, & damnandorum. Anima enim, & spiritus non circumferibunt, nec replent propriū locum, nisi ut supra in secundo. dist. ij. q. iij. Replent. i. ornant secundum numerum, & sufficientiam eorundem prout Deo placuerit ibi esse, & permanere. Sic dicuntur euacuare celum, quando inde a Deo repelluntur iusto dei iudicio sine celi imperfectione, & dedecore &c. Non ergo circumscribunt locum: sed sunt in loco definitiue. De spi-

Arti. 1.
Cōcl. 1.
B
Cōcl. 2.
Receptacula
pœnalia
spirituū
malorū
sunt di
uersa.

Cōcl. 4.
Infer
num est
sub
terris.

Cōcl. 5.
Infer
nus
est
esse
i
medio
terre
ita
qđ pōt
esse
cor
poralis
locus.

ritibus, & animabus nulla est questio, sed de corporibus: qui cū magna p̄sura erūt, uel esse possunt in eodē loco nō magno. ¶ Saluo honore: uidet̄ parū, uel nihil soliditatis posse dici de illis receptaculis p̄nalibus. Scimus quidem per fidē infernū esse: & purgatoriū, ac limbum p̄uorū: sed ubi, Deus nouit. Et si sese orbiculariter circūdentur infernus contineat p̄cesse centrum: dehinc purgatoriū: dehinc limbus p̄uorū, ut refert Pal. nescitur, si per reuelationē hoc habeatur & c. Ideo non est in istendū istis curiosis scrutationibus iudiciorum dei. ¶ Quantum ad articulum terciū est primū dubiū: contra illud, quod dictum est, infernum esse corporale locum. Nā dicit Aug. de cog. ueræ uitæ. c. xl. secundū literā impressam. Hinc colligitur, q̄ infernū sit incorporeus, substantiæ spiritali cōsimilis. Omne enim corpus ueritate deficit, duritate dissolutū interibit. Si. n. esset corp⁹ indigeret fomētis corporalibus eū nutrētib⁹, q̄bus cōsumptis interiret. est ergo spūalis. Hec ubi. Et. c. xliij. secundū quotatiōē eiusdē impressuræ. Animas, uel spūs cum sint incorporei: corporeis locis includi absurdissimum uidetur p̄ferrem cū omnis locus altitudine, lōgitudine, latitudine dimetitur, hīs; omnibus spūs carēt. Et ita uidetur uelle, q̄ nō sit aliquis locus corporalis, in quo recipiantur animæ: sed q̄ illocaliter maneāt: & diuina uisione fruāt: sicut sciētia in anima illocaliter manet. Dicit in eodē ca. Quia regnū cælōrū est uisio dei: ideo est ubiq; in mūdo, & extra mundū, & in omni creatura, & extra omnē creaturam. Et q̄ animæ solutę nō mo uent̄ loco: nec ad aliquē locū corporeū ducuntur: ut inde deū cōtēplentur: sed mox dei uisione, quæ est regnū cælōrū, fruuntur. Quia aut̄ quandoq; aliqui sursum du ci uidentur, uel audiuntur: hoc fit propter uiuentū corroboratiōē. Itē dicitur hoc ad usum nostrū & c. Prætereā. c. xlv. inquit. Nullus locus spiritalē corpus fulcit, sed ut spūs illocaliter in summo spiritu consistit. ¶ Dubium istud mouetur p̄ defensione sancti Aug. quia non uidetur ille liber esse ab ipso editis: nec inter eius libros enumeratur: etiā in supplemento

Artic. 3.
Dub. 1.
D
Contra
di stum
infernū
esse
corporale
locū.

chronicorū Iacobi Philippi Bergomēnsis, nec in libris retractionū: immo quidā alij libri (ut dī in quadā questione q̄libetica studij Herfordensis) habet plura, & alia capitula, in quorū uno expressē allegat beatū Aug. & Gregoriū Nazāzenū. Potius ut refert auctor questionis, dicitur a nonnullis esse cuiusdā solitarij, & habere in scriptis codicibus alia, & plura capitula, quā in impressis. Forrē diligentia chalcographorū aliqua capitula tanquā impertinētia, & obscura, & suspecta sunt omiſsa, & cancellata. Inducit uerō solitarius ille quatuor uenena, ut dicit auctor q̄stionis: quæ possunt sanē interpretari: sicut & opportunū est aliqua dicta beati Aug. præsentibus alludentia in de ciuit. dei. & super Gen. ad literā sanē intelligere ad mentē quā sequentia, & præcedentia indicant uerba. Cum. n. primū dicitur (cap. xl. impressurę, quę nūc habet: & in. c. xxxvj. ut refert auctor questionis secundū suos codices) q̄ infernus sit incorporeus & c. & spiritalis. Istud bene posset exponi, quia nomen spūale accipitur multipliciter: secundū Aug. lib. xij. super Gen. ad literam. c. vij. Spirituale primū dicitur, qđ est omnino spiritui subiectū, quantū ad omē facilitatē, & incorruptione: mēta q̄ a solo spiritu uiuificatur, sine omni indigētia ciborū: nullis indigēs alimentis, lib. xxiij. de ciuit. dei. c. xxiiij. iuxta finem. Et sic corpus nostrū in resurrectione erit spūale, quia nunquā corrupetur, sed semper permanebit: & pro semper post sui glorificationē: nō q̄ sit substantia liter spūs, sed q̄a manens caro nullam habet corruptionē. Et in. c. xxj. eiusdē lib. Et lib. xij. c. xx. & c. xxiiij. item li. xix. c. xvij. Cū ergo corpus tunc omnino sequitur spiritū, & erit nihilominus ei subiectū, pōt dici spirituale. Sic beatus Greg. xv. Moral. §. l. & Gloss. marg. Iob. xx. ostendit qualiter ignis infernalis non indigebit fomentis extrinsecis ignis, qui etiam succensus nisi focus non subsistit: & tamen dicit eū esse corporeū. Sunt & alię acceptiones nominis spūale, quæ non faciunt ad propositum. Sic dicit possit de nomine incorporeum. Aliquid dicitur incorporeum, quia nō corrupi-

Spiūale quod dicitur.

tur, ut reliqua corporalia: sed semper conseruabitur, & permanebit. Videtur ergo dicendum, q̄ ille ignis licet sit uerē corporeus, pōt dici spūalis. i. nō corruptibilis: qui a semel succensus a Deo semper ardebit in perpetuū, & sine fomento extrinseco semper exuret damnatos. ¶ Cū arguitur: omne corpus ueritate deficit & c. ē in effectu idē cū argumēto B. Greg. ubi supra: cū arguit de igne uitæ huius nō potente subsistere sine fomentorum diutina appositione. Et ita procedit argumētum secundum statū huius corruptibilitatis, & rebus sibipsis derelictis. Sic enim tandem deficeret: secus pro statu futuro quietis, quia deuorabit eos ignis qui non succendetur. Iob. xx. ¶ Ad secundū pōt dici: Verū est circūscriptiue, non includuntur in locis corporeis. Nec tñ ex hoc sequitur: q̄ non sunt in aliquo loco corporali definitiue, seu etiā determinatiue, ut supra, dist. præc. q. iij. de animabus dānatorum: licet nullus corporalis locus, ut talis præcisē eis disconueniat. Est autem fati frequentatam apud beatū Aug. id, quod est facti attribueri ei, qđ est ratio fieri. Secundū quē modū loquitur super Gen. lib. viij. ad literam c. xxvj. Et in Epistola ad Cælestinum. q̄ Deus mouet per tempus creaturā spirituale, & nō per locū. Mouet etiā per tēpus, & locū creaturā corporealem. Hoc est, creaturā spiritualem non habentem partē extra partē: mouet succēssiuē, & per tēpora, sed non circūscriptiue: & ita nō p̄prie localiter. Corporalē uerō, quę habet partē extra partem secundū differētiās positionis mouet: & localiter, & tēporaliter siue succēssiuē: ut una pars sit supra, alia infra & c. circūscribendo locū aliū, & aliū. Et sic animę, & spiritus manēt illocalibilis, quia nō circūscribunt locū, nec cōmēsurantur loco, sed desuuiunt locū, & deus est ubiq; repletiue: & ita nec mouetur loco, nec tempore. Cum subiungit, q̄ sicut regnum dei est uisio & c. non uidetur discordare ab Euangelio Ioann. xvij. Hęc est uita æterna, ut cognoscāt te solū & c. Et secundū Aug. uisio tota merces. ad comunē intellectū dandū dist. penult. Nec requiritur necessariū ad beatificationē formale lo-

eus ille, uel ille corporeus. Angeli. n. nostrę custodię deputati sunt uere beati: & ex uisione intuitiua Dei: tamen congruit, decet, & expedit, ut spūs beati aptum suo statui locū teneant: & ideo boni sursum, mali feruntur deorsum pro sui cōdigna remuneratione, & fidelīū confirmatiōe pariter, & eruditione. Hanc solutionē textus indicat cum inquit. Solutæ anima non loco mouentur, ut inde deum cōtēplentur & c. Non est ergo necessariū ad hoc ut anima separata uideat Deū intuituē, ut ad cælum sursum sese recipiat: aut ut puniatur descendat in infernū. Potest enim Deus aliquem sufficienter ubicunq; uoluerit præmiare, ac pro peccatis æternaliter cruciare. ¶ Ad aliud. Nullus locus spiritalē corpus fulsit, patet supra. Nō. n. indiget loco fulciētem ipsum, sed est omnino subiectū animæ: & habet dotes suas. Alia similit̄ posunt exponi, quæ nō uidentur dissonare a dictis Aug. super Gen. ad literam. & de Cju. dei. Et ideo supra plerumq; librum illū allegauī, ut ab Augustino editum ductus ignorantia inuincibili. Quia uero auctor questionis refert alia capitula: & præsertim unum cuius initium est. Cum uniuersalis ecclesia con. credat & c. In quo sic habetur inter cætera. Sed sancto Augustino docente extra firmamentum non est locus. & ita allegatur Aug. Et statim infra. Vt Gregorius Nazarenus affirmat. quem consimiliter allegat. Admitto q̄ ita reperit in antiquo codice scriptum. Nunc sine isto capitulo præfatus liber habetur inter libros Aug. impressus. ¶ Secundum dubium. An animæ quandoq; exeant, aut exire possint de suis receptaculis, quæ habent post mortem. Ad hoc Richard. Animas exire de habitaculis suis, intelligitur dupliciter. Vel uirtute sua propria, & dum eis libet: uel potentia, & dei permissione. Si primo modo, sic (stante illa opinione, pro qua fecit articulum Stephanus Paris. episcopus excommuni cando tenentem, q̄ angelus nullo modo sit mobilis secundum locum, nec per se, nec per accidens. Et si ponatur aliquibi secundū substantiā suā, nūquā mouebitur de ubi ad ubi) potest spūs malus dimis-

Dub. 2.
E
An aīa q̄sq; ex eāt, aut possint exire de suis receptaculis quæ habēt post mortem

ius sibijpsi, & suis naturalibus, & anima se parata se recipere de receptaculo, in quo est ad aliud ubi sed non permittitur a Deo, a quo solo detinetur ibi effectiue, ut supra. Qui ergo sunt detenti in inferno, exire non possunt ante diei iudicii. Qui sunt in purgatorio, nouerunt diuinam sententiam, & suam culpam: ideo nolunt absolute exire: quia conformes diuinæ uoluntati. In limbo puerorum nihil aliud petunt. In celo existentes, nolunt recedere a Deo nec a celo nisi ad explendum diuinum ministerium: Et ita uidetur intellegendum fore dictum beati Augustini in de cura pro mortuis. c. xiiij. cum inquit. Si rebus uiuentium interessent animæ defunctorum: & ipsæ nos, quando eas uiderimus, in somnis alloquerentur, ut de alijs uideamus, me ipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ me terra, mariq; secuta est, ut mecum uideret. Absit enim, ut facta sit uita feliciore crudelis &c. Verum est Psalm. dictum. Pater meus, & mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me. Et ita damnati, si possent exire infernum, saltem aliquo modo poenam suam diminuerent, & obiectiuam cruciationem pariter, & intentionalem tollerent. Alio modo permitti, uel iusti a Deo quandoq; inde exeunt non in perpetuum, sed ad tempus, & ad mandatū Dei: uel pro uiuorum consolatione, aut suffragiorum postulatione, & perceptione. Exemplum de multis animabus purgandis in iij. Dial. Greg. Sic ait August: ubi supra c. xv. q. scriptura diuina testatur aliquos ex mortuis quandoq; mitti ad uiuos, sicut Paulus e uiuis raptus fuit in paradysum. j. Corinth. xij. Nam Samuel propheta defunctus uiuō Sauli etiam regi futura p̄ dixit: quamuis nonnulli non ipsam fuisse, qui potuisset magicis artibus euocari: sed aliquem spiritum malignū illius existiment similitudinem figurasse. In lib. ij. de mirabilibus factis scripturæ. c. xj. & in quæstionibus ad Simplicianum lib. ij. q. iij. post multa dicit Samuelem non fuisse excitatum a reque sua, sed aliquod phantasma, & imaginariam illusionem diaboli machinationibus factam, quā ideo scriptura nomine Samuelis appellat: quia so-

lent imagines rerum earū nominibus appellari, quarum imagines sunt. Agit enim nonnunquam deus, ut & uiui aliquid per infernos, & infernos spiritus agnoscant in poenā eorumdem, quibus mala predicantur: ut ex præuisione mali futuri eo amplius, & citius crucientur. Miscetur tamen falsa ueris, & non sine docendi, sed decipiendi huiusmodi, quæ didicerunt, præuocant. Et forte hoc est, cum illa imago Samuelis Saulum prædiceret morturū. Dixit etiam in reque secū futurū, quod falsum est. j. Reg. xxvij. Est alius modus dicendi in Lyra super j. Reg. c. xxvij. & Glo. Item Matth. xvij. in transfiguratione domini apparuerunt discipulis Moyses, & Helias: non secundum apparentiam phantasticam, ut dicit Nico. de Lyra. sed secundum ueritatem: quia Helias fuit uocatus de loco eminenti, in quem fuerat raptus. iij. Reg. ij. Et ita fuit ibi anima, & corpore. Moyses uerō eductus de limbo patrum, non q̄ resurrexerit, sed quia anima eius apparuit in corpore sibi adoptato: sicut apparuerunt angeli in corporibus assumptis. Per hoc uerō secundum Chryl. super Matth. Christus se uitæ, & mortis dominum ostendere uoluit, & testimonium a uiuō pariter, & mortuo tunc recepit. Sic quandoq; mortuū apparere uiuis in somno, ostendendo sua cadauera nondum sepulta: aut iubendo ut transferantur: uel terræ tradantur. Quod multis modis euenire potest. Vel angelico ministerio, ipsi quorū imagines apparuere hoc ignorantibus: & hoc Deo uel iubente, uel permitte. c. x. de cura pro mortuis. Quandoq; animæ defunctorū a Deo iuste, aut permittit in ablutū pro corpore huiusmodi præuocant. Dicuntur tamen boni quandoq; exire ad uidentium poenas malorum, sed non cōtrario. xxvij. de ciui. dei. c. xxij. per cognitionem, & notitiam, ut idem sit dicere, egredientur & cognoscēt cum uolunt. Et secundum hoc sunt aliqua sanctorum dicta sanē interpretanda, quæ uidentur absolute uelle, q̄ cum uoluerint, possunt suis tumulis esse presentes. quod etiā habet beatus Hieronymus ad Vigilantium. Possunt quidē præmisse a Deo, &

relitæ

Quo Helias, & Moyses apparuerunt.

naturis suis seclusa prohibitione diuinā, & determinatione definitiua eiusdem ad receptacula ista. Vnde Aug. in Ench. c. cix. & in quæstionibus. Dulcitij. q. ij. Tenuus, quod inter hominis mortem, & ultimam resurrectionem positum est animas additis receptaculis continet, sicut uanitates; digna est uel reque, uel ærumna: pro eo, quod sortita est in carne, dum uiueret. xij. quæst. ij. Tempus.

Q V A E S T I O . I I .

AN SEQUENTER quæritur, utrum uiuorum suffragijs possunt defuncti a suis poenis eripi, & liberari receptaculis. Quætu ad articulu primū: Nomen suffragium auxilium dicit, & adiutorium. Auxilium proprie nō fit nisi indigenti. Qui enim nullius indiget, quod ad se pertinet pro loco, & tempore, aut qualitate sui status, uel conditione naturæ, aut qui sibi ipsis sufficit, non habet opus suffragio, uel auxilio. Secundo notandum post beatum Thomam. Actus nostri ualere possunt, & nobismetipsis, & etiam alijs, uel per uiam meritū: & sic innituntur iustitiæ præmiantis: uel per uiam orationis: & sic innituntur liberalitati eius, qui operatur. Meritum enim innititur iustitiæ: liberalitatis uerō est dare id, quod rationaliter petitur. Per uiam meritū, & respectu status acquirendi putat beatitudinis, aut gradus gloriæ, actus meritōri tantum ualent ei, a quo sunt effectiue. Psalm. Reddes unicuiq; secundum opera sua. Apoc. xiiij. Opera illorum sequuntur illos. ij. Corinth. v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut restituat unusquisq; propria corporis, prout gessit siue bonum, siue malum. j. Corinth. iij. Unusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborē. Ad Rom. xiiij. Unusquisq; pro se rationem reddet Deo. Ad Gal. vj. Quæ semi nauerit homo, hæc & metet. Omnes illæ auctoritates intelliguntur quantum ad præmium essentiale beatitudinis. Sicut quilibet recipiet secundum sua merita

A De uiuorum suffragijs. Artic. i. Not. i. Quo Helias, & Moyses apparuerunt. Not. 2. Quid suffragium innitetur.

propria præmium essentiale beatificum, aut poenam damnationis perpetuæ. Non enim per quocunq; suffragia potest quis mereri, ut aliquis defunctus liberetur de statu damnationis ad beatitudinis statū: stante immutabiliter hac sententia. Litigium ubi ceciderit, ibi erit. Eccles. xj. Nec etiā mortuis possunt per uiuos noua merita acquiri, ut nouum beatitudinis gradum nasci possint. Sors enim gloriæ datur secundum mensuram, & dispositionem accipientis. Alio modo, & per uiam orationis, impetrationis, aut supplicationis, potest quis in gratia gratum faciente alteri mereri gratiā primā, & poenæ remissionem. Sic iustus potest in uia alteri peccatori uiatori mereri per modū orationis: siue (ut aliqui dicunt) merito congrui gratiam primam, & defunctis in gratia poenæ remissionem: & per consequens beatitudinis accelerationem. Circa hoc sunt dubia, propter opinionum uarietatem: q̄ etsi contingit quandoq; aliquem iustum peccatori impetrare merito congrui gratiam primam, ut Stephanus Paulus, & ita beatitudinem initiatiue, attamen sine sua personali bona dispositione non esset gloria dignus: nec uita æterna. De quo. ij. Sententiarum dist. xxvij. Itaq; quantum ad aliquid, quod est consequens statum, uel accessorium, utputa præmiū accidentale, uel remissionem poenæ: potest opus uiuorum ualere defunctis. Et hoc duobus modis secundum Sanct. Thom. Quodlib. viij. q. ix. Vno modo ex uione charitatis, quæ omnes fideles constituit unum corpus Christi mysticū: & sic actus unius omnibus est adiumento: sicut in corpore naturali &c. Hoc modo omnes, qui in charitate connectuntur siue uiui, siue mortui aliquid ex mutuis operibus reportant secundum mensuram status cuiusq;: quia etiam in patria alter de alterius bono plus, uel minus gaudebit. Et inde est fidei articulus: quo creditur sanctorum communio, constituentium corpus mysticum, cuius caput Christus, uita charitas. Alio modo ex intentione, & applicatione facientis, qui aliqua opera nominatim ad hoc facit, & dirigit, ut & alijs ualeant. Vnde ista opera quodam-

modo sunt eorum, pro quibus sunt: quia dantur eis a facientibus ear: & ualent eis, uel ad remissionem pœnar, dū per alios sunt, uel ad aliquid aliud: quod tamē statū nō immutat. ¶ Corollarium. nullus pōt alteri immediatē impetrare statū beatitudinis, sed per mediū gratiæ conferēdę alicui, ratione cuius sit capax gloriæ. Beatitudo. n. non datur nisi habenti gratiā, & secundū gratiam eius, qui est beatificandus. ¶ Autoritates præmissæ etiam possunt exponi de redditiōis, & receptiōis premiorū in generali iudicio: quia etsi nunc iuari possunt mortuū, tūc tamen cessabunt suffragia, & omnis pœnæ diminutio, ac gloriæ accidentalis augmentum. Certum enim est, quod usque tunc gaudium accidentale beatorū augebitur per meritosa opera uiatorū, & maximē illorū, quibus succurre occasio, uel causa: ut aliquid pro deo facerent, siue per doctrinationem eruditorum, scripta, dicta &c. Et similiter augebitur pœna accidentalis dānatorum, sicut loquitur Aug. de Arrio: quia multiplex oritur in eo odiū, in eos, qui ex sua causa damnantur: sed post iudicium erit status, & finis in omnibus illis &c. ¶ Tertio notandum, communiter doct. & sancti ponunt quatuor modos suffragiorum pro defunctis post dictum beati Gregorij, xiiij. quæst. ij. Animæ cum dicit. Animæ defunctorum quatuor modis soluantur: aut oblationibus sacerdotum: aut precibus sanctorum: aut charorum eleemosynis: aut ieiunio cognatorum. Vide tur probabile, quod in eleemosyna charorū includitur omne bonū opus uiuorū in c. Nam æstimandum. ibidem. ponuntur tres modi, omisso ieiunio Beatus August. in enchirid. cap. cx. ponit duos, sacrificium, & eleemosynam: & similiter in quæstionibus Dulcitij. quæst. ij. In de cura pro mortuis ponit orationem, sacrificium, eleemosynam iuxta finem libri. Diony. capit. vij. ecclesiasticæ hierarch. & Vercellen. ponunt orationem episcopi, & aliorum. Cur uerō diuersi diuerlos posuere modos, & unus plures, uel pauciores, alias dicitur. Beatus Gregor. in iiij. dialo. ponit frequenter sacrificium altaris &c. Vercellen. optimē de-

Coroll.
Nullus pot alteri immedie impetrare statum beatitudinis.

Not. 3.
B

Quatuor modi suffragiorum pro defunctis.

ducit, quemadmodum oratione uiuorū maculæ defunctorum, humanitatis infirmitate contractæ, deleri possunt. Per oblationes sacerdotum, sacrificium altaris intelligitur: per orationes sanctorum cuiuslibet boni hominis siue in uia, siue in patria, aut etiam in purgatorio existētis, humilis supplicatio, ac deuota pro defunctis obsecratio. Eleemosyna per quemcumque fiat, a charis fieri dicitur. Nam eleemosynarum exhibitio effectus est charitatis. Signum enim dilectionis exhibitio est operis secundum Greg. Sic ieiunia a quibuscumque fiunt, & aliæ corporis afflictiones, quæ hic ueniunt nomine ieiunium. Cognati dicuntur quasi conati ui amoris, & agglutinati charitatis exhibitione. consonē ad uerbum Christi Marci. iij. Sunt autem hi modi generales, ad quos alij reducuntur. Ad oblationes sacerdotum possunt reduci omnia ecclesiæ sacrificia, inter quæ præcipuū est missarum celebratio. Item aquæ benedictæ aspersione, careorum incensio, & oblatio: tametsi talia, & similia ad orationem possunt reduci. In precibus sanctorum, & iustorum tam in uia, quam in patria, aut etiam in purgatorio existentium includuntur omnes preces, & orationes, ac supplicationes piæ, ac deuotæ ecclesiæ, & membrorum eius in genere. ¶ Non enim obliuiscuntur sancti uiuorum, quorum forte suffragio beatitudinem nasci sunt: quia beatitudo charitatem in eis non minuit, nec affectum bonum extinxit. Et secundum Palud. maximē ualeat oratio dominica. de qua dicit Aug. in ench. capit. lxxj. quod non solum delet uenialia: sed etiā mortalium pœnas nunc commutatas in temporales. Ad idem de ciuit. dei lib. xxj. c. xxvij. Item psalteriū, uigiliæ ab ecclesia institutæ: quæ utiq; plus ualent ratione diuinæ institutionis & ritus, ac usus ecclesiæ, quam orationes priuatiæ. Ad eleemosynarum largitiōem reducuntur omnia opera misericordiæ, etiā mortuorum sepultura. i. tā carnalia, quam spiritalia. Et ideo aliqui in eleemosyna includi uolunt ieiunium, & orationē: ad quæ tenetur recipere eleemosynā recipiens. Sic in uitis patrum continuū orans plus

elemosynarius, quā anchorita dicitur. Facit. n. maximam, & ordinatā quoad se eleemosynam per charitatis effectū. Ad ieiunium omnis afflictio corporis reduci tur, siue fiat peregrinatione, siue disciplinatione: ut dicitur de sancto Dominico, quod omni die catena se disciplinauerit pro animabus in purgatorio: siue sit exercitium corporis, aut labor afflictius &c. omnia possunt dici ieiunium. De indulgentijs si & quomodo ualent per modum suffragij pro defunctis, infra dicitur. ¶ Corollarium: uniuersa bona opera, quæ ex charitatis inclinatione fiunt, omnia quoque intentione subueniendi in genere, uel in specie, quasi pro illis ex psona defunctorum fiunt ceteris paribus, defunctis in charitate prodesse possunt. Ad charitatem autem tanquā charitatis origo quædam pertinet eucharistiæ oblatio, eleemosynarum largitio ueluti charitatis effectus. Ad intentionis directionem in mortuos per se pertinet oratio: quia oratio secundum suam rationem non solum dicit respectum ad orantem, sicut & cetera opera: sed directius ad id, pro quo oratur. Ieiunium uerō quia in sua ratione non continet, quod ad charitatem, uel ad intentionis pertinere dicitur: sed huic f. charitati extrinseca quo dāmodo: propter quod Aug. non posuit ieiunium in numero suffragiorum: ideo ad utrūque potest reduci: ut puta ueluti ex charitate assumptum, aut tanquam corporis afflictionum: & ueluti opus pœnale satisfactoriū pro personis defunctorum, dummodo per modum suffragij ex eorum pœna procedat, & sit. Et hoc respectu beatus Greg. alijs annexit. Opus enim pœnale eo, quod pœnale, satisfactorium est: & multum prodest, dum pro defunctis assumitur: ut loquuntur doct. antiqui. Quod uerum est careris paribus. Videtur enim hic esse quædam formalis compensatio, & redemptio pœnæ per pœnam, & maioris charitatis argumentum. Ex illo patet, quod ex genere operis illa præcipue, uel magis suffragantur, in quibus plures, uel potiores rationes de prædictis cōcurrunt: licet ex accidentibus, & circumstantijs agerium, modi agendi &c. quandoque secus contin-

Coroll.

gat. ¶ Quarto notandum. Operum, quæ fieri solent pro defunctis: quaedam habent effectum diuitaxat, uel principaliter ex opere operante, puta charitate deuotione: uel merito operantis. Operans uero quandoque est ecclesia uniuersalis: quandoque membrum ecclesiæ gerens uices ecclesiæ uniuersalis in suo ministerio. Scor. quodlib. xx. q. & Palud. q. j. Tale membrum ecclesiæ quandoque est principaliter ex opere operis, qui aliū mittit, aut ad hoc instituit: quandoque persona missa ab alio, quandoque homo ipse non missus ab alio, qui per se facit opus. Valent itaque suffragia, quæ ex opere operante ecclesiæ, cuius operans gerit personam in suo ministerio: uel ex opere operante agentis principalis, tale opus fieri procurantis: ut testatoris, fundatoris, uel alterius id mādātis, uel petentis: uel ex parte exequentis opus: ut testamentarij, siue executoris huius uel illius, uel ex parte ministro, qui quandoque bonus est, licet a domino malo missus. Sic intentio bona mandatarij ualeat, cum mandans malus est. Alia nō solum ex opere operante, sed magis ex opere operato effectum sortiuntur: ut altaris sacrificium, & ecclesiæ sacramenta in suscipiente, quæ habent effectum suū ex institutione Christi: etiā absque opere operante. Sic non est impiū sentire de sacramentalibus secundū Palud. & de oratione dominica, horis canonicis, & alijs orationibus, quas ecclesia dicens instituit, quæ suscipiunt uim quandā ex parte diuini, & ecclesiastici mandati secundum Cancell. Parisien. in tract. de oratione, & beatum August. in ench. cap. lxxj. Ita sunt, quæ effectum quandam sortiuntur ex privilegio: ut indulgentiæ, & similia. Item sunt opera, quæ præcise ualent ex opere operato, non ex institutione Christi, sicut no. leg. sacramenta, sed ex effectum ex ipsa operatione accidente: sicut ex collatione eleemosynę sequitur pauperum releuatio, & eorum (gratitudinis uice, & ex morali debito) oratio pro operante, uel defuncto ad deum. Illa ergo suffragia magis ualent defunctis, in quibus principa-

Operi, que sunt per defunctis, quædam habent effectum principaliter ex opere operantis.

tiones concurrunt: quae sunt charitatis communio, intentionis directio, meriti, & pia supplicatio. Necessesse enim est defunctum esse in charitate, & secundum aliquos suffragantem: & quod suffragium pro eo ex intentione cum effectu fiat, si uult consequi fructum illum, qui est solutio poenae ex opere suffragij. ¶ (Quantum ad articulum secundum est conclusio prima.

D Sicuti ecclesiae suffragia non profunt beatis in caelo per modum indigentiae, quoad premium essentiale: ita nec per sententiam definitiuam damnatis in inferno: aut cuiuscumque decedenti sine charitate, aut gratia gratum faciente. Prima pars patet.

Tales enim sunt in termino, & opera eorum sequuntur illos. Verum quoad premium accidentale crescit eorum gaudium extensiuum in conuersione, & beatificatione plurimorum, aut dum aliquid boni fit, praesertim cuius fuerit causa, & occasio.

Gaudium enim est angelis dei super uno peccatore poenitentiam agente. plus, quam super xcix. iustis, qui non indigent poenitentia. Luc. xv. Ad hoc Aug. in quaestionibus Dulciji, q. ij. & cap. j. de cura pro mortuis in ench. cap. cx. Diony. c. ult. ecclesiasticae hierarc. Et auctoritas ecclesiae ac fidei. Secunda pars. Matth. xxv. & alibi. & Lucae. xvj. Chaos magnum & c. Iob. xv. Non recedet de tenebris. Item zelus, & furor uiri non parcat in die uindictae. Prouerb. vj. Item Diony. c. vij. calest. Hierarchy. & ibi Commenta. & xij. q. ij. Non aestimemus. Aug. xxj. de ciuit. cap. xxij. de poenitentia. dist. ult. capit. ult. Sufficit auctoritas ecclesiae. ¶ Dicitur in conclusionem: per sententiam definitiuam damnatis. Traianus, pro quo Gregor. orauit, non uidetur fuisse damnatus ex quod nominis damnatus. dist. praeced. q. iij. quia non per sententiam definitiuam adiudicatus aeterna morti: sed fuit ibi per tempus conseruandus, liberandus orationibus sancti Greg. Et sic posset dici de alijs. Sanctae Ottiliae pater fuit in purgatorio: ut habet legenda: quod etiam nominatur quandoque, infernus: & inde fuit eius praecipuus liberatus: quia non fuit damnatus finaliter per definitiuam sententiam.

Artic. 2. Cocl. 1. D

Sicuti ecclesiae suffragia non profunt beatis in caelo per modum indigentiae, ita nec per sententiam definitiuam damnatis in inferno.

De Traiano quo damnatus dicitur.

Cum Ioann. Damasc. refert in sermone

de Machario, qui inuenit (ut legitur in Vitis paruum) caput sacerdotis gentilis, quod ad preces eius dedit responsum, quod esset caput cuiusdam gentilis sacerdotis damnati in inferno: & tamen confessum est se orationibus Macharij iuari: Iuamen, id non fuit redemptio a poenis, sed (ut ibidem dicitur) eo orante concedebatur ei, ut se nauis uiderent. hoc enim petiuit ille sacerdos gentilis, & per Macharium obrinuit. sic fuit adiutus ille in hoc ex auditus. Nec tamen ex hoc fuit laetificatus proprie: nisi ad hunc sensum, hoc quod uoluit, obtinuit: puta uidere senem. Sic intelligende sunt locutiones alie hyperbolicae: quae dicunt daemones alieque uoluerunt aliquid nascisci: per quod tamen saepenumero crescit eorum tristitia. Sic dicuntur daemones quandoque tripudiare, cum quempiam perducit ad peccatum, siue cum faciunt aliquid, unde natum est in aliquo sequi naturaliter gaudium cessante impedimento: cum tamen ex hoc eorum tristitia augeatur. Hinc ait Aug. j. confessio. xij. Iussisti domine: ut poena sibi sit omnis inordinatus appetitus. Tertia pars patet auctoritate ecclesiae de existentibus in limbo puerorum, qui non habent gratiam, per quam finaliter mereantur, uel mereri possint: ut sibi praesentent post uitam uiuorum suffragia, & sunt in termino. ¶ Contra hanc conclusionem quoad eius partem alteram, uidentur esse dicta sanctorum. Nam beatus August. in enchir. capit. cx. & habetur. xij. q. ij. Tempus uidetur uelle, quod quibus profunt, ad hoc profunt, ut plena sit eorum remissio, aut certe, ut tolerabilior sit eorum damnatio. Damnatio dicitur, & non purgatio. Vnde quidam primum intelligunt de mediocriter bonis, dicentes, quod eorum sit plena remissio in purgatorio. Secundum referunt ad mediocriter malos, hoc est baptisimo regeneratos, existentes in inferno. Valde autem mali, quibus non profunt, sunt infideles damnati. Et haec opinionem tenet Gloss. in cap. Tempus. ergo & damnati possunt habere suffragium. Item Iudas Machabeus. ij. Macha. xij. xij. milia drachmas argenti misit Hierusalē pro occisis in bello, qui ut uidetur, fuerunt in

Triagenera de cedentem ex hac uita

in inferno, quonia egerunt contra legem recipiendo donaria idololorum. ¶ Ad hoc dicendum, quod iurum glossatores, & quidam alij ponentes in dicto Augustini quatuor membra, minus bene cum intelligunt: metui termini sunt ad placitum. Sic. n. ait Aug. c. j. de cura pro mortuis. & in q. Dulci. q. ij. & in enchi. ubi supra, ponendo quatuor membra secundum uocem, & solum tria secundum rem, ut dicit Duran. quaest. ij. Est quidam uiuendi modus non tam bonus, ut non requiratur ista post mortem: nec tam malus, ut non profint ei post mortem. Est uero talis in bono: ut non requiratur ista: & est rursus talis in malo: ut nec his ualeat cum haec uita transferit adiuuari. & infra. Cum ergo sacramentum altaris pro baptizatis omnibus offertur, pro ualde bonis gratiarum actiones: pro ualde malis, etsi nullae sunt adiumentum mortuorum, sunt tamen quaesunt, ut uiuorum consolationes. Et infra. Quibus autem profunt, aut ad hoc profunt, ut plena sit remissio: aut ut tolerabilior fiat damnatio. Ecce Augustin. seipsum exponit. Cum enim dixit, quod pro ualde malis non sunt adiumentum, refert unum ex prioribus: scilicet illis quibus profunt non illis damnatis: quia secundum eum illis non profunt. Sed quibus profunt: ut puta non ualde malis, & mediocriter bonis: his profunt secundum diuersitatem suffragiorum, & poenarum quae adhuc luere habent: uel ut plene liberentur: aut tolerabilior sit eorum damnatio, non proprie dicta, quae est infernalis, sed damnatio, id est ordinatio ad penam hanc temporalem pro peccatis. Sic dicitur quandoque; aliquis condemnari, uel damnari ad hanc, uel hanc poenam temporalem. Neque tu times deum, qui in eadem damnatus. Lucae xxij. Et ideo non loquitur de damnatis infernalis, sed de purgandis, qui dicuntur damnati, id est deputati ad temporalem purgatorij poenam. Patent haec ex serie textus alias manifeste contradiceret sibi ipse. Ad quadripartitam partitionem membrorum: quicquid sit de modo loquendi Glossatorum Augustinus ponit solum tres sub uarijs

nocentibus. Idem enim est mediocriter malus, & mediocriter bonus: ut puta peccator peccato mortali quo ad culpam remisso, aut ueniali. Qui ut Albertus loquitur in de officio missae cap. xvj. tracta. iij. mortale peccatum per poenitentiam commutat in ueniale. Is enim propter peccatum malus dici potest: propter gratiam bonus: sed mediocriter bonus, quia adhuc habet purgabile per poenam ex offensa dei: item mediocriter malus, quia habet gratiam, & non est finaliter malus. Si alij aliter exponant nomina, hoc uult Augustinus, & sic dicit esse uiuendi modum non tam bonum: ut non indigeat tam malum, ut ei non profint suffragia post mortem. Et loquitur de existentibus in purgatorio. Et hic est unus modus secundum eum. De hinc ponit secundum modum dicens. Est talis in bono: ut non requiratur ista. De hinc tertium. Et est in malo cui nec ualent ista, ut damnati: & quo ad priorem, beati. Et sic idem sub diuersis exprimitur clausulis. Sic dicit esse ualde bonos, ualde malos; non ualde malos, non ualde bonos: quod idem est cum non ualde malos. Non possunt sane intelligi per ualde malos duraxat infideles, & quod illis solum non ualent suffragia: sic enim periri in originali non essent ualde mali, & eis ualere suffragia ecclesiae, contra auctoritatem ecclesiae, & Christi. Ioan. iij. Sed forte potest nomen infideles sumi negatiue, id est non fidelis actu, uel habitu. Albertus, ubi supra, ponit quatuor modos: dicens mediocriter bonos esse, qui tenentes mandatum domini consiliorum perfectionem omittunt. Mediocriter malos, qui tenentes praeccepta, & consilia superfluis curis agitantur & c. Sed redit in idem quo ad principale: quia singuli habent gratiam, sed non mortalem culpam: quia eam diluerunt per poenitentiam: sed ueniale offensam. ¶ Ad aliud de Machabeis negatur, De Machabeis mi pietate dormitionem acceperunt. an fuerunt. Et secundum Thomam illa donaria acceperunt iure belli, non ad reuerentiam inferno idoli. Poterant tamen habere inordi-

namque avaritie appetitum, & sic uenialiter peccare. Vel dicitur, quod uidentes sibi imminere periculum mortis, peccauerunt de peccato secundum illud Psal. Cum occideret, quaerebant eum &c. Non itaque fuerunt in inferno. Hinc ait textus. ij. Machab. xij. Sed quia Iudas considerabat, quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant &c. Cum pietate inquit. ¶ Si dicatur, ecclesia passim orat pro omnibus defunctis fidelibus, inter quos dubium non est esse damnatos: sic orat pro peccatis. Dicendum si ecclesia orat pro peccatis, quos nouit effectuales, hoc facit pro statu uite huius: ut minus peccent: & minus peccando minorem habeant futuram poenam. Dubium tamen est: si ecclesia sciret talem: & ut talis, an hic in uia posset orare pro eius saluatione. Augusti. xxj. de ciuitate. cap. xxiii. respondet, quod non oraret pro eo. Quia autem in genere orat pro omnibus regeneratis, ideo sic secundum Augusti. ibidem. & de cura pro mortuis. cap. ultim. quia ecclesia nescit diuinam sententiam in damnatos singulariter lata. Orat ergo condicionaliter, pro quibus orandum est, & in genere, ut nullus eorum negligatur, ad quos haec suffragia possunt, & debent peruenire. Melius enim supererunt ista eis, quibus nec obsunt, nec profunt: quam eis deerunt, quibus profunt. Secundum Guiliel. Altissimi. ly. fidelium in generali collecta lumitur pro fidelibus fidei formatam habentibus. ¶ Si dicitur. Nullum bonum irremuneratum. Verum est quantum est ex parte dei: de remunerationem non subtrahit, si homo fuerit capax, non ponendo obicem: sicut nec continet in ira sua misericordias suas, etiam quo ad damnatos: quia semper punit citra condignum. xxj. de ciuitate. cap. xxiii. Ad hunc intellectum Chryso. dicit misericordiam relaxationem esse super damnatos, non quod liberentur quandoque, sed quia citra condignum puniuntur. ¶ Ad canticum ecclesie cum dicit. Ne absorbeat eas tartarus. Item De morte ad uitam, de manu inferni &c. Infernus dicit locum tenebrorum earentem lumine gloriae. Item mors carentiam gloriae. Tartarus est purgato-

**Eccl...
sia orat
condicio-
naliter
pro de-
functis.**

rium, locus obscurus: sic dicitur a carentia gloriae &c. Itaque ecclesia non orat pro his, quos certe nouit esse damnatos per sententiam definitiuam dei: aut de quorum damnatione ex factis patentibus recte praesumi potest: ut puta pro infidelibus, pro desperatis. Ioan. iij. Qui non credit iam iudicatus est, id est damnatus. Et iterum. Qui non credit, manet in morte. Sic nec oratione publica pro ijs, qui sibi met mortem intulerunt. Praesumitur secundum qualiter facti de desperatione. Secus de oratione priuata. Continet enim quempiam ex melancholia, & infirmitate capitis omnino destitutum ulu rationis se se interimere ex ignorantia quadam: uideatur ad extra factum eorum esse notorium crimen: ideo priuatim eos ecclesiastica sepultura, ut ceteris incutiat timorem, & ne facilitas ueniae summum praebet delinquendi. Ex fructibus eorum cognoscetis eos: ait Christus Matthae. vij. Monachus beati Grego. iij. dial. capite. xxxvii. uere poenituit: ut habetur ex serie textus. Secundum hoc exponenda sunt, & aliae auctoritates sanctorum: dicentes damnatorum poenas quandoque mitigari: ad hunc sensum: quia eorum poena non augetur. Et sic negatiue exponitur: mitigatur, id est non crescit: quia dum uiuissent adhuc abstinerunt a certis peccatis: uel quia ijs quibus fuerit occasio peccati, comuertuntur, & non peccant memores salutis proprie. ¶ Si dicitis: Viator potest alicui uiuo impetrare primam gratiam quod maius est: ergo & remissionem poenae in inferno, quod minus est: Respondetur negando consequentiam, quia constitutus in inferno est in termino: & obstinatus in malo: nec potest statum mutare nec tollere obicem gratiae stante lege dei: quia lignum ubi ceciderit ibi erit. ¶ Fuerunt de suffragijs pro damnatis opinioniones diuersae docto. sed maior est ecclesiae auctoritas: tenentis, quod in inferno nulla est redemptio: quarum aliquas refert beatus Augusti. xxj. de ciuitate. dei cap. xvij. & deinceps in sequent. Primum refert errorem Origenis tenentem damnatos, & angelos malos post diuturno-

**Opinio-
nes di-
uerse de
suffra-
gijs pro
damna-**

res poenas redimendos, & liberandos, et sanctis angelis sociandos. Insuper ponitur alternas uicissitudines misericordiae, & beatitudinis statutis certis seculorum intervallis. Hunc errorem destruit, & ueritatem ostendit. cap. xxiii. ostendendo poenarum perpetuitatem, siue in angelis, siue hominibus malis Matthae. xxv. & Apoc. xx. Alium errorem refert. ca. xvii. tenentem, quod mali, & infideles homines sunt quidem digni aeterno supplicio, & hanc dignitatem ad supplicium aeternum expressit scriptura, & comminando praedixit, abscondendo multitudinem misericordiae diuinae: a peccato respiciant, uerum cum uentum fuerit ad diem iudicii, donabit eos deus precibus, & intercessionem sanctorum suorum. Si enim sancti orauerunt pro eis, cum essent eis inimici, quanto magis, ut uident eos humiles, supplicesque prostratos? Misericordiae enim uiscera beatitudo non minuit. Et ita dicunt homines malignos, & impios quoscunque loco tempore cruciari, & post intercessionem sanctorum liberari. Adducunt dicta scriptura. Psalm. lxxvj. Numquid obliuiscetur misereri deus, aut continebit in ira sua misericordias suas? Exemplum de Nininitis, quorum praedixit Ionas uenturam destructionem: ut poenitentiam agerent. Item conclusit deus omnia in infidelitate &c. Roma. xi. Et Psalm. xxx. Quia magna multitudo dulcedinis tuae domine &c. Hunc errorem corrigit, & destruit. cap. xxiii. Fuit enim illa Ionae propheta non praedestinationis, sed comminationis: & secundum dispositionem hominum tunc stantem: si non agant poenitentiam. Ionae. i. & ij. Item fuit figura conversionis ecclesiae de gentibus: quod factum est post Christi mortem. Alium refert errorem tenentem omnem hominem baptizatum fore saluandum, quemodocunque male uixerit, propter participationem corporis Christi: quod est ecclesia fidelium regenerantium. Hunc ergo qui baptizatus est, & solum talem, dicit liberandum, nec damnandum: quia dicit scriptura. Si quis manducauerit ex hoc pane: uiuet in aeternum &c. Ioan. vj. Cae-

teros uero non baptizatos dicit damnandos. Aperitur ueritas. cap. xxv. & apponitur dictum Christi Ioan. vj. Hic est panis, qui de caelo descendit &c. Alium refert tenentem omnem hominem baptizatum apud catholicos, quemodocunque male postea uixerit, & solum talem etiam in quoscunque inciderit errores, esse saluandum: dato quod factus fuerit haereticus, idololatraratione qua prior nititur opinio, propter manducationem corporis Christi ostendendo, quod omnis eorum in pietas ad diuturnitatem, non ad perpetuitatem poenarum sit referenda. Hunc errorem enervat. cap. xxv. Alium refert tenentem omnem incorporatum ecclesiae, si permanet in ea, & fide catholica etiam si pessime uixerit, esse saluandum propter fidei fundamentum. Nam dicit scriptura. Matthae. x. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Allegat Paulum. j. Cor. in th. iij. & post multa. Si cuius opus arserit, damnatum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Aperit ueritatem. cap. xxvj. Recitat de hinc errorem tenentem illos dumtaxat damnandos, qui operibus misericordiae peccata sua non relaxauerunt. Ea uero crimina, quae commiserunt inter eleemosynas, quas fecerunt, non punienda pro perpetuo: nec ad iudicium uocari. Dicit enim Iaco. ca. ij. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Ad idem Matthaei. xxv. Et in oratione dominica. Dimitimus debitoribus nostris &c. Veritas aperitur. cap. xxvj. & ostenditur esse falsum, quod non sint illis obstitura peccata, in quibus cum eleemosynas facerent, persistenterunt. Et illi errori annectitur hic error, quod quicumque fratri roganti dimittit offensam, facit misericordiam proximo. Cum ergo per tempora uitae suae continuat orationem dominicam, semper facit eleemosynam. Facit ergo quaecunque peccata, si orando saluabitur, propter misericordiam, & eleemosynam. Contra hunc arguit Augusti. ubi supra cap. xxvj. Fuerunt, & aliae antiquorum doctorum opiniones plures: ut refert Albertus tract. iij. de officio missae. capit. xvj. exponendo dictum

Augusti. supra allegatum: cum dicit suffragia quibusdam prodesse: ut uelocior sit eorum liberatio: uel ut tolerabilior sit eorum damnatio. Nam Præpositinus tenet propter hoc Augustini uerbum, & Augusti. de Ancona in Summa de ecclesiis: quæstio. xxxiij. arti. iij. quod suffragia ecclesiæ ualent damnatis ad pœnæ sensus aliqualem mitigationem, & relaxationem: sed non ad omnimodam abolitionem. Et ponit idem Anco. duos modos dicendi. Vnum communem: alium specialem. Modum communem dicit esse illum. Quia in damnatis semper manet peccatum cum quo decesserunt, semper manet in eis pœna essentialis damnationis perpetuæ, nec aliquid de ea potest tolli. Et licet semper soluant in pœna, nunquam tamen satisfaciant deo. Pœna uero accidentalis dicitur quandoq; augeri, uel diminui, secundum quod pluribus uel paucioribus fueri causa peccati. Cum enim præcibus ecclesiæ multi præseruiantur a magnis, & multis peccatis in quæ cadent si non essent orationes ecclesiæ pro eis factæ, dicitur in hoc eorû pœna minui: pœna inquam accidentalis: & augeri cum sua doctrina, exemplo &c. pluribus fuisse occasio peccati. Et ad hanc intellectum possit dici, quod suffragia ecclesiæ proficiunt damnatis, & diminuant eorum pœnam accidentalem. Sicut & gaudium accidentale beatorum dicitur augeri, dum pluribus fuisse causa, & occasio profectus salutaris. Modus specialis secundum istum doct. quo ponitur pœnæ sensus qualiscunq; mitigatio, & relaxatio in inferno. Nam in peccato mortali tria attenduntur, scilicet auersio ab incommutabili bono, cui correspondet pœna damni. Secundò conscientix, & imaginis deformatio per cõscientiæ remorsum, cui correspondet pœna uermis conscientix. Tertio in bono commutabili praua delectatio: cui correspondet pœna ignis, & sensus, & proportionatur, ut secundum mensuram delicti sit & plagarum modus. Prima duo secundum eum essentialiter correspondent peccato, scilicet auersio, & uermis, & ponantur pro pœna damni.

Tria in peccato mortali considerantur.

Tertium uero accidentaliter debetur peccato mortali. Dicitur ergo ab illis, quod manente peccato. manet etiam illa duplex essentialis pœna, scilicet pœna damni, & uermis conscientix, nec remitti potest per ecclesiæ suffragium quodcumque. Sed pœna sensus, & ignis potest diminui, ex quo non correspondet essentialiter peccato mortali, non quod omnino tollatur, sed partim mitigatur. Est enim ignis instrumentum diuinæ iustitix, ergo uirit, prout deo placet. Consequenter ponunt, quod illa mitigatio sit tribus modis in damnatis. Primò, cum multi impediuntur, uel cohibentur a peccatis. Secundò, quia fortificantur, & uim quandam suscipiunt per suffragia ecclesiæ: ut tolerabilius possint illam damnationem sustinere. Tertio per pœnæ aliqualem relaxationem, & mitigationem. Nac sequitur ex hoc, quod suffragijs multiplicatis possent omnino a pœna liberari, quia taxatum est a deo, quod tantum poenarum debent tolerare, & non plus, ita quod secundum suffragium non tantum tollit de pœna quantum primum, nisi solum secundum partes proportionales, non secundum quantitatem. Exemplum: si una linea diuiditur in duas medietates, & quilibet medietas in suas medietates. Et sic secunda linea non tollit quantum prima, nisi secundum proportionem. Consequenter ponit differentiam iuuaminis horum, qui sunt in purgatorio, & qui in inferno, quia existentes in purgatorio possunt totaliter inuari, & liberari, qui uero in inferno sunt, non liberantur sed iuuantur, ut mirius puniantur. Et sic illa suffragia dicunt eis ualere quantum ad pœnam sensus mitigationem, sed non ad totam liberationem, quia sunt in termino. Admittunt etiam, quod in inferno est redemptio atqualiter mitigans, & relaxans: non ex toto liberans. Et licet constituti in inferno non sint de iurisdictione Papæ quo ad pœnæ totalem liberationem, sicut tamen de eius iurisdictione quo ad pœnæ qualemcumq; mitigationem, saltem illi, qui existentes in uia in charitate meruerunt sibi illa ecclesiæ bona applicari &c. Albertus nominat illam opinionem, & non

Mitigatio fit tribus modis in damnatis.

Differentia iuuaminis horum, qui sunt in purgatorio & qui in inferno.

& non ab re, scilicet rationem. Non enim datur ratio, quare secundum suffragium non tantum ualeat, cæteris paribus sicut primum nisi secundum proportionem: cum in omni natura equaliter agentia, æqualiter tollant, & abijciant de passiuo. Et possunt illa suffragia fieri pari uoluntatis conatu, consimili charitatis fetore &c. Volunt in summa, quod suffragia ecclesiæ ualent dånatis pro diminutione pœnæ secundum partes proportionis, sed non eiusdem quantitatis. Cantor Parisiensis, & Stephanus Cantuarien. tenet, quod primum suffragium non minus, nec plus confert, quam secundum: & quod secundum tantum ualeat, quantum primum &c. procedendo: & quod suffragia possent ita multiplicari: quod tota illa pœna tolleretur a damnato. Sed tunc relaxantur in priores damnationis pœnas. Et sic dicunt pœnam illam aliquando suspendi: & damnatum relabi in id ipsum. Nemo enim liberatur a pœnis, siue relapsus, nisi per gratiam dei, cuius facti sunt indigni. Ad sic dicendum mouentur dicto Ioan. Chryso. supra exposito: ponentis duplicem misericordiam, liberantem ex toto, & relaxantem, quæ semper punit citra condignum in omni iudicio. Allegant plura alia: quæ non cogunt: quia dei misericordia semper punit citra condignum: sed uidetur mirum, quomodo fiat cum misericordia, quod relabuntur in pœnam iam liberati: & quod punit deus bis in id ipsum. Quis iustus iudex in flagit rursus pœnam post solutionem, & acceptatam satisfactionem. Item dixerunt quidam: ut refert Guilielmus Altiss. libr. iij. titu. de damnatione reproborum, quod suffragia ecclesiæ ualent damnatis ante iudicium extremum: sed non post iudicium. Præpositinus uero tenet, quod ante & post iudicium ualent damnatis, si sunt pro eis: & tantum quantum meruerunt in uia. Hinc refert idem Præpositinus, quod legitur in uita sancti Brandani, quod Brandanus uiderit ludam incedentem per pratum, & cum quaereret ab eo, cur non esset in inferno, respondit se ad tempus habere refrigerium: propter bona, quæ fecerat Albertus Magnus: ut supra post

Duplex misericordia Dei.

præfatam opinionum recitationem dicit Guilielmum Altiss. magnum doctorem tenere, quod pro certo pœna ignis non diminitur: nec suspenditur a damnatis per ecclesiæ suffragium: tamen prodest, ut tolerabilior sit eorum damnatio: quia confortat patientem: ut confortato uigore lenius ferat ignis incendium. Exemplum: cum alicui ualde grauato sub pondere infunditur aqua ad faciem infrigidans eum, hic quidem refrigeratur, & confortatur ad lenius sustinendum pondus ipsum: & tamen pondus non diminitur. Et hoc similiter dicit Albertus esse fictionem. Nescio, ubi Guilielmus hanc opinionem. Nescio, ubi legitur in libris eius ubi supra libro quarto. titu. de damnatione reproborum. Dico sine præiudicio melioris sententiæ, quod opinio dicens suffragia non prodesse damnatis, probabilior est, & magis consona diuinis eloquijs. Unde cum in inferno nihil de culpa diminitur per suffragia, nihil de pœna per eadem remittitur. Si uero, & ubi aliam (quam ei Albertus adscribit) teneat opinionem: non legi: tamen profuse hanc pertrastet materiam, recitando uarias opiniones. Manet ergo conclusio uera auctoritate ecclesiæ: quod in inferno nulla est redemptio, quantum ad status mutationem. Dicit enim Christus. Matthæ. xxv. Ite maledicti in ignem æternum. Ad idem Augustini. xxj. de ciuitate dei capi. xxij. ubi allegat scripturam multipliciter ad hoc. Siue intelligitur de pœna damni, siue sensus, neutra illarum minuitur in inferno quo ad damnatos, sed manet perpetua: præsertim quo ad eam quæ infligitur pro mortali peccato non remisso in uia quo ad culpam, ut puta cum quo decessit. Quod notanter dicitur propter opinionem aliquorum tenentium pœnam mortalem, & uenialium quo ad culpam in uia remissionum finem in inferno habituram, cum iam satis passæ sint pro illis secundum dictam diuinam iustitiam. de quo infra distinct. xlvi. Secus de mortalibus, & uenialibus hic per contritionem non deletis quo ad culpam. Attamen non obstante ista opinione, quod tales pœnæ sint habituræ

Exemplum.

Manet uera conclusio, quod in inferno nulla est redemptio.

finem in inferno, non profunt eis suffragia ecclesie, sicut profunt ijs, qui sunt in purgatorio ex ordinatione diuina: quia clarati sunt omnino in termino: & perpetui inimici dei: nec meruerunt propter gratiae defectum, quod talia possent eis prodesse, si contingeret pro ipsis fieri suffragia. ¶ **Secunda conclusio.** Omnibus, & solis defunctis, qui decesserunt in charitate, aut gratia gratum faciente prodesse possunt (si habent aliquid extensibile) suffragia ecclesie. Probat, suffragia ecclesie possunt aliquibus prodesse: sed non beatis nec damnatis ex prima conclusione: ergo illis, qui sunt in purgatorio. Ad hoc sunt auctoritates plurimum sanctorum patrum: tamen auctoritas ecclesie sufficit cum Paulo. **j. Corinth. iij.** cum loquitur de aedificatione super fundamentum, lignum, fenum, stipulam, quae salui erunt per ignem. Ad hoc Augustinus vigesimo primo de ciuitate dei. capit. uigesimo sexto. item de cura pro mortuis. capit. ultimo: & in quaestionibus Dulcitiij quaestione secunda: in Enchiri. capit. cx. item decimatercia quaestione secunda. Dionys. ad idem capit. septimo. Ecclesie. hierarch. cum Vercellen. Et propheta. Particeps ego sum omnium timoriam &c. Dicitur, possunt prodesse, sed quando, & quomodo facta? Respondetur, defuncti in charitate, qui sua finali perseverantia in charitate meruerunt, tum propter charitatis communionem, tum propter facientis supplicationem piam, & deuotam, tum propter meritum, ac ut supra dictum est facientis applicationem. Nec obsunt auctoritates allegatae. Opera eorum sequuntur illos &c. Intelliguntur enim de praemio essentiali, & status mutatione: item post iudicium, uel ut supra. hic uero locus est suffragij. Et licet bona, quae agit homo, sint secundum praedicta ipsius operantis potest tamen ea dare alteri quod ad poenae remissionem &c. qui dum uiueret in uia, meruit sibi posse prodesse: si pro eo fiant cum effectu post mortem. Sed contra hanc conclusionem uidetur esse Ecclesiastes nono. Mortui non habent par-

tem in hoc seculo. Item Ezechie. de quarto. Si fuerint hi tres uiri &c. ipsi sua iustitia liberabunt animas suas. inquit non alienas. Item peccator absolutus a facerdote, si emendam impositam acceptat, tenetur eam adimplere per se, & non potest auctoritate propria eam, cui sibi imposita est, exequi per alium. Aliis diuites, & carnales homines possent omnes corporis castigationes face- re per alium, & sic maneret in eis malum impunitum. Item poenae purgatorij sunt formaliter opera poenalia: ergo non possunt tolli, nisi per aequiualem formaliter: & ita per sola poenalia: ergo non uidentur sufficere orationes, & oblationes &c. Item nullus potest pro alio pati poenas purgatorij: quia non est in potestate detenti in purgatorio alium surrogare, qui pro eo ibi patitur: ergo etiam uiuus non potest satisfacere pro detento in purgatorio, pati ratione: eo quod mortuus tenetur pro se satisfacere. Item oportet habere secundum strictam iustitiam aequiualem naturalem unius ad alterum: sed poenae purgatorij cum poenis huius mundi, nullam habent similitudinem. alibi enim sola anima, hic corpus dolet, & anima torquetur &c. Item homo non potest pro homine confiteri, uel contritionem elicere, ita ut alius ad ea, stante culpa propria non teneatur: ergo nec satisfacere: cum satisfactio ipsa sit pars poenitentiae, sicut confessio, & contritio. ¶ **Ad primum:** Ecclesiastes loquitur, ut concionator: nec loquitur hic in persona sapientum, sed stultorum. Sed si in persona sapientis dictum est, intelligitur post iudicium: uel de praemio essentiali augendo, uel nouo merito acquirendo ad status mutationem: ut supra notabiliter secundo. Consimiliter intelligitur Ezech. xiiij. & xvij. Ad alium: tenetur implere per se, si tenor iunctionis hoc habet: & si potest per se implere: & si eam acceptauit non praeuentus morte, uel aliqua corporis ualitudine, aut impedimento consimili. Sacerdos enim non potest peccatorum obligare ad impossibile. Debet ergo illa esse mens discreti sacerdotis: ut per se-

Peccator absolutus tenetur implere per se, & non per alium

ipsum si potest, aut per alium, si per se non potest, satisfaciatur ei, cum hoc innotescendo sibi poenam purgatorij, quam habet inere post mortem, si hic non satisfaciatur in uia pro culpis commissis. Est enim rationi consonum, & liberalitatis diuinae: ut cum amicus dei per gratiam morte praeventus non potest hic satisfacere, sed cogitur alibi, satisfaciatur habeat, qui eo suffragium faciat amici, dando pro eo, quod per se dare non potest. Quia si alicui imponitur emenda ad cautelam culpae futurae, aut pro corporis castigatione, & eam acceptat: tenetur pro seipsum implere caeteris paribus nisi concedatur ipsi eam tollere aliquo opere priuilegiato, uel per indulgentiarum concessione. Dicitur, & eam acceptat: quia si qui renuit accipere emendam propter corporis teneritudinem, infirmitatem, paupertatem &c. nihilominus est absoluentus secundum Gerse. in florib. Et sancti Tho. iij. quodlibet. quaestione uigesima octaua. Sacerdos non debet onerare poenitentem emenda intollerabili: sed ei indicare poenitentiam, & si uult ad suum arbitrium ponere: si potest illa facere &c. Caeteris paribus dictum est: ut in coniugio, uel in casu consimili: ubi de hoc magnam oritur scandalum: uel timeatur malum uerisimiliter futurum: quia tunc potest petere commutationem. Si enim quispiam commutaret emendam sibi impositam, & per se faciendam non amore carnis propriae, sed ex causa alia, & pietate quadam maxime usus consilio sapientum, aut sacerdotis auctoritate, qui eam imposuit, uolens interim (sine salutis iactura) salubrioribus intendere ex maiori charitatis affectu: uel forte, ut euadat notam, & scandalum, & nihilominus illa ex plere per alium, non peccat: sed satisfaciatur. In hoc enim casu indicat ille hanc commutationem de fore plus gratam, & ecclesie magis proficuum. Nec ex hoc sequitur corporis lasciuia, sed potius domatio, & ad utiliora (magis necessaria) roboratio. Possunt dari exempla de pugnantibus pro fide catholica, tum armis, tum doctrinationibus, disputationibus, lectionibus,

Exemplum de pugnantibus

concionibus &c. Cum ergo confessor non habet alicui infligere poenam purgatorij, sed proponere, & ante oculos reducere poenam luendam in purgatorio, quam hic non diluit: nec eum ducere in barathrum desperationis: sed erigere baculo consolationis: non debet infligere alicui poenam, quam non uult, aut non potest ferre, uel implere: sed nec deus (ex sua misericordia) obligat eum ad hanc praesentem: sed dat alteratiam: uel hic satisfaciatur, uel alibi satisfaciatur, donec uiuorum suffragiis inde liberetur. ¶ **Ad aliud,** non opus est hic esse aequiualem formalem, uel naturalem hominis ad aliud: sed sufficit diuina acceptatio, que hoc acceptat, pro illo: nec ex hoc relinquitur malum impunitum: sed puniatur in acceptatione diuina huius pro illo. Et licet poenae purgatorij sint formaliter opera poenalia, non sic orationes, lectiones, disputationes, &c. hoc non impedit in proposito: quia secundum Gerse. in florib. huiusmodi opera spiritalia pro statu illo habent annexam corporis fatigationem: & contrariantur affectioni commodi, ut notum est: ideo sunt poenalia. Praeterea secundum Maximum in sermone: tota christiani hominis uita crux est, martyrium. & militia uita hominis super terram. Deus enim iudex iustus est, & misericors: per suam passionem, & mortem meruit nobis: deus pater uult pro illo acceptare hoc. Statuit quoque, quod in purgatorio patiantur: donec habeant redimentem, & soluentem usque ad minimum quadrantem: Matthaei quinto. ¶ **Et si adducitur,** quod licet in contractibus quis possit pro alio satisfacere, & de delicto quando est obligatio ad poeniam: secus de delicto quod ad poenam corporalem. Sic enim poenae tenent suos actores. Dicendum, quod illa iuris regula non habet locum in proposito inter Deum, & homines: quia Christus non plene liberasset genus humanum a debito originalis culpae: necauerat nobis gratiam primam: nec ad ultimum baptisimus conferret gratiam primam sine condigna satisfactione pro delicto, & peccatis, & formaliter poenali. Regula iuris in homine

ris non loquitur de pœnis quibuscunq; & pro quolibet foro: sed intelligitur, nisi dominus uoluerit eam ipsi uel remitti uel commutari: aut hoc tanquam equiuale in sua acceptatione pro tanto recipere, dum offensa est remissa, & facta amicitia: nec restat nisi soluendum aliquid, quod potest, & per alium fieri.

¶ Ad aliud: conceditur, q̄ nullus potest purgatorium intrare, & ibi pœnas eiusdem pro alio sustinere. Secus in uia: nec est par ratio, nam unum placet deo, non aliud & unum uult fieri non sic aliud: cum non est de foro meriti, uel satisfactionis, sed passionis. Nec mortuus tenetur per satis facere, sic q̄ alius non possit sibi esse suffragio: uerum si suffragium in effectu deest, tenetur per se satisfacere, donec de remittatur. ¶ Ad aliud, negatur. Sufficit enim æqualitas in diuina acceptatione: ut solet dici de merito distincto. xxvij. ij. sen. ¶ Ad aliud, dicendum, q̄ non est simile. Ratio est natura rei sic instituta a deo: quia respectu confessionis, & contritionis homo se habere debet actiue: ut gratiam consequatur ex ordinatione diuina. Nec merentur actus illi proprie dici confessio, uel contritio: nisi sint actus personales. Satisfactio uero dici potest, etiam dum sit per alium, & alter illud acceptat quasi factum per seipsum. de hoc supra habetur distinctio decimasexta questione secunda huius collectorij. & xxij. questio. ij. de satisfatione unius pro alio, & operum duplici pœnalitate. Et quia plurimi docto. ut puta Palu.

G Plus ualeat emenda per sacerdote impositam, q̄ sponte assumpta.

fuit emendam specialem pro peccatis, dicat, Opera bona, quæ fecisti, & adhuc facies siue actu, siue proposito, & uoluntate, item mala pœnæ, & corporis cruciatus quoscuq; sustinueris, profuit tibi in remissionem peccaminum, & in satisfactio nem. Non tamen debet sacerdotis intentio esse, q̄ uelit ad hoc obligare confidentem, q̄ illa omnia faciat, & patiatur, sed si fecerit ea, aut passus fuerit &c. siat ipsi satisfactoria ex sacerdotis ordinatione, & ita uirtute clauium, per consequens est satisfactio sacramentalis. Gerson in floribus, de pœnitentia. uult quoddam illa generalis iniunctio, quæ bene fieri solet, ut omnia bona faciendia cedant in remissionem, profuit, & sufficiat ut in indulgentiæ, quæ referuntur ad pœnas iniunctas in hac uita, ut habet communiter series uerborum concessionis, naleant, & profuit alicui, ubi etiam pœnitentia specialis totidem dies, quor sonant indulgentiæ, nequaquam iniunxisset, uel iniunxit. Ecce & hic doctor generalem iniunctionem pœnitentiæ laudat, & præmisit quoddam uirtute clauium, & meriti Christi dantur in qualibet confessione sacramentali indulgentiæ: sed quantum, deus nouit. Et sanctus Thomas ad idē quod. iij. questione. uigesima octaua. Hinc quidam habent illum morem, quod etiam tempore indulgentiarum cum habetur remissionem plenariæ, imponunt peccatori pœnitentiam canonicam, & septennem: ita tamen, q̄ eadem quantumcyus redimant faciendo id, ratione cuius datæ sunt indulgentiæ. Et uidetur non esse ab re, si ille modus etiam seruetur circa moriturum absoluentium uigore indulgentiarum plenariarum. Addit Palu. questio tertiæ articulo secundum. Dum aliquis absoluit morientem, cum ipsi iam innotescit pœnitentia, quâ facere deberet generali iniunctione, ut supra, debet uelle, q̄ omnia, quæ per ipsum fuerint ordinata, & omnia suffragia, quæ sibi fuerint impensa, sint sibi in remissionem peccatorum &c. Insuper debet hortari, ut hereditibus, & executoribus imponat plurimum ut potuerunt, suffragiorum impensionē

Generalis iniunctio pœnitentiæ laudanda.

tionem sine dilatione: q̄ si tenetur ad aliquid, & id iniungitur præuentus morte uiuente, sed uiuus negligit, torquetur in purgatorio, prout Dei misericordia, & iustitia exigit pro delicto. Debnit enim non peccasse: & uitæ breuitatem præuidisse. Nec impotentia ipsi ualebit ad satisfaciendum: licet ualuerit ad merendum. Præterea si ille, cui committitur executio a morituro, nō potest per se facere: potest surrogare alium sine fraude, & dolo, qui non peior prior: quia id ipsum placuisset morituro, si cogitasset illum euentum futurum. Si autem quis pro mortuo facit pœnitentiam, quam ille non fecisset, nec imposuisset, non prodest mortuo uirtute clauium, uel per modum sacramenti: sed solum per modum suffragij: sicut profuit suffragia defunctis, licet ab eis postulata non fuerint. Hæc ille. Ad propositum Durandus in distinctione uigesima, & alij. ¶ Si queritur, an uixisse in maiore charitate sit causa, q̄ plus profuit alicui suffragia, si sunt pro eo post mortem: Respondetur, q̄ non: quia est meritum conditionatum, q̄ ualent ei, si pro eo sunt. Ergo decessisse in charitate est causa sine qua non. Et in illa non ualet arguere a simpliciter ad magis. Præterea, quod sic est causa, non ponit effectum nisi extante conditione. Si queritur, quomodo suffragia liberant animas a peccato: sensus est, liberant ab obligatione ad pœnā debitam pro peccato olim commissio. Et sic a pœna peccati liberat: quādoq; per modum meriti: quandoq; humilis supplicationis, uel puræ solutionis. Quomodo tollunt maculam peccati: dicendum: nō proprie, sed metaphorice: quia tollūt carentiam gloriæ tunc debent. Dicitur. n. res maculosa nō solum positue, sed etiā priuatiue ex carentia gloriæ: tunc inesse debent: si non esset impedimentum. sicut & homo mortuus dicitur ex carētia gratiæ gratum facientis, quæ est uita animæ, & decor. ¶ Si dicis, iniustum est innocentem mulctari pro nocente: Dicendum, in casu non est iniustum: dum innocens causam alterius facit suam sine sui iactura, sed cum lacro. In proposito faciens suffragium pro alio non priuatur essentiali

An uirtute in maiori charitate, q̄ plus profuit alicui suffragia, si sunt post mortem.

præmio beatifico: sed communicat alteri bona sua ad remissionem pœnæ cum augmento meriti, quod habet tum gratiæ, tum præmij essentialis &c. ¶ Tertia conclusio. Est probabile dictum: suffragij factum per malū ministrū mortali culpæ subiectum posse defuncto pdesse quādoq; tū ex opere operato: tū ex opere operante: tū uia supplicationis, uel humiliationis, aut protectionis catholice fidei: & non uia meriti, uel unionis charitatiuæ. Malus minister est peccator mortali culpæ subiectus. ¶ Dicitur ex opere operato, quod intelligitur: ut supra notabili quarto. Sic enim semper ualet altaris sacrificium ex opere operato a quocunq; ministro fiat. Est enim idem sacrificium a quocunq; dispensetur malo, uel bono ministro. de quo in expositione canonis missæ. lectione quinquagesima sexta, & quinquagesima septima. Item octogesima quinta. & octogesima sexta. Sic & sacramentalia aliqua ualere creduntur ex institutione ecclesie, & similibus ex opere operato, ut aquæ benedictæ aspersio, & benedictio, oratio dominica &c. Sic de elemosynis, ex quarum largitione contrahitur quasi debitum morale: ita q̄ percipiens uicē gratitudinis tenetur orare pro illo defuncto, cuius uicē dantur. ¶ Dicitur ex opere operante. Vno modo, ex opere operante alterius a ministro execute. Alio modo non alterius ab execute. Si primum, hoc est dupliciter. Nam ille alius ab execute, quandoq; est ecclesia uniuersalis Deo semper placens, quæ per ministros licet malos sæpe operatur ministerium. Item potest esse alius operans ab ecclesia uniuersali, ut puta instituens, ordinans, mandans &c. Si primum, ex quo ecclesia principaliter agit per suum ministrum: & semper placet deo: ministerium, quod sic fit uicē ecclesie ab eius ministro, semper placet ex opere operante ecclesie uniuersalis. Et hunc ualorem non impedit maculata ministri: quia non gerit ut sic personam suam: sed uicem ecclesie. Sic uigilia, & similia ab ecclesia instituta ut suffragia pro defunctis ualent dum sunt a malo ministro ex opere operante ecclesie uniuersalis. Et uidetur probabile dictum: si-

Cœl. 3. H Suffragium factum per malū ministrū mortali culpæ subiectū potest defuncto aliquando prodesse.

ent in ordinatione sacerdoti dicitur generaliter: Accipe potestatem offerendi p uiuis, & mortuis: ita & sacerdotibus generaliter datum est, ut ministris ecclesie ratione ordinis, & officij publici facere sacrificium pro uiuis, & mortuis quicunq; sint, nisi ex demerito specialiter phibeatur. Hinc mali licet nō mittatur specialiter ab ecclesia ad officia suarū generaliter, & ratione officiorū missi dicuntur. Et generaliter loquendo uidetur omnes ordinati ab ecclesia (siue nunc possunt aliquid de facto, quod prius non potuerunt de facto, ut sacerdotes ordinati, qui sumpto caractere sacramentali consuecunt eucharistiam, quod non poterunt de facto: siue ex officio, quod prius nō poterāt ex officio, sed solum de facto: ut legere euāgelia, epistolas, portare ampullas &c. quod de facto etiam possunt laici facere) dum faciunt id, quod ratione susceperunt ordinis eis cōperit facere, actū sui ordinis, & ueluti ministri ecclesie, licet mali, siue faciunt cū uel sine solēnitate, cum uel sine habitu clericali, in uel extra templū: dum modum non sunt alias protunc ritē, & legitime prohibiti, uel suspensi. Et idem uidetur esse de laicis facientibus ali quid ab ecclesia institutum tacite, uel expressē, seu pia consuetudine pro loco, & tempore inductum: ut suffragium defunctorum: & ab ecclesia frequentatum. Et sic uidetur intelligēdum dictum uulgarū plurimorum: q̄ coram facta ualeant, dū faciunt actum sui ordinis. Alias legentes uigilias extra ecclesiam, uel deambulando ad extra non seruando solemnitates, non facerent actum ordinis: & sic non proderent ex opere operante ecclesie. Cohibet uero ecclesia excommunicatos ab actibus publicis, non semper ab occultis. Teneatur enim excommunicatus legere horas, uigilias, & similia: sed prohibiti sunt a sacramentorum perceptione, & collatione: excommunicatio non debet eos releuare. Et non uidetur, quomodo uerum sit illud dictum: faciens actum sui ordinis in mortali peccat mortaliter, nisi in certo casu cum scā dalosē facit, ut notorius, & fornicarius &c. cum remorsu conscientie, similitate,

& Pharisaicē simulans sanctitatem ad extra &c. Non enim concedendum est excommunicatum peccare mortaliter, cū ad partē legit horas suas, aut uigilias &c. facit enim id, ad quod tenetur siue pro uiuis, siue pro mortuis. Hinc stat quem facere actum ordinis, & ordinantis debetum, & non incurrere irregularitatem. Pater de legente orationes suas in edibus, cum est excommunicatus. Nec uidetur soli illi actus dici actus ordinis, in quos nūc potest cum effectu, & prius simpliciter non potuit. Sic enim soli actus sacerdotales dicerentur actus ordinis cōtra ritum multarum ecclesiarum: ubi & subdiaconis, & diaconis præbentur pro suis ministerijs præbendæ, uel manuales distributiones &c. cum intersunt uigilijs, uel officijs &c. ¶ Videtur salua maiorum sententia, dicendū. Sicut in confessione facta ab homine peccatore, imponitur ei emenda generalis conditionaliter, & generaliter: sic q̄ omnia, quæ facturus est, aut passurus, sint ei uirtute clauium in remissionem peccatorum: ultra ualorem operis ex operante: Ita ecclesia uult omnium suorum ministeriorum officia, & actus ordinis, quos facturi sunt circa prohibitionem eius ualere, quasi eius nominē facti sint defunctis &c. Consimiliter dicendum uidetur de actibus pijs, & deuotis suorum filiorum laicorum ab ea institutis explicite, uel implicite. Hoc scho lasticē refero, & maioribus examinādum committo. ¶ Alio modo operans, qui est alius ab executore, potest esse is, qui mandat, rogat, aut instituit, uel iubet suffragium fieri pro se, uel alio per ecclesiam ministrum. Quod enim quis sic per alium facit, ipsemet censetur fecisse. Et hoc dupliciter: quia quandoq; mandans malus est: quandoq; bonus. Si bonus, est concors omnium sententia, q̄ ualet. Sic bonus dominus quandoq; meritorie per manum mali hominis dat elemosynā. libro sexto de electio. capit. Vbi maius periculum. Papa in Concilio Lugdunensi mandat pro defuncto Pōtifice ex quoas fieri: & superiores subditis imponunt orationes generales pro pace &c. Sic concionator, aut curatus in commo-

Excoīca- tus le- gēs ho- ras non incurrit irregula- ritatem.

In suffi- ciat in- stitutio suffi- ciat secū- dū mētis pparati- onem cantuar.

Do mō- dū dāre du- pliciter censetur.

morationibus mortuorum &c. Quæ omnia faciunt ut ministri ecclesie, quæ talia quasi instituit fieri laudata consuetudine. Hoc modo suffragia facta per malos ministeriales ualere possunt ex opere operante principalis actoris boni alterius ab ecclesia uniuersali, qui mandauit, instituit, iussit, aut ordinauit ipsum fieri, si tempore, quo mandauit, instituit &c. fuit bonus. Sic tenet Palud. & Thomas. ¶ Sed diceret aliquis: esto, q̄ aliquis non instituit actū, & uoluntate elicitā: sed solum secundum mentis præparationem, an hoc sufficit? Quia sic uidetur, quia secundum Palud. & alios doctores præuenus infirmitate censetur perere extremam unctionem, cum uita ipsius fuit talis, q̄ præsumitur, si cogitasset de euentu illo in sperato, petiussit tunc sibi dari nunc. Ita loquitur de eucharistiæ sumptione, dum alia sumere potest. Ita in genere quilibet catholicus uult uoluntate humili implicite sibi suffragari omnia ea, quæ ab amicis pro eo fient, & omnia obsequia ecclesie uniuersalis. Habent enim tacite uoluntatem, & effectū ad illud, quia requisitus, si uis p̄ te fieri suffragia solita ecclesie: & pulsationes cāpanarum: iteā diem exequiarum &c. dixisset ut catholicus, utiq; uolo, & instanter peto. Videtur ergo illa omnia implicite mā dāsse. Sic de præuento morte, cuius semper fuit uita laudata, qui neglexit, aut nō potuit instituire pro se exequias fieri solitas &c. quia ratione caruit, uel loque- la &c. ¶ Dicendum uidetur, huiusmodi institutio, quæ est solum secundum mentis præparationem, non sufficit in operibus satisfactionis, in quibus uoluntas nō reputatur pro factoria: alia uolens secundum mentis præparationem benefacere, iam faceret opus, & suffragium impartiretur alicui: ita q̄ si prius decederet, esset suffragium quasi consummatum. Requiritur ergo institutio actualis, credo tamē sufficere in casu uiruales, quam præcessit actualis tanquam causa, ut cum homo quaerit cum effectu modum congruum instituendi prænū uoluntate efficaci de uoliti consummatione. Nec est simile de usu sacramentorum, quæ ual-

ent ex opere operato, & operibus satisfactoris in remissionem penarum: quia in his requiritur factum, si pœna debet solui. Verum licet non ualent ex opere operante mandantis: ualent tamen huiusmodi suffragia ex causa alia defuncto, scilicet ex opere operante uniuersalis ecclesie ceteris paribus, cuius more, & quasi institutione sunt: & cum hoc quandoq; ex opere operante ministri exequentis. In his uidetur esse concors omnium sententia de ualore ex opere operato, & opere operante ecclesie uniuersalis: & similiter mandantis principalis, dum est in gratia tempore mandati. Sic notat quaestiu- cula tertia quaestione secunda. sanct. Tho- mas. Opus suffragij, quod fit a malo ministro, ultra hoc, q̄ dicitur ualere ex opere operato, potest in eo considerari opus operans: & hoc dupliciter: quia operatio peccatoris facientis suffragia, quandoq; est eius, idest præcisē fit a malo ministro, qui est principalis actor, & executor operis. & sic secūdū illum doctorem nullo modo est meritoria nec sibi, nec alij. Et hoc uerum est secundum eum: quia non dicitur meritorium, nisi meritorium condigni. Ad idem est Durandus quaestione prima, dicens, q̄ nec ualet ad meritū de condigno facienti, nec ei, pro quo fit. Alio modo consideratur in quantum est alterius: quod contingit dupliciter. Vno modo in quantum factor operis gerit personā ecclesie totius. Et quia ille dicitur facere cuius uice aliquid fit: hoc modo ualet ex opere operante ecclesie uniuersalis, non obstante malitia exequentis. Sic secundū Durandum oratio publica ministri mali semper ualet: quia fit nomine ecclesie. Alio modo in quantum est alterius ut instrumenti. Et quia opus ministerij magis est principalis agentis, & mandantis, quā instrumenti. si instrumentum (hoc est minister exequens motus, & directus a principali actore, & mandatore) non est gratus, sed actor, & mandator principalis cū mandauit, fuit in gratia, potest actio illa esse meritoria remissionis pœnæ ratione principalis agentis, ut loquitur sanctus Thomas: sicut cum dominus bonus existens in gratia dat elemosynam per

Operatio pccatoris facientis suffra- gia, si pccisē fiat tanq̄ a princi- pali actore. nō autē execo- re non est meri- toria.

Eorū fa- cta ua- lēt, q̄ fa- ciunt a- ctum sui ordinis.

Coroll. 1.

feruum malum. ¶ Ex his possunt colligi aliqua corollaria. Primum corollarium. si aliquis existens in gratia gratum faciente mandat pro se fieri suffragium, mandatum, inquam, manens protunc in gratia, cum mandat, si posterus eo mortuo, cum sit suffragium pro eo executor operis est in peccato, nihilominus ualet ipsi defuncto suffragium ad remissionem poenae, quamuis ille, per quem fit, sit protunc in peccato. Sequitur enim oratio conditionem principalis agentis, seu mandantis, & non instrumentalis. ¶ Corollariū secundum si quis decedens in charitate ordinat, tunc cum est in gratia gratum faciente, suffragium pro se fieri, id non impedit malicia exequentis quoad opus operans ipse instituentis, seu mandatis. Magis tamen ualere principali actori: si & executor tunc esset in gratia gratum faciente: quia tunc ex duabus partibus posset ipsi prodesse, scilicet ex opere operante sui instituentis: & ministro exequentis. ¶ Corollarium tertium. Si tempore mandati mandator non est in gratia gratum faciente, nō prodest ipsi suffragium mali, aut boni ministri factum pro eo ex suo mandato, uel opere operante directe: secus forte per accidens: ut si datur tempore executionis suffragij eleemosyna pauperi, qui prouocatus orat pro eo. Sed ille effectus dicitur operis operati, non operis operantis. Et dato, q̄ mandator iustificetur ante executionem per ministrum: quia tamen opus sequitur conditionem mandantis tunc inexistentem, dū ordinauit illud suffragium fieri, nō prodest ipsi defuncto ex suo opere operante: quia tunc caruit gratia gratum faciente, cum fecit mandatum, uel institutionē.

Coroll. 2.

¶ Corollarium quartum. Suffragium a quocunq; fiat ministro pro defunctis, si fit uice ecclesiae uniuersalis, sic semper ualet ex opere operante. Dicitur autem fieri uice ecclesiae, quando est actus ordinis, & fit a ministro ecclesiae, aut quando est ab ecclesia directe, uel indirecte institutum. Vt est suffragium mortuorum, ut uigiliae, thurificationes ecclesiae, pulsatio campanarum, & similia multa, quae habet usus ecclesiae uniuersalis, uel particu-

Coroll. 3.

laris pro defunctis. Viderunt. n. probabiliter dicendum, quaecunq; bona opera ab ecclesia (ut sunt mortuorum suffragia) directe, indirecte instituta, uel laudabili consuetudine introducta possunt ualere defunctis ad remissionem poenae ex opere operante ecclesiae, uel illius particularis agentis, & dici fieri uice ecclesiae, ut supra. Immo in genere quaecunq; sunt ex protestatione, credulitate, aut fide ecclesiae catholicae a quocunq; filio ecclesiae: ut infra dubio nono. Si uero fit ex mandato personae privatae praecise, & non uice ecclesiae, ut causae sine qua non, sequitur conditionem tunc inexistentem principalis agentis, ut puta si tempore mandati fuit in gratia, non impedit malicia ministri exequentis, si non fuit in gratia, non ualet ex opere operante mandantis: sed solum boni ministri exequentis. Attamen si mandator, & ordinator id, quod olim existens in peccato mandauit, de nouo mandet uel prius mandatum, & ordinatum innouet, cum iam est in gratia gratum faciente: perinde est, ac si constitutus in gratia mandasset suffragium pro se fieri. Ita uidentur tenere, ut supra sanctus Thomas, Durand. & Palud. Sed cum idem est mandans, & exequens, & in mortali peccato constitutus, aliter respondet sanctus Thomas, & eius sequaces. Aliter Scotus. Secundum opinionem sancti Thomae talismodi suffragium nullum est defuncto. Oportet enim satisfactionem fieri in charitate. Secundum aliam opinionem habitam supra, distinctione decimasexta, quaestione secunda. & Gerfonem de poenitentia in floribus, & partem la. xlvij. de sollicitudine ecclesiae, & de oratione parte secunda, Durand. distinctione decimasexta, quaestione secunda dicit potest: Sicut peccator potest alicui defuncto in charitate consequi indulgentias per modum suffragij: ita uidetur probabile dictum ipsum posse satisfacere circa reconciliationem, & meritum proprie dictum pro suis, uel alterius defuncti peccatis quoad culpam dimissam. Prima pars manifeste claret ex determinatione Cardinalis Rainundi nostri auo tempore Sixti quarti, & Innocentij octauis trans-

Opin. s. Thom. oportet satisfactionem fieri in charitate, ut ualeat.

Coroll. 4.

uiffe per uniuersum orbem. Secunda pars: quia non uidetur ratio diuersitatis loquendo de satisfactione non meritoria, nec reconciliante. Sic Gerfon parte secunda de oratione ponit plures modos, quibus oratio innitur, & satisfactoria compensatio: & quod quandoq; procedit ex informi: sicut ex spe quadam. Et secundum Augustinum cap. quinto de cura pro mortuis, credere quem posse iuari precibus sanctorum, est quadam applicatio. Et ideo dictum fuit in conclusionem tertia: Tum uia supplicationis, uel humiliationis &c. Ad hoc uidetur esse communis ritus, & obseruantia ferē totius ecclesiae: & dicenda infra dubio nono iuxta finem. Non enim facturi suffragium defuncto tale, uel tale prius consentur, aut contemuntur, ut eorum opus, quod facturi sunt, sit proprie meritorium, & procedat ex gratia inclinatione: sed passim, & indifferenter faciunt fideles oblationes pro defunctis ad altare: sequitur cadauer in officio sepulture: adstat pulsui campanarum: inter sunt thurificationi: mortuorum officijs: & similibus multis: scandalizarentur plurimi: si quis praedicaret talia nihil conducere defuncto ex supplicatione, & deuotione sic agentium. Quicquid sit de opere operante ecclesiae haec instituentis, nisi factor sit in charitate, omnes clerici curati silent, sinunt talia fieri, & religiosi, & ita uidentur populum decipere, & in ignorantia tenere &c. Praeterea uidetur illud proximum esse errori. Uide est, condemnato in Concilio Constantiensi, qui dixit sacerdotem mortali peccato subditum, nec baptizare, nec ordinare, nec consecrare &c. Quomodo clerici satisfaciunt legendo horas, & mortuorum officia &c. cum non sint in charitate, si non stat quem possit se praecise circa reconciliationem cum Deo suorum fundatorum, & patronorum &c. poenae soluere, ut habet Paulus Hebrae. v. Omnis pontifex &c. Dona, & sacrificia pro peccatis non solum ut non aggravent peccatum faciēdo ad literam actus substantiam, ad quod tenentur: sed ut uere soluant ad mentem fundatorum? Praeterea diligenter respiciendo dicta S. Thomae. distinctio decimaquinta, quaest.

prima. articulo tertio. quaestiuicula prima. uult, q̄ ubi est offensa, ibi est in equitas dupla, utpote iustitia, & amicitiae. Si ergo debent tolli per satisfactionem, oportet restituere amicitiam. Hoc clare sonat de satisfactione reconciliante: secus de soluente solum. Sed in proposito defunctus pro cuius peccatis oratur, est cum Deo reconciliatus, & non habet, nisi nudē soluere poenam debitam sine specificatione qualitaris personae, quae pro eo poenam subit. De hoc enim nulla scripturae auctoritas expressē uidetur loqui. Et cum deus multa temporalia malis largitur: cur non idem hic dicitur de poenarum solutione ad preces mali ministri, ut supra? Quam mentem uidetur tangere quaestiuicula quarta. cum inquit. Iustitia uno modo respicit debitum ex parte recipientis: alio modo similitudinariē ex parte dantis. Decet enim aliquid dātere, respectu cuius recipientis non habet debitum. Seruis intelligo, id est meritum proprie dictum: quod est condigni. Meritum enim congrui secundum eum non est meritum saltem proprie dictum. Sic dicit Anselmus. Deus iuste facit hoc, id est decet deum hoc facere. Et ipsemet sanctus Thom. sic exponit ponēs duplex meritum, condigni & congrui. Primum exigit gratiam, & amicitiam dei: secundum uero non: & per consequens admittit, q̄ opera bona extra charitatem facta aliquid improprie mereantur non ex merito, uel debito gratiae: sed ex decedentia liberalitatis diuina, & uia supplicationis: ut supra notabili secundo: siue orationis. Sic secundum eum peccator improprie dicitur mereri temporalium abundantiam non de condigno: ergo pariformiter poenae nudam solutionem, cum ad hoc non sit scriptura in contrarium, nec auctoritas cogens, nec diuersitatis ratio &c. Sed quia illud meritum non est proprie meritum: dicit, q̄ talia opera bona in peccato facta nihil mereantur, scilicet merito proprie dicto. Praeterea peccator meretur de congruo peccati remissionem, & primam gratiam non merito proprie dicto: alias gratia non esset gratia: ergo & solutionem poenae faciēdo bonum opus

Duplex meritū condigni & congrui.

Quo eleuati satif ficiunt le gēdo horis cum non sunt in charitate.

de genere, & ex quadam morali, uel naturali affectione bona. Nec requiritur hic forte tanta, & talis dispositio ad poenae solutionis impetrationem: sicut ad gratiae consecutionem. ¶ Secundum hoc, posset non inaniter poni duplex acceptio. Valere ex opere operante, .i. meritorie de condigno: & non meritorie de condigno. Et hoc dupliciter. Vel ad gratiae consecutionem: uel ad cuiusdam boni liberalē donationē, aut mali ablationē, quomodo deus peccatoribus propter bona de genere, quae faciunt, largitur temporalia bona fortunae. Aut negetur secundum Durandum, quaestione tertia. distinctio decimaquinta. Et illa regula habet hic locum stante quodam Dei honore, aut diuinæ magnificentiae recognitione in huiusmodi suffragijs. Potest & alia quandoq; habere locum &c. Idem uidetur uel de Palud. distinctio praesenti. quaestione prima. articulo primo. dicens, quod suffragia per malos defunctis ualent: non per uitam meritum: aut unionis charitativae, sed quandoq; per modum impetrationis. Idem autem est secundum eum, ut uidetur, meritum congrui, & uia impetrationis. Ostendit insuper, quod oratio peccatoris quandoq; est impetratoria pro se, & alijs. Patet de miraculis, quae quandoq; sunt per malos ad conuersionē infidelium. Sic Iudas cum alijs Apostolis sanabat infirmos. Dehinc ponit quandam suffragiorum cōparationē, quae plus ualent: dicens primo, & maxime ualere suffragiū boni, bono: quia uia meriti unionis, & impetrationis. Dehinc boni malo: quia per modum frequentis impetrationis. Voluntatem. n. timērium se faciet. Dehinc mali pro bono: demum mali pro malo, sed non tantū, nec tā frequenter: quia deus peccatores non exaudit. sic. f. ut iustos exaudit. Hæc ille. Ecce modus tertius, mali pro bono, ad nostrum facit propositum. Ex illo uidetur quod idem uolunt in re doctores illi: etsi dissentiant in sermone: si sanē respiciuntur eorum dicta. Durand. distinctio. decimaquinta, quaestione secunda dicit illam opinionem esse tutiorem, & securiorem, ac plus consulendam, quae exigit gratiam in satisfaciente: sed aliam non esse condem-

Duplex acceptio meriti.

Suffragia maiorū ualent non pro uia meriti, sed pro modū impetrationis.

nādam. Nec ualeat dictum Palud. quod confessor obliget hominem, ut faciat penitentiam sibi iniunctam in gratia gratum faciente, cum illa non sit in hominis potestate, & nemo obligatur ad impossibile. Si allegatur, deus peccatores non exaudit. Ioann. ix. Respondetur dicendo, a quoocunq; dictum sit id uerbum uia Christi, siue a creco: intelligitur, non ex audit merito condigni ex debito iustitiae, uel gratiae. Secundum beatum Thomam distinctio praesenti: non ex eorum meritis: sed sua clementia. Non exaudit placatus: secundum Palud. sed sepe iratus non exaudit ut iustos. Si dicitur, peccator nihil est: ergo. Dicendum, ualeat tantum, peccator est peccator: uel demeruit sui annihilationem. Est nihil, id est priuatus est uita gratiae, est nihil coram deo ad gloriae perceptionem: quia caret uita gratiae. Dicitur tum uia supplicationis: de qua infra dubio secundo. notabili secundo. Dicitur tum uia protestationis, aut recognitionis fidei: de quo infra dub. ix. & de cura pro mortuis. capit. v. & super Genesim quaestio. clxxj. ¶ Secundum hoc, intelligendum uenit dictum supra notabili quarto, quod conditiones, propter quas suffragia uiuorum possunt prodesse defunctis, sunt charitatis communio, intentionis directio, meritum, & pia supplicatio, siue oratio. Prima clausula uidetur posita secundum eos, qui tenent primam opinionem: scilicet quod oportet satisfactionem, & poenae solutionem fieri in charitate, & esse communionem in charitate inter eum, qui facit suffragium, & illum, pro quo facit: cuius contrarium ostensum est. Nam beatus Augustinus nihil aliud uidetur ponere, nisi quod defunctus meruerit sibi posse prodesse suffragium uiuorum: si fuerit pro eo factum: & ipsi applicatum per actorem. Hoc autem meritum, quod potest ipsi prodesse, si sit pro eo: solum consequi potest in uia. In Enchirid. c. centesimodecimo: non dicit quippiam de commune charitatis: hinc inde inter facientem suffragium, & defunctum: ita quod uterq; sit in charitate: sed dicit de merito defuncti hic obtento in uia, quod

Cōditio nes, pp quas int fragia ui uoru p deesse possunt defunctis.

potest sibi prodesse, cum pro eo sit a uiuis. Quod non uidetur esse aliud nisi decessisse finaliter in charitate. Potest ergo hinc inde dici probabiliter, quod requiritur charitatis communio, si quis uult per modum meriti proprie dicti alteri uenire in solutione poenae, siue hoc meritum sit actus orationis, siue supplicationis: secus dum est nuda oratio, uel supplicatio formaliter, uel implicite, aut protestatio, cōfessio uel recognitio diuinæ magnificentiae, fidei catholice, resurrectionis mortuorum, & similia ut dicitur. Hoc uoluit Durandus. quaest. prima. dicens, quod suffragium fit animabus orando, & satisfaciendo. Oratio impetrat remissionem poenae ex sola liberalitate dei, qui oratur. Satisfactio idē impetrat per meritum supposita diuina acceptatione. Et puro eū loqui de merito condigni. Subiungit. Et utroq; istorum modorū possunt uiui prodesse defunctis, non autem defuncti uiuis, nisi sint beati, nec unus defunctus alteri: quia status merendi de congruo, uel condigno est solū pro uita praesenti. Hæc ille. ¶ Hæc dicta cōtiner in se dubia. faciunt tñ ad propositū: quod uiui possunt facere suffragium defunctis in remissionem poenae merito congrui, & condigni: & uia duplici oratione, scilicet quae innititur liberalitati dantis, & satisfactione quae innititur iustitiae. De secundo. .i. intentionis directione non est diuersitas inter doctores. De tertio, quod duo complectitur membra, scilicet meritum, & satisfactionem, quae uidentur esse idem: & de oratione, & supplicatione patuit. Et satisfactio secundum eos exigit meritum proprie dictum, si debet dici satisfactio. Nescio si habeam mentem istorum doctorū: prout uerba uidentur innuere ita eos intelligo. Fortē posset dici secundum eos: oratio aut supplicatio humilis merito congrui impetrat solutionem poenae: satisfactio uerō merito proprie dicto. Secundum hoc, dicta prius ueniunt moderanda: ubi doctores non sanē intellexi. Demum uenit addendum. Si secundum Augustinū cap. v. de cura pro mortuis. credere nosse defunctum iuari precibus sanctorum, est quaedam supplicatio, cur non similiter

Satisfactio exigit meritum proprie dictum si debet dici satisfactio.

omnia facta Christianorum, quibus proficentur carnis resurrectionem, & aeternā beatitudinem, & similia, quae secundum ritum ecclesiae fiunt a fidelibus, licet malis pro defunctis, possunt dici supplicationes, & quidem non inanes. Exemplum secundi Regū secundo. & secundi Regū tertio. de Dauid, & Adonia. Ad hoc plura allegantur infra dubio nono. ubi Dauid sepelientibus Saul regem promisit a Deo misericordiam, & ueritatē, a se gratiae retributionem. Ex quo sequitur: quod etiam informes attestaciones resurrectionis mortuorum aliquid impetrat a Deo, & ab homine, cum fiunt ab infidelibus, & nescientibus fidem: ergo magis cum hoc faciunt fideles quadam deuotione pro honore dei, & cultu latræ. ¶ Si dicis, mali prohibentur ab actibus ecclesiasticis maxime publicis, non autem priuatis: quia excommunicatio non debet eos releuare ab onere debito, ut puta a lectione horarum, uigiliarum &c. ergo etiam prohibentur a suffragijs. Respondetur negando consequentiam maxime de suffragijs occultis, & in occulto, ad quae tenetur ex ordine, seu professione: secus de publicis. Hoc autem non est ex eo praecise, quod exteris paribus eorum suffragia non ualeant: sed quia ecclesia non uult eis coagere ad peccatum. Peccant enim faciēdo officium suum indignē, & cum peccato, & hanc offensam dei cohibet ecclesia, & quandoq; detestatur. Ordinator testamenti, uel testator &c. qui uult suffragium pro se fieri ritē, & legitime citra offensam dei, potest tamen in casu bene uti alterius malo. Nec est simile de influxu uitali in corpore mystico, & reali: quia in uno est mere uoluntarius, in alio naturalis, & ideo potest eius inuamen, si uult in actu bono de genere, prestare per putridum membrum: non sic in corpore reali. Sic etiam intelligitur dictum beati Gregorij. Cum is, qui displicet, ad intercedendū mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Verū est quando ex propria persona, & suo nomine presumit petere, ut dignus audiri. Secus si postular ut nūtius missus ab eo, cui placet ex merito proprio. Sacerdos malus quāq; mit-

tur ex ordine, & officio. Intelligitur de prohibito per executionem, aut alias ab officij executione suspensio. sic enim dupliciter peccat intercedens. Verum est etiam de mittente indignum scire, & complacenter in malo eius: secus dum eius malo bene utitur in necessitate, & pro sui indigentia. Exemplum de recipiente mutuum sub usuris in necessitate, cum gratis haberi non potest. Nemo enim peccat utendo iure suo. si enim peccaret, non uteretur suo iure: quia nemo habet ius ad peccandum. ¶ Quantū ad articulum tertium est dubium primū: an obfit defuncto, & in quo, si omitteretur a ministro suffragia per eum, dum uiueret fieri ordinata, uel testata pro se suis hæredibus aut in genere pro defunctis fidelibus. Respondetur per aliquas doctrinas. ¶ Prima. Contingit nonnunquam aliquem carere bonis spiritualibus sibi debitis ex culpa, & negligentia alterius. Exemplum. mandator, uel testator & c. ordinauit pro se aut suis fieri suffragium post mortem: & mandatarius id negligenter omitit. Quamuis enim mortuus meruit ut sibi prodesset, non tamen nisi conditionaliter si fiat. alias nō plus prodesset facta quā non facta. Quoad meritum essentialiale, quod debetur operi operanti actoris principalis: quod totum hic in uia acquiritur: nihil deperit ipsi, cum alias legitime facit huiusmodi ordinationes in charitate, & gratia: etiam si omitterat mandatarius, ad quod tenetur. Bona enim uoluntas sua pro facto habetur in hoc. Secus de satisfactione, ubi requiritur factum: & ideo essentiali suo præmio nō caret. Si queritur, an ne ex illa omissione eius poena intendatur: Respondetur, poena eius ex hoc non intenditur in purgatorio: quia egrediente anima iam taxata est, ut nec augeri possit essentialis poena. Sed nec perpetuatur poena. Si n. aliquis habet stare in carcere pro debito, quod alij soluendum commisit, alio non soluente perpetuo ibi manebit, si per se non soluerit. Sed si sic manendo in carcere solueret satisfaciendo: dato q̄ procurator non solueret, liberatur expleta huiusmodi solutione per seipsum facta. Ita

est in proposito. Si autem quis mandare fieri solutionem pro malefactis, & tamen nō sit solutio: si fuit in mora, dum hic uiueret, & non pœnituit de negligentia: punietur de mora, & negligentia: quia non statim satisfacit, nec prouidit mortis incertitudinem, quando futura sit. Stabit ergo in purgatorio pœnis pro delicto. Minorem tamen habet pœnam, si mandauit, & ordinauit fieri solutionem, quā si per uoluntariam culpam nec soluisset, nec mandasset solui per alium. Insuper nocet ei, si tardius soluitur: aut si mandauit tardius solui dum debuisset, aut potuit statim soluere in uita, uel post mortē per se, uel alium. ¶ Est ergo responsio ad dubium. Quamuis suffragiorum ommissio testatori, uel ordinatori non obfit quoad præmium essentialiale correspondens operi operanti actoris principalis: nocet tamen; & obest quātum ad pœnæ abbreviationē, beatificationis accelerationē & c. Et ita quoad præmium accidentale item priuatur gaudio accidentali correspondente actui exteriori, & operis executioni. Item nocet quoad effectum debitum operi operato. Neglecto enim suffragio nullum est opus operatum. Sic spoliatur effectū orationum communium ministrorum ecclesiæ, & aliorum, quas facturi erant, uel ex deuotione personali, uel ad exhortationem ministri ecclesiæ. Item dum nō dantur eleemosynæ (gratia exempli) non obligantur pauperes ad orandū pro defuncto uice gratitudinis. Si dicitur. Culpa non nocet nisi actori. Dicendum: Nocere quandoq; est inducere reatum peccati, aut culpæ: & sic uerum est. Quandoq; est impedire a consecutione uoliti, aut alicuius rei alias debiti, & sic culpa parentum quandoq; nocet filiis. sic filij hæreticorum priuantur hereditate paterna. xxxij. quest. septima. cap. primo. Sunt enim confiscata. Sic defilijs sacerdotum, & spurij. Sic negligentis mandatarij culpa nocet testatori. id est detinet eum in pœna, & retardat a gloria, cum omitit suffragia. Ad hoc quart. ij. cap. Qui oblationes. Potest dari exemplum. Dominus potest iuste excommu-

Noceat quātum ad pœnæ abbreviationē, beatificationis accelerationē.

Stultē agunt mandantes suis hæredibus, eleemosynarum solutionem, & restitutionē eorum cum pollint pro se: causa subdit.

nicari, & de contumacia notari uera, uel præsumpta, dum citatus non comparet, nec per se, nec per alium. Sed si procurator suffinet negotium, & citatur non dominus, licet nomine domini, iam dominus non excommunicatur: cum non fuit contumax, sed negligens eligēdo de fide ministrū. Mortuus uerō tenet, uel per se, uel per aliū satisfacere. q̄ si nec per se, nec per alium satisfacit: detinetur in carcere, quousque satis patiatur: ita in proposito. ¶ Secunda doctrina. Stat suffragiorum debitorum executionem tanto tempore omitti, quod mandator penitus frustratur eorum efficacia, dempro præmio suo essentiali sibi pro ordinatione eorundem debitorum: cum quis secundum iudicium dei satis punitus est in purgatorio: & eo iam liberato sit primum executio mandati, & suffragiorum. Sic enim non profunt ipsi quo ad sui a pœnis liberationem: quia præuenit patiēdo eorum efficaciam. ¶ Tertia doctrina. Stultē agunt plurimi, testamentorum conditionem, ordinationem, eleemosynarum solutionem, ablatorum restitutionem, si qua restituenda sunt, committendo suis hæredibus, ut restituant ea, condant, ordinent, soluant, eleemosynam tribuant: pro qua petuntur spiritualia suffragia & c. Nam si per se soluerent: & de suis cum effectu darent, possent habere ultra remissionem pœnæ etiam augmentum gratiæ, & gloriæ essentialis, quo carent, si committunt hæredibus, ut talia faciant de substantia, quam reliquunt tunc non sua. Et dato, q̄ uiuens ordinet illa sic fieri debere post mortem suam: ita q̄ solum tenent sibi usum rerum, tunc dandarum cū effectu: tutius tamen, & melius est soluere cum effectu, quā committere alteri, ut pro se faciat: cum iam rei dominio priuatus est. Item datio exterior quandoq; ex opere operato aliquid habet ultra uoluntatem interiore: ut obligationes pauperum quatinus pro se intercederent ad dominum. Hæredes quoq; parum curāt de uoluntate defuncti: & substantiam derelictam, ut suam projicere recusant: trāsit deniq; defunctorum memoria cū pulsi campanarum. Insuper quis mandat

hæredibus, ut uoluntatem defuncti executione: forte non curant, si sint tunc in gratia, uel non saltē uolunt aliquid fecisse. ¶ Tunc stat dubium: An idem sit quod ad præmiū essentialiale, & gratiæ augmentū ordinare pro se suffragia fieda post mortem rite, & legitime cum obligatione ad dandum tunc tempore executionis, quā testatum est: & cum abdicatione pro nūc dominij rerum, retēdo usu solo usq; tunc: ita q̄ primum tempore executionis suffragij uult cum effectu usum rei differenter, cuius dominium prius resignauit deo: & dare iam iam eleemosynam, aut sustentationē ministri cum effectu. Sicut idem uidetur esse uelle dare obligatorie cras eleemosynam: & dare hodie cū effectu. Ponatur casus, q̄ aliquis habendo talismodi uoluntatem bonam præueniat morte, priusquā det eleemosynam cum effectu, an uoluntas pro facto habebitur. Dicendum: utique plus facit, qui cum effectu nunc dat, & rei dominium, & usufructum, quā qui translato solo domino reseruat sibi usufructum ad tempus uitæ, aut committit hæredibus, ut se mortuo dent. Tunc enim non dat de suo: sed datur pro eo de non suo. Item qui nunc cedit dominio, reseruat usufructum, minus dat, quā qui totum nunc alienat propter deum, & dimittit. Item plus dat, qui nunc cum effectu profusus cedit, quā qui spondet se daturum cras, ut uidetur, quia adhuc usque cras habet dominium rei suæ. Si ergo testator uult certus esse de uoluntate suæ executione, & præcauere, ne contingat suam uoluntatem ultimam calumniari, cassari fraude, uel dolo, aut machinatione uersipelli hæredū, uel successorum: qui mallent totam substantiam retinere, quā aliquid pro dispositione ultimæ uoluntatis testatoris in pios usus erogare: expedit, ut nunc cū effectu det & c. quia etiam ex hoc pauperes percepta distributione eleemosynarum prouocantur ad orandum pro testatore. Itaq; non est idem quo ad præmiū essentialiale, si quis in tali casu præuenit morte, quia datio effectualis nō fuit per eum facta, sed dilata pro tunc, cum re ipsa iam uti non potuit. Hoc fecit Gab. Biel. M m †

Idem uidetur esse uelle dare obligatorie cras eleemosynam, & dare hodie cum effectu.

cisse legitur Gerson Paris. Canc. in episto
la ad Chart. super acceleratione suffra-
giorum sibi post mortem oblatorum cū
inquit. Venit in cor meum fiducia peten-
di accelerationem qualemcumq; me ui-
uente suffragiorū illorum, quæ post mor-
tem sunt oblata: quatinus impetrent spi-
rituales amici uiuere, & mori in gratia
dei. Nisi enim gratia dei comiter obli-
tum meum, nulla erit ulterius redēptio.
Deniq; iustorum assidua deprecatio pro-
derit, spero mihi ad meritum proprium
cumulandum in uia: quale esse poterit
extra quam, quæ meriti nullius locum ha-
bet. Hæc ille. Quod autem allegatum ē.
Voluntas apud deum habetur pro facto,
cum non fiat per eum &c. Dicendum, il-
la propositio indiget sano intellectu. Ma-
nifestum enim est, q; in largitione indul-
gentiarum ex certa subuentione &c. nō
procedit. Et sic melior est conditio diui-
tis, & dantis secundum tenorem bullæ,
quàm pauperis. Item fallit de aureolis,
quæ debentur facto. Procedit tamē quo
ad deum de præmio essentiali sicut utro-
biq; uoluntate eque intensa, & amorosa.
Item non est idem uelle legere missam,
& id ipsum cum effectu implere: præser-
tim quo ad pœnæ solutionem. Item bap-
tism⁹ fluminis in proposito cum bap-
tismo flammis in actu non uidetur tollere
omnem pœnam peccato debitam, sicut
sacramentum baptismi. Quarta doctri-
na. Stāte opinionum uarietate est salu-
bre consilium, & in uia tutior quatinus
testator, seu ordinator suffragiorum pro
se post mortem fiendorum tempore mā-
dati, seu ordinationis testamenti cōscien-
tiam suam purget ad minus peccatorum
contritione. Sic enim prodesse poterunt
ei suffragia: & nunc cum ordinat ad gra-
tiam, & gloriam: & de post etiā si fiant p
malum ministrum ad pœnæ remissionē
secundū omnes. Patet ex dictis. Expedi-
itaq; testatori, uel ordinatori: si tempore
ordinationis, uel testationis nō fuit Deo
reconciliatus per pœnitentiam, q; post
hac forte tempore executionis releues
neglectum, & sese cum deo cōponat: sic
quoq; de nouo deo offerat. & instituat,
uel sacrificet &c. Quinta doctrina. Cum

curatus, uel sacerdos in exequis defun-
ctorum ut puta in primo, septimo, trice-
simo, aut anniuersario mandat populo:
ut commendatam habeat animam defun-
cti, legendo Pater noster &c. q; manda-
tum illud sit ex laudata consuetudine ec-
clesiæ deo semper placentis, & nonnun-
quā boni ministri ecclesiæ eius uices ge-
reris: ualeat huiusmodi suffragiū defuncto
ex ope opante ecclesiæ, ac etiam ministri
boni, ex ope opato, ad sensum pri⁹ tactū
tamethi orantes p tunc nō sint in chari-
tate. Sic similiter dicendū, cum in cōcio
nibus fundantur preces pro defunctis,
aut aliqua necessitate, ut in ca. Vbi ma-
ius. de elect. lib. vi. in quo disponit genera-
le concilium, q; tempore electionis sum-
mi pontificis debent populis iudici ora-
tiones, & quandoq; ieiunia. Sexta do-
ctrina. Videtur esse tuti⁹ ordinare suffra-
gia, quæ ecclesia instituit pro defunctis
fienda, ut altaris sacrificium, & officia fir-
neralia, & per clericos ordinatos, quàm
per laicos, aut indifferenter quosq; bōa
opera pro defunctis nō instituita. Ita ui-
detur sentire Gerson in de oratione par.
ij. Huius ratio est: quia mandans, & actor
principalis est ecclesia semper placens:
etiam cum miniter displicet. Item ex
opere operante ecclesiæ, & ope opato ui-
detur habere quendam effectum: ut offi-
cia priuilegiata. Item clerici sunt ad ser-
uatiōem domini specialiter assumpti, & gene-
rali missione destinati: ecclesiæ mini-
strēt. Ex illa doctrina sequitur respon-
sio ad dubium moueri solitum: uel de uir-
gine Maria, aut patrono defuncti &c. Di-
cunt aliqui. In missa duo sunt principaliter.
sacrificium, & oratiō ecclesiæ. Sacri-
ficiū, q; est principiu in missa passiuē,
est Christus deus, & homo. Hic enim of-
fertur patri in omni missa æqualiter sine
differentia, quantum est ex parte signi, &
signati, quæquid sit de sacrificiæ ministro
actiuē. Et sic una missa tñ ualeat defun-
cto quātum alia: & est ab ecclesia pro de-
functis ordinata. Orationes uero sunt di-
uersæ in diuersis missis: & trahit sua quæ-
que uoluptas, & forte plus mouens intē-

Cū tu-
rat me
dat po-
pulo ut
dicat pa-
ter no-
ster pro
defun-
ctis ua-
let hu-
iusmo-
di suffra-
giū ex
opere
operanz
te eccle-
siæ.
6'
Videtur
tuti⁹ or-
dinare
suffra-
gia, quæ
ecclesia
instituit
pro de-
functo
fieri per
clericos
ordina-
tos quæ
per lai-
cos.

tionem orantis orationes speciales pro
defunctis, quā aliter uidentur affectum
orantis plus facere attrētum, cōpassiuū &c.
Ad quod facit op⁹ operans totius eccle-
siæ orantis in hoc officio a se ad hoc in-
stituto per suum ministrum specialiter.
Et sic uidetur præcellere officium defun-
ctorum. Sed posset illa præualentia com-
pensari deuotione particulari ministri,
quā habet in illa missa item oratione, &
incessione sancti alicuius, qui fuit patro-
nus defuncti: quē in uia præ cæteris co-
luit: qui tūc inuocatur ut oret deum pro
defuncto &c. Sed uideat lector, si op⁹ o-
perans totius ecclesiæ, q; specialiter hoc
officiū pro defunctis instituit, posset com-
pensari, & quando merito psonali, & ope-
ri operanti unius ministri. Est enim eccle-
sia fidelium multitudo &c. Fortē si pau-
ci essent de ecclesia, & præcellens sancti
tas ministri, procederet id cōmune dictū
doctorum de compensatione. Septima
doctrina. Testator habens quedā restitue-
nda, si præuenitur morte ante eorū resti-
tutionem, non detinebitur in purgato-
rio, cæteris paribus præcise ppter negle-
ctā per mandatariū restitutionis execu-
tionem: donec fiat cum effectu: si ad hoc
uiuens fecit diligentē, & debitā promissio-
nē pro restitutione rei ablata: uel in se si
haberi pot, uel in æqualenti si corrupta
est, uel amissa. Sciret enim casus, q; nunq;
posset restitui: & potentia est ipsi ablata:
nec obligabit ad impossibile. Hinc sicut
restitutio præcise nō est opus superoga-
tiōis, sed necessitatis: ita nec ē op⁹ expia-
tionis: sicut nec est pprie pars penitentię,
sed quoddā pmiū penitentię. Et sicut cele-
ritas restitutionis non dimiuit pœnā: ita
nec tardatio auget, uel intendit pœnā. Et
ideo sicut in uia fuisset cōsecut⁹ expiatio-
nē pœnæ per restitutionē celerē, ita nec
post mortem accerscet pœna ex nō resti-
tutione præcise, donec restituatur. Tenet
siquidē per se, uel alium restituet, si adest
potestas. Si tamē alter restituit, uult deus
suam bonā, & inculpatā, & quantum in
se est efficacem uoluntatē acceptare pro
facto. Stat tamen eum fuisse tepidum, de-
sidentem, negligētē, aut culpabiliter igno-
rante citra mortale culpā: & pro illo sa-

rificiet, pœnā luendo: nisi faciat suffra-
giū. & ita nō pindicat ipsi illa dilatio mā-
datarij, quia diligētia debita, quo ad aug-
mentū pœnæ intensus, uel extrinse. Ex
illis doctrinis patent multorū dubiorum
solutiones, & resposio ad motum dubiū
an oblit, & qualiter, uel in quo defuncto,
si omittantur suffragia per eum fieri mā-
data &c. Secūdam dubiū principale est.
An ne hmōi suffragia sic facta, & applica-
ta defunctis et pnt faciēti: & in quo sen-
ad qd, & an ex eo, q; sic applicat alijs,
minus profint ipsi. Ad hoc dubiū respon-
detur lect. lvij. in expositione Canonis
missæ. & dist. xvj. q. ij. hui⁹ colle. Ideo hic
breuiter dicendū post illā conclusionem applica-
ta dñm
tis pro
sint etiā
facienti
Dub. 2.
L
An hu-
iusmodi
suffra-
gia sic
facta, &
applicata
dñm
tis pro
sint etiā
facienti

Dub. 2.
L
An hu-
iusmodi
suffra-
gia sic
facta, &
applicata
dñm
tis pro
sint etiā
facienti

utrimas clausulas respicientes ea, quæ sunt nostræ salutis: nec danda esset penitentia uel emenda (ut dicitur) cōnecti sua peccata. Nec dilectionem dei impetit dilectio proximi ppter deū. Hinc nō nunquā aliquis celebrando pro se & alio plus meref apud deum, quā celebrando pro se tantū: quia ex maiori charitate, & compensationē expectat a proximo. & ita stat conclusio. ¶ Tertiu dubium principale. Quia non minus præmij essentia, & accidentalis debetur actioni meritoria, quæ cum hoc est & satisfactoria, quā si eēt trā meritorea, & factori operis nihil deperit de pmo gratiæ, & gloriæ, cum opus suffragij trāsferret in aliū. Quid de ualore solutionis pœnæ: an minus sit sibi ipsi satisfactoriū, cū dat alteri, quā si pro se solo satisfactionem aut solutionē faceret. Et an posset totum transferre in alium quo ad ualorem illum, qui dicitur a doctoribus solutio pœnæ, uel satisfactio pro peccatis: aut totum sibi resecuare quo ad hoc, ita quod alij nihil solutionis pœnariū, aut nihil satisfactionis directæ, & ex intentione agentis de hoc leuare possint. ¶ Notādum: q duplex est ualor suffragiorum secundum Durand. q. ij. scilicet gaudium uel consolatio quā habent omnes existentes in charitate de alterius bono. & sic suffragium plus prodest illi, qui est in maiori charitate: quia plus diligit proximum propter deum, per consequens plus gaudet de eius bono: quia gaudium sequitur charitatem; & amorem rei habitæ. Et secundum San. Tho. q. vii. dicitur interior consolatio. Alius ualor est satisfactio, & compensatio pœnæ. & sic solū ualeat actori, uel illi cui per intentionem agentis applicatur. Paul. dicit suffragium posse considerari: ut opus bonum reddens facientem ipsum laudabilem. Sic est actus ille bonam cōmune omnīū existentīū in charitate; & ueluti bonū speciale ratione unionis, & meriti. Et plus gaudet de hoc, qui est in maiori charitate, quā quicunq; existens in minori. Alio modo potest considerari: ut actus factus pro aliquo p̄cisē ex intentione facientis ad remissionē peccati, uel solutionem pœnæ. & sic est bonū illi, qui

datur ab actore operis. Sic plus est opus id amabile illi, pro quo fit, quā alteri. Quilibet enim plus diligit rem propriā, quā alienam quantum ad apperiationem. ¶ Secundō notandum secundū Gerfonē de oratione par. ij. Triplex ponitur facies orationis: hoc est, triplex modo cōtingit quē aliquid impetrare. Primō modo liberalissimū donationis, & ille respicit liberalissimā donā tis misericordiā sine respectu ad meritum petētis (loquit de merito p̄prie dicto) quo modo orādī forte sepe uisunt patres, & pphetæ. Sic dicitur orare oīs ille, q facit bonum opus de genere relatum in deū: sic omne opus uirtutis p honorem dei, aut eius recognitionē dī oratio. Hoc mō quātus sit ualor orationis, solus deus nouit. Sic quādoq; liberaliter aliqui captiui emancipantur a principē: alij flagellis percutiuntur, aut pœna alia multant. ¶ Secundō pro mō meritoria actionis: & ut sic, potest ualere tripliciter. scilicet specialissimē quo ad præmiū gratiæ, & gloriæ. sic dumtaxat ualeat illi, qui facit bonū opus meritoriu: nec ut sic potest in alium trāsferre. sic dicitur, Opa eorū sequuntur illis. licet qd posset alteri mereri gratiā primā, quā habitā tā est filius gloriæ. Generalissimē: sic ualet toti ecclesiæ ratione unionis, & charitatis, & omnibus, qui sunt in charitate. Nō ppheta, Particeps ego sum omnium timētū te &c. Nec aliquis pōt excludi habens charitatē, & quē ecclesiā non excludit de quo alibi. An uerō ille ualor hoc mō sit remissio pœnæ, uel gaudium, dubitant aliqui. Specialiter uel medio mō, sic ualet tantū factori, uel cui deditur factor operis in solutionem pœnæ. Et dicit Durand. q. j. Si tale opus est æquatum reati alterius, p quo fit, dūtaxat satisfactio p illo, & non pro alio: quia pœna, quæ æquatur reati unī, non æquatur reati duorum. Satisfactio uerō cum est actus iustitiæ consistit in quadam æqualitate. Hæc ille. ¶ Tertio mō ualet pro modo satisfactoriæ compensationis. Sic est inuenire excedens, & excessum in genere operū, & multiplicē distinctionē. Quādoq; enim suffragium, uel oratio procedit ex fide informi, seu innititur spei ac fidei

Not. et Triplex facies orationis.

Ad dubium. Prop. 1.

Prop. 2.

Prop. 3.

dei informi. Sic dicit Aug. ca. v. de cura pro mor. Si animam filij credidit precibus sancti martyris adiunari: hoc q ita credidit, supplicatio quædam fuit. Et ita posset dici de multis operibus fidelīū, q pcedunt ex fide informi. Quādoq; operum penalitati, & corporis afflictionatur est in ieiunio, peregrinatione &c. aut operum fructuositate: ut dum corporales: aut spirituales, aut operum dignitate: ut cum procedunt ex humili affectu deuotionis in deū: aut priuilegiationi, seu diuino in futuro, ut indulgentiæ, sacramenta, sacra mentalia, bñdictiones, orōnes institutæ ab ecclesiā &c. ¶ Illis sic præmissis responderi potest ad dubium circa assertionē, certis propositionibus. Prima est probabile dictu uiuorum pro mortuis suffragia nō ualere defuncto, nisi ad pœnæ solutionē uel gaudij accidentalis augmentum: aut ad quandam solutionē, seu beatitudinis accelerationē. Pater ex notabili p̄rio ex sufficiētī inductione. nec enim statim mutant, nec merita noua acquirunt. ¶ Secunda propositio. Suffragium uiuorum, siue in ratione meriti, siue nō in rōne meriti, sed satisfactionis in genere, est actus finitus ualoris finiti, & determinati, respectu pœnæ soluendæ: tametsi posset dici infiniti ualoris syncategorematicē. Actus autem nostri sunt pro tempore finiti p finitū acceptatē, maxime quō ad remissionē pœnæ. Et licet illa oblatio altaris nūc eos operatur effectus, quos prius, sed non æquē perfectos p omnia, accedit tamē ad illā, quāto illam plus respicit, & eius uirtute impetrat, & obsecrat. Si ergo illa est finita, & ista de qua sermo. ¶ Tertia propositio. Uiuus faciens opus suffragij pro defunctis, potest (si uult) totum eius ualorē medium correspondentem p̄cisē suo proprio operi auti, & deuotioni p sese, si indiget retinere: aut in aliū ex toto, uel ex parte trāsferre: & suo iuri in hac parte penitus cedere. Pater propositio. Df, ut ualet medio mō, secus ut ualet specialissimē, uel gñalissimē. Df si indiget. Si enim non indiget, reuertit in finū suū. Hæc n. est habitualis intentio factoris. Sic si nō est capax. Dicitur correspondentem p̄cisē suo operi operatū: secus quo ad opus

operans ecclesiæ, uel institutionis Christi &c. ut infra dicitur. Et licet sic totum transferat quātum ad ualorem directū potest tamen indirectē sibi fieri compensatione: quia ille liberat uices rependet in beatitudine. sumēdo affectum p̄mum pro effectū. Itē ex opere operato sit ipsi refu sicut supra. Meretur factor suffragij per hoc, q & pro eo sent suffragia tempore opportuno &c. de alijs clausulis parebit infra. ¶ Quarta propositio. Suffragij factū ex intentione, & speciali applicatione facientis in solutionē pœnæ dūtaxat peccati alieni, uel non ualet, uel minus ualet salte directē factori operis ad expiationē peccati proprii: secus indirectē. Fallitur ergo secundum Gerfonem in floribus plurimi, q habētēs sustentationē bonam se alienorū peccatorū solutioni deuotū, & obstringunt: cū nec satisfacere possunt p proprijs. Per hoc n. retardantur a beatitudine. Ista propositio, ut prior intelligitur de suo, & p̄prio operatē, seu quantū p̄tinet p̄cisē ad deuotionē propriā agentis. Alias non uidetur, ad qd ualet speciales applicationes, & collectæ. Dicitur dūtaxat, & solū pro peccato alieno. Potest n. pro alieno, & proprio fieri delictō: sed sic non ualet intantum singulis, quātū ualeret, si pro altero eorū dūtaxat fieret. Dicitur directē: quia potest alunde fieri compensatione, & ex opere operato: ut supra: cū dat ut recipiat: recipit ut det. Dicitur uel non ualet: ex propositione tertia, uel minus, si in plures partitur. Et cum est ualoris finiti pōt æquari alterius reati in ratione solutionis pœnæ: & sic nihil superest in ea parte. ¶ Quinta propositio. Suffragium per intentionem facientis in plures mortuos translatum secundum eius ualorē mediū, ut est remissiuum pœnæ p̄cisē, minus ualet singulis eorundē ad pœnæ solutionē, q ualeret, si unī tantum ex ea multitudine totaliter, & specialiter quantum ad totū ualorem istum fuisset impensum. Ita habet Gerfon. par. ij. & xlij. ut supra patet ex propositione secunda. Et uidetur omnes doctores sic sentire, demptō fortē. Propositio cuius originale non uidetur. Et dicitur si aliter, & aliter eū referunt. Ex Gab. Biel. M m † 3

Prop. 4. Suffragium factum ex intentione uel non ualet, uel minus.

Prop. 5.

Dub. 3. Quid d ualore solutionis pœnæ.

Duplex est ualor suffragiorum.

plum. decē debitores uinculari : renetur singulus dare centū Florenos. si quis misericordia motus pro omnibus simul soluit. centū minus ualer eis, quā si p. singulis singulatim dedit centum. miuif quidem eorum pœna, sed non redimuntur: quia singulus adhuc tenetur. xc. Et non sic possunt omnes animæ defunctorum una missa redimi, & non esset ualor duarū missarum in hac parte efficacior una: & nullæ essent quæ ad hoc missarū multiplicaciones: sic tricesimus, septim⁹, & exequiarum dies &c. Et nullum esset dictum Greg. in. iiii. Dialogorum de redemptione animarū per tot, uel tot missas. Quia autem Præpositinus quādoq; refertur dicere contrarium, quo ad collationem boni nescio, q. sit illud bonum aliud a prædictis notabili, primò. s. a gaudio, uel pœnarum solutione. Quòd ad primum, omnibus prodest: & plus ijs, qui sunt in maiori charitate: sed hoc est obiectiue, & ita ē paritas gaudij: quia propter charitatis unionem oēs gaudent de bono. p. ximi: secus quòd ad pœnæ remissionem, quæ sit secundum debitū iustitiæ. Verū gaudium illud non est propriè effectus suffragij: sed quasi naturaliter comitatur ipsum, itante communione charitatis: nec id erit æquale omnibus, nisi obiectiue: ut infra dist. xlvij. Quilibet. n. plus appreciatur suā beatitudinē, quā alteri⁹, & gaudium maius uenit ex maiori charitate, nō ex maiori bono uolito. Itē exēpla sua de lumine, & candelā, & uoce nō sunt ad propositū: quia suffragium est solutio pœnæ, quæ maxime fit secundum intentionem soluentis, & acceptatis. Istæ autem res naturaliter suum produciunt effectum in subiecto disposito: & maiorem in magis disposito. Sic melius uidet habens bonos oculos, aut aures &c. Nec secundū intentionē ponentis candelam illuminat &c. sed suffragiū secundū intentionem facientis, & acceptantis ualer illi aut illi. De spiritualitate satis respondet Sco. Quodlibet. q. xx. Vnus. n. spirit⁹ non est alius. Et sicut secundū Aug. li. vij. ca. vj. de trin. plus sunt duo homines, quā unus homo: ita duo spiritus plus sunt, quā unus solus. Item est spirituale indiuisibi-

Exempla de lumine, & uoce.

lesse d. pars ut anima, & spiritus, & spirituale attributiue diuisibile. Sic res dedicate diuino cultui spirituales dicuntur licet sint res corporales in se. Ad auctoritatem beati Hieronymi (quæ intelligitur citra obligationem, uoto, ordine, uel iuramento &c. fulcitam) respondet glossa de consecra. dist. v. Non mediocriter. Durand. quæstio. iij. dicit, q. intelligitur quantum ad effectum gratulationis, consolationis, uel gaudij: quā habet omnes charitate uniti, de bono proximi, & opere bono ex charitate pro defuncto elicitos: sed non est æqualitas ualoris quantum ad effectum solutionis pœnæ: quia potest eius ualor æquari pœnæ debitæ in uno solo. Dantur et alie solutiones: uideatur Cers. par. xlvij. de solli. ecclesi. Sexta propositio. Habens speciales suffragiū sibi soli, aut cum paucis secundū ualorē eius medium applicatum, & cum hoc commune cum ceteris, citius liberatur a pœnis, ceteris paribus, q. habens dumtaxat cōe, & nullum speciale. In quo melior ē conditio diuici, q. paupis. Diuici inquit qui est pauper spiritu, quorum est regnū cœlorum: citra hoc q. deus sit acceptor personarum: quia ualor suffragiorū ē ex merito conditionato, si sūt pro seruit supra. Cartera patent. Septima propositio est de ualore illo, qui dicitur generalissime: an sit remissio pœnæ, uel gaudij tantū, uel utrumq; simul, ut participet eum modo, q. dicitur specialissime, & mediocriter qui est remissionis pœnæ. Nolo hic aliquid assertiue dicere: sed dūtaxat dare occasionem uberius aliquid cogitandi. Propositio est hæc. Est probabile dictū, q. ualor suffragiorum, ut ualeat generalissime, est non solum gaudium, gratulatio, uel consolatio omnium charitate uitorum ex factō pro defuncto: sed etiam solutio pœnæ, uel satisfactio pro pœna defuncti. Sunt, qui tenent contrarium, ut patet ex notatis supra, circa dubiū istud. Quibus in suo ualore dimissis uidetur dicendum primò. Gaudium nō est effectus suffragij: sed comitatur suffragij impensionem, & pœnæ solutionem. Secundò. Ille ualor dictus generalissime complectitur, nedū opus operans priuatæ personæ: sed tot⁹

Prop. 6

Prop. 7

De ualore illo, qui dicitur generalissime an sit remissio pœnæ, uel gaudij tantū.

ecclesiæ. Nam ecclesiæ, & si faciat per suum ministrum suffragium pro defuncto, determinato principaliter, & in primo gradu (ut quidam dicunt) tamē ut cōmunis annectit alia, quæ respiciunt in genere omnes defunctos. Sic in fine horarum legit. Fidelium animæ &c. In uigilijs, orationibus pro fidelibus defunctis: in missa &c. Requiem dona eis domine &c. Item memoria specialē. quæ habent suam solutionem pœnæ, & satisfactionē cōmunicandam per ecclesiæ ministrum omnibus fidelibus post applicationem specialem, & primariam officij alicuius quantum ad id, q. seise pertinet ad opus operans illius ministri specialiter celebrantis pro aliquo defuncto ad eius iussum, uel ordinationem. Sic dicitur in missa instituta a Christo, & ecclesiæ pro omnibus uiuis, & defunctis: Memoria sanctorum, famularumq; &c. Omnia sonant respectu totius ecclesiæ &c. & omnium altarium. Quæ non uidetur esse aliud nisi quædā ministri petitio, & supplicatio uicaria pro omnib⁹ fidelib⁹, ut eorundē demiseretur. Sic in collectis generalibus. uult enim deus quædam dare rogatus, alias nō daturus ea. Quæ enim a deo sūt ordinata sunt. Sic et affantes cæceos, ac thura incendētes, offerentes &c. cum sacerdote petūt ordinat ergo ecclesiæ tales modos generales obsecrationis in officijs diuinis pro tota ecclesiā, & omnibus Christi fidelibus: isto saluo, q. dominus operis illius suum personale meritum p. cise, ut suæ correspondet deuotioni priuatæ pro se reseruet quo ad meritum gratiæ, & gloriæ: sed quo ad remissionem pœnæ, & modo medio, uel p. se reseruet totum uel alteri cōmunicet: aut resignet in solutionem pœnæ. Reliquum uerò ultra nunc dicta correspondens merito ecclesiæ, quæ facit hoc sacramentum per suū ministrum: ac Christi institutioni uult ecclesiā esse commune omnibus in solutionem pœnæ. Ut gratia exempli: si possent a se inuicem separari in aliquo opere suffragij seu altaris, sacerdos, meritum ministri præcisē ut deo dilecti, & merito ecclesiæ, cuius uice agit, & petit minister. Dicitur si possent separari saltē ad ima-

Vult dare quædam Deo rogatus, alias nō datur.

ginationē. Nam sicut aliquis homo particularis existens in charitate non meref nisi actuali gratiæ inclinatione, quandoque uirtuali, q. præsupponit actualē, uelit aut imperet bonum, sic etiā ecclesiā uniuersalis non habet meritum abstractum extra homines particulares: sed eius meritum est meritum personarum, & membrorum ecclesiæ constituentium. Hinc meritum ecclesiæ uno tēpore potest esse maius, & præcellentius alio tēpore, cum sint plures sanctiores uno tēpore in ecclesiā, q. alio. Secundū uerā iustitiā attributam nō datur maius premium minori merito, & minus maiori. Istæ uerò personæ constituentes ecclesiā, q. deo gratæ sunt, & placēt ppter charitatē infusam p. Spiritū sanctū, qui sanctā facit ecclesiā, nō semper seipsis exhibent ministerium, orationē, uel supplicationē dño deo: sed maxime p. ecclesiæ ministros ad hoc ordinatos charactere indelebili, & destinatos. de quo conclusione tertia in ar. ij. Et licet cum minister exhibēs officium, uel ministerium est malus, non habet aliquod meriti correspondens suo operi operanti: est tamen ibi meritum, & petitio ecclesiæ uniuersalis: cuius fert nuntiū ad dñm. Eiusmodi enim non suo proprio petit nomine, cum facit officium sui ordinis a Deo, uel ecclesiā institutū explicite, uel implicite, aut laudata, & uetusta christianitatis obseruantia inductum, & obseruatum. Et illi correspondet remissio pœnæ apud eū, quam non meretur ille minister præcisē. hinc nec sibi, uel alteri p. cise appropriare eam potest: sed est omnium christifidelium charitatem unitorum, qui ea indigent. Et de merito tali remissionis pœnæ, ut est ecclesiæ præcisē puto summum Pontificem quandoq; facere bonorum, que sunt in ecclesiā dei, participationem, & cōmunicationē. Sic posset consequenter dici citra assertionē. Cū ecclesiæ minister facit suffragium p. defunctis ab ecclesiā, ut supra institutum approbatum, uel uetusta cōsuetudine obseruatum: si est malus, nullum habet op⁹ operans: saltē secundum unam opinionem, nisi per uia impetrationis: clarum est, q. non meretur proprie, cum caret

gratia gratum faciente. Potest tamen humiliter petere, & dei magnificentiam perfitendo uelle fieri liberam a deo poenarum remissionem &c. ut supra. Si est bonus: nam gerit uices ecclesie, & uices proprias: ut uices ecclesie non est per omnia dominus illius boni: puta solutionis poenae, ad bonum intellectus: ut uel totum sibi referuerat ut uoluerit per omnia, aliter appropriet. Hoc enim est contrarium communioni charitatis, in qua fundatur, & subsistit ecclesia. Ut autem gerit uices proprias, & suo libero arbitrio actum illum elicit, quo ad eius substantiam: sic est dominus illius operis, & solutione poenae sibi, ut sic coram deo correspondente potest dispesare, ut uult in toto, & totaliter. Ea propter in orationibus, & suffragiis ecclesiasticis a deo, uel ecclesia institutis uerbo pluralis numeroramus, petimus, quosimus. Et si militer petit pro multis in numero plurali: tamen etiam reperiantur orationes directae quasi ad unam animam, ut manifestum est sine habituali exelusione exteriorum charitate unitorum: ubi ut uidetur mandans, qui mittit ministrum illum, uel ipse semet minister, qui est missus a domino, tantum recipit ad imaginationem remissionis poenae: quantum precise correspondet suo operati, si ipsum per se solo fecisset (per possibile, uel impossibile) absque hoc, quod gerit uices ecclesie. Et forte in plurali numero petit cum adiectione aliquis collectivae specialis, uel memorie, aut rei consimilis: quae omnia sunt omnium charitate unitorum. Ita uidentur doctores intelligendi secundum triplicem distinctionem praemissam: ut modus, seu ualor specialissimus respiciat gloriam, & gratiam operantis: medius ualor remissionem poenae, Generalissimus non solum communicatione gaudis: sed, quod solutione poenae. In his omnibus nihil assero: sed maioris sententiam peto: & si non omnes doc. haec dicant: nullus tamen uidetur negare, ut dictum est. nec omnes ponunt illum trifarium modum Scot. & Gerf. sed in genere ponunt duos tantum, ut in principio huius dubij. Nec propter hoc modus ille, quo ualeat generalissimus, supfluit: licet non tam

Cur in numero plurali dicimus oramus petim? in suffragijs mortuorum.

sit remissius poenae: ut patet iuuenti. Insuper ponunt aliqui differentiam inter ualorem suffragiorum priuatorum, & publicorum: seu privilegiorum ex Christi, uel ecclesie aut eius hierarchie institutione: quae prima possunt ipsi soli appropriari: non sic alia. Si opponit aliquid est contra charitatem fraternam uelle precise procurare sui ipsius liberatione de poenis purgatorij, non sic aliorum: ergo suffragia sunt poenae communia omnibus. Negetur assumptum: Cum tamen quis non uult alterius liberatione impedire, nec odit eam, sed ordine recto quilibet plus appreciat salutem propriam quam alienam. Si allegentur pro peccati dictionis ly sicut ualeat id est ad quod se ipsum. Insuper sic includit mediorum uolitionem, pro loco, & tempore: per tamen secundum mentis preparatione. Si dicitur: bonum quantum communis, tanto diuini ualeat quanto plus diffunditur circa ipsius deperditionem, & diminutionem, tanto plus habet similitudinem cum bonitate essentiali diuina. Nec tamen ex hoc sequitur quod maior sit eius bonitas intrinseca. Nec sequitur, aliquid esse melius, ergo melius illi. quia arguitur affirmatiue a superiori ad inferius. Stat enim aliquid esse melius, sed non illi, ut melior est punias malorum, quae impunitas, sed non ipsi, qui puniuntur. Item dictum philosophi intelligitur non de quolibet bono communicato alijs. Alias cum inquit in topicis. Bonum proprium est magis eligendum, contradiceret sibi ipse. Est. n. bonum, quod communicatum alijs minuitur in se, & est, quod communicatum non minuitur. Primum est bonum suffragij. Sic bonum proprium est magis diligendum. Secundum uero multiplicatum crescit, & ideo quantum communis, tanto melius, & essentiali coicationi bonitatis diuinae similis. Praeter ea multa reperiuunt causas speciales, quare quis plus tenetur uni, quam alteri facere suffragium, ut puta recepit ab eo bona meritis, fortunae, eius eruditione, educatione, donarijs &c. hoc uel hoc adeptus est, temporalia recipit refusus spiritualia, fuit alteri occisus peccati, est ipse propinquus, cognatus, patris &c. Si dicit, nullus potest alteri mereri, quin & sibi

Bonum quantum communis, tanto diuini.

ipsum mereatur, ut manifestum est: ergo etiam nullus satisfacere potest pro alio, quin & pro se satisfaciat: per consequens non potest totum dare alij. Respondet Sanctus Bonaventura. Non est simile: quia opus meritum est opus procedens ex charitate, quae facit omnia communia habentibus charitatem: & ita comunicatur tale opus omnibus habentibus charitatem. Sed opus satisfactionis est opus iustitiae, & solutorium poenae. Iustitia uero exigit poenam pro merito culpa: pro maiori maior, pro minori minor: ideo per eandem poenam non potest quis simul duo debita soluere, & ex aequo. Si ergo satisfacit pro se, non satisfacit pro alio: quantum ad totum ualorem satisfactionis. Si pro se, & non pro alio, meretur sibi gratiae augmentum, & poenae remissionem. Haec ille. Quartum dubium est de applicatione suffragiorum: An per solum sacerdotem in missae officio: An in genere quilibet potest suffragij ualorem, ut uult alijs applicare, siue fiat sermo de opere operante ministri precise, siue totius ecclesie, quae per ipsum facit officium: & an obest defuncto, si suffragia, seu bona aliquis, quae facit, non applicatur pro eo. Item de gradibus secundum modum loquendi multorum, secundum quos sic, uel sic dicitur applicare suffragia in primo, secundo, aut tertio. Item an ex aequo, uel non ex aequo. Notandum pro intellectu terminorum. Aliquid ualere ex aequo potest duobus. Quandoque, exponitur affirmatiue, i. & illi, & isti eodem modo ualeat, uel applicatur. Quandoque, negatiue, & hoc dupliciter: quandoque quia nulli determinate, & precise datur: sed in genere duobus simul: quandoque quia dispensatio committitur deo, ut dispenseret, sicut nouit. Nunc ad quaesita. Ad primum, est probabile dictum: sicut sacerdos ut ecclesie ad uocatus ex ordine susceptione habet missae ualorem disponere: ita & aliorum suffragiorum factores, & domini possunt sua bona opera, ut sua sunt, caeteris dare in solutionem poenae in gradu tali, uel tali. Patet: quia non uidetur ratio diuersitatis. Licet Palud. hic dubitet, uult tamen, quod factor operis posset suam opera-

Dub. 4. De applicatione suffragiorum. an possit sacerdos in officio.

tionem interiorum, quae est opus operans, sic diuidere, ut dicat, quod principaliter ualeat illi: & si quid superest ualeat, & alijs. Illud dictum si sane intelligitur, confirmat dicta prioris dubij: quia quantum precise correspondet suo operati operanti, & merito: tantum dare potest ut uult, cum ut sic actus est eius. Secus de merito ecclesie in hoc bono opere, quae per sacerdotem licet malum hoc facit officium defunctorum siue suffragiorum. Secundum dictum. Sacerdos potestatem apostolicam habet a deo aliquo modo illimitate & non limitate precise, sic. s. quod illi soli habeat applicare cui deus dispesasset cessante sacerdotis applicatione: quia contra reuelationem non nouit nec scire tenetur diuinam in ea re uoluntatem: nec unquam scire posset se inculpabiliter egisse. In sacerdote puto includendos, & alios suffragantes, mandantes, ordinantes, restantes &c. Tertium dictum. Qui pro se ordinat, aut instituit missam speciale, aut collectae impositione, uel alterius suffragij executionem debere fieri per ecclesiam ministrum, potest illaesa charitate uelle, quod totum id, quod precise operati operati ministri in talis suffragij sui constitutione correspondet quoad poenae remissionem, sibi soli applicetur, & detur totum, saluo illo quod debetur illis suffragijs ex opere operante ecclesie, seu ut illa sunt uice & nomine ecclesie, seu ratione unionis charitatis ecclesie. Siquidem manet ius suum saluum, & singulus eorum de bono ministri recipit (prout ad se pertinet precise de opere operante actoris) aliquid memoriae specialis, & petitionis peculiaris. Hic recipit ualorem specialem collectivae, quae etiam est ecclesie. hic de alio &c. secundum diuersitatem suffragiorum specialium, quae cum hoc sunt communia. Et secundum hoc intelligenda sunt doctores dicta de ordine in applicatione suffragiorum, quoad diuersa personarum merita: quae se habent leuissime ut excedens, & excessum. Cum enim aliqui dicunt, quod totum suffragium potest dari uni, non potest intelligi de ea totalitate, quae includit opus operans ecclesie, & ut ualeat ratione unionis charitatis. Sic est enim

Potest quod instituat re missa specialis ut sibi soli applicet.

omnium filiorum ecclesie. Siue intelli-
gitur ille ualor solum esse gaudium, uel
congratulatory, ut quidam dicunt, uel
etiam remissio pœnæ. An uerò factor
operis ita possit dispensare meritum
prout est totius ecclesie, cum non est
hierarcha ecclesie, sicut meritum suum
proprium, maioribus committit. Fortè
posset ex parte dispensare pro loco, &
tempore: maxime ijs, qui fuere operis
illius causa, ut puta fundatoribus eccle-
siarum, beneficiorum &c. & eorum co-
gnatis, & acinentibus &c. Non enim ui-
detur: q̄ illo modo, ut eis correspondet
opus operans ecclesie præcisè, æquali-
ter ualeant omnibus defunctis ad solu-
tionem pœnæ in eodem gradu præcisè
post priorem applicationem, & dispensa-
tionem, quæ est præcisè ratione operis
operantis ministri ut talis: quia fundator
si est in gratia, participat etiam ut mem-
brum ecclesie de merito ecclesie quoad
remissionem pœnæ ultra particulare me-
ritum ministri. Dicitur est cum non est
Hierarcha ecclesie: quia summus Pon-
tifice x hic solet facere participationem, &
communicationem bonorū ecclesie. Si
enim omnibus profunt æqualiter, frustra
fit illa communicatio. Potest ergo gra-
dualem, & in tanto pro loco, & tempo-
re facere communicationem. Eam ob
causam ut uidetur Gers. par. xliij. de solli.
eccles. & par. ij. de oratione suadet, ut to-
tum deo committatur quoad gradualem
ordinationem. Is enim nouit distribuere
singulis prout iustum, & æquum est,
saluo tamen iure illorum, qui pro se spe-
cialiter ordinarunt hoc, uel hoc suffra-
gium fieri, dando temporalia non ut pre-
cium laboris: uel operis: ut inde recipiāt
sp̄ialia: seu ubi habetur consuetudo loci,
aut uetustissima ecclesie obseruantia, aut
modus præfixus certus, & determinatus
de suffragiorum applicatione, quoad mo-
dum, & ordinem, cui non licet contraue-
nire sine superioris concessionem. Idem
in floribus cap. de sacramento Eucharis-
tie dicit esse tutum, q̄ committatur deo:
ut ipse ualorem suorum operum dispen-
set quantum, & qualiter se uidet obliga-
tum benefactoribus suis. ¶ Quartum di-

Summ⁹
Pōtifex
facit par-
ticipa-
tionem
bonorū
ecclesie:

sum. ob charitatis defectum, aut non
quam ministrorum desiderium, & torpo-
rem pariter, & negligentiam, seu etiam
ut minister certior reddatur, quæ sunt per
eum ex fundatione faciendæ: utq; nihil
negligat, sed scire possit se. consummasse
omnia debita: utq; sollicitus inuigilet
ad particularia, quæ ad confusam obliga-
tionem: ut deniq; ceteri ad similia allu-
cianur, & inducatur: expedit, & utile est,
quatenus fundator, aut testator, seu pa-
tronus suam explicet intentionem, circa
ea, quæ uult fieri per ministri a se consti-
tutum in suffragiorum exhibitione tem-
porali uel perpetua. Fortè ad illa, quæ
sic sunt faciendæ, fundator tenetur uoto,
iuramento, uel promissione &c. Item af-
fines hoc uidentes laudant deum, & gra-
ti sunt fundatori, qui pro se, & suis talia
ordinat: excirantur deniq; ad similia ut
mos habet ecclesie in fundatione mona-
steriorum, collegiorum &c. Ait Paulus,
Si nos uobis spiritualia seminamus, magnū
est, si uestra carnalia metamus? q. d. non
j. Corinth. ix. Nec est ab re, si ad hoc
quandoq; (cessante pompa) ponitur se-
pultura in loco certo cum inscriptione
tituli: ut monimenti perpetui cum ap-
pensione armorum suorum: ut qui de
sua sunt familia, excitentur ad succurre-
ndum amico, cognato, affini &c. more san-
ctorum patrum, ut fertur, qui saltem, &
ipsi curauerunt sepulturas, & sepeliendi
locum, & modum: ut dicitur. ¶ Quintū
dictum. Habens certam, & expressam or-
dinationem, & obligationem ex tempo-
ralium receptione ad rependendum spi-
ritualia in missarum, uel quorūuis suffra-
giorum applicatione, certis, & determina-
tis personis, non potest ex æquo, & alijs
in primo, uel eodē applicare gradu. Ita
habet Palu. q. ij. & Gers. ut sup. par. xxxij.
& Scot. Nam uel defraudat priores, uel
posteriores: nulli, ut tenetur totum dan-
do, ut supra deductum est dubio præcedē-
ti. Dicitur in eodem gradu, ut supra: se-
cus in diuersis. Hinc Palud. Soluens pro
multis quod debet pro uno illorum, &
non plus, liberatur dummodo principali-
ter fiat pro illo, pro quo debet fieri, & p̄
alijs secundariò ad sensum prius datum.

Non ab-
re est ap-
pelli se-
pultu-
ras cum
inscri-
ptione
tituli.

5 P

¶ Sextum dictum. Sacerdos obligatus ad
celebrandum æquè pro multis, & pro sin-
gulis æqualiter singulas missas dicere in
æquali gradu, nō satisfacit regulariter in
toto legēdo pro omnibus unā in æquali
gradu: sed aliquo modo in tanto. ut dicitur
Palud. Primū patet ex dubio tertio. Nā
particularis solutio multa habet incom-
moda. ut si debeo a. decē & b. decem: &
citotidem: ut redimar a carcere, si hodie
soluo tantū decē omnibus illis in genere,
& eras decē illis tribus, minus do, quā si
singulis dedissem decē prima die. Si enim
prima die dedissem singulis decē, fuissē
imox liberatus. Ex quo sequitur: soluens
pro multis: tot suffragia, quor debet om-
nibus, & singulis singulatim, & cui libet
insolidū, minus perfectē soluit: nec equi-
paratur huiusmodi pœna solutoria re-
tiji. Soluit. n. aliquo modo in tanto, nō
in toto. Dicitur est in primo, seu æquali
gradu: pōt enim quis facere suffragiū unū
pro multis: quod debet p̄ uno illorum,
in alio, & alio applicationis gradu: ut su-
pra. Exemplū: lego specialiter missam, &
principaliter, immo totaliter ut possim
pro fundatore: aliorū habeo memoriam:
aut pro eis impono speciale collectā &c.
aut uerba collectarum, uel aliarū oratio-
num, quæ sunt de officio suffragij multi-
plico &c. aut de merito ecclesie eis aliqd
præcegeris dono ex causa, uel consuetudi-
ne loci: quia parochiani, fundatores, pa-
troni &c. uel ex superabundanti, quod
adeci ad officiū, ad quod nō teneor &c.
Sic dicunt doctores. Applicatio facta aliter
in gradu posteriore non præiudicat
priori. qđ sano indiget intellectu. Quis
n. nouit, aut distinxit. & determinauit
gradus illos, cum teneor totum officiū,
ut ad me pertinere pōt in solutionē pœ-
næ, illi merito fundatori applicare? &
missa est operis finiti ratione operis ope-
rantis, & operati ut supra: nisi dicam, dñe
deus, ualeat illi, quantum ualere potest ex
mea deuotione: si quid superest ratione
huius, uel illius annexi distribuere inter
a. & b. uel ualeat illi p̄ sua medietate: al-
teri pro alia quota. ¶ Sed diceret: possunt
ne dari casus, in quibus quis nō teneat ex
obligatione priorū celebrare primēuā or-

An pos-
sunt da-

inationem? Respondeo Palud. q̄ sic. Posita
fuit in dicto priorū regula: & est causa pri-
ma: necessitatis p̄uenientis quāq; ex impo-
tētia, uel infirmitate: quādoq; ex demoli-
tione ecclesiarū, hæreditatū, uel p̄uētū ex obli-
gatione priorū pro sustentatione uel ministri. Be-
nificiū. n. datur propter officiū: quod si
deperit, nō tenetur q̄ ceteris paribus esse
astrictus ad officiū, nisi obligatio ex alio
maneat salua. ¶ Secūda cā est, utilitas ur-
gēs, siue necessitas, aut decētia: rationabi-
lis: que quādoq; aliud petit pro rēporis
successione: & tūc ut dicitur, alia rō refo-
mabit pactū. Sic multa, que sunt uoti, aut
iuramenti sunt pro loco, & tēpore nulla,
inutilia, moribus dissona, salutis impediti-
ua, aut maioris boni. Exemplum. uult ali-
quis quo tidie pro eo legi Requiem, ut di-
citur, uel hac die determinata: possibile
est, incidit festum. Natalis domini: & cō-
uenientibus populis non est, qui celebra-
re uelit, aut possit nisi ille. debens legere
Requiem: quis iudicaret æquum hoc die
legere Requiem: & populum sine missa
diei dimittere? & utilitas itaq; petit pro
tunc fieri commutationem, citra culpā.
sic & de similibus festis, & causis consimi-
liter dici potest. ¶ Tertia causa est dispen-
satio superioris, maxime quando est du-
bium de prioribus duabus causis. Tutius
tamen est dispensationem recipere, seu
commutationem superioris, quā auctori-
tate propria sententiare. Sic contingit
nonnunquam cum ex ecclesijs, & benefi-
cijs simplicibus sunt præbendæ, & colle-
gia, seu monasteria. Verū p̄pter hoc de-
functorum animæ non sunt priuandę suf-
fragijs ex institutione sibi d. bitis: quia ta-
les mutationes uel imarum uoluntatum
debēt fieri, cum sunt auctoritate superio-
ris, & in meli⁹, uel saltē in non minus bo-
num commutari sine præiudicio defun-
ctorū: nisi fiat aliunde compensatio. For-
tē nunc auctus est personarū numerus, &
dicuntur in choro collegialiter cū puni-
tione cōdigna negligētū, que prius pote-
rāt dici in priuato, & quāq; negligenter.
Opportet itaq; oīa sic moderari, p̄t ma-
ior utilitas, & necessitas tūc requirit. Nūc
decē intersūt uigilijs, tūc un⁹, aut duo &c.
Possūt ergo accumulare p̄ ministrorum

Notate
sacerdo-
res.

numerofitate. Defunctus enim instituit pro se per unum sacerdotem, aut duos (ut pono) legi uigilias, & alter similiter, & alius consimiliter: & id, quod est sustentationi ministrorum debitum exile est, & paucis satisfactorium. leguntur ergo simul illæ uigiliæ parciales per collegium &c. seclusis fraude, & dolo, aucto personarum numero. Palud. adiungit causam aliam: ut puta consuetudinem scitam, & cognitam: scienti enim dolus non inferitur. Scitam inquam, uel sciri debitam, & a suffragium petente, & a facturo. Sic passim curritur ad curatos, & peritur indies missæ in exequijs, in anniuersarijs &c. Sic in collegijs, & relinquitur collegio, quid faciendum ueniat. Sic cum aliquis instituit pro se specialem diem obitus sui, posterius adiunguntur alij, & iterum alij &c. saluo iure primi quoad gradum primum. Detur oppositum: nam datur quis fere omnes cathedrales ecclesias uetustissimas, monasteria magni temporis, collegia &c. ecclesias parochiales, conuentus religiosorum. Et non est uerisimile, quod omnes illi posteri uelint sibi fieri speciales exequias: quoniam antidotum, quod offertur, tenuè est ad sustentationem ministrorum insufficientem, & obligationes illarum conditionem recipiunt implicitam: et si non semper exprimitur: nec dies anni ad hoc sufficerent. Si autem offerens temporalia nescit illam uetustam consuetudinem, & ecclesia illius obseruantiam, & fertur intentio dantis temporalia ad hoc, quod omni anno pro se solo fiat anniuersarius dies, nihil tamè explicatur per eum super hoc: recipiens uult agere secundum consuetudinem loci: bona fides, & æquitas recipientium saluatur in sua consuetudine secundum Gerf. par. xxxvj. ubi supra. Si autem fiat mutus, & expressus consensus inter dantem, & recipientem, tamen uidetur consuetudo præualere, ut obligatus alterius priori iungatur secundum eundem doct. Non enim potest alijs salua iustitia, suffragia promissa, & debita subtrahere. Ad idem cap. de Eucharistia sacramento in floribus. In anniuersarijs ecclesiarum, & receptione missarum pro uno precio suæ sustentationis, & in similibus

Scienti dolus non inferitur.

Quo sex aut septem annis

interpretatio uiri sapientis locum habet. Alioquin non uideretur, quomodo sex, aut septem anniuersaria in ecclesijs cathedralibus licite simul eodem die iungi possunt. Sed quid si omnes dies anni occupati sunt ueteribus ita quod non possunt fieri nouæ institutiones peculiare, & pro se daturat, ut dictum est? Videtur cum reuerentia maiorum, quod in hoc casu, qui prior est tempore, potior est iure, & quod propter superuentionem posteriorum priores nec debent, nec possunt iure suo priuari in gradu eis debito. Sunt enim ministri ecclesie prioribus certo modo obligati, qui non reculant alios adiungi in gradu alio iure suo saluo. Fortè quandoque fit compensatio dum crescit numerus clericorum, & per consequens augetur diuinus cultus: ita quod ceteri possunt eis adiungi in gradu æquali, & non refert, quid ex quibus pollentibus fiat. Diceret aliquis: præsumitur nunc de liberatione priorum: tunc propter multiplicationem suffragiorum; tum fortè propter indulgentias datas pro mortuis: tum quia secundum Altisio. ut refert Palud. q. ij. nulla missa celebratur, pro qua non plures de purgatorio liberantur. Sunt enim ibi qui diu passi sunt aut qui pauca habent purganda. Sed ista non cogitrecto, quod sit præsumptio: sed non habetur certitudo ad liberationem: ideo non potest, nec debet defunctus priuari iure suo: & dato, quod pro eo factæ sunt indulgentiæ per modum suffragij: adhuc potest esse dubium si fuerit tunc capax indulgentiarum. Et cum indulgentiæ quandoque sic, quandoque aliter dantur, potuit non fuisse omnium peccatorum confessio, nec recepisse sufficientem pro peccatis penam iniunctam. Volunt enim aliqui indulgentias, ut tollant daturat penam iniunctam. Si datæ sunt indulgentiæ pro eo per modum suffragij, consimiliter dubitari potest &c. Si opus suffragij sit legitime factum secundum tenorem Bullæ. Et dato, quod illorum habeatur probabilis coniectura, & uerisimilis: tamen ritus ecclesie est in contrarium, & non inaniter. Et licet forte conditionaliter, supposita aliorum omnium liberatione, pro quibus tunc tenetur minister, possit illi dare totum officium

in ecclesijs cathedralibus licite eodem die iungi possunt.

eum ut supra in eodem die obitus: sed non absolute non posita liberatione priorum. Quid si sacerdos non habet certam normam, pro quibus fundator uoluerit principaliter fieri suffragium, an pro se tantum, & sibi coniunctis, amicis, cognatis: an in genere pro omnibus defunctis: aut pro omnibus parochianis huius ecclesie? Nescit enim, quæ fuerit eius intentio nisi in confuso. Item an ex liberali spõsione se obligauit sine stipendio aut pro stipendio ad communem intellectum pro sustentatione ministrorum: non ut precio operis. Item minister nescit intentionem suorum antecessorum, qui onus id in se suscepit: quomodo & qualiter susceperint. Et ira de similibus dubijs, quæ solent non nunquam emergere. Dicendum: recurrendum est in his casibus ad iudicium uiri sapientis deum timentis, ad consuetudinem loci, uel locorum: & maxime ad ordinarij, uel superioris declarationem: qui habet declare auctoritatem, quod factum opus sit, uel oportet deo committere dispensationem: ut supra. Quia si minister contemdit fundatorem non uoluisse institueri speciale suffragium: ut fortè habet communis mos, uidentur est, unde habet præsumptionem. Potius enim credendum est, quod primum uoluerit pro se fieri, & specialiter de hinc saluo iure suo non excludere alios. Quintum dubium. An sicut obligatus dicere uigilias mortuorum satisfaciendo per choros cum alio, uel alijs: sic sacerdos obligatus dicere missam pro defuncto, satisfaciatur caucendo cum alijs in choro. Et si sic, ergo in magno collegio singulis obligatis ad celebrandum uno solo celebrante centum satisfaceret canendo cum alijs. Videndum est primum, quæ fuerit intentio, & quæ ratio obligandi per sonas collegij: uel ut singuli singulas legant missas: & cum hoc ceteris assistent in choro: uel quod curam habeant, ut missa celebretur collegialiter, & ab uno fiat sacerdotum. Si primum, non sufficit canere cum alijs: sed tenetur uel ante, uel post sacerdotem facere singulis eorum secundum tenorem foundationis. Si secundum, secundum hoc agere teneat singuli: ut uno celebrante ceteri communicant in choro: alias non fa-

Dub. 5. An sicut obligatus dicere uigilias mortuorum satisfaciendo per choros cum alio, uel alijs: sic sacerdos obligatus dicere missam pro defuncto, satisfaciatur caucendo cum alijs in choro.

tisfaciunt. Si non habetur norma expressa, quomodo, uel qualiter agendum, obseruetur antiqua loci illius consuetudo seclusa fraude, & dolo: aut recurrendum erit ad uicinas ecclesias. Et quicquid sit de illis, imitandus, & seruandus est usus ecclesie habentis: quod horæ, & uigiliæ conuentualiter legantur: Missæ uerò sacrificiam ab uno fiat. Item quandoque distributiones manuales tante, & tam pingues indicant mentem dispensantis: & quandoque expressa petitio fundatoris, aut defuncti. Corollarium. Defraudant plerique seipsum, & periculo committunt graui sub interpretationis cuiusdam uelo, non curantes quomodo, uel qualiter sint facienda, aut applicanda suffragia ex fundatoris institutione, commutantes illa ex sententia prout libet, aut prorsus omitteutes, aut non plus, & prius applicantes fundatori principali, quàm ceteris beneficiis secundarijs, totum ex æquo dantes singulis, & omnibus, fat esse dicentes, si lacrum habet in barba: interrogare nolentes, ut audiant, quid factum opus sit propter conscientiam. Patet corollarium. Licet enim dici solet: nemo sibi ipsi, & uolenti facit iniuriam: constat hoc dictum non esse uniuersaliter uerum. Potest enim hominis ad seipsum esse fraus, sicut & iniuria: ut cum uult multa permittere, uel dare &c. & sepe mentitur iniquitas sibi, & proximo. Nec quæuis ignorantia excusat: non crassa, nec supina: affectata uerò auget culpam. Licet enim deus non indigeat nostra intentione, uel oratione perorari, ut alijs sciat benefacere: nullo tamen secundum ordinationem suæ sapientie aliqua dare ad suffragantis particularem applicationem, uel intentionem, alias non daturus. Et secundum prædicta meritum defunctorum est conditionatum, quod possunt eis suffragia prodesse, si pro se fuerint ex intentione facientis. Sextum dubium. An religiosi recipiendi plures in suam fraternitatem, faciant ex hoc suam partem religiosi recipiendi plures in suam fraternitatem, uel alij recipiendo ex charitate, & pietate non propter quæstum turpem plures, tam uiuos, quàm mortuos ad suam fraternitatem, uel bonorum participatio-

Coroll. Defraudant plerique seipsum, & periculo committunt graui.

Dub. 6. An religiosi recipiendi plures in suam fraternitatem, faciant ex hoc suam partem religiosi recipiendi plures in suam fraternitatem, uel bonorum participatio-

faciant suam partem ex hoc deteriorē. nem in eodem, uel non equali gradu, non faciunt ex hoc semper suam partem, & in omnibus deteriorē: sed quoadque longe per compensationem meliorem. Charitas enim ad proximum exhibita pie magna reddit compensationem. De mortuis pariter. rependit enim liberati gratitudinis uices. De uiuis offendit potest multipliciter respiciendo utilitates ex hoc natas sequi regulariter. ¶ Primò. Non est uiuus, eiusdemque hominis semper intendere diuinis obsequijs actualiter. A bono uero quandoque; deficiamus ex parte, quoties, uel corporis necessitatibus intentis aut rebus exterioribus plus debito impliciti quicquam agimus, quod nec actu, nec habitu in deum referimus, nisi referre habitu extendatur ad bonam mentis preparationem, & ut habitu referri dicatur actus bonus de genere natus referri in deum. In hoc uero casu etiam a bono non penitus deficiamus, dum per fraternitatis communionem, & bonorum communicationem ex intentione facientis nostrum est non solum generalissime: sed & specialiter in hoc, uel illo gradu equali, uel in equali secundum leges eiusdem, quicquid per singulos ad honorem sit dei. Et uerisimile est semper aliquos deditos esse diuinis obsequijs. quilibet enim facere dicitur, quod per amicos facit: amicos inquam consanguinitate sibi iunctos. Sic dicendum de discordantium pacatione, fraterna admonitione, charitativa correctione, dum secundum Apostoli uerbum, qui spirituales sunt. i. perfectiores ceteris, & eiusdem prelati alios instruant in spiritu lenitatis. Sic & in temporalibus subuentionibus dici possit. Curabit enim alter alterius onera portare. per consequens hoc ualet ad magnam uiuorum consolationem. ¶ Secundò ex hoc sequitur mutua charitatis, & dilectionis augmentum totius legis suppletio, & complementum. Sicut enim charitas non quaerens, quae sua sunt, propria communicat, & inimica cupiditas, quae communia sunt, sibi appropriat: ita nihil intantum illesam conferat charitatem quantum fraterna communio: nec aliquid ita charitate læ-

Que uti litates sequantur ex uiuis receptis in fraternitates. nunquam deficitur a bono.

Mutua dilectionis augmentum.

dit, sicut proprietatis, uel possessionis, uel uoluntatis. ¶ Tercio. sequitur ex hoc animarum salubris cura, & prouisio. Curabunt enim uiuò sese iuuare, uel per humilem intercessionem apud omnium bonorum largitorem, uel per gratiae primae impetrationem, eius uel augmentum, uel per satisfactoriam compensationem, & solutionem. Et si mortui iam non possunt mereri, nec fodere: meruerunt tamen bonum eis pro bono rependi ab his, qui sunt fraternitatis uinculo eis obstricti. Ex his facile colligi potest fructus communicationis bonorum in fraternitatibus, & monopolijis. Nam ex hoc peccatores possunt consequi celeriore conuersionem, & gratiae primae collationem forte ab eo, qui liberatus per suffragia nunc est in patria: Iusti perseverantiam per gratiae augmentum, uirtutum profectum, uitae emendationem, ex mutua eruditione: penitentes remissionem poenae per suffragiorum multiplicationem, finem gratiae per multorum intercessionem, liberationem a purgatorio per uiuorum superstitium subuentionem, collationem maioris gloriae accidentalis per charitativam bonorum communicationem &c. Ex hoc patet responsio ad dubium, si expediat facere fraternitates, & bonorum communicationem &c. ¶ Septimum dubium: an magis prosit testatori statuere elemosynas, & suffragia perpetuo duratura cum temporis successione, quam mox simul omnia fieri per acceleratam earum multiplicationem, aut forte praeventionem, dum adhuc testatori subest uita, ut legitur fecisse Ioannes Gerson: qui in uita iussit se uiuò (ut refertur dubio. ij.) fieri quod posterius erat faciendum. Dicendum: quantum ad praemium essentiali (si utrobique est eadem charitas, & uoluntati conatus &c. in testatore hoc instituit, dum pro se uiuò adhuc sunt suffragia cumulata, & copulata, aut pro se iam mortuo per quemcunque ministrum sine simul, sine successiue per interualla temporum, & cetera alias sint paria) est idem praemium, & meritum: Sic enim uoluntas pro facto habetur: & est idem affectus:

Anima in salubris cura, uel uisio.

Dub. 7. An magis prosit testatori statuere elemosynas, & suffragia perpetuo duratura quam mox simul omnia fieri &c.

qui plus attenditur, quam operis magnitudo: ut patet de pauperula &c. Stat uero uiuò iussa suffragiorum expletionem habere gratias, & laudes deo pro collatis sibi beneficijs: unde hanc facere potuit institutionem: & ex hoc concipere nonnullum feruorem in deum, sicque mereri poenarum remissionem, quam non potest sic habere constitutus in purgatorio, dum profectam sunt a uiuis suffragia. Stat similiter cognatos plus exardescere in eum ad orandum pro eo, cum adhuc sunt memores beneficiorum perceptorum ab eo &c. quam incognatos, & multo tempore superuenturos. Item propositum, & uoluntas de uelle missam legere non per omnia tantum ualet: sicut lecta, maxime ad poenae solutionem. Sic enim non habetur uoluntas pro facto. Et idem esset uel le quandoque celebrare, & celebrasse pro defunctis: & uelle suffragari, & suffragium fecisse. Quantum uero ad praemium accidentale, quod est liberatio a poenis, potest distingui: quia potest instituens praecipue intendere celerem sui liberationem, & pro peccatis satisfactionem: aut dei gloriam, populi deuotionem, & diuini cultus augmentum. Si primum, iterum possit distingui: quia si se solum intenderet, & sui celerem liberationem: nescio si sit hoc circumstantia finis ultimi: & forte actus non est meritorius. Et tunc pro diuersitate opinionum respondeatur. Si intenderet sui liberationem propter deum dilectum: ut eum quatuordecim contemplari possit, & laudare. est laudabile propositum ex magno charitatis feruore procedens. Si petit, ut deus tempus poenarum poenae acerbitate compenset, & sic abbreviet: ut quatuordecim Deum laudare possit, uidetur melius esse instituenti facere suffragiorum multiplicationem celerem, quam diuinam successionem. Sic enim ordinata charitas a se incipit: & quilibet plus appreciat suam, quam alterius salutem: & honor dei finis est, & causa finalis. Si intenderet praecipue, & principaliter honorem dei, ac ecclesiae profectum, sic gloriosus est laudare regem multo tempore, & honores eidem impendi a multis, quam ab uno solum. Sic expediet suffra-

gia esse perpetua, & annalia. Neutrums itaque condemnandum uenit, & habent se ut excedens, & excessum. Fortè ecclesia in ritu suo plus attendit Dei honorem, & iustitiae rigorem, quam celerem animae liberationem. ualet quantum potest. ¶ Ex illo sequitur: Stat duos habentes eandem poenam luere, esse in purgatorio, & unum citius alio liberari mediante iustitia distributiva dei. Quamuis enim propter charitatis communionem suffragia omnibus profint generalissime: plus tamen illi, & soli illi specialiter, cui applicantur per ministrum facientem opus, se cundum. S. Thom. ij. quod li. art. xiiij. Nec in hoc deus iniuste agit: quia sua iustitia respicit per determinatam poenam, & non id, quod per accidens comitatur poenam. Sic non retardat illi a gloria propter poenam praecipue, aut ueniale peccatum; cum tamen retardatio a gloria sit maxima poenarum, secundum Chrysost. sed iuste ab eo exigit poenam solutionem, propter quam non est dignus, ut ingrediatur gloriam. Nihil. n. inquinatum intrabit in illam. Apoc. xij. Dub. 8. T An ois opus meritoriu, & de precepto dei, uel ecclesiae, possit esse satisfactoriu non obstantes precepti. Quia non uidetur ex definitione satisfactionis, ut patet dist. xv. q. ij. Est redditio uoluntaria aequiualentis alias indebiti. Sed quae cadunt sub uoto, precepto, aut iuramento sunt alias debita. Ad hoc Palud. dist. xv. q. j. cum inquit. In hoc, quod homo implet id, ad quod precepto tenetur, non satisfacit. Et infra. Aliquod est meritorium, sicut impletio precepti charitate formata. hic. n. actus alias est debitus: & ita non satisfactorius. Aliud enim est facere fructus dignos, & dignos poenitentiae. Ad idè Alexand. de Ales. par. iij. quaest. cj. membro. ij. artic. ij. & ij. cum disputat de ieiunio indicto ab ecclesia, an sit satisfactorium. Sic de ieiunio indicto a confessore. ¶ In oppositum Augustinus in de uera, & falsa poenitentia capitulo decimo secundo. Credendum est (inquit) & pietas fidei expostulat credere, quod ois elemosynae totius ecclesiae, & orationes, & opera iustitiae, & misericordiae, succur-

Dub. 8. T An ois opus meritoriu, & de precepto dei, uel ecclesiae, possit esse satisfactoriu.

rant recognoscenti mortem suam ad conversionem suam: ideoq; dignè pœnitere non potest, quem non sustinet uniuersitas ecclesiæ. Vbi loquitur de digna pœnitentia per quæcunq; bona opera in ecclesiæ uniuersitate facta. Isto stante arguitur. Debitum non tollit ratione merito secundum prædicta, quia non aufert rationem liberi arbitrij: ergo nec ratione satisfactionis saltem in genere: quia non tollit liberum arbitrium. Consequentia nota: antecedens probatur ex dictis. & accipiat satisfactio largè ut pater: & ut includit actus interiores, & exteriores. Et licet aliquid, quod secundum iustitiã præcisè debitum est illi, non possit esse satisfactorium per alios: quia potest præcisè adæquari illi reari, & non alteri: reatus enim duorum peccatorum maiorem requirunt satisfactionem, quã reatus unicus. Thomas. q. ij. quæst. iij. adhuc tamè habet rationem satisfactionis, ut dicitur pro illo, pro quo præcisè debitum est secundum iustitiam. Secundum Richard. dist. xv. art. j. q. iij. satisfactio formaliter consistit in actu uoluntatis. Nam flagella, quæ dens immitit, de se præcisè ut talia, non sunt satisfactoria: sed quia patienter, & uoluntariè in solutionem acceptantur, tamen homo ea effugere non possit. Hostiensis titu. de pœnitentiã, & remis. §. quis sit effectus ueræ pœnitentiæ. in uer. Flagella. inquit, q; sacerdos debet iniungere pœnitenti, q; omnia opera bona per eum facta, & faciendã, & mala pœnæ, quæ sustinet, proficiat ei ad salutem: & tunc ualebunt ei, & pœnitentiã fiet deuota. Ad idem eo. titu. quæ pœna sit p peccatis &c. Item Alexand. par. iij. q. cj. memb. ij. art. v. ostendit ieiunium esse satisfactorium: & dicit, q; præter gratiam operis, & charitatis formationem, quæ requiritur ad omnem satisfactionem, oportet ipsum esse uoluntarium: & q; sit efficax uirtute clauium in generali, & speciali. Si non est uoluntarium, non est satisfactio: sed satisfactio. Præterea nisi sic dicatur, non uidetur quomodo pati mortem pro Christo sit satisfactorium, ex quo homo tenetur mori in pœnam originalis peccati. Statutum enim est homini se-

Ieiunium si non est uoluntarium, non est satisfactio.

mel mori. Hab. ix. Secus distinct. xxj. q. j. in solutione ultimæ rationis inquit. Mors uoluntariè suscepta est pœna sufficiens pro pœna cuiuscunq; peccati uenialis: & forte pro magna parte pœnæ debite mortalibus dimissis. Nec obstat, q; est pœna necessaria: quia necessarium potest uoluntariè acceptari. hæc ille. Signetur homo, qui debet pro delictis capitaliter subire sententiam iudicis: hic tenetur secundum ententiam in eum iuste latam subire mortem: nec licet ei effugere in omni casu cum magno dispendio custodia, aut effractione turris: ut plures uolunt: nisi sint negligentes. Teneatur quidem mortem pati, cum uelit, aut possit consimile quid facere, aut agere pro peccatis secundum Holkot. q. vij. iij. Sententiarum. Hic cum alias est debitor mortis pro originali peccato, non possit dici satisfacere pro peccato illo, pro quo plectendus est ex definitione satisfactionis præmissa. Sic dicendum de aliquo, qui subito rapitur ad martyriũ: & prius fuit magnus peccator &c. ¶ Licet hic parum per exorbitandum quædam dicta doctorũ referre. Tenet, aut tenere uidetur Palu. q; latro crucifixus cum Christo non eualuit in cælum; quia crucifixus fuit, sed propter magnam contritionem, quã habuit. & si Christus (ut idè doctor habet) contraxisset originale peccatũ, mors eius non fuisset nobis satisfactoria. Ex quibus magnum inconueniẽs possit elici, q; nullius sancti mors fuit nobis satisfactoria compensatio, & ita contra thesaurum ecclesiæ ex merito supererogationis sanctorum collectum: quia communi lege omnes fuerunt debitores mortis propter originale peccatum. Vnde ergo colligitur thesaurus ecclesiæ? Item sancti innocentes non essent dicendi martyres propter debitum mortis &c. Et si quis secundum doctorem faceret abstractione mortis, ut est præcisè separatio animæ, & corporis, a languore, & dolore præcedente, uel comitante mortem, dicendo primũ esse debitum pro originali peccato, non secundum (saltem secundum actũ, secus quoad aptitudinem. sicut obijisse fertur Sanctus Ioannes Euangelista sine dolore: &

Vnde colligat thesaurus ecclesiæ.

re: & uirgo Mariam: quidã senio plurimum confecti, & exhausti) adhuc sequitur, q; aliquis malefactor plectendus capite non solueret debitũ: originalis peccati moriendo, & ita non: satisfaceret: quamuis forte per uoluntariã pœnam acceptationem pro peccatis suis posset facere compensationem, faciendo de necessitate uirtutem. Per consequens plectendus ultimo supplicio non deberet quasi in momẽto gladio interimi. Breuè enim uidetur moriendo pœnam habere: tamen est comitetur multiplex confusio: & opprobrium hominum, timor, ac tremor, ac horror mortis, quæ: possunt ab aliquo uoluntariè pro peccatis acceptari. Per consequens secundũ Palu. plectendus ultimo supplicio deberet prius profiteri religionem, ut habere posset remedium pro tollendo debito peccati originalis. sic enim moreretur morte ciuili, q; mors secundum eum uidetur sufficere. immo ois homo deberet monachari. Ait enim dist. xxxvij. q. iij. art. j. q; professio regularium liberat hominẽ a pctõ debito in foro dei, & mundi. Sanctus Tho. ij. ij. q. vlti. art. ij. dicit, q; per ingressum religionis aliquis consequitur remissionem omnium peccatorum: & refert, q; in uitis patrum legit, q; eandẽ gratiam consequatur intrantes religionẽ, quã baptizati. Quæritur incidentaliter pro horũ intellectu, quid hic ueniat nomine ingressus religionis, & p fessionis regularis: an solũ professio ipsa sine executione actuali operum pœnalarum secundũ tenore regulæ: ut putatur quia forte præuenitur morte, ergo pariformiter, si quis nunc in periculo colliutus, ut euadat mortẽ, spondet uerè religionis ingressum, & non sic, liberatur ab omni pœna, si morte præuenitur, & euolat ad patriã. immo si postmutata uoluntate apostatar, uidetur esse immunis a pœnis tunc debitis pro peccatis præteritis cæteris paribus. Pari ratione si mandator suffragij mandat in gratia fieri suffragium, non debet sentire aliquod præiudicium remissionis pœnæ alterius negligentia ex bona uoluntate, quam habuit contra prius dictam: si dicatur hanc professionem esse priuilegiatam. Et si di-

Quid intelligatur nomine ingressus religionis, & p fessionis regularis.

cutur, q; meritum defuncti est conditionale non absolutum: Dicit potest contra illos docto. Regula professio absolute facta etiam est conditionata quo ad ualorem remissionis pœnæ: quia si non deducitur in effectum, non sufficit, ut satisfactio pro omnibus peccatis de pœnitentiã distinct. j. §. His auctor. item. xxxij. quæst. ij. cap. Admonere, de Aistulpho: cui Papa persuadet religionem, & ingressionem: publicam pœnitentiam remittit, & in opera pœnalia monastica commutat: & expresse dicit. Si sic, & sic &c. egerit secundum monasterij regulam obseruando imperata, recipiendo struina intercessionem &c. forte diuinam sentiet misericordiam, & peccatorum remissionem. Non loquitur de nudo, & solo ingressu, aut professione: sed adiuncta uita monastica. Continua pœnitentia est eorum uita. Præterea non opus esset religiosis consequi indulgentias. Et forte ratione illius dubitarunt antiqui: an religiosi possunt consequi indulgentias: ut infra dicitur. De premio essentiali non est sermo: sed solum de satisfactione, & remissione pœnæ. Si autem nomine ingressionis, aut professionis &c. ueniunt opera pœnitentialia cum effectu, & obligatio uoluntaria, habetur propositum, quod consequitur quis satisfactionem, & remissionem pœnæ, si hant opera satisfactionis cum effectu. ¶ Ad propositum redeundo, omni actioni meritorie correspondet apud deum non solum premium essenziale gratiæ, & gloriæ: sed etiam accidentale, & remissionis pœnæ. Omnis obseruantia præcepti non solum naturæ, hoc est, quod est ex instinctu naturæ, seu moralis præcepti: ut dicit Palu. sed etiam disciplinæ, ut puta uoti, iuramenti, iudicij, uel instituti etiam humani, est uel esse potest meritorium: ergo omnis obseruantia præcepti naturæ, & etiam disciplinæ meritoria, etiam est, uel esse potest satisfactoria. Communiter omnis de possibili habet unam de præsentibus, uel ueram, uel possibilem. Si dicitur, actio præcepti est actio meritoria, non satisfactoria secundum Palu. distinct. xij. quæst. j. & maxime actio præ-

An religiosi consequantur indulgentias.

cepti naturæ secundum Alexandrum :
 Cōtra non uidentur ratio diuersitatis (cæ-
 teris paribus) de uno plus, quā de alio,
 loquendo saltem de satisfactione in ge-
 neres ut includit actum interiore, & ex-
 teriore. Præterea sicut præceptum di-
 sciplinæ fuit indifferens ante sui institu-
 tionem: ita uidentur posse dici de præcep-
 tis moralibus decalogi saltem antiquis
 quod sint dispensabilia, & mutabilia: licet
 nullum unquam fuerit reuocatum, sed
 forte circa aliqua interuenit dispensa-
 tio. Nec sunt propositiones simpliciter
 necessariae: sed contingentes: nec in omni
 sensu præcisè obligatoria. Præterea,
 uidetur, quod deus possit creaturam suā
 simpliciter deobligare a lege p̄ nō impu-
 tationem ad culpam. hæc enim uidentur
 potissima ratio culpæ. Psalm. Beatus uir,
 cui non imputauit dominus peccatū &c.
 de potentia absoluta dei: secus de or-
 dinata. Nonne posset dici omne præ-
 ceptum dei contingenter ab eo esse da-
 tum? Pro responsione ad dubium esse
 notandum, sectando nunc communem
 loquendi modum, licet non per omnia
 uerum de rigore, quod in actu præcepti
 est inuenire duos: scilicet operis substan-
 tiam præcisè, ad cuius executionem ho-
 mo tenetur præcepto, uoto, uel iuramē-
 to &c. & modum agendi, ut puta quod ad sint
 ille, & illæ circumstantiæ, quæ fiat hilariter
 ex deuotione, ex charitate, ex magno fer-
 uore &c. Quo ad primum: Si hodie te-
 neor ieiunare præcepto ecclesiæ, non re-
 dimor per hoc ieiunium mihi a sacer-
 dote iniunctum: ut hoc die faciam ieiunium,
 sed teneor die alio &c. Et ita ille
 actus potest dici non satisfactorius quo
 ad hoc. Quo ad secundum: potest dici sa-
 tisfactorius, & quandoq; meritorius, aut
 pœnæ solutorius. Sic homo tenetur ser-
 uare decalogum ad literā, sed nō ex gra-
 tiā gratum faciente, uel ex charitate. a-
 lias seruando decalogum non ex gratia
 gratum faciente peccaret. Si autem
 uult per eam mereri uitam, tenetur ha-
 bere gratiam. Sic de ieiunio ecclesiæ, &
 similibus. Cum ergo quis facit opera ne-
 dum quo ad substantiam actus prout te-
 netur ex lege: sed etiam quo ad cæteras

In actu
 præcepti
 duo in-
 ueniun-
 tur.

circumstantias, ad quas protunc non te-
 netur tenore præcepti, potest per hoc me-
 reri de condigno, & satisfacere ex inten-
 tione pro peccatis confusè tantum licet
 forte non pro alio quo ad operis substan-
 tiam, nisi pro quo opus illud præceptū
 est, uel institutum. Sic operi illi bono
 correspondet apud deum, nedum præ-
 miū gloriæ, sed & remissionis pœnæ, &
 satisfactionis: ut specialiter ualet facto-
 ri. Sic non uidentur posse negari, quin om-
 ne opus præcepti possit dici, & esse sa-
 tisfactorium, & meritorium. Sic dici pos-
 set de actibus fidei præcisè, ut sunt ad hæ-
 siones diuinarum ueritatum; & cum uo-
 lentes propter deum ingenium nostrum
 captiuamus in obsequium Christi; ubi
 humana ratio non habet experimentū.
 Primo modo sunt actus intellectus præ-
 cisè. Secundo actus uoluntatis eliciti, uel
 imperati, & meritorij, immo ut sic satis-
 factorij, ut patet in iij. distinct. xxv. Sic u-
 detur intelligendum dictum sacerdotis. *A d^o no*
 Bona per te facta, & faciendā, & mala, *luntatis*
 quæ sustinebis, sint tibi in remissionem *eliciti,*
 peccatorum. Quod Palude dicit intel- *uel im-*
 ligendum de bonis supererogationis. *perati,*
 Potest enim opus aliquod esse uoti, præ- *& meri-*
 cepti, iuramenti, iudicij &c. quo ad ope- *torij*
 ris substantiam præcisè, & executionem, *uoluntatis*
 sed non quo ad modum talem, uel cir- *factorij.*
 cumstantias alias. Sic enim est super-
 erogationis, & non est debitum debito-
 ne præcepti & potest esse satisfactoriū,
 & realiter, & sacramentaliter: ut puta
 quia forte pœnale: & quia sacerdos uo-
 luit, quod si quis fecerit id ipsum sibi sa-
 tisfactoriū, ad quæ tenemur lege diuina,
 licet sint alias debita, possunt dici super-
 erogationis. Potuisset enim nos do-
 minus deo obligasse tentione præcepti ad
 multa, & cum diuersis circumstantijs:
 sed nostræ miseræ compatiens tantum
 ad aliqua nos obstrinxit, licet quicquid
 possumus, & sumus, teneamur deo tentione
 congruitatis: & ut omnia in eius
 laudem faciamus, secundum Apostolū:
 sed non tentione necessitatis, & præ-
 cepti. Tenemur autem semper, & pro se-
 per uitare eius opprobrium, & contem-
 prum, & non odire ipsum. Ad primam

Deo te-
 nemur
 tentione
 congruitatis.

rationem, licet opus præcepti sit alias
 debitum quo ad substantiam operis: est
 tamen indebitum, ut sic fiat hilariter ex
 charitate, & fide, ut multi loquuntur. Et
 sic potest homo mereri solutionem pœ-
 næ, & satisfacere per hunc actum licet
 præcepti ex comitantia, uel imperio, di-
 uersarum circumstantiarum alias inde-
 bitarum. Et ita intelligendum est Richar-
 qui etiam distin. xx. ar. j. q. iij. dicit, quod
 ille, qui satisfacit pro alio pro hoc dire-
 ctè non satisfacit pro seipso per id opus,
 aut sic debitum alteri. Est tamen idem opus
 aliquo modo pro se satisfactorium
 ex diuina uisericordiam ut meretur
 congrui. Item distinct. xxj. arti. j. quæst. j.
 Licet pœna mortis naturalis sit debita
 pro peccato originali, & ut sic non sa-
 tisfaciat pro peccato actuali. attamen pœ-
 na mortis uoluntariæ pro Christo per-
 pessa, & ex charitate in pœnam peccati
 contra deum &c. quam homo libens, pa-
 tiens, & ex charitate suffert pro deo, sa-
 tisfactoria est. Præterea doctores alie-
 ter, & aliter accipiunt nomē satisfac-
 torij: ut patet respiciendo eorum dicta.
 Et cum pace dixerim, uidetur, quod ali-
 qua opera spiritualia, qualia sunt con-
 templatio dei, amor dei, speculatio, scri-
 pturarum interpretatio, lectio theologi-
 calium ueritatum &c. uerius sint satisfac-
 toria, quā plerumq; opera pœnitenti-
 æ de genere operis pœnalia. Exemplū
 de Maria Magdalena, cui dimissa sunt
 multa peccata, id est pœnæ: quia multum
 dilexit. Luc. vij. Pietas enim ad omnia
 utilis corporalis exercitatio non pluri-
 mum ualet, nisi subseruendo, & ut mate-
 ria satisfactionis. Siquidem actibus spi-
 ritualibus, & pietatis pro statu isto an-
 xa est multa corporis fatigatio, & re-
 bellio: cum intellectus, & uoluntas sese
 abnegando totos dedicant, & captiuos
 tenent in obsequium fidei, & charitatis,
 parati firmissimè credere, & Deo uiue-
 re, propter solam reuelationem Dei, quæ
 diligunt, aut ecclesiæ mandatum, cui
 obtemperare uolunt propter Deum.
 Corollarium. Omne opus meritorium
 potest etiam esse satisfactorium ad sen-
 sum tactum. Corollarium secundum

Coro. 1
 Coro. 2

Omne opus præcepti etiam cuiuscunq;
 potest esse satisfactorium, licet sit alias
 debitum. Nonnum dubium de sepelitione,
 & loco sepulture: an profit, & quali-
 ter, defunctis an uiuis, & ad quid an as-
 ferat animabus aliquam misericordiam, si ea-
 rum corpora non fuerint sepulture tra-
 dita. De sepelitione peccatoris in locis
 consecratis, & apud memorias sanctorū,
 an obfit, uel profit. Plura de hoc Augu-
 stin. lib. j. de ciui. dei. cap. xij. & in de ci-
 ua pro mortuis. Seneca de remedijs for-
 tuitorum. Gregorius. iij. dialog. capit.
 li. & sequentibus plura ponit exempla,
 & gesta propter sepulturam ecclesiasti-
 cam malorum. Prima propositio. Ca-
 rentia sepulture non obest per se respec-
 tu uitæ futuræ defunctis, quomodo cum
 que eorum corpora projiciantur, uel de-
 uorentur a bestijs, & tyrannis. Patet
 auctoritate scripturæ. Capillus patris
 uestri non peribit. Et iterum. Nolite
 timere eos, qui corpus occidunt: ani-
 mam non possunt occidere. Luc. xij.
 Matthæ. x. Et postea non habent, quid
 faciant. Aliquid enim faciunt mali
 corpus occidendo, in quo est sensus. In
 corpore occiso non est sensus. Ultra
 pœnarum omnium terminum iste locus
 est secundum Senecam. Et in Psalm.
 lxxxvij. Posuerunt mortalia seruum
 escam uolatilibus cœli. Carnes sanctorū
 tuorum bestijs terræ. Effuderunt sangui-
 nem eorum &c. & non erat, qui sepeli-
 rer. Verum hoc erat apud homines op-
 probrio, cum apud deum mors sanctorū
 sit præciosa. Ad hoc Augustin. ut supra
 cap. ix. de cura pro mortuis. Præterea præ-
 ciosa sepultura impijs non prodest: ergo
 uilis, aut nulla non obest pijs, & sanctis.
 Patet de diuite, & Lazaro, quorum unus
 creditur habuisse solennes exequias, &
 sepultus est in inferno: alius uiles, aut
 nullas, & collectus est ab angelis in sinū
 Abraham. Luc. xvj. Quia autem deus per-
 mittit suos quandoque a bestijs deuo-
 rari, accidit ad ostensionem, & exaggera-
 tionem crudelitatis illorum, qui talia fe-
 cerunt, non ad infelicitatem illorum,
 qui talia perpeffi sunt: licuitq; de hac re
 plausibiliter dicit illud Lucani. Cælo te

Dub. 9
 V
 De sepe-
 litione,
 & loco
 sepulcra-
 ræ.
 Prop. 1
 Care n-
 ualepul-
 ture nō
 obest p̄
 se respe-
 ctu uitæ
 futuræ
 defun-
 ctis.

gunt, qui non habet urnam. & illud Virgilij. ij. zneidos. Facilis iactura sepulcri. Item allegat Seneca ut supra. Tametsi Virgilius. vj. zneidos dicat: qd carentia sepulture per se nocet mortuis: ut patet in fabula, quam refert ibidem, qd animæ insepulorum, donec sepeliantur, errant centum annos circa fluuium infernalē, qui dicitur Cocytus, & circa stygias paludes: nec possunt infra centum annos transire ad sedes optatas. Hoc esse falsum docet August. cap. ix. de cura pro mortuis. qd insepulti non poterant transire infernalem fluuium. Sic enim, & martyres insepulti fuissent impediti, nec transissent ad loca optate requie. ¶ Secunda propositio. Damna decedentibus sine charitate non prodest sed obest sepultura ecclesie. Probatur per locum a maiori. Maius non prodest eis, puta suffragium ecclesie: ergo nec minus. xij. q. secunda. ca. Quibus. & cap. Cum graui. & in epistola Cyrilli ad Augustinum de obitu Hieronymi. & iij. dialog. Gregorij. capi. liij. Nec ualet hic dicere: uinum non consecratum admixtum consecratio contrahit aliquid sanctitatis. Sic de aqua benedicta, oleo, uino non consecrato, cui immergitur hostia consecrata in parasceue. ergo & in proposito. Nā sanctitas proprie dicta non acquiritur, nec contrahitur, nisi per gratiā gratū facientē, & nō ex contactu cuiuscūq; rei sacre. Sanctitas deputatiois, qua aliquid dicitur sanctū: qd deputatū ad actus sacros, & officia sacra, ēt nō conuenit dānatis p̄ se ab ecclesia. Vfus uero ecclesie procedit nonnunquam in liquis consonē, & alludēter ad legem ueterem: non sic in rerū aliarum mixtione uel usu. Alias oēs uestes hominū indui solite in die festo essent dicendæ sacre. Esto etiam quo ad primam propositionē, qd non sepeliri quādoq; afferat tristitiā uiuenti, scdm eū affectum, quo nemo unquā carnē suā odio habuit. Eph. v. hoc est affectu naturali, & humano: attamen cum homo mortuus est, corp⁹ caret sensu, nec habet tristitiā: deducit Seneca ubi supra. & Aug. c. iij. de cura pro mort. & cap. vij. Sic cū hō audit, qd sepeliendus est cū suis, habet inde complacentiam, & re-

Prop. 1
Damna
tis dece
dentib⁹
sine cha
ritate
non p
dest, sed
obest se
pultura
ecclesie

gione tristitiam de non sepeliri. Exem-
plum. iij. Reg. xij. de quodam propheta
domini, cui dominus cōminatus fuit ca-
rentiam sepulture: ut sic haberet obiectū
contristans. Secundum hoc dici possit,
qd carentia sepulture nocet obiectū
contristans. Sed ex hoc non inferretur:
go sepeliri lætificat, quia damnati non
sunt habituri ullam lætitiā: nec deus
uult eis coagere ad quamcuq; lætitiā
habendam. Sic etiam non sepeliri, uel
proijci de monumentis, nocere pulsū,
id est quandoq; est opprobrium hominū,
& affert quādam tristitiā, & humanā cō-
passionē uiuis: sed nō proijci, non remittit
pœnam, nec generat proprie lætitiā.
Nec regulariter sciunt cum proijciuntur
de sepulcris. Et si adducitur Topica Ari-
stotelis. Sicut propositum in propositis
& c. intelligitur de terminis contrarijs,
non de contradictorijs. Per sepulturam
hic non intelligit officium funerales: sed
ipsa tumulatio, & in terram sepelicio.
Dicitur, sed obest. Si quidem secundum
August. nihil prodest infidelibus sepul-
tura. cap. ix. Et si in genere non prodest:
nec ecclesiastica prodest. immo obest eis
ecclesiastica sepultura: scilicet de propheta
nā. Hinc excommunicati in loco pro-
phanō sepeliuntur: & desperantes, qui in-
tulerunt sibi mortem. Item pueri non ba-
ptizati & c. Plura de hoc refert factō bē-
tus Grego. iij. dialog. cap. liij. & sequenti.
ostendendo, quod ecclesiastica sepul-
tura cedit malis ad maiorem cumulum dā-
nationis. Beatus Thom. dicit sepulturam
ecclesiasticam ideo nocere malis: quia
eam sibi indignam propter humanam
gloriam comparant. distinct. present. q. Sepul-
tura ecclesiastica, & locus sacer sepul-
tura etiam apud memorias sanctorum & locus
non prodest per se, & directē spiritibus sacris
defunctorum: sed indirectē potest pro-
desse, & non obesse nedum mortuis, sed
& uiuis, ac defunctorum cognatis. ¶ Pri-
ma pars est Augustini. capit. iij. cum in-
quit. Si deessent illæ supplicationes, quæ
sunt fide rectæ, ac pietate pro mortuis,
puto, quod nihil prodesset spiritib⁹ eorū
quālibet in locis sanctis ex anima cor-

Prop. 3
Sepul-
tura eccle-
siastica,
& locus
sacer sepul-
turae non pro-
dest per
se, & di-
rectē spi-
ritibus
defun-

pora ponantur. hæc ille. Ideo per se non
prodest eis talismodi sepultura, ubi cuq;
sunt. ¶ Secunda pars, qd indirectē: quia dū
recolunt uiui charorum corpora ibi esse
reposita: puta apud memoriam sanctam
sancti alicuius spe optulatonis habende,
& intercessionis a sancto illo, ut dicit
August. in quæstionibus Dulcitiij. & c. v.
de cura pro mor. ecclesiam uisitant, in-
tercessionē, & preces faciunt, & quasi in-
uandū defunctum eius orationibus cō-
mendant. Quod etsi fieri possit in locis
alijs, attamen cum affectus deuotionis
trahit ad locum illum, expedit ibi fieri.
Præterea cum amici, & cognati sese so-
lent loco illo uisitare, uolunt ibi habere
quasi memoriale perpetuum charorū ibi
sepulorum, ne obliuioni dentur: sed
uiso monumento reminiscantur benefi-
centiæ, sicq; ad suffragiū excitentur.
Hinc & sepulcra monumenta dicuntur,
quia monēt, ne defunctorum nos capiat
obliuio. De hoc August. ubi supra. cap. v.
Cum fidelis mater defuncti filij corpus
desiderat in basilica poni, siquidem cre-
dit defuncti animam meritis matris ad-
iuuari, hoc qd ita credit, supplicatio quæ-
dam fuit: & hæc profuit, si quid profuit.
Et qd ad idem sepulcrū recurrit animo,
filium precibus commendat, adiuuat de-
functi spiritum non mortui corporis lo-
cus: sed ex loci memoria unicus matris
affectus. hæc ille. Sic itaq; sancto illi, aut
hominibus deuotis loci illius recordan-
tis, & precantis affectus defuncti animā
commendat: & uidens monumentum ad
suffragandum excitatur. Hinc & eccle-
sia in omnibus officijs generalem habet
memoriam defunctorum, quibus nō sūt
ulli superstites facturi pro eis speciale suf-
fragium. Sic prodest defuncto ad gaudiū,
cum in his honor dei quæritur: & domi-
nus laudat in sanctis suis. Sic quia solēt
illuc multi populi confluere, & fidelium
orationes multiplicari, qui uiso monu-
mento saltem aliquem habent piū in
defunctos affectum. Et uerisimilius est il-
lic multiplicari, quā in loco priuato.
Præterea aliqua facta, aut etiam facien-
da in loco tali, uel tali, homines mouent
ad pietatem. Sic Ioseph. Gene. xlvij. uo-

catur ab Iacob iam morituro: & recipi-
tur ab eo iuramentum, ne sepeliatur
in Aegypto, sed in sepulcro maiorū suo-
rū, hoc est in terra promissionis, in qua
sepulci erant Abrahami, & Isaac. Non ta-
men propter illos principaliter elegit lo-
cum illum: sed propter redemptionem
humani generis, quam in spiritu præ-
uidit ibi fiendam per Christum. Et fortē
qd multi sanctorum ibi essent cum eo re-
surrecturi. Math. xxvij. de quorum nu-
mero esse uoluit: & ideo locum illum
elegit tāquam singulariter a deo electū,
ut opus redemptionis in eo fieret. Dicit
Augustinus in quæstionibus super Gene-
q. clxxj. qd prætergressi sunt locum sepul-
turae plusquam triginta milia: tantum. n-
distat locus sepulcrae patriarcharum a
loco, de quo uenerant. Gene. I. Volebant
ergo patriarchæ, ut eorum cadauera (q
peccatum designant) eonderentur in
loco, quo peccata erant absoluenta san-
guine Christi. Dicitur a loco, qui Abra-
hamium uocatur (ubi condita sunt eorū
corpora) distare loc⁹ crucifixionis Chri-
sti fere triginta milib⁹ passuum secundū
Gloss. Crediderunt siquidem ubicunque
mortuos resurrecturos: sed pietatis affe-
ctū Christo incarnando uolebāt aliquo
modo associari. Et Abraham uxorem suā
Saram ponere uoluit (Gene. xxij.) in
spelunca duplici, in qua erat sepulchrum
Adæ. non emendo sepulchrum Adæ, uel
speluncam duplicem, in qua erat sepul-
chrum Adæ: sed agrum ipsum, seu fundum.
in quo ordinare uoluit locum sepul-
crae fidelium, ne infideles sibi ius sepul-
turae in eo uendicarent. ¶ Ex quo colli-
gitur, & alijs. Gen. xxv. qd & patres habē-
tes fidem resurrectionis propter afluē-
dam resurrectionis fidem curarunt sua
funera pietate officiosa celebrarunt,
exequias sepulcra curauerūt, & de hoc
suis mandauerunt. Et scimus ex scriptu-
ra huiusmodi facta esse circa Christum,
& per eum laudata. Math. xxvj. Ioan.
xix. Dicitur est pietate officiosa: quia ni-
hil ad eos de pompa humana, & ritibus
superstitiosis & c. Hinc August. inquit. li.
j. cap. xij. de ciui. dei. & de cura pro mort.
cap. ij. Curatio funeris, conditio, pompa
Gab. Biel. N n † 3

Patres
habent
tes fidē
resurre-
ctionis
curarūt
sua fune-
ra pietate
officiosa.

exequiarum, magis uiuorum solatia sunt quam subsidia mortuorum. Quod uerum est quantum precise pertinent ad solemnitatem quandam, & tristitia leuigationem: secus in quantum sunt ex pietate ad pauperum subuentionem, ecclesiarum edificationem, diuini cultus augmentum, aliorum officiosam, suffragationem, ut sic excitentur ad orandum pro defuncto. &c. Quandoque uero necessitas, decencia status, merita personae, maiorum auctoritas aliud ex postulat: & facit necessarium necessitate decencie, & congruitatis, quod alias esset prophanum: maxime cum intenditur pietas, & honor dei: Nonne decens est, ut corpus id, quod fuit spiritus sancti instrumentum, & perpetuo glorificabitur, ac premiabitur a deo, honeste condatur. Si enim uestis pagana plus diligitur: quia pater ea usus est, aut aliud consimile derelictum ab amico multum accepto, cur non, & fidelium corpora officiose sunt sepelienda in loco sacro, cum & Christus id circa se futurum quandoque laudauerit? Ioan. xij. Et Tobias sepeliendo mortuos deum promeruit angelo teste. cap. ij. & xij. Iunior quoque Tobie mandauit dicens. Cum acceperit deus animam meam, corpus meum sepeli. cap. iij. Non ergo proijcienda, sed reuerenter condenda sunt defunctorum corpora. Hinc cum constat de sanctitate defuncti, reliquiae eius ualde uenerantur &c. Item. ij. Reg. ij. Dauid laudat eos qui sepelierunt Saul regem, spondens eis a deo misericordiam, & ueritatem, a se gratiae retributionem. Ad idem. ij. Reg. iij. de Dauid, & Adonia. Quamuis ergo sepultura defunctus non opituleretur de se, culpanda tamen irreligiositate contemnitur secundum Augustinum. cap. x. de cura pro mort. eum rite haberi potest. Martyres sepe numero non poterant habere, ideo posthac quandoque apparuerunt angelorum ministerio, aut reuelatione diuina, petentes corporum traslationem &c. Sic & Dauid affectu humano compatiebatur Sauli defuncto, sed non sepulchro promisit eis quandam remunerationem, qui eum sepelierent. Item uoluit quandoque deus talia

fieri per nescientes, ad astringendum, uel indicandum resurrectionis fidei. Et quia illi suo facto astringebant resurrectionis fidei: & compassione humana sepelierunt Saul: propter illam fidem resurrectionis, quam uidentur credidisse, & affectum, & compassionem humanam, promisit eis Dauid misericordiam a Deo. ¶ Decimum dubium: quomodo profunt mortuis, oleum, cera, uinum, panes, & similia, quae secundum morem patriae in exequiis defunctorum offeruntur, aut supra tumbam ponuntur. Dicendum: solum per accidens profunt, aut etiam ecclesiae merito, seu deuotione facientis, in quantum offeruntur, ut ibi ardeant in diuino cultu: in quacumque protestatione sincerissimae ueritatis fidei, uel in quantum sunt, elemosynae pauperum orare debentium pro defuncto. In terris uero illis, ubi uinum, & panes ponuntur ad tumbam, si non sunt stipendiam ministrorum ecclesiae, possunt representare uiuificum altaris sacrificium, quod credunt mortuis profuturum secundum Augustinum. ut supra: & petunt per hoc animarum redemptionem a penis. Olim fuit consuetudinis tempore beati Gregorii, quod homines portarent ad ecclesiam panes, & uinum pro oblatione altaris. Hanc forte representat oblatio panis, & uini: affectum humilem, quatenus altaris sacramentum deo patri pro defunctis offeratur per ecclesiae ministros, & eis subueniat ad remissionem poenarum. Possent & aliae rationes dari diuersitate regionum. Et uidetur ad hoc esse Tob. iij. Panem tuum, & uinum super sepulchram iusti constitue: & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. ubi Lyra. Ex hoc firmantes occasionem errandi, solebant super sepulchrum parentum defunctorum cibaria ponere, quasi mortui indigerent cibis corporalibus. Quem morem improbat Augustinus sermone de Cathedra sancti Petri dicens, Mitoi, cur hodie tam perniciosus error interuenit ut super tumulos cibos, & uina conferant, quasi egressae de corporibus animae adhuc carnales cibos requirant &c. Et iubet abstinentiam esse a ra-

Du. i. q. Quomodo profunt mortuis oleum, cera uinum, & panes, & similia, quae secundum morem patriae in exequiis defunctorum offeruntur, aut supra tumbam ponuntur. Dicendum: solum per accidens profunt, aut etiam ecclesiae merito, seu deuotione facientis, in quantum offeruntur, ut ibi ardeant in diuino cultu: in quacumque protestatione sincerissimae ueritatis fidei, uel in quantum sunt, elemosynae pauperum orare debentium pro defuncto. In terris uero illis, ubi uinum, & panes ponuntur ad tumbam, si non sunt stipendiam ministrorum ecclesiae, possunt representare uiuificum altaris sacrificium, quod credunt mortuis profuturum secundum Augustinum. ut supra: & petunt per hoc animarum redemptionem a penis. Olim fuit consuetudinis tempore beati Gregorii, quod homines portarent ad ecclesiam panes, & uinum pro oblatione altaris. Hanc forte representat oblatio panis, & uini: affectum humilem, quatenus altaris sacramentum deo patri pro defunctis offeratur per ecclesiae ministros, & eis subueniat ad remissionem poenarum. Possent & aliae rationes dari diuersitate regionum. Et uidetur ad hoc esse Tob. iij. Panem tuum, & uinum super sepulchram iusti constitue: & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. ubi Lyra. Ex hoc firmantes occasionem errandi, solebant super sepulchrum parentum defunctorum cibaria ponere, quasi mortui indigerent cibis corporalibus. Quem morem improbat Augustinus sermone de Cathedra sancti Petri dicens, Mitoi, cur hodie tam perniciosus error interuenit ut super tumulos cibos, & uina conferant, quasi egressae de corporibus animae adhuc carnales cibos requirant &c. Et iubet abstinentiam esse a ra-

Dantes. Cheuc dicta di Dio no teme zuppe.

pernicio: oritur infidelium. Alij uero fecerunt magnam pompam, & ostentationem in morte parentum, ut inde in paupertatem redigerentur. & forte de hoc aliquid fuit in obseruantia populi, cum quo debebat Tobias. Verum morem illum ipse non praecipit obseruari: sed uoluit uitificum altaris sacrificium representare, & significare: hinc peccatores excludi iussit. Aut uoluit illa in pauperum elemosynas erogari. Aut forte habebat simul tenuem refectioem pro lenientia tristitia superstitum de morte parentum, quem morem aliquoties uidit: quia statim post sepulturam reducto superstitum ad uides proprias cum honesta comitantia, ductus fuit a uicinijs, & propinquis in tabernam. Huic aliquo modo alludit Hugo, postea dicens. Aliquem ritum nobis ignotum inuinit, uel forte ad consolationem parentum post sepulturam iubet fieri conuiuia, quod opus est misericordiae: uel forte super tumulos mortui iubet fieri elemosynas. Nec idem usquequaque execrandum. Forte in illis conuiujs fuit factus pro consolatione superstitum sermo commendatitius de honestate uitae defuncti &c. Ita enim conuocato cetero populi cum aliquis sepeliendus erat in primitiua ecclesia, teste Dionysio in de ordinibus hierarch. & Verellen. lectiones primum fiebant, & cantica de resurrectione mortuorum: de hinc mortuorum sanctorum concelebratio: & iam defunctum magna laude prosequerentur pro quantitate status sui: deinde terrae tradebant &c. ¶ Vltimum dubium. An indulgentiae etiam possunt dici defunctorum suffragium. Dicendum: Indulgentiae formaliter profunt defunctis. hoc est poenarum solutiones, & thesauri ecclesiae communicationes factae eisdem profunt eis: sed non meritorie: ut quidam loquuntur, id est non possunt facere opus, pro quo dantur indulgentiae: sed alius pro eis per modum suffragij: cui tenor apostolicae bullae concedit. meruerunt tamen in uia constituti, quod in indulgentiae per modum suffragij possunt eis prodesse: cum opus, & conditio indulgentiarum sit per alium pro eis:

Du. ult. Z An indulgentiae possunt dici defunctorum suffragium.

etiam ipsi per se opus facere non possint. De quo latius infra in quaestione tertia

QUESTIO III.



BERTIO queritur de suffragio, quod potest dici indulgentiae ecclesiae. Vtrum uini, & hierarchiae ecclesiae militatis possunt per modum suffragij, aut alias auctoritatem dare, uel impetrare indulgentias defunctis. ¶ Articulus primus terminos exponet quaestionis. Nomen indulgentiae, uel indulgentiae diuersimode inuenitur accipi secundum doctores iuris, & grammaticos. Quandoque est liberatio a poena, inde dicitur. ij. quaestio. iij. si quem §. Indulgentia. Indulgentia, quos liberat a poena, notat. Quandoque est concessio gratiae: ut lite pendente. c. si. de priu. dudum. Quandoque est dispositio. lxxvij. dist. c. finali iuxta finem. ubi dicitur indulgentias alicui, est cui eo dispensare super aliquo. De electio. dudum el. Quandoque est ius commune. xxxij. q. ij. Interfectores. Secundum grammaticos, & alios indulgentia in illo capitulo dicitur quandam de licatam, & mollem concessionem: cum scilicet quis uult alteri obsequi propter eius fragilitatem, ut supra dist. xxvij. patuit super illo Apostoli. Hoc autem secundum indulgentiam dico non secundum imperium. Vbi loquitur de matrimonio instituto in remedium: & de cognoscere suam non propter prolem. Ita in cap. allegato: ubi fit sermo de occisoribus coniugum suorum, quod non possunt alibi contrahere &c. Ad idem. xxxv. quaestio. viij. de gradibus. Quandoque dicitur dare operam illi, uel illi disciplinae. sic dicitur ille indulgere gulae, quae ueneris amica est, qui uacat gulae. in proposito dicit remissionem poenae debita pro peccatis commissis remanentis maxime post sacramentalem peccatoris absolutionem, secundum Franciscum Mar. in tractatu de clauibus. & Anglum in summa post Franciscum: qui dicit illa descriptionem colligi ex notatis cap. Quia autem de poenitentis, & remissionibus. Iacobus Cardi.

Arti. r. Nomen indulgentiae diuersimode sumitur.

in tractatu de indulgen. & iubileo ponit aliam notificationem post Henri. Gandan. in quodlibetis. & illam. Est remissio pœnæ temporalis pro peccatis actualibus debita, non remissio in absolutionem sacramentali, facta a prælato ecclesiæ rationabiliter, & ex rationabili causa in compensationem de pœna indebita iustorum. Gerson in de absolutione cōfess. sacramentalis, dicit. Dare indulgentias non est proprie absolvere a peccatis: sed est de penitentia debita relaxare, uel in toto, uel in parte. Hinc nõ requiritur debita forma uerborum, sicut in sacramento: sed sufficit explicare secundum intentionem Papæ dantis, q̄ dantur tali tales indulgentiæ. hæc ille. Consonat Palud. dist. xx. dicens. Dare indulgentias nec est ligare, nec soluere: sed thesaurum ecclesiæ posse communicare. Durand. dist. xx. q. ij. dicit. Indulgentiæ sunt communicatio pœnæ Christi, & sanctorum ad satisfaciendum pro nostris peccatis. Dicitur primò in notificatione est remissio pœnæ, non culpæ. Hinc sequitur: modum illum loquendi plebeorum esse falsum: cum dicunt esse indulgentias a pœna, & culpa, qui forte ideo inoleuit: quia cum dantur indulgentiæ plenariæ, conceduntur cum hoc regulariter facultates pluri- mæ: ut peccator posset absolui a culpa, qua non remissa manet pœna culpæ debita, & pœnæ remissio præsupponit remissionem culpæ. ¶ Secundum hoc possunt tria considerari in peccato mortali: ut quidam dicunt. Primum est culpa, siue actus peccati: quæ & dicitur peccatum. Secundum: reatus culdæ, siue obligatio ad pœnam æternam pro culpa commissa. quia enim peccator deum offendit legis eius transgressionem, exigit diuina iudicia, ut peccator pro culpa pœna plectatur æterna. Et quia æterna per cōtritionem, aut sacramentalem absolutionem sæpe commutatur in temporalem, est tertium reatus pœnæ temporalis. ¶ Culpam non tollunt formaliter indulgentiæ, nisi pro ut nomen indulgentia æquiuoce accipitur pro facultate absoluendi a peccatis: sed præxigunt eius remissionem. Sed nec pœnam æternam, quæ est damnatorum,

Dare in indulgentias non est soluere a peccatis.

Error; q̄ indulgentiæ remittunt, & pœnam, & culpam

ad quos ecclesiæ suffragia se non extendunt: quia in inferno nulla est redemptio: sed reatum pœnæ temporalis. ¶ Pœna æterna potest tolli per contritionem, & penitentiam, & in temporalem mutari: non autem per indulgentias. ¶ Dicitur pro peccatis actualibus debite. Non enim indulgentiæ tollunt pœnam peccati originalis: nec omnes pœnam temporales, sed solam debitas pro peccatis actualibus. Dicitur non remissio in absolutionem sacramentali: quia prius remissam pœnam etiam per operam penitentiam, quæ egit homo, non tollunt. Hæc enim opera penitentiam includuntur in nomine absolutionis sacramentalis: & illa iam sunt remissa. Notanter dicitur non remissio in absolutione sacramentali: & non adiungitur, seu non iniunctæ &c. Est enim inter plerosq; magna dubitatio, si indulgentiæ tollant dumtaxat pœnam iniunctam: & a quo, an a iure, uel iudice, an generali, uel speciali inunctione: & si generalis, quæ est circa obligationem, sufficiat. Hinc Gerson in floribus ait. Dies indulgentiarum referuntur ad penitentias q̄ hac uita iniunctas. sic enim textus sonat. Verum hoc non fit in concessione iubilei, aut plenissimarum indulgentiarum: sed de particularibus, ut in propositione. xj. ¶ Cum ergo indulgentiarum concessio non extendit se ad pœnas contractas per peccatum originale: Non enim tollunt lamem, sitim, fomitem peccati, mortem &c. sed dumtaxat ad pœnas peccato actuali debitas, cuius remissionem necessariò præsupponit, uel in foro secreto contritionis, & dei, uel in foro etiam exteriori confessionis sacramentalis de facto, uel in uoto, seu proposito: & sæpius in facto iuxta dispositionem bullarum: ita q̄ non sufficit esse in charitate ad consequendum indulgentias peccatorum contritorum, non confessorum de facto: sed requiritur cōfessio de facto peccatorum, p̄ quibus quis uult indulgentias consequi, ut dicitur. Ideo dictum in definitione est remissio pœnæ nõ culpæ temporalis, non æternæ, & infernalis. Nec cuiuscunq; pœnæ, sed determinatæ pro peccatis: non in genere, quæ

Magnis dubitationibus, si indulgentiæ tollant dumtaxat pœnam.

non originalis, sed actualis peccati tantum non remissio in absolutionem sacramentali. ¶ Sixtus papa quartus in iubileo, qui fuit in diocesi Constantiensis in Vrach Anno domini. M. cccc. lxxx. &c. expressè concessit, q̄ contribuentes ad fabricam hoc tempore determinato, poterant indulgentias consecuturi per octo dies ante id tempus, uel post tempus indulgentiarum confiteri sua peccata. Necessariò uerò erat, q̄ essent uerè penitentes, cū fecerunt opus indulgentiarum. Sed nõ requirebatur confessio præuia in actu: sicut fecit penitentia in actu, & confessio in uoto certo tempore fienda. Ad hoc Gerson, ubi supra, cum inquit. Quandoq; dantur indulgentiæ sub certis conditionibus, si sint confessi, & contriti: si dederint manus adiutrices. Quandoq; dantur existentibus in gratia, uel si infra mensem habuerint gratiam, ita q̄ tunc, dum habent gratiam, recipiant indulgentias sine alio actu confessionis, uel sacramentalis absolutionis. Et secundum Durand. dist. xx. q. iij. contritus non confessus etiam sine opere indulgentiarum potest indulgentias consequi, si concessio papalis ita canit. Dicitur facta a prælato ecclesiæ, ad differentiam remissionis pœnæ, quæ fit in foro secreto dei, & uirtute contritionis, aut sacramenti penitentiam. Illa nõ remissio, quæ fit præcisè uirtute contritionis, aut sacramentalis absolutionis, nõ dicitur indulgentia proprie: sed illa, quæ fit auctoritative a prælato ecclesiæ de his pœnis peccatorum, quæ remanent post confessionem, & sacramentalem absolutionem, aut contritionem præuias secundum alium, & alium bullarum tenorem. Dicitur rationabiliter, & ex causa rationabili. Circa quod notandum: q̄ indulgentiarum concessio debet esse rationalis: ut uerò sit talis, præsupponitur in conferente indulgentias auctoritas, in suscipiente idoneitas: in causa pietas: secundum Durand. s. honor dei, & utilitas ecclesiæ. Oportet primum adesse auctoritatem a Christo collatam, & in Euangelio fundatam, ut puta Matthæi. xvj. promissam Petro. datam Matth. xvj. & Ioannis. xx. generaliter. Specialiter uerò, &

Cōfessio in indulgentiarum aliter.

Cōfessio in indulgentiis.

excellenter data est hæc potestas clauium post resurrectionem interrogato uice tertio Petro de dilectione: dixit Christus, Pasce oues meas, agnos meos pasce. Tunc enim secundum Ioannem de Turrecremata, in Summa de ecclesia lib. ij. c. xxix. Petrus factus est a Christo princeps, pastor, & episcopus ecclesiæ uniuersalis Christo iam uolente in cælum ascendente. Dicens enim Petro, Pasce agnos meos: dicere uoluit: potestatem accipere pascendi gregem meum pastura per omnium administrationem sanctorum, quibus ecclesia pascenda est. Et idem doct. ibidem nicitur probare Petrum non fuisse episcopum, ut aliquid addit episcopus ad sacerdotium, & pastorem uniuersalem, ante Christi resurrectionem. Et licet secūdum Durand. q. iij. dist. xx. pauca possint dici de indulgentiis per certitudinem: tamen communiter dicitur; q̄ potestas conferendi eas fundetur in his uerbis: cū Christus inquit. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c. Nomen peccatorum sæpe dicit, & pœnam peccato debitam, & peccatum ipsum. Hinc Lu. vij. Dimissa sunt ei peccata multa. i. pœnæ peccatorum: quia culpa tunc erat per contritionem remissa. Et ita sumitur frequenter in bullis: dum dicitur indulgentiæ dari in remissionem peccatorum. Et j. Pet. ij. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: i. pœnas peccatorum secundum Gloss. ¶ Itæ exigitur secūdo in suscipiente idoneitas, ut puta, q̄ sit subditus. Non enim profunt indulgentiæ non subdito, nisi de licentia proprii episcopi, aut iudicis. c. Quod aut. de pœni. & remiss. Item q̄ non sit in mortali peccato: sed sit uerè penitens. Sine hac conditione non ualeret alicui indulgentiæ. Est autem uerè penitens, qui cōtritionem habet peccatorum suorum, quæ includit cōfessionem ad minus in uoto; quam non oportet quandoq; de facto præmittere, dum id explicat literæ apostolicæ: sed semper in uoto. quandoq; uerò, & regulariter oportet confessionem præmittere, saltem ad hoc ut peccatorum actu confessorum quis consequatur indulgentias. Potest enim quis, si est nunc

contritus peccatorum olim confessorum consequi indulgentias. Itē q̄ faciat opus, ratione cuius conceduntur indulgentiā per se, uel per alium, ut dicitur. Hinc melior est conditio diuitis, quam pauperis: ualentis ambulare ad ecclesiam, quam claudi &c. Ter tiō requiritur pietas causae. s. honor dei, & utilitas ecclesiae suae. Non tamē requiritur certa, & euidentis noticia causae, sed existimatio bonae fidei sufficit, & probabilis coniectura secundum Gerſo. quem admodum in dispensatione thesauri materialis de fisco regio uel ecclesiastico, Papa uel rex aut alius cuius est dispensatio anima dureret. ¶ Hic sunt opiniones doct. An scilicet causa rationalis requiritur ad solam peccati uitationem, ne daturus indulgentias, non curando de causae rationalitate, ueluti dilapidator thesauri ecclesiae incidat in culpam: uel an requiratur simpliciter, & absolute ad hoc ut datio habeat effectum, & ualorem. Dicunt quidam, q̄ non requiratur absolute, & simpliciter ad concessionem indulgentiarum causae rationalitas: sed q̄ concessio tenet de facto, stante auctoritate concedentis: dum saltem is, cui conceduntur indulgentiā, non dedit scienter operam per se, uel alium ad habendum eas, sciens non subesse causam rationabilem uti si Papa praecise motu proprio concederet alicui indulgentias de potestatis plenitudine, & ex uera scientia, non ad cuiuscunq; oblatę petitionis instantiam &c. dum forte iam constitutus est in mortis articulo, & recipiens eas crederet bona fide Papam hoc rite posse facere. Hoc modo secundum plures ualent indulgentiarum concessiones. Quamuis enim ecclesiae thesaurus non sic prodige communicandus: attamen si fit, tenet: & non uidetur prodige fieri, quod ad salutē hoīs fit. Ad hoc enim thesaurus ille habetur in ecclesia. Allegant de conferente sacramenta contra prohibitionem: saltem ubi non potest impediri de facto effectus colationis. Dicitur est: dum quis nō laborat pro habendis indulgentiis, sciens non subesse causam concessionis. si enim hoc sciens uult fraudem committere, iam peccat, & nihil recipit, sed seipsum, &

Opinio nes.
An causa ratio nabilis requiritur ad solā peccati uitationem.

concedentē decipit: nec reportabit lucrum de malo suo. Sic si non crederet indulgentias habere effectum talem, sed esse fidelium deceptiones, nihil consequetur secundum Aug. ut infra propositione x. indulgentiā enim nō ualent, ut sacramenta ex opere operato, sed opere operante, praesertim Christi, & sanctorum, stante debita peccatorum qualificatiōe. de quo latius infra propositione. x. Itaq; secundum illos ceteris paribus non requiruntur causae rationabiles, ut indulgentiā ualeant de facto. ¶ Alia opinio tenet, q̄ oportet subesse causam rationabilem, si concessio debeat ualere, & ēē efficacis, q̄ dicitur pro loco, & tempore iudicium boni uiri, & qualitas emergentis causae, pro honore dei, & ecclesiae profectu, nō ut laxentur freno peccatis. ¶ Secundum primam opinionem posset Papa (cum aliquem sacramentaliter absoluit) dare eidem indulgentias omnis poenae detriminae pro peccatis de facto: & teneret concessio. Secus de episcopo uel alio nō habente indeterminatam auctoritatem largiendi indulgentias plenarias. Huic opinioni uidetur fauere Palu. secundum illud Apostoli. Dispensatio mihi credita est. post sanctum Thom. di. xx. arti. iij. quae st. iij. in solutione primae rationis. dicit enim. Si quis inordinate remittit, ita q̄ per hoc laxentur freno peccato, & indulgentiā habentur pro nihilo: peccat faciens tales indulgentias. sed factū tenet. Est. n. dispensatio bonorum cōmuniū ecclesiae in potestate dispensantis & in eius arbitrio est indulgentiam taxare. ¶ Secunda opinio placet Richar. dist. xx. arti. v. q. j. cum dicit: q̄ nec bonus, nec malus dare potest indulgentias sine rōnabili causa. Idem uidetur uelle sanctus Bona. eadē distin. Item Anconit. q. xxx. arti. iij. & v. de potestate ecclesiastica. Durand. q. iij. distin. xx. Gerſon tract. de indulgen. uidetur aliquo modo ad idem esse. clarius in opusculo de absolutione confessionis sacramentalis, cum inquit. potestas pralatorum in dando indulgentias, non est nisi quaedam potestas dispensationis, q̄ debet esse rationalis ad edificationē. Et ideo si dent sine rationali causa has, uel il-

Cū Papa alicuius abſoluit sacramentaliter potest esse dūplex ratio nabilis.

las indulgentias, ut puta pro solo intuitu fauoris humani, uel alio tali modo, non oportet, q̄ ualeant tantum indulgentiā, quantum sonant. Propterea fatuae sunt, & superstitiosae quādam intitulationes de indulgentiis uiginti milium annorum: uel tali modo, si quis dixerit Pater noster coram tali, uel tali imagine. essetq; per praelatos prauidendum: q̄ cedit hoc in contemptum, & derisionem indulgentiarum, nec cōtinet ueritatem. Vnde plenarie indulgentiā uix solebant dari pro passaggio terrae sanctae. Hae ille. In hoc dicto tangit quasi opinionem mediam, si rite inspicuntur eius dicta, quae tangitur lib. vj. c. Indulgentiā de poenitentia, & remi. Non enim dicit eas nullius esse momenti, sed non tantum ualere, hoc est in tantum non ualent in quantum sunt excessiuae, & indeterminate proportionis. Secus prout non sunt excessiuae. Hinc addit, q̄ factum, pro quo sunt indulgentiā, magis priuilegiatum est, quam aliud ceteris paribus. ¶ Si quaeritur de causa rationabilitate: dicendum post doct. q̄ potest esse duplex conformiter ad ciuiles, & curiales donationes, quae quandoq; sunt pro ostensione magnificentiae regalis: exemplum de Assuero Hester. j. quandoq; p̄ utilitate, commoditate, necessitate, aut profectu republ. ut ad repellendum hostes, ad tuendum loca &c. ad reparandum, uel aedificandum necessaria rei politicę. Et in genere ait sanct. Tho. distin. xx. arti. iij. q. ij. Quaeunq; causa ad fit, quae in utilitatem ecclesiae uergit, & honorem dei, sufficiens est ratio indulgentias faciendi. Secus de causa effectiua remissionis poenae, quae est abundantia meritorum ecclesiae: non autē deuotio, & labor recipientis. Sic in proposito potest dici, q̄ causa est ostensio maxime charitatis, & superabundantis satisfactionis Christi pro omnibus hominibus, praesentibus, praeteritis, & futuris: ostensio magnum pro ecclesiae utilitate, quae Christus operatur est in sanctis suis: & honor dei in sanctis eius: in sua benedictissima incarnatione: pro quorum remissionem perpetua ecclesia diuersa sanctorum, & Christi festa instituit, iussit aedificari

Abusus tenandus a praelatis.

Potest esse duplex ratio nabilis.

templa, domus, ornamenta, paramenta in auro, & argento. Ideo pro talium habitatione, constructione, reparatione, beneficiorum, & ministrorum ecclesiae institutione, & multitudine, ecclesiarum, & sanctorum uisitatione, uerbi dei promulgatione, studij literarij promotione secundum. S. Bona. quo maxime opus habet ecclesia, captiuorum liberatione, infidelium cōuersione, apostatatiū, & schismaticorum reductione, fidei defensione, & similibus, datur indulgentiā. non quasi illa temporalia sint precium, uel appreciatio indulgentiarum ueluti merces: sed ly pro, dicit prouocationem quandam. Gratis enim datur indulgentiā, ut per eas populus animetur ad faciendum hoc uel illud honori dei, aut fidei ecclesiae, uel utilitati reipub. necessarium: ut que suae ipsius gerant curam salutis: & ut dicitur in quibusdam bullis, ecclesia quodā modo nititur praenire fideles mysticis benedictionum muneribus de thesauro ecclesiae, ut dei honor promoueatur, ut deniq; aimentur, ac promi reddantur ad faciendum illud temporale, pro quo dantur indulgentiā, quo tunc opus habet ecclesia. Non ergo emuntur indulgentiā. San. Bonauent. ait. Ecclesia non intendit datum, sed fructum, hoc est fidei pietatem, ex qua procedat illa temporalis subuentio pro consequendo spiritali uolito. Sic indulgentiā dantur quandoq; pro re mere spiritali, ut puta orantibus p̄ summo Pontifice, pro pace ecclesiae, pro salute alicuius principis, ut refert Angelus datas esse indulgentias ab Innocen. iij. orantibus pro rege Franciae. & Thom. dist. xx. arti. iij. quae st. iij. Sic nostro auro Alex. vj. concessit indulgentias pro diuersis spiritalibus exercitiis deuotorum &c. ¶ Dicitur consequenter, in compensationem. Cum enim homini culpa remittitur a Deo cōmunitate poenae in temporalem: cum uero recipit indulgentias, nō absoluitur simpliciter ab eo, ad q̄ p̄ superiorē obligat⁹ est: sed datur ei, unde poenam soluat: & sic facit quandam compensationē, dum modo delictum, q̄ in se cōmisit, punitur in alio, & alterius superabundans satisfactio est:

Non emuntur indulgentiā gratis dantur.

Opera
pœnalia
sancto-
rū pos-
sunt du-
pliciter
confide-
rari.

unde recipit, ut faciat solutionem pœnæ debitæ quadam compensatione pia. Si quidem dare indulgentias, nec est ligare, nec absolueret: sed thesaurum ecclesiæ auctoritate sibi collata communicare, & dispensare in remissionem pœnæ pro peccatis debitorum. ¶ Dicitur, de pœna indebita iustorum. Pro huius intellectu dictū est supra: q̄ opera pœnalia sanctorum, quæ nonnunquam dicuntur satisfactoria, siue quoad substantiam operis, siue quoad aliquam circumstantiam, & agentis modum, ad quem operans non tenetur, possunt dupliciter considerari. Primum, ut procedunt ex inclinatione gratiæ gratum facientis: & ut sic, sequuntur operis auctorem, cui p̄ hoc debetur gratia, & gloria essentialis, & accidentalis, de merito Christi, qui sibi, & alijs meruit: de cuius plenitudine omnes accipimus gratiam pro gratia. Ioann. j. Sic intelligitur. Opera eorum sequuntur eos. Hoc modo nullus alius a Christo plus meruit, quā receperit, uel recepturus sit in seipso. Alio modo non obstante ratione meriti, sunt etiam satisfactoria, uel expiatiua pœnæ: non minus, quā si non fuissent meritoria. Hinc sicuti oratio conuertitur in sinum proprium secundum dictum Prophetæ, si alter, pro quo fit, non indiget: ita si factor operis non indiget satisfactione, uel expiatione, cedit solutio satisfactoria communi utilitati indigentium ex diuina misericordia nolente aliquid bonum esse irremuneratum. Christus deus, & homo pro nobis factus est peccatum: ideo solius eius satisfactio propter personæ infinitatē maior fuit in ualore omni pœna, ad quam obligantur omnes homines, etiam si mille mundi adhuc futuri essent secundum Durand. dist. xx. q. iij. fuit enim acceptationis infinitæ. Et licet meritum propriè dictum non possit ut sic transfundi in personam aliam, tamen satisfactio potest tota dari alteri, & transfundi in alios. ¶ Si dicitur, Reatus pœnæ non diminuitur, nisi quia pœna soluitur: Christus autem non habuit pœnam damni, sed sensus tantum: ideo non uidetur in hoc satisfacisse pro omnibus. Item pœna purgatorij ma-

ior est omni pœna mundi: & pœna infernalis æterna maior est omni pœnalitate, quam sustinuit Christus siue intensiue, siue extensiue: non ergo uidetur quomodo satisfacere etiam pro pœna sensus. Aequalitas enim satisfactionis atquæ debet secundum comparationem pœnæ ad pœnam. hic autē nulla uidetur esse equalitas. ergo &c. Dicendum, negando maiorem. Vel si admittitur, potest solutio fieri in alio: uel dari ab aliquo alicui unde faciat compensationem pœnæ. Præterea solutio tam partis quā totius pœnæ potest solui liberali remissione alterius, uel spontanea acceptance huius pro illo, absq; hoc q̄ pœna formaliter, & realiter saluatur in illo qui deliquit. Placet enim Deo cum peccatum remittit quoad culpam, q̄ pœna soluitur, uel per hunc qui deliquit, uel per alium eius nomine qui se pro eo fecit debitorem. Nec ut sic aliquid malum manet impunitum. Sufficit enim q̄ fuerit punitum in acceptance diuina huius pro illo in Christo, & sanctis eius. Christus enim est suppositum infinitum, & actiones pariter, & passiones tanti suppositi sunt infinitæ quadam denominatione extrinseca. Acceptatur autem a Deo infinite p̄pter infinitatem suppositi agentis, uel patientis infiniti: & ita fuerit meriti infiniti, & si militer infinitæ syncategorematicæ satisfactiones in acceptance diuina. Et q̄ passio Christi in sacramentis non soluit pro omnibus, causa est acceptatio diuina, & misericordia, quæ ex opere operato gratiam confert in sacramentorū perceptione: per consequens in sacramentis gratia gratis datur. Nec ad plenam satisfactionem opuse est Christum habuisse pœnam damni, hoc enim imperficere suppositum diuinum. Nec eius pœna infernali, uel purgatorij: sed maior in acceptance diuina: quia tantum placuit quantum summum patiens, & agens: & ita acceptata fuit pro infinitis syncategorematicæ. Solet enim qualitas personæ æstimationem augere: & respectu filij dei nulla est æstimatio, qui totum sanguinem p̄ nobis fudit: & pro omnibus factus est peccatum: cum peccatum non fecit, secundū

Apoſto

Apostolorum. Cum tamen pro omnibus peccatis una sola guttula sanguinis eius suffecisset secundum Anselmum. Ideo eius satisfactio non potest euacuari per quocūq; peccata. Stat etiam aliquos, licet mortis naturalis debitores, ultra quam eis necessaria fuerit satisfactio pœnarum uoluntaria pro Christo perfectione. Sic de uirgine Maria, patribus, patriarchis, apostolis, martyribus, uirginibus, uiduis, confessoribus, monachis, religiosis, castimoniam, & sanctorum sectantibus modo tali, uel tali supererogationis ex magna Dei dilectione, & proximi salute &c. ita q̄ feruor ille charitatis omnem pœnarum syluam exingueret potuit. Quia ergo sancti plurimi plura expiationis opera impleuerunt, quā necessitas eorum exegit & (si quam habuerunt) peccati culpa, id primum cessatis, uel cedere potuit pro suis indigentibus: dehinc & alijs. Sicut cū quis debitor uult satisfacere creditori, & dicit, tantūdem do, & si quid superest, pauperum esse debet. ¶ Dicitur tale remansens post solutionem propriam pœnæ, & culpæ, thesaurus ecclesiæ: qui nihil aliud esse uidetur quā aggregatum ex meritis, & satisfactionibus pœnalibus suis pererogatorijs Christi, & sanctorū, quibus non indiguerunt pro reatibus suorū peccatorum ad beatitudinis consecutionem, referuatum a Deo in satisfactione, & solutionem pœnarum omnium indigentium in ecclesia militante. Sicut sp̄s moriens dicitur quandoq; relinquere innumeras diuitias sponse suæ, & filijs eiusdem, ut eis bene utantur pro necessitate. ¶ Si dicitur, quod est plene remuneratum, uel remunerandum in faciente, non potest esse satisfactorium pro alio: sed quicquid sustinuerunt sancti, est plene remuneratum in eis, uel remunerandum resumpro corpore: ergo de illo nihil restat pro nobis: ita q̄ possunt dicere cum prudentibus uirginibus. Ne forte non sufficiat nobis, & uobis: ite potius, & emite uobis. Respondetur, si maior esset uera, etiā nihil restaret de merito Christi: quia uel est plene remuneratum in eo, uel remuneratum cum effectu. Ad mi-

norem: Sancti nunc sunt remunerati iuste, & sufficienter stola animæ pro suo merito gratiæ, & gloriæ essentialis: quod etiam fuit satisfactorium, & expiatiuum pœnæ propriæ si habuerunt: uel quod ex diuina misericordia cum hoc alienæ, si non habuerunt propriam. Multi uerò non indiguerunt tanta pœnalitatis satisfactioe pro se aut suis delictis. Voluerunt itaq; intentione habituali propter charitatis communionem sua opera quæ eis non fuere necessaria ad propriam satisfactioem, cedere ut sic in utilitatem ecclesiæ. ij. Timo. ij. Omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur. Et ita licet sit eis condignè pro merito personali facta remuneratio gloriæ animæ, & quandoq; futura in corpore sine omni detrimento alicuius eis debiti: nihilominus, & alij ex eo quo non indiguerunt, recipient satisfactioem beneficium. Præterea, uerum est q̄ de plenitudine Christi omnes accipimus gratiā pro gratia: attamen cum hoc etiam de satisfactioe sanctorum recipimus beneficium. Ex his colligi potest fons, & origo indulgentiarum post diuinam misericordiam. s. de pœna indebita Christi, & sanctorum. Nec sufficerent ad hoc merita membrorum sine capite: quod est suppositum infinitum, eiusq; actiones, & passionis infinitæ acceptance. Et tantum de notificatione nominis indulgentia, ¶ Secundo notandum post. S. Bona. dist. xx. Indulgentiæ collatio duo dicit. s. thesauri ecclesiæ communicationem: & cū hoc quandam iudicariam absolutionem. Idem dicit relaxatio: & ita pro eodē habetur relaxatio, & indulgentia. Alex. parte quarta. q. lxxxij. membro. iij. ponit differentiationem inter communicationem, & relaxationem. Nam relaxatio plus dicit, quā communicatio, auctoritatem. s. ratione cuius potest indulgentia præstari. Ideo licet quilibet possit alteri sua bona communicare, ut sit in fraternitatis, non tamen quilibet potest relaxationem facere: hoc est ex iurisdictione, quam habet in alium, ut sibi subiectum, pœnam de thesauro ecclesiæ olueret pro eo, & tantundem de thesauro sibi com-

Not. 2.
D
Indulgentiæ
collatio
duo dicit.

municare. Auctoritas enim hoc faciendi non est omnibus data a Christo. Reperitur tamen nomen relaxatio sumi multipliciter apud. Doct. Large dicit in genere cuiuscunq; auxiliij impensionem, & bonorum ecclesie communicationem. Proprie sumendo duo dicit. s. iudicialiam absolutiōnem. i. quādam superioritatem priuilegiatam, & commutationem in pœnā aliquam uoluntariē, & cum deuotione assumptam. Ex quo colligitur duplex modus conferendi indulgētiās. s. auctoritatiuē, seu iudicialiter, & per modum suffragij. Attamen si diligenter inspiciantur dicta Doct. nō differunt illi modi, quasi in uno sit auctoritas, & quædam superioritas respectu alterius, cum dantur auctoritatiuē non sic in alio per modum suffragij. Nam Papa etiam potest dare indulgentias per modum suffragij pro uiuis, respectu quorum opus est habere superioritatem. c. Quod autem. de Pœ. & remi. Vt cum claudus non potest per se intrare ecclesiam, uel facere talem peregrinationem, quæ est opus indulgentiarum, ratione cuius dantur, Papa annuit ut per se, uel alium id faciat. Sic si pauper non habet dare decem solid. & diues dat pro eo, auctoritate, & concessione Papæ sunt indulgentiæ per modū suffragij illi pauperi. Vtrobique requiritur in dante esse superioritatem, & secundum aliquos uniuersalē curam in alios, si uult dare uniuersales indulgentias, siue pro uiuis, siue defunctis. Sed illud dictum per modum suffragij, nihil dimittit de auctoritate, uel indulgentiis: sed arguit, uel ostendit solum impossibilitatem ex parte alterius ad faciendum opus indulgentiarum per se: & ex concessione Papæ alter pro eo facere posset opus indulgentiarum, ut declaratum fuit tempore legationis Raimundi in Iubileo, qui fuit anno. M. D. ab eodem Cardinali theologiæ magistro. Vt si lex dicit, quicumq; ingreditur ecclesiam sancti Georgij in Tubinga, & contribuit decem sol. pro fabricæ consummatione, habet indulgentias plenarias &c. Claudus, & pauper nullum horum per se potest, sed nec defunctus aliquis: ideo Pa-

Duplex
modus
conferendi
indulgē
tias.

pa annuit, ut quicumq; hoc facit per se, uel alium, tantūdem habeat cæteris paribus. Tam defunctus, claudus, & pauper consequuntur indulgentias non minus alijs per se facientibus opus indulgentiarum per modum suffragij. Non ergo ab re locutus est. S. Bonavent. dicens ut supra. Si quis contendat uicarium Christi quādam habere potestatem iudicialiam super eos, qui sunt in purgatorio, non est ei multum improbe resistendum: nam utrobique requiritur auctoritas, & superioritas in dante, & idoneitas in suscipiente, tam respectu uiuorum, quam mortuorum. Insuper mortui in purgatorio meritam habent conditionem, ut sibi possint prodesse, cum pro eis fiant suffragia. Ad hoc. c. Quod autem. ut supra. Sed pro mortuo, claudus, & pauper facit uiuus &c. auctoritate, & concessione Papæ, quod per se adimplere non potest cum effectu. Hæc est differentia inter dare indulgentias auctoritatiuē, & per modum suffragij. In uno consequi uolens indulgentias, per se facit opus indulgentiarum. In alio alter facit pro eo accedente licentia superioris, & non alias. ergo ille modus uidetur habere maiorem auctoritatem, quam primus. Aliud exemplum, a. detinetur in carcere, donec soluat, uel per se, uel per alium decem florenos. uenit Ioannes motus misericordia, & dat decem florenos pro eo: mox data pecunia Princeps absoluit eum auctoritatiuē, & Ioannes de uoluntate, & approbatione Principis per modum suffragij. Sic Papa auctoritatiuē dat indulgentias: annuit autem, ut cum quis per se non potest implere operis conditionem, alius pro eo faciat. Et hoc est Papam dare indulgentias per modum suffragij siue pro uiuis, siue pro mortuis. ¶ Corollariē sequitur. Omnis concessio indulgentiarum per modum suffragij, potest etiam dici auctoritatiua ad bonum intellectum, & non econtrario: quia in uno concedit Papa de potestate plenaria, & opus indulgentiarum fiat per alium: non sic in alio. ¶ Corollarium secundum. Dare indulgentias per

Coroll.

Coroll.

modum suffragij, non est nudē facere suffragium pro alio, seu purum suffragium: sed dare auctoritatiuē alicui peccatorum remissionem ex merito satisfactorio Christi, & sanctorum cum permissione auctoritatiua, ut si per se non potest implere conditionem operis, alter pro eo id ipsum faciat. Aliqui nominant illam concessionem per medium, aut per accedens, aut per modum auxiliij: & dicunt non esse relaxationem. Nomina sunt ad placitum. De hoc latius infra conclusione v. quomodo Papa habeat iurisdictionē in mortuos &c. ¶ Tertiō notandum, q̄ illa nomina indulgentia plena, plenior, plenissima, ab aliquibus notificantur: sed parum certitudinis de hoc haberi potest circa declarationem summi Pontificis, aut uenturam obseruantiam, siue alias. Immo summi Pontifices nō eodem modo utuntur uocabulis. Nam Bonifacius. viij. Paulus. ij. Sixtus. iij. Iubileum nominant plenariam remissionem. Sed Bonifacius in Extrauagante Antiquorum. posuit plenam largiorem, & plenissimā. Innocentius. viij. Iubileum nominat plenariam, & quandoq; plenissimam. Alexander. vj. plenissimam. Ideo notificationes Doct. uidentur esse uoluntariæ. Palud. uult plenam esse tantum de iniunctis mortalibus: pleniorē de iniunctis & mortalibus: plenissimam de iniunctis, & iniungendis uenialibus, & mortalibus. Durand. quæst. iij. uult q̄ indulgentiæ tollant pœnitentiam iniunctam a sacerdote. Nam ius non inuigilant pœnitentiam: sed indicat iniungendam. Alij aliter dicunt disputantes de illarum indulgentiarum differentia: an sit extrinseca, uel intrinseca: sed res uidetur fundari super nihili: nisi habeatur declaratio, & mens summi Pontificis concedentis indulgentias. ¶ Quia autem iuxta Extrauagantis Antiquorum finem. capit. Postquam. instituendo Iubileum. in quo non solum plenam, & largiorem, immo plenissimam concedit ueniam peccatorum: nec addit ly iniunctis. Vnde argumentum sumi potest: q̄ indulgentiæ plenissimæ omnia peccata,

Not. 3. E
Illa nomina in indulgentia plena plenior plenissimam ab aliquibus notificantur.

Indulgentiæ differentia an sit extrinseca uel intrinseca

sed particulares solum iniunctas tollunt pœnitentias. Quia ergo dicitur: Vnusquisq; plus merebitur, & indulgentias efficacius consequetur, qui basilicas ipsas amplius, & deuotius frequentauerit. pato uerum esse, non ad sensum extortum aliquorum, sed ut litera iacet. Nam frequentans opera indulgentiarum, plus meretur gratiæ, & præmij essentialis, & accidentalis, ut notum est: efficacius quoque consequetur indulgentias stante deuotione: quia & suo satisfactorio, & cum hoc auctoritatiua concessione prælati: ita q̄ illud, quod est debitum sibi modo uno: fiat & debitum modo alio: sicut dicitur in tertio, de merito Christi &c. licet una remissio sibi sufficeret. ¶ Posset & aliter dici secundum uarietatem opinionum, si in remissione uenialium aliud sit remissio culpæ a pœnâ uel an idem sit remissio culpæ, & pœnæ in uenialibus. Dicerent forte aliqui, q̄ non: & q̄ culpa uenialis nō plenē remissa: plenē remittitur accedente deuotione. Sed hoc est diuina: quia indulgentiæ non tollunt pœnam nisi remissæ culpæ: ergo si culpa adhuc staret, & pœna maneret: per consequens non essent plenissimæ. Adducere possem, q̄ se uenialium remissio, & contritio uenialium sit plena, accedente Papali absolutione. Sed contra: non sic capax indulgentiarum adhuc stante culpa talis peccati. Aut dicatur: q̄ in peccatorum absolutione fit plenariter accedente pœnitentiæ sacramento secundum aliquos attritio fit contritio. Cōsequenter dicere oportet indulgentias etiam esse a culpa uenialium, sed non mortalium, stante contritione mortalium cum uenialium remissio pœnalis nondum est expleta. Valeat si ualet. ¶ Quarto notandum, q̄ illa nomina carena, quadragesima, septena, quandoq; repetiuntur esse nomina indulgentiarum tantam, uel tantam pœnam, quæ dicitur Carena, quadragesima, &c. tollentium. Quandoq; sunt præcisiuē nomina pœnarum. de accusa. cap. Accepisti. de sponsa duorum. cap. Accepisti. Carena dicitur tempus. xl. dierum in partu, & aqua, cum septem sequentibus mittitur.

Not. 4. F
Nominata carena, quadragesima, septena, quadragesima, &c. ter sumitur, & aqua, cum septem sequentibus mittitur.

annis. sic dictum a carentia hominum: quia aduri poenitentiam, quasi solitarij secludebantur a populis. Hæc poenitentia regulariter iniungebatur pro quolibet mortali. xxxij. quæst. ij. Hoc ipsum. Quandoq; uerò pro qualitate criminis ius maiorem imponit poenitentiam. ut in c. Qui presbyterum. poenitentiam. xij. annorum. de pœni. & remiss. Colligit Hostiensis plures casus tales in ti. de pœ. & re. Potuit tamen ex causa sacerdos eã abbreviare, & certos dies ieiunij præfigere: quia non tenebantur semper ieiunare secundum Panor. Intellego: ius informat sacerdotem, ut pro qualitate delicti, & poenitentis poenitentiam tē peret. §. Hoc autem. x. xxij. q. ij. Adducunt Doct. de Maria sorore Aaron ducta ex mandato domini per Moysen extra castra septem diebus, & post tantum tempus reducta: quod exponitur de annis septem. Sic ergo Carena nomen est. xl. dierum, & pœnæ septem annorum. Cum autem in literis Papalibus datur Carena, tollitur p indulgentias septennale tempus: & sic est nomen indulgentiæ correspondens præfatæ pœnæ, quæ ex concessione Papali tollit. Est etiam Carena in Glossa c. Ac cusasti. vulgare Lombardorum. De illa poenitentia (dicit Glof.) loquitur. cap. In capite. dist. l. Et uidetur, q̄ nomen Carena complectatur quadragenam, & septem: quorum utrumq; quandoq; est nomen poenitentiae, quandoq; indulgentiæ tollentis talem pœnam. Notat Iacobus Car. in tractatu de indulgentijs, (unde uerò sumplerit nescio, nisi forte ex gestis summorum Pontificum) q̄ Clemens Papa primus primò instruerit quadragenam, per quã designauit poenitentiam. xl. dierum, cum vij. annis sequentibus: quam iniungebat pro uno peccato mortali. Nam per illos dies. xl. excludebantur ab ecclesia, & incedebant nudo capite asperso cinere; deinde iniungebatur eis poenitentia septennalis per sacerdotē. Et ita pro quolibet mortali iniungebatur olim poenitentia septennalis secundum Hostien. in ti. de pœni. & remiss. §. Quæ pœna sit pro peccatis. xxxij. q. ij. c. Hoc ipsum. & §. sequenti. Hoc aut. xxij.

Vnde Carena nomen sumplerit.

q. j. c. Prædicandū. nisi maior, uel minor reperiatur in canone expressa. Innocentius primus iniungebat pro mortali uno septenariam modo certo peragenda, quæ dicebatur Septena, uel septenaria Innocentij. Fortè igitur & Papa determinat quid singulis diebus erit per hebdomadã a peccatore tali faciendum. Et sic septena, quadragesima, sunt nomina indulgentiarum, per quas tolluntur poenitentia dista, septena, quadragesima. Verum Palud. utitur illo nomine Quadragesima indulgentia. xl. dierum. dist. xx. q. iij. ar. ij. conclusionem. iij. nihil superaddēdo de septennali poenitentia subsequente. Fortè illa nomina olim sic fuerunt in usu. Cum autem pœnæ sunt arbitrariæ, & hominum uita breuis, dederunt. s. patres indulgentias hincinde pro huiusmodi pœnarum sublatione &c. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Christus promisit se daturū, & dedit ecclesie, & suo uicario in terris potestatem clauum, & iurisdictionem quandam nõ sacramentali conferendi indulgentias, & pœnæ peccatorum relaxationem. Patet ex notabili primo, & auctoritate totius ecclesie. Matth. xvj. promissu. Matth. xyij. Ioann. xx. collata est. Hæc autem potestas uerius est potestas iudicialis, & iurisdictionis, quam ordinis; nec est sacramentalis. Distum est in conclusionem, relaxationem, & non communicationem. Quis enim homo ut supra notabili. ij. uel collegium, aut monasterium potest alteri, uel alijs in fraternitate constitutis dare bonorū suorum participationem, & communicationem, quæ sunt etiam satisfactioes pœnales; nõ tamen potest de thesauro ecclesie, & meritis Christi ac sanctorum indulgentias dare, ¶ Secunda propositio. Indulgentia ritè collata ualent, & in foro dei, & in foro ecclesie. Patet. nisi sic: solum in terra non esset solum in celis; & indulgentia non essent nisi fidelium piæ deceptiones, si ualere in foro ecclesie, & non dei: utputa tollēdo pœnas iniunctas canonis ab ecclesia: sed non liberando a purgatorio: & per consequens in omnibus illis officiose mētiretur ecclesia, uel prelatus, uel mendacium

Artic. i. G. Christi promissu se daturū, & de dit ecclesie, & suo uicario potestatem clauum.

prop. 1.

cium faceret. Valent ergo in utroq; foro, si ritè sunt, ut habent ritus, & usus ecclesie: nõ obstantibus diuersis opinionibus plurimorum diuersimodè de effectu, & ualore indulgentiarum opinantiū, quarum recitatio hic omittitur. Siquidē deus non indiget nostro mendacio. Job. xv. Et Paulus. Si inanis est predicatio nostra, inanis est & fides uestra. j. Corinth. xv. Ecclesia uerò, quæ regitur spiritu sancto, dicit indulgentias ualere in foro dei, & ecclesie. Dicit enim quosdam quando que euolare: item ab omni poenitentia uita liberari indulgentiarum plenariarū consecutione. ergo &c. Patet in multis concessionibus summorum Pontificum. ¶ Tertia propositio. Simpliciter, & absolute loquendo de indulgentiarum collatione, & susceptione necessario requiritur in conferente auctoritas, in recipiente charitas, ex parte causæ pietas. Hæc necessario adfuerit q̄ sine altero eorum non ualent, nec ex parte dantis, nec recipientis eas. Nõ enim habens auctoritatem dandi, nihil dat. Qui caret gratia gratum faciente, non est capax thesauri ecclesie, quia non est membrum unum ecclesie. Qui dat, uel recipit cõtra dei honorem, aut ecclesie utilitatem, quæ quq; dicit necessitas utilitatis, nihil agit. Ille conditiones necessario adfuit: ita q̄ sine eis nihil sit: quicquid sit de alijs conditionibus. Hinc dicunt quidã, in suscipiente requiritur idoneitas; ex parte causæ uerò honor dei, uel ecclesie necessitas, uel utilitas, ut loquitur. S. Tho. ij. Quod. l. q. xvj. Quod alij exprimunt per illa nomina, pietas, rationalitas. Ita sentiunt Doct. ferè omnes. Alex. in parte. iij. q. lxxxij. memb. v. S. Bonauen. post eum. S. Thom. dist. xx. ar. iij. q. ij. & in quodlibero allegato. Durand. q. iij. dist. xx. Palud. Thomas Argenti. eadē dist. Gerson in de Indulgentijs, & alij. Sancti enim noluerunt suas peccatoribus, sed nec contra dei honorem, aut ecclesie utilitatem, ergo &c. Hanc propositionem generalius ceteræ sequentes explicabunt. ¶ Quarta propositio. Auctoritas conferendi indeterminate, & independenter pro sua, ut libet uoluntate indul-

Prop. 3

Prop. 4

gentias, & relaxationes quascunq; ab omni pœna, & culpa apud solum Christum deum, & hominem creditur residere. Patet. Hic enim solus habet principaliter, & independenter ligari, & soluere, ac peccata dimittere; hierarchæ ecclesie ministerialiter, ac pœnam æternam in temporalem commutare, uel remittere &c. Dicitur papam habere plenitudinem excellentiæ respectu potestatis episcopalis, q̄ nominat potestatis plenitudinis sufficientiæ conferendi indulgentias secundum. S. Bon. dist. xx. q. iij. ¶ Quinta propositio. Auctoritas conferendi uniuersaliter indulgentias quascunq; tam pro uiuis auctoritative, quã pro defunctis in charitate, aut etiam cõferre uiuis per modum suffragij soli Papæ uicario Christi in terris creditur esse data, & cõcessa a Deo Potifice summo, & maximo. Ista conclusio potest in genere præbari supposita collatione, ac præmissione clauum facta Petro: ut supra. Nam solus Papa uniuersaliter præest toti ecclesie, ueluti rex in regno secundum. S. Tho. dist. xx. ar. iij. q. iij. Episcopi enim assumpti sunt in partē sollicitudinis duntaxat: ergo ad eũ duntaxat p̄tinet uniuersaliter quo ad oēs quibus thesaurus ecclesie dispensari potest, eundē uel plenè, uel plenissimè dispensare. prout uult causa. tamen existente legitima, maxime q̄ est honor dei & utilitas ecclesie: q̄ quando dicitur pietas cõi uocabulo: maxime, q̄ indulgentia non sint contra pietatē, & dei honorem. Quia pro uiuis auctoritatiuè, & iudicialiter conferatur, patet ex notabili ij. immo non solum auctoritatiuè: sed etiã per modum suffragij saltè a summo Pontifice. Sunt ad hoc crebræ plenariarum indulgentiarum: immo plenarum cõcessio num a summis Pontificibus factæ p diuersis causis. De mortuis olim alij Doct. dubitauerunt, forte nescientes facta priorum Pontificum, & frequentatam, quæ post uenit talium indulgentiarum pro mortuis concessionem. Fundatur hæc potestas quo ad mortuos secundum Gersonem in de absol. Carth. in illo articulo. Credo sanctorum cõmunionē, ubi ponit duplicem modum absolendi exstantes in purgatorio per modum satisfacti. Gab. Biel. O o †

Prop. 5 Ad quæ spectat indulgentias auctoritatiuè.

Duplex modus absolue

di existē
res i pur
gatorio.

passionis: aut cum priuata persona, aut congregatio aliqua, aut caput eiusdē meritum sui satisfactionis applicat defuncto, aut cum Papa de thesauro ecclesie comunicat ei per modum indulgentie: quod & facere potest indirecte. Nec videtur ulla ratio, cur Papa non possit ita thesaurū ecclesie deriuare in mortuos, sicut in uiuos: dum hinc, & hinc obseruatur ordinatio hierarchie ecclesie &c. Ad hoc Chrylost. super illo Matthe. xvi. Tibi dabo clauēs regni cœlorum, cum inquit. Homini mortali cœli, & terræ, & omnium, quæ in eis sunt, commisit potestatem deus, & ecclesiam ualidiorem cœlo demonstrauit. Ad idem sunt facta summorum Pontificum. Nam Calixtus dedit plenissimas indulgentias Hispanis in ecclesia cathedrali Tiraſorensi. Item reperitur in Vrbe in ecclesia. S. Praxedis Paschasium Quintum dedisse indulgentias per modum suffragij pro mortuis in purgatorio, quam. XI. summi Pontifices confirmarunt: prout legitur in authenticis litera in introitu capelle, in qua est columna, ad quam fuit ligatus, Christus in domo Pilati. Et fuit indulgentia data sub hac forma. Quicumq; celebrauerit, uel celebrari fecerit quinq; missas pro anima parentis, aut amici existētis in purgatorio, dictus Paschasius dat remissionem plenariam per modum suffragij tali animæ. Et ibi habetur, qd dictus Paschasius post mortem sui nepotis dictas quinque missas pro anima eiusdem nepotis in dicta Capella celebrauit. Scribitur ibi (ut fertur) quod post celebrationem quintæ missæ, dum esset adhuc in altari dictæ Capelle, apparuit ipsi supra altare in testitudine fenestree, quæ est ante altare, Virgo Maria uisibiliter extrahēs animam nepotis a purgatorio. Hæc sunt uerba approbata, & authentice scripta in introitu dictæ Capelle: & de mandato domini Cardinalis Raminuſali, ut supra impressuræ tradita, & per uniuersum orbem terræ promulgata rēpore Iubilei, an. MD. Item summi Pontifices dederunt indulgentias pro animabus defunctorum plenarias, uisitantes ecclesiam sancti Laurentij extra

Forma cuiusdā indulgentie.

muros Urbis in hunc modum, prout legitur in duplo bullæ coram magno altari, sub quo iacent corpora sanctorum Laurentij, & Stephani Protomartyris. Quicumque singulis quartis ferijs totius anni dictam ecclesiam deuote pro anima patris, aut alterius existentis in purgatorio uisitauerit, dicti summi Pontifices dant remissionem plenariam animæ illi, pro qua fideles dictam ecclesiam uisitauerint: & hoc per modum suffragij. Et idem dicitur esse de celebrantibus, uel celebrari facientibus in altari Sancti Sebastiani pro anima defuncti, extra Urbem. Idem legitur in Capella in qua Sanctus Petrus primamissam suam celebrauit in urbe, ut canit impressio præfata. Referunt quidam Guilielmum Aluissiodorum dicere, quod post tempora beati Gregorij, qui in Vrbe instituit Stationes, & dedit indulgentias pro uiuis, manserunt super eare brigæ in populis ad centum annos de possibilitate, & auctoritate huiusmodi relaxationum, & indulgentiarum. Nec impedit: quod ante pauca tempora a summis Pontificibus date fuerunt indulgentie plenarie pro uiuis, & non pro mortuis, ut pnta contra Bohemos tempore Martini Quinti. Contra Turcas tempore Pij Secundi, pro reductione Græcorum tempore concilij Basiliensis, in Iubileo. M. CCCCL. anno: ubi nullæ date fuerunt pro mortuis. Locus ab auctoritate non tenet negatiue. Potuit enim Papa tunc dare, si eunt nunc. Item Sixtus Quartus dedit indulgentias plenarias per modum suffragij pro defunctis. Item Innocentius Octauus, Alexander Sextus Anno Domini. M. D. III. Iulius Secundus, & Leo Decimus pro ecclesia Constantinensi: anno. M. D. XIII. & M. D. XIII. Quibus utiq; standum uideatur, non minus quam beato Gregorio, qui dedit pro uiuis, & mortuis. iij. Dialog. cap. lviij. De indulgentijs. Stationum urbis San. Gregorij multis cognitum est: quæ & posterius per summos Pontifices ad alias personas extra urbem sunt translata, & concessa. Cum beatus Gregorius iussit legi

Indulgentia uisitantiū quarta feria ecclesiam S. Laurentij.

xxx. missas pro fratre defuncto, sine intermissione opus indulgentiarum per modum suffragij in eū contulit: & sic de purgatorio liberauit. iij. Dialog. cap. lviij. Itē lib. ij. Dial. c. xxxij. Petrus eius discipulus miratur aias defunctorū in inuisibili iudicio constitutas potuisse absolui ab homine prælato ecclesie adhuc in carne mortali degente, sicut factū reperit būs Greg. de ancillis dei, q post mortem per oblationem eius communioni sunt restitute. Refert enim beatus Grego. suo diacono Petro de quibusdam ancillis dei solius uirum quendam religiosum, qui eis uita: necessaria ministrabat, incautis sermonibus sæpe ad iracundiam provocare. Hic uiro dei id indicat: qui mandauit eis, dicens. Corrigite linguam uestrā: alias excommunico uos. q uidentado dixit, non sententiam ferendo. Illæ nō correctis moribus mortuæ sunt, & in ecclesia sepultæ. Cum autem diaconus ex more mater Missarum solemniter clamaret, dicens: Si qs nō comunicat, det locū, nutrix earum, que pro eis oblationem domino ferre consueuerat, uidit eas de sepulcris progredire, & ecclesiam exire. Quod dum crebro fieri uidit, & audiuit, cœpit reminisci uerborum uiri Dei. Corrigite linguam uestram, alias excommunico uos: ipsūque uiro dei indicauit. Qui manu sua protinus dedit oblationem dicens. Ite, & hanc oblationem pro eis domino offerri facite, & ulterius excommunicata non erunt. Quo facto, ad uocē diaconi amplius nō exierunt. Post hoc suo diacono Petro dixit illud Christi uerbum. Quodcunque ligaueris &c. esse dictum ad Petrum adhuc degentem in carne mortali, & ut tūta posset homo in terris, descendisse Christum ad terras de cœlis &c. Ecce textus ille hic punctatim positus: nedom absolutionē ab excommunicatione, sed etiam indulgentias per modum suffragij datas a beato Gregorio insinuat: si bene attenditur ratio uerborum cum uirtute signorū. Item in Cōpen. Theolo. li. viij. c. vj. sic dicitur. Papales indulgentie profunt defunctis in purgatorio: quia crux aliquando datur pro duabus aut tribus, aut. iij. uel. x. animab⁹

Nota re Hæretici.

Papales indulgentie profunt defunctis in

&c. Valent ergo indulgentie per modū purgatorio. suffragij defunctis. Nec ex hoc sequitur: qd Papa eas pprie absoluat: quæ nec ligat, nec absoluit proprie defunctos: sed dat eis indulgentias per modū suffragij, hoc est recipit de ecclesie thesauro, & communicationis eis, unde soluant pœnas, ad quas tenentur. sicut creditor quādoq; absolute remittit debitum, & absoluit debitorem: quandoq; amicus aliquis offert creditori pro debito, aliquid, p quod facit eum contentū, ut deinceps debitor in quilo sit ei obnoxius. Ita proposito: supposito ex notabili. ij. quid est indulgentia dare p modū suffragij. Pro isto dicto sunt Alexander de Ales. parte. iij. quæst. lxxxij. membro. v. San. Bona. dist. xx. Sanct. Tho. dist. præfenti. &. xx. Franciscus Maron. in tractatu de clau. Nec bene imponitur ipsi, q teneat cōtractū, ostendit enim duo esse hominū genera, quibus pro desse possunt indulgentie: secundum id Esaiæ. c. lxi. Spiritus domini misit me &c. ut mederer contritis corde, q de uuis. & prædicarem captiuis indulgentia. quod de mortuis exponit. Dicit uerō iuxta finem libri: q mortui non sunt in statu merendi indulgentias. hoc uerum est: quia non possunt facere opus indulgentiarum: sed per modum suffragij profunt eis: ut supra notabili secundum. Item Durandus dist. xx. quæst. iij. Aegidi⁹ de Roma, Richard. Thomas Argen. Palu. Petrus de Taren. distinct. xx. Ioānes de Turre cremata in Summa de ecclesiast. lib. li. ij. cap. xij August. Anco. q. xxix. artic. iij. in Summa, Antonius parte. j. titu. x. Pañor. cap. Cum ex eo. de pœnitent. & remiss. Iacobus Carthusien. in tractatu. de Iubileo. Gerson de absolutione defuncti Carth. & de indul. cōsi. xj. Demū ac principaliter auctoritate ecclesie, & plerq; summorū pontificū bullæ Innocētij Octau. Sixti quarti, Alexan. Sexti, Iulij. ij. Leonis. x. Qui nro fuerunt quo in cathedra Sancti Petri. q si quaeritur, Cur priores patres non dederunt indulgentias pro mortuis, si ualent defunctis? Præterea cur non dederunt pro uiuis mox in primitiua ecclesia usq; ad tempora beati Gregorij, qui dedit in stationib⁹ septen

Cur priores patres non dederunt indulgentias pro mortuis, si ualent.

nes indulgentias? Dicendum: Olim sanguis Christi caluit in cordibus hominū, & summopere carerūt p̄ctm: & si lapsi fuerunt, statim feruore charitatis totum absterferunt. Nunc uerō mundo in maligno posito, ut allegat beatus Greg. peccata frequentantur, & facile recidiuant homines. Itē secundū opinionē aliquorū: in mortalibus constituti nō possunt p̄ peccatis satisfacere, nec p̄enam soluere. Datur ergo indulgentiē, ut confessi, & contriti statim p̄ indulgentias redimāt p̄enas pro peccatis debitas ante, q̄ relabantur. Sic dici possēt de mortuis, quorū fuit bona uita, & talis, q̄ per cōtritionē oīa soluerunt. Videmus in alijs, q̄ multas ueritates, & articuli fidei temporum successu (prout emerferunt hominū hēreses multifarię) uenerunt in lucē: de quib⁹ prius nō fuit cogitātū. Sic ait Paulus. j. Corin. xj. de Euch. loquēs. Cetera, cum uenero, disponā &c. Non ergo sequitur id esse nullū, quia priores nō dederūt indulgentias &c. Maluerūt homines p̄nitere in primitiua ecclesia, & charitatis augmentū hīc ex bonorū operū frequentatione. Fortē habuissent pro iactura ita consequē indulgentias, & dimittere opera p̄nitentię insuper timor transgressionis mādatorū dei erat inducēdus. Hinc graues p̄nitentię iniungēbātur, & multorū amonū. Itē peccantes. q̄nq; statim a Deo fuerūt interēpti. patet d̄ Anania, & Saphyra A. & v. unde magnus timor uenit in ecclesiam de. Act. vj. Et cauendū est, ne clāues dentur ludibrio, & contēptū. Hinc ostēsa ueritate non iniunguntur nūc p̄nitentię septemnales sicut olim, sed arbitriarię, & melius est peccatorē cū p̄tina p̄nitentia mittere in purgatorij, quā cum grandi in inferna. Populus nunc tepuit, & elanguit in ijs, quę dei sunt, ideo ecclesia uolens eos animare ad ea, quę sunt salutis, & honoris dei, primō quasi resuscitare a torpore, & dormitione dedit indulgentias: ut sic saltem intuitu talissimi remunerationis spiritualis, frequentare curent certa bona opera p̄ dei, & sanctorū gloria. Is enim est finis principalis collationis indulgentiarū, honor dei, & salus animarū non q̄stus, uel pecu-

Finis principalis col-

nia &c. Itē quia defuncti in charitate meruerunt: q̄ uiuorum suffragia eis possunt prodesse, si & in quantum sunt pro eis, ne ergo ex torpore uiuorū incommodū sentiat: uoluit pater misericordiarū &c. & pia mater ecclesia mortuorū gerere curā, & uiuos p̄ indulgentiarū collationē quasi animare ad succurrēdum defunctis ad q̄ etiā trahit affectio naturalis, & debitū gratitudinis moralis &c. Cū ergo iudicia dei abyssus multa ideo singula singulis tēporibus p̄ hominū salutē profluxerunt in usum ecclesię militantis: nec pia mater ecclesia unquā neglexit suos: sed edocto pro tēpore per sp̄m sanctum pro necessitate populorū hoc, uel illiusa est remedio. Nec obstat auctoritas Christi sape allegata. Quodcumq; ligaueris super terrā &c. Nā secundū Gregorijū supra: Christus dedit potestatem Petro ligandi animas iam in uisibili dēi iudicio constitutas. q̄ non uidet intelligi posse de sola excōtationē, & absolutioē. Et ita Papa habet ligare aliquos modo animas, non p̄prie, sed improprie, non cōcedendo eis cōtationem thesauri spiritualis ecclesię ex causa ratiōabili, & solueri. hoc enim meruerūt merito conditionato: immo & ipse quodāmodo sunt in nā: quia ad patriā tendūt prius purgāda. Hinc Franciscus Maron. purgatorij nōminat partē militantis ecclesię. Et ita possunt dici esse sup̄ terrā quo ad auctoritatem thesauri ecclesię cōmunicatiōnē, non autē sacramentalem absolutiōnem. Sed Gerson de sacramentali absolutiōne: & de absolute defuncti Carthusien. uerba Christi intelligi ait de absolute sacramentali. Hinc posuit quadruplicem absolutiōnē. Quodā est sacramentalis in foro cōsciētię, & illa nō competit defunctis: & de illa intelligunt uerba Christi. Quodcumq; ligaueris super terrā. nō sub terra. Alia ē iudicialis in foro ecclesię, & illa pōt esse defūtorū quo ad corp⁹, & aiām: ut habet cōis p̄ctica. Alia satisfactoria, & per hanc pōt defunctus absolui a p̄na multipliciter, dum particularis persona meritum suum illi applicat, aut totū collegium, uel caput cōgregatiōis: aut Vicari⁹ Christi de thesaur-

lacionis indulgentiarum

Purgatorij pars ecclesię militantis.

Prop. 6 H Non solum Papa, sed etiam alij episcopi possunt derivare indulgentias in mortuis.

thesauro ecclesię per modum indulgentiarū. Alia est deprecatoria, & consistit in precibus, & suffragijs uiuorū pro defunctis. Et ita auctoritas Christi non impedit. Nam illa adiectio super terram, potest determinari ly tu, ut sensus sit. Quodcumq; tu existens in terra meus uicarius ligaueris, aut solueris &c. erit solutum. & ita habet beatus Greg. ij. dialog. Vel pōt determinare ly quodcumq;: ut sit sensus, Quodcumq; q̄ solui potest super terram, solueris, ac ligaueris &c. usq; ad ingressū regni, p̄ modum suffragij, aut deprecationis, uel collationis indulgentiarum &c. Et sic uidetur sumere Gers. in de absolute defuncti Carthu. Similes expositiōnes habet Alexan. ubi supra. Secundum Durand. q. iij. dist. xx. indulgentię possunt dari absq; opere aliquo. ¶ Sexta propositio. Tamen si solus Papa habens potestatis ecclesiasticę plenitudinē, nedū sufficienter, sed etiā excellenter, possit plenarias, seu plenissimas indulgentias in toto orbe, & uiuis, & mortuis capacibus dare: uidetur tamen aliquibus non esse negandum, quin & alij episcopi habentes potestatem ordinaria indulgentias dare pro uiuis, possint etiam p̄ modū suffragij derivare eas in mortuos. Prima pars est conclusio præcedens. Secunda pars, q̄ episcopi habent potestate ordinaria hoc: quia habent iuris communis dispositione, & taxatione. cap. Cum ex eo. cap. Quod autem. de p̄ni. & remis. ca. Indulgentię. li. vj. eo. titu. de exce. præla. cap. Accedentibus. Hinc Anco. quæstio. xxix. de potestate ecclesię. artic. v. dicit Episcopi habēt ordinariam iurisdictionem conferendi indulgentias per auctoritatem derivatā a Papa per iuris taxationem, non p̄ particularem dispositionem: ideo dicuntur ordinarij iurisdictione, non particulari dispositione. Nec ualet dictum aliquorū quo dicūt episcopum esse sponsum particularem ecclesię. Cum enim ecclesia una est, nū habet sponsum, non plures. in extrauagan. Vnam sanctā. & in qualibet ecclesia est ecclesię thesaurus totus pro necessitate singulorū distribuendus per ecclesię prælatos, secundum collatā, & taxatam eis potestatem. Respectu cui⁹

habet potestatem, & iurisdictionem uniuersalem solus Papa: alij uerō particulari, & restrictam ex ordinatione diuina. Cuius ordinationis moderamen, & determinatio concessa est Papæ a Christo pro ecclesię utilitate: sicut Petro data est potestas subijcendi materiam sacerdotalis ordinis exercitio pro ligatione, uel absolute peccatorum. Et sicut non habentes peccatorē a Petro subiectum nihil agunt in eum, nec possunt ipsum absolueret: quia potestas hoc faciendi est ordinis, & iurisdictionis, quia carēntia & in proposito oportet habere saltem iurisdictionem. Tertia pars: q̄ per modum suffragij possunt simplices episcopi indulgentias dare defunctis: uidetur esse de mente. Palu. cū inquit. Animę defunctorum liberantur indulgentijs prælatorum. Sic enim prælatus potest dispensare thesaurum ecclesię: sicut priuatus bona propria. Vnde sicut bona mea possum indifferēter communicare uiuo, aut mortuo: sic prælatus thesaurum ecclesię: dum tamen id, pro quo datur mortuo, fiat a uiuo. Ecce generaliter de prælati loquitur ecclesię, quorum nomine etiam ueniunt episcopi: & non distinguit. Nec turbat dictum Inno. ca. Quod autem. ut refert Palu. dicentes, q̄ solius Papæ indulgentia ualet defuncto. Fuit enim illius opinionis pro tunc. Vel intelligitur de plenarijs indulgentijs. Videtur usus ecclesię esse in contrarium. Sanctus Thomas similiter non distinguit. distinctio. præsentis quæstione secunda, artic. iij. quæst. ij. loquens in genere, quod indulgentię possunt dupliciter prodesse, directē, & indirectē, & subiungit. Non enim est aliqua ratio: quare ecclesia possit transferre merita communia in uiuos, & non in mortuos, quibus indulgentię innituntur: quā uis semper requiritur causa conueniens faciēdi indulgentias. Hæc ille. Quia ep̄ rōne episcopalis dignitatis habeat potestatem limitatam super thesaurum ecclesię, omnes concedunt. capit. Accedentes. de ex præla. Non enim potest dare indulgentias indeterminate quascunq; & quotū que, sed secundum taxam iuris sibi datā, cap. Cum ex eo. & non nisi subditis. cap. Gab. Biel. O o f 3

Animæ defunctorum liberantur indulgentijs prælatorū.

Quod autem de poeni. & remis. nisi accedat consensus proprii iudicis, qui ipsi subijcit materiam, ut ei conferat indulgentias. Et si sic potest uiuis indulgentias dare auctoritative: cur non potest consimiliter dare per modum suffragij suis mortuis olim sibi subiectis, per suos subditos uiuos, immo & mortuis non sibi subditis per suos subditos: si accedat consensus proprii iudicis secundum formam iuris communis? Non uidetur esse aliqua prohibitio de iure scripto. Sic arguuntur quod sunt de opinione illa. Verum hoc uidetur supponere, quod episcopus iure episcopalis dignitatis habeat indulgentias dare secundum determinationem, & limitationem Papae: & quod illa iurisdictio potest restringi per superiorem: sicut sacerdote absolvente peccatorem, si habet subditum.

Facere indulgentias per tiner ad clauem iurisdictionis, non ad clauem ordinis.

San. Thomas dist. xx. ar. iij. q. ij. ait. Facere indulgentias pertinet ad clauem iurisdictionis, non ad clauem ordinis. Sic. n. auferris non potest: sicut nec character in quo fundatur. Pal. ea. di. q. iij. art. ij. dicit quod est iurisdictionis: imo solius iurisdictionis, & uniuersalis in Papa, qui potest uniuersaliter indulgentias dare. In alijs est solum particularis iurisdictionis. & illam iurisdictionem particularem episcopi potest Papa uel in totum, uel in partem auferre ab episcopo si uult. Unde sicut Papa potest facere, quod sententia lata ab episcopo sit nulla, sic & indulgentias de poeni. & remis. lib. vj. c. vlti. Indulgentiarum uires non obtinent, si statutum excesserint concilij generalis. Exponit Dominicus in totum annullantur, & non ualent & c. Cum ergo ius commune dat certam moderationem collationis indulgentiarum episcopis, ultra quam agere non possunt: & non sit prohibitio de mortuis: namo nec concilium generale in c. Cum ex eo. de pce. & remis. loquitur expresse de uiuis, aut mortuis: sed in genere. sic & c. Quod autem generaliter loquitur: nec illos excludit. Item lib. vj. Indulgentiarum eo. ti. non uidetur, quod etiam episcopi possint ecclesie thesaurum in mortuos deriuare per modum suffragij, in mortuos inquam subditos, & non subditos per suum subditum accedere consensu, & approbatione proprii iudicis. Et

non est simile de ordinum collatione fieri potest de facto etiam ab episcopo excommunicato, & ab eo, qui renunciauit loco, & dignitati episcopatus: ut supra. dist. xxv. licet non de iure. de ordi. ab episcopo qui renu. c. j. & ij.) & indulgentiarum collatione. Primum enim recipit episcopus indelebiter in sua consecratione, uel ordinatione passua: ita quod iure suo hoc potest. Secundum uero est omnino iurisdictionis, secundum plures doctores, quia etiam quidam non episcopi dant indulgentias. de ex. prela. c. Accedentes. Hec soluta recitariue ex alijs dicere placuit. His, quod nunc dicta sunt, uidetur alludere Hostiensis: titulo de remis. Quis possit facere. Nominis episcopalis dignitatis non uenit ordo episcopalis: sed iurisdictionis episcopalis. & sic electi confirmati non episcopi possunt dare indulgentias: ut habet consuetudo approbata: quia sunt iudices proprii. c. Quod autem de poeni. & remis. Notandum: quod iurisdictionis sumitur quod exercitio, seu iurisdictionis usu, quo carent non habentes subditum & c. Et ita auferatur ab episcopo potestas dandi indulgentias. Septima propositio. Sicut sacerdos eucharistiam per se consecratur sumit, & dat ceteris: ita ecclesie prelati habentes thesaurum ecclesie dispensare, possunt inde communicare alijs, & pro semet ipsis recipere, unde soluantur: non obtineat, quod dare indulgentias est iurisdictionis. Prima pars manifesta est: secunda pars uidetur fundari in dictis Apostoli Hebr. v. Quemadmodum pro populo: ita etiam pro seipso offerre pro peccatis & c. & in contrap. theologie lib. vij. c. vj. Ad idem Richard. dist. xx. Preterea nihil sic caput ecclesie esset peioris conditionis, quam sint membra: cum non possit ecclesie thesaurus uti pro semetipso. Item indulgentias non datur per modum promulgationis sententiarum, sed auctoritative communicationis. Ideo si uult potest dare alteri de thesauro ecclesie, unde soluantur: ita & pro se inde soluet. Id. n. unde fit solutio, est in eis potestate quo ad dispensationem. Preterea dat, ut caput ecclesie, uel ut habens auctoritatem dispensandi: utitur & accipit pro se ut membrum ecclesie. Non tamen oportet: quod si

Prop. 7 Sicut sacerdos eucharistiam pro se consecratur sumit, & dat ceteris, & ita prelati ecclesie possunt ex thesauro ecclesie alijs communicare, & sibi.

aut dare indulgentias est iurisdictionis, ita etiam uti indulgentijs pro se, sit iurisdictionis. Possit enim quis dicere, quod primum est iurisdictionis, & auctoritatis, secundum auctoritatis, & concessiois. Hoc enim concessum est capiti ecclesie, & quibusdam alijs, ut ipsimet inde recipient, & utatur pro se, unde communicant alijs. Secundo in sacramento poenitentie, cum a sacerdote profertur, & promulgatur sententia in peccatore. Sic Papa habet potestatem clauis potestatem eam dare alteri in se, & se alteri ut membris ecclesie subijcere. Indiget. n. & ipse sacramento poenitentie, si peccat, & id non potest sibi conferri a se, quia nemo potest dicere sententiam in seipsum. Cuius potissima est institutio diuina, & natura rei. Sic nullus potest seipsum proprie excommunicare, nisi casualiter committendo culpam propter quam fertur excommunicatio a iudice superiore. Sed tunc est dubium, an sicut plures daturus indulgentias dat eas implenti talem uel talem (prout sonat concessiois forma) conditionem: ita & ipse met dispensator, cum uult pro se de thesauro ecclesie quamdam remissionem petere, quod est immediatum effectum indulgentiarum, recipere tenetur talis conditione cum effectu impleti. Secundo Durand. dist. xx. q. iij. indulgentias possent dari absque aliquo opere. San. Thomas. dist. xx. ar. v. q. iij. uidetur sentire, quod non. Indulgentias enim dantur pro pia causa ad excitandum fideles ad actum alicuius, qui uergit in honorem dei, & utilitatem ecclesie. Prelatus uero cui ecclesie est commissum non habet causam, ut se ad hoc prouocet. Secundum Durand. dist. xx in indulgentias possunt dari absque opere aliquo. Item Palu. ea. di. q. iij. ar. iij. principali, inquit. Illi, qui dedit indulgentiam, ualeat, si implet conditionem: quia sibi potest habere accipere de bonis communibus, sicut alijs dispensare, quoniam sibi non possit dare, eo quod inter dantem, & accipientem debet esse personalis differentia. Idem uult Richard. dist. xxiii. ar. iij. q. iij. dicens Papam potest uti, indulgentijs pro se sub ea forma, qua dat ceteris. Verum hoc dictum potest dupliciter intelligi. Vel quod tantum potest pro se recipere & uti, quantum dat alijs, uel quod precise eadem impleat conditionem

quam & alij implere tenentur per indulgentiarum consecutionem. Primum placet secundum non oportet: quod idem in specie sufficiat in aequivalente prout congruit prelati hoc uel illud facere corporale uel spirituale pro honore dei. Ex promissis aliquot possunt elici corollaria. Primum. Licet existens in mortali peccato non dum per contritionem deleto non potest indulgentias siue a semetipso, siue ab alio recipere potest tamen ceteris paribus potest recipere indulgentias dare. Dicit ceteris paribus, hoc est, si alias habet auctoritatem dandi indulgentias, & non est usus iurisdictionis in subditos ligatus, quando uero ab ecclesia toleratur in officio: et si non uideatur merito. Prima pars patet ex conclusionem tertia, & notabili. primo, & tertio. Secunda pars: quia cum dare indulgentias est iurisdictionis, non amittitur potestas illa per peccatum. Item dans indulgentias non dat aliquid de suis sed de merito sanctorum auctoritative dispensat, & ideo si non est ab ecclesia preclusus, ita confert indulgentias malus, sicut bonus. Secundo impediat propriam utilitatem in suscipiente, non tamen auctoritatem, uel iurisdictionem in indulgentiarum collatore, quantum est de se precise. Tertium corollarium. Maius est dare indulgentias, quam recipere pro se: aut uti pro se quantum ad auctoritatem: sed minus quantum ad propriam utilitatem. Primum patet quia dare est potestatis, & cuiusdam iurisdictionis: sed recipere, uel uti est cuiusdam communicationis passiuæ. Quartum corollarium. Excommunicatus, aut preclusus ab ecclesia, & qui non habet subditos quo ad usum iurisdictionis, non potest pro se indulgentias alijs dare: tamen si possit suum subditum (si habet) alteri episcopo idoneo pro indulgentijs suscipiendis subijcere. Primum patet. c. Quod autem de poe. & remis. Nam dare indulgentias est iurisdictionis. Nemo potest ligare uel soluere, nisi suum subditum, in quem habet iurisdictionis usum non ligatum nec prohibutum. Hinc indulgentiarum tantum profunt subditis illius, qui facit indulgentias, non extraneis. c. Quod autem

Coro. 1
Coro. 2
Coro. 3
Coro. 4
N n j 4

de pœnit. & remissio. ut supra. Opòrtet enim suscipientem tunc, cum suscipit, esse subditum danti. Sic subditi archiepiscopo, sunt omnes sui prouinciales. cap. Nostro. ubi supra: & oēs diœcesani etiam exempti, suo episcopo. In hoc enim noluerunt eximi quo ad indulgētiās. Hinc indulgētiæ profunt exemptis, cum dantur ab episcopo diœcesano iure communi, & non solum de licentiā superioris. Attamen sicut non possunt ligari a suo diœcesano, a quo sunt exempti: ita nec in foro conscientiæ absolui. Conferre uerò indulgētiās nec est ligare: nec solvere, sed thesaurum ecclesiæ communicare, secundum Palu. Et licet usus iurisdictionis sit in excommunicatis ligatus, posunt tamen suos subditos alteri idoneo praelato, si habent subditos, subijcere pro indulgētiarum susceptione ab eo: ut curatus non sacerdos, qui mittit alium sacerdotem, ut absoluat suos. Hoc. n. (puta absolueret) plus est ordinis, quem habet, quā iurisdictionis, quā caret, nō subiecto sibi peccatore ut materia. Ideo de uoluntate curati nō sacerdotis potest alius sacerdos idoneus suo iure eos tunc sibi subiectos absolueret. Sic de episcopo annuente, ut alius episcopus suis subditis conferat indulgētiās. Verum sicut in sacramento pœnitentiæ suscipiendo homo nō potest seipsum subijcere, cui uult contra uoluntatem Petri, & successoris eius: ita nec in indulgētiarum consecutione, sed requiritur licentiā, & uoluntas sui superioris, episcopi scilicet secundum opinionem communē: si uult ab alieno iudice, seu episcopo indulgētiās nācisci.

Coro. 5 c. Quod autē de pœ. & remis. ¶ Quintum Solus corollariū. Solus Papa potest omnibus generaliter, & uniuersalem indulgētiā dare: ceteri uerò epi, & ecclesiæ praelati solis suis subditis, aut prout subiectis duntaxat particulariter, & limitatam. Primæ pars: patet ex conclusione. v. Quia respectu Papæ quilibet est subditus: ideo respectu indulgētiarū ab eo concedendarum non fit differentia inter subditos, & non subditos: nisi indulgētia esset restricta ad habitationes loci alicuius, & secundū Panor. ratio fit, aut nunquā: sed generaliter

conceduntur. Secūda pars. c. Quod autē de pœ. & remis. ubi habetur, quod indulgētiæ, quæ conceduntur per praelatos nō subditos, nō profunt sine licentiā iudicis proprii: profunt uerò eis, si iudex proprius hoc concesserit, uel indulserit. Verum quis sit ille iudex, dubium est. Glof. dicit Iudices, id est episcopi. c. Quod autem quia alij inferiores praelati carentes episcopali dignitate, huiusmodi remissionem facere non possunt: nisi ex causa legitima. c. Acceden. de ex. praela. Vel (dicit Glof.) Iudices, id est proprii sacerdotes cum iniungunt pœnitentiis suis parochianis, possunt eis concedere, quod tales remissiones sibi p̄sint: si de bonis suis contulerint prædictis locis. Idem tenet Palu. dicens. Videtur sufficere licentiā curati. Sicut enim curatus non sacerdos potest licentiare sacerdotem non curatum, ut absoluat suos sacramentaliter, cum hoc facere potest iure suo habita materia subiecta: sic & hic sibi subditum alteri tradit, & ille cum sit episcopus, iure suo dat indulgētiā, quam tradens, uel subijcens nō potest dare. Propter quod: curati absoluentes debent eis iniungere omnes indulgētiās, quas poterint obtinere. Hæc ille. Hoc autem fit, cum dicunt. Bona, quæ fecisti, & adhuc faciens sit tibi &c. secundū Gerf. Panor. hic transit, & non exponit nomen. Proprius iudex. Dicit tamen esse utilissimum, quod uolens peregrinari, & uisitare loca piā, habeat licentiā a proprio iudice, & gratiam percipiendi de alienis indulgētijs. Quod intelligit non a papa concessis: quia Papa est superior uniuersaliter. Hostiensis in Summa. de pœnitentiā, & remissio. §. quæ pena sit peccatis &c. ait. Post absolutionem peccatorum dicat Sacerdos. Concedo etiā tibi, quod quocunq; ieris remissiones praelatorum ibi factæ possint tibi prodesse, quæ alias non prodesse tibi. Hæc ille. Dominicus super. vj. cap. Indulgētiās de pœnitentiā. & remissio. refert quosdam tenentes, quod simplex sacerdos potest concedere, quod sui subditi remissionibus non suorum iudicium uti possunt. Idem Felinus de indulgētijs. Ex illis sequitur: quod forus pœnitentiā in multis regu-

latur

latur admodum foro iudicialis, & contentiosus. Sicut enim in foro contentioso nō potest quis absolui, uel ligari a non suo iudice: ita & in pœnitentiā foro. Nec ualet hic dicere, quod reus sortitur forum delicti: ergo ubi quis peccauit, ibi recipiet remissionem, & absolutionem. Nam in foro pœnitentiāli non sortitur quis forum ex actu commissio infra limites alienæ parochiæ. Sicut enim per actum meritorium, & bonum, quem quis exercet in aliena parochia, non subijcitur per hoc illius iurisdictioni: ita nec per malum actum in foro pœnitentiāli. Hinc si quis delinquit in limitibus illius diœcesis, uel parochiæ, non propter hoc tenetur illi episcopo, uel curato, sub cuius limitibus peccauit, sacramentaliter confiteri, aut relaxationem ab eo petere, uel indulgētiās. ¶ Sextum corollariū. Indulgētiæ ab alienis episcopis concessæ possunt non subditis uerè prodesse, si proprius iudex hoc concesserit, & suum subditum alteri episcopo idoneo, ueluti materiam subiecerit. Patet ex dictis.

Coroll. 6

Coroll. 7

Coroll. 8

Coroll. 9

Prop. 8

Papa

Coc. ge-

nerale

pariar-

que pri-

mares,

&c. pos-

¶ Septimum corollariū. Nullus potest alteri indulgētiās dare, nisi sit suus subditus: aut saltem ad hoc pro tunc a suo iudice proprio subiectus. Patet. Dare indulgētiās est cuiusdam iurisdictionis: ergo requirit subditum. ¶ Octauum corollariū. Episcopus potest in casu alicui, qui non est suus diœcesanus, indulgētiās dare, dummodo est sibi prout ad hoc subiectus. Patet ex dictis. ¶ Nonum corollariū. Non sunt synonyma nomina subditus, & diœcesanus, patet. Requiritur ergo ad collationem indulgētiæ necessariū, quod ille, cui dari debet: sit subditus dantis, sed non suus diœcesanus. Hoc enim non requiritur necessariū. Item patet de Archiepiscopo, qui potest dare omnibus suis prouincialibus. ¶ Octaua propositio. Papa, Concilium generale, Patriarchæ, Primates, Legati, Summus pœnitentiarius, Cardinales, Episcopi etiam nondum habentes ordinem sacerdotale, & forte quidam alij possunt dare indulgētiās, si iurisdictionem habent, uel iuris taxationem, uel papæ commissionem: non autem sacerdotes simplices illis in-

fiores, nisi dumtaxat uirtute clauium sunt dante in absolutione sacramentali. Legati domini Papæ, cum sunt in termino suæ legationis, possunt facere perpetuas indulgētiās. in Glof. de officio legati cap. ultimo. Archiepiscopi in sua prouincia tota tamen quæ statutum generalis concilij non excedat. cap. Nostro. de pœnitentiā & remis. Episcopi in sua diœcesi, dummodo non excedant summam. xl. dierum. Et ista est generalis summa, quam communiter dant: sed in die consecrationis Basilicæ, seu dum Basilicam consecrant, & solum in hoc casu, dant unum annum: in alijs quibuscunq; causis sue sit unus, sue plures, ac in anniuersario dedicationis. xl. dies. de pœnitentiā & remis. cap. Cum ex eo. Ad idem cap. Indulgētiæ. eo. ti. lib. vj. De Cardinalibus patet ex ritu ecclesiæ. Hi omnes episcopali dignitate fulgentes possunt indulgētiās facere. cap. Acceden. de ex. praela. uel iuris taxatione, & dicitur iurisdictione ordinaria: uel particulari commissione, & dicitur iurisdictione delegata. & illa secunda potissimum est in legatis, & forte in quibusdam praelatis alijs, quibus sunt speciales, & particulares commissiones, & concessiones. Prima uerò, quæ est iuris taxatione, est etiā episcoporum electorum nondum consecratorum: item Cardinalium, summi pœnitentiarij: ut dicit Palu. Insuper sacerdos simplex potest quælibet in extremis absolueret secundū Palu. a peccatis quibuscunq; ; & censuris sacramentaliter, & in foro pœnitentiāli: de iure communi. & non datur hæc potestas pro mortis articulo per indultum speciale. Potestas specialiter data, uel commissa sacerdoti electo in confessorio uigore literarum apostolicarum, uel confessionalis, non uidetur se extendere ad peccata præcisè uigore talis indulti specialis commissa: ut patet sepe: immo ex forma indulti. Potest tamen absolueret in morte ab omnibus peccatis propter generalem iurisdictionem, quam habet prout sacerdos in peccatore morituro. Dilatatur etiā secundum eundem claus iurisdictionis in sacerdose in mortis articulo propter indultum speciale tunc datū morituro quoad

remissionem poenarum, & indulgentiarum collationem quandoq; . Et sic simplex sacerdos ex commissione speciali dat vere indulgentias, uel facit illum participem indulgentiarum secundum tenorem indulti: ut habet Gerson de absoluteione de sum. Nec oportet, qd tunc cofiteatur alias rite confessi alicui sacerdoti. Quia si talis amississet loquelam, sed no rationis usu, cofiteatur per nutus, & signa, & habebit indulgentias ceteris paribus, si cofessione non est in contrariu loquens de cofessione ore &c. Quia si non pot significare sacerdoti sua peccata nondum ore confessi, elicit contritionem pro remissione eius, expectando a patre misericordiaru liberalē ubi, & prout uoluerit remissionem poenae. Indulgentiarum .n. non est capax, si forma indulti expresse, & determinate, ut fieri solet, canit confessio ore, & corde contritis. & hoc quoad non cofessa. Si autē incurrit amentiam, & destituitur rone post mortale commissum lignum ubi ceciderit, ibi erit: & qualis inuenitur, talis iudicatur a iudice stante lege dei. At tamen quia nescitur, an sit praeditus mortalit peccato (nisi notorius peccator euadat, ac publicus) fiat ipsi ad cautelam indulgentiarum collatio, in quantum fieri potest. Si .n. est sine mortali peccato, ualebit ipsi indulgentia pro peccatis olim confessis: licet non pro nondū actu cofessis: licet contritis: quoru forte habuit memoriam, & uoluntatem cofitendi: sed nūc prauentus est rationis destituitio. Imputet sibi, qd non statim confessus est, ac celebri mente retinuit annotādo, ac scribendo, si pot peccatū id &c. ne decidat a memoria. Ita uidetur sentire Gerson in de forma absoluteionis sacramentalis secundū tenorem dispositionis, aut cofessionis indulgentiaru sonatis de cofessis. ¶ Sed qd si indultū habet, qd pot eligere cofessorē, uel sacerdotē, qui ei indulgentias coferat, sed nūc prauentus destituitio rationis non pot eligere? Videtur dicēdū: si prius elegit aliquē determinatē, ille pot. Si non elegit, caret. Diligenter respiciendū est ad tenorem indulti, & secundum hoc agendū, & dicēdū. ¶ Sed quid si nō adest, nec haberi pot ad manū aliquis, cui con-

Indulgentiaru nō ē capax, qui formā indulti expresse, & determinate non seruat.

fiteatur, sacerdos? Dicunt quidā, qd tenetur nō cofessa laico confiteri in absentia sacerdotis. Quod non placet: quia illa cofessio nō est sacramentalis, & sufficit ipsi ad salutem contritio cordis corā deo. Subiungūt, qd talis laicus pot ei indulgentias uigore indulti dare. qd nō quadrat: quia (ut pono) indultum loquitur de sacerdote, & de peccatis cofessis &c. ore, & corde cōtritis. Videatur tamē priuilegiū: an ne sufficiat poenitentia sine actuali cofessione. Antoninus par. i. tit. x. cap. iij. §. v. dicit. Nil nocet, si fiat per laicū, cum non pot haberi sacerdos, & ualeat, quantum ualere pot. Est cōmune dictum: indulgentiarum tantum ualeat, quantum sonant. De uenialibus dicēdum ut supra. Horum enim cofessio non est necessaria ad salutem, nec ad indulgentiarum consecutionem, stante eorundem displicentia generali. ¶ Corollarium primum. Licet uiri sancti magis sint propinqui deo per charitatem, quam mali ministri: attamen quia non sunt propinquiores malis, per auctoritatem iurisdictionis non possunt indulgentias dare, sicut mali habentes iurisdictionem. ¶ Corollarium secundum. Pro ecclesiae aedificatione, ne clauis contemnantur, & poenitentialis satisfactio eneruetur: utq; omnia ex barba Aaron profuere uideantur, aliquibus praelatis ecclesiae, non omnibus de populo datum est ordinatione diuina indulgentias conferre. cap. Cum ex eo. de poe. & remis. ¶ Corollarium tertium. Indulgentiarum collatio, quia non est sacramentalis, non sequitur clauem ordinis, sed potestatem iurisdictionis. Si enim dare indulgentias esset ordinis, & sacerdotalis, uideretur: qd omnes, & soli sacerdotes habentes subditos possent dare indulgentias iure suo: cuius contrarium tenetur communiter. & Hostien. de remis. Hinc posset dici: quantum est ex lege diuina, sacerdotibus simplicibus non repugnat, sed competit dare indulgentias. Dant enim uirtute clauium in absoluteione peccatorum quaedam priuatas indulgentias suis subditis, quorum audiunt cofessiones, siue ut Curati proprii, siue ut ad hoc protunc uocati per alium Curatum, siue sacerdotem,

Indulgentia tū ualeat, quā sonat

Coroll. 1

Coroll. 2

Coroll. 3

Indulgentiaru collatio, quā nō est sacramentalis nō leuatur qd clauis ordinis, sed potestatem iurisdictionis.

siue non sacerdotem. Et forte dici posset, qd Christus primum secundum habitum dedit omnibus sacerdotibus potestatem conferendi indulgentias. Attamen successu temporum, eorum potestas est per summum Pontificem (cui data est a Deo cura, & sollicitudo totius ecclesiae) limitata, uel constricta, & tradita est episcopis apostolorum successoribus. capit. Acceden. de ex. praelato. & per consuetudinem inductam quibusdam alijs iurisdictionem habentibus: sicut in sacramento poenitentiae omnibus sacerdotibus data est potestas clauis remota secundum dispositionem Petri, & successorum eius. Ideo uidere est Papam electum, seu etiam episcopum nondum consecratum, item diaconum auctoritate ordinaria. Habent enim dignitatem episcopalem, hoc est iurisdictionem secundum Hostien. Si dicitur: iurisdictione non respicit forum poenitentiale, sed solum contentiosum, negatur: & manifestum est in sacramento poenitentiae. Absoluere enim peccatorem est iurisdictionis, non ordinis: quia requiritur peccator subditus, ut materia subiecta: & in alijs sacramentis de necessitate ministri requiritur hominem esse subiectum collationi sacramentorum. Exemplum de ordinatione, communionem, unctionem &c. Est ergo iurisdictione temporalis, & spiritualis, & utrobique requiritur (licet non per omnia conformiter) subiectio. Nec est simile de ordinis collatione, quam episcopus facit in impedibiliter auctoritate sibi collata in sua consecratione, & fundatur in charactere indelebili, & indulgentiarum collatione, quae non est ordinis, sed iurisdictionis: ut supra propositione sexta. Hinc secundum, & non primum potest Papa auferre auctoritate sibi collata a Deo. Et sicut potest facere, qd sententia lata ab episcopo sit nulla: & qd indulgentiarum concessio sit nulla. cap. Indulgentiaru. lib. vj. de poeni. & remis. Indulgentiae uires non obtinent, si statutum concilij generalis excludat. ¶ Et quia supra dictum est quantum summam diuina episcopus potest dare in consecratione Basilicæ, si-

ue unus, siue plures sint: quari posset quantum dat singulus eorum, si a pluribus simul consecratur ecclesia. Constat enim ex dictis & capit. Cum ex eo. de poeni. & remis. qd in consecratione Basilicæ episcopus potest dare unum annum, in alijs etiam cum celebrat, durat quadraginta dies. Esto, qd plures simul consecrent Basilicam, & singulus consecrationem dat pro sese unum annum: an teneat illa concessio contra concilium generale: cum tam summa transcendit unum annum, quem transcendere non possunt secundum statutum concilij generalis, capit. Cum ex eo. ut supra. Glossa uult, qd tenet, & Hostien. tit. de remis. §. Possit quis fa. licet cōcedentes peccent, quia contraueniunt statuto concilij generalis. Panorm. ibidem rationem assignat Gloss. eo qd nō apponitur hęc clausula. Quia si secus factum fuerit, decernimus inane. Vbi enim hęc clausula nō apponitur in mandato, licet fiat contra mandatum: tamen tenet, quod factū est. In contrariū uidetur esse cap. Indulgentiaru de poe. & remis. lib. vj. Indulgentiaru uires non obtinent, si statutum generalis concilij excefferint. Si enim non obstante illa clara prohibitione adhuc ualere simpliciter, & absolute, non uidetur, quō Papa possit facere prohibitionem, & limitationem, quae sit iure nulla, & profusus inanis. Sed quomodo nō obtinent uires? an quantum ad excessum ultra facultatem concessam, an simpliciter, & omnino non ualent? Glossa ibidem ponit duas opiniones: & uidetur illa satis mitis, qd non ualeant quantum ad excessum ultra cofessam facultatem: maxime quā do non apponitur prior clausula irritas, ut etiam habetur in commentarijs regularum Cancel. regula. lviij. quia decernitur esse inane. & ita cum singulus dat annum, non dant nisi unū annum, & non plus, qd si daret unum annum in consecratione Basilicæ. Ad hoc regula iuris in vj. Utile per inutile nō debet uitari. Quod uerū est, quādo utile pot separari ab inutili: & ita est in proposito. Et ita in similibus dicitur secundum illā opinionē, quā sequitur Panorm. ubi supra. cap. Cum

Quantū det singulus episcoporu si plures cofecerāt simul Basilicā.

ex eo. Alia est: q̄ in totum nihil ualent: & q̄ non obtinent uires: & tenere uidentur Palud. quia nescitur, cuius datio ualeat, cum plures consecrant &c. Hostiensis ubi supra refert aliam: scilicet q̄ tenentur quoad prædicta, licet sint factæ contra mentem concilij, & dantes peccant. Multa enim post factum tenent, quæ fieri non deberent. Verum quicquid sit statibus dictis doctorū ut supra, opus est admittere, q̄ Papa posset illam largitionē contra dispositionem generalis concilij omnino irritare, & irritam declarare in futurum. Quæ autem sit mens legislatoris: an q̄ simpliciter non ualent, an q̄ non ualent quantum ad excessum ultra statutum generalis concilij, p̄det ex declaratione Papæ, uel concilij: & cum est facti, sciri non potest sine determinatione superioris. Et plus placet opinio secunda, q̄ simpliciter non ualent, quā prima, q̄ non ualent quātum ad excessum. Ratio est: indulgentiæ sunt strictē intelligendæ secundum eosdem: & tantum ualent, quantum sonant. Sonant uerō, q̄ non obtinent uires sine quacūq; limitatione, uel restrictione: & ita sunt iure nullæ simpliciter. Ad regulam iuris. Vtile per inutile &c. dicitur ut supra. Hic nullum est utile: quia concessio est iure nulla. Item concessio non est annus solus, sed plures. Sicut dicitur de hostijs consecrandis in numero determinato secundū uoluntatem consecrantis, & reperiuntur plures: quia nescitur, ad quā non fuit directa intentio consecrantis, ergo omnes habentur pro non consecratis: Ita uidentur, & in proposito dicendum &c. ¶ Si

An in aliquo casu plures episcopi possunt eidem loco dare indulgentias ultra annum.

quæritur, an in aliquo casu plures episcopi possunt eidem loco dare indulgentias ultra annum. pro eadem causa dare indulgentias ultra annum: hoc dubium potest intelligi de loco præcisē, ad quem dantur indulgentiæ uenientibus illuc de diuersis diocesis, ita q̄ singulus episcoporum suis subditis illuc uenturis, & uenientibus dat indulgentias, prout de iure secundum tenorem concilij potest. Potest etiam intelligi de hominibus loci illius, ita q̄ diuersi episcopi diuersarum diocesium dant habitantibus in loco illo tantum, quantum singulus de iure da-

re potest suis subditis. Quoad primum, dicendum, q̄ sic secundum Host. ut supra utputa si in festo alicuius sancti, uel Mariæ uirginis, singulus episcoporum de quibus diocesis distinctis, dat ad locum illum pro suis subditis cum uenient illuc, ubi clarent miracula, uel simile quid, quadraginta dies, iam singuli uenientes a singulis suis episcopis habent. xl. dies. tantū enim possunt iure dare suis subditis, & tantum uni, quātum alteri. Ita uerō possunt dare loco extraneo, uel exempto sicut subiecto: quia illæ indulgentiæ non acquiruntur propriē loco: sed subdito existenti in hoc loco cum operis indulgentiarū expleione. Et secundum hoc, esto, q̄ sit magnus populi concursus in aliqua ecclesia diocesis Constantiensis, posset dominus Spirensis dare ad locum illum indulgentias suis illuc confluentibus, sicut confluentibus ad ecclesiam suæ diocesis propriæ. Si intelligitur secundo modo de hominibus loci illius, opus est accedere confirmatio, & consensus diocesanī, qui suos subditos illis episcopis subijciat: quo facto iam singulis eorum iure suo proprio, & non nomine subijctientis confert. xl. dies. Et ita possunt homines loci illius cōsequi. xx. quadagenas: si sunt. xx. episcopi dantes indulgentias de consensu diocesanī: quamuis singulus pro se nō habet dare nisi. xl. dies. Isti enim alteri episcopi iure suo dant, cum habent materiam subiectam, & non iure licentiantis, & sic nullus illorū per se excedit numerum concilij: sed quilibet ipsorum dat, quantum dare potest iure. Quem intellectum interpretata est consuetudo optima iuris interpres secundum Hostiē. ubi supra. Sic si ad eundem locum, ac ecclesiam, & eisdē hominibus diocesanus daret. xl. & Metropolitanus. xl. iam pro eadem causa haberent. lxxx. dies. dat enim quilibet, ut dare potest: hic suis diocesanis: hic suis provincialibus. Nec impedit, q̄ omnes collecti uē dant ultra annum: quia sicut extensio anni non extenditur nisi ad dedicationem Basilicæ: ita nec restringitur. Vnde sicut unus episcopus in festo alio præterquam cōsecrationis Basilicæ, non potest dare annum, sed danta

xt

xt quadraginta dies: sic non prohibentur in festo alio plures episcopi dare ultra annum: tamē nullus excedat pro sese statutum generalis concilij: sed singulus det pro sese duntaxat quadraginta dies. Hæc est sententia Palud. q. iij. artic. ij. principali dist. xx. & Hostiensis. ¶ Nota propositio. Nulla indulgentia quantumcūq; fuerit plena, uel plenissima, est a culpa, & a pœna propriē dicenda, tamē si dabilis sit quædam indulgentia, quæ existens remissiuā omnis pœnæ præsupponit remissionem omnis culpæ. Prima pars est in notabili primo. Secunda patet ex notabili tertio secundum imaginationem ibi datam secundum aliquos, quid dicat indulgentia plena, plenior, plenissima. Hæc propositio procedit secundū diuersum modum loquendi de remissione uenialis culpæ: de quo dist. xvj. q. v. an scilicet remissio uenialis culpæ distinguitur a remissione pœnæ: & an culpa uenialis remittatur sine pœna: uel non sit aliud, nisi remissio pœnæ &c. ¶ Decima propositio. Si quis ritē obtinet indulgentias decem annorum, is & in foro dei, & ecclesiæ liberatur a pœna, uel pœnitentia decem annorum præsentis seculi sibi a sacerdote præsertim imposita: non autem propter hoc liberatur a pœna decem annorum futuri seculi, nisi ad sententiam illum, liberatur a pœna futuri seculi correspondente pœnæ decem annorum præsentis seculi. Hæc propositio est de mente Durandi, quæst. quarta. dist. xx. Nam secundum tenorem communem sonant literæ de iniunctis pœnitentis. Ius non iniungit, sed docet iniungendam pœnitentiam. alias omnis peccator teneretur pro mortali ad septenalem. Si ergo quis acquirit indulgentias decem annorum, is liberatur a pœnitentia sibi iniuncta decem annorum secundum Durandum. & tantūdem ualent illi decem anni indulgentiarum, quantum ualuisent decem anni in pœnitentia iniuncta: si decē annis hic in uia pœnituisset. alias ecclesia suos deciperet. ¶ Corollarium. Per unum annū, siue diem indulgentiarum tantum remittitur de pœna purgatorij, quantum meruisset per unum annum, siue diem pœni-

Prop. 9. L. Nulla indulgentia est a culpa, & pœna.

pp. 10.

Coroll.

tentia huius seculi sibi remitti, secundum Franciscum Maron. Verum secundum Palud. dist. xx. q. iij. art. ij. hic est quædam differentia secundum diuersitatem pœnitentium. Nam sicut pœnitentia quātō fit in maiori charitate, tantō est magis satisfactoria: sic isti decem anni indulgentiarum: tantō sunt illi, quām isti plus, uel minus satisfactorij, quātō pœnitentia huius, uel illius fuisse plus, uel minus satisfactoria. Et ita plus tollunt pœnarū ab illo, qui ex maiori charitate satisfecisset, & minus illi, qui ex minori charitate. Hæc ille. Hæc dicta Palud. uidentur esse dubia, & ex parte sequi opinionem sancti Bonauenturæ, hanc scilicet. Valor indulgentiarum attenditur penes laborem, & pœnas, quem, uel quas quis sustinet in opere, pro quo dantur indulgentia: ita q̄ collator indulgentiarum secundum rectum iudicium cōsiderat, & pōderat causam, pro qua dantur indulgentia: & secundum q̄ homines plus, uel minus accedunt ad causam illam, plus, uel minus participant de indulgentia. Hinc dicit stationes in urbe esse constitutas pro peregrinis, & q̄ non tantum merentur, qui sunt prope, & in urbe sicut uenientes a remotis. Quantum ergo est ex parte dantis, tantum ualent, quantum promittunt: nō tamen æqualiter omnibus: sed secundum existimationem eius, qui dedit indulgentias: quā habuit, uel habere debuit. Quā tamen non oportet exprimere: quia fideles debēt credere, q̄ dona spiritus sancti dantur æqua libratione. Hæc ille. Fortē posset ad hoc allegari dictum Bonificij viij. in extrava. Antiquorum. prius allegata notabili tertio. Plus, & efficacius meretur indulgentias, qui frequentius, & deuotius ecclesias uisitauerit &c. Hanc opinionem uidetur tenere Palud. cum inquit. Sicut pœnitentia facta in maiore charitate tantō est magis satisfactoria. sic illi. xv. anni lucrati tantō sunt isti plus, uel minus satisfactorij, quām illi, quātō pœnitentia istius fuisse magis, uel minus satisfactoria, quām illius. Videtur enim uelle: q̄ illæ indulgentiæ ut tales, plus uel minus ualent secundum q̄ opus indulgentiarum ex maiore, uel mi-

nore charitate procedit. Possent etiam eius dicta hunc habere intellectum: quod opus indulgentiarum ut tale præcise, eodem modo est lucrarium indulgentiarum uni, sicut reliquo, non curando de maiore, uel minore facientis deuotione, & charitate: nec plus, uel plures meretur indulgentias uni, quam alteri, saltem cum indistincte dantur. Cum hoc tamen stare posse, quod unum, & idem opus indulgentiarum, etsi sit allatum æqualiter indulgentias uni, sicut alteri: diuiti, ut pauperi, & e contrario: quia tamen ex maiori, uel minori charitate, & uoluntatis conatu procedit in diuersis, secundum hoc plus, uel minus meritorium: immo satisfactorium, & ita simul stabunt paritas ualoris indulgentiarum, ut talium præcise, & diuersitas meriti, ac satisfactionis ex bonitate operis pœnalis ex gratia procedentis. Si Palud. intellexit dictum suum primo modo, & secundum opinionem S. Bonauent. ex quo ualor indulgentiarum est in potestate, & in uoluntate dantis plati (Huius. n. est taxare quantum pœnarum per indulgentiarum concessione remittatur, secundum sanctum Thom. dist. xx. ar. iij. quæstion. ij.) oportet prælatum dante indulgentias semper habere hæc intentionem in animo suo actualiter, uel virtualiter, cum dare indulgentias est opus humanum, & cuiusdam iurisdictionis, quod uelit eas ualere. pro diuersitate laboris, & deuotionis maioris, uel minoris charitatis, ac uoluntatis conatus, quam solus deus, qui nouit hominum corda conspiciere potest. Et ita prælatum nunquam possit determinate dare tantum, uel tantum indulgentiarum, immo raro, uel nunquam (nisi casu) possent determinate dari æquales indulgentiarum ut tales sunt præcise, non habito respectu ad meritum gratiæ, uel gloriæ &c. Ex consequenti uidetur ecclesia fideles decipere. Insuper cum dantur xl. dies pro uno, & eodem opere, stare aliquod respectu alterius uix habere. x. Quo ergo stabunt remissiones plenarie diuersorum peccatorum, quorum unus habet luere pœnam duorum peccatorum, alter. xx. uel xxx? Vel posita paritate peccatorum stat unum esse tepidum, aliud charitate feruidum &c. Hoc modo potius indulgentiarum.

essent quedam merita personalia, seu commutationes ac compensationes, quam liberales donationes, & communicationes de thesauro ecclesie: immo non differrent ab opere satisfactionis non priuilegiato, ut uidetur. Nec ualet hic allegare opus piud indulgentiarum, ratione cuius dicuntur dari indulgentiarum: nam secundum Durand. quæst. iij. ut supra, indulgentiarum tantum ualent, quantum sonant, non ex deuotione suscipientis, nec ex quantitate rei datæ, nec ex proportione ad causam indulgentiarum, sed ex abundantia meritorum Christi. Et secundum sanctum Thom. opus piud non ponitur, ut sit mensura remissionis indulgentiarum, seu ut mensura remissionis indulgentiarum commensuratur labori præuiio, sed ut intentio illorum, quorum merita communicantur in indulgentiarum largitione, possit ad talem peruenire. Et alibi dicitur, distinct. xx. ar. iij. Remissio non proportionatur labori, sed meritis, quæ dispensantur. Ideo clerici, & uicarij ecclesie ita consequuntur indulgentias sicut uenientes a longe, cum indistincte dantur, nec plus indulgentiarum consequitur, qui plus laborat secundum eundem, nisi bulla aliud canat. Sed id licet uerum sit, non stat cum suo proprio dicto: cum dicit pauperem dando denarium unum, tantumdem consequi quantum diuitem dando unum florenum, cum literæ loquuntur indistincte de porrigentibus elemosynas, aut manus adiutrices, sed non e contrario: puta quod tantum consequitur diues, si dat denarium, quantum pauper donando denarium. Nam frustra sit distinctio inter pauperem, & diuitem quoad hoc, dum literæ non canunt, & remissio secundum eum non proportionatur labori. Decet quidem diuitem plus dare pauperi, sed non oportet, si literæ non distinguunt. Sic nec ualet dictum Angeli in Summa, quod tantum ualent uenientibus de propinquo, & uisitantibus &c. quantum a remotis: dum quilibet uenit, ut eum condecet. Ergo si Rex Roman. uisitaret ecclesiam cum uno, aut duobus famulis nihil haberet: sic si alius ex humilitate proiecta pœpa seculi humiliter ueniret. &c.

Quis enim distabit, & distinguet, cum bulla indistincte loquatur: quomodo ueniendum sit ad uisitandum locum illum &c? Tantum ergo ualent pauperi, ut diuiti, & e contrario: cum idem opus faciunt ceteris paribus, & bulla nihil distinguit. Secus cum bulla differenter iniungit opus indulgentiarum diuiti, & pauperi. Item in articulo mortis sepe dantur indulgentiarum, ubi nihil operis protunc fieri potest, sed forte olim aliquod factum est, ratione cuius Papa de thesauro ecclesie communicat illi merita Christi satisfactoria. Clare pro nunc dictus est Franciscus Maronis, ut infra dicitur, iuxta finem huius propositionis. x. & Hostien. Illa clarent etiam ex bullis summorum Pontificum in iubileo, & alias datis, in quibus quandoque pro ecclesie necessitate diuersa pro diuersis imponuntur: quandoque non diuersa, sed sola uisitatio Urbis ad limina Sancti Petri & Pan. Nec præsumendum ullatenus, quod si papa uelit decipere ecclesiam, aut minus ualere, quam ualeant indulgentiarum concessionem. Item Alex. vi. dedit indulgentias iubilæi uisitantibus certa altaria in suis locis, secundum ordinationem legati. Item religiosi, & fratribus mendicantibus, & alijs nihil habentibus, si secundum determinationem commissarij, uel legati orent pro Papa, pro pace ecclesie, si confessionem audiant, indulgentias denunciant &c. quæ tamen opera respectu iterationis romipetarum fuerit ferè nulla. Et ideo sicut lex uniformiter datur multitudini, & æqualiter, quæ in multis est tolerabilior diuiti, quam pauperi: ita de indulgentiarum concessione liberali suo modo dicendum, nisi literæ apostolice aliud canant. Non ergo uidetur ualere dictum Palud. pro intellectu primo, sed pro secundo. Sic enim est opus indulgentiarum, & cum hoc est opus meritorium, & satisfactorium: nec minus est meritorium ac satisfactorium: quia priuilegium, & opus indulgentiarum, ut supra. Consimiliter dicendum de opinione Sancti Bonauent. Ad sensum quem uerba eius prærendunt non placet: secus si ut supra notabitur. intelliguntur, & modo nunc tacto. Pa-

reformiter uidetur intelligendum dictum Richard. distinct. xx. cum inquit. Quantum ad remissionem extensionis pœnarum, pares sunt qui minus dant, & qui plus, si hoc continetur in forma indulgentiarum. Sed quantum ad remissionem intensiois pœnarum, & quantum ad sui dispositionem ad recipiendum augmentum gratiæ, impares sunt. Sic enim plus consequitur qui plus datur nisi in casu quo minus daturum esset maius per comparisonem ad dantem, quam maius datum per comparisonem ad dantem: ut in pauperula, quæ Matth. xij. plus omnibus misit in gazophylacium. Pro cuius intellectu faciunt dicta quæst. præcedente dub. viij. an opus præcepti etiam sit satisfactorium: & quomodo contingit quæ facere aliquod opus quoad substantiam operis ad quod tenetur cum multis circumstantijs bonis ad quas non tenetur, ratione quarum potest dici opus supererogationis. Et ita puto intelligendam bullam Bonifacij. viij. in qua habetur, quod quis efficacius alio indulgentias mereatur: ut pura quia frequentius ecclesias uisitat, & deuotius. Nam respiciendo præcise operis indulgentiarum substantiam: si capax est indulgentiarum inde habet indulgentias. Insuper respiciendo bonam operantis dispositionem, & operis circumstantias ad quas non tenetur: inde habet similiter suam remunerationem. ¶ Corollarium primū. Indulgentiarum non necessario consequuntur diuersitatem, & excessum boni operis, uel meritum proprie dicti operantis: sed potissime stante pietate causæ, & subiecti capacitate auctoritatem dantis, indulgentias de thesauro ecclesie liberaliter communicantis. Fran. Maron. tract. de Clau. inquit. Indulgentia de bonis meritorijs non proficit secundum excessum talis meriti. Quadoque enim datur indulgentia maior pro minori, & e contrario: quia non proficit ad tollendam pœnam ex merito operis, uel operantis, sed auctoritate dantis. Et subiungit concordando cum Durand. quæst. iij. distinct. xx. quod indulgentiarum absolute datæ proficiunt: quibus non sint alicui bono operi coniunctæ. Explicat de articulo mortis. Pro quo

Coroll.
Indulgentiæ non necessariò consequuntur diuersitatem, & excessum boni operis.

facit Alex. vi. qui dedit in iubilæo. anno M. D. plenarias remissiones bellaturis contra Turcam, aut uicualia, aut alia necessaria mittentibus: etiam si contigerit eos mori in itinere post arreptum iter. Ad idem Sanct. Thom. dist. xx. artic. iij. questionum. ij. Causa remissionis pœnæ in indulgentijs non est nisi abundantia meritorum ecclesiæ: quæ sufficit ad totâ pœnani expiandam: non autem causa remissionis effectiua è deuotio, aut labor, aut datum recipientis, aut causa pro qua fit indulgentia. Vnde non oportet ad aliquod horum proportionari quantitatem remissionis: sed ad merita ecclesiæ quæ semper superabundant. Et ideo secundum quod applicantur ad ipsum, secundum hoc consequitur remissionem &c. Idem uult Dnrand. q. iij. ut supra. ¶ Corollarium secundum. Stat aliquos duos facere idem opus indulgentiarum, & eosdem in quâli numero extentus dies indulgentiarum consequi: & tamè unum plus alio remissionem pœnarum intensiue per opus indulgentiarum mereri. Hæc corollaria possunt colligi ex dictis Hostiæ. in Sum. titu. de remiss. §. Ad quid ualent, & in quâ tum. cum inquit. Valent ad id, & in quâ tum concessa sunt: & inde sumens crucem pro subsidio terræ sanctæ ex ordinatione Papæ, si moritur, non sentit purgatorium. Verum oportet hic directe considerare tenorem concessionis. Item dâs elemosynas pro indulgentia annali, lucratur eam, & ualet sibi ad releuandum onus pœnitentiæ. Itè dans septem nummos pro acquirendis indulgentijs septennialibus, liberatus est sine dubio quoad ecclesiam militantem, ita quod non tenetur ad eam seu ieiunare. nam indulgentiæ tollunt iniunctas pœnitentias. Item maioritas, & minoritas remissionis non attenditur secundum illa quæ dixit Ray. puta deuotionem pœnitentiæ, maiorem uel minorem: sed secundum fidem pœnitentis, & uoluntatem siue auctoritatem dantis. Attamen prælarus indifferet faciens remissionem huiusmodi onerat se. Et iuxta finem. §. uult. si sacerdos simplex dimittet pœnitentiam, & iniungat certam, puta triennalem: reliquam remittat aucto-

Coroll. 2. Stat aliquos duos facere idem opus indulgentiarum, & eosdem in quâli numero extentus dies indulgentiarum consequi: & tamè unum plus alio remissionem pœnarum intensiue per opus indulgentiarum mereri.

ritate sua, & ecclesiæ, hac completa non est credendum quod in purgatorio affligatur: licet presbyter se oneret, & fatue agat, pœnitentiam sic remittendo. Ecce dictum singulare de sacerdote simplici: & quod causa non necessariò requiritur in concedente. Quia dicit fidem pœnitentis, puto duo includi, scilicet credulitatem nudâ, quod claus ecclesiæ se ad hoc extendant. Vnde August. Christus dedit claus ecclesiæ: ut qui credunt in eis dimitti peccata, percipiant indulgentiam. qui non credunt, non percipiant. Secundo includitur charitas: quæ requiritur ex parte suscipientis, secundum prædicta. Quibus additur auctoritas conferentis: que in prima conditione fidei includi potest. Illa enim, absolute loquendo, sufficiens, & requiruntur ad indulgentiarum consecrationem, & collationem, tamen Papa potest aliter disponere. Gerson in de absol. Cath. & de indulgentijs dicit non esse curiose scrutandum de indulgentiarum præciso ualore sed conandum, quod homo indulgentias consequatur, secundum qualitatem suæ uocationis: reliquum deo committat, qui omnia fecit in numero, pondere, & mensura. ¶ Vndecima propositio. Tamen si non sit dubium indulgentias rite concessas tollere omnes pœnitentiâs rite iniunctas, ut tenor plenariarum concessionum communiter habet: attamen indulgentiæ plenissimæ tollunt omnem pœnam etiam iniungi debitam: ut tenor concessionis indulgentiarum indistinctè clamat. Prima pars habetur cap. Cum ex eo. de pœnitentijs & re. Secunda pars claret ex bullis, quæ indistinctè loquuntur sine specificatione de iniunctis pœnitentijs. Ex parte indulgentiarum non est repugnantia: quin ita possint respectu iniungendas, uel iniungi debitas claus non errare sicut iniunctas. Ergo summus Pontifex, & generale conciliū, unū potest ut reliquum. Fortè inferiorū concessionem per generale conciliū, & Papam sunt magis restrictæ quoad pœnitentias iniunctas. De illo etiam loquitur prius allegatum. cap. Cum ex eo. §. ultimo. Ex illo sumi potest intellectus huius dicti: do tibi indulgentias, xl. dierum, secundum

pp. 11. M. Indulg. etia plenissimæ tollunt omnia etiam iniungi debita

quodum opinionem communem, quod indulgentiæ ualet in foro dei ecclesiæ. do, seu communico tibi de ecclesiæ thesauro tantum, quod pœnitentiâ xl. dierum iniunctâ, quæ luere deberes ex iniuncto pro peccatis tuis, quæ commisisti, possis soluere, & redimere faciendo hoc uel illud opus indulgentiarum: ut literæ canunt. ¶ Si quaeritur, an consecutus indulgentias plenarias, adhuc teneatur ad quandam pœnitentiam subeundam: Respondetur consecutus indulgentias plenarias teneatur quidem ad hoc ad pœnitentiam præseruatiuâ a peccatis, aut etiam medicatiuam, sed non tenetur necessariò ad satisfactiâ. Nam post indulgentias acceptas ad hoc retinetur habitus uitiosus, & inclinationes prauas. Hinc solent imponi post consecutionem plenariarum indulgentiarum pœnitentiæ præseruatiuæ de uoluntate, & cõsensu peccatoris, & quâdoque humiliatiuæ hois pro gratiarum actione, ac beneficiorum remissio: sed non propriè satisfactiua: quia ex hoc opinari potest eas non fuisse plenissimas. ¶ Corollarium primū. Et si concessionem particularem indulgentiarum, ut cõmuniter sonat de iniunctis pœnitentijs, possunt tamen indulgentiæ Papales etiam tollere: si forma concessionis admittit, uel non excludit pœnas iniungi debitas. Quia aut patres uidentur uocabulo Iniunctis, puto hoc esse in fauore indulgentiarum. cap. Cum ex eo. de pœ. & re. Et est dispositio concilij generalis, ne ecclesiæ claus contententur, & salutaris pœnitentiæ eneruetur. Non tamen ob hoc indistinctè quis iuris pœnitentiæ est peccatori imponenda obligatorie nisi ad manū habeat indulgentiarum concessionem qua redimat eam, aut alia queis peccatore nolita iustè, & rationabiliter. ¶ Corollarium scdum. Quia secundum prædicta, & iuris cõmunis dispositionem indulgentiæ saltè particulares tollunt pœnâ iniunctâ, & non additur a quo, an a sacerdote, uel iure, uel dei iustitia: quia tñ omnis peccator ad cõdignâ tenetur pœnitentiâ, quâ deus iusto iudicio cuiilibet imponit, & ab eo si saluari uult exigit, & requirit: ideo potest probabiliter sine assertionem: quod omnis peccator habet pœnitentiâ ini-

Coro. 1

Coro. 2 De pœnitentijs iniunctis.

unctam per indulgentias redimendam: & per consequens, quod pœnam canonicâ ius scriptum uel non scriptâ cuiilibet pro suis peccatis, citra tamè obligationem operosam pro statu uiz imponit: aut saltem ostendit quid agendum sit pro peccatis. Posset tamen aliquo modo cõcedi, peccatorem ad hanc esse obligatum, si uult saluari, uel ad æquiuales. Exeplum de decalogo, si quis uult saluari: Quia autem nomen iniungere sic sumat large, patet ex diuersis bullis: in quibus dicitur. Et in remissionem iniungimus peccatorum. c. Cum ex eo. de pœni. & remissio. ubi Papa solum hortatur ad elemosynas, & non imponit obligatorie. Sic ergo potest cõcedi, quod deus offensus, ius scriptum, & confessor imponunt pœnitentias pro peccatis: quarum quælibet sufficit ad indulgentiarum consecutionem: & illa omnis indulgentia, tollit pœnam iniunctam &c. Sed hic non assero quippâ ductus ignorantia. ¶ Corollarium tertium. Licet tutum sit scdm Palud. non tamen est necessarium ad indulgentiarum consecutionem, cū homini imponit a iudice pœnitentiâ pro peccatis: quia illa iniunctio fiat cum disunctionem: quod faciat illam emendâ, uel opus æquiuales indulgentiarum. Est. n. in potestate peccatoris illam emendam assumere, uel non assumere secundum prædicta: nec confessor potest eum propriè ad purgatorium ligare, nec ab indulgentiarum perceptione (si potest facere opus indulgentiarum secundum formam concessionis) prohibere ceteris paribus: licet monachus possit recludi in claustrum, & prohiberi, ne illuc &c. uadat. Ratio mouens Palud. est quia tunc cõfiteretur, præsumitur esse in gratia: & si ipsi tunc imponitur pœnitentiâ subdisiunctionem, uel opus indulgentiarum, magis erit securus, de indulgentia. Et licet secundum Hostien. ut supra, corollario quinto propositionis septimæ, necesse est peccatorem recipere licentiam a suo curato, cum uult peregrinari, uel a suo iudice secundum alios: quatenus possit fieri particeps indulgentiarum hinc inde, ut peccator episcopo alieno sic subijciatur quo ad indulgentiarum consecutionem, non tamen oportet a sacerdote pœnitentiâ

Coro. 3 Ad consecutionem indulgentiarum non est necessarium, quod iniunctio fiat cum disiunctio ac.

iniungere recipere favorem ut opere indulgentiarum uti possit pro poene per eum iniuncte remissione. ¶ Corollarium quartum. Et salubre consilium (stante opinione qd quis non possit satisfacere pro peccatis cum est in peccato mortali constitutus) cui iniungitur alicui poenitentia gravis, qua spore suscepit forte annalis, quae tunc quare poenitentia illius per indulgentias remissionem: aut cum confessor non vult quempiam absolvere, nisi subeat hanc gravem, ac quasi intolerabilem poenitentiam, &c. aut cum quis praesumpserit melius de se, sed non potest ferre poenitentiam. Quis alias in genere loquendo, si opera poenitentiae faceret, prout deberet, multa & plura caeteris paribus posset mereri, qd opus privilegatum ut tale praecipue faciendo. ¶ Corollarium quintum. Indulgentiarum opera ad non privilegiata comparata habent se regulariter, ut excedens, & excessum. Nam prima sunt celerioris liberationis: & quandoq; quia non multiplicantur sunt minoris meriti, & gratiae, & gloriae. Item prima habent effectum ex merito passionis Christi, & sanctorum, ut sunt privilegiata praecipue. Alia etiam ex merito personali. Item acquisitio gloriae est melius bonum remissione poenitentiae. ¶ Corollarium sextum. Quia bona voluntas sufficit apud deum ad merendum, sed non ad satisfaciendum, non potest indulgentias consequi qui opus pro quo dantur indulgentiae non adimplet. nisi liceat aequivalens aliquid facere de superioris concessionem. Indulgentiae enim tantum valent, quantum sonant. Sicut non est in potestate cuiuscunq; opus indulgentiarum in alium transferre sine auctoritate superioris indulgentias dantis: ita nec aequivalens prout libet assumere pro indulgentiarum consecutione dimisso opere privilegiato si est per praelatum institutum. ¶ Corollarium septimum. Si vera sunt dicta doctorum, ut supra, qd ad indulgentiarum collationem, & receptionem sufficit indante auctoritas, in causa pietas, in suscipiente charitas, quantum est de se, nisi ordinatio praelati aliud habeat circa operis, pro quo dantur modificationem, & peccatorum actualium confessionem, sine quibus

Coro. 4

Coro. 5

Coro. 6

Coro. 7

Concl. superio- rum di- storum de indul- gentijs.

bus Papa potest dare indulgentias: & maioritas indulgentiarum non oritur praecipue ex devotione suscipientis, nec quantitate rei datae, nec ex proportione ad causam indulgentiae, sed ex abundantia meritorum Christi: possunt pleraque doctorum, dicta qd a multis floccipenduntur, bene interpretari, & saluari: ut puta cum dicit San. Tho. Duran. & Palu. Cum datur indulgentia indistincte ad aliquem locum porrigentibus manus adiutrices, intelligitur sed non suam conditionem, & qd est ei conveniens, qui porrigit manu adiutricem. Ut si Rex dat pauperi unum nummum, non censetur fecisse auxilium: quia decet eum secundum statum suum plus dare. de quo supra propositione. x. Sic & dictum San. Bonaventurae inquit. Non solum falsum est, sed et in iustione dignum dicere, qd aliquis pro tribus obolis, vel denariis possit redimere mille peccata: qd mali reportarent commodum ex malitia sua: cum alicui remittitur tertia pars poenarum, alteri quarta, aut sexta. &c. Et diues dās obolum habet tantum quantum paupericula. Intrates a loge ecclesiam & de propinquo venientes tantum habent. quae secundum eum sunt abusiones. Quibus consonat Gerson tracta. de indulgent. confid. viij. & deinceps, cum inquit. Solus Papa Christus potest illam tot dies, & annorum mille millium indulgentiam concedere, qualis reperitur in diversis concessionibus summorum Pontificum, & aliorum. diversis temporibus, locis, & causis. Et forte talis enormitas concessionis ab aliquibus quaeritur, aut alias male motis constituta est. Et confid. x. Indulgentiarum concessio per tot milia nedum dierum, sed & annorum, videtur difficile salubilis post remissionem aeternae poenae, & commutationem in temporalem. Constat. n. qd nec potest, nec debet homo singularis in hac vita ad tot annos obligari agere poenitentiam, non sit uicturus per mille simam partem tot annorum: & nemo ligatur ad impossibile. Ad idem inde forma absol. sac. dicit tales concessionem cum duo. millia annorum dantur legentibus Pater noster &c. corā tales imagines esse fatuas, & suppositas, ut supra notabili primo tactu ē. ¶ Ista

Quo po-
est quis
obolis re-
dimere
mille
peccata
quomodo
intelligi-
tunt.

dicta nunc recitata possunt rite salte aliqua defendi a falsitate, & ludibrio. Pot enim aliquis tribus obolis redimere mille peccata ad bonum intellectum coiter haberi solitu: immo minori: ut cum Papa in extremis constituto dar plenariam remissionem alicui sine opere indulgentiarum praevis secundum Duran. & in similibus. Sufficit. n. ad absolutam coessionem fides poenitentis, & auctoritas dantis, sedm Host. quis passim, & regulariter illa fieri non debeant propter causas raras de pe. & re. c. Cum ex eo. ne poenitentialis satisfactio enervetur, & claves contentantur. Et praelati indiscreti agentes: non respiciendo praecise honorem dei, & ecclesiae utilitatem, non evadunt culpam. Attamen (secundum multorum opinionem) concessio tenet, maxime diu subest causa peccatis: & praesertim cum non est destructivum cultus divini, nec impedit ecclesiae utilitatem &c. Et praesertim maxime de Papa Christi vicario qd sit fidelis dispensator. Nec peccator reportat commodum de malo nec enervatur: sed saluatur ordinatio Dei. Deus enim remittendo culpam, & obligando ad poenam, non ordinavit eam non posse, vel debere solui per alium eius nomine: sed exigit solutionem, siue per se, siue per alium. Itaq; satisfit deo, cum facta est solutio poenae. Et dicit Duran. quod si. Si peccator cosequitur remissionem peccatorum tribus denariis, non est nimis magnum forum de misericordia dei: dummodo sit debita causa hoc facienda. quia multo plus fuit misericors Christus pro nobis passionem (cuius uirtute sunt indulgentiae) sustinendo. Ideo cum secundum praedicta indulgentiarum collatio non innitur merito particularis hominis indulgentias cosequi uolentis, sed auctoritate dispensantis, & meritis sanctorum, quorum Papa dispensator supposita causa legitima, potest Papa pro loco, & tempore ad promouendum dei honorem, & ecclesiae utilitatem indulgentias largas dare pro re minima, ut uulgus loquitur, citra clauium contemptum, & ludibriu. Et quale inconueniens: si dicatur Papam posse absolute purgatorium euacuare? Exempla causa: sint in purgatorio mille

animae: & uadant assumpta cruce uisori-centur: ite; ordinatio Papae, qd singul' possit decem animas liberare &c. Hoc enim & illi concedatur: iam purgatorium euacuatur. Si ergo potest hoc Papa, ut fecit Alex. vi. in iubileo, dando indulgentias morituris in itinere &c. cur non hic? Et sicut in hoc casu non respicit magnitudo laboris, sed sufficit bonu positu bel-ladit: & auctoritas coedentis pariter, & fidei utilitas, & necessitas: ita & in proposito dici potest. Cu hoc stare pot, qd non nunq aliqui talia cofixeriat, ut in calle-gato. Cum ex eo. & in Cle. de poeni. & remissi. cap. Abusionibus, ubi multa abusiones recitatur. Sic ordinari posset, quo ad clericos pugnatuos exhortates, doctes in fide &c. Nec impedit, si opus indulgentiaru est spuale, uel corporale: diu salte auctoritate coedentis indulgentias e priuilegiatu. Itē cu dicitur alicui remitti mille peccata aut tertiam parte peccatorum: si intelligit de remissione culpae, co-ceditur, qd est fallum: quia indulgentiae respiciunt poenae temporalis, & non culpae remissionem: sed supponunt ea. de poen. & re. in Cle. c. Abusionibus. De diuite, & pau-pere patuit. Sic de iunatibus ecclesia de ppinquo, & remoto. Cosequunt qdem easde indulgentias, sed no habent idem meritū. Praemiu enim essentiale dat secudu quantitate deuotionis, seruatoris, & laboris &c. & pmiu accidentale. Nec fit in hoc iniustitia: qd indulgentia no datur ex debito, sed beneplacito praelati, ut supra. Ad dicta Gersonis no constat de huiusmodi concessionibus. Fortē doctor ille numero indeterminato p determinato ual de magno utitur, ut sumi potest de forma absol. sac. ubi idem sub alio refert numero. Verum quicquid fit de illo, possunt fieri abusiones, & fisiones plurimae a quaestoribus. Hinc gnale concilium, ubi supra, posuit legem praelatis, & praefixit formam quaestoribus, qua proponere debet, & non aliam. sed per hoc Papae manus no est clausa. Item nescitur, quot anni huius seculi in poenitentia correspon-det uni anno in purgatorij poenis, & indulgentiarum dies sunt remissiones poenitentiae, ac poenarum huius seculi, secundum

No im-
pedi-
si
opus in
dulgen-
tiarum
est spiri-
tuale,
uel cor-
porale,
dum ad
fit aucto-
ritas co-
cedentis.

predicta propositione. x. Quia etiam dicitur huiusmodi excessivas concessiones esse superfluas, & fatuas: potest aliquo modo admitti: quia sunt suspecta, aut quia non sunt tanta, ut predicantur ab his qui forte confinxerunt, cedunt denique in ludibrium clauium, & poenitentialis uitae enervationem: & ita cauenda: Suo modo dicitur ad dictum Palu. quest. iij. artic. j. Negetur: quia Papa non possit sic dare uerum esse pro causa iniusta non dat, aut forte dare non potestur causa dicitur, quae fouet peccatum, & est contra honorem dei, & ecclesie utilitatem. Cuius uero dat, presumendum est de causa iusta, dum saltem non constat de iniusta. ¶ Corollarium. Et si potest uere dici indulgentiarum concessiones esse (maxime quoad deum) opus liberalis remissionis: at tamen dicunt aliqui quod opus indulgentiarum est ueluti meritum congrui indulgentiae ut praemium accidentale. Item opus indulgentiarum est ueluti labor quo promouetur laus dei, & sanctorum, ac ecclesie utilitas in indulgentia, ut stipendium, & te ordinatione summi Pontificis: Ad hoc alludunt plerique indulgentiarum bulle. cap. Si de re de remissio: & re. Cle. Vbi dicitur indulgentia dari loco manualium distributionum, ut per eas fideles animetur ad diuinum cultum. ¶ Corollarium nonum. Si quis consequitur indulgentias annales de iniunctis poenitentis, potest per eas redimere poenitentias annales huius seculi sibi pro tunc iniunctas a sacerdote, uel eas ad futurum seculum referre pro multiplicium poenarum, ad quas pro peccatis commissis tenetur, solutione. Pater ex dictis. Sed non potest huiusmodi indulgentiarum fructum referre pro peccatis quae committendis pro abstentione poenarum eorundem sibi forte iniungendarum. Pater. Nam indulgentiarum concessio, est de peccatis praeteritis, & iniunctis: non iniungendis poenitentis. Hic. n. intuitu indulgentiarum uult peccare in futurum: & deficit causa concessio indulgentiarum. s. pietas, & honor dei, deficit subiecti capacitas, & carentia gratiae. ¶ Corollarium decimum. Indulgentiarum concessio non est parumpotest, seu continenda: sed amplectenda deuote,

Coro. 8

Indulgentia opus meriti congrui

Coro. 9

Indulgentia de peccatis commissis, non aut committendis.

Cor. 10

in fide, & spe, & charitate dei nostri Iesu Christi, qui potest talē dedit hominibus. ¶ Coroll. undecimum. Quia in moralibus tutior nra eligenda est, expedit, & sumopere condicita inniti indulgentijs particularibus, uel plenarijs: ut non omittatur profusus, & totaliter poenitentia operis peccatis debita. Pater respiciendo multa dubia, quae hinc inde occurrunt in indulgentiarum materia: tollat solū iniuncta, & a quoram etiā iniungi debita poenitentia: & tamen si de auctoritate datis indulgentias uiuis, & mortuis, ut supra, nulla sit dubitatio: sed ueritas &c. ¶ Corollarium. xij. Non opus est ad indulgentiarum collationem prelatū habere certā, & determinatā uerborū formā: sed sufficit prelatū in indulgentiarum collatione sua explicat, & uoluntatē, & auctoritatē. Pater: quia collatio non est sacramentalis: sed cuiusda uoluntaria iurisdictionis. Ita tenet Gerson. in de forma abso. confes. ¶ Quantū ad articulum tertium est dubium primum de consequentibus indulgentias plenas in mortis articulo: an statim uolent. Circa quod uidendum, quod uenit noie mortis articulus: quia non solum ultima hora spiritus mortis: sed rebus illud, quo probabiliter timeat de morte, secundū cōiecturā humanā, ut cū aliquis constituitur in piculo maris, in bello, in loco pestiferō, obsidio inimicorū, Mulieris pro parte, uel in parte, ut habet cōis opinio, in piculosa peregrinatione, & ita de similibus. Itē in senio magno, & multorum annorū. Sic est dare uerū articulum mortis, & psumptū, cū quis timore mortis inuānt sacramentis: licet resurgat a ualitudinis lecto. Dubiū petit duo principaliter. unū: an indulgentia datur pro mortis articulo ualeant toties, quoties contingit quae in mortis articulo constituit uero, uel psumpto, uel solum in uero mortis articulo, cum mors quātocyus comitat. Aliud: an sic absoluti, & indulgentijs donati uolent. Ad primum hoc dependet ex mente legislatoris dantis indulgentias: quae non nunquam clare exprimitur in tenore concessionis: sicut declaratū fuit tempore Innoc. viij. circa intellectū confessionaliū, quod remissio ualeat uigore eorundem toties, quoties homo uerisimiliter habet timorē de morte

Cor. 11

Cor. 12 Ad indulgentiam non est opus certa forma uerborum

Artic. p. Dub. 1. p.

De consequentibus in indulgentias plenas in mortis articulo an statim uolent.

morte suae: etiam si tunc non moriatur, ac etiam in uero mortis articulo. Id ipsū explanat, & determinat Alex. viij. in bulla sua contra Turcas. Cum ergo ex serie uerborum conferat de mēte legislatoris, quod ualeat quoties contingit homines in mortis articulo constitui, non est ultra quaerendum. Secus dum litera ipsū non explicant. In hoc casu uidetur consilium: si indultum non sonat nominatim de uero mortis articulo: sed dumtaxat in genere de mortis articulo sine specificatione toties, quoties quis ad ipsū mortis articulum puenit, quod quis se faciat, si opus est absolui toties, quoties uigore concessionis, & petat sibi indulgentias dari, si tenor concessionis habet, quod potest eligere cōfessorem &c. qui sibi indulgentias tribuat, & conferat, referendo intentionem suam ad mentem Papae indulgentias plenarias cōferentis. hoc enim tacite est, & ualeat, ut ualere potest. Nec est simile de unktionis extremae sacramento: quod ualeat toties quoties, licet sit sacramentum exeuntium. Hic uero expirat priuilegiū: cū quis eo semel usus ē in mortis articulo, quo ad remissionem plenariam, nisi textus indulti aliud habeat. Qui si huiusmodi eger resurgit a ualitudinis lecto, & non est clarū, quid uenit in bulla nomine articulus mortis, an uerus, uel psumptus si prius absolutus fuit, forte non uigore specialis indulti: sed generalis concessionis, & dilatationis clauis ut Palu. loquitur in sacerdote pro articulo mortis, tutius est, immo debitū: cum absolutio non potest esse conditionata: & forte habet casus reseruat, petat idoneū cōfessorem, qui se absoluat in reseruat. Et cū principale, puta confessionis audientia quo ad casus reseruat, praesertim nulla est, etiam accessoriat, hoc est poenitentiae iniunctio, & indulgentiarum collatio saltem pro illis non confessis, quo ad hoc nulla est. Quia si moriturus non habet de nouo contentenda: sed dumtaxat prius rite confessus: non oportet, ut tunc uigore indulgentiarum consequendarum confessio non sacramentalem praemittat. Nam illa facultas absoluedi datur ipsi in fauorē indulgentiarum, si opus habet cōfessione,

& sacramentali absolutione. Si habet cōfessionem, sed obliuiscitur, aut loqui non potest, dicitur ut supra. Videtur enim probabile dictū, licet Papa possit alicui cōfessionem habenti propositū, & uoluntatem cōfessionis dare indulgentias peccatorū: non cōfessionis actu, sed contritorū, dūmodo alias est indulgentiarum capax: sicut fecit Sixtus. iij. in indulgentijs ecclesiae Vrachensis dioecese. Constan. Attamen communes literae concessionum etiam Papalium loquuntur, & sunt intelligendae de confessionis actu, & non solum pposito, sic quod licet alicui nunc non cōfessio, sed cōfessio (gratia exēpli) pro cōsequutione indulgentiarum de corpore Christi &c. possunt dari indulgentiae, & ipse consequi eas: de peccatis olim cōfessis, & cōfessis, non tamen pro cōfessis, non dū confessio actu, nisi indultum specialiter hoc dicat. Nec impedit dictum Panor. ca. Omnis utriusque, cum uult, quod indulgentiae cōcessae uere puenit cōfessionibus, & confessis proficit illis, qui se mel fuere confessi in anno, & habent cōfessionem praeteritorum, & propositum cōfessionis &c. Nam intelligitur: quod pro illis, quae confessi sunt, possunt nancisci indulgentias, si sunt pro tunc capaces indulgentiarum. Similiter nec dictum Antonini in expositione praefatae Decretalis impedit: quia est intelligendum, ut dictum Panor. sicut quod non confessio non impediunt indulgentias peccatorum confessionum actu, dum quis est alias contritus, & capax indulgentiarum. Sed non extendunt se ad non confessio actu (cōi lege) per consequens nec ad obliuiscitur, de quibus non est facta cōfessio specialis, & nominata, sed forte solum generalis, quia euaserunt hominis reminiscenciam, & cogitationem. Imputet sibi, cur non crebrius confessus est, aut peccata annotauit charitatis, si labile habuit memoriā, & multis curis implicitus. ¶ Corollarie sequitur. Rarissime cōsequitur quis in iubileo plenissimas indulgentias, non ex indulgentiarum defectu: sed propter sui negligentiam. Hinc non ab re dantur septennem quoque in iubileo &c. Papa uero dat plenissimas, ad hoc dicitur ppositis. Nec cogit glo. in Cle. Si diuinū. Cab. Biel. Pp† 3

Concessio littere intelligenda sunt de confessis actu, & non solum pposito.

Coroll. Rarissime consequitur quis in iubileo plenissimas in-

eodem tempore celebrat sacerdos, & interest diuini: similiter & laici: an ab omnibus illis actibus simul tempore habet suas distinctas indulgentias. Et sic de alijs multis consimilibus quæri posset. Ad illa difficile est respondere non scia mente concedentis: quæ non est clara, nec in Cle. Si diuinum de reli. & uene, sanctorum. ubi Clemens refert constitutione Urbanum. v. Nec in extrauagante Euge. iij. referentis Urbanum, & Martinum. v. Dicit S. Thomas. dist. xx. & post eum Durand. questio. iij. ibidem. Cum indulgentiæ sic dantur. Quicumq; uadit ad talem ecclesiam, usq; ad tale tempus, habeat tantum de indulgentijs: intelligitur semel tantum pro uno die. Fortè ex eo secundum illud doctorem: quia non additur tali hora, uel singulis horis toties quoties: q̄ clausula nonnunquam solet addi: & utiq; est alicuius importantiæ, & utilitatis. Et indulgentiæ tantum ualent, quantum sonant. Palu. ut supra pluries in die non uidetur sensisse: quia posset cedere in derisionem: quia non faceret homo nisi ponere pedem exire, & redire. Videretur etiam non rationabile: si toties lucraretur. Et supponendum: q̄ Papa non potuit, uel uoluit dare indulgentias p̄ causa non iniusta. Hec ille. Hoc ut supra facile infringit: nec est in hoc causa iniusta, dū adest honor dei, & utilitas ecclesie, quæ sufficiunt cæteris paribus. Nec oritur ex hoc ludibrium, sed excitatur deuotio populi: promouetur honor dei: propelluntur occasiones peccatorum, & uiolationes festorum &c. Dicit Sanct. Tho. ut supra. Si in ecclesia aliqua sit perennis indulgentia sicut in ecclesia San. Petri. xl. dierum: quoties quis uadit ad ecclesiam, toties indulgentias consequitur. Sed Durandus dicit ad illud dictum San. Tho. de ecclesia San. Petri, q̄ non potest sciri per certitudinem sine determinatione Papæ. & ita nec ad priora potest dari quietans responsio. Nec indulgē ualēt dicta imaginaria. Sic si quæritur de indulgentijs datis ad magnum tempus, an uadens singulis diebus consequetur eas quoties uadit. Dicunt aliqui, quando indulgentia data est ad determinatum tempus, puta ad octo dies sic, uel sic, non

percipitur nisi semel. Prorogatur autem ea de causa, ut non potens venire uno die ad locum indulgentiarum ueniat alio die: & non ut pluries ueniens pluries cōsequatur indulgentias. Quando uero datur ad semper, potest quis singulis diebus habere indulgentias: & sic iuxta dictū Thom. ut supra, & non singulis vicibus diei. Itaq; sæpe ueniens, non careat suo merito cæteris paribus: sed de indulgentiarum repetita consecutione non constat. Nec cogunt inducta quæcumq; cum non habetur ad hoc mens, & constitutio ecclesiasticæ Hierarchie. Nec ualeat arguere per simile: quia impositis constitutionibus non ualeat dicere tibi eadem ratio idē ius est. Nec mos populi, aut honor Dei &c. aliquid faciunt ad hoc. Pari ratione posset argui de quibuscumq; actibus ecclesiasticis &c. De officio corporis Christi: quo ad missam, & honorariū audicionem, & celebrationem: Dicendum, secundum tenorem summorum Pontificum Eugen. iij. qui refert Martinum quintum, & Urbanum quintum. Item incipit. Si dominum. de reueren. & uenera. in Clementi. Et primum de comitantibus eucharistiam ad infirmos, puto esse indulgentias perennes, ut loquitur Tho. & Palud. & ita ualere pro qualibet uice hoc fit: non tamen crebrius quo ad eundem hominem uno die: ita q̄ pluries sequendo uno die, pluries habeat indulgentias: sed singulis diebus pro semel haberi possunt, non curando qualibet uice die, uel mensis hoc fiat: ita tamen, q̄ non pluries in die. Sic de communicantibus, & celebrantibus. Communicantes semel, & celebrantes in die semel nanciſci possunt licet, & ipsi communicent, est tantum unum officium sacerdotis. Ita uidetur: q̄ non nisi semel in die ex horarū audicione singuli singulas consequuntur indulgentias. Attamen neglectū, hic potest alibi suppleri: quia textus loquitur generaliter in ecclesijs &c. Sic de missarum audicione etiā uidetur dicendum: q̄ unius auditio missæ indulgentias habet confusè tantum: stantibus dictis illorum doctorum: siue dicantur indulgentiæ perennes, siue temporales. Quia si quid minus bene

ties quæ uadit, cōsequatur.

De officio corporis Christi.

bene actum est in illa ecclesia: potest alibi releuari ex horarum repetitione. Ad hoc uidetur esse series textus tam in Clementi. Si dormitum. quam in extrauagante. Si bene inspicitur. Et non sumitur hic auditio proprie: alia surdus cōsequi non potest, sed sumitur ciuilitate pro interesse diuini in ecclesijs, ubi officium de corpore Christi contingit celebrari. Sic enim loquitur textus, non de audientibus: sed de interessentibus. Sic dicitur quis quādoq; audisse missam: cū interfuit ecclesie, in qua lecta est missa, licet missam nullatenus corporaliter audierit. Nec impedit uocabulum celebrare, utputa dantur omnibus penitentibus uere, & confessis, qui interfuerint ecclesijs, in quibus illud officium celebratur. quod uocabulum non dicit celebrationem cōuenientem, quæ sit a canonicis, aut monachis. Sic enim in alijs priuatis ecclesijs non potest quis consequi indulgentias, dum plebanus quis solus officium legit in ecclesia. Præterea: si interessentes horis, & officijs habent indulgentias, maxime celebrantes easdem: sed non dupliciter: scilicet ex lectione, & interessentia. Textus solum loquitur de interessentibus. Dicit ergo celebrare, officium illud peragere. Restrictè sumere uocabulum, uiderur manifestè esse contra Papæ mentem uolentis per uniuersas ecclesias ciuitatū, & diocesium Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum &c. a clericis, & populis hoc sacramentum uenerari. Hinc ad animandum populum, ad colendumq; festum illud data sunt indulgentiæ interessentibus diuinis, sed non habentur ubiq; conuentus, & collegia clericorum. Sed quid si sacerdos priuatus ad partē legit in ecclesia horas canonicas, ante, uel post horarum collegialem celebrationem, an consequatur indulgentias ex hoc, cum forte prius non interfuit horis? Viderur, q̄ sic ex ui uerborum bulle. Non tamē celebrans tempore horarum in ecclesia, aut officium faciens, duplices consequitur indulgentias, ut dictum est: eo q̄ facit officium, & inter est officio suomet, quod facit: quia non potest officium facere in ecclesia: nisi ingrediatur

Indulgētia corporis Christi non ualeat dupliciter accipi.

ecclesiam. Corollariè sequitur secundum illos doctores. Qui ex pleno officio diei totius indulgentias nactus est in una ecclesia, in qua officium fit de corpore Christi tempore determinato, non potest iterato, & pluries in alia, uel alijs ecclesijs eorundem officiorum, uel horarū indulgentias consequi, sed ex officio totius diei semel nanciſci potest indulgentias completas illi officio debitas: licet partem officij totius diei posset audire hic, aliam alibi &c. Occasione huius dubij aliud hic moueri potest dubium de simul legendo horas canonicas, & audiendo missam pro eodem tempore diei festi, quo celebratur diuina. Quintum dub. An aliquis, qui die festo tenetur audire missam, possit sub eadem horarum suscipere, ut dicitur, & persoluere, ad quartam lectionem tenetur. Videtur, q̄ nulli istorum satisfaciatur. Si enim deuotè unum peragit, uolens se auertere ab alio. Et si unum illorum in deuotè complet, peccat contra præceptum concilij generalis. c. Dolentes. de celebra. missa. Præcepit. n. ibidem concilij generale in uirtute sanctæ obedienciæ, ut officium diuinum, nocturnum, & diurnum, in quantum eis dedit, studiose, & deuotè celebrent clerici, & prelati ecclesie. Studiose, sine syncope, aut alicuius omissione. Deuotè, per attentionem cordis: ita q̄ salte uolentes non distrahanur. Referuntur ab aliquibus super illo tres opiniones. Prima: q̄ peccant grauiter, qui contraueniunt præcepto concilij generalis. Secunda: q̄ uenialiter solum, moti illo uerbo. Quantum deus dederit diuinum officium studiose, & deuotè celebrent. Tertia: q̄ non incurunt culpam, sed suspensionis pœnā, sub qua id prohibetur. Cum reuerentia id ultimum non cogit. Nam pœna non adijcitur per modum disunctionis. In hoc enim casu, cū per modum disunctionis annectitur pœna in præceptis pœnalis, sufficit pœnam dare, ut pluribus placet. Sed adijcitur absolute quasi inducens ad præceptum, ideo pœna huiusmodi non excusat, sed bene aliquo modo fit compensatio, secundum Gerlon in floribus. titu. de superbia.

Coroll.

Dub. 5. S

An aliquis, qui die festo tenetur audire missam possit sub eadem horarum suscipere, ut dicitur, & persoluere, ad quartam lectionem tenetur.

Tres opiniones. 1.

2

3

Quid si potest dari quietans responsio. Nec indulgē ualēt dicta imaginaria. Sic si quæritur de indulgentijs datis ad magnum tempus, an uadens singulis diebus consequetur eas quoties uadit. Dicunt aliqui, quando indulgentia data est ad determinatum tempus, puta ad octo dies sic, uel sic, non

ad diuinum adiutorium exurgat, solum deum uere potentem, insuperabilem, cū mentis iubilo, & uoluntatis beneplacito recognoscendo. Ad quod mouetur, quia iudicat se indignū ad petēdum: aut quia res, quam uult, magna est, non audet eā expressē petere. Sese ergo uilificat corā deo suam indigentiam imbecillitatem, & nullitatem exponendo more languidorum sua uulnera palam protendētiū &c. ut sic misericordiam consequatur: cum publicano non audens ad cælum oculos leuare. Qui scrutatur scripturas, inueniet omnes orandi modos in his tribus includi. Si ergo quispiam est, qui nouit suggere mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, & singula quæq; inter celebrā dum, dum audienda est missa, salubriter reuoluere, secundum beatum Bernardū, ut supra, instar fabri incudem tangentis, dum ferum ab alijs cuditur, quasi pro recreationis solatio: Cui deniq; uel oratio dominica, uel angelica salutatio, aut symbolum famularum ad omnia petēda, & credenda, ad fidei, spei, & charitatis augmentum, ad colendum deum, fide, spe, & charitate: Credo huic non obesse, sed plurimum conducere, si talia frequētat in missa, aut diuinorum officiorum auditione: quia sunt ei adminiculo ad ea, quæ facere tenetur in die festo. Sic de orationibus peculiaribus, illo saluo. Ne quid nimis. Oportet enim illa facere, sed hæc nō omittere, quæ ecclesia profic instituit facienda, & meditāda, pro fidei, spei, charitatis augmento. Sic de Psalmis prophetis dixerim. Sunt enim qui exercitatos ad intelligendum habentes sensus, facile, & absq; omni impedimento possunt sese eleuare ad deum: & sua cōtemplatione seu meditatione deuota dirigere iam ad hoc, iam ad aliud, quod ante se habent, qui deniq; quolibet uersu speciali inflammantur deuotionis spiritu, aut illustrantur considerationis oculo, ponderatis uerborum sententijs. His (ni fallor) non obest, sed prodest diuinorum tempore psalmos recitare, aut horas aliquas persoluere modo prædicto. Ita tamen, ut cum lectione horarum possent missæ officijs intendere, & cum ec-

clesiæ ministro sacrificium consummare. Sæuus de ijs, qui accidia pressi, tempus uolunt lucrari, & uno momento singula terminare, non quærentes mentis eleuationem in deum, sed orationis terminū, ut utroq; simul exposito, possint prophanis uacare. Hi difficile excusantur: sunt enim proflus in exercitati, tepidi, segnes: & uolentes tunc horas legere &c. uolūt in missarum auditione ab ijs, quibus intēdere deberent, auerti, & distrahi. Aut si intendunt ad sacramentum, aut altaris ministerium in missæ auditione: uolunt uirtualiter hos distractē dixisse, & auerti ab eisdem &c. Sic consimiliter dicendum cum ea, quæ assumuntur cogitanda tempore seruitij debiti, sunt grandia, & insolitata: ut egeant forti attentione, aut studio labore, ut non possint statim trahi in cogitationem familiarem, & facilem, non magno studio. secundum Gerson. de forma absolutionis sacramentalis. Hinc tutius est: quia secundum uulgare dictum: Pluribus intentus minor est ad singula sensus, ut quis unū cum alio non commisceat: ne in utroq; minus satisfaciatur. Agendum ergo crediderim in his, prout unctio docet, seclusis fraude, & dolo, non ut torpor accidia, ac libido rerum inutilium premit, & trahit. Sicut enim gustato spiritu desipit caro: ita carne gustata desipiunt spiritualia. Sic intelligendum est dictum beati Bernardi. Ingratum est spiritui sancto, quicquid obtuleris, neglecto quod debes &c. Nec ualet hic dicere contra constitutionem concilij, qd ecclesia non potest hominem obligare ad actus interiores, sed solus deus, ut habet Gerson. in floribus: quia uerum est solum deum hoc posse directe, & per se. Ecclesia uero hoc potest indirecte, & per accidens, dum iubetur actus exterior, qui non potest recte fieri, nisi ab interiori procedat. Sic est in proposito: lectio horarum consummari non potest sine attentione ad ea, quæ legenda sunt. Qui enim uult non attendere ad lectionem, uult implicite non satisfacere illi præcepto, quia uolens antecedens uult & consequens &c. Hæc pro qualitate temporis mouere placuit dubi-

Dub. 6.
An religio-
si et
possint
collequi
indulge-
ntias.

bia, maiorum sententia semper salua sub resurrectione Christi octaua. Consonat Gerson de sollicitudine eccle. parti. lxij. ¶ Sextum dubium: An religiosi etiā possint consequi indulgentias, hoc dubiū omnes scribentes tangunt, nescio quæ ratio dubitandi, tunc subsuerit forte respectus concessionis indulgentiarum: quia non nisi pro rebus arduis datæ fuerint, ut peregrinationibus magnis: itē pugnantibus contra infideles, sumēdo crucē &c. Aut summus Pontifex noluit impedire profectum religionis saluberrimum, & mitæ sanctimoniam: quæ tunc plurimum uiguit in religionibus. Erant enim omnino studiosi, & summam contemplationi, ac scripturarū scrutinio dederunt operam. Patet de diuersis doctissimis uiris, & glossatoribus Bibliæ, monachis monasterij Fuldenfis, qui totam ecclesiam suis operosissimis studijs illustrarunt. Et fortassis eorum supererogationis opera abū dabant: & poterant carceris prodesse: & charitatis feruor omnem peccati maculam absterfit. Aut forte per ingressum religionis secundum quosdam perceperunt quasi secundum baptismum, & omnis pœnæ remissionē, de quo alibi uisum est. Verum quicquid sit de illo, tam secularibus, quā regularibus possunt prodesse indulgentiæ carceris pauperibus. Et licet sint, ut dicitur in statu perfectionis acquirendæ, non tamen sunt ex hoc usq; quaq; perfecti, sed homines Dei dono indigentes, ut cæteri: Hinc in bulla Alexandri. vj. dantur indulgentiæ religiosi de ordine mendicantium, etsi non contribuant ad cruciatam contra Turcas, cū nihil habent: dummodo cōfessionem audiant, & indulgentias, ac facultates in bulla concessas publicent, & prædicent, si idonei fuerint: secundum ordinationem, & commissionem legati apostolici. Aut alias, si ad priora idonei non sunt, orationem fundant ad dominum pro Papa, ac uniuersalis ecclesiæ statui, ac si dei catholicæ uisione. Simile concessit Innocent. octauus, & extendit ad religiosos, qui sine licentia suorum prælatorum nō possunt quicquam contribuere, aut quia nolunt fauorem dare. Porerat .n. cis dē

legato, uel commissario apostolico opere indulgentiarum iniungi, ut indulgentias, & facultates apostolicas denunciant: confessionem audiant, sine contradictione cuiuscunq; si ibi comperti fuerint habiles, & idoneæ personæ ad opus illud &c. ¶ Septimum dubium. An Papa possit de potentia absoluta dare indulgentias existentibus uere in peccato mortali, non solum nodum confesso, sed nec contrito. Quia possit dare contritis, & non confessis actū, dubium non habet secundum prædicta: sed qd nec cōtritis, nec confessis, dubium habet. Sunt, qui dicunt tenendo opinionē, qd quis in mortali existens potest satisfacere uere citra reconciliationē cum deo pro pœnis peccatorum, ad quas tenetur. Non est ab re dicere Papam posse dare indulgentias existenti in mortali pro pœnis peccatorum contritorum, quia non uidetur ratio diuersitatis. Si enim placet deo acceptare opus peccatoris in solutionem pœnæ, quod per se facit citra reconciliationē cum deo: ergo etiam ut uidetur, acceptat illam pœnalaritē sanctorum pro pœnarū remissione peccatoris immortalis peccato constituti: dum ei per Papam communicatur citra reconciliationem eiusdem cum deo. Tenendo opin. contrariā nō potest, immo nec potest etiam secundum primam opinionem. Ratio diuersitatis est, licet Papa sit dispensator thesauri, nō tamē uere dominus, ut omnino pro suo debeat erogare, sed secundum mentem, & intentionem sanctorum. Et si quandoq; potest, tamen non contra eorū intentionem, & uoluntatem. Cum uerō existentēs in peccato non sunt ei iuncti charitate: deus non acceptat id. opus indulgentiarum in solutionem pœnæ pro eis. ¶ Octauum dubium. Quid de illo uersu. Dirupisti domine uincula mea: tibi sacra sicca. host. landis. De quo dicunt aliqui: qd dicitur bis, uel ter in morte habeat magnam efficaciam: & imponunt beato Bernard. qd id ipsum dixerit. Dicendum, qd nūquam talibus, & similibus est attribueda aliqua uirtus supernaturalis, nisi hoc trahi possit ex scriptura canonica, uel reuelatione diuina: & oppositum credere

Dub. 7.
V

An papa dare possit indulgentias in peccato mortali existentibus.

Dub. 8.

Versus ps. Dirupisti domine uincula mea: tibi sacra sicca. host. landis.

habet quādam speciem superstitionis, secundum q̄ plus, uel minus asseritur, & fortior in eo confidentia ponitur. Post sunt tamen quandoq; habere defensionē propter simplicium pietatem, qui deuotione ducti, cōfidunt se uerē per hoc aliquid impetrare. Suffragantur n. eorum (ut dicunt) deuotioni: quæ quandoq; per uia impetrationis aliquid obrinet, & in spe forti ad deū roborat &c. ¶ Nonū dubiū. An sancti in celo nobis orātib; largiunt indulgētias. Respōdēt, largiuntur impetratiue, non auctoritatiue sicut summus Pontifex in terris. Christus uerō sacerdos in æternum, cuius auctoritas principalis est in omni indulgentiarū collatione, indulgentias illimitatē, & prout uult ceteris paribus, inimpedibiliter cōfert. Hæc cum submissione humili de indulgentijs disputare placuit.

QVÆSTIO. IIII.

A VARTO' quæritur circa conclusionem textualē tertiat: Vtrum animę gloriificatę in celo cognoscāt uiatorum supplicationes, & p̄ces in uerbo: intercedant quoq; pro uiatoribus affectu, & merito. ¶ Quantū ad articulū primū suppono dicta in ij. dist. iij. q. ij. de angelorū cognitione: & dub. ix. de angel. locutione: & quō dicuntur, & ad quē sensum cognoscere se, & alia per essentiā suā, uel species a rebus acceptas &c. Nam secundū Ockā q. xij. iij. dicendū est de anima separata, sicut de cognitione angelorū. ¶ Dehinc notādū pro terminorū intellectu, q̄ duplex solet poni cognitio angelorū post beatū Aug. lib. xj. d. ciui. dei. c. vij. & xxix. & super Gen. ad literā. lib. iij. cap. xxij. & deinceps per totū. s. matutina, & uespertina. Matutina, quæ est rerū in uerbo. Vespertina, rerū in proprio genere. Siquidem angelus cognoscit res, uel in creatore, uel in genere pprio: hoc est in uerbo, uel in natura rei propria: siue cognoscat per species concreatas, ut quidā dicit, aut a Deo influxas: siue in proprijs generibus a rebus acceptas. Prima a quibusdam nominatur supernaturalis bea-

tifica, & in lumine glorię. Secūda naturalis in lumine natura: & est inferior prima, secundū Aug. cap. xxxij. lib. iij. super Gen. cū inquit. Mens angelica pura charitate inherēs uerbo Dei, posteaquā illo ordine creata est, ut p̄cederet cetera: prius ea uidit in uerbo dei faciēda, q̄ facta sunt: ac sic prius fiebat in eius cognitione: cū deus dixit, ut fierent, q̄ in sua natura propria, quę tūc facta in eisplis etiā cognouit: minore utiq; noticia, quæ uespertina dicitur: q̄ notitiā sane p̄cedebat, quæ fiebat: quia p̄cedit cognitionē, quicquid cognosci p̄t. Nisi n. prius sit, quod cognoscat, cognosci nō potest. Hæc ille. Ex hoc dicto Aug. sumitur modus loquēdi de cognitione duplici, matutina, & uespertina. Ex quo plura colligit Fran. Maron. quæ quia respiciunt cognitionem, & cōditionē angelorū (de quibus in ij. Sententiarū) hic rescindunt, nō curādo, quā cognitionē habuerint angeli ante suā saluationē, & beatificationē. Secundū Aug. ut sentit Fran. Maron. cōditi fuerunt in puris naturalibus. Aug. uerō loquitur de matutina beatifica, ut claret ex uerborū, quā dicit angelos habuisse ante rerū conditionē. Dicta est matutina: quia in uerbo. Alia uerō uespertina, p̄pter excellentiā unius ad alterā, & forte quia matutina cognitione cognoscendo res in uerbo, cognouerit nedū creaturā, sed & factore creaturę, secūdū illud Apostoli. Inuisibilia dei a creatura mūdi p̄ ea, q̄ facta sunt, cōspiciuntur. Ro. j. Cū uerō dixit quia p̄cedit cognitionē, quicquid cognosci p̄t. intelligitur de cognitione uespertina rerū in proprio genere, non de matutina. Nec sequitur deus, uel angelus cognouit hoc: ergo ipsum est: uel deus cognoscit res antequā fiāt, ergo sunt, & nō sunt. Nā cognoscit, est terminus ampliatiuus ad plures temporum differentias. Sed bene sequitur, possunt esse. Sic dicitur aliquid esse antequā sit: esse & non esse: esse antequam producat, secundum Aug. Hoc enim loquēdi modo rē esse, est ipsam cognosci, seu habere esse cognitū, quod esse cognitū: non est esse reale: sed est solum cognosci, & p̄uideri, etiā antequā sit reale. Sic quandoq; dicitur

omnia esse in Deo, anteq̄ fiāt. i. cognosci priusquā in esse ponatur. Item quæ sunt p̄ducta a Deo: uel producibilia a Deo, sicut effectus in causa. Itē quia cōtinēt in se eminētē p̄fectionem omniū, & trascendit sua p̄fectione omnia. Nō aut rerum p̄fectiones sunt in deo formaliter, nec rerū imagines, & similitudines: sicut etiā sunt in speculo reali. Nec uerū est cū dicitur essentia diuina resp̄sentat omnia materialiter: sed sensus est, diuina essentia causat cognitionē omniū in beatis, q̄ ad eorū pertinēt beatitudinē. Itē & ex eo quis uidēs diuinā essentiā, uidet causā p̄ductiuā omniū cognoscibilū, & cognitionis eorū: etiā anteq̄ habeat esse reale, p̄t ad se pertinere res illas, uel illas cognoscere. Ockā dist. xxxvj. & q. xij. iij. Sic inquit Hugo de sacr. par. ij. lib. xvj. c. vlt. Tm̄ uident, quantū illi placitū est, quē uidēt, & in quo uidēt. i. qui cognitionē rerū, quas cognoscere debēt, in eis p̄ducit, uel causat. Sic itaq; resp̄sentare omnia est causare cognitionē omniū. Hoc modo exponit beatus Aug. illud Ioan. j. Quod factū est, in ipso uita erat. lib. v. cap. xij. super Genesim. Quod factum est, in ipso uita erat: quia omnia per ipsum facta, cognouit, priusquā fierēt. Eo ergo modo, quod factum est, in ipso uita erat: quoniam dictū est. Sicut pater habet uitam in semetipso: sic dedit & filio habere uitā in semetipso. Quod ergo iam factum, in ipso uita erat. nō legēdo quod factū est in ipso, ibi punctando uita erat: sed erat uita in ipso i. cognitū ab eo, priusquā in esse poneret realiter. Non. n. ignorans produxit res. Sic ad propositum, res uidentur in uerbo ab angelo, uel anima separata: quia uerbi patris causat in eis rerū cognitionem. Verū quō cognoscāt, cū p̄cisione: nec capere possumus, nec inuestigare, secūdū Hug. ut supra: ideo difficile est de huiusmodi iudicare. Propter quod doctores uario modo uisi sunt explicare quō sancti orationes nostras cognoscāt: dicētes omnia relucere in Deo, & diuinā essentiā esse sufficiens mediū ad cognoscēdū: eo q̄ deus intūdo suā essentiā, intuetur omnia, ut inquit Sanct. Tho. dist. p̄senti. Et palu. Diuina essentia quantū in se est,

repræsentat omnia: & nō relucet in ea, quātum est ex parte sua aliqua de nouo, sicut in speculo. Quæ locutiones sunt sic intelligēdæ. Deus nouit omnia: & cognitorū cognitiones in alijs prout uult, causat modo sibi cognito. Quod dū facit, dicitur anima, uel angelus idipsum cognoscere in uerbo cognitione matutina. Quia si rei corā positus eam intuetur in genere proprio: uel post intuitiua abstractiua habet notitiā, cognoscit ipsam cognitione uespertina. Sic uerbum dicitur speculū causatiue, & quidē uoluntariū: quia causat in beatis rerū (quas nō uidēt, & quę longē absunt) cognitionem, prout uult, & ut meruerit cognoscere: & intantum quantū illis, uel ad gaudiū, uel nobis prodesse constat ad auxilium, secundum Hug. ut supra. Nec sequitur ex hoc, uidēt uerbum, uidere omnia, quæ sunt in uerbo: & q̄ uidens uidentem omnia uideat omnia. Sic. n. cessarent actus Hierarchici secundū Diony. & eadē esset cognitio omniū. Sed sensus p̄t esse, uidens uerbi, uidet causam productiuam cognitionis cuiuscūq; rei uisæ a uerbo. Ad idem in ij. collect. dist. xij. Pro illis facti Aug. xij. super Gen. ferē per totum, & maxime cap. xix. cum inquit. Modus locutionis cū per efficientem id, quod efficitur, significat, crebro est in scriptura sancta, maxime cū de Deo aliquid dicitur, quod ei ad proprietatē locutionis nō cōuenire p̄sident mētibus nostris ipsa ueritas clamat. cap. xix. Exemplū dari p̄t. Cum enim deus aliquid de nouo, uel ad p̄sens cognoscere dicitur: sensus est, secundum Aug. i. facit nos cognoscere res de nouo nobis ostensas, uel de nouo productas. Sic in proposito: omnia relucēt in Deo, deus est speculum repræsentās omnia: id est, Deus facit nos cognoscere omnia p̄sentiā, p̄terita, & futura: deus causat in nobis rerum cognitionem. Et cap. xvij. ostendit Deum res priusquā erant cognoscere: & notas fecisse, non factas primum cognouisse. Ait enim, hæc antequam fierent, non erant. Quomodo ergo nota erant deo, quę nō erāt? Et rursus. Quomodo ea fiēt, quæ sibi nota non erant? Non enim quicquā fe-

Quo
omnia
in Deo
relucēt.

Dub. 9.
An sancti
in celo
nobis
largiantur
indulg.

Artic. 1.
Not. 1.

Duplex
cognitio
Angelorū.

cit ignorans. Nota ergo fecit, non facta cognouit: proinde antequam fierent, & non erant. Erant in Dei scientia: non erant in sua natura. Ac per hoc factus est dies, id est angelus ille: cui utroque modo innotescerent, & in Deo, & in seipsis: illa uelut matutina, sine diurna cognitione: hæc uero uelut uespertina. Diem nominat angelum. Et deinceps ostendit, quod non innotuerint Deo alia cognitione, cum ea fecisset, quâ cum cognouit, ut ea fierent. Iac. j. Apud quem non est &c. nec momenti obumbratio. Et cap. xix. ait. Ni fallor, mirum est, si non omnia, quæ dicitur Deus ad tempus presens cognoscere, ideo dicitur: quia cognosci facit, siue ab angelis, siue ab hominibus. Et hoc modo Aug. multa absoluit: ut patet in c. xx. & deinceps. Ex his colligi potest: quod deus dicitur speculum propter lympidissimam omnium rerum cognitionem actiue, quia cognoscit &c. & causatiue: quia in alijs cognitionem multorum &c. causat: & uoluntarium: quia facit res in se cognosci cognitione diurna, siue matutina: uel causat earundem cognitionem re non presente. uel nondum in esse posita, aut multum distantia, modo sibi cognito. Item quomodo relucet in eo omnia, quia nihil latet eum & facit homines, uel angelos prout meruerunt, & quantum illis ad gaudium, nobis ad auxilium confert, pro meritis res cognoscere effectiue cognitione matutina, & quandoque uespertina, cum eas in esse producit, uel productas, presentes, & indistantes facit quoad cognitionem. Ad idem lib. xj. de ciui. Dei. capit. xxix. Ita etiam sentit Robertus Holkot, q. viij. iij. Sententiarum iuxta finem: dicens illam esse falsam: essentia diuina quicquid representat, naturaliter representat: quia representare aliquid naturaliter: est causare illius notitiam, sicut causa naturalis. & hoc non facit essentia diuina. Ecce diuinam essentiam aliquid representare, est rei illius notitiam causare. Et infra dicit. Desiderium sciendi sanctorum quietatur, non quod actu scient omnia: sed quia uidebunt eum, qui uult in eis causare notitiam, quamcumque uolunt, prout pertinet ad eorum beatitudi-

nem, uel officium. Secundum hoc facile resolui possunt multa dicta sanctorum; & doct. quæ uidentur obscura. Et quia Magister in tex. ex cognitione angelorum multa argumetur de sanctis animabus: ideo dicta de angelorum cognitione; & hic habent locum. Similiter Holkot exponit illam: quilibet beatus sciet omnia scientia: id est beatus uident deum, potest omnia scire, si deus uelit ei ista successiue reuelare. Item nihil latebit beatum: id est nihil, quod uult scire, latebit eum: & sic de similibus. Quantu ad articulum secundum est propositio prima. Anima separata iam in celo beata, possunt sicut, & angeli sancti, matutina cognitione supplicantium uiatorum preces mentales, & uocales in uerbo cognoscere. Patet ex notabili premisso: quia dum uident uisione beatifica diuinam essentiam, causatur in eis a deo cognitio horum, quæ ad se pertinet, & quæ cognoscere eos decet, & expedit. Ita habet Magister in tex. & Hugo. post August. Hanc uero cognitionem, quam deus in eis prout uult, producit, nulla creatura, sed nec ulla distantia potest quomodo libet impedire. Secunda propositio. Anima separata iam in celo beata, possunt sicut, & angeli sancti naturaliter cognitione uespertina, & rerum in proprio genere supplicantium uiatorum preces ad se suas mentales, & uocales, dum ad ipsas habent debitam propinquitatem, & presentiam, cognoscere. Et idem de animabus sanctis in purgatorio manentibus, stante generali dei assistentia: tamen etiam possunt per effectus suffragia pro se facta cognoscere. Patet ex dictis. Nec impedit, quod solus deus scrutator est cordium: & quod solus nouit corda omnium. Hoc enim uerum uniuersaliter, necessario, & inimpedibiliter: quia a nullo potest in hoc impediri. Angelus uero, & similiter anima beata possunt impediri, ut supra de angelis. De hoc Ockam quæst. xxj. Et quæst. xij. quarti. quodlibet. post Scot. in secundo ait. Angelus nature suæ derelictus potest uidere intuitiue cognitiones, & affectiones in angelo alio, & similiter in homine. Potest probari propositio illa. posito actiue sufficienter

Arti. 1. Prop. 1. Anima separata iam in celo beata matutina cognitione possunt preces mentales, & uocales uiatori cognoscere. Prop. 2.

scienter approximato, & non impedito, & passio similiter, uel sequitur effectus, uel saltem non potest negari posse sequi nisi ratio evidens, uel experientia sit in oppositum. Sed prædicti actus nostri possunt sufficienter approximari animæ separatae, & non est impedimentum stante generali dei assistentia. Formalior probatio habetur supra in ij. distinct. ix. quæst. ij. arti. ij. Si enim est impedimentum, uel ergo est in obiecto, uel in potentia. Non in obiecto: nam omne ens citra deum, secundum eundem doctorem, est obiectum naturale, & proportionatum potestati cognitiue rationali, & continetur sub obiecto primo, siue sit materiale, siue sit immateriale: ita quod posita presentia obiecti, & approximatione debita, & passio bene dispositio, cum generali dei influenza, saltem potest id obiectum naturaliter uideri ab anima separata, siue obiectum sit res materialis: siue immaterialis: nec est in eorum potestate cognosci, uel non cognoscere. Si dicitur: obiectum ad extra corporale non agit in spiritum. Dicendum negando, nam angelus licet sit res spiritalis cognoscit res extra. Anima denique separata: ita est susceptiua notitiæ intuitiue, & non minus, quæ coniuncta: sed coniuncta intelligit res extraxerit & separata potest intelligere secundum Scot. quæstio. ij. huius distinct. Item anima separata, & angelus uidentur esse eiusdem rationis in patiendis: ergo quod est actuum respectu unius, & alterius obiectiue: sed obiectum extra agit obiectiue in angelum ergo & in animam separatam ceteris paribus: & ita ex parte obiecti non est impedimentum. Nec est impedimentum ex parte potentia, puta animæ separatae: quia cognoscendo est quidam effectus naturalis, & non liber. Item sicut uisibile ad uisuum, ita intelligibile ad intellectum: sed omne uisibile potest uideri a potentia ui sua: ergo omne intelligibile ab intellectu intelligi. Anima uero separata est potentia intellectiua perfecta: ergo potest in omne intelligibile naturaliter non improprium, ut nec dependet a phantasmate: ita quod intelligit intelligibilia non mota a phantasmate. Hoc enim est

status huius corporis corruptibilis. Si dicitur: naturalis cognitio animæ, separatae, non est perfectior, quam naturalis cognitio eiusdem coniunctæ: alioquin non esset animæ separatae uolenda corporum resumptio. Ex hoc enim impeditur: sed anima coniuncta non potest cognoscere cognitione naturali cogitationes cordium ergo nec separata: per consequens contra propositum, non cognoscunt animæ beate orationes nostras, siue mentales, siue uocales ut arguunt Taren. & Duran. Træ cognitio naturalis animæ separatae est communis bonis, & malis, sed mali non cognoscunt, nec mentales, nec uocales orationes nostras: sed nec facta uiuorum secundum Gregorium, ut patet de diuine epulone, qui derinebatur in inferno quoad animam: & ignorauit facta fratrum suorum. Ad idem Augustinus in de cura pro mortuis. & presertim de matre sua, & diuine prefato capi. xij. & cap. xij. Dicendum ad maiorem: concedendo perfectio nem substantialem animæ (alterius glorie: sed eiusdem nature) ut talem præcise in sua natura, per resurrectionem non alterandam. Sic intellecta maiore, potest dici ad minorem negando, sed habet nunc impedimentum, & obstaculum. Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam. Sapientia. ix. non quia corpus, sed quia corruptibile. Non enim corpus præcise impedit, nec impedit post resurrectionem corporum: nec præstabit obstaculum animæ quin beatus uidere possit beatum, quo ad corpus, & animam & quo ad accidentia corporis. Hinc Ockam in quodlibet. iij. ut supra. Obstaculum corporale non impedit uisionem essentia animæ, sicut nec minus interpositio impedit unum angelum uidere alium. Hæc ille. Dicitur ex se. secus de actibus proprijs interioribus, ut supra. distinct. ix. ij. Phantasma quid sit, habetur distinct. iij. q. ij. Post resurrectionem, anima non indigebit ministerio spiritus: sed erimus sicut angeli dei. Matth. xxii. & cognoscat anima intellectiua per essentiam suam naturaliter: ut ly per dicit circumstantiam causæ efficientis, sicut angelus. secundum id Aug. A cognoscente, & cognito paritur cognitio. Et ideo

Anima maiorum non cognoscunt orationes nostras sed nec facta uiuorum.

sicut spiritus suis naturalibus derelictus, sine bono, sine malus: potest nunc deo coagente uidere cogitationes, & affectiones nostras, & omnes actus interiores, & exteriores: & anima etiam coniuncta post corporum resurrectionem uidere poterit naturaliter teste Aug. ult. lib. & cap. de ciuitate dei. & xxv. cap. suarum meditationum. pectoris arcana penetrans alterutrum &c. Et per hoc patet ad primum. ¶ Ad secundum conceditur maior, & minor: quia deus non uult cooperari in hoc malis: sicut bonis angelis: propter salutem hominis, ut supra in secundo de diuine epulone, & dicto sancti Aug. supra paruit. nec est contra conclusionem. Videtur, quod circa dictum Ockam cum inquit, Obstacleum corporale non impedit uisionem essentiae animae: sicut nec muri interpositio unum angelum uidere alium: dubium occurrit. Esto quod obstacleum corporale etiam nunc non impedit uisionem essentiae animae, si angelus praesens est, & a deo permittitur uult hominis interiora conspiceret secundum naturam: quia potest: non tamen uidetur clarum, quod angelus non obstante muro interposito, posset per murum alium angelum uidere: ita quod obstacleum muri interpositi in hoc nullum praestet impedimentum. Potest quidem angelus murum penetrare: sicut inquit beatus Bernardus super Missus est, Homilia. iij. de ingressu angeli ad Virginem. Nec fuit difficile angelum per ostium clausum ad abdita Virginis penetrare, qui utique ex subtilitate suae substantiae hoc habet in natura, ut nec feris ferreis eius arctetur ingressus: quocumque; suus enim impetus ferat. Angelicus enim spiritibus parietes non obstitunt: sed cuncta illis uisibilia cedunt: cuncta uero corpora quantumlibet solida aut spissa penetrabilia sunt eis ac peruia. Haec beati Bernardi uerba nihil loquuntur de uisione per murum: sed quod murum possunt substantialiter penetrare: & ad locum uolunt se recipere. Nam si sua cognitione ut tali praecise, possunt murum penetrare: ita ut non impedit uisionem angelicam cum uolunt aliquid uidere: ad quid igitur ponitur indistantia, & praesentia debita cognoscentis ad cognitum:

Potest angelus murum penetrare.

nisi placeat ponere certam, & determinatam distantiam ad uidentem, sicut in nobis: quam potest uisione penetrare? Videtur ergo dictum sane intelligendum. Nam obstacleum corporale non impedit uisionem essentiae animae: eo quod spiritus suis naturalibus derelictus potest se rei corporali intuitiue, & substantialiter facere praesentem, & ita eam intueri: sicut & murus interpositus non impedit suo modo, eo quod ipsum penetrare potest, & se rei cognoscere facere indistantem, & substantialiter praesentem. Sic ergo corporis obstacleum non praebet impedimentum uisionis cogitationum, & affectionis nostrae spiritui bono, sine malo: immo & actuum nostrorum interiorum, & exteriorum: nec minus sunt interiorum proportionati, uel non proportionati intellectui angelico, quam exteriorum. Hic nihil assero: quia rei huiusmodi sciticia carco. ¶ Corollarium primum. Anima separata potest acquirere notitiam habitualē manebitibus actibus elicitis post eius separationem. Probat: quia potest habere notitiam intuitiuam, & abstractiuam generatiuam habitus: igitur potest notitiam talium habituum habituales manentibus huiusmodi actibus acquirere. Consequenter manifesta est: antecedens probatur: quia posito actiuo sufficienter approximato non impedito, & passo sufficienter disposito: uel sequitur, uel saltem non potest negari posse sequi effectum: nisi ratio euidens, uel auctoritas coges sit in contrarium. Sed obiectum extra cum intelligitur, est causa sufficienter, & efficiens &c. ¶ Corollarium secundum. Secundum aliquos est probabile dictum: si in anima remanet aliquis habitus prius ante separationem acquisitus, qui non repugnat patriae, potest nunc separata uti huiusmodi habitu. Probat: quia uterque habitus & nunc, & prius acquisitus, natus est inclinare ad actum similem illi unde genitus est, una cum intellectu. Sed non est inconueniens dicere, quod aliqui habitus maneat in patria ad decorem, licet non ad necessitatem. ut supra in tertio. dist. xxxj. Ad idem Ockam in quarto. quaestio. xij. ¶ Tertia propositio. Est probabile dictum sanctas animas in caelo, uiatorum preces non solum in uer-

Coroll. 1.

Coroll. 2.

Prop. 3.

Prop. 4. C. Firmissime creditur esse tenendum sanctorum angelos, & animas separatas deum contemplantes uia uisionibus suffragari.

bo cognoscere, aut nonnunquam in genere proprio: sed etiam angelica reuelatione: ut puta angeli, qui est custos ipsius orantis, & supplicantis, uel alio quodam modo. Prima pars est conclusionis praecedentes. Secunda pars uidetur probabilis. ¶ Quarta propositio. Firmissime credendum est, & tenendum sanctos angelos, & homines in patria, ac animas separatas deum contemplantes, uiatoribus petentibus suffragari suis precibus, & supplicationibus siue interpellationibus. Hebraei. vij. Sic inquit Richar. quod sancti orant explicitē, & interpretatiue. Explicitē, cum petunt a deo tale quid dari nobis, uel malum auferri. Interpretatiue in quantum eorum merita, quae eis sunt ad gloriam, cedant nobis ad suffragium. Ad hoc Gen. xxvj. cum ait dominus ad Isaac post alia. Noli metuere: quia tecum sum, benedicamque tibi, propter seruum meum Abraham. Immo frequenter dominus beneficium facturum commemorat se deum Abraham, Isaac, & Iacob. Patet in diuersis locis scripturae. Hinc patres oraturi deum, maiorum merita recensebant: quasi ex hoc facilius aliquid impetraturi. Et dominus uolens ostendere Hieremiam, quod non erat exaudiendus in petitione pro peccatis populi, ait. Si steterint Moyses, & Samuel &c. quasi diceret. Si hi, qui te maiores sunt, orarent pro populo illo, non exaudire eos. ergo si sit dominus sanctorum quaque; orare pro populo. Hieremie. xv. Item. ij. Machabaeorum ult. Hic est, qui multum orat pro populo, & pro sancta ciuitate Hierusalem, Hieremias propheta domini. tunc dudum defunctus, dum haec diceretur. Item Christum secundum humanitatem pro nobis orare patrem testatur Paulus Rom. vij. Qui etiam interpellat pro nobis &c. ad Hebraeos septimo. Accedat per semetipsum ad interpellandum pro nobis. Itē. j. Ioan. ij. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum &c. Ad hoc sunt auctoritates sanctorum patrum, & auctoritas maxima ecclesiae de reli. & uene. sac. lib. vj. & Cle. contra errorem Iouiniani, Eunomij, & Vigilantij, contra quem scribit Hieronymus contra Vigilantium. Immo mandatum habemus a domino orare pro inuicem, ut saluemur. Iacob. v. Multum enim ualet deprecatio

iusti assidua. Et licet deus pro seipsum omnia posset dare, uult tamen sua ordinatissima sapientia nonnunquam quemquam saluari auxilio sanctorum hominum, & angelorum. Opus ergo erit protunc interpellare sanctos. Nec est ab re credere oēs animas defunctorum in charitate, & gratia confirmatorum pro nobis quandoque; orare patrem: siquidem orare est actus charitatis: ipsi autem nunc confirmati sunt in charitate, etiam qui sunt in purgatorio. Immo nunc existentes in charitate confirmata tanto amplius student pro nobis orare, quanto nostras miseriae amplius cognoscunt. Potius enim nunc induunt misericordiae uiscera, cum misericordiam experti sunt, & fonti misericordiae adfuerunt. Et si non confirmatorum in gratia ualet oratio. Iaco. v. Inducat presbyteros, si quis infirmatur, & orent pro eo. & iterum. Confitemini alterutrum peccata, & orate pro inuicem, ut saluemini. ibidem. quanto magis confirmatorum? Ad hoc est concilium Parisense de medietate spirituali: & mos deuorum multus suffragatur postulantium, & exhibentium in fraternitatibus, collegijs &c. Et si secundum praedicta quaestione praecedente, possumus nonnunquam aliqui bene uti uerbis propheticis, licet obscuris, & non intellectis in psalorum lectione &c. & per hoc uolita imperrare (Ad hoc Origenes Homil. xx. super Iesu Naue, optime ualet) Cur non id ipsum de regeneratis fonte baptismatis adhuc innocentibus, quod filij sunt dei, sperare liceat? cum dicat propheta: Ex ore infantium; & lactentium perfecisti laudem. ut. s. ad interpellandum pro peccatoribus, quocumque; alliciatur donarijs, ut legat, uel dicant: Pater noster: Aue Maria. pro aliquo ob honorem sanctae Mariae &c. Exeplum de filio minorene preces pro malefactore patrem amplexando, quam tennerrime fundente etiam cum effectu. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum: si sancti pro nobis orantes semper exaudiantur. Dicendum. Exaudiantur, dum per eos petimus pietate: hoc est pro utilibus ad salutem pro nobis perseueranter, & in charitate. Secus non oportet: ut si petimus temporalia nocitura, pro-

Anima defunctorum in charitate pro nobis, & orant patrem.

Artic. 3. Dub. 1. Si sancti pro nobis orantes semper exaudiuntur.

alijs non se preparantibus ad gratiam: sed non obstinatis, aut non perseverantibus in eadem. Richard. distin. presentia. Si deum interpellant explicitè, semper exaudiuntur: quia sic non petunt, nisi quod vident deum velle dare, aut facere. Cum reverentia non videntur hoc esse necessarium: quia non sequitur: deus revelat Petro invocationem Ioannis: ergo revelat ei id velle cõferre. Stat ergo beatus petere, & nescire, si deus velit eum exaudire. Sufficit enim ad conformitatem voluntatis diuine: quod velit petere eo modo, ut deus uult eum petere: nec requiritur in uolito conformitas. Vult autem deus parata reuelatiõ Petrũ petere, & forte expectare reuelatiõ a deo, si sit exaudiendus an non: & si reuelat ei, quod velit eum exaudire, continuat orationes suas, & non frustra: quia uult per hoc medium saluare. Si uero reuelat ipsi, quod nõ exaudietur, dimittit orationem. Sic deus uult quempiam mori, & tamen uult hominem aliquem istum uelle uiuere. Nec uariatur diuina prædestinatio intercessione sanctorum, sed per hoc, sancti uenerantur, laudatur deus in sanctis suis, deuotio in homine excitatur, ordinatio diuina adimpletur. Nam sic impetratur quod ad preces eorundem deus statuit uelle dare, tanquam per medium ab æterno præuisum. Subiungit Richard. Cum sancti orant pro nobis interpretatiõne, non semper exaudiuntur, cuius causa ex parte nostra se tenet. De merito sanctorum, si nobis succurrant suo merito, patuit aliquantulum questione præcedente. Non placet omnibus, quod sancti mereantur nobis, sed intercedat pro nobis. Videtur res stare in quid nominis termini mereri. ¶ Secundo dubium, si sancti feruentius orant pro eis, quos in uita germanius dilexerunt, & quibus plus iustitiam fuerunt carne, uel sanguine, aut a quibus beneficia maiora ceperunt. Cui par est hoc dubium, an adepta beatitudine talis modi, sancti inter sese plus lætentur, & exultent, quam cum extraneis. Dicendum. Sancti ceteris paribus pro suis amicis magis orant, sic de benefactoribus, & cognatis, & eis saluatis cumularius glo-

Quid ex orationibus sanctorum, si non exaudiuntur.

Dub. 2. E An sancti orer feruentius pro unoquã pro alio

riantur, maxime cum eorum promouerunt salutem uerbo, uel exemplo, uel quomodo eorum; fuere causa glorificationis. quemadmodum damnati plus odio habent eos, quorum fuere damnationis causa. Plus tamen uolunt beatitudinem maiore exte sue, his qui plus meruerunt, quicunq; sint, & minorem, qui minores fuere merito, ut dicitur distinct. xlix. questione quinta. ¶ Tertium dubium, si orat pro damnatis adhuc uiat oribus. Respondeatur, ut supra de suffragijs. quæst. ij. artic. j. ¶ Quartum dubium moueri posset de cultu, & ueneratiõ sanctorum, & de diuersitate gratiarum, & donorum collatorum eisdem ratione, cuius diuersi diuersa possunt: & pro diuersis necessitatibus diuersi inuocantur. ¶ diffise tractantur in exp. Can. mil. le. xxxij. ideo hic rescinditur. ¶ Quintum dubium. An sancti recordentur peccatorum, quod commiserunt olim. de hoc infra distinct. xlvij. quæst. ij. Hic breuiter potest dici, quod utrumque est possibile & quod nunquam actu recordentur, aut si recordantur, nõ generabit in eis tristitia quæcunq; &c. Primum est possibile, quia diceret quis hoc pertinere ad eorum gaudium accidentale, ne habeant nolitiõ peccatorum. Vel si hoc non placet, dicatur, quod sciunt omnia, quia uident deum parentem, & uolentem eis reuelare omnium quorum cognitio, & reminiscencia pertinent ad eorum beatitudinem, & ita dicuntur quasi in habitu habere reminiscencia peccatorum. Quia si quod loq; exant in actu, nullam tamen inde habebunt tristitiam ex peccatorum reminiscencia, uel nolitiõne, deo id præpediente, ne nolitiõ eauset tristitiam. Nec hoc impedit dictum August. xv. de triui. cap. xvj. dicentis, quod in beatis non erunt cogitationes uelubiles. Verum est ex parte obiecti beatifici, cuius cognitione, & uisione nunquam carebunt. Sed cum hoc stat diuina reuelatio, & noua de creaturis cognitio, pro eorum beatitudine debita. Si dicitur, Beatus est, qui habet quicquid uult, & nihil male uult, de hoc infra. distin.

xlix.

Dub. 3.

Dub. 4.

Dub. 5. An sancti recordentur peccatorum quod olim commiserunt.

DISTINCTIO. XLVI.



ED queritur hic de ualde malis. In precedenti dist. Magister egit de statu animarum in purgatorio: nunc de animarum statu in inferno penas habentium. Et potest sententia Magistri tribus conclusionibus constringi.

¶ Prima. Sicut misericordie effectus est in beatorum perpetua saluatione: ita & suo modo est in reprobis damnatis, quos perpetuo, & interminabili cruciatu affligi uult deus in inferno: mitius tamen, quam iuste cruciari possunt pro culpa demerito. ¶ Secunda conclusio. Iustitia, & misericordia dei non sunt res duæ, sed duo nomina eandem rem, & diuinam essentiam, pro subtrato significancia, propter diuersitatem connotati, & effectuum ad extra in creaturis, de diuinis operibus alijs, & alijs dicibilia. ¶ Tertia conclusio. Multiplici ratione, & respectu, uniuersa uirtus domini, misericordia, & ueritas possunt dici. Declarationem, & probationem textus habet.

QVAESTIO VNICA.

IRCA hanc dist. xlvj. queritur: Vtrum in deo sit iustitia dulcorata misericordia: uel sola iustitia, qua decedentes finaliter in mortali peccato puniuntur in inferno pena perpetua. ¶ Quantum ad articulum primum, qui est declaratiuus terminorum, notandum primo: quod nomine iustitia uenit nonnunquam uirtus, seu uirtutis species: ut ait Hierony. ad Demetriadem, si saltem ipse edidit epistolam, cuius initium. Si summo ingenio &c. & xix. de ciuit. dei cap. xxj. Iustitia ea uirtus est, quæ sua cuiq; distribuit. Sic ait Christus Ioanni. Math. iij. Sine. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. ubi iustitia non est uirtus specialis, sed omnis uirtus. Omnis enim uirtus potest recte dici uocabulo genera-

li iustitia. Et Gerson de direct. cor. Sub illo ambitu continetur omnis uirtus: prudentia recta ratio agibilia: temperantia moderatrix passionum concupiscibilia: fortitudo moderatrix inter timorem, & audacia: iustitia particularis respiciens commutationem in precijs distributionum pro meritis. Solet iustitia sub illo generali ambitu dici iustitia legalis, quæ reddit unicuique, quod suum est, deo, sibi ipsi, & proximo. Ad idem lib. xix. de ciuit. dei cap. xxj. & xxvij. Verum an iustitia legalis sit unus simplex habitus, sicut scientia aliqua dicitur una: uel sit quoddam totum aggregatum ex omnibus habitibus uirtuosus: uel multi habitus simul sumpti: quemadmodum scientia quandoque dicitur aggregatiõ una: & totus mundus unum quiddam: siue exercitus aliquis propter ordinem determinatum inter se, quæ habent inter se: dubium est apud multos. Forte posset dari simile. Sicut charitas, seu gratia gratum faciens est specialis uirtus, per essentiam, & dicitur nihilominus generalis uirtus: quia inclinat, & dirigit hominem in actibus suis in deum, qui est quoddam bonum commune ab omnibus diligendum, & omnibus uolendum: ita iustitia legalis licet ab omni uirtute sit uirtus specialis, per essentiam: ut tenet Sanctus Thomas secunda secunda, quæst. lviij. artic. vj. in fine: est tamen generalis, quia dirigit, & inclinat hominem ad obseruantiam legis in genere datae homini, ut animali civili politico, & pro bono reipublicæ. Aliter dicitur iustitia generalis: secundum Holkot lect. cix. super Sapientiam. quia est una uirtus particularis directina cuiuslibet uirtutis in actum suum, secundum quod expedit bono communitatis, siue bono communi. Et dicitur legalis: quia per eam fit homo totius legis obseruator: secundum singulas operationes uirtutum: sicut expedit ad bonum communitatis. Coroll. dirigit enim omnem uirtutem. ¶ Corollarium. Theologicum loquendo est habitus theologice loquendo est habitus iustitiosus inclinans hominis uoluntatem ad generalem obseruantiam legis sibi, & multitudini datae a legislatore sibi superiore, & quoad se, & quoad alios: propter hoc quia sibi superior, & quia ratio res-

Gab. Biel. Q 1 3

Et dicitur potestati sublimiori hominem iure esse subiectum pro consecutione felicitatis humane; aut æternæ, nõ curado q̄s sit ille superior, siue deus, siue p̄p̄co, aut n̄cius dei homo, uel suamet consciẽtia. Si placet, addatur secundum q̄ expedit ad bonũ cõmunitatis: secundũ Philosophũ. Hoc uidetur uoluisse beatus Ansel. lib. de Veritate iuxta finẽ. cum describit iustitiam: rectitudinem uoluntatis, quæ seruat propter se. Declarat .n. q̄ omnis uoluntas habet quid, & cur. hoc est, ita pertinet ad hoc, q̄ nostra uoluntas recte, & laudabiliter uelit aliquid, q̄ uelit p̄pter debitũ finẽ, sicut q̄ uelit uolendũ. Omnino .n. nihil uolum⁹ (inquit) nisi sit, cur uelimus. inferat. Voluntas ergo iusta est, quæ sui rectitudinem seruat propter se. Rectitudo ergo uoluntatis facit quem iustum. Qui autem non nisi coactus, aut extranea mercede conductus uult, quod debet, non eam seruat propter istam, sed propter aliud: ideo non est iustus. Cum enim iustitia legalis secundum eos, uel uirtus dicitur, & habitus simplex uirtuosus, ut supra uel tota uirtus, & non pars uirtutis, cui nec opponitur pars malitiæ, sed malitia tota. v. Ethicorum: ideo non potest habere materiam debitam, & finẽ rectum: qui secundum Ansel. potest esse ipsa uoluntatis rectitudo propter se seruata, & spontaneè semper habita sine respectu ad alienum legislatorem. Vel potest esse regula sui superioris, & legislatoris, dei scilicet, qui est finis ultimus: aut rationis rectæ diuinæ, uel humanæ. Manifestum enim est generaliter loquendo post dicta in secundo collect. dist. xxxv. q̄ contingit quem operari: uel propter finem ultimum: uel propter rationem rectam: aut quia ratio recta diuina, uel humana sic dicitur: uel propter finem alium ab illis: ut puta nec quia Deo placet: nec quia recta ratio dicitur: sed propter aliquod bonum utile, aut delectabile consequendum, aut malum aliquod fugiendum. His enim tribus modis contingit aliquem actum exteriorem exerceri: secundum Ockam in dialogo parte. j. lib. vj. cap. lxxvij. Actibus primo modo elicitis uerq̄ uirtutes correspondēt, & per-

fectæ solis fidelibus debent, & huiusmodi uirtus nullum secum coparitur uitium: quia habens talem uirtutem, secundum præparationem cordis habet omnes uirtutes, & actus earũ, & omni uitio caret: quemadmodum habens charitatem habet secundum cordis præparationem omnes uirtutes, & omni uitio caret: ut supra in tercio collect. dist. xxxvj. Actibus secundo modo correspondent uerq̄ uirtutes, sed respectu primariũ imperfectæ, quæ a beato Aug. in Serm. negantur esse uirtutes: quia non sunt formæ charitatis. Et qui sic habet uirtutem aliquã hoc secundo modo, habet secundũ cordis præparationem omnes uirtutes morales, & omni uitio caret. Qui enim hoc modo habet unũ actũ uirtuosum, præcisè uult, & operatur eum: quia ratio recta sic dicitur: sed qui uult aliquid præcisè, quia tale, non potest nolle aliquid sciam esse tale. Qui enim uult antecedens, non potest nolle consequens sciri esse tale. ut puta: si præcisè ob hoc impendo alicui honorem: quia Vasa illius regis: ergo quicunq; comperio talem, uolo ipsi impendere honorem. Præterea repugnant formaliter, uelle aliquid præcisè, quia dictatum a ratione recta, & nolle illud. sed ratio recta dicitur omnem actum uirtuosum esse uolendum propter hoc, quia ratio dicitur, & nullum esse uolendũ: ergo quicunq; uult unum, uult & alium, & nullũ nult. Actibus tertio modo nõ correspondent uirtutes nec perfectæ primo modo, quæ sunt proprie fidelium: nec ueræ secundo modo, quæ sunt philosophorũ moralium: & ita nec imperfectæ uirtutes. Non .n. dicēs ueritatẽ propter honorari, laudari, aut infamiam præcisè propellendã, est uere uirtuosus, & uerax dicẽs secundũ Ansel. ubi supra cũ dicit. Iustitia est rectitudo uoluntatis quæ seruat propter se. Habens ergo in se illã uoluntatem secundũ cordis præparationem, q̄ uult unicuiq; cum effectu, & pro uirili dare quod suũ est: puta deo obedientiam, & mandatorũ eubodiam, proximo ordinã, & fraternã dilectionem, carni suæ in obsequiũ sp̄s, & uitiorũ exterminiuũ castigationem: quia legislator siue sit deus ipse, siue homo si-

Est uere uirtuos⁹ & uerax qui non dicit ueritatẽ ut tur, aut laudet.

perior cui obtemperandum est ordinatione diuina. j. Petri. ij. aut ratio recta sic dicitur, ueluti p̄co legis diuinæ, aut humanæ: uidetur habere iustitiam legalem. Hinc Paulus Rom. xij. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non .n. est potestas nisi a Deo. Itaq; qui resistit, ordinationi dei resistit &c. Videtur enim synderesis formare maiorem, quã habet scripta canonica: & ratio minore: hic est tuus superior ordinatione dei. Conscientia concludit: ergo huic est obtemperandũ. Comperio itaq; in particulari, quod illud est de lege data, concludit conscientia assensuẽ ipsum esse tenendũ &c. prout lex iubet. Ex quo ulterius facile colligi potest: unde habitus ille generatur, qui dicitur iustitia legalis: ut est uirtus quardã, & nõ omnes uirtutes formaliter, uel aggregatiue: sed forte causatiue, dispositiue, & inclinatiue. Si .n. legalis iustitia est formaliter oēs uirtutes: nescio, quis eã habuerit, etiã de Christo. Non .n. uidetur: q̄ omnium uirtutum actus formaliter exerceat, sed eminenter oēs habuit in summo. Et per hoc ad huc sensum datum possũ facile soluere dictũ Philosophi, q̄ est tota uirtus, nõ pars uirtutis: nec habet contrariã partẽ malitiæ: sed totã itẽ q̄ est aggregatum ex omnibus uirtutibus moralibus. Et cũ Eustathius dicit in appetitu esse uirtutẽ naturalem, & moralem: & illã dupliciẽ simplicem, & cõpositam. Item cũ dicitur. v. Erico. Virtus est iustitia: uirtus, quia talis habitus: iustitia, quia alterius. Hoc .n. uidetur intelligendũ sicut de charitate, quãtũ ad innotescentiam. Non enim innotescit nobis, nisi sit ad alterũ, uel saltẽ sit ad seipsum, quasi ad alterum. Exemplũ in homine castigãte carnẽ suã: ut etiã prosequitur Scot. Item q̄ est præclarissima uirtus. Hoc quidam strictim dicunt: dicentes esse rationabile, ut ea, quæ sunt præcisè fugienda, uel faciendã: quia lex statuit ea fugienda, uel faciendã: ita q̄ ante legem erant neutra, habeant specialem uirtutem inclinãtẽ præcipuẽ uoluntatẽ ad faciendum, uel cauendũ id: quia legislator hoc sic uoluit. Virtus ad hoc, & propter hoc inclinãtẽ ad actũ cadẽ sub lege præcisè, dicitur legalis iusti-

tia secundũ eos. Cõsequenter sequitur: p̄ diuersitate legum alia, & alia: maior, uel minor erit in diuersis legalis iustitia: tametsi uoluntas secundũ cordis præparationẽ possit in uno esse ita generalis ad omnem legem imposita ritẽ, & imponendã sicut in alio. Ad actus uerò particulariũ legum, uel contentorũ in lege, particulares sunt uirtutes. Sic patet intellectus huic, cum dicitur esse circa bonum commune. Est enim sicut & alia uirtutes moderatrix passionũ, quæ sunt singularia. Sed quia in genere respicit legis obseruantiam datam: reip. & pro bono cõmunitatis, cui omnes tenentur se conformare, & quæ lege contingit omnes bene uti tanquam dũ rectorio, & impulsio ad uirtutes illas, & illas: ideo &c. Sicut aliqua aqua singularis potest dici bonũ commune, omnibus uolentibus in ea piscari, aut navigare &c. Hic .n. est primus eius effectus: inclinare in uniuersali, & in genere ad legis obseruantiam: quia talis. Sicut, & synderesis in uniuersali respicit agibilia practica, & nõ in particulari. Hinc iustitia legalis non dirigit immediatẽ ad opus: sicut nec synderesis ratio: sed ostẽso aliquo cõtento sub lege, mediatẽ inclinãt ad ipsum. Videtur his alludere Scot. dist. præsentis. q. j. cũ inquit diuidẽdo iustitiã in uniuersalẽ, & particularẽ. Uniuersalis est ad alterũ: puta ad legislatorem, & legẽ, inquam est quardã regula determinata a legislatore, & dicitur iustitia legalis. Et Tho. Argem. Iustitia legalis est uirtus uniuersalis: eo q̄ uirtuosus secundũ hanc uirtutẽ exequatur iuxta suã possibilitatem opus cuiuslibet uirtutis, non propter aliũ finẽ: nisi ut satisfaciãt p̄cepto, & uoluntati legislatoris huiusmodi opera uirtutis præcipiẽtis. Ad idẽ Guiliel. Parisien. in de uirtutibus, cũ disputatur de uirtutibus naturalibus, ostendit, q̄ actus fluunt ex uoluntate tripliciter. Quãdoq; omnino libere, sicut in corde uirtuosus, aut uirtuosus: quãdoq; cõsiliatione, uel suggestione: quãdoq; per suasionem, aut precationem. Nulla enim est potestas humana apud uoluntatẽ, nisi cõsiliatio, per suasio, aut precatio. In proposito legislator aliquo modo persuadet, & precatur, tũ præmij p̄p̄ositionem: tum punarum commu-

Not. 3. natione &c. tum uirtutis amore. ¶ Secūdo notandum. Ex quo secundum predicta iustitia legalis nō est essentialiter omnis uirtus: sed necesse est præter ipsam ordinantē hominē immediatē ad cōmune bonū, esse & alias uirtutes ordinātes circa particularia. Sicut ergo præter legalē iusticiam etiā reperiuntur aliæ uirtutes cardinales: puta tēperantia, fortitudo &c. ita etiā oportet esse quādam particularē iusticiam ordinantē hominē circa ea, quæ sunt circa singularē personā alterā, uel quasi alterā. Et huiusmodi particulari iustitiæ (maximē cum est ad alterum) contrariatur auaritia: & est in commutationibus, & distributionibus, quæ sunt ad singulares personas: ut quidam loquuntur: sicut legalis iustitia est ad bonū commune directiua. Et secundum hoc quedā iustitia particularis dicitur cōmutatiua: quedam distributiua. Secundū cōmutatiuā cōstituitur equalitas quātitatis inter datē, & recipiētē: ut. s. tñ recipiat in ualore, quantū dat in estimatione p̄cij, & e contrario. Secundū distributiua cōstituitur æqualitas, nō quantitatē: sed p̄portionis inter recipiētes: ex hoc q̄ uterq; recipit a dispensatore bonorū cōmunitatis, ut meruit, pro qualitate, & conditione suæ personæ. Est ergo cōmutatiua iustitia, q̄ aliquis uult alicui, prout & tenetur, seruare æqualitatē secundū quātitatē, & ualorē rei, etiā pro loco, & tpe, siue naturalē siue usualē. & hoc fit inter datē, & accipiētē in emptionibus, & uēditionibus, & in genere in omnibus retributionibus. Distributiua uerō cōstituit æqualitatē inter recipientes diuos &c. cū quilibet eorū recipit a suo datore pro merito, aut qualitate suæ personæ, siue secundū decentiam status &c. Et est, quia quis uult proportionabiliter dare uni tñ. quantū alteri, habito respectu ut supra ad meritū tale, uel tale. Vel sic: est quia aliquis uult omnib; q̄ sūt de cōitate distribuere bona cōia, secundū debitā proportionis æqualitatē. Et uidentur: q̄ iustitia distributiua dependeat ex cōmutatiua: & nō e contrario. Iustitia. n. distributiua uult dare singulis scdm̄ p̄portionē ad meritū: & licet diuersi diuersa recipiāt pro meritis tēporū distributionū,

Iustitia cōmutatiua, & distributiua.

& qualitate personarū, quibus iure cōpetit talis, uel talis remuneratio: tñ inter datē singulis quod ad singulos pertinet, & singulos recipientes in ordine ad datē, uidentur esse quædam cōmutatio huius pro illo merito, uel demerito: tamen si illa cōmutatio non sit semper p̄prie dicta: nec innitatur ualori naturali, uel usuali rei, aut dignitati rei acceptæ ad datā: sed quāq; liberali, & gratiæ acceptationi huius p̄ illos aut cōuētionem amicitiam: ut est in merito hominis respectu gratiæ primæ: q̄ solet improprie dici meritū, aut t meritū cōgrui. Acceptat. n. deus merē liberaliter hominis peccatoris sese humiliatū p̄ces nō ex debito: sed ex liberalitate pura, largiendo gratiā, nō pro meritis: sed liberaliter, nō daturus eandē, si peccator se nō conuertisset: & tñ nulla uidentur esse inter opera ipsa peccatoris, & gratiam, quæ cōfertur, æqualitas. Attamen pōt dici cōmutatio, & commutare differenter Deus gratiā suā, & peccator gemitū, & dolorē. Iustitia distributiua cōsistit in quadā cōdignitate, seu æqualitate geometrica, siue p̄portionis meritalis, uel talis ad premiū tale, uel tale. Sic de demerito. Unde si premiū excesserit meritū in ualore, uel dignitate, nō seruatur iustitia in p̄mīdo. Verum hic æqualitas attenditur nō solū ex natura actus, uel rei: sed etiā ex ordinatione, sp̄sione, aut p̄missione, uel cōuētionē, seu pacto promittētis, sp̄taneē, & libere tantum pro tanto dare uolētis. Et ita uidetur in iustitia distributiua etiā saluari cōmutatiua ex parte datōis, & recipientis inter se: per cōsequēs distributiua pendet ex cōmutatiua. Videtur etiā posse dici: q̄ distributiua alia ratione pōt dici cōmutatiua: alia distributiua. Hinc ait Durand. & Palud. art. j. dist. præsentis. Distribuere p̄mia pro meritis, uel p̄nas pro culpa, pertinet ad iustitiā cōmutatiuā: & tñ reddere singulis pro suis demeritis, uel meritis, ad distributiua pertinet. Decet enim diuinam uoluntatē, ne malū euadat impanitū, & bonū irremuneratū. Exigit quoq; iustitia, & malum, uel bonū in creatura tantam, uel tantam in bono, aut malo p̄næ remuneratiōē. Concludit Durand. q̄ iustitia tā cōmutatiua, quā

Iustitia distributiua pendet ex commutatiua.

distributiua in Deo, non est aliud, quā decentia diuina in redditione premiorū, & p̄narum: & in distributione proprietatum, & principiorum agendi, prout congruit substantiæ uniuersaliusq; rei. Cōtigit n. distributiua largo uocabulo in Deo, respectu creaturarū, in quātum omnibus dat secundum uniuersaliusq; dignitatem. Nam secundum diuersitatem gradualem rerum in uniuerso, deus dat eis proprietates nobiliores, & operationes, quasi quādam communitatis officia. Ad hoc Dion. dedi. no. cap. viij. cum inquit. Iustitia autem rursus laudatur deus, sicut omnibus secundum dignitatem distribuens, & commensurationem, & pulchritudinem, & bonam ordinationem, & ornatum, & omnes distributiones, & ordinationes segregans unicuiq; secundum inexistētē iustissimā definitionem, & omnibus propriæ operationis eorum causa existens. In quibus ostēdit, quid pertinet ad rationem diuinæ iustitiæ. s. distribuere omnibus secundum suam dignitatem huiusmodi distributionem multiplicem, seu diuersitatem distributionis inconfusam tenere, ne unum alteri commisceatur: uel ab alio præripiatur: & q̄ unumquodq; operetur id, quod sibi cōueniens est. Sed cum reuerentia: ille textus uidetur intelligendus de iustitia in generaliter est omnis uirtus. Et ideo minus bene Sāct. Tho. in Comment. uult a deo excludere iustitiam commutatiua, cum & ipsamet in eodem propter effectus iustitiæ nunc nominatos eam dicat omnem uirtutem. Vallet p̄ iustitia distributiua Parabola Matthæ. xx. de operarijs in uinea &c. ¶ Tertio notandum. Punire ad condignum, non est sic punire, q̄ deus non possit iuste amplius punire: sed est punire quantū recta ratio, & diuina iustitia exigit, & taxat. s. pro tali peccato talem p̄nam. Et sic omne peccatum punitur ad condignum: quia sic ut demeritum exigit, & diuinam concedet bonitatem, & iusticiam: & ita citra condignum: quia semper plus posset punire etiam iuste. Sic premiare ultra condignum dicitur: quia iuste posset minus dare: & ad condignum: prout diuina bonitas uult dare tantum pro illo.

Not. 3.

C

¶ Quarto notandum: q̄ illud abstractum iustitia potest sumi absolute, & connotatiue. Absolute, ut præcisè importat rē illam, a qua aliquis dicitur iustus. Hoc uerō in creaturis est perfectio secunda rei superaddita informans animam: sicut caliditas subiectū informat, & denominat calidum. in deo autem non est quid superadditū: sed omnibus modis diuina essentia. Et quia tam in deo, quā in creatura, id unde quis dicitur iustus, est res absoluta, potest absolute significari. Potest etiam nomen sumi connotatiue: ut. s. dicat id, unde quis dicitur iustus, connotando tendentiam personæ in obiectum: p̄ quam bene, uel male disponitur. & sic est nomen connotatiuum, de prima, uel secunda specie qualitatis: quia præter illā perfectionem absolutam, prout dicit, connotat subiectum, & obiectum. quæ distinguuntur ab illa perfectione, pro qua supponit abstractum. Et licet in deo idē sit subiectum, uel potentia cum illa perfectione, eo q̄ nihil est in deo, quod non est deus: tamen obiectum puta creatura, circa quam exercetur diuina iustitia, nō est deus. Concretum uerō iustus quādoq; notificatur a doct. & sanctis. Iustus est, quod habet in se iustitiam inhæsiuē: aut quod est iustitia. Sic ait Ansel. in suo monologio. cap. xv. Summa natura non proprie dicitur iusta, quia habet iustitiā: sed quia existit iustitia. Et item dicitur iusta: quia intelligitur existēs iustitia, omnino autem habens iustitiam. Et sicut cū dicitur existens iustitia: non dicitur, qualis est, sed quid sit. Sicut ergo diuina natura dicitur summa essentia, summa uita, quia summe ens, summe uiuens: sic summa iustitia quia summe iusta. secūdu Ansel. ut supra: & in prologo eiusdem. ¶ Quinto notandum. Nomen misericordia ab Aug. ix. de ciui. cap. v. sic notificatur. Est alienæ miseriæ quædam in corpore nostro compassio, qua utiq; si possumus, subuenire compellimur. Seruit autem motus iste rationi: quando ita præbetur misericordia, ut seruetur iustitia, siue cum indigenti tribuatur: siue cum ignoscitur pœnitenti. Hanc animi pat-

Not. 4. Abstractū iustitia potest sumi absolute, & connotatiue.

Not. 5. Nomen misericordia notificat.

sonem quidam Stoicorum uitio, quidam uirtuti dederunt, ut supra. Ex illa notificatione colliguntur quidam actus misericordiarum: corrigere, & culpam delinquentes. Et ita multiplex est misericordia: relaxans, liberans, parcens, puniens, corrigens &c. Notificatio illa est secundum etymologiam nominis. Ex his, quae in nobis sunt, aliquo modo pro nostra capacitate, diuersa dicimus de Deo praedicata: quae quanto insunt deo, uere intelligere non possumus: secundum beatum Augustinum de bono patientiae. sermone. cexxiii. Sic dicimus in deo esse zelum, iram, patientiam, iustitiam, misericordiam: & tamen deus zelat sine liuore, irascitur sine animi perturbatione, misereatur sine dolore, penitet sine alicuius prauiuitas correptione, patiens est sine ulla passione. Hinc Anselmus in prologo. cap. viij. Es domine misericors secundum nos, non secundum te. Es miseros secundum sensum nostrum, & non secundum tuum. Etenim cum respicis nos miseros, sentimus misericordiae tuae effectum: tu non sentis affectum, & misericors es. Igitur quia miseros saluas, & peccatoribus parcis, misericors es, & nulla compassione misericordiam afficeris. Itaque licet Deus sit penitus immaterialis: nec in eo sit ulla diuersitas, quae dicatur realis, uel formalis secundum Gersem. lect. j. de uita spiritus. at tamen diuersimode ipsum concipimus in ordine ad effectus, quos extra producit: & in ordine ad creaturam, circa quam sic, uel sic agit. Et sic diuersa imponimus nomina: deum sic, uel sic agentem significantia: & quamuis pro substrato idem dicant: non tamen pro connotato, quia diuersa. Hinc Augustinus ubi supra. Humanarum locutionis consuetudo habet istarum passionum nomina, & deo, & angelis attribuitur propter quaedam operum similitudinem, non propter affectionum infirmitatem. Hinc secundum eum deus irascitur: nec tamen ulla passione turbatur. Hoc enim uerbum uindictae usurpauit effectus, non illius turbulentus affectus. jx. de ciui. cap. v. Sic dicitur deus ulcisci per iustitiam pariter, & damnare: saluare per misericordiam, & clementiam. Non quod aliud sit, & aliud in deo misericordia, & iustitia: sed quia saluat misericorditer, &

Multiplex misericordia.

Quo Deus misericors.

praemiati ultra condignum: damnat iuste secundum multa, & citra condignum. Ad idem est Gregorius Nazanzenus de fide. ubi multa nomina attribuit Deo: ut per illa uocabula diuinarum dispositionum mysteria cognoscatur: quae omnia, & singula deum significant: sed & diuersas dispositiones dicunt &c. Exemplificat: quod dicitur sapientia, uerbum, dextera digitus, margarita, brachium, thesaurus. Secundum Ockam in Ceterologio, Ira diuina est essentia diuina, imperturbata, uolens peccatoribus legis transgressoribus iustam infligere poenam seu uindictam secundum exigentiam culpae, & diuinae bonitatis condescendens. Iustitia diuina, est essentia diuina uolens, ex libera sua sponcione pacto, seu conuentione dare tantum pro tanto, prout suam condecet bonitatem, & hominis petunt merita, uel demerita: secundum taxam diuinae sapientiae, & dictamen rationis recte, & dicitur commutativa. Et si singulis proportionabiliter distribuit: distributiva. Et quandoque dicitur iustitia punitiua, remuneratiua, iudicatiua, uindicatiua &c. quorum notificatio ex nunc dictis facile colligi potest. Misericordia diuina, est essentia, uel uoluntas diuina uolens bonos remunerare ultra condignum: aut quoniam, praeter eorum merita, quibus & uirtute consequente confert gratiam ad merendum &c. Sic de malorum punitione, quam facit citra condignum. Quamuis enim iuste posset peccatorem annihilare propter suam peccato uentilicem secundum Gersem. lect. j. de uita spiritus. nulla offensa dei sit de se uenialis: nisi solum per respectum ad diuinam misericordiam, quae non uult imputare ad mortem de facto quantumlibet offensam: tamen uult citra condignitatem punire, & aliquod peccatum duraxat esse ueniale, & poenam habere temporalem. Secundum hoc posset extendi notificatio misericordiae: uel sic ponere in deo ad bonum intellectum duplicem uoluntatem: sicut ponimus duplicem uoluntatem, antecedentem, & consequentem. Misericordia diuina est essentia, uel uoluntas diuina uolens nostram misericordiam suae praesentem, suae imminuentem, non solum uoluntate antecedente, sed consequente. Hoc enim non consequens

Misericordia diuina quid.

si proprie, & uere facit deum misericordem, non nolle antecedens: sicut & uelle consequens cum effectu saluati, non antecedens. Vult enim deus uoluntate antecedere omnes homines saluos fieri, & tamen non omnes saluatur: quia plerique ponunt obicere, & demeretur gratia susceptionis. Sic est misericordia uirtus est, & secundum praedicta seruit dictamini rationis, non omnes repellit miserias: quia saepe non conducit homini ad uitam. Item quandoque homo demeretur liberari a miseria &c. Facit pro nunc dictis e. vj. de triplici habit. Augustinus dicens. Omnia dei unum sunt: excepto quod ad relationem pertinet. Nam sapientia, & ueritas dei, & aeternitas, non diuersa sunt inter se, sed unum sunt. & infra. Et non solum haec omnia inter se eadem sunt in deo: sed non aliud sunt, quam ipse deus. De hoc dist. ij. j. collect. de attributis diuinis. ¶ Quantum ad articulum secundum, est conclusio prima. Inter alias uirtutes morales, quae deo suo modo possunt attribui, iustitia plus ceteris potest de Deo uere dici, & concretiuè, & abstractiuè. Probatur conclusio ex notabili tercio. Dicitur, quae deo suo modo possunt attribui. Logice. n. aliter deo, & nobis insunt uirtutes. Nihil enim est in deo, quod non sit essentia diuina. In nobis uero sunt habitus insus, uel acquisiti amobiles a subiecto, & saepe numero multas imperfectiones includunt. Secundum Sanctum Thomam in comment. Dionysii. ceterae uirtutes moderantur passionem in homine: sicut temperantia concupiscentiam, fortitudo timorem, & audaciam: iustitia uero respicit diuinas actiones, commutationes, & distributiones. Haec ille. ¶ Secunda conclusio. Licet in deo non sit nisi una iustitia, sicut est, & in eo una uoluntas, uel essentia diuina: at tamen respectu creature, & effectuum ad extra potest in deo poni, & de eo dici multifaria iustitia, uniuersalis. s. siue legalis, & particularis, commutativa, distributiva, remuneratiua, uindicatiua iudicatiua &c. Prima pars nota est ex notabili. v. & ij. Secunda pars similiter patet considerando effectus diuersos, quos circa creaturam operatur, qui importantur per connotationem terminorum pro uno deo supponentium. Et primum, quod in eo

fit iustitia legalis, patet Matth. iij. Sic enim decet nos, inquit, implere omnem iustitiam. Et secundum Scotum in eo est uniuersalis, & radicalis iustitia, a cuius rectitudine natae sunt omnes aliae defluere, & procedere. Nec impedit dictum Thomam. arguetis in contrarium, & nominata sunt ad placitum. Quoduis enim. Deus non habet legislatorem alium, cuius leges uelit obseruare: habet tamen in se principium practicum (ad eam, & bonum intellectum) omnis rectitudinis. s. uelle, & quicquid uult pro cetera sua bonitatis, & exigentia creaturae. & hoc sufficit ad hoc, quod in eo sit omnis iustitia, quae communi uocabulo dicitur iustitia legalis, siue uniuersalis. Si tamen nomen iustitia legalis praecise sumitur, ut supra notabili primo, claret sic non esse iustitiam legale in deo: quia non habet superiorè, cuius leges, ut tales attendat. Secus large fumen do nomen &c. Item iustitia distributiuam esse in Deo docet Apostolus dicens. Qui parce. seminat, parce. & metet. ij. Corinth. jx. Reddet unicuique secundum opera sua. Matth. vj. & Apoc. xxij. Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. j. Corinth. ij. Hoc enim est iusti perfecti, & non ignari iudicis, ac rectoris uniuersi: ut recipiat unusquisque pro meritis propria corporis, prout gessit siue bonum, siue malum. ij. Corinth. v. De commutativa iustitia similiter patet. Et licet non possit secundum aliquos esse simpliciter in deo respectu creature: quia non potest esse simpliciter aequalitas inter deum, & creaturam: sicut nec inter dominum, & seruum: uerum hoc non requiritur: quia quicumque recipit aliquid ab aliquo: & secundum dictamen rationis recte dat aequalitatem, uel saltem non minus ualens: hic est iustus iustitia commutativa: Deus est huiusmodi. ergo. Maior est philosophi, qui & ea nominat directiuam. Minor probatur infra. Et ideo iustitia commutativa non est neganda a Deo respectu creature: nec oportet esse aequalitatem praecise inter datam, & recipientem: sed inter datum, & acceptum. Aequalitas uero illa potest fundari in liberali acceptatione tantum pro tanto, & non in ualore naturali. Non enim sunt condigne passiones hu-

Artic. 2. Cocl. 1. Inter alias uirtutes morales iustitia plus ceteris de Deo uere dici potest concretiuè, & abstractiuè. Cocl. 2.

ius temporis ad futuram gloriam natura liter loquendo. Sed placuit deo misericorditer tantum pro tantillo dare, plus dando, minus accipiendo: dummodo laborantes in agro dominico id faciant, pro quo dominus tantum spondit liberē se redditurum. hoc enim est magnificentie diuinæ. Item deus commutat poenā perpetuam in temporalem peccatori, & utiq; iuste: ergo in eo est iustitia commutatiua. Et si dicitur consistere dicitur in ciuilibus emptionib; & uēditionib;: pōt negari. Dicimus enim quodāmodo emere regnum celorum, & aurum ignium. Apo. ij. Et secundum Greg. Regnum celorum tantū ualet, quantum habes. Marth. xix. Vende omnia, quæ habes, & eme agrum illum. Sicq; dominium ciuile sepe sub quadam metaphora transfertur ad dominum charitatis: secundum Ger. lect. ij. Si diciturq; consistit iustitia commutatiua in redditione debiti; conceditur. Cum subiungitur: Deus nullius est debitor. negatur. Est enim debitor obligatione spontanea, & liberali. unde. ij. Timot. iij. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dominus &c. nō solum mihi, sed & his, qui diligunt aduentum eius. Fortē iustitia ibi sumitur pro gratia gratum faciente, quæ iustificat. Item sicut ratione promissi dominus pōt effici debitor seruiciū deus homini. Hinc inter deum, & hominem reperitur quēdā æqualitas, & condignitas quandoq;: ut supra de merito hominis ostendi potest in primo, & secundo Sententiarum. Per cōsequens potest dici largē esse in deo iustitia commutatiua respectu creaturæ: quia multas facit commutationes spūales cū homine tantillum accipiendo, & plurimum dando. Nec peccat quis contra iustitiam plus dando, quā accepit, sed minus: dummodo tantūdem dat, ut exigunt merita, & ut concedat suam bonitatem, ac sponsonem liberalem. Nec sequitur ergo plus liceat dare de poenā, quā alter meruit: dummodo tantum dat, quā tam meruit: si licet plus dare in præmio, dummodo tamen tantum dat, quantum meruit: quia nomen poenæ respectiue dicitur ad culpam. Et sic in redditione poe-

Iustitia commutatiua quō in deo.

næ ultra demeritum includitur uitium seueritatis, & punitur quis ultra demeritum, quod est contra iustitiam commutatiua. In alio uerō includitur uirtus liberalitatis, & quædam magnificentia. In priori auferitur bonum iniuste, quod recte est alicui debitum: puta impietas: cū non præcessit culpa. Hinc Ger. lect. j. de uita &c. Deus potest absolute, & iuste dare creaturæ suæ, immo uirgini Mariæ quā libet afflictionem propter supremitatem dominij; sed non in poenam delicti, & sic erit iusta afflictio, sed non iusta punitio, neq; etiam iniusta: quia non potest iniuste agere. Nulla enim ibi esset ratio poenæ, cum non præcessit culpa. In secundo datur aliquid liberaliter pro eius bono. Cum ergo deus dat secundum suam bonitatem, benignitatem, & cōdecentiā, ac creaturæ exigentiam, seruat iustitiam commutatiua inter se dantem, & aliū recipientem, & cum unicuiq; dispensat prout gessit in corpore sue bonum siue malum, seruat, & commutatiua, & distributiua. Commutatiua quoad se dantem, & recipientem alium. Distributiua inter recipientes inter se. Sic dicitur de punitiua, remuneratiua, iudicatiua: quia sunt etiam quædam commutationes, & retributiones suo modo. Pars secunda probari potest; sicut de multiplici uoluntate diuina, quæ est nominum. Dicimus enim deum aliquid uelle uoluntate beneplaciti, & signi: secundum quod illa propositio: Deus uult hoc: multiplicē habet, uel habere potest intellectum. ualere enim, Deo placet, quod hoc sit: aut quia præcipit hoc esse, aut prohibet, ne fiat sub poenā &c. permittit, uel consuluit id fieri, uel operatur illud. Sic in proposito. Licet i Deo sit unica iustitia: quia una uoluntas, uel essentia diuina, nec aliquid possit uerē imaginari in Deo, quasi præuium diuinæ uoluntati, unde uoluntas diuina potius determinetur ad uolendum illud, quā eius oppositum in creaturis: possunt tamen effectus diuinæ iustitiæ, & inobliquabilis rectitudinis uoluntatis diuinæ, diuersis nominibus significari, ut (gratia exempli) cū diuina uoluntas uult creaturam sic, aut sic in specie illa, men-

Multi-plex in Deo uoluntas.

sura, proportione, statu, dignitate, producere, uel adornare: aut unicuiq; prout gessit bona corporis, siue bonum, siue malum, condignam in bono, uel malo remunerationem, seu uindictam dare, uel infligere, dicitur deus iustus iustitia distributiua, uel commutatiua &c. Cum fert sententiam, iudicatiua: cum punit malos, iudicatiua: cum remunerat pro meritis bonos, remuneratiua: ut supra notabili. v. & sic de alijs. Sicut ergo illa propositio, Deus uult hoc: potest secundum prædicta multiplicem sensum habere: sic & illa, Deus iuste facit hoc, uel per iustitiam aut misericordiam. Tamen secundum Ockam in Centi. conclu. xliij. & deinceps, illæ non æquivalent, nec sunt synonymæ: Deus facit hoc per iustitiam: & Deus iuste facit hoc: etiam seclūsa secundum eum appellatione formæ, uel rationis. Cum enim idē est misericordia dei, & iustitia dei, quod dicitur Deus facere per iustitiam, etiam facit per misericordiam propter identitatem realē, & essentialē misericordie, & iustitiæ diuinæ. Non autem quod facit misericorditer, facit iuste: ipse loquitur: saltem conuertibiliter. Quod enim facit iuste, facit ex debito: quod autem misericorditer, non facit ex debito, nec propter meritum. Attamen nō facit iniuste, quia quicquid facit, recte facit. Vnde deum facere iuste aliquid circa creaturam, dicit Deum facere ex debito iustitiæ propter meritum præcedens creaturæ. Deum facere misericorditer, nō est ipsum agere iniuste: sed nō ex debito, & sine præuio merito proprie dicto. Sic misericorditer conuertit Petrum, & Paulum, & non ex merito saltem condigni. Iuste damnatur Iudam, quia propter demeritum culpæ. In loco allegato Ockam non attendit appellationem: ideo assimulat nunc dictas locutiones illis: Deus facit malum, & Deus facit malē. Valent ad idem dicta Ansel. in Profolo. cap. x. & xj. ¶ Tertia conclusio. Ut nomen misericors, seu misericordia includit animi commotionem, & afflictionem super malo alicuius displicentiam, & compassionem, Deus non est misericors: nec in eo reperitur misericor-

Cōcl. 3.

dia. Patet conclusio Iac. j. Quia apud Deum non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. ¶ Quarta conclusio. Ut nomen misericors, & misericordia includunt dantem uoluntatem miserie presentis, uel imminentis, & uoluntatem releuandi eandem secundum dictamen rationis rectæ, Deus uerē misericors uerē prædicatur: sed etiam in eo misericordia (scriptura teste) reperit. Patet conclusio: quia sicut nullum bonum potest nobis accidere, nisi eo uolente: ita nullum malum auferri, seu quocūq; proueniri, ne accidat, aut prohiberi, ne eueniat, nisi deo uolente. Sed nulli dubiū: multa mala a nobis nunc presentia tolluntur, & futura, ne eueniant, prohibentur, & non nisi per deum plus influentē in omnem effectum posituum, quā quæcūq; causa secunda. ¶ Quinta conclusio. Sicut Deus dicitur uoluntate antecedente semper uelle bonum creaturæ: & omnes homines saluare: & tamen non omnes saluantur: ita potest dici semper habere nolle antecedens, respectu mali, uel miserie creaturæ prohibendæ: licet non omnes cum effectu a miseris omnibus liberantur. ex notabili. v. Patet. j. Timot. ij. Deus uult omnes homines saluos fieri: & ad agnitionem ueritatis uenire. Et ex primo secundum: suppositio ex primo Sententiarum, quod sit uoluntas antecedens, quid consequens in Deo. Et sicut non dicitur semper habere uelle cōsequens boni: ita nec nolle consequens mali amouēdi. ¶ Consequenter dicendum. Licet ecclesia oret, Deus, cui proprium est misereri, semper, & parcere (quod intelligit de uoluntate antecedente) attamen potest catholicē concedi, quod nō semper parcat consequenti uoluntate. Item quod Deus semper est propriū misereri: ita quod semper non determinat misereri. Et ideo Deus nō semper miseretur: quia nō semper auferit miserias uoluntate consequente: sed secundum ordinē diuinæ iustitiæ, & nonnūquam pro hominis merito, uel demerito. Paratus uerō est semper ad miserandum cæteris paribus, si homo nō demeruit: si conducit ipsi: si non ponit obicem &c. Est enim misericordia uir-

Cōcl. 4.

Cōcl. 5. Ut Deus uoluntate antecedente semper uult bonum creaturæ, ita potest dici semper habere nolle antecedens.

rus. Sic intelligitur Ockam in Centi. concl. xlvj. Deus non fuit misericors ab æterno. supposito, q̄ mundum creauerit ex nihilo, & q̄ nomen misericors connotat aliquid extrinsecum deo, cui Deus misericors fit, aut clemens. Sicut dicitur de nomine creans, uel creator. Nam antequam mundus fieret, non fuit, cuius deus miseretur, seu cui miserias aufert cum effectu: ergo Deus fuit aliquando, quando non fuit misericors: sicut, fuit aliquando, quando non creauit hominem. Ista tamen p̄t concedi: misericors deus fuit ab æterno. Sed ex hoc nõ sequitur, q̄ deus ab æterno fuit misericors: saltem ut ly ab æterno determinat ly fuit. Nam ad ueritatem primæ sufficit, q̄ deus, qui nec est, nec fuit aliquando misericors, fuerit ab æterno. Ad secundam requiritur Deum fuisse ab æterno, & cū hoc aliquid, cui ab æterno impenderit misericordiam cum effectu: nec sufficit secundum prædestinationem. ¶ Corollarium. Nolle antecedens respectu mali creaturæ misericorditer auferendi, non facit deum proprie misericordem: sed nolle cõsequens. Patet sicut de uoluntate antecedente, & cõsequente. & huiusmodi nolle, est effectus immediatus misericordię, & est in deo: nõ aut cõpassio effectus remotus misericordię. ¶ Sexta conclusio. Pro diuersitate effectuum, quos deus ad extra nolendo (noluntate cõsequente) nostras miserias misericorditer p̄ducit, multiplex in eo reperitur misericordia, liberã. s. & parcẽs, seu mitigans. Patet. nã Deus a quibusdã remouet, & excludit omne malũ, & præfens, & imminens eos prorsus liberando, & omnẽ miseriam totaliter releuãdo: ut in beatis: & dicitur liberã. A quibusdã partem mali debiti secundum sua meritare mittendo eis partẽ miserię, uel pœnarũ quã deberet sustinere: ut in indulgentijs: & dicitur relaxans. Sic poni possẽt misericordia pœnã infligens pro malorũ correctione, & cohibitione: secundum ordinationem uoluntatis diuinę: aut puniẽs, uel expectãs, uel exercens, uel ordinans ad bonum aliquod, cum Deus punit iustos non pœnam pro peccatis infligendo: sed uirtutis misericordiam tribuen-

Coroll.

Cõcl. 6. Pro diuersitate effectuum multiplex in deo misericordia.

dom: in Job, Tobia, & alijs. Nec est absonum unum, & eundem effectum attribuere, & misericordię, & iustitię diuersis respectibus. Sic etenim beatus Augustinus in expositione Psal. cxliij. quicquid in nobis agitur, uel per nos bonũ, diuinę attribuit misericordię. Pura hominis ex nihilo, cum non esset, conditio: eius cum iam conditus est gratuita iustificatio: bonorum operum executio, & remuneratio, ac ad præmium gratuita acceptatio: longanimitas: peccatorum ad pœnitentiam expectatio: & ira de similibus multis. Nascentur enim naturę filij iræ de perditionis massa, memoriam abundantię suauitatis tuę eructabunt, & iustitia tua exultabunt. Notanter dicit tua: non sua. Sua enim iustitia, & misericordia exultare possumus: non nostra. Sua iustitia saluat hominem: quia bonitatis suę condecencia: non nostra exigentia. Nec nostra bona opera, quę eius sunt bona, & sua gratia, ac gratuita acceptatione meritoria. De hoc infra. dist. lxxix. quæst. iij. ¶ Potest probabiliter teneri misericordiam ortum habere ex iustitia, & misericordiam esse partem iustitię. Est enim quaedam condecencia diuinę benignitatis, & bonitatis. Decet enim Deum iustissimũ miserorum tollere miserias. Secundum ista, & diuersam terminorum acceptationem potest responderi ad dubium communiter moueri solitũ: Si in omni opere diuino concurrat misericordia, & iustitia. De quo infra dubio. v. ¶ Sextima conclusio. Iuste, & misericorditer æterna pœna puniuntur quoad durationem, licet nõ quoad acerbiratem seu intensiõnem, qui in mortali peccato nec contrito, nec cõfesso, finaliter cum decedũt reperiuntur. Quia iuste, probatur. quia ex decreto iustissimo uoluntatis diuinę essentialiter, & semper iustę, quę est omnis iustitię regula nulli alteri innixa. Matth. xxv. Ite maledicti in igne æternũ. qui textus loquitur ad literam de hominibus, & angelis dãnatis. Er infra. Ibunt hi in supplicium æternũ. Er Apoc. ij. Cruciabuntur in secula seculorũ. Christus siquẽ in uno, & eodẽ loco, & sermone cõtextu utriusq; cõplexus est: & p̄miũ

Cõcl. 7. G Iuste, & misericorditer æterna pœna puniuntur q̄ in peccato mortali moriuntur.

beatorũ, & gehennã damnatorũ. Sed p̄miũ æternaliter, & sine fine manebit: ergo & secũdũ finẽ nunquã habebit. ¶ Et si quẽt aliquis: in quo cõsistit illa iustitia: siue cõmutatiua, siue distributiua: In punitione peccatorũ perpetua pœna tali, uel tali p̄ p̄cõ tẽporali. Primũ de cõmutatiua: ex qua (secũdũ prædictã) dependet distributiua. Tametsi decreti, & ordinationis, seu uoluntatis diuinę nõ sit a nobis querenda causa: attamen ratio iustitię cõmutatiuę in hoc p̄t saluari. Deus habens sup̄premitatem dominij in factura sua: dedit homini animam rationalem liberam, & dimissis multis obligationibus, quibus potuit eum iuste obstringere: paruam, suauem, ac factõ possibilem adiecit legẽ charitatis, & amoris: qua plus cohibetur ab opere, quã cõstringitur ad pleraq; faciẽda nisi pro loco, & tẽpore. Spondit auxiliũ, & legis obseruatoribus p̄miũ beatificũ, cohibuit pœnarũ cõminatione transgressores. Ecl. xv. Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit illũ in manu consilij sui. i. potestate liberi arbitrij: sine subtrahione suę coactionis, ac generalis influentię. Cum autem dicitur eũ relinquere in manu consilij sui, non censetur ipsi dedisse peccandi auctoritatem. Nam posse peccare, proprie nõ est posse: sed defensus sequens liberum arbitrium, & hominis malignitatem. Est. n. omittere culpabiliter, quod esset faciendũ, & cõueniens legi. Sequitur. Adiecit ei mandata, & p̄cepta sua. hoc est adiecit legem, & legis instructionẽ super agendis per liberũ arbitriũ, dicẽs. Si uolueris mandata conseruare, cõseruabunt te ad uitã glorię: per gratiam, quã tibi conferam. Apposuit ei ignem, & aquã. i. refrigeriũ glorię, & supplicium gehennę. Ad quẽ uoluerit, porrigere p̄t manũ. & ita ante homines mors, & uita, bonum, & malũ. Et licet non cohibuerit eum cum effectu a malo: prout nec tenetur: uult tamẽ uoluntate antecedente oẽs homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. j. Timor. ij. Ecce iustitiam cõmutatiuam secundum p̄cõta, leges, & statuta cum homine factura Dei, iuste inita. Nõ enim ex naturali debito tenetur hominẽ saluare Deus. Sic

Posse peccare proprie non est posse, sed defensus sequens liberũ arbitriũ, & hominis malignitatem.

de homine post peccatũ, cum nascitur de perditionis massa. Matth. xix. Consequenter de iustitia distributiua, in quo fundari p̄t: suppositis dictis in secũdo de peccatis. Sicut cõmutatiua iustitia pœnã dat pro cõtempu diuino: ita distributiua tantã, uel tantã pœnã pro maiori, uel minori cõtẽptu dei. Quid. n. est peccare, nisi cõtẽnere Deũ, & nõ uelle facere, quod iubet ab homine fieri: uel uelle nõ omittere, quã phibet fieri: &c. Sic. n. p̄cõr posthabito Deo rẽ utilẽ, & respectu Dei nullã p̄fert Deo, & plus appreciatur. Cõtẽnere sumitur multipliciter. Primo modo est rẽ aliquã uerẽ, uel inter p̄tatiuẽ plus, uel minus iusto, & quam ualeat appreciare. Et talis cõtemptus reperitur in omni peccato, etiam ueniali. Si enim homo iuste Deum app̄ciaret: nihil quocũq; ab eo phibirũ factõ demãdaret: sed summopere suę uoluntati per omnia uiuere uellet. Secũdo, est rem non attẽdere. Tertio, est quasi irasci rei alicui, & eam ut uilem demittere, uel nõ curare. Sanctus Thomas dicit. Cõtẽnere p̄ceptũ est nolle obseruare ipsum. Cum ergo peccator uult non obseruare p̄ceptũ, & eius legi cõtrauenire nõ ueretur, nec curat eam, contemnit Deum. Huiusmodi contemptus, & auersio formalis, uel uirtualis nulla potest dari causa excusans hominẽ a peccato: simpliciter manifestum est. Attamen illa auersio fit quãq; præuia hominis forti tẽtatione intus, uel extra, quã p̄uidit, aut p̄uidere potuit, & debuit, & tñ omisit, & ita uolẽdo antecedens, uoluit, & cõsequens scitũ esse tale. Fit quandoq; ex passione, uel infirmitate ignorantia non affectata: sed crassa, uel supina ex inclinatione prauorum habituum nondum post pœnitẽtiam extinctorum ex defectu sciencię, & talis, quã si adesset, non cõmitteret factũ &c. Quãdoq; ex malitia pura, & mera uoluntatis libertate: etiam cognitio periculo ut tali, & cognita diuina benignitate, perfectione, beneficentia, longanimitate, &c. uult non seruare legem, & forte irascitur legi, & eam execratur: sed potius uult homini morem gerere: libidine uoluntati &c. aut rem illam ad se trahere &c. quicquid sit de præ-

Cõtẽnere sumitur multipliciter

pro diuino. Et non dubium: quin sicut actus procedens ex ignorantia aliquo modo excusatur: ita & procedens ex infirmitate, aut passione: quia in hoc casu tentatio, seu passio difficultans uoluntatem per obedientiam passionum, aut eam impediens, aut rationem obnubilans ne recte iudicet (qua errante nec uoluntas recte uult) est quandoque causa sine qua non actus illius: & ita minuit uoluntarium, ex consequenti contemptum. Dicitur quaedamque, quia non quaelibet ignorantia est causa peccati: sed illa duntaxat, quae tollit scientiam oppositam haberi debitam, quae si adesset, prohiberet, quantum est de se actum peccati. Si uero ignorantia non est causa actus: nec causat inuoluntarium, nec excusat, nec minuit, quantum est de se peccatum: quia si haberetur scientia, nihilominus actus fieret. Sicut ergo huiusmodi actus ex ignorantia procedentes, quorum ignorantia est causa sine qua non, habent qualemque excusationem: Ita dum procedit ex mera libertate non impedita, nec qualitercunque per obuiam passionem aut ignorantiam obnubilata, uel difficultata augent uoluntarium, per consequens, & contemptum: & faciunt maiorem imputationem. Et quia peccata secundum rationem formalem peccati non distinguuntur specie: nisi secundum distinctionem habituum, quorum carentiam important: nec distinguuntur formaliter penes obiecta, ad quae conuertitur peccans: Sic enim sunt actus positivi, & non priuationes: nec huiusmodi obiecta sunt mala: nec materialiter: quia uoluntas male se habet circa ea: ideo opus est dicere, quod illud peccatum est grauius peccatum ex genere: quod opponitur rectitudini meliori. Illa rectitudo est melior, quae magis coniungit fini. Vel sic: Principalis ratio malitiae, & grauitatis peccati in genere consistit in uoluntatis liberatione a Deo auersione: ac in nobilioris rectitudinis debite ineffe uoluntati priuatione. In his enim duobus secundum Scot. xxxvij. ij. uoluntatis auersione a Deo, & nobilioris rectitudinis priuatione, quam uoluntas debet actui, quem uult producere, dare: consistit ratio malitiae, & gra-

Nō que liber ignorantia ē cā peccati.

uitatis peccati in genere. Verum in eodem genere peccati, illud est grauius, & maioris contemptus: in quo uoluntas maiori libidine peccandi, seu conatu fortiori liberaliori, ac intensiori: secluso quocumque impediente, uel difficultante, aut obnubilante se auertit a bono incommutabili. Sicut enim uoluntas est causa proprie dicta, & immediata peccati: ita & maioritas peccati pariter, & contemptus subsequentis. Hinc Aug. lib. vij. q. ad Deogratias. q. iij. Ex qualitatibus uoluntatum: non ex temporum spatij peccata merentur. Et Hug. lib. ij. parte. xiiij. c. vj. Totum meritum in uoluntate est: quantum uis, tantum mereris. hoc est in, uoluntate efficaci subiectiue, & effectiue: & in acceptance diuina remuneratiue. Et infra. Quantum uoluntas crescit, tantum opus uoluntati prodest in bonum, aut nocet in malum. Post nunc dicta, potest ostendi etiam commensuratio quaedam poenae aeternae ad temporalem culpam iusta, & recta stante ueritate fidei: ac diuina ordinatione. Tum ex parte peccati: quia culpa mortalis est obiectiue infinita: quia contemptiua obiecti infiniti, & contra legem aeternam. Talismodi uero culpae debetur poena correspondenter infinita retriue, sed non secundum acerbitate: quia talis nec est: cum sit summum malum, & corrumpet se ipsum. Et subdit secundum Durand. & Palud. Sicut enim beatitudo formaliter est finita: ita & damnatio erit finita: quia punit Deus citra: non autem ultra condignum. Cum autem creatura non est capax poenae infinitae secundum intentionem, & peccator ramdiu cruciabitur, quamdiu manet reatus, & imputatio culpae, & offensa Dei, & illa manet perpetuo: quia homo pro suo aeuo permansit inimicus Dei: ergo extensiuè in perpetuum cruciabitur, & ita ex parte eius, in quem peccatur: iustitiae est, & exigit hominis culpa perpetuam infligi poenam. Tum ex parte peccantis: permansit enim pro suo aeuo in culpa quoad reatum culpae, & quodammodo censetur semper uoluisse peccare, & perpetuo in peccato manere, qui pro suo aeuo finaliter persistit in peccato. Est ergo iusti-

Ex qua licitibus uoluntatum non ex temporum spatij peccata merentur. H

tia, ut nunquam careat supplicio, qui se per uoluerit manere in peccato, secundum Gregorium in. iij. Dialog. Item tanta poena culpa digna est, pro quanta uitanda peccatum fuit uere secundum distamen rationis recte omittendum. Illa uidetur manifesta: quia si aliquid non est faciendum secundum dictamen recte rationis pro multa. x. florenorū, si illud sit contra rationem rectam, est dignum tali poena. Nunc autē pro infinita poena fugienda secundum rationem rectam non esset peccatum: ergo commissio peccati habet talem poenam. Itē non minus est fugibilis offensa Dei, quam sit eligibile illud bonum, pro quo adipiscendo nullo modo deberet committi peccatum. Sed pro infinito bono non est offendendus Deus: & si quis habet infinita bona, posset iuste omnibus spoliari a Deo pro offensa eius secundum Ger. lect. j. de uira spirit. ergo Dei offensa est infinitae fugibilitatis, & immutabilitatis, & in tantum elongat hominem a Deo, quod non potest ei iterum uniri nisi per gratiam Dei. Item peior est culpa, quam poena perpetua: ergo non iniusta. Antecedens probatur. id est peius alio, cuius oppositum est melius, & magis eligibile. sed oppositum culpae, puta obedientia dei eligibilior est carētia poenae: magis. n. deberet creatura secundum rectam rationem perpetuam poenam eligere in ratione afflictionis, quam continere bonum infinitum. Stet oppositum: iam licet in certo casu peccare, seu bonum in finitum continere. Item sicut in ciuilitate terrena, aut mundana: secundum Durand. leges iuste statuunt pro certis delictis temporales poenas, diuturniores tamen, quam fuit tempus culpae: pro quibusdam uero totalē, & perpetuam exclusionē a ciuilitate humana, & priuationem uitae corporalis, quae est illi perpetua secundum capacitatem subiecti, & secundum intentionem legis, ne unquam redeat ad societatem pristina: Ita in ciuilitate superna, leges diuinae iuste statuunt pro certis delictis, ita & in ciuilitate aeterna.

in iuste infligere poenam aut mortem temporalem pro aliquo forefacto temporalis (Exemplum de blasphemio. Leni. xxiiij.) ergo & deus. Itē magis est peccator dignus poena perpetua pro culpa finali mortali: quam iustus praemio aeterno pro merito uisquam iustus nullo modo potest Deum constituisse suum debitorem: nisi sua libera uoluntate, & gratuita acceptance tantum pro tanto: & ideo praemium ei non est reddendum secundum debitum stricte sumptum: seclusa diuina obligatione gratuita, & merē contingenti. Sed peccator uoluntarie recedens ab obedientia dei, uere debet puniri secundum rigorem iustitiae, & est uere debitor poenae: & iustus praemiatur praemio beatifico aeterno pro merito praecedens: ergo & peccator punietur poena perpetua pro culpa mortali contra Deum commissa. Nec solum atreditur in culpa correctione, quanta fuerit uoluptas in peccando: sed etiam quantum ille, qui pro tanta uoluptate momentanea contentum non debuit. Et ideo quicquid quo uoluptas est minor: maior est contemptus: grauior enim contemptus est beneficii, & amicum bene de se meritum pro re utili dimittere, quam si pro re ardua post habeatur. Siquidem maius malum est rem uilem proponere rei magna: & multum apprecianda, quam minus uile: & maior est contemptus bubulci, quam magistratus. Nunc autem poena principaliter sequitur talem, uel talem, seu tantum, aut tantum contemptum summi boni: & non tantum libidinem peccandi aut quidam loquuntur uteres nomine libido pro uoluptate in actu peccati, & non in genere, ut est nomen generale omnium cupiditatis praue: sicut de libido uel uoluptas dñandi, ulciscendi, gratulandi, &c. secundum Aug. xiiij. de Cui. dei. ca. xv. & xvj. Omnes enim illae passionnes uolitiones sunt secundum eum. Et ita potest colligi ex his, quae nobiscum aguntur, quaedam proportio commensurationis poenae aeternae ad culpam horariam saltem quantum ad actum ipsum. Si dicitur: Finitum ad infinitum nulla est proportio: Verum est finitum ad infinitum simpliciter: sed finitum ad infinitum secundum quid potest esse proportio: & hoc in eo praesertim, in quo non est infinitum. Exēplū. Finitum calidum potest habere

re proportionem ad infinitum in quantitate: finitum tamen in qualitate. In proposito culpa non est simpliciter finita: quantum ad omnem eius considerationem: siquidem obiectiue est infinita: quia contra bonum infinitum. ¶ Oportet dicta plurimorum doctorum in hac materia sane intelligere: cum quidam dicunt peccatum cessare apud damnatos; quidam non cessare. Non cessat quantum ad imputationem, & reatum culpæ, & pœnæ: cessat quantum ad actum peccati. ¶ Consequenter sequitur. Offensa diuina perpetua, & perpetuatio reatus tam culpæ, quam pœnæ in anima peccatoris per finalem eius impoenitentiam: & perpetuam omissionem ingemiscendi de suo peccato, potest dici causa perpetuæ damnationis malorum in mortali peccato decedentium. Siquidem accidit pœnæ, quæ sit perpetua: & non est de ratione eius per se, quæ sit perpetua, in quantum est punitiua. Quia enim reatus semper manet: & homo, qui peccauit, semper cõseruatur ad uitam: ideo semper manet pœnæ: cum semper manet hõis uiuentis culpa. Extensio itaq; accidit pœnæ: intensio uerõ necessaria est pro qualitate delicti, scdm Scot. Est ergo pœna damnatorum iusta secundum iustitiam distributiua, & cõmutatiua, & scdm decenciam bonitatis diuinæ, & exigentiam culpæ. Quia autem misericorditer sic puniantur patet ex dictis: quia citra condignum: & misericordia superexaltat iudiciu: ergo. Est ergo ibi misericordia parcens, sed nõ liberans, secundum pdicta. ¶ Dicitur in cõclusionem. Qui in mortali peccato, nec cõtrito, nec cõfesso. Nã secundum opinionem tactam dist. xvj. q. ij. pœna debita ueniali peccato terminatur homine in inferno damnato: quoniam debitum ad eam stat cum gratia: sicut culpa uenialis charitatem non excludit: charitas uerõ debitorum æternæ pœnæ non admittit. Neq; ex hoc, quod ipsum ueniale mortali adiungitur, punietur pœna æterna: quia Deus semper punit citra condignum: licet etiã puniat ad condignum, prout scilicet diuinam iustitiam concedet, & culpa exigat, stante lege diuina: tantam pœnam pro tali peccato: ergo nequaquam ex

Offensa diuina pœna pot. dici cã perpetuæ damnationis malorũ in mortali decedentium.

sua misericordia, & condecencia bonitatis diuinæ infligit pœnam æternam pro ueniali peccato, cui debetur ex diuinæ misericordia pœna temporalis: sicut etiam ex cõmunctione uenialis peccati cum mortali, ueniale non exigit genituum, id est non fit mortale. Ideo etiam non exigit, aut extendit pœnam suam propriam in infinitum cõiunctum mortali. Sic de pœna, quæ debetur peccato mortali deleta per contritionem in recidivante in mortale peccatum. Talis enim erit temporalis in inferno: quia nõ retractat deus misericordiam suam, quam fecit peccatori in commutatione pœnæ perpetuæ in temporalem in contritione. Hinc si quis moritur in mortali, qui nondum satisfecit pro peccatis contritis aut confessis, punietur tãtum temporaliter pro eisdem. Quia sicut deus non reuocat peccatum confessum quo ad culpam, ex quo semel est misericorditer remissum: ita nec imputat quo ad pœnam æternam: ex quo semel commutata est in temporalem. ¶ Dicitur est in propositione: puniuntur: de quo aliquid supra. dist. xliij. q. iij. quibus aliqua ueniunt addenda. Notandum secundum Scot. quod punitio est perceptibilis carentia boni conuenientis in natura intellectuali: uel perceptibilis presentia mali disconuenientis in eadẽ. Ponitur autem ut communiter triplex bonum naturæ intellectualis, aut duplex bonum commodi, scilicet & bonum honesti: & ad quodlibet illorum potest reduci bonum utile. Ergo sequitur, quod duplex est punitio naturæ intellectualis ex carentia duplicis boni ei conuenientis. Prima uocatur pœna damni, damnum, siue damnatio: quia priuat bono commodi. Secunda, obstinatio in peccato, siue malum in iustitiã, aut culpæ, ut Scotus loquitur. Cum autem nulla operatio naturæ intellectualis: siue intelligere, siue uelle secundum se accepta, est sibi disconueniens, nisi fuerit nolita, sed quælibet secundum se accepta (ut est intelligere, uel uelle præcisè) conueniens: ideo nihil est disconueniens tali naturæ nisi passio distincta contra operationem talis naturæ, quæ potest esse tristitia. Vel

I Punitio est perceptibilis carentia boni conuenientis in natura intellectuali. Triplex bonum naturæ intellectualis:

operatio est ei disconueniens, est ex eo; quia nolita præcisè ab ea, & non secundum se: ut puta quia intelligere, uel uelle: cum sit indifferens ad omnes illas, & quamlibet seorsum. Siquidem generaliter loquendo: omne nolitum, quod cum effectu accidit, & in esse ponitur, causarium est tristitiæ in natura intellectuali. Cum autem in dñatis est nolitio ignis carceralis damnatorum ut supra: quod eos detinet non effectiue, sed ut instrumentum iustitiæ diuinæ contra uoluntatis imperium, & naturæ libertatem, & formaliter solum, ut locus damnatoru: ideo causat in eis effectiue tristitiam magnam: etiam ex eo, quia eos impedit a consideratione aliorum obiectorum: quod non potest esse conuenertere pro naturæ suæ libertate nunc ad hoc, nunc ad illud obiectum: prout placet. Solet autem poni pœna piritus damnati duplex, priuatiua, & positiua: & in genere quadruplex. Priuatiua duplex, obstinationis, & damni, ut supra tactum est: ex priuatione duplicis boni, cõmodi, & honesti. Dolet enim de peccato suo: non quia peccatum præcisè, & offensiuum dei: sed quia demerituum priuationis boni cõmodi, beatitudinis, scilicet propter intensum sui ipsius amorem: ratione cuius priuationis tantum incidit damnum. Et tristitia subsequens huiusmodi nolitionem, potest dici uermis corrodens, uel pœna uermis, uel tristitia ex remorsu de peccato commisso, ut supra. Potest tamen beatitudo etiam dici bonum honestum: & licet sit bonum honestum, nihilominus est summum commodum: & esset commodum, licet, per impossibile nõ esset honestum. Tristitia de carentia gratiæ, & charitatis (quæ est bonum honestum, & summum honestum: immo quæ esset honestu, licet per impossibile nõ esset commodum, seu bonu commodi interpretariue) potest dici, ut supra pœna absorptiua. Vel non habet nomen scdm Scotum: quia cuius desiderium maxime inest nature, & specialiter sibi sine freno iustitiæ derelictæ, eius perpetua carentia percepta totaliter absorbendo contristat, & reddit eum mortuũ ad omne opus bonũ. Dicit ergo

Duplex pœna piritus damnati.

tristitia absorbens. Et sic habet duplex pœna priuatiua: obstinationis, & damni: quas consequitur uermis corrodens, & tristitia absorbens. Pœna positiua similiter duplex est: Vna dicitur detentio locans definitiua: alia detentio intelligentiæ obiectiua. Tristantur. n. prius de detentione ignis perpetua tanquam definitiue locantis, ut supra. Et scdm de eo, quod coguntur ignem cõsiderare, ut obiectum summe nolitum. Hæc enim sunt sibi disconuenientia, non quia destructiua naturæ, cui insunt: sed quia nolita. Pœna primæ tristitiæ potest dici incarcerationis: secunda excæcationis. Sic habetur duplex pœna priuatiua: & duplex positiua: ex priuatione duplicis boni, & positione duplicis mali, seu noliti. Et si quaeritur, a quo sint illæ pœnæ causatiue, facile dici potest: Priores duæ cum sunt quedam priuationes, non habent propriam causam positiuam. Pœna enim uermis de carentia beatitudinis, habet deum causam negatiuam: quia non uult conferre beatitudinem posita carentia gratiæ demeritoriam, hominem peccatorem. Et si dicitur pœna absorptiua: id dicendum. nomina enim sunt ad placitũ. Pœna obstinationis similiter non habet causam positiuam deũ: sed defectiuam, & negatiuam. Sicut. n. p̄ctũ ut tale, p̄cisè non habet Deũ causam positiuam: sic nec continuantem in p̄ctõ, uel cõseruatem peccatũ ut tale: p̄cisè scdm rationẽ formale peccati: sed habet deũ cãm defectiuam, uel negatiuam nõ cõferentem auxiliũ græ suæ propter demeritum peccati, & demeritoriam hominem peccatorem. Alia autem duo positiua summe nolita, scilicet detentio, & ignis cõsideratio, sunt a Deo effectiue. Deus enim pro perpetuo detinet damnatum in loco ignis effectiue, licet ignis ut supra detineat nõ effectiue, sed formaliter, ut locus, & ut instrumentum diuinæ sententiæ. Deus ergo est causa effectiua, & immediata huiusmodi locationis: sed illius attentionis, & considerationis ignis ut locantis summe noliti obiectum potest dici causa partialis cum Deo coagente. ¶ Octaua conclusio, & responsiua ad quæstionem. In

Pœna positiua est duplex.

Cõcl. 8

Deo est iustitia dulcorata misericordia, qua decedentes finaliter in mortali peccatorum culpa puniuntur in inferno poena perpetua. Patet ex deductis. De hoc August. super Ioan. Homi. lxxxix. Tanta est suppliciorum, quanta est diuersitas peccatorum: quæ quomodo se habeant, aliter iudicat sapientia diuina, quã ratio humana. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum circa conclusionem septimam. Matth. vij. dicitur. Quia mensura mensuræ fueritis, remetietur uobis. Peccatum mortale est temporis finiti, & momentaneum: ergo & poena erit eiusdem mensuræ. Item Apoc. xviii. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentorum, & luctum. Et Deutero. xxv. Pro mensura delicti erit plagarum modus. Præterea si ad mensuram redditurus est præmium, & omnis mensura circumscripta est sine temporis: ergo &c. Ad illud respondet beatus August. lib. vj. q. in solutione quartæ questionis ad Deo gratias presbyterum. & xxj. de Ciuit. dei ca. xj. & xij. Non oportet concedere mensuram non esse nisi temporis: cum & syllabæ sua dicantur habere tempora: & res alias constat esse mensuras quasdam bladorum &c. Item quantus sit sol ad terram totam, geometricis mensuris colligi potest, ut loquuntur philosophi. Vult ergo scriptura tantumdem nobis significare in uerbis illis: scdm qd fecerit homo, sentiet præmiu: si contrauerit legi, punietur secundum legem. Si obedierit legi, sentiet præmium a lege. Vñ Gal. vj. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. & j. Cor. ix. quasi dicat. qd plantaueris, hoc decerpes. quãuis nemo plantet pomum, sed lignu: decerpit autem pomum magis, quã lignu. Intelligitur scdm August. scdm genus arboris. Sic dicitur: qd feceris, patieris. Facit autem quis stupru: sed tamen non patitur stupru, sed poenam, quã lex dat stupranti. Est ergo sensus: quæ æternam uoluit habere peccati perfruitionem, æternam uindictæ inueniet seruitutem. Hæc Aug. Item & aliter, ut mensura, & contemptus, & iniquitatis mensuret poenam peccato debitam. Vel ut differentia, & diuersitas contemptus pec-

cantis mensuret poenam. ut sit sensus: secundum proportionem, in qua uoluntate benefeceris, liberabimini in ipsa: in qua malefeceris, in ipsa punimini. Velut si quisquam ad turpem concupiscentiam oculis abutens excecari iuberetur, recte utique audiret in quibus oculis peccasti, in eis supplicium meruisti. Cum ergo uoluntas nostra, mensura est factorum, & meritorum nostrorum: ex qualitate quippe uoluntatis, non ex tempore sparijs, siue recte facta secundum August. siue peccata metimur: ideo secundum mensuram contemptus uoluntatis, dabitur poena. Similem tangit sententiam. cap. xj. lib. xxj. de Ciui. dicens uerbum Christi non intelligendum de æquali temporis spatio: sed de uicissitudine mali: ut qui uolens pro suo perpetuo commisit malum culpæ, sentiat perpetuo nolens malum poenæ: & qui proximum iudicat iniuste, a Deo iudicatur iuste. Et ideo ly secundum, & ly quantum in præmissis auctoritatibus dicunt similitudinem proportionis, non quantitatis secundum iustitiam distributiuam, & commutatiuam, pro diuinæ bonitatis malum ordinantis, taxa, & culpæ exigentia. Et ante hoc inquit. Poena æterna ideo dura, & iniusta uidetur sensibus humanis: quia in hac infirmitate moribundorum sensum, deest ille sensus altissimæ, purissimæque sapientie, quo sentiri possit, quantum nefas in illa prima præuacatione commissum sit. Sic suo modo dici potest de præuacatione particulari cuiuscunque peccatoris. Et per hoc patet ad auctoritates adductas. ¶ Secundum dubium: an Deus possit beatum iuste damnare, & e contrario damnatum saluare. Respondet Richardus. Quomodo saluatum posset damnare salua iustitia: ad presens non uideo. Admittit tamen, quod posset damnatum saluare: remittendo ei peccatum. & infundendo gratiam, & dando poenitentia gratiam pro commissis. Cum enim omnis iniuria sit in deum, potest eam liberè remittere de potestatis plenitudine: tanquam dominus sue creature. Saluatus uero de condigno meruit gloriam: & ideo

In quibus peccamus recte in his puni uaur.

Dub. 1.

non potest iuste ea spoliari: nisi reponatur ad uitam mortalem, in qua mortaliter peccando demeretur perdere gratiam. Sed illa dicta non cogunt proprie loquendo. Nam in sensu diuino illa est uera: Prædestinatus potest damnari, cum sit contingenter prædestinatus: & Deus contingenter opetur ad extra: & contingenter uult ad extra, quicquid uult: & quod uult, ab æterno uult: sed potuit ipsum ab æterno non uelle. Cum hoc stat aliquam propositionem, quæ non est necessaria, eè immutabiliter uerã, immutabilitate complexionali, non reali: quia talis est necessaria. Sic illa propositio, quia nunquam mutabitur de ueritate in falsitatem uel e contrario, est immutabiliter uera: prædestinatus saluabitur: & prædestinatus finaliter nunquam damnabitur. Sic præscitus nunquã saluabitur, qui finaliter præscitus est: secus secundum præsentem iustitiam. Ideo & illa est uera Deus potest beatum damnare. quia non est necessario prædestinatus, aut beatus: sed contingenter, licet immutabiliter. Potest enim Deus de sua natura facere quicquid uult sine iniuria creature: & potest eam iuste affligere sine culpa: sed non punire proprie sumpro uocabulo sine culpa. Punio enim respectiue dicit ad culpam. Illa. n. punio non esset iusta: quia non præcessit culpa: nec iniusta: Deus. n. nõ pot agere iniuste: quia eo ipso, quod aliquod facit, iuste facit. Cũ ergo utraq; illarum: prædestinatus infallibiliter saluabitur: & præscitus danabitur: est immutabiliter uera: licet cõtingenter: nunquã ueniet oppositum in effectu. Et dato per possibile, aut impossibile, qd oppositum ueniat, hic nunquã fuit prædestinatus, & hic nunquã pscitus. Est. n. unũ insolubile, & posito uno aliud nõ ponit, nec positu fuit in esse. Nam accipiendo punire, ut ab solute dicit affligere, non ppter demeritum culpæ, Deus plures affligit tempora liter: tum pro glorificatione dei, tum ut liberent p eũ ab afflictione, tũ ut manifestent opa dei Io. ix. de cæco nato. tum ppter exemplũ patientiæ. Tob. ij. Permissit Deus illi uenire rætatione, ut postea detur exemplũ patientiæ eius. tũ ut p

Utraq; illarum propositio est uera prædestinatus saluabitur, pscitus damnabitur.

corporalẽ afflictionẽ pseruentur a pctõ. tũ ut augetur eorũ meritũ, & pmiũ, &c. Et licet hic non sit iustitia, qd exigentiam demeritorũ respicit, cũ ibi nullum est demeritũ culpæ est tñ iustitia scdm condecentia sapientiæ, & bonitatis diuinę. Vel ut Scotus loquit, est ibi iustia publicum: ad qd non necessario requiritur illud iustum particulare, quin eius oppositũ possit ordinari ad iustũ publicũ. sed condecentia bonitatis diuinæ. Ex nũc dictis sequitur, eo ipso, qd Deus sua libera uoluntate se fecit debitorẽ nostrũ uolens dare tantum pro tanto, immutabiliter daturus e, qd promisit: non necessario necessitate proprie dicta: sed necessitate immutabilitatis. Et ideo quandoquẽ est debitor, uult dare pro loco, & tempore, qd promisit, & prout promisit. Non ergo potest esse debitor, & uelle non reddere: quia implicat. Nam esse debitorem, infert eum uelle reddere, & eum uelle non reddere, psupponit, & ponit eũ nõ esse debitorem. Omnis enim debitor non reddens, qd pmisit, est iniustus: sed Deus nõ potest esse iniustus: ergo Deus non est debitor, qui non reddat, uel daturus sit pro tempore promissum. Immo (ut dictũ est) eũ esse debitorem, est eum soluere promissum: ideo non stat cum uoluntate non reddendi promissum: & eum uelle aliqd opus eius est: & uoluntas sua immutabilis est: licet cõtingenter agat ad extra. Itẽ potuit Deus naturam humanam creare in puris naturalibus: etiã nõ præuio peccato: & sic fuisset subiecta poenalitati nature, seu poenalitati consequenti naturã suis naturalibus derelictam, ut solet ostẽdi in ij. senten. ¶ Tertium dubium. An sit admittendum, qd alicui prædestinato finaliter ad uitam æternam, debeatur poena æterna pro mortali peccato, qd nonnunquam committere: ut est casus possibilis. Exemplum de sanctis Petro, ac Paulo, ac cæteris, qui lapsi sunt in peccata, tãtẽsi ab æterno fuerint prædestinati ad uitam. Dicẽdum, si ly debeatur capitur, ut illud dicatur debitum alicui, quod ipsi quandoq; cum effectu tradetur, sic homini illi peccatori debetur poena æterna secundum prædestinationem æternam, ta æter-

Dub. 3.

M An sit admittendum, qd alicui pdest. finaliter ad uitã æternã debeatur ui-

secus secundum presentem iustitiam: finaliter conuertetur, & saluabitur. Alio modo dicitur aliquid debitum alicui, quod cadit sub suo merito, uel demerito: & secundum uoluntatem diuinam infallibiliter sibi reddetur, si finaliter permanferit in hoc statu meriti, uel demeriti. Sic soli peccato finalis impenitentiae debet poena aeterna, quia talis infallibiliter damnatur. Diuina enim praescientia est infallibilis: licet praescitus contingenter damnabitur: & sic praedestinatio aeterna praedestinatio ad uitam non derur poena aeterna (si saltem ita fas est loqui citra offensionem) pro peccato mortali, quod committit: quia non permanebit in eo: sed ut praedestinatus est, & finaliter poenitebit: nec sentiet gehennam.

Dub. 4. An deus iustius agat in damnatione uultius peccatoris, quam alterius, comparando ad inuicem duos peccatores maiorem, & minorem. Sic de misericordia in saluatione suo modo queri possit. Dicendum. Quia responsiones horum dubiorum maxime consistunt in acceptione terminorum: & forte plus habent curiositatis, quam utilitatis: Dicitur autem deus quandoque agere iuste: quia secundum decentiam suae sapientiae, & bonitatis: aut quia secundum merita alicuius dat aliquid misericorditer, quia uult subuenire etiam sine meritis: Dicendum ergo, Deus non iustius saluat unum, quam reliquum: nec iustius, damnat unum, quam reliquum. Hoc uidetur posse colligi ex Parabola Saluatoris. Matthaei. xx. Acciperunt singulos denarios. Et Paulus. Quae seminauerit homo, haec & metet. Qui parce seminat, parce, & metet. ij. Corinthio. ix. Galath. sexto. Recipiet unusquisque prout gessit siue bonum, siue malum. ij. Corinthio. quinto. Roma. ij. Reddet unicuique iuxta opera sua. & similia multa. Potest dari ratio. Aliquod dicitur agere iustius alio, dupliciter. Aut per comparationem re & iustitiae uoluntatis distribuentis praemia pro meritis: aut per comparationem ad effectum comparatum in aliquo. Primo modo non uidetur Deus agere iustius cum uno, quam cum alio. Eius uoluntas una est, & imman-

tabilis: a quo procedit omnis iustitiae effectus ad extra in creaturis. Nec secundo modo: quia licet in uno operetur maiorem effectum iustitiae, quam in alio: diuersitate meritorum: ex hoc tamen non sequitur, quod iustius operetur circa unum, quam circa alium. Quamuis effectus iustitiae sit in uno maior, & in alio minor: non tamen nisi pro qualitate meritorum. Iustitia enim uirtus est: & consistit in quadam aequalitate, siue secundum quantitatem, siue secundum proportionem geometricam, uel arithmetica. Hinc tanta est proportio quatuor ad duo, quantita. xx. ad. x. quia dupla. Deus autem uirtuosissime agit: & in omnibus mediocriter tenet indiuisibile secundum decentiam suae benignitatis, & bonitatis, sapientiae, & prudentiae: immo uoluntas eius rebus tribuit decetiam, & iustitiam. Ideo enim secundum Anselmum. aliquid decens, & iustum est respectu Dei, quia uult ipsum: iniustum, quia non uult. Et ideo quo ad hoc non agit iustius cum uno, quam cum alio: quia uult forte respiciendo absolute exigentiam meritorum nostrorum, multiplicem multitudinem, uel ingratitudinem, & relaplum in peccatum &c. possit dici iustius agere cum uno, quam cum alio. Nec sequitur: iustius agit cum uno, quam cum alio: ergo minus iuste cum illo: quia cum omnibus iuste agit, & non potest iniuste agere: nec minus iuste, quam concedit suam bonitatem, & sapientiam: tamen forte unus plus demeruit iuari, alius sua ingratitude. Et ideo sicut magis iuste, includit iuste secundum Richardum minus iuste includit iuste. Sic deus quandoque magis iuste punit unum, quam alium, &c. Potest tamen concedi, quod Deus misericordius agat cum uno, quam cum alio. Ex eordium de Paulo, quem pure misericorditer sine meritis pro sua benignitate uocauit miseratione diuina. Item plures sine omni merito boni sanctificati sunt in utero, & ad uitam praedestinati. Non tamen iustius agit cum uno, quam cum alio, ut dictum est: quia semper agit secundum decentiam suae bonitatis, & sapientiae infinitae. Praeterea nullus est debitor nisi sua uoluntate. Concordat

Dub. 5. Durand. quaest. iij. Quintum dubium. An in omni opere dei simul concurrant iustitia, & misericordia. hoc est, si omnis effectus dei, qui producitur, producatur & iuste, & misericorditer. Pro utraque parte possunt adduci scripturae canonicae, & rationes diuersae: sed fundantur in quibusdam nominis termini. Ideo post dicta in conclusione sexta notandum. Misericordia, & iustitia secundum Durand. quandoque sumuntur large. Sic misericordia Dei est diuina uoluntas uolens benefacere creaturae. Iustitia dei, est uoluntas diuina uolens pro suae bonitatis, & sapientiae decentia circa creaturam agere. Hoc modo in omni opere Dei reperitur, & misericordia: & iustitia: immo in hominis creatione, ubi nullum praecedit meritum. Quia enim bonus Deus, nos sumus. Et Thren. iij. Misericordiae domini, quod non sumus consumpti. Nec potest Deus agere, nisi secundum decentiam sapientiae suae, & bonitatis. Sic uerum est: Iustus dominus in omnibus uisus eius: & misericordia eius in omnia opera eius. Nota translatio habet super: & redit in idem secundum Augustinum. In opera eius dicit, non nostra, quae sunt peccata. Et iterum. Vniuersae uiae domini misericordia, & ueritas. Alio modo sumuntur illa nomina stricte, ut ultra praedicta misericordia dicit uoluntatem subuenire praeter meritum exigentiam: iustitia est decentia uoluntatis diuinae secundum merita, uel demerita. Et sic iustitia solum reperitur, uel effectus iustitiae, circa rationalem creaturam habentem liberum arbitrium. Hoc modo potest concedi: quod non concurrat simul in omni actione Dei: quia non in creatione hominis. Priusquam enim homo esset, mereri non potuit. Et inimicus Dei proprie non meretur: & mereri potissimum est in diuina acceptione. Item omne peccatum demeretur. Thren. iij. annihilationem peccantis, etiam peccatum originale: sed non annihilat peccatores: quod est misericordiae, & non iustitiae, seu meriti. Sic cum punit peccatores iuste agit: cum citra condignum, misericorditer. Cum praemiatur bonos, iuste agit: cum supra condignum, misericorditer.

ter. Concurrunt itaque hoc modo in praemiatione, & remuneratione bonorum, & malorum. Sic cum quis peccat, alius punitur, exercetur iustitia, & misericordia primo modo. Est enim bonum reipsum culpam ordinare per poenam: licet forte non semper bonum illi. Nam secundum Augustinum super Iosue. qu. viij. in temporalibus poenis alter pro alio punitur, non sine causa: sed forte sine culpa, in medicina curatiuum, aut preferatiuum patientis, ceteris in terrorem, & ut ceteri uidentes multitudinem affligi pro unius peccato, curent peccatum uitare, saltem formidine poenae peccato debite, animaduertant quoque, quanta poena manet peccantium multitudinem, curent denique alterutrum peccata uitare, ne alium pro alio contingant luere poenam, seu afflictionem &c. Secundum nunc datas terminorum acceptiones, multae scripturae, & patrum dicta possunt concordari quae facile. Sextum dubium. An Deus sic obligetur ad aliqua faciendum, quod de necessitate iustitiae teneatur ea facere. Supponitur hic ex dictis supra, quod duplex est necessitas scilicet propria dicta, & immutabilitatis. Necessitas propria dicta, siue coactiua non potest habere locum in Deo, quia non habet superiorem se cogentem aliquid. Habet autem lex coactiua potentiam. x. Ethicorum. secundum modum ueniens ab aliqua prudentia, uel intellectu. Necessitas immutabilitatis non realis, sed complexionalis cadit in Deum. Id enim, quod promissit se daturum, uel reddendum in promissum, immutabiliter reddet, licet contingenter, ut supra dubio. ii. Nam in Deo non est successio, ut nunc nolit prius uoluitum, & contrario. Et sic potest aliquo modo concedi, quod Deus necessitate iustitiae tenetur dare promissum, loquendo de immutabilitate complexionali, & tamen contingenter dat, sed immutabiliter immutabilitate complexionali. Bene sequitur. Si Deus promissit se hoc reddendum, infallibiliter reddet, ut supra. Sic dicitur. ij. Timotheae quarto. De reliquo reposita est mihi corona &c. Et illa necessitas non est proprie meritorum nostrorum exigentia de rigore debiti:

Dub. 6. An deus obligetur ad aliqua faciendum, quod de necessitate iustitiae tenetur ea facere.

Non enim possumus facere debitorem nostrum, nisi quia placet ipsi esse nostrum debitorem, & soluere debitum pmissum, sed potius est suae bonitatis condescendit. Et hoc dupliciter, uel ut decencia capitur absolute, & simpliciter, uel nunc in praesenti rerum ordine, seu secundum praesentem iustitiam. Primo modo, quicquid Deus facit, facit ex necessitate iustitiae, hoc est decencia suae bonitatis, aut uoluntatis. Quia enim bonus deus, nos sumus. Et secundum praedicta, eius uoluntas, & bonitas omnibus rebus tribuit iustitiam, & decencia. Hinc non potest facere iniuste, nec aliquid, quod non decet suam bonitatem. Hoc enim non est posse. Secundo modo Deus nihil facit ex necessitate iustitiae. Posset enim totum uniuersum ordinem immutare pro libito suae uoluntatis, & per consequens quod nunc est decens hoc rerum ordine, forte tunc essent indecens mutato rerum ordine, & e contrario. Ideo diuinae bonitatis condecencia nullam necessitatem iustitiae uidetur habere respectu illius ordinis rerum, qui nunc est, nec respectu cuiusque alterius ordinis uniuersi, eo quod quemlibet talem ordinem Deus potest immutare. ¶ Corollarium.

Coro. 1
Deus nihil facit sine iustitia.

Deus nihil facit sine iustitia: quia, nihil facit sine suae uoluntatis pariter, & bonitatis decencia, & rectitudine. Ita respondet in effectu ad dubium istud Thomas Argentinensis in primo distinctio. xliij. Sed cum dicitur, Deum facere ex necessitate iustitiae, quicquid facit, intelligitur, non quod Deus aliquid ad extra necessarium, & non contingenter operetur, hoc enim falsum esset, sed ad hunc intellectum, Deus facit hoc, uel operatur illum effectum: ergo iuste facit, & non potest non iuste facere, sua uoluntas est causa iustitiae. Et sic ex necessitate iustitiae, quae est ipsa, cum sit bonum necesse, ut quidam dicit, contingenter operatur hunc effectum, & non nisi iuste operari potest. Sic dicitur, quod de potentia sua absoluta non potest non iuste agere. ¶ Corollarium secundum.

Coro. 2
Aliquod particulare iustum potest Deus iuste nolle, & tamen nullatenus contra iustum publicum seu uniuersale quod est ad condecencia suae uoluntatis,

uelle. Istud sequitur ex dictis, & uidetur esse de mente Scoti. quod quauis obscure. Si quidem secundum eundem si sane eius intellego, sicut legislator in politica ciuili respicit simpliciter, & in se iustum, & bonum publicum, & secundum quid bonum particulari re huius, uel illius, prout deseruit ad bonum publicum (hinc spem numero bonum aliquod particulare omittitur, cum seipsum defensio, uel manutentio praedicta iusto publico, & impedit ipsum) ita & Deus simpliciter determinat ad iustum publicum, non communitate aggregationis sicut in ciuitate, sed communitate cuiusdam eminentiae, quae scilicet uult semper agere secundum uoluntatis suae iustissimam decencia. Alia autem particularia iusta, ideo iusta sunt, secundum quod congruunt huic iusto uniuersali. Hic licet Deus non uelit, nec possit iniuste agere in quocumque casu, quia non contra suae bonitatis, aut uoluntatis decencia essetialiter iusta, potest tamen in certo casu, dum id exigit suae uoluntatis decencia, aliquid particulare iustum nolle, & oppositum iuste uelle, cum illud non requiritur necessarium ad iustum publicum. Tale enim est finis in quod alia ordinantur, & propter quod fiunt, quae iuste sunt, nullum ens (quod est ad finem) necessarium requirens. Sic cum qui non deliquit, uult sine sua culpa affligere uult aliquem sine meritis in utero sanctificare, ad hoc uel illud assumere pro decencia suae uoluntatis, & pleni dominij in creaturam offensione. Et tantum de ista distinctione.

DISINCTIO XLVII.



SOLET etiam queri qualiter dabitur iudicij sententia. Egit supra Magister de resurrectione, & animarum statu, quod uero perfecta hominis creatio etiam exigit iudiciali discussione, & indaginem, post tractatum de corporum resurrectione agit de resurrectioni finali, & nouissimo iudicio, hoc modo. Pri-

mo. distinctio. praesenti de extremi iudicij habitudine quantum ad iudicij ordinem, & ad ea, quae sunt ex parte iudicantium, iudicandorum, & ministrantium. Secundo. distinctio. sequente: quantum ad iudicis qualitatem. Vel sic. In hoc tractatu. de finali iudicio, primo agit de extremi iudicij habitudine, & discussione. distinctio. praesenti. Secundo. de remuneratione iudicatorum. distinctio. xlix. Sententia distinctio. praesentis tribus completitur conclusionibus. ¶ Prima. Non est omnino perspicuum ex scriptura, si in extremo iudicio uocaliter a Deo profertur sententia. ¶ Secunda conclusio. Non solus Christus iudicabit, sed & omnes sancti cum eo: non solum cooperatione, sed etiam auctoritate, & potestate circa reuelationem nobis incognita pro statu uisus. ¶ Tertia conclusio. Quadriarius est iudicandorum ordo: congregabuntque angeli a quatuor mundi uentibus bonos, & malos cum tuba: Iudicem uenientem praecedet ignis, qui mundi faciem inuolabit, in tantum se eleuaturus in iudicio, in quantum aqua in diluuium ascendit. Et tunc missis in infernum malis angelorum ministerio, forte deinceps non torquebimur demonum opera, sed uirtute diuina. Harum conclusionum declarationem habet textus.

QVAESTIO. I.

ARTVM: sicut primum Christi aduentum in carnem praecessere Prophetae, & Ioanes: ita secundum aduentum eiusdem ad finale iudicium infallibiliter per ipsum quandoque celebrandum, praegueniet Antichristus, Enoch, & Helias. Solito more terminabitur quaestio trium articulorum numero. ¶ Quantum ad primum, supponitur hic duplex Christi aduentus. Vnus, qui dicitur in carnem, hic consummatus est: ut fides habet catholica. Alius expectatur quandoque futurus, & solet dici ad particulare, seu ad finale iudicium: prout confitemur in Apostolorum Symbolo, Inde uenturus est iudicare uiuos, & mortuos &c. ¶ Secundo notandum. Nomen iudicium sumitur multipliciter. Se-

cundum Scot. iudicare in proposito, est sumitur primo, & perfecte pariter, & authentice determinare, & dictare quid reddendum ueniat alicui secundum merita sua. Primo, & perfecte siue authentice dictat, & determinat, cuius intellectus recte dictat & primo, ac per se determinat secundum iustitiam commutatiuam, & distributiua, & uoluntas sufficiens est ad dandum imperiose, & efficaciter ex sese, quod dictatum est pro meritis recte fore dandum. Includit ergo nomen iudicium dictam rationis rectum, & infallibile, & uoluntatis inimpedibile, & imperiosam efficaciam. Et potest iudicium esse duplex: approbans, & condemnans. Cum enim iudici primae constat ex meritis alicuius ipsum fore premiandum, potest dici iudicium approbatiuum. Vel puniendum, & potest dici condemnatiuum. Quia si iudex comperit proposita non esse uera, potest dici re pulsiuum. Sed si contra aliquem proponitur quasi digna supplicio, & inueniuntur non esse uera: sequitur absolutoria, seu sententia absoluens: ut cum dicit pronunciando talem innocentem ex consequenti fore absolutum, uel absoluedum. Secundum praedictam notificationem nominis iudicium, uel iudicare, id est iudicare, & iudicare principaliter authentice, uel independenter, & sine subordinatione intellectus, uel uoluntatis alicui alteri in dictando, uel efficaciter dando pro meritis. Potest tamen iudicare quandoque sumi large: ut scilicet est determinare, & dictare, quod alicui uenit dandum pro meritis, uel demeritis. ¶ Corollarium. Stricto sumendo iudicare, non conuenit nisi naturae intellectuali: nec omni naturae intellectuali: sed illi duntaxat cuius intellectus non subordinatur alteri in dictando: nec eius uoluntas inefficaciter exequendo, quo dictatum est: sic quod ad solium eius imperium sequitur (sine omni impedimento) effectus pro uolito. Et hoc soli deo, & secundum naturam diuinam competit, & non Christo secundum naturam humanam. Anima enim Christi in dictando subordinatur uirtuti diuinae, & maxime in his, quae non possunt recte dictari nisi secundum regulas diuinae.

Coroll. 1.
Iudicare non conuenit nisi naturae intellectui.

Artic. 1.
Not. 1.
Duplex Christi aduentus.

Not. 2.
Iudicium

rest De
us iuste
nolle,

nas: ut sunt ea, quæ pertinent ad miseriam damnatorum, uel saluationem beatorum, quæ a uoluntate diuina dependent. Sic etiam iudicium approbare, siue sententiam, aut testificari aut disceptare, examinare &c. soli Christo competit proprie secundum naturam diuinam. Sic sententiam dei esse iustam, nõ potest sufficienter, & perfecte cogitare nisi is, qui potest recte iudicare, & dictare, quid sit dandum cuiilibet &c. Christus s. secundum naturam diuinam, qui solus hoc potest infallibiliter. Voluntas etiã humana Christi non est omnipotens: nec solo imperio causat præmium, uel redditionem efficacem meriti: & ideo tota creata natura nõ habet imperium efficax respectu huius, quod est hanc animam uidere Deum intuitiue, uel perpetuo esse spoliatum beatitudine. Hoc enim est efficax imperium, ad quod mox sequitur effectus sese impudente, & uolente. ¶ Corollarium secundum. Anima Christi secundum humanitatem non iudicat efficaciter, & authentice, uel principaliter, seu primo, & per se, sed authenticè: quia eius imperium sit efficax uirtute diuina cui subordinatur. Item iudicare quandoq; sumitur pro iudicare subauthenticè commissariis: sed tamen excellenter excellentia singulari, & sic singulari, q; non potest esse stãte lege auctoritas commissaria, & subordinata superior. Hoc modo põt cõuenire Christo secundum naturam humanam aut animam humanam. Nam quod anima Christi sic dicitur fore dādū, natura diuina in Christo imperiose, & efficaciter mandat executioni. Vult. n. persona diuina Christi, & secundum naturam diuinam imperiose exequi, & infallibiliter, quod ab eius anima fuerit dictatum, & uolūtū: & sic imperat anima Christi, ut habens dominium subordinatū supremo, & efficaci dominio imperioso dei: & quia ab eadem persona, cui est coniuncta, imperium eius efficaciter impletur sine impedimento cuiuscunq;. ¶ Corollarium tertium. Christus secundum naturam humanam habet potestatem commissariam subauthenticam eminentissimam, sed nõ principalem, & authenticam eminentissimam iudicandi uiuos, & mor-

Coro. 2
Anima
Xpi nõ
authenti-
cè, sed
subau-
thenticè
iudicat.

Coro. 3

tuos. ¶ Corollarium quartum. Christus iudicabit principaliter in natura humana, & authentice eminentissime: sed nõ secundum naturam humanam. Sicut Christus deus, & hõ in natura humana creat animas: sed non secundum naturam humanam: sicut uerbũ humanatũ, quicquid egit, fecit in natura humana: sed non secundum naturam humanam: sed non secundum naturam humanam: quia comitante humanitate creauit animas. Non .n. ibi denotatur in hoc modo loquendi comitantia, sed causalitas: quæ non conuenit naturæ humanæ: respectu creationis animarum, & aliorum similium effectuum, qui soli naturæ diuinæ competunt, & non humanæ. De hoc distict. sequenti. ¶ Tertio notandũ, q; secundum commune modum loquendi doctorum hic in proposito, iudicium de quo nunc dictum est (cuius notificatio includi debet, & subintelligi in sequentibus modis iudiciorum) dicitur habere duos actus principales: scilicet discussionem meritorum, & retributionem præmiorum. Primus dicitur iudicium discussionis, discretionis, disceptationis, examinis (quæ nomina semper pro eodẽ accipiuntur) est dũtaxat illorum, quorum merita permixta sunt de meritis, & e contrario. Et potest iudicium discussionis, seu iudicare tali iudicio, sic notificari. Est causam iudicij (quod fit cum aliquo) prius uisualitati hominum incognitam, & occultam, nunc palam manifestare omnibus, & singulis in iudicio generali constitutis, tanquam sufficientem, congruam, & iustam pro illius hominis saluatione, aut damnatione tali, uel tali. ut innuitur in compendio theo. lib. vii. Sic iudicare, est iudicandos, uel iudicandos quales sint cæteris manifestare, immo sibijpsis. Et tali iudicium potest secundum morem loquendi primũ dici discussionis: ut sentit Lyra super Iohel. iij. Disceptabo cum eis. i. ostendã iudiciũ meum iustũ. Non autem dicitur disceptationis, uel discussionis ex parte iudicis, quasi primũ ueniat inquirendum, & distandum, quid cuiilibet sit retribuendum: an deniq; par-

Coro. 4

Coroll.

Not. 3

B

Iudiciũ

hęc. di-

os adus

princi-

pales.

discus-

sionem

merito-

riũ, & re-

tributio-

nẽ præ-

miorũ

ticulari hominis iudicium sit rite celebratum: quod utiq; est infallibile, & irrevocabile, s. ex causa nunc dicta. ¶ Corollarium. Iudicium discussionis, aut disceptationis &c. est causæ cognitio, & manifestatio cur sic præmiatur iste &c. & nõ ille. Cognitio causæ sufficiens solius dei est. Manifestationem facit deus homini pro sua capacitate, qui sicut non potest sufficienter dictare, & infallibiliter quid dandum sit illi, uel isti: ita nec iustitiam sententiæ discernere a priori. Itaq; sententiã iustam singuli uident: sed iustitiã præcisam causam ignorant, & totalẽ. Sicut iustam sententiã approbant electi eo modo, ut eam cognoscunt esse iustam, uel non iniustam. Iudicium retributionis sequitur ad illud primum, quæ est imperiose executio, seu largitio efficacis præmij pro merito, uel demerito. Et iudicium fiet cum omnibus: quia singuli suam habebunt in bono, uel malo retributionem saluationis, uel damnationis. Item iudicare quandoq; est iudici assidere pro assidentis dignificatione, non pro iudicis directione, uel informatione. & sic iudicium facere est iudici assidere. Tale iudicium quidam dicunt esse omnium electorum: quidam horum qui perfecte Christum imitari sunt in præceptorum, & consiliorum obseruantia: quidam paupertatis uoluntariæ quidam abdicationis temporalium, & uoluntatis propriæ, cum perpetua eorundem dimissione citra facultatem repetitionis: quidam Apostolorum tantum. Sed nullum horum sufficienter claret: & stat in quid nominis termini. Iudicare quandoq; est testem esse, uel testimonium perhibere. Malac. iij. Accedam inquit, dominus ad uos in iudicium: & ero testis uelox super maleficos &c. Vbi August. xx. de ciuit. dei. cap. xxvj. Testem se dicit futurum, quia non indigebit teste, & uelocem, quia sine mora reuocaturus est ad memoriam, unde adiungat, & puniat conscientiam. Et adiungit. Innumeris damnabilibus cernimus: quoniam ego dominus deus uester, & non mutor. Roman. ij. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum Gloss. Sibijpsis testes

erunt boni, uel mali, inde scientes se merito damnari, uel saluari &c. Et sicut in iudicatorio humano testes accusant, & defendunt, ita in naturali iudicatorio synderesis naturaliter, & in uniuersali dirigit ad principia agibilia: & ratio ostendit minorem: conscientia uerò concludit, & accusat, uel defendit: ut supra in secundo. distict. xxxix. Habemus. n. opus legis (saltem in uniuersali) scriptũ in cordibus nostris: habemus cogitationes accusantes, & defendentes: conscientiam rodentem, & mordentem: immo cõuincentem. Hinc August. Quando deus iudex erit, testis alius non erit, nisi conscientia tua. Inter Deũ iudicẽ, & causam tuam, noli timere nisi conscientiam tuã. Accusabunt, & aulicis custodes. Nec obest; q; idem erit iudex, & testis: cum iudicem nihil latere potest: & singulis singulorum gesta, & cogitata patebunt. Quandoq; dicitur iudicare, idest iudicium approbare. Sap. iij. Iudicabunt sancti nationes, & dominabuntur populis. & cap. v. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiarunt &c. Apoc. xix. Audiuĩ uocem dicentium in cælo, iusta, & recta sunt iudicia tua. Item iustus dominus: & iustitias dilexit: æquitatem uidit uultus eius. Sic omnes electi cum Christo iudicabunt hoc modo: quia complacentiam habebunt in iudicio eius. Sic dicuntur iudicare, qui cõsentiunt iudici in iudicij. Iudicare quandoq; dicitur continere in se sententiam diuini iudicij. Sic liber scriptus legalis dicitur iudicare, quia in eo continetur, quomodo, & quare, & qualiter quis sit iudicandus. Sic perfecti, & sancti iudicant: quia in eis clare uidebuntur tanquam in libro scripto, quæ deus iussit fieri mandata: & in lib. uita, quid quisq; horum fecerit, uel non fecerit. ij. de ciuit. dei. cap. xiiij. Hinc Richard. de sancto Victore. Diuinæ contemplationi adstant, qui in libro Sapientiæ quotidie legunt: ac uelut in cordium uolumentibus transcribunt quicquid iam perspicua ueritatis intelligentia comprehendant. & infra. Quid uero sunt iudicantium corda diuinitus in omnem uerita-

Quo
electi iu-
dicabũt
cũ Xpo.

rem edocta, nisi quædam decreta canonū & iterum. Iudices coram iudicandis decretorum suorum libros aperire, est ad cordium suorum inspectionem inferiorū quorumlibet uisum admittere, sensumq; suum in ijs, quæ ad iudicium pertinet reuelare. Cum ergo hoc modo damnandi suam cognoscent damnationem in cognitione meritorum bonorum, dicuntur boni ipsorum damnationem interpretatiue, & quasi causaliter, ut supra, iustam ostendere. Sic boni iudicant .i. causam ostendunt damnationis malorum. Hoc modo consono ad euangelium. Matth. xxv. Cum benefacta bonorum eos saluant, negatio collationis operis, misericordix alios condemnat. Sic ait Ioann. Apocalyp. xx. Vidi mortuos magnos, & pusillos: & aperti sunt libri, & alius liber apertus est, qui est uitæ uniuscuiusq; & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libro eorum secundum opera ipsorum. Super quo Aug. cap. xiiij. lib. ij. de ciui. dei. Libri, quos priori loco posuit, intelligedi sunt sancti, & ueteres, & nouit in illis ostēderetur, quæ Deus fieri sua mandata iussisset. In illo autem, qui est uitæ uniuscuiusq;, quid horum quisq; non fecisset. Qui si carnaliter cogitetur, quis eius ualeat magnitudinē æstimare, aut quanto tempore legi poterit? &c. Non ergo unus liber omnium, sed singuli singulorum. Sed liber uitæ est uis quædam diuina, qua fiet: ut cuiq; sua opera, uel bona, uel mala cuncta in memoria reuocētur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur; ut accuset, uel excuset suam conscientiam; atq; ita in simili & omnes, & singuli iudicentur. Quæ nimirum uis diuina libri nomen accepit. In ea quippe legitur, quodammodo quicquid a faciente recolitur, hæc ille. Et ita sunt multi libri conscientix singulorum, & singulorum singuli: & unus liber uitæ; quia una uis diuina libros singulos conscientix singulorum aperiens, & depingens quodammodo, & illi, cuius est ille liber conscientix, & singulis alijs ex causa, & ratione uniuersalis iudicij: ut nihil in eis quenquam latere possit, sed iudicij æqualitas, & iustitia ab omnibus cogno-

Quis liber dicitur iudicij.

scatur. Talismodi etiam reminiscencia legis olim data, uel scriptæ in corticeis aut membranis, seu cordium penetrabilibus iudicat malos. i. iudicandos declarat: cum uident se legem non seruasse, sed contempsisse. Ioann. xij. Qui me spernit, & non accipit uerba mea, ego non iudico eum; sed sermo meus, quem locutus sum, adiudicabit eum in nouissimo die. Ponunt quidam iudicium operationis, quod communiter pertinet ad minus malos respectu magis malorum. Sic enim magis mali ex minus malorum iudicio, & condemnatione recte ueniunt iudicandi. Hinc Matth. xj. Remissius erit in die iudicij Tyro, & Sydoni, quā uobis. Sic quibus ueritas non est prædicata, & quibus non luxerunt miracula, alios legis gnaros, & contemptores iudicabunt comparatiue. Sic uiri Niniuitæ. Matth. xij. agentes poenitentiam ad prædicationem Ionæ, condemnabunt Iudæos, qui spreuerunt Christi legem, & Apostolorum. Ait Aug. cap. v. lib. xx. de ciui. non condemnabunt, quia & ipsi iudicabunt: sed quia ex eorū comparatione isti merito damnabuntur. Et gentiles, qui crediderunt prophetae, Iudæos condemnabunt, & Phariseos Christum resutantes. Sic homines mali iudicabunt angelos. Hi enim in carne fragili intus, & extra tentati sunt: alius sua malitia corruit. j. Corinth. vj. Est ergo hoc modo iudicare, ostendere alium uere iudicandum ex comparatione ad ipsum iudicandum. i. condemnandum: & de tali iudicio comparationis, saltem exten- sive sumpto uocabulo, uidetur Deus loqui. Matth. xxv. Iudicare quandoq; est condemnare, & iudicari, damari. Et iudicium dicitur poena æterna. Hinc Aug. Non resurgunt impij in iudicio .i. discussionis: ut iudicentur iudicio discussionis, sed ut iudicentur .i. damnentur. Iam. n. certissimis poenis sunt destinati, & super illud Ioann. v. Qui credit in me, non uenit in iudicium, .i. condemnationis. i. nõ condemnabitur. Sic iudicium est poena æterna. Vnde Ioann. v. Qui uero male egerunt in resurrectionem iudicij, i. condemnationis ibunt, hoc est damnabuntur. Sic sæpenumero a beato Aug. iudicium

ciū pro poena æterna sumitur in epistola ad Paulinam: ad Consentium xx. de ciui. dei. cap. v. Et iudicare pro perpetuo condemnare. Et hoc modo loquedi etiā intelligitur beatus Gregorius. xxvj. moralium. §. xxv. & Magister in textu post eum ponens quatuor ordines iudiciorū, cum dicunt sanctos non habentes bona, & mala merita, non uenturos in iudiciū. Venient quidem ad iudicium, sed non iudicabuntur. i. non damnabuntur. Demum iudicare est iudicorū, & dictaminis diuinæ sententiæ ministerialem executionem facere. Et sic angeli iudicabunt bonos, & malos, faciendo puluerem collectionem: iudicandorum citationē. Horum ad illis separationē &c. Vnde Psal. Cōgregate illi sanctos eius. Quod utiq; per angelicum ministerium fiet secundū Aug. lib. ij. capit. xxiiij. & Lyra super illo Psal. cxlix. Ut faciant in eis iudicium cōscriptum: sicut angelorum ministerio electi ad beatitudinem: ita eorundem ministerio damnati corpore, & anima transferentur ad gehennam. Hanc sententiā lib. nunc allegato habet Aug. Item iudicare generaliter est iudicata in particulari iudicio toti mundo manifestare, & manifesta facere. Sic dicitur dies reuelationis iusti iudicij. Roman. ij. Sic enim deus dicitur tētare: quia dat alijs alium cognoscere, uel ipsummet sibi ipsi. Sic dicitur iudicare generaliter: quia alijs singulorū particulare iudicium tūc innotescit. Pro quo faciunt multæ cōsimiles locutiones scripturæ. Reperiuntur, & aliæ cōsimiles acceptiones nominis iudicium, quæ si non attenduntur in locutionibus patrū, magnam generant difficultatem. ¶ Quarta notanda. Duplex est iudicium dei. i. C particulare, & uniuersale. Particulare seruat in morte cuiuslibet hominis. De quo Aug. ad Esiciam epistola ij. In quo quæcum inuenit suus nouissimus dies, in hoc eum cōprehendit mundi nouissimus dies: quia quomodo qualis in illo die quisq; moritur, talis in illo die iudicabitur, quando anima eius exierit de corpore. Ad idem epistola ad Iulianum. alias Bonifacium. Vniuersale, quod in fine omnium post generalem mortuorum, & ui-

Quatuor ordines iudiciorū.

Not. 4. Duplex est iudicium Dei: i. particulare, & uniuersale.

uorum resurrectionem coram omnibus celebrabitur, cui profecto nullam unquam fuit. xx. de ciui. cap. xxvij. Vnde & diem illum, hoc est tempus, sancti uolentes notificare, caruerunt nomine proprio. Soph. j. nominatur dies iræ, dies calamitatis, & miserix, dies angustix, tribulationis, dies tenebrarū, & caliginis, dies reuelationis iusti iudicij. Rom. ij. & viij. Expectatio creaturæ reuelatione filiorū dei expectat. Et dicitur deus iudicare. i. iudicatos quales sint ostendere ceteris: sicut dicitur Deus aliquem tentare, ut ipsemet, uel ceteri se cognoscāt eo modo, ut se cognoscere possunt in generali, & effectu. Quamuis autem præcesserint, & alij dies multum terribiles: ut in destructione Hierusalē. Luc. xix. Match. xxiiij. de Sodoma, & Gomorra. Gen. xix. Item tempore diluuij. Gene. vij. & quidā alij: tamen illa in comparatione ad alios longissime præcellit: & alij in puniendo quasi nihil reputantur ad illam. Est enim in puniendis peccatoribus generalior: quia in corpore, & anima. Alij in corpore tantum, & gentis unius Iudaicæ, uel Sodomiticæ, & solum præsentium, ac uiuentium: illa totius orbis uiuorū, & mortuorum. Oēs enim adstabimus ad tribunal Christi. Rom. xiiij. Hinc iudicabit nostras miserias iudex iustus: & quod semper rectū creditur, hic damnatur. Patent hæc ex scripturis. Est in puniētibz numerosior: quia in hoc die armabitur creatura tota in ultionem inimicorum. Sap. v. In alijs aliquod elementum poenam intulit, ut aqua, ignis &c. In poenis grauior: quia in prioribus corpus certo tempore poenam sensit: quo finito, poena finem habuit. Hic autem cruciabantur die, ac nocte in secula seculorum. Apoc. xx. Et uermis eorum non morietur: & ignis nõ exringuetur. In effugio demum est desperator. Hic enim nullum est effugium: ut patet ex multis passibus scripture. & Sap. v. ¶ Quinto supponuntur hic multa ex dist. xliij. quæst. j. quid nox archangeli, uox tubæ, iussus Dei, & quomodo differunt. Item quid uenit nomine uiuorum, & mortuorum. De puluerum collectione, & mortuorum ad iudicium citatio-

Not. 5. Quid uox archangelicæ, & mortuorum ad iudicium citatio-

Not. 6. ne. & ita de similibus. ¶ Sexto uideb. probabiliter tenendum: licet iustam dei sententiam, quæ est secundum ueritatem. Roman. ij. singuli quorum interest uidere, uidebunt in iudicio: attamen intrinsecam rationem, & causam sufficientem iusti iudicij a priori, & propter quid infallibiliter solus deus nouit. q. solus habet dictare, & determinare qd. dādū sit cuiuslibet secundū sapientiam infallibiliter, & iusticiam. Vnde pot. cōcedi: iustū dei iudiciū uidebitur ab omnibus: sed nō uidebit ab oib. iustum: quia rationem iusticiæ præcisè apprehendere non possunt, nisi quia est, & a posteriori, inquam diuina uoluntas, & promissio eius innotescit. Sic de approbatione iustæ sententiæ dei. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Iudiciū uniuersale, & nouissimum quandoq. esse futurum auctoritate utriusq. testamenti est fide creditum. Patet auctoritate concilij Niceni, Athanasij, & Apostolorum. Inde uenturus est iudicare uiuos, & mortuos. De hoc (ut habetur in canonica Iudæ) prophetauit Enoch ab Adam septimus, dicens. Ecce ueniet dominus in sanctis milibus suis facere iudiciū contra omnes: redarguere omnes impios de omnibus operibus, & impietatibus eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti sunt contra eum peccatores impij. Iob. xix. cum de resurrectione mortuorum clare prophetauisset, inquit. Fugite a facie gladij: quoniam ultor iniquitatum gladius est: & scitote esse iudiciū. Ecce testimonium legis naturæ. De lege Mosaiica, omnes Prophetæ testimonium perhibent: sufficient nunc duo, sicut de lege naturæ duo data sunt. Iohe. iij. Congregabo omnes gentes, & adducam eas in uallem Iosaphat, & disceptabo cum eis. Præmisit. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequā ueniet dies domini magnus. Psalm. in multis locis. Inter cætera psal. xlix. Deus manifeste ueniet, & non silebit. Aduocat cælum desurfum, & terram discernere populum suum. Si placet assumatur uaticinium Sibyllæ Eryth. xvij. de ciuit. cap. xxij. De lege gratiæ. Matth.

xvj. & xxv. Lucæ. xv. Act. x. Hic est, qui constitutus est a Deo iudex uiuorū, & mortuorum. Roman. xiiij. Omnes astabimus ad tribunal Christi, ut recipiamus unūquisq. prout gesserit. Ad idem Aug. lib. xx. ferè per totum de ciuit. & Gregor. in moralibus. Non autem potest demonstrari: usupra de resurrectione: quia est futurum contingens a Deo reuelatum: & ita infallibiliter futurum dependens a libertate uoluntatis diuinæ. ¶ Secunda conclusio. Licet filius hominis cum singulis hominibus singularim singula post mortem celebret iudicia particularia irreuocabiler permanens, nihilominus de omnibus, cum omnibus, & coram omnibus, congruum est quandoq. iudiciū uniuersale celebrari uiuorum, & mortuorum. Prima pars. Heb. ix. Statutum est homini semel mori: post hoc autem iudiciū. Item, lignum, ubi ceciderit, ibi erit. Eccles. xj. Et qualem te inuenio, talem te iudico. Præterea fiet iudiciū de omni uerbo ocioso. Matth. xij. & in psal. Ego iustitias iudicabo. ergo multo magis iniustitias. ¶ Congruentias ponit Scot. quest. j. Prima: Congruum est finaliter separari omnes bonos a malis omnibus. Non enim communicat cum bono malus, nisi uel ad correctionem mali: aut ad exercitiū & augmentum meriti boni: sed post finale iudiciū nullum horum habet locum, secundum August. psal. xcij. ¶ Secunda: In secretis iudicij: licet adsit iustitia, non tamen nisi paucis cognita: & cum homo est pars totius communitatis, rationabile est quandoq. fieri iudiciū publicum, & manifestum: in quo singulorum merita, & demerita, & sententia circa illa particulariter prius prolata omnibus, qui sunt de communitate, innotescant. ¶ Tertia: Omnes res in prima sua conditione exierunt a Deo, ut a causa efficiente generali: ergo & redibunt generaliter in id, unde prodierunt tāquam in finem uniuersalem omnium. Et hoc necesse est fieri per unam generalem discretiuam sententiam: quia mali nō reducuntur. Meruerunt enim per peccatum sui annihilationem. ¶ Quarta, quæ

Cōcl. 2. Licet filius hominis cum singulis iudicet nihilominus cum omnibus coram omnibus iudicabit.

Cōgruentia de iudicio. 1.

2.

3.

4.

secundum cum est nobilior: licet omnes saluandi singularim cum iudicantur singulariter, aut particulariter adscribantur regno: & damnandi infernali carceri per sententiam irreuocabilem expedit tamē totam multitudinem præuisam ad regnū quandoq. mitti in possessionem, & demeritari ad possessionem iuris sibi debitis reliquā uerò perpetuò excludi a regno: ut sic fiat sequestratio duarum ciuitatū, Babylon, & Hierusalem. de quibus Aug. xliij. de ciuit. dei. cap. ultim. Dicitur uiuorum, & mortuorum. i. bonorum, & malorum, secundum August. sermo. xliij. epistola. xc. & in multis alijs locis. Vel uiuorum usq. tunc, & mox mortuorum ante iudiciū: ut supra dist. xliij. Ad idē lib. j. de Symbolo. cap. iij. Vinos, qui su perferuerit, mortuos, qui præcesserunt. ¶ Tertia conclusio. In extremo die iudicio aperientur libri conscientiarum, quibus merita, & demerita singulorum sibi ipsis innotescant, & cæteris omnibus: diuina hoc agente uirtute, misericordia, celeritate. Ita sentit sanctus Bonauent. in breuiloquio parte. vij. Hieronymus ait. Conscientiæ, & opera singulorum in utraq. partem bona, uel mala omnibus reuelantur. super illo Danie. septimo. Iudiciū fedit, & libri aperti sunt. Et Gloss. j. Corinth. iij. Quia tunc erunt omnia nota omnibus, poterit de se, & alijs iudicare. Ambro. in commen. dicit, q. tunc erunt omnia nuda &c. Adducuntur quandoq. auct. Apostoli. j. Corinth. iij. & iij. Apoc. xx. August. xx. de ciuit. dei. cap. xlii. Sed omnes ad hoc tendunt. quod etiam tenet Magister. dist. xliij. & Apostolus ad Roman. cap. xliij. Et q. quilibet sciet sua propria mala, & bona acta de eis recolendi. Secundū Durand. non habetur ex scriptura aliqua, q. singuli singulorum cognoscent merita, uel demerita nullo dēpto: licet Durand. & Palud. hoc dicant probabile: Sco. possibile. Ad idem Richard. & S. Tho. dist. xliij. & parte. iij. q. lxxxvij. post Bonauer. in suo breuiloquio. Potest ista conclusio probari. Nam nunc temporis multa iudicia sunt abscondita: & peccata plurima, quæ non ueniunt ad lucem. Plurimi

Cōcl. 3. In extremo die iudicio aperiet libri conscientiarum.

in super reputantur boni, eum sint mali. Hæc omnia extremo iudicio sunt reseruatæ: & ibi publicanda. secundum Aug. j. de ciuit. cap. viij. & lib. xx. cap. xx. Vnde ait. Cum ad id iudiciū uenerimus: cuius tempus iam proprie dicitur dies iudicij, & aliquādo dies domini nūcupatur, nō solū quæcūq. tunc iudicabuntur, uerumetiam quæcūq. ab initio iudicantur, & quæcūq. usq. ad illud tempus adhuc iudicanda sunt, apparebunt esse iustissima. Subiungit. Quia & tūc manifestabitur, q. iusto dei iudicio, nunc multa lateat &c. Hoc Aug. dictum uidetur esse pro cōclusionem: alias non uideretur causa tenendi extremum, & finale iudiciū, cū post mortem hominis statim a Deo feratur irreuocabiler sententia iusta &c. In iudicio finali manifestissimo nihil manebit occultum, alias non diceretur manifestissimum, & omnis querimoniam, ac appellationis, seu declinationis fori penitus expers. Approbabitur deniq. ab omnibus, & bonis, & malis ueluti iustissima secundum iusticiam distributiua, testimonium ferente conscientia singulorū, & pro condecencia iudicis summe iusti, & misericordis, & pro exigentia meritorum: ut supra notabili sexto. Ergo necesse est: q. omnibus, & singulis omnium, & singulorum merita, & demerita hinc inde, & quoad sese, & quoad alios innotescant. Si enim merita aliquos lateant, possent saltem de facto murmurare contra patrem familias, & eum ueluti personarum acceptorem iudicare. ¶ Dicitur est in conclusione, hoc agente uirtute diuina, & quia modo, quo id fiat, non habemus clare expressum, licitum erit per rationis possibilitatem ostendere. ¶ Cōclusio quarta. Beati, & prædestinati possunt in uerbo cognitione matutina, aut partim reuelatione angelica, omnia, & singula quorūcūq. iudicandorū, & suis ipsius merita, & demerita cognoscere palā: prout eorum exigit meritum, & diuinam concedet bonitatem, in gaudij beatifici, accidētalis, & laudis diuinæ completum. Patet conclusionis possibilitas ex q. iij. dist. xlv. Cum autem uniuersalis iudicij status, & causa expostulat al-

E

Cōcl. 4.

Cōcl. 5.

temeram meritorum, & demeritorum in notescētia potest hic modus teneri do nec melior occurrat. ¶ Quinta conclusio. Sicut angeli mox creati, adhuc in puris naturalibus manentes, secundum quosdam, res priusquam erant, Deo reuelante, aut per species concretas, uel influxas cognorunt: ut multorum tenet opinio: Ita præficti, uniuersali iudicio præsentati, possunt diuina reuelatione omnium, & singulorum iudicandorum pariter, & sui ipsius merita, & demerita omnia, & singula cognoscere in suorum dedecus perpetuum, ac diuinæ iustitiæ sententiam: prout eorum exigat demeritum, ac diuinam condecet iustitiam, in accidentalibus damnationis complementum. Patet ut supra. Hic enim non uidetur repugnās aliquid, uel dedecens. ¶ Sexta conclusio. Pro qua Aug. xxj. de ciui. dei. cap. viij. & infra. quest. iij. dist. xlix. Est possibile potētia diuinæ absolutæ in cuiuslibet iudicandi intellectu intellectiones distinctas omnium, & singulorum iudicandorum: sed & meritorum, & demeritorum eorundē, & sui ipsius, simul uel successiue creare: intellectū deniq; cuiuslibet sese ad oēs, & singulas tales intellectiones, uel cognitiones in potentia obediētia habentē posse deo uolente sic omnia illa cognoscere, siue in ea omnia, & singula cogitātiue tendere. Illa propositio uidetur esse de mente Scor. q. j. Nam quæ non repugnāt formaliter, & possunt successiue recipi in subiecto se habente in potentia obediētia ad ea, possunt diuina potentia absoluta simul poni, & simul, ac semel recipi in eodem. sed non est dubiū quin successiue possunt in subiecto recipi, & a Deo produci. ergo & simul ac semel. Nam ex parte Dei nullus est defectus, uel in potentia: & subiectum est in potentia obediētia passiuā: & respectu cognitionum inter sese, aut etiam subiecti nulla repugnātia. Licet enim potētia creata non possit illas simul, & semel producere, potest tamē productas simul, & semel in se recipere, & per illas cæteris paribus in obiectum Deo sic uolente tendere. Sicut oculo miraculose dato, quis potest naturaliter uidere, ac si non esset

Cōcl. 6. Est possibile potētia diuinæ absolute i cuiuslibet intellectu, creare simul, & successiue iudicandorum intellectiones distinctas.

miraculose datus. Hanc propositionem peritioribus examinandam offero. Valent ad hoc dicta. in iij. distinct. xiiij. de cognitione animæ Christi. ¶ Septima conclusio. Stante conclusione innotescētia uno mentis intuitu fieri instantaneæ: potest etiam fieri nō instantaneæ: sed misericordia, celeritate, diuina agente uirtute. Facit pro illis Aug. xxj. de ciui. dei. c. viij. per totum. ubi ostendit naturam rei esse diuinam uoluntatem, quæ sicut potuit eas instituire, potest & eas immutare. hæc ibi. Prima pars est Scor. ut supra. Cum enim actus cognoscendi a Deo producti sunt instantaneæ, & in subiecto recepti formaliter, iam instantaneæ cognoscunt; quia cuiuslibet simul, & semel habent cognitionem, nec unam post aliam, uel ante aliā: sed singuli simul in omnia feruntur, quæ sunt per eos cognoscenda: nec est hic repugnātia subiecti. Secunda pars etiam uidetur probabilis. Nā stante miraculosa cognitionum a Deo productione, possunt naturaliter, & successiue licet misericordia, celeritate, plura cogitare. quem modum tangit Aug. xx. de ciui. c. iij. Et tunc post rationem intellectus nō indigebit ministerio sensuum. De beatis manifestum est: & uidetur idē de damnatis. Durand. quest. ij. dicit soli Deo cognitum esse: quo modo singuli singulorum merita, & demerita cognoscent (si saltem cognoscent) nisi alicui facta sit reuelatio &c. Et Chrysost. homil. lxxx. in per Matth. dicit illam generalem separationem ouium ab hædis omnibus manifestissimam futuram, in qua mores diuersi partium significantur, cum dicitur, uenite, ite. ¶ Et tunc ad conclusionem tertiam, & dictum. S. Bonauent. potest dici concedendo eam. Innotescēt sibi, & cæteris per illam generalem missionem illorum in cælum, aliorum in infernum, & per iudicis commendationem, quam faciet electis, & subsequenter ob iurgationē malorum de contemptu charitatis, & operum misericordie. Hinc omnia omnibus innotescēt in effectu. Non. n. pōt dici, q̄ paruuli in originali defuncti non habentes ullam fidei noticiam possunt

Cōcl. 7. Innotescētia meritorum, & demeritorum potest fieri nō instantaneæ, sed misericordia diuina.

Solus Christus potest comprehendere iustitiam sui iudicij.

Cōcl. 8. F iudicij distinctio, & remuneratio nis

Ant alios super negligitijs operum fidei iudicare: nec sciunt beatitudinem proprie dictam esse. Talia enim sola reuelatione fidei haberi possunt. Præterea non uideretur possibile intellectum creatum posse sufficienter approbare, & infallibiliter iudicium quo ad singulos, sicut non potest proprie iudicare: ut supra notabili secundo, & sexto. Idem de ijs, qui nunquā audierunt legem Christi. Hi enim nō habēt peccatum infidelitatis. Ioan. xv. Et remissus erit illis, quibus non est præceptum euangelicū: ut Tyro, & Sydoni. Luc. x. Cum ergo ad iudiciū propriè dictum requiritur, ut supra notabili secundo, & ad approbationem similiter requiratur, q̄ infallibilis in eo sit scientia iudicij, & redditionis recte: q̄ non potest esse in intellectu creati, & fallibili non coniuncto hypostaticè supposito diuino &c. Ad hoc Roma. xj. O altitudo diuitiarum, quā incomprehensibilis &c. & inuestigabiles uix eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consilia eius fuit. Ad hoc facit conclusio sequens. solus enim Christus, comprehendere potest iustitiam sui iudicij: ut supra notabili sexto, ergo solus sufficiat ei, & uere approbare, laudare &c. a priori potest. Sic de reificari, & alijs suo modo dicatur. Solus Deus merita iudicij uere cognoscit: homo solum arguitur. Et quis omnes illas circumstantias uidere potest: dato q̄ haberet totius mundi scientiam? Quæ creaturarum potest sufficienter cogitare, & uidere dei iustitiam in collatione gratiæ summæ Christo, & eius glorificatione, in Mariæ sanctificatione, præseruatione, & cæterorum in ætero electione, aut reprobatione, eius deniq; sapientiam, & quæ sunt secundum decentiam suæ bonitatis, iustitiæ, misericordie, sapientie, &c. ¶ Octaua conclusio. Accipiendo iudicare, & iudicium strictè, & propriè: & iudicium discussionis pariter, & remunerationis ut præsupponit, uel includit iudicare strictè, & propriè, solius naturæ diuinæ est discussionis, & retributionis iudicio actiue iudicare. Patet ex notabili tertio. Solus enim intellectus diuinus primò & per

se habet dictare, quid cuiuslibet secundum naturam decentiam bonitatis diuinæ, & exigentiam creaturæ ueniat dandū p̄ meritis, uel demeritis: & sola diuina uoluntas potest efficaciter sine cuiuscūq; impedimēto dī statum imperiose demandare executioni. Insuper solius naturæ diuinæ est singulorum merita, uel demerita actiue innotescere omnibus, & singulis sine occultatione cuiuscūq; ut supra in notabili tertio. ¶ Dubium est: ex quo Iohe. iij. dicitur. Deducā eos in uallem Iosaphat: & disceptabo cum eis. dicit Glos. Non potentiam maiestatis: sed necessitate rationis eos conuincēs. An ne textus ille possit ad literam intelligi de proprie dicta, & uocali disceptatione iudicis cum iudicandis. Ad quod uidetur facere Malach. iij. Accedam ad uos in iudicij: & ero testis uelox maleficis, & adulteris, & periuuris: & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliantur uiduas, & pupillos: & opprimunt peregrinum: nec timuerunt me, dicit dominus exercituum. Videtur salua sententia saniore, quod nō dūmerit ibi mentalis disceptatio: ac meritorum, & demeritorum generalis cognitio uirtute diuina hoc agente: sed & uocalis. Ad quod clarè uidetur esse textus de thoro uerborum. Matthe. xxv. ubi teste scriptura, dominicæ obiurgationi de legis negligentia respondet &c. Hoc uidetur sentire Grego. Nazanzenus libello de grandinis uastatione. cum inquit. Quid faciemus in illa die, de qua uehementissime perterret quidam Prophetarum, dum deum nobiscum dicit esse iudicaturum in montibus, & collibus, & confedere aduersum nos: & disceptare, atq; ante faciem nostrā statuere p̄ctā nostrā accusatores. s. acerbissimos; adhibere quoq; omnia sua beneficia, quæ in nos contulit: & cōparare cū sceleribus nostris, cogitationibus quoq; cogitationes cōferre, & actus puræ arguere, cum a uobis requirēs autē imagi uocali nis dignitatem obliteratam eā inueniet, & obscuratam: cum ad ultimum certè p̄pria unusquisq; notatus sententia condemnabitur. Et Christo. super Matthe. Homil. lxxx. Non prius eos tormentis

Christi uocali ter p̄sentia

tradit, quā de iure cū eis disceptet, ideo astantibus ipsis crimina exponit. Illi uero satis modestè respondent: sed nihil emolumentū ex ea re consequuntur, & meritō quidem rem enim neglexerunt, quę ipsi magne semper fuit curę. Nam & prophetę hoc prædicabant. Ex quo textu multi colligunt, quod Christus profert sententiam uocaliter, ut homo. Verum quicquid sit utrunq; possibile est secundum modum deo cognitum, & suę potentię infinitę possibilem a nobis prohibitum sciri, siue absconditum. Durand. quæstio. j. dicit. Sententia debet coaptari his, contra quos fertur: ergo sicut in iudicio particulari fertur sententia mentaliter contra animas exutas, ita in iudicio feres contra corpus, & animam: & ita etiam uocaliter. Erit ergo meritum discussio mentalis: sed sententię prolatio uocalis. hæc ille. ¶ Nona conclusio. Sicut primum Christi aduentum in carnem præcessere Prophetę, & Ioannes: ita secundum eius aduentum ad finale iudicium præcedent homo dæmone plenus Antichristus, Enoch, & Helias. Prima pars manifesta est de Ioanne. Luc. j. Ipse præbit ante illum in spiritu, & uirtute Helix &c. Et Matthę. xxij. Ecce ego mitto ad uos prophetas, & sapientes &c. Secunda pars de Antichristo homine pleno dæmone, habetur ij. Thessa. ij. Quoniam nisi uenerit refuga primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius interitus, qui aduersatur, & superextollitur super omne, quod dicitur De⁹, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostentans se tanquam sit Deus. & infra Et tūc reuelabitur iniquus ille, quem dominus Deus interficiet spiritu oris sui &c. Secundum aliam translationem Augu. xx. de ciui. cap. xix. dicit nulli dubium esse; quin talia, & sequentia Apostoli uerba sint de Christo intelligenda. Loquitur autem Paulus per totum capitulum de extremi iudicij aduentu: ut tangit multipliciter operationes, & actus Antichristi cum uenerit. Ad idem Ioannis. v. Ego ueni in nomine patris mei, & non accepistis me. Alius ueniet in nomine suo illū accipietis. Exponit Gloss. de Antichri-

sto. Damasc. c. penul. lib. iij. sic ait. Oportet scire, quoniam oportet Antichristum uenire: Antichristus proprie dicitur, q in consummatione seculi ueniet. Oportet igitur primum esse prædicatum euangelium in omnibus gentibus: sicut dixit dominus. Et tunc ueniet in redargutionem aduersariorum dei Iudæorum. Dixit. n. eis dominus. Ego ueni in nomine patris mei, & non suscepistis me: ueniet alius in proprio nomine, & illum suscipietis. Et Apost. ij. Thessa. ij. Pro eo, q charitatem ueritatis non receperunt, ut salui fierent: ideo mittet illis dominus operatione erroris: ut credant mēdacio: ut iudicetur oēs, qui nō crediderunt ueritati: sed consenserunt iniquitati. Iudei igitur, qui filium Dei non susceperunt: suscipiant autem erroneum Deum: dicentem se esse Deum &c. Et consequenter secundum Apostolum Paulum tangit Damasc. eius operationes Saranicas, dicēs, q erit homo genitus per coitum naturalem fornicarium: q; suscipiet omnem operationem Sathanę permissione diuina &c. De eodem August. ij. de ciui. dei. c. xxij. inquit Daniel de hoc ultimo iudicio sic propheta: ut Antichristum prius quoque uenturum esse prænuunciet &c. Antichristi tamen aduersus ecclesiam sæuissimum regnum, sed exiguo temporis spatio sustinendum, donec dei ultimo iudicio regnum sancti accipiant sempiternū, qui uel dormitans hæc legit: dubitare non sinitur. hæc ille. Expresse dicit beatus Hieronymus omnes ecclesiasticos scriptores ex illo Danielis testimonio. c. vij. tradere uenturum Antichristum. Et Iob. cap. xxj. uidens Antichristum uenturum inquit. Quia in diem perditionis seruat malus, & ad diem furoris ducetur. Quis arguet coram eo uias eius? Hunc locum beatus Grego. libr. xv. S. xcij. exponit de Antichristo dicens. Vidit: q in fine mundi Sathan hominem ingrediens (quem scriptura Antichristum appellat) tanta elatione extollitur, tanta uirtute principatur, tantis signis, & prodigijs sanctitatis ostensione eleuatur: argui ab hominibus eius facta non audeant: quia cum potestate terroris ad-

funguntur etiam signa ostensę sanctitatis. Et ait. Quis arguet coram eo uias eius? Quis uidelicet hominum illum in corpore audeat, cuius uisum terre pertimescit? Et nominat eundem iam caput omnium iniquorum: iam hominem damnatum, & perditum. De eodem lib. xij. S. xvij. Et præterea de eius aduentu tempore iudicij, Augu. xx. de ciui. c. vlti. ubi summam recitat ea, quę sunt iudicij tempore futura. Ad idem sunt & alij sancti illa nunc sufficiant in re non dubia. ¶ Alia pars de Enoch, & Helia, q & ipsi præcedent iudicium: cum maxime Helias Tesbitis: ostenditur auctoritate scripturę, & doctorum. De Helia loquitur Malach. cap. ult. Ecce mittam uobis Heliam Tesbitem, antequam ueniat dies domini magnus, & horribilis, & conuerteret cor patrum ad filios, & cor filiorū ad patres eorum. Inquit August. c. xxix. lib. xx. de ciui. q hic propheta mirabilis Helias in fine mundi exponet legem Iudæis, ut credat in Christum, qui & nunc non immeritō uiuere creditur. Curru nanq; igneo raptus est de manibus humanis. iij. Regum. ij. Is cum uenerit, Iudæis legem exponet spiritualiter, quam carnaliter nunc intelligunt, & sic exponet: ut & filieam intelligant. i. Iudei: sicut intellexerunt patres eorum: Prophetę. hoc ē, ut conuertat cor patrū ad filios, & filiorum ad patres. Tunc. n. cor patrum conuertetur ad filios cum intelligentia patrum, hoc est prophetarū perducetur ad intelligentiam filiorum, & cor filiorū ad patres eorum, dum id, q senserunt illi, cōsentiant & illi. Vbi & Septuaginta dixerūt. Et cor hominis ad proximum suū. Sunt. n. inter se ualde proximi patres, & filij. Itaq; Iudei, & Christiani, q nunc inter se discrepāt, tūc in fine mundi cōsentient in pari christiana religione. Suscipient. n. tunc Iudæi ueram fidē, quā habent Prophetę, & Patriarchę de Christo. Hinc beatus August. ubi supra cap. ult. inter cetera, quę uel præcedent iudicium, uel comitabuntur, recitat fidem Iudæorum, Antichristū, & Heliam Tesbitē. De Enoch: ibi nō loquitur. Sed li. ij. de mirabilib⁹ scripturę. c. xxij. Et ha-

De Enoch, & Helia.

Qualis sit Antichristus.

Gen⁹ ipse scilicet Helias, sicut & Enoch in testimonium nouissimi tēporis adhuc sine morte seruat: ut scilicet horū in ore duorū testium nouissimi testimonij sermo consistat &c. Ad idem Hugo de sancto Victore lib. ij. par. xvij. de sacramentis. Et in cōpendio theologię. lib. vij. cap. xij. de ambobus habetur. Damasc. ubi supra, utrunq; nominat. Ex nouo testamēto pōt adduci Apoc. xj. Et dabo duobus testibus meis: & prophetabunt dieb⁹ mille ducentis sexaginta. i. tribus annis cum dimidio, sicut Christus prædicaui, secundum Gloss. Hic textus ab Haymone super Apoc. exponit nominatū de Enoch, & Helia. & ait Gloss. De Enoch, & Helia agitur, per quos prædicatores alij intelliguntur. Sed licet Haymo sic exponat, aliter tamen Hug. postil. & Nico. de Lyra. Nec uidetur esse de mente August. Homi. vij. super Apoc. Beatus Grego. ubi supra. lib. xv. S. xcij. inquit. Sed tamen eius uiam non solum Helias, & Enoch, qui in eius exprobrationem ad medium reducuntur: sed etiam omnes electi arguunt, dum contemnunt, dum uirtute mentis eius malitię resistunt. Sicut ergo in his duobus secundum illum docto. & alij includuntur, ita & nomine Helix Enoch includitur. In Gloss. Eccles. xliij. expōsē habetur de reditu Enoch, in fine mudi. Ad hoc uidetur facere glo. Malach. iij. dicens per Heliam chorū prophetarum significari. Prophetarum, id est prædicatorū & fidem defendērium. Lib. ix. moralium. S. iij. inquit Grego. Duo illi eximij prædicatores dilata morte subtracti sunt: ut ad prædicationis uolum in finem reuocentur. Allegat Apoc. xv. ut supra, subiungens. Quorum unū in euangelio permetipsum ueritas pollicetur dicens. Helias uenturus est, & restituet oīa. Ex quo text. no. testa. habetur manifestū testimonium Christi de aduentu Helix ante iudicium finale. Et ne credi posset Ioannes esse Helias, qui ppter ministerij similitudinem Helias dici pōt (Sicut. n. Helias secundum, ita Ioannes p̄cessit primum aduentum) ideo Malac. c. iij. addit nomen patrię nominans eū Tesbitē. Siquidem sicut oēs Prophetę unumquēq; ex ap-

Cōcl. g. G. Ut primum christi aduentum in carnem præcesserunt prophetę, & Ioannes, ita secundū aduentū præcedent homo dæmone plenus Antich. Enoch, & Helias.

probatis regibus David appellant: & Iudæos propter morum depravationē Sodomorum principes, & filios Aethiopiū, secundum Chrysoftomum homilia. lvij. super Mattheum: ita domini præcursores ueniunt nomine Hælias, & ita primus præcursor fuit Hælias ministerio: & iam venit: Matth. xvij. & Marc. ix. Alius uenturus est, qui dicitur est Thesbius. Malach. quarto. Et restituet omnia: quia eo præsentente omnes Iudæi conuertentur ad Christum in fine mundi. Vel ut exponit Augustinus lib. j. quæst. euangelicarum. cap. xxj. Restituet omnia, id est uel eos, quos persecutio Antichristi turbauerat, uel ipse restituet moriendo quod debet. Idem habet sanctus Methodius martyr in reuelationibus diuinis, cum inquit. Cōtinuō mittet dominus suos famulos singularifimos, atq; charissimos Enoch, & Hæliam ad redarguendum eum, & palam omnibus gentibus corripient eius seductionem, & ostendent eum mendacem coram omni homine, & nihil esse &c. Quia autem quādoq; solus Hælias nominatur, puto esse ex causa prædicta, quia nomen illud est præcursorum domini secundum Chrysoftomum. & ita in eo Enoch intelligitur. Quod dictum est: Homo demone plenus: patet ex dictis, & ex Apostolo Paulo. ij. ad Thessa. ij. & uarijs tractatibus plurimorum doctorū: ut dicit beatus August. de Antichristo. ¶ Sed queritur: quare unus illorum referatur esse ante legem, alter post tempus legis, & ad quid referantur rapti in paradysum. Dicendum, quod ratio potissima est diuina uoluntas nobis incognita: creditur tamen, quod ad Iudæorum finalem reductionem, & conuersionem, quā tangit Paulus Roma. xj. Et omnis plenitudo gentium intraret: & sic omnis Israel saluus heret. Et iam ut & gētes, & Iudæi suos habeant prædicatores. Enoch enim (qui fuit ab Adam septim⁹, & de iudicio prophetauit: ut habetur in Canon. Iudæ: & primus de iudiciali aduentu prænuñciauit) referentur esse ante legem, ut det gentibus sapientiam. Eccles. xliij. Enoch placuit deo, & translatus est in paradysum, ut det gentibus sapientiā. Glos.

Quare Enoch ante legem sit referentus, Hælias post legem

Ut det consiliū hominibus poenitentibus. Et Lyra. Antichristi perfidiam detegendo. Hælias uero ut reducat Iudæos ad fidem, ut sic respondeant Petro, qui fuit in circumcissione: & Paulo, qui in gentibus. Ita etiam sentit Hug. de uictoria Christi contra Antichristum, parte secunda cap. j. Nec est hic tenenda quorundam imaginatio dicentium: Antichristum diabolo hypostaticè uniuendū: ut dici possit diabolus incarnatus, sumēzium occasione ex illo beati Gregorij dicto. xij. Moral. cap. xvij. cum exponit illud Esa. decimo octauo. Vāh terræ cymbalo alarum. dicens. Sicut incarnata ueritas in prædicatione sua pauperes elegerit, idiotas, & simplices: sic e contrario damnatus ille homo, quem in fine mundi apostata Angelus assumeret, ad prædicandam falsitatem suam astutos, ac duplices, atq; huius mundi scientiam habētes, electurus est. Ecce dicit. Quem apostata Angelus assumeret. Sunt enim plures modi assumendi: scilicet hypostaticè, & hoc soli Christo conuenit respectu naturæ humanæ. Associatiuè, sic beata uirgo dicitur assumpta a Christo: & animæ beatorum ab angelis in cœlum. Cooperatiuè, sic diabolus Antichristum assumeret: quia per eum operabitur, & per suos &c. Ad idem est Durandus libro quarto capit. ul. dicens. Non igitur diabolus sit homo secundum dominicam humanationem. Absit, sed ex fornicatione generabitur, & suscipiet actum Sathanæ. Præcians enim deus iniquitatem eius futuræ uoluntatis, concedet in eo habitare diabolus. Et post pauca. In primordijs regni (magis autem tyrannidis) dissimulabit iustitiam: cum autem dominator factus fuerit, prosequetur ecclesiam dei, & manifestabit ei iniquitatem suam. Veniet autem in signis, & prodigijs mendacij factis, & noueris: & eos, qui imbecillem, & non stantem balem mentis habent, seducet, et apostatate faciet, adeo ut scandalizarentur, si possibile est, electi. Cum Isido. in lib. da mysterijs numerorū eum nominat luciferum, est locutio hyperbolica: sicut quādoq; homo dicitur diabolus, cum

Cœc. 10
H
Etsi dies
iudicij
sit ab omnibus
expectā
dus, tamen
est
temerariū
uel
calculari
tēpus
aduentus
iudicij.

uinit diabolus, & nescit deum, propter excessum malitiæ suæ in peccatis, & obfinatione. ¶ Decima conclusio. Et si dies iudicij sit ab omnibus certitudine infallibili expectandus: attamen temerarium, & præsumptuosum est uelle calculare, aut determinate scire aduentus iudicis tempus. Prima pars patet. Certitudo fidei est infallibilis, & maxima: fides uero canit iudicem futurum, ueniet ergo necessitate fidei: sicut & alia reuelata per Christum. Secunda pars: quia temerarium, & præsumptuosum est nos uelle scire, quod Christus uoluit suos discipulos ignorare. Tempus autem aduentus ad iudicium Christus noluit suis discipulis reuelare. Cum enim Matth. xxij. quærerent dicētes: dic nobis, quando hæc erunt: & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi? Respondit Iesus post multa alia. De die autem illa, & hora nemo scit, neq; angeli cœlorum, nisi pater solus. Actuum. j. Non est uestrum tempora nosse, uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Epistola octuagesima ad Esiçium ait Augustinus: non posse ex scriptura colligi tempus certum, & determinatum aduentus domini, etiam quotquot allegantur testimonia scripturarum. In epistola septuagesima octaua, ad eundem dicit. De saluatoris aduentu, qui expectatur in fine temporum dinumerare non audeo, nec aliquem prophetam de hac re numerum annorum existimo præcuisse: sed id potius præualere, quod dominus ait. Nemo potest cogitare tempora, quæ pater posuit in sua potestate. Nec sunt audiendi, qui putant se computare tempora: diem uero, & horam neminem dicentem scire. Nam scripturæ more dies, & hora pro tempore solent poni: quod ostendit ibidē multipliciter. & xx. de ciui. dei. c. j. dies iudicij pro tempore ponitur: & ultimus dies ultimum tempus dicitur. Immo Christus suis discipulis de tempore quærentibus respondit de tempore, non de die, & hora: ut docet ex græco idiomate, unde euangelium latini sermonis sumptum est. Ideo dixit Christus. Actuum. j. Non est uestrum nosse tempora, uel momenta. Tempora dicit, uel momenta

id est numerum temporum, uel momentorum usq; ad finem seculi: ut dicit Glossa interlinearis. Ostendit autem per illa uerba Christus se scire tempus id, cuius sunt omnia, quæ sunt patris, sed non expedire discipulis scire, ut ita uiuant, quasi semper iudicandi. Ad idem beatus August. xvij. de ciuita. dei. c. liij. cum inquit Omnium de hac re calculantium digitos resoluit, & quiescere iubet, qui dicit. Non est uestrum scire &c. Vt uentur enim quibusdam coniecturis humanis, non ab eis aliquid de scripturæ conditæ auctoritate profertur. Verum ad dicta Matthei euangelistæ, Marcus cap. xij. super addit. Neq; filius hominis. Super quo August. lib. lxxxiij. q. quæst. lx. De die autem illa & hora (inquit) solum patrem scire, sic dictum est: quia facit filium scire: & quod dictum est filium nescire, sic dictum est: quia facit nescire homines id est non reuelat eis, quod inutiliter scirent. & j. de trini. c. xij. Filius nescit, quia nescientes acit, seu quia tunc non ita sciebat, ut discipulis reuelaret. Ad idem. j. Theol. v. De temporibus autem, & momentis non indigeris, ut scribam uobis: id enim scietis, quia dies domini sicut fur in nocte ueniet. ita intelligitur. Non ergo nostrum est scire, quando ueniet, sed quomodo: ut pendula expectationis ingenti formidine eum semper credamus esse uenturum, quem nescimus; quādo uenturus sit: sicq; uiuamus, quasi semper iudicemur. ¶ Quantum ad articulum tertium est primum dubium plures habens partes. An omnes angeli sint iudicandi: & qualiter. An sanctificati in utero. An paruuli baptizati. An uirgo maria præseruata (ut creditur) ab originali peccato. An Christus secundum humanitatem. Ad hæc responderetur per propositiones. ¶ Prima est. Nullus angelus iudicabitur iudicio discussio nis: sed dumtaxat retributionis. Patet ex quid nominis terminat: supra: quia non habuerunt boni cum malo commixtionem. Clarescet autem in iudicio eorum retributio in bono æternali. ¶ Secunda propositio. Non uideatur ab re dicere, pueros in utero sanctificatos, & paruulos baptizatos iudicandos fore iudicio

Artic. 3.
Dub. 1.

Cœc. 1.
An omnes Angeli sint iudicandi.

Prop. 2.
Pueri in utero

sancti- discussionis. Patet, quia de communi le-
 cati, & ge, stante eorum sanctificatione, prius
 parvuli habuerunt originale peccatum, quod
 baptiza deletum est in eis fidei sacramento, aut
 ti iudi- baptismo flaminis, uel sanguinis: ut in
 candi iu- parauulis pro Christo occisis: & ita meri-
 dicio dif- tum, & demeritum quamuis non perso-
 uisiois. nale, secundum demeritam Adæ, & me-
 ritum Christi. Nec uidetur ratio di-
 uersitatis: nisi dicatur forte cum Apo-
 stolo. ij. Corinthio. quinto solum de me-
 ritis personalibus futurum iudicium. Sed
 tunc paruuli, qui non habent propria
 corporis, quæ gesserunt, ij. Corinthio.
 v. etiam non essent habituri iudicium
 retributionis in gloria, aut damni pœ-
 næ, quod multi non admittunt. ¶ Ad di-
 ctum beati Gregorij ponentis quatuor
 ordines iudicandorum dicitur dubio quin-
 to. Hic negat (ut uidetur) iudicium
 discussionis ab his, qui perfecte Chri-
 stum imitando seruauerint præcepta, &
 consilia. Hos enim dicit non iudican-
 dos. Constat autem, quod non sunt
 damnandi, & quod habebunt retribu-
 tionem meritorum: sed non constat, quod
 non sint iudicandi iudicio discussionis,
 cum fuerint in peccato. ¶ Tertia propo-
 sitio. Soli illi, qui habuerint meritorum,
 & demeritorum sue personalium, sine
 etiam alienorum permixtionem, & om-
 nes tales, discussionis iudicio ueniunt
 iudicandi. Præiacens exclusiua patet
 ex dictis, & notabili secundo. Ac dicitur
 nominis disceptatio, quid est merito-
 rum a demeritis: ut supra se patio, & ma-
 nifestatio. ergo in quibuscumque contingit
 illa reperiri, istic iudicabuntur. Vide-
 tur esse una ratio quo ad uniuersalitatē
 iudicij de demerito, uel merito alieno,
 sicut de proprio. ¶ Quarta propositio.
 Non uidetur male sonare Christum se-
 cundum naturam humanam in die no-
 uissimo iudicandum esse iudicio paten-
 tissimo non discussionis, sed retributio-
 nis meritorum, exaltationis quoque di-
 uini nominis, & ostensionis irrefragabi-
 lis potestatis in cælo, & in terra: iudicij
 quoque uiuorum, & mortuorum. Ad hoc
 Apostolus Philipp. ij. Et Ioan. xij. quan-
 do Christo dicente Pater clarifica no-

Prop. 3

Prop. 4

raen tuum, uenit uox de cælo dicens, Et
 modo clarificauit, & iterum clarificabo.
 Et quamuis in eius resurrectione, ascen-
 sione, & spiritus sancti missione nomen
 eius fuit clarificatum, tamen non toti mū-
 do: quia multi non crediderunt in eum.
 Et quia secundum tropum scripturæ, res
 dicitur fieri, quando, & eo modo, quo,
 uel uniuersaliter in quadam singulari
 obseruantia, aut ritu speciali manifesta-
 tur. sic inquit Christus. Ioan. xij. Nunc
 princeps mundi eiectus est foras. Prius
 enim fuit eiectus diabolus de cordibus sã-
 ctorum patriarcharum, & prophetarum,
 & cæterorum, sed non in tanta manife-
 statione signorū: uel abundantia gratiæ.
 Et prius datus erat spiritus sanctus: sed
 non in signo uisibili. Ita in proposito,
 etsi prius datum est illi nomen, quod
 est super omne nomen. &c. Philipp. ij.
 id tamen tunc in iudicio cum effectu,
 id est uniuersalissime, clarum erit toti
 mundo. Ergo non ab re potest dici tunc
 diuersis respectibus secundum diuersas
 naturas Christus iudicaturus, & iudi-
 candus quantum ad sui nominis glorio-
 sissimam manifestationem, & exaltatio-
 nem &c. & collatæ potestatis iudicariæ
 inimpedibilem executionem. Videbunt
 tunc exaltatum, in quem transixerunt.
 Et communis sententia: quod omnes homi-
 nes ueniunt iudicandi iudicio finalis re-
 tributionis. Patet ex dictis: & Christus est
 homo. ergo &c. ¶ Quinta propositio. Si-
 ue admittamus uirginem Mariam ab ori-
 ginali peccato p̄uiso Christi merito gra-
 tiosissime fuisse præseruatam: siue in ute-
 re mox sanctificatam: potest catholice
 concedi ipsam etiam discussionis, & re-
 tributionis finalis iudicio fore iudicadam.
 Patet ex dictis Christi. Stante autem quod
 fuit præseruata, fuisse tamen naturalis
 filia iræ, sicut & cæteri, si Christi præuiso
 merito non fuisse præseruata. Igitur quā-
 tum fuisse de se, habuisset originale pec-
 catum. In illo itaque uniuersali, & gene-
 rali patentissimo iudicio diuino huius
 iusta ratio omnibus manifestabitur: &
 illud est, largo uocabulo, quædam di-
 scussio, uel examinatio. Nō enim illa no-
 mina dicunt dumtaxat præcellentē ostē-

Prop. 5
 Potest
 concedi
 Mariam
 iudican-
 dam iudicio
 discussionis
 & re-
 tributio-
 nis.

on em bonæ actionis ad peccatum, uel
 econtrario sed etiam decentem tanti re-
 gis donationem, & magnificentiæ iustā
 exhibitionem sine iniuria, & præiudicio
 cuiuscumque, ac personarum acceptione.
 Hoc solum referre placuit. ¶ Si quærat
 de augmento gaudij, uel tristitiæ bono-
 rum, & malorū ex tali iudicio: Respon-
 detur: quod sicut in iudicio extremo bono-
 rum angelorum accidentale gaudium p̄
 ministerio ac custodia hominibus im-
 penfis saltem extēsiue augebitur: ita ma-
 lorum accidentale supplicium pariter, &
 odium augeri creditur. Tunc enim boni
 plurimum gaudebunt de noua hominū
 societate perpetua, & suorum, quibus p̄
 fuerunt in corpore, & anima beatifica-
 tione &c. Mali uero odio habebunt sa-
 lutem hominum, quos deinceps tentare
 non possunt: & summa inuidia affecti in
 eos, uellent cum pœnæ augmento eos se
 per impediri. Et cur nō similiter dicendū
 in genere de omnibus beatis, & damna-
 tis? Maxime uero de sanctis patribus, &
 doctoribus, qui multas hæreses p̄ suas do-
 ctrinas exterminauerūt, & de sanctis apo-
 stolis ecclesiæ patribus, sanctis martyri-
 bus &c. Suo modo de hierarchis, & ec-
 clesiæ persecutoribus. ¶ Secundum dubiū.
 An solus Christus in iudicio extremo
 iudicabit actiue, & potestatiue. Hic in
 primis supponitur, quod nomē Christus est
 nomen suppositi gemine substantiæ, quod-
 que supponit pro uerbo in diuinis, pro
 hominum redemptorem incarnato, quod ly
 solus respectu prædicati essentialis nullā
 personarum diuinarum excludit, sed in-
 cudit. Quærit quæstio in effectu: An cum
 Christo iudice iudicabūt & hoēs, pariter
 & sancti. Ad hoc dicendum per aliquot
 propositiones. ¶ Prima est. Licet tota trini-
 tas iudicabit uiuos, & mortuos in extre-
 mo iudicio, attamen iudicium tacere de-
 dit pater filio. Hæc propositio est fidei.
 Pars prima patet: quia operationes ad
 extra sunt e omnes omnibus personis
 diuinis, licet sint quædam personarū ap-
 propriata, quæ singulatim singulis attribuū-
 tur personis. Pars secunda habetur. Ioā.
 v. ¶ Secunda propositio. Solus deus, & dei
 filius Christus faciet iudicium principali-

Dub. 2.

K
 An solus
 Christus
 iudicabit
 actiue, &
 potestatiue.

Prop. 1

Prop. 2

ter, & authentice primò, & per se, seu or-
 dinaria potestate. Patet propositio, scilicet
 tibus suppositione secūda, & dicitis in no-
 tabili secundo. Hoc enim non potest cō-
 petere nisi personæ diuinæ, quæ sola habet
 dictare sua sapientia infinita, quid cūli-
 bet secundum iustitiam infallibilem uer-
 niat dandū pro meritis: & dictatū impe-
 riosæ executioni primò, & p̄ se demanda-
 re. uerum secundum quā naturā, & in qua
 iudicabit, distincti dicentur. ¶ Tertia
 propositio. Appellando iudices eos, qui
 principali iudici assistebunt: & iudicare
 assessoris officium facere, omnes sancti
 angeli dei, & omnes perfecti Christi imi-
 tatores cum eo in extremo iudicio uiuo-
 rum, & mortuorum erunt iudices. Patet
 notabili tertio. & Matthæ. xix. super il-
 lo. Vos qui secuti estis me. Gloss. Cum
 forma serui, quæ iudicata est, iudicariam
 exercuerit potestatem, eritis, & uos me-
 cum iudices. De angelis in expositione
 Psalm. cxix. August. Sic enim iudicare
 non est potestatiue iudicare, sed est fede-
 re, secundum Lyram, in loco eminenti
 iuxta iudicem. Non tamen assistebunt
 ut consilium præstent iudici, nec iudicē
 informabunt, aut dirigent, ut in iudicio
 humano. Qui dicantur perfecti imitato-
 res, uidebitur infra dubio tertio. ¶ Quar-
 ta propositio. Accipiendo iudicare lar-
 ge, ut iudicare est iudicis sententiam ap-
 probare, & laudare: omnes sancti, & ele-
 cti dei cum Christo iudicabunt: sicut pa-
 tet ex notabili tertio. Et similiter dic-
 tur de alijs acceptionibus nominis
 iudicare. ¶ Sed contra primam conclu-
 sionem uidetur esse dictum Christi. Io-
 annis quinto. Patet non iudicat quen-
 quam, sed omne iudicium dedit fili-
 o: ergo solus filius iudicabit. Dicen-
 dum: quod pater non iudicat quemquam si-
 ne filio, & spiritu sancto. Operationes
 enim personarum ad extra sunt indiuisæ.
 Cum ipse filius dei factus est filius ho-
 minis, & quod ad sapientiam pertinet,
 quale est facere iudicium, & iustitiam, fi-
 lio attribuitur, qui est sapientia, & clari-
 tas patris. Solus denique ipse in for-
 ma assumpta nobis gratiam meruit, & dei
 salutem, ac uisibilis omnibus apparebit

Prop. 3

Prop. 4

in iudicio. Ideo sicut dist. xliij. q. j. animarum uiuificatio potentia diuinae, & corporum resuscitatio dispensationi humanitatis attribuitur, ex causa dicta ibidem ita filio attribuitur potestas iudiciaria: tam secundum naturam diuinam, secundum quam eam ab aeterno habuit, & (ut August. loquitur in expositione Psalmi. lxxiiij.) eam non accepit: quia nunquam ea caruit, quae secundum humanam, secundum quam accepit tempus iudicandi sicut & nascendi, ac moriendi. Potest tamen concedi: quae eam accepit secundum naturam diuinam, non quasi quandoque ea caruerit: sed quia quicquid habet nascendo, a patre recipit: ut supra distinct. xliij. q. j. **¶** Dubium tertium respicit conclusionem tertiam quo ad clausulam additam de perfectis Christi imitatoribus &c. Qui sunt illi imitatores Christi, an solum duodecim Apostoli secundum uerbum Christi. Matth. xix. Vos qui secuti estis me &c. August. xx. de ciuitate dei. cap. v. Hic discernimus cum suis discipulis iudicaturum Iesum post recitationem priorum uerborum. Tunc quaeritur de Paulo, qui non fuit de numero. xij. Matthias enim successus fuit in locum Iudae. Actum. j. Paulus autem plus omnibus laborauit: & de se inquit: nescitis, quia & angelos iudicauimus. j. Corint. vj. Item Esa. iij. Dominus ad iudicium ueniet cum senioribus populi sui, & principibus &c. Et prouer. xxxj. Nobilis in portu uir eius, cum sederit cum senioribus terrae. Vbi Gloss. In terlinearis. Cum patriarchis, Prophetis, & principibus. & ita uidentur seniores, qui iudicabunt cum Christo esse Patriarchas, Prophetas, Apostoli. Item sanctus Thomas dicit: quod paupertati debetur iudiciaria potestas ratione congruitatis: quia notoria paupertas est eorum qui contemptis omnibus, quae mundi sunt, soli Christo inhaerent, nec habent, quod eos a iustitia deflectat. quaestio. lxxxix. parte. iij. arti. ij. tum ratione meriti despectionis, & suppressionis, quae re praesentantur in pauperibus. Paupertas enim est primum, quod facit hominem despectum: tum hoc modo, redditur idoneus ad iudicandum, & ad retinendum

Dub. 3.
Qui sit perfecti imitatores Christi an solum duodecim Apostoli.

mente decreta iustitiae diuinae, & non suffocat uerbum dei: ideo paupertas plus disponit ad iudicium, quam uirginitas, aut martyrium. **¶** Item quaeritur, quae paupertas facit iudicem cum Christo, an spiritus, & omnis talis cum uoto abdicacionis temporalium, an sine: & ita de similibus multis. Si cum uoto, solum monachi essent futuri iudices: quod uideretur male sonare in ecclesia Dei. Ad illa diuersimode uideretur respondere. Certum est solum Christum ex prius dictis iudicare principaliter & per se seu potestatiue, & authenticè. De imitatoribus Christi perfectis, an sint solum duodecim Apostoli dei: Dicendum quod non. Sunt enim & alij imitatores perfecti secundum excedens, & excessum. Apostoli uero antonomastice dicuntur Christi sectatores. Ad uerbum Christi respondet Chrysol. super Matth. homil. lxxv. exponens iudicare comparatiue, id est damnandos ostendere in se. Non enim Apostoli totum mundum, & omnes gentes condempnabunt: sed duodecim tribus Israel, quae sub eadem lege educate fuerunt sicut Apostoli: & tamen Apostoli conuersis ipsa conuerti noluerunt. & statim post hoc per duodecim sedes non confestim, cum solum Christus in solio iudicaturus sedebit, sed gloriam, & honorem ineffabilem exprimi dicit. In expositione Psalmi. xlxx. & xx. de ciuitate. cap. v. August. uult: ex quo numerus duodenarius constat ex quatuor, & tribus: quae ducta in se inuicem faciunt duodecim: Ideo per sedes duodecim intelligitur uniuersitas iudicantium, seu uniuersa iudicantium multitudo propter duas partes numeri septenarij, quo significantur plerique uniuersi. Non ergo per numerum duodenarium solum duodecim homines significantur: sed uniuersitas perfectorum, undecunq; sint ex quacumque orbis parte: siue oriente, siue occidente: meridionali, uel aequilone: qui eam nasci sunt perfectione quae in confessione trinitatis, fide, spe, & charitate Christo adserunt. Hi omnes clauduntur numero duodenario: quia undecunq; sunt: & ex quacumque parte orbis, si in trinitatis confessione persistuerint, perfecti euaserunt, & sic quae sede

Cur pauperes iudicabunt.

Perfectus habens charitatem se debet solum duodecim sedebit.

bunt super duodecim sedes, & omne iudicabunt populum, undecunq; sit, qui Christum confessione sanctae trinitatis non conuenerunt. Et ita cum omnis ille sit perfectus, qui habet charitatem, idem enim est totum, & perfectum. v. Metaphy. & qui sic Deum diligit, toto corde diligit: per consequens concludo. Perfectus ergo omnis habens charitatem sedebit super sedes duodecim, & prout ad se spectat secundum praedicta, cum Christo iudicabit. Item & ex eo: quia Christus. lxxij. discipulis loquendo hoc ipsum omnibus eorum sectatoribus promisit. xx. de ci. c. v. & S. Tho. dist. praesenti. Praeterea beatus Aug. Psal. xlix. per seniores intellexit omnes sanctos, & angelos dei, ostendens, quod & uiri sancti angeli nominabuntur. Vnde Apostolus. Sicut angelum suscepistis me. ad Gala. iij. & de Ioanne. Ecce mitto angelum meum. Malac. iij. Cum omnibus angelis ueniens secum habebit, & sanctos. Matth. xvj. Qui seniores populi dicuntur, & angeli nominantur. Ita multa milia multorum perfectorum de toto orbe uenientium caelum uocantur. Veniens ergo ad iudicium aduocat caelum defursum. i. omnes perfectos sanctos iudicatos. Hugo exponit, id est sanctos angelos, & terram, id est homines perfectos: discernere non uideret solum populum suum, discernere inquam, a malis bonos. Hinc sequitur. Cogregate illi iustos eius. secundum aliam translationem: Tuos iustos. ut est uiuens ex fide, faciens opera misericordiae, quae sunt, & opera iustitiae. Ex quo uidetur omnes iustos hic dici perfectos, & omnes perfectos sanctos, & illos congregandos: ut dicent cum Christo, tamen iudicare plus, & prius quadam prioritate dignitatis attribui posset ijs, qui Christum secuti fide, spe, & charitate, Christo amplius adhaeruerunt. ergo omnes sancti, & angeli, & homines cum Christo iudicabunt. **¶** Ad dicta sancti Tho. conceditur: quod paupertati debetur iudiciaria potestas, illi. scilicet de qua Christus Matth. v. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Sicut enim hoc modo omnes, & soli pauperes spiritu saluabuntur: ita omnes, & soli tales cum Christi

sto iudicabunt. Sed an illam praecise uoluerit sanctus Thomas intelligi, nescio. Pauper spiritu nihil praeter deum, id est contra deum quaerit. Est autem paupertas spiritus nihil aliud, quam humilitas, secundum Aug. quae Matth. iij. dicitur in Gloss. omnis iusticia. Et de sermone domini in modo de lib. j. Timor domini cum (inquit) recte habetur, intelliguntur pauperes spiritu, humiles, & timentes Deum. Nec aliunde omnino incipere oportuit humilitatem, quam a timore domini: si quidem peruentura est ad summam sapientiam. Initium autem sapientiae est timor domini. Quoniam & e contrario initium omnis peccati superbia scribitur. Superbi appetunt regna terrarum. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Secundum Hilariu super Mat. paupertas est lex gratiae diuinae, lex operum: itaque humili, & timentem deum timore filiali, & non seruili debetur regnum caelorum: ut tanquam haeres regnet, & asideat cum Christo in iudicio. Et haec est paupertas, de qua Christus loquitur, cui debetur iudiciaria potestas. Mat. j. Quomodo alias dicere poterimus patriarchas possidere, & prophetas fuisse pauperes, qui abundabant in temporalibus: ea habuerunt sine sollicitudine, quasi non habuerint: demonstrantur denique cum effectu a se potius illa omnia possideri, quam se ab eis esse possessos, secundum August. de moribus ecclesiae. cap. xxxv. & si. Sunt denique hoc mundo quasi non utentes, quae secundum beatum Greg. homil. xxxvj. cuncta temporalia ad uitae suae ministerium redegerunt, non sinentes temporalia dominari manentibus suis, sed ut subiecta foris seruiant, & nunquam intentionem, quasi ad alta tendentes frangant. Habuerunt terrena omnia ad usum, non ad desiderium. haec ille. Tales dicit Christus esse in mundo, sed non de mundo: & ita euaserunt plerique ditissimi, sed pauperes spiritu: & plus pauperes spiritu multis secundum seculum prorsus nihil habentibus. His debetur iudiciaria potestas, & regnum caelorum: non solis re ipsa pauperimis. Forte cum animi potius

Pauperes spiritus nihil aliud quam humilitas.

Non in sola carentia possess. consistit christiana. sed in spiritu pauperi, & humili.

tudine Socrates, & alij Philosophi proiecerunt temporalia, sed non pro Deo. Non ergo eis promittitur sedere super duodecim sedes: quia in sola carentia possessionis non consistit perfectio christiana: sed in esse pauperem spiritu, & pro Deo. xxvj. Mora. §. xxxiiij. ait Greg. Apud semetipsum pauperes sunt qui in suis conscientijs elati non sunt. Et ita pauperibus iudicium tribuit. i. elatos destruit. Humiles uero per iudicium liberos reddit. Et qui nunc a malignis supprimuntur, tunc eorum iudices erunt. Ad quod Sap. v. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt &c. per totum. c. Qui sic pro Christo despiciuntur: & solum eius intendunt honorem, esto, qd de facto non despiciantur ab omnibus: nec in derisum eorum habeantur: & esto deniq; qd abundant in temporalibus: ut supra: merentur tamen iudiciariam potestatem ad sensum saepe tactum. Cum subiungit. S. Tho. propos. iij. qd paupertas disponit ad predictum, modo iudicandi. Per hoc enim habet cor edoctum omni diuina ueritate: ut possit, & alij ueritatem communicare. Estq; paupertas prima dispositio ad potestatem iudiciariam, & beatitudinis consecutionem: quia per hoc redditur idoneus ad retinendum mente decreta diuina iustitiae. Illud non quadrat: sic enim iudicare dictatur &c. est solius Christi. Non enim est sanctorum iudicare principaliter, sed assidere, & de diuinae mentis impletione, eiusq; potestate, sapientia &c. laetari, & complacere: nec est ipsorum dictare quantum dandum sit cuiuslibet, sed de facto ostendere se fuisse legis Christi sectatores. & hoc uidetur esse habere in se decreta diuinae iustitiae, idest obedientiam legis dei. Nec possibile est affectatores dei sic edoctos esse: ut sciant singularum singulorum facta discernere, & metiri. Hoc enim infinitam exigit scientiam dei, & comprehensionem: ut supra in notatis, & in dubio secundo, ac propositione septima artic. ij. Quia si quis utiq; contendit: qd perfectio christianae debetur iudiciaria potestas: quaeritur, in quo consistit perfectio uitae christiane.

Et crediderim salua pace dicendum, qd charitas, & eius praecipua per se, & essentialiter integrant, praecipit, & constituit uitam christianam. Gerson in de consensu euangelistarum. Praeterea dicitur, qd praecipua charitatis claudit omnem, & totam latitudinem tam intensiuam, qd extensiuam amoris, & dilectionis: quantumcumq; intensa, & perfecta fuerit illa latitudo: ut statim post ratiocinationem. xvj. deducit beatus Augustinus in de perfectione iustitiae contra Caeselin. & post eum Gerson ut supra. Ex his sequitur, qd consilia euangelica ad iudiciariam ad perfectionem uitae principaliter facere dinoscantur, non tamen omnem perficiunt hominem in uita Christiana. Si quidem nemo negare potest plures fuisse perfectos in uita Christiana, sine consiliorum (in actu) obseruantia. Hinc ad Abraham diuitem ait dominus. Gen. xviij. Ambula coram me, & esto perfectus. Iob non fuit similis in terra. cap. j. Item. In ueni Dauid seruum meum. Psal. lxxxviiij. Item Eccles. xliij. de Abraham dicitur. Non est inuentus similis illi in gloria, qui conseruaret legem excelsi. Dilectus Deo, & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. eum multa laude alia. ibidem. cap. xlv. Ad idem de Iesu filio Naue successore Moysi cap. xlvj. Item dilectus a domino Deo Samuel Propheta domini. De Dauid plura habentur. cap. xlvij. Et tamen non impleuerunt consilia euangelica, nec paupertatem cum rerum abdicacione. Item in statu innocentiae fuisse perfectio sine obseruantia consilij paupertatis, obedientiae, & castitatis. Sicut ergo in scientia perfectionis acquirenda, uel habitae conseruandae proficiunt quandoq; solum instrumentaliter, sic in uita corporali qualitatibus, & accidentales dispositiones, seu accidentaliter, & secundum quid, & non essentialiter: ut habet. S. Thom. ij. ij. quaest. clxxxiiij. qd Corollarium. Paupertas uoluntaria quantumcumq; arcta non perficit hominem essentialiter in uita christiana. Ad idem Hieronymus, & Orige. Si uis perfectus esse &c. non sic intelligitur: ut in illo tempore,

De consilijs euangelicis.

Coroll. Paupertas uoluntaria quantumcumq; arcta non

perfectio homine essentialiter in uita christiana.

quo reliquit sua, perfectus sit: sed quia ex illo die incipit esse sectator dei, deponit scilicet onere diuitiarum: quia sic liberius Deo uacans potest peruenire ad omnes uirtutes. & ita in actibus uirtutum essentialiter posuit charitatem. Sic Virgines sequuntur agnum, quocumq; iterit. eodem modo intelligitur: quia proiecerunt impedimenta omnia, ut liberius Christum sequi possent. Sic de professione monastica. capit. Secundum. Potest quis in affluentia diuitiarum Deo charitate adherere: & ipsi affluentiae cor non apponere: sed quia hoc raro fuit: & quia difficile fit. Luc. xvij. dicitur nonnunquam impossibile in materia morali, in qua denominatio sumitur a frequenter accidentibus. Ex hoc non sequitur ad perfectum consilia esse frustra: sed optime conducunt. Ad idem Guilielmus Altissiodoren. Relinquere omnia esse opus perfectae charitatis, exponit, idest signum est perfectionis, non essentialiter perfectio. Esto, qd perfectioni Christianae uitae, & perfectis Christi imitatoribus debeatur iudiciaria potestas, siue assessoria dignitas, ex quo illa non est alia nisi charitas per spiritum sanctum diffusa in cordibus nostris: ergo omnes eam habentes perfecti sunt in uita christiana. Habent enim, quicquid eis necessarium est pro conseruatione uitae aeternae, si alias non est impedimentum ex parte alterius. Item omnes sunt filij dei. Ioann. j. & coheredes Christi. Roman. viij. Paulus. refert esse modum uiuendi perfectionis exercendae, uel acquirendae, quantumcumq; esse perfectum: ac imperfectum esse in perfectionis statu. Item Hilarius super Matth. cap. xix. exponit uerba Christi de proiectione temporalium, & Christi sectatione, de legis proiectione, in qua multum erant diuites ponendo in ea spem salutis: quatenus illam dimittant, & legem gratiae sequantur, quae sola perficit hominem. Vult enim dominus, qd proieciant legem operum quae (ut alibi ostensum fuit) ita in noua, sicut ueteri lege potest habere locum: sed non saluat sine lege spiritus, quae est gratia: ut deducit August. de litera, & spiritu. cap.

xliij. q. Quartum dubium. Cur in obliuione iudicis, sola misericordiae opera omnia, uel consummata in die iudicij imputantur damnae, uel in laudae praedicantur saluatis. Matth. xxv. ibi recitantur sex opera misericordiae corporalia, in quibus includitur sepultura, sepium opus. Comprahenduntur uero in hoc uersiculo. Visito, potio, cibo, redimo, tegeo, colligo, condo. Non enim dicitur index: adulterium, furtum, rapinam commissisti, aut familia, sed esuriui, & non dedistis mihi manducare &c. Et ad beatos dicitur. Esuriui, & dedistis mihi manducare &c. Ad hoc uidetur dicendum: qd saepe species ponitur pro genere secundum regulas Tyconij. Sic saepe numero in scriptura, & dictis patrum nomine misericordiae uenit primus, & immediatus uerax, & gratitae dilectionis effectus. Et sicut in dilectione dei, & proximi eminenter continetur totius legis finis, & impletio: in ea quoq; tota lex pendet, & prophetae: idest ibi finem habet, & illo refertur secundum August. lib. j. quaest. euangel. cap. xxxiiij. & in perfectione iustitiae: Ita & in misericordiae exhibitione, quae est signum inexistentis dilectionis. Hinc Christus uolens nos ad totius legis perfectam obseruantiam inducere, ait. Luc. vi. Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. Non enim illic ad solam misericordiam nos hortatur: sed ad charitatum omnium agendorum perfectionem. Hinc subiungit. Nolite iudicare: nolite condemnare: dare, & dabitur uobis. Quid? Nolite odire proximum. Verum hoc non sufficit, sed opus est dilectione affectum, & efficaciam. Sunt enim duae partes iustitiae, declinare a malo, & facere bonum. Item per operum misericordiae exhibitionem innotescit alteri, alicui inesse dilectionem, quae est res spiritualis, oculo corporali inuisibilis: ideo saepe loco charitatis ponitur. Et dicitur aliquid alicui inesse, cum facto innotescit, & non inesse cum non innotescit. Ioan. v. Haec est charitas Dei: ut mandata eius custodiamus. idest signum, & coniectura probabilis inexistentis charitatis.

Dub. 4. Cur in obliuione iudicis sola misericordiae opera omnia, uel consummata in die iudicij imputantur damnae.

tis dei. Consimiliter quia in extremo iudicio animaduertetur misericordiarum Dei transgressio, & contemptus: tota uero neglexit legem, qui proximo noluit propter Deum misericordiam, & dilectionem impendere. Nam secundum predicta, sicut diligens proximum legem impleuit, Roman. xii. ita non diligens proximum affectiuo, uel effectiuo amore, legem non impleuit. Ideo in iudicio imputantur negligentie operum misericordie: id est carentia charitatis, & gratie. Qui autem offendit in uno: factus est omnium reus. Iac. ij. Damnat enim hominem unius solius mortalis culpae commissio, aut precepti omisio. Sic similiter dicendum est de elemosyna. Idem enim est facere elemosynam, & misericordiam, & proximum recte diligere: uel unum est causa alterius, & signum. ex dictis beati Augustini. Quia. n. quis mouetur misericordia, seu compassione charitativa in proximum, ideo uult eius miseriam tollere. ¶ Corollarium primum. Elemosynam dare est alteri rem sibi necessariam largiri, & impartiri ex compassione eius miseriam propter Deum, seu facere opus pietatis ad releuandam indigentiam corporalem, uel spiritualem proximi propter Deum. Et ita dare elemosynam est signum, & effectus charitatis, & dilectionis fraternae. Et si placet loqui de elemosyna generaliter, non est meritoria uitae aeternae, notificetur, ut supra dist. xvj. quae. ij. Verum quomodo cumque notificetur, est exhibitio dilectionis, & operis misericordiae. Quid enim aliud est misericordiam facere, nisi uelle ex dilectione ad alterum, eius miseriam releuare, & ipsi subuenire? Ad hoc enim est textus clarus. j. Ioann. ij. Et licet Matth. xxv. textus loquatur de neglectu misericordiae corporalis: per hoc tamen non excluduntur, sed includuntur necessaria, ut causa sine qua non, opera misericordiae spiritualia, quae praebent, & rudibus non ita clarent sicut opera corporalia. Et sententia ferenda est, ut congruit capacitati omnium, & singulorum: ideo de corporalibus operibus misericordiae ut de cogitatis ab omni populo, fit sermo, non de spiritualibus. Hugo postul. textum ex-

ponit de operibus spiritualibus misericordiae. Si enim pro corporalibus confutandi sunt mali: longe plus pro spiritualibus. Pietas enim ad omnia ualet, corporalis autem exercitatio parum utilis est. ¶ Corollarium secundum. Stat opera misericordiae non esse uera misericordiae opera, si non procedunt ex charitate: de quibus hic sermo. Stat enim quem misereri alterius praecipit ex naturali compassione, uel causa consimili, & non propter Dei fraternaliter. Considerandum est etiam, quod etiam de alijs criminibus fiet discussio, & obiurgatio. Hinc Malach. iij. dicit dominus exercituum. Accedam ad uos in iudicio, & ero testis uelox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniatur mercedem mercenarij, & humiliant uidas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me. Istud ultimum secundum Glossam solum sufficit ad damnationem. Non enim loquitur de timoris seruilis neglectu, sed filialis. Et quid est, non timuerunt me? Non dilexerunt me, sed spreuerunt. Per quod innuitur: quod illi soli dicitur fecisse opera misericordiae, qui mandata Christi seruauerunt ex charitate, & gratia gratum faciente, & illi soli totam legem impleuerunt, id est ad edificationem charitatis, & propter Deum, quod fecerunt perfecterunt. Ut enim ex charitate seruiretur, lex data est homini a Deo. Qui non sic perficiunt legem, id est qui non agunt ex charitate, omittunt, & contemptui dant opera misericordiae, & ecclesiae, per consequens obiurgandi sunt a iudice de neglectu charitatis in operibus legis, & praecceptorum, secundum Aug. ut supra, de perfectione iustitiae. Nec propheta recitando quaedam peccata specialia contrarius est textus euangelij. Matth. xxv. Nam plerumque in prophetis sufficienter expressa euangelista omiserunt: nec uoluerunt omnia Christi facta literis tradere. Ioann. ult. sed ueritati testimonium perhibere, ut claret de passione Domini succinctissime descripta. Ponuntur ergo ab euangelista non particularia peccata, sed in genere signata neglectae charitatis. j. Ioann. ij. & charitatis omisio, quae est legis defectio: sicut

Coro. 2
Stat o-
pera mi-
sericor-
die non
esse uera
opa mi-
sericor-
die si non
procedit
ex chari-
tate.

Quid a
nobis
Deus re-
quirat.

contrario dilectio, legis est impletio. Propterea imputat dominus nominatum ea, quae minus uidebantur omittenda etiam circa inimicum algentem, nudum, cruciatu plenum &c. quae & natura docet, & instinctus quidam naturae brutiorum; animalium habitudo, ad culpam exaggerationem, & credulitatis beluinae in homine ostensionem: ut uniuscuiusque ratio dicat se male egisse. Insuper ut conuincat eos a minori de legis neglectu, si misericordiam non obseruauerunt, iugumque suauem, & onus leue portare recusauerunt: si maiora iniunxisset alijs, nec digito ea contigisset. Ita tenet sanctus Bonaventura in dubitalibus distinctione decimaquinta. Et Chyfof. homil. lxxx. super Matthaeum. Hoc quoque dominus prius per suos prophetas clamat. Osee sexto. Misericordiam uolet non sacrificium, & scientiam Dei, plusquam holocausta. Item Mich. sexto. Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid dominus requirat a te, utique; facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicite ambulare cum Deo tuo. Quid sit misericordiam uolui, & non sacrificium, exponit Augustinus decimo de ciuitate dei cap. quinto, & sexto dicens. Vbi ostendit se nolle sacrificium, ostendit se uelle sacrificium. Non uult sacrificium occisi peccoris, & sicut stulti credunt Deum uelle, sed cor contritum, & humiliatum Deus non spernet, dicens per prophetam: Si uoluisses sacrificium, dedissem: utique; holocaustis non delectaberis. Sacrificium est Deo spiritum contribulatum, cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Est ergo sacrificium Deo, omne opus bonum, factum ex charitate, & gratia gratum faciente ad honorem Dei. Misericordia uero, qua homini subuenitur, si propter deum non fit, non est sacrificium. Viuere Deo sacrificium, & ad misericordiam pertinet. Eccles. xxx. Miserere animae tuae placens deo. Est ergo misericordia quam uult dominus, dilectio dei, & proximi, & in summa, omne bonum opus, quod procedit ex charitate, & gratia gratum faciente, siue sit praecipit, siue consilij, siue indifferens. haec est generali uocabulo, omne opus meritorium. Hinc Mi-

cheas dicit: Requirit a te dominus, facere iudicium. quod est iustitiam, seu opus, quod tibi praecipitur a deo. & misericordiam. quatenus facias opus legis ex charitate: quod faciendo misereris animae tuae: ut deo placeas ad uitam. Hinc dici potest misericordiam ueram (de qua sermo) esse eam, quae aufert miseriam, & confert gratiam, & gloriam secundum Hilarium super Matthaeum. ¶ Corollarium tertium. Quicumque diligit deum, & proximum, facit opus misericordiae: & solum talis loquendo de misericordia proprie dicta, quae est ablatiua miseriam, & collatiua gratiae, & gloriae. Ecce quemadmodum scriptura prophetica unum, & idem sub diuersis tradit uerbis, uocando dilectionem dei, & proximi, iam misericordiam, iam sacrificium, iam elemosynam, iam legis impletionem. ¶ Corollarium quartum. Sicut omne bonum opus, quod agitur ut sancta societate deo inhaereamus, relatum. f. ad illum finem boni, quo ueraciter beati esse possumus, sacrificium uerum est: ita & omne tale & solum tale ad misericordiam pertinet. ¶ Corollarium quintum. Vera sacrificia opera sunt misericordiae siue in nosmetipsos, siue in proximos, quae referuntur in Deum. Et misericordiae opera charitate formata, uera sunt sacrificia. Sententia est Aug. x. de ciuit. dei. capit. vj. ¶ Sextum corollarium. Quantaecumque; & quotcumque; quis fecerit elemosynas in proximum, si non habet charitatem dei, & proximi, obiurgandus est a iudice, & non est aptus regno dei. Quod est contra quosdam dicentes (secundum illud Iacobi. ij. Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam) quod permanens in scelere aut inter peccandum dans elemosynam, consequitur per elemosynam, misericordiam, & remissionem. Et quod remittens debetur ei, qui in se peccat, facit elemosynam, & quod legens quotidie orationem Dominicam facit misericordiam, & consequitur remissionem. ut late deducit August. lib. xxj. de ciuit. dei. cap. xxvij. Per quem dicebant. Sicut non est dies, quo a Christianis haec oratio non dicitur: ita nullum est qualecumque; peccatum, quod per illam non dimittatur. Sed nesciunt illi ex-

Coro. 3

Coro. 4

Coro. 5

Coro. 6

Quaestio q; elemosynas quae fecerit sine charitate obiurgandus est a iudice.

rantes, q̄ sicut non potest quis recte diligere proximum nisi se prius diligat: ita nec facere alteri ueram elemosynam, & misericordie exhibitionem, nisi a se incipiat, & sui prius misereatur. Qui enim sibi malignus est, cui bonus erit? Ecclesiast. xiiij. Sui autem misereatur, qui curat a deo habere charitatem, & gratiam, sine qua non potest recte diligere proximum ad salutem, & sine qua nec homo, nec eius opera deo placent ad salutem.

Dub. 5.
N
De qua druplici rone iudicadonum.

¶ Quineum dubium: de quadruplici ratione iudicandorum: quam ponit Matth. in textu. Post beatum Gregorium. xxvj. moral. §. xxiiij. & xxv. Gloss. Matth. xxv. ponit ex damnandis ordines duos: Quidam enim iudicantur, & pereunt: ut illi ad quos dicit Christus Matth. xxv. Esuriui &c. hoc est, decedentes in mortali peccato, alij non iudicantur, & pereunt: ut infideles. hi non ueniunt ad iudicium. Non enim eorum tunc causa discutitur: sed secum portant manifestam damnationis suae causam, infidelitatem. Hinc propheta. Non resurgunt impij in iudicio. Item Ioann. iij. Qui non credit, iam iudicatus est. Item qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Roman. ij. Ex saluandis sunt etiam duo ordines. Quidam iudicantur, & regnant, qui per poenitentiam mala culpa, quam habuerunt, absterferint. de quibus dominus in iudicio. Esuriui, & dedistis &c. Quidam non iudicantur, & regnant, qui precepta legis uirtutum perfectione transcendunt, & plus faciunt, quam preceptum exigit, hoc est, qui habent opus supererogationis. Hi (dicit) non iudicantur sed ueniunt iudices cum suo auctore. Hic ordo non uidetur stare. Aut enim diminutus est, uel sibi contrarius. Diminutus, quia de paruulis defunctis in originali nullam facit mentionem: nec de baptizatis mox defunctis: nec de uirgine Mariæ: nec de Christi humanitate: nec de in utero sanctificatis, & statim defunctis: nec de paruulis baptizatis in suo sanguine: nec (ut dicitur) de seruantiibus precepta, & consilia cum permixtione malorum. Loquitur enim de seruantiibus precepta, & consilia, sed dicit ta-

les regnatos cum Christo, non iudicandos. quod si intelligatur de habentibus permixtionem bonorum, & malorum, contradicit sibi ipsi, quia tales dicit iudicandos, & eorum causam discutendam. His enim dicitur. Esuriui, & dedistis mihi &c. Et in hac parte constituit non iudicandos. Dicendum. beatus Gregorius supponit (ut uidetur) actuale meritum, uel demeritum, & de illo habendum iudicium: sed id non stat cum congruentia predicta. Nec uidetur ratio diuersitatis respicere causam finalis iudicij, cur illi, & non alij sint iudicandi. Vnde noscent alij causam huiusmodi retributionis ex merito Christi, & remissione originalis culpa contracte in Adam. Debet autem iudicium omnibus clarescere iustissimum. Si ergo aliqui habentis permixtionem bonorum, & malorum iudicantur iudicio discussionis: ergo & omnes alij, in quibus est similis ratio. Præterea stat aliquem legis obseruatorem non seruasse consilia actu, sed uoto, & desiderio. Hinc August. castitatem Abraham comparat cælesti Ioannis, & qui olim plures habuerunt uxores: plures uirgines supergressi sunt merito uitæ. ut infra distinct. xlix. quest. iij. Nec potest negari; quin infideles sint iudicandi iudicio retributionis, & damnationis, licet non discussionis: quia nihil bene fecerunt. Et si seruantes consilia, & præcepta sunt non iudicandi, quia nunquam peccauerunt actualiter: pauci sunt illi. Omnes enim nascimur natura filij iræ stante lege. & ideo illa distinctio non est necessaria, sed quædam exemplaris manductio, uel qualiscunq; iudicandorum separatio, & distinctio. ¶ Sextum dubium. Vnde sciunt ij, qui non fuerunt de lege Christiana, sed tempore legis naturæ, aut ante, multarum catholicarum ueritatum determinationem, & resolutionem: aut tempore legis Moisaicæ, q̄ illi, uel isti, puta pueri in originali decedentes, aut baptisate regenerati, seu baptismo sanguinis delibuti, etiam martyres adulti, q̄ præmultipliciter peccarunt in infidelitate, iustæ sint de numero saluandorum, & q̄ bona eorum mala præcellunt: cum non

Dub. 6.
O
Quo sciet, qui non fuerit de lege Christi
multarum catholicarum ueritatum determinationem, & resolutionem: aut tempore legis Moisaicæ, q̄ illi, uel isti, puta pueri in originali decedentes, aut baptisate regenerati, seu baptismo sanguinis delibuti, etiam martyres adulti, q̄ præmultipliciter peccarunt in infidelitate, iustæ sint de numero saluandorum, & q̄ bona eorum mala præcellunt: cum non

peruenit ad eos statutum Ioan. iij. Nisi quis renatus &c. Sic de aliorum statutum usu in uel negligentia. Dicit autem Christus Ioann. xv. Si non uenissim, & locutus eis fuissim, peccatum non ha. Nunc autem excus. non ha. de pec. quod ad Iudæos dixit. Dicendum post dicta supra conclusionem iij. q̄ mali, & præciti ad dationem uidento bonos exultantibus animis Deum collaudare, & ueluti triumphantes collæteri de obrento, pro quo concertauerunt brauis uitæ æternæ, arguitiue, & in effectu uidebunt in eis, ueluti in libris singulorum, quæ Deus pro eos uoluit fieri mandata. Cum autem conspiciunt sese uia cõtraria incesse, & nec hoc, nec illud (quod etiã ratio naturalis recta dicitur faciendũ) opere cõpleuiss, auresq; ad naturalis legis dictamen obruidisse &c. testimonium reddente eorũ conscientia, uidebunt se de numero damnatorum a iudice potentissimo, cuius forũ nemo potest declinare, cui nemo potest contradicere, & quem nemo potest de iniustitia notare, aut personarum acceptione, ut qui nullius est debitor nisi sua gratuita uoluntate, & sponcione: quiqu; de massa sua potest facere uas aliud in contumeliam, aliud in honorem, & quocunq; notare. Tunc mirabuntur in subitatione insperatæ salutis iustorum, gementes præangustia spiritus, & dicentes intra se poenitentiam agentes. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improprij. Nos inlenfati uitam illorũ æstimabamus insaniam, & finem illorũ sine honore. Ecce quomõ cõparati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Ergo errauimus a uia ueritatis: & lumen iustitiæ non luxit nobis. Sol intelligentiæ non est ortus nobis: uiam domini ignorauimus &c. Sapientia. v. fere per totum. Non autem Deus reliquit hominem uolentem saluari in necessarijs ad salutem, sed facientem, quod in se est, medio congruo illuminauit. Vult enim oēs homines saluos fieri uoluntate antecedente. j. Timor. ij. In omni deniq; gente, qui timet dñm acceptus est illi. Act. x. Et stat ad ostium, & pulsar &c. Apoc. iij. Et signatum est super nos lumẽ

Nõ relinquit De' ho uinẽ no

uultus tui domine. Psal. iij. Hinc nõ possunt allegare stante eorũ natura rationa li libera, Deum eis noluisse cooperari ad salutem, & ad ea, quæ ad salutem sunt necessaria pro diuersitate tẽporis, & ueritate illustratione. Sed neq; a sua uinea nolentes reppulisse. Abibunt ergo confusi testimonium illis eorum reddente conscientia, quam ueluti præconem dei cõtempserunt. Nec discũ Saluatoris Ioan. xv. intendit: q̄ Iudæi ante Christi aduentum, & cum eis habitam locutionem fuerint sine peccato, sicut & de illis, ad quos nondũ uenit Christus, nec locutus est eis: sed fuissent sine peccato incredulitatis, quod antonomasticè dicitur peccatũ. Ha buissent igitur excusationem dicitur de peccato infidelitatis, ut puta, quia nõ credidissent Christum fuisse Deum, & hominem: si Deus pater non fuisset eis locutus in filio suo, uel per se, uel per ministros, uel per scripturam miraculis confirmatã: sed per hoc non euasissent cæteris paribus dãnatione: sicut & pueri in originali peccato decedentes, si nullum commississent actuale peccatum agendo contra rationem rectam naturalem &c. Hinc Paulus. Roman. ij. Quicunq; sine lege peccauerit, sine lege peribit. Et qui in leg. &c. Ad hoc facit cũ princeps denunciat præconis uoce sine excusatione, & refutatione cuiuscunq; , quicunq; uenerit hora tali huc, habebit denarium. aut consimile facit edictum conditionatum: spondens se largiturum plurima uenientibus, & solis illis. Facit ad hæc dictum August. ad Sira. cum inquit. Lege illa præuaricata, quæ est in usu rationis naturæ in etate hominis iam ratione uentis, præuaricatores sunt omnes peccatores terræ. Hinc secundum Hug. lib. j. part. vj. capit. vij. agens contra solam legem naturalem, sive rationis iudicium rectum, peccat, & est transgressor præcepti, & si non disciplinæ tamen naturæ. in quibus etiam est dare præceptionem, id est faciendorum cognitionem: & prohibitionem, id est uitandorum discretio nem, & concessionem, id est cognitionem mediatorum. Hinc omnis adultus ratione utens habet legem iudicariã, uel

ostensuam in anima sua: licet non acceperit legem scriptam præceptivam. Et agens contra conscientiam edificat ad gehēnam. Quicquid sit de illo, iudicia Dei abyssus multa. Quem nult, indurat, quem vult iustificat. Multi de isto profundo quærentes reddi rationem, in fabulas uanitatis abierunt:quare illum, & nō illum: cur hunc de parentibus Christianis, & non alium nasci faciat, multum est a me (inquit Augustinus Ser. vij. de uerbis Apostoli) abyssus est, profundum est. Admiracione exclamare possum: disputa tiue demonstrare non possum. Ad idem ser. xj. & in de prædestinatione sanctorū cap. ix. Cur non omnibus detur fides, fidelem mouere non debet, qui credit ex uno esse omnes in condemnationem sine dubitatione iustissimam, ita ut nulla Dei esset iusta reprehensio, etiam si nullus inde liberaretur &c. ¶ Si dicatur: cū Deus præciuit legem, & statuta sua ad plerosq; populos non peruentura, & per consequens eos nō esse saluandos ex suo rum ignorantia statutorum, cur ergo fecit eos nasci uasa iræ? Ad hoc respondet Apostolus Roman. ix. In hoc dominus Deus ostendere uoluit iram suam, & potentiam in uasa iræ: & notas facere diuinitas gloriæ suæ in uasa misericordiæ. Potest enim ex eadem massa uas aliud facere in contumeliam, aliud in honorem, cū tamen massa in Adam damnata est. Cum ergo ex condemnationis massa facit nos uasa gloriæ, misericordiæ est, & indebitæ gratiæ. q̄ aliud facit uas iræ, ad debitam pertinet poenam. Ostendit igitur iram suam non animi perturbatione: sed iuste, & debitæ uindictæ infliccione, quæ ex debito maiorum procedit, cum damnat illos, qui nec ad regenerationem ueniunt: ostendit misericordiam, cum illi regenerantur. Insuper & misericordiam ostendit cura malis, quia naturalia eis contulit, synderesini, & rationē dedit. Verum eam malus noluit cum repulit legē Dei, quam concreauit. Est enim lex diuina quasi de lege naturali accepta largē. Nec Deus aliquem creat, ut damnetur, sed ut saluet, si uult saluari. Si uerō multi perierunt, pereuntū est meritum: si multi

Cū dicitur sciuit legē, & sua statuta ad populos plerosq; nō peruentura, cur ergo fecit eos nasci uasa iræ.

saluantur, saluantis est donum. Si homines nascuntur, est dei beneficium: si perierunt, preuaricatoris est uitium. Hinc alia est causa nascendi, alia pereundi. Nec deserit Deus hominem, nisi deserit se ipse eo. Nec prædestinatio Dei facit, ut ex filijs Dei fiant filij diaboli, sed e contrario damnatur homo; quia suam non Dei executus est uoluntatem. Sententia est Aug. ad articulos falsō sibi impositos. Nec deus unquam permisit aliquē ignorare legem suam, quæ sciuit saluandū. ¶ Sed quid de paruulis in originali peccato defunctis, quō cognoscēt iustum esse Dei iudicium in retributione præmiorū pro meritis, qui nec Deū (ut uidetur) cognoscunt sub cōceptu Dei sine fide loquendo de Deo Christianorum? Respondet Durandus in effectu, dist. xliij. q. xj. q̄ tales paruuli cognoscēt: q̄ alij baptizati Christi meritō sunt de saluandis: non sic autē ipsi, qui tale non perceperunt. Sed quia non cognoscunt, q̄ demeruerunt illo dono priuari: ideo inde nec tristantur, nec murmurant contra Deū. Faciē hic potest fieri replica, unde enim sciant paruuli esse beatitudinem, quæ sola fide, & reuelatione diuina cognoscitur esse, cum non habeant aliquā fidē, uel cognitionē Dei quam fides docet, sed cōtenti sint sua naturali beatitudine, nescientes utrum sit alia: secundum S. Thomam de malo. q. v. ar. iij. Et licet paruuli baptizati cognoscant se Christi morte saluatos, & inde gaudeant: non tamen oportet sic esse de non baptizatis, q̄ doleant: quia secundū Apostolum, non sicut delictum, ita & donum. Maius enim est Christi meritum, quā cuiuscunq; peccatum. Hinc quia ea, quæ beatitudinis sunt Christianorum, sola reuelatione nota sunt, & hi soli nouerunt, quibus reuelatum est, quales nō sunt peccari mox defuncti: ergo non cognoscunt aliorum proprietē dictam damnationem, uel saluationem; secus de baptizatis, & unitis Christo per fidem, quibus datur uisio Dei merito Christi non proprio.

Quid & paruulis in originali peccato defunctis,

QVAESTIO. II.

Arti. 1. Nor. 1. De conflagratione a præcedet unde dicitur.

Arti. 2. Conc. 1. B. Sicut mundus oli fuit purgatus aquis diluuij, ita Christus

RECUNDO quæritur: utrum uenientem ad iudiciū conflagrationis ignis præcedet, qui totum mundum purgabit. ¶ Notandum pro articulo primo: q̄ flagratio dicitur ardor a flamma, uel flatu, quo aliter incendium. inde conflagratio uniuersale incendium. Et sicut aquarum abundantia diluuiū: ita uniuersale incendium conflagratio dicitur, quæ si flatu excitata. Hinc Augustinus. ij. de Ciuitate dei c. xvj. Sicut mundanarum aquarum inundatione factum est diluuium: ita mundanorum ignium conflagratione figura mundi huius peribit. Et secundum sanctum Thomā: non est aliud nisi congregatio omnium causarum superiorum, & inferiorum, quæ ex uirtute sua habent uirtutem igniendi. Quæ congregatio non naturali cursu rerum, sed uirtute perficietur diuina. Et ex omnibus causis sic congregatis generabitur ignis, qui faciem mundi exuret. Ideo ignis ab eo causatus dicitur ignis conflagrationis effectiue. Scotus dist. præsent. q. ij. inquit Sicut ignis potest extra spheram suam esse in materia aliena, ut puta in corpore ignito, carbonē scilicet, uel flamma: non q̄ sit ibi in partibus solidis uerē forma ignis, nisi ponat formas específicas disparatas simul perficere eandem materiam: q̄ secundum eum uidetur inconueniens: uel uapores existentes in aere per iuxta positionem possunt igniri: sic ista ignitio successiua nunc illorum uaporum, nunc aliorum saltem pro toto aere supraposito regimini habituali hominum potest dici conflagratio. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Sicut mundus olim fuit purgatus aquis diluuij tempore Noe: ita Christo uenturo ad iudicium purgabitur conflagrationis igne. Vel sic manendo plus cū textu Epistolæ. ij. Petri. iij. Sicut olim tempore diluuij cœlum aerem, seu (ut Glossa dicit) aer humidus, & turbulentus dictus cœlum, & similiter terra purgata sunt per diluuium ascendens. xv. cubitos ultra ca-

uemina montium. Gene. vij. Ita Christo uenturo ad iudicium cœlum, & terra purgabitur per conflagrationis ignem, qui intantum ascendet quantum ascenderunt aquæ diluuij. Nominat beatus Petrus aërem, cœlum, & in plurali dicit, cœli propter duas eius partes, superiorem, & inferiorem, secundum Nico. de Lyra. Superior pars aeris seu cœli aerei transcendit montium cacumina, & simul uoluitur cum celo motu diurno. Inferior propter impedimentum montium non sic mouetur. Partem superiorem non attingit diluuium (ut multi uolunt) nec ignis conflagrationis. Nec magis tenenda sunt auctoritate scripturæ, quā coagente ratione. De hoc Esa. x. li. c. & Luc. xxij. Jo. ij. Psa. xcvi. Ignis ante ipsum præcedet. Et beatus Petrus ubi supra. Ad idem est Augustinus lib. xx. de Ciuit. dei. c. ultimo. & xxiiij. uaticinium Sibyllæ lib. xvij. cap. xxij. & in Sermone quarto de Vigilia Natiuitatis Christi. Actū. ij. Hiero. super Dani. vij. c. Cum enim (ut dicit Glossa) quidam pleudo Apostoli uidentes post mortem martyrum, & Christi resurrectionem nullā fieri mundi magnam mutationem, quæ esset signum aduentus Christi ad iudicium. de quo plura prædixit Paulus. j. ad Thess. iij. omnino negabant iudicium futurum: eo q̄ (ut ipsi dicebant) non erat signum aduentus eius, & per consequens inaniter gloriabantur Christiani de facta eis dem promissione diuina, & signorum ostensione. Luc. xxj. Contra hos loquitur beatus Petrus dicens eos habere uoluntatem, & affectatam ignorantiam prioris iudicij diuini facti per aquam. Hoc enim iudicium diuini, quod transit, sinegebant se nescire, uel uoluerunt non scire: cuius si habuissent memoriam, facile credidissent aliud iudicium futurum per ignem. Fuit terra per aquas id est secundū August. tecta fuit aquis, & purgata. Purgabitur etiam igne conflagrationis, id est per ignem causatum, & excitatum a flatu, uel flamma quadā quasi fomite ignis materialis. Vnde. Adueniet enim dies domini, sicut fur, in quo cœli magno impetu transient: elementa uerō calore soluentur. Cœli exponit Lyra, pars superior Gab. Biel. T t †

uenturo purgabitur igne

rior terræ; & inferior aeris: licet Glo. de superioribus cœlis loquatur Heb. j. & ij. Pet. iij. Et in expositione Psal. cj. Augu. An sit purgandi per ignem dicit esse disceptationem scrupulosam inter doctos. Trāsibunt magno impetu a statu in quo nunc sunt per impetum ignis conflagrationis in aliam formam. Nomen magno impetu ponitur ad designandam magnā immutationem, quæ erit in mundo per ignem futurum. Nominē cœli uenit uentōsus, humidus, & turbulentus in expositione Psal. cj. & cxvij. Elementa uerò calore soluentur. quasi dicat, non solum aer, sed etiā elementa alia igne purgabūtur. Terra aut, & omnia, quæ in ipsa sunt, exurentur: ut puta omnia terræ nascētia. Et ita elementorū nomine uenit aqua, & terra, de aqua, & per aquam cōsistens. Materia enim corporaliū abyssus uocatur, uel aqua. Gene. ij. Probatu conclusio secundū Durādū. q. iij. Decet finem & ea, quæ sunt ad finē, habere quandam proportionem adinueniē: sed homo est quodāmodo finis omniū. ij. Phy. & Ge. j. homini data est præsidētia supra reptibilia &c. Et ita quodāmodo constitutus est supra generabilia, & corruptibilia. ergo debēt quandoq; habere quandā proportionem; & similitudinē adinueniē: Homo autē in resurrectione sic immutabitur; & erit alterius gloriæ: licet prioris substantiæ, ut supra. Decet ergo mundum purgari tali purgatione, quæ competit homini pro illo statu gloriæ. Vidē Apoc. xxj. Ecce noua facio omnia. Et iterū: Vidi cœlum nouum, & terrā nouam: id est aerem & terram in nouatā. Et in his alia elementa media includuntur. Nouū. i. innouatum, & purgatū: sicut spiritus hominis dicitur innouari p gratiam. Et quia homo dupliciter purgabitur in resurrectione: deponet enim omnem corruptibilitatem, & grossitiē &c. ut supra de docibus, & omnē peccati immunditiā. Nihil enim coinquinatum ingreditur in cœlestem patriam. Apoc. xxj. Ideo consimiliter in rebus corporalibus duplex fiet purgatio secundū duplicem impuritatem, quæ contingit in eis inuenire. Est enim impuritas permixtionis,

An sint purganda omnia per ignem.

Homo dupliciter purgabitur in resurrectione.

quæ & naturæ dicitur, quæ est ex actio- ne elementorum, & aliarum rerum in se inuicem. Et illa possēt subdiuidi. Nam elementa in suis extremitatibus nō sunt pura, & in optima dispositione naturali consistentia, sed aliquo modo permixta ut in ij. de generatione. Et illa impuritas (ut uidetur) nō tollitur per ignem cōflagrationis, sed cessante actione præcellenti quodlibet se reducet ad optimā dispositionem naturalem sibi debitā. Sūt dentq; elementa multum apud nos permixta, & confusa pro statu generationis, & corruptionis, & nonnunquā quasi sub materia aliena: & illa impuritas pro parte purgabitur per ignem. Hinc uidemus etiā teste Philosopho. ij. Mete. totū aerē esse permixtum multis fœtoribus, humiditatibus, & uaporibus: aqua maris innumera continet, quæ nō sunt aqua, ligna, lapides caduera &c. unde sequitur aque corruptio, putrefactio; turbidū &c. ineptitudo ad usum hominum. Et forte posset dici, q; pro statu illo non sunt sub materia aliena, secus alibi secundum Scot. dist. xlix. q. xiiij. de dote impassibilitatis. Terra in se habet aquam, & aerem corruptum. Nam secundum Glof. sicut in uenis animalium sanguis, ita in uenis terræ aquæ consistunt: ne nimium exicet, & ariditate deficiat. Hinc. ij. Petri. j. dicitur. Cœli erāt prius, & terra de aqua, & per aquam consistens. Est enim formata de materia inforsū, quæ dicitur aqua. Gene. j. consistit per aquam. Alia impuritas est correspondēs peccato hominis, immo ex eo proueniens: & est quædam irregularitas, uel idoneitas proueniens ex culpa sibi commissa ad locandum in se corpora gloriosa post resurrectionem. Sic loca sacra dicuntur profanari ex certorum crimine eisde cōmisso: & tanquā profana habetur in criminis detestacionem. Et quia multa in terra, & aere commissa sunt ab homine facinora, & p hoc terra; & aer licet nō possint esse subiectū culpa, cōtraxerūt tñ quādā impuritātē ex peccato hominum, siue irregularitatē, ut non sint apta recipere in se beatorum corpora: Ideo cōgruū est fieri mūdi purgationē priuam saluationis beato-

Cōcl. 2
C
Non totum mundus nec quodlibet tota se elementū mutabitur: aut purgabitur.

Sphæra ignis nō uenit purganda igne.

im, ut eorum status, & locatio tunc requirit. Ideo dicitur. Ignis ipsum præcedet. Ex quo uidetur posse colligi electorum corpora post resurrectionem non statim esse assumenda in cœlum: quia durante conflagrationis igne, erunt in loco, quē non accedet ignis, uel igne sine læsione, secundum Augustinum. xx. de Ciuita. cxvij. Hinc glo. & est Ambr. Ut nouis corporibus nouus mundus conueniat, igne purgabitur. i. Cor. ij. ¶ Cōclusio secunda. Non totus mundus, nec quodlibet totale elementū mutabitur, aut purgabitur quātū ad singulas sui partes conflagrationis igne, sed in Psal. cj. & ij. Petri. iij. totum ponitur pro parte. Hinc. xx. de ciuit. ca. cxvij. ait Aug. cœlos imos non illos supremos, ubi sol, & luna cōstituta sunt, & sidera fore purgandos. Et. ca. cxiiij. Diluuiū pijt una pars mundi. Et licet in cœlo Emphyreæ peccarēt spiritus mali. quia tamē secundum Hugo. sanctū Thomā ac Pal. non fuit ibi peccati frequentatio, & hominum peccatorum habitatio: ergo non purgabitur. statim enim fuit eiecū peccatorum. Illud non cogit, sed illa impuritas peccati, & loci statim post factū fuit purgata repentina eiectione peccatū, & locus peregrinas nesciēs impressiones sanctificatus honorum in gratia stabilitate, & ignis diuini accensione perpetua. Si enim sola peccati frequentia esset purgationis causa: ergo quo ad hoc loca non inhabitata ab hominib; peccatoribus etiā nō essent purganda. Sic de Paradiso terrestri suo modo dicendū, unde eiecū est homo peccator nunq̄ illuc reudendus. Sphæra ignis non uenit purganda igne: caret enim utraq; impuritate, & materiæ, & culpa. Et si quid impuritatis materiæ illuc ascendere conaretur, statim ab igne ablueretur. Aer purgabitur igne, sicut prius purgat; fuit aquis diluuij. Multiplices enim cōtraxit impuritates ex diuersis peccatorū effectib;. Cōstat ex scriptura. Gen. iij. Terram a Deo maledictā propter peccatum hominis, & post diluuium multipliciter corruptam. Hinc & statim incurrit sterilitatem, nec produxit peccatū fructum conuenientem hominis uitæ nisi cultura, & labore. Homi-

ne uerò permanente innocentia, fructus genuisset in abundantia. naturæ hominis conuenientissimos. Cōsequēter animalia terrestria, & omnia terræ nascētia ex terra genita plus maledictionis habēt, quā aqua tilia: eo q; plus uiuunt de terra maledicta. Ideo dñs post resurrectionem de aquatilibus resciti uoluit, nō de animalib; terrestrib; scdm Alchuintū: & est in Glof. Gene. iij. Ignis tñ ascēdet, quātū ascēderūt aquæ. Aquæ ascēderūt cubitis. xv. ultra mōtes: quos operuerūt. Gen. vij. Sed sicut stat dictū Glof. ibidē, q; mōtes ante diluuiū nō fuere tanti, sicut nūc sunt post diluuiū nec eadē terræ qualitas: q; necesse habēt dicere scdm Rich. ponētes ignē non transcensurum medium interstitiū, partem supremā mediū interstitij, nesciunt cū p̄cisione, quo ignis ascendet. Secūdu Aug. in expositione Psal. cj. aqua diluuij occupauit istam capacitātē totā, in qua aues uolitant. Sed cōstat: q; aues nūc transcendent plerōsq; mōtes, & forte aliorum montium cacumina penitus recusant ascendere: ergo iterū est minus certum, quo p̄cise ascēdet. Si dicitur quādecim cubitis, statim dicitur montiū cacumina nunc fore altiora, quā ante diluuium, ut supra in Glof. ¶ Forte dicit aliquis: dictū scripturæ intelligendū de cubitis geometricis, ut sensit Origen. de arca Noe magnitudinē Homi. ij. sup. Gen. pro capacitate animalium. xv. de Ciuit. dei cap. xxvij. & in quæstionibus super Gen. quæ. iij. Augustinus refert Origen. sic non ineleganter sensisse. Moyses enim euasit eruditus in omni sapientia Aegyptiorum, qui geometriam dilexerunt: & ideo geometrica cubita posuit, quorum unus ualet sex de nostris. Consequenter cū dicunt unū geometricū ualere sex de nostris, aquæ ascendunt ultra mōtes quos oprunt. xc. cubitis, q; sexies quindecim cubitis: & sexies quindecim facit nonagita. Et ita iterū pendet res. Beatus Aug. xx. de ciuit. cxvij. dicit: loquens de futura mundi purgatione p ignem. Ergo totus, aut p̄tē totus aer iste uentōsus, quē cœlū, uel potius cœlos uocat Petrus conuersus fuerat in humidam qualitātē: atq; hoc modo perierat cum terra. Et

est uerisimile: quod p uniuersum orbē. Et si in quibusdam montibus, seu locis non hominum peccatorum habitatio, nec equa liter sumi peccatorum & ex oblatione idololatrarū illuc ascenderant, fiet aeris turbulenti purgatio propter multiples exhalationes, & euaporationes e terra prouenientes: quibus aer turbatus est, & grossus penitus, ac crassus effectus, ut alibi in naturalibus ostendi solet. Terram perire scdm Aug. est eius faciem tegi aquis, ne uideri possit. Sic & alia elementa perire dicuntur. c. xvij. li. xx. de Ciui. non totalia, quia non quælibet res desinet eē, aut teget igne. Verū ne in equiuocis laborare cōtingat, cū dicitur elementa mutari, aut purgari, hic supponēdu est ex. ij. de generatione, quod elementū quandoq; dicitur purū substantialiter: quæ substantiæ suæ nihil substantialis est pmixtum. Et sic oē elementū siue totale synkategorematicē, siue partiale est purum. Alio modo, qualitatiuē: quia habet suas qualitates ei naturaliter debitas in optima dispositione. Sic nullū elementū totale est purū qualificatiuē, uel qualitatiuē. quod facile ostēdi pōt de elemētis in suis extremitatibus, & in genere de terra, quæ est humida in multis partibus, cū deberet esse summe sicca, si deberet dici pura totaliter, & qualitatiuē. De aqua similiter constat, quod deberet eē summe frigida: & habet pmixta multa alia, quæ non sunt aqua. Aer similiter habet in se uapores, & pleraq; corpora subtilia, & leuia. Ignis in partibus inferioribus, in quibus alterat ab aere, non est sicus scdm eius dispositionē naturalē. humectatur enim ab aere p̄p̄inquo, & grauior efficitur. Itē posset hoc ostēdi de elementis partialibus, cū iam sunt in uia corruptionis, & trāsmutationis. Sic dicit Marcellus. ij. de gnatione. q. ix. quod secundū aliquos nō est incōueniens ignē in uia corruptionis stare in materia frigida actu. Et cum dicitur ignis esse calidus: intelligitur: cū est in dispositione naturali, uel proprie. Item cum ignis est elementum nobile, nō pōt manere in materia nisi sit calida ultra medium latitudinis &c. Sic de alijs elementis. Dantur tñ elementa partialia pura qualitatiuē, quæ est dare ignē

elementū quomodo sumitur cum dicitur elementa purgari.

partialē summe calidum, intense siccū, remisse humidum. Sic de alijs elementis suo modo dicendum, de quo alibi. Itē uerō impuritates præsertim plures ex eis, nō purgabantur igne, ut supra. De aquæ purgatione maior uidetur dubitatio. Dicit. S. Thomas nihil eē quod nō possit aliquo modo igne purgari beat⁹ Aug. c. xvj. lib. xx. de Ciuitate dei, inquit. An mare maximo illo ardore sicceetur: & an ipsum uertatur in melius, non facile dixerim. Cælū quippe nouū, & terrā nouam futurā legimus. De mari autē nouo aliquid me uspiam legisse non recolo. Qui dam sequentes Glo. ij. Petri. iij. dicentē. Elementa quatuor, quibus cōsistit iste mundus, maximus ignis absumer. Nec cuncta intantū absumer ut non sint: sed duo intotū consumeret: duo uerō in meliorū restituet faciē. Et infra. Nouos cælos, & nouā terrā. Et promissā ipsius expectamus. Consequentes dicūt: quod duo elemēta sint omnino cōsumenda. s. ignis & aqua. Nā Apoc. c. xxj. post cætera dicit. Et mors iā non est. Est. c. xxij. Non egebit lumine, lucernæ, neq; solis, & similiter. c. xvij. Et ita uolunt, quod & ignis omnino consumeretur. Sed cum reuerentia hoc non uidetur uelle Glo. nec textus. Siquidē nullū elementorum totalium substantia liter cōsumetur per ignem conflagrationis, uia naturæ. Hoc enim totum ordinem naturæ confunderet. Secus de potentia absoluta Dei, quod posset aliū ordinē facere in uniuerso. Et licet nūc quodlibet elementum possit immēdiatē in cuiuslibet alterius elementis specie trāsmutari, seu quodlibet pedale cuiuscūq; elementis, quantum est de sua natura natum sit trāsmutari in alterius elementis speciem: attē ignis cōflagrationis purgatur mundum nō absorbebit totalia elementa substantialiter. Nec illa purgatio adimer, & cōsumet totaliter qualitates naturales, & p̄p̄rias elemētōrū, licet elemētis quatuor optime, naturaliter dispositis remanentibus: deinceps ut nūc non ager in sese, uel alia corruptione. Propter cui⁹ actiuitatis cefationem in elemētis illis, quæ p̄cipue sunt actiua p̄ ceteris, dicunt quæq; interire, uel consumi. Idē uult beatus August.

de aque purgatione magna dubitatio.

Duo elementa omnino consumenda.

ubi supra dicens. In illa conflagratione mundana elemētōrū corruptibiliū qualitates, quæ corporibus nostris corruptibilibus congruebāt, ardendo p̄nitus interibāt. Atq; ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus nostris immortalibus mirabili mutatione conueniēt, ut. s. mundus in melius mutatus apte accōmodet hominibus etiam carne in melius inno uatis. Si sanē capio, elemēta corruptibilia sunt elemēta partialia non pura, nec in optima, & naturali dispositione qualitatiua cōsistentia: sed pur stat⁹ mortaliū generationis, ac corruptionis exigit, aut requirit. Horum qualitates interibunt per ignē. Itē scdm Tho. ar. ij. q. ij. qualitates illæ sunt innaturales eorū dispositiones, scdm quas corruptioni app̄p̄inquāt. Dicunt ergo elemēta corruptibilia elemēta nō pura in uia corruptionis. Corollariē sequit. Totalia elemēta oia, & singula in suis essentijs totalibus manebūt nec substantialiter interibunt. Corollarium secundū. Dispositiones qualitatiuæ elemētis totalibus debite, & a natura p̄p̄ria, permanebunt in eis. j. Corin. vij. Preterit figura mundi huius. Glo. i. pulchritudo, non substantia huius mundi. Preterit. i. senescit. Ad idē Haymo. & Aug. supra. & Glo. Matth. v. super illo, Donec transeat cælum, & terra. de mutabili forma in immutabilitate. Ad d. s. Aug. gustini de purgatione aquæ: admissio, quod non legerit de mari nouo: legit tñ. j. Petri. iij. Elementa calore soluentur: terra autē, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Præterea ipsemet Aug. ut patet. c. xvj. li. xx. de Ciuitate dicit illā locutionē. Et mare iā non est esse uelaram. Et quod ly mare supponit p̄ seculo illo mortalium: illud mare tūc non est. De illo dicitur. Et exhibit mare mortuos, quæ in eo erāt. Apoc. xx. Ad aliud, sancti nō indigēt lumine lucernæ, & solis in eternitate: sed claritas Dei illuminat ciuitatem, & locū sanctorum. Aliter Mare nō est, exponit Glo. Secundū priorē statū, quia grossities, & amaritudo auferē. S. Thomas. Mare nō est quantum ad priorem statū sal sedinis, & fluctuum: sed est quantum ad substantiā aquarū. Ad Glossā, quæ loquitur de cō

Coro. 1

Disposi tiones qualitatiuæ elemētis totalibus debite, & a natura p̄p̄ria permanebunt in eis

sumptione aliquorū elemētōrū. s. ignis, & aquæ: & quæ in totū consumet illa uis diuina: Concedit ad bonū intellectum. Dicunt enim cōsumi, quia deinceps per ignē, & aquā mundus nō purgabitur. Et quia eorū actiuitas quo ad purgationem mundi deinceps non erit: ergo in totum consumi dicuntur. Item illa duo elemēta sunt p̄ ceteris actiua, & generatiua pariter, & corruptiua: tunc autem iudicijs tpe cessat gnatio, & corruptio pro statu immortalitatis hominū. ergo. Ad hoc Apoc. xxj. Hinc Gene. ix. Pactū iniit Deus cū homine, ut deinceps aquis diluuij nō p̄dat omnē carnē. Quia alia duo dicunt in nouari, nō est p̄ p̄p̄rietatem, sed quandā approbationē. Plures. n. grossities continenter in eis inueniuntur, quæ in igne, & aqua. Si quæratur unde potest sumi ex scriptura, quæ futura sit siccitas quasi preparatiua materiæ, ut statim uertat in aere: Secundū aliquos nō uidetur ad hoc esse uel ratio, uel auctoritas, cū scriptura dicit. Ignis ante ipsum p̄cedet. &c. Et pōt Deus igne illo sic uti, ut placet. Si enim (ut dicit Sapiens ultimo) ignis in aqua ualuit supra suā uirtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiscetur: flammæ e contrario corruptibilium aialium non uexauerit. carnes cōbulantur: nec dissoluebāt illā, quæ facile dissoluebat, sicut glacies bonā escā: Cur nō i p̄posito poterit Deus. uti. illo igne ad agendū hunc, uel hūc, & non aliū effectū circa elemētōrū purgationē p̄ ignē, ut salua sit eorū totalis substantia: seu integritas debita: & multæ impuritates. per ignem cōsumantur: sicq; elemēta purgata sese reducant ad qualitatiuas, & proprias dispositiones? Nec ignis sic ager cōtra naturā uniuersalem: sed cū sit in potentia obediēciali Dei, Deus utitur ut suo instrumēto. Nec negandum uenit ignem non agere in elemēta: immo uerē ager, nō ut ea in sua totalitate corrumpat: sed ut pleraq; p̄p̄ria trāsmutet, corrigat, mundet, &c. Hieronymus supra Esa. lib. xvij. c. l. xv. Nec sequitur ex hoc plures formas substantiales perficere eandē materiā: aut quod flamma non sit ignis, uel quod in ferro candenti non sit ignis, sed magna alteratio: & cau

Vnde sumitur ex scriptura quæ futura siccitas.

ma, ut dicit Duran. q. v. dist. xliiij. potens
ignite, eo qd ferrum non patitur tā ra-
ram materiam sicut ignis nec ignis tam
desam fieri terram. Dicit enim Bath. de
proprietatibus rerum lib. x. c. iij. ad men-
te philosophorum: qd est ignis lux, ignis
flamma, ignis, carbo. Ignis in sphaera sua
lux, flamma in materia aerea, carbo in
sphaera sua lux, flamma non est ignis, quo
modo ponimus esse extra sphaeram suā?
quia dicit quis non est substantialiter in
partibus solidis corporis alicuius ppter
sui subtilitatem; ita qd sint simul ignis, &
ferrum, aut lignum: sed sicut uentus, qui
est terreus, collateraliter motus. iij. Me-
teorum, mouetur p aera, nec tamen
duo corpora sunt simul: sed est confusio
partiu inter sese, scdm Rich. ar. ij. q. ij. sic
ignis non est subtiliter in aliqua par-
te ligni simul cum ligno: sed solum in
poris unctuosus ligni, & uiscosus. Sic de
carbone. In his est ignis actiuus ad con-
sumptionem ligni, & qualitatum sibi cō-
trariarum, quae in ligno sunt quandoq;
concitatur, & excitatur uenilabro. Præ-
terea nunc elementa sunt (saltem aliqua
partialia) in uia corruptionis: sed tunc
omnis mundus corrigetur per ignem:
sicq; deinceps elementa totalia perfe-
ctissima erunt. Hinc uerum est dicere se-
cundum logicam, elementa transmutan-
tur: elementa non transmutantur. Sic
dici possent de corporum resurrectione,
& eorundem purificatione pro purificatione
substantiae totalis pro statu gloriae. To-
talitas, integritas illa nomina quandoq;
sonant sufficientiam xxij. de Ciui. dei. c.
xix. Ita in proposito eorum totalitas. i.
sufficientia manebit pro consummatione
uniuersi. Si manebit in resurrectione
integritas materiae, quamuis multa detra-
hentur: quia quicquid requiritur ad inte-
gritatem corporum, & elementorum, ibi
erit sine defectu. Si dicitur: cum ignis sit
subtilissimum elementorum omnia trās-
mutabit in se elementa, si ponitur: er-
go solum ponitur ignitio: Quicquid sit
de illo, est instrumentum Dei: & aget,
ut dirigetur ab agente principali. Et tex-
tus clare loquitur de igne, non de igni-
tione. Nec oportet textū scripturae re-

torquere ad naturalia philosophorū dī-
cta, quae Dei magnificentiam & aliam, &
aliā institutionē naturae pro statu resur-
rectionis, & mortalitatis aspētū & post
pētū, scdm Augu. li. x. c. 8. de ciui. dei,
penitus ignorāt, nec credūt futurū statū
gloriae. Præterea de purificatione mundi
per aquas, qn fuerit uera aquae, nemo ne-
gat: ergo & hic similiter dici pōt de igne,
cū de hoc nō est manifestū. textū scriptu-
rae ad literā. Ex istis sumi pnt corollaria
Primū. Sicut mundus dicitur perijisse di-
lunio, quis eius sola pars imacū suis coe-
lis perierit: a toto ptem accipiendo: quae
terra tecta fuit aquis, ne uideri posset: sic
& peribit incendio accipiendo totum p
parte. xx. de Ciui. c. xxiiij. & xvij. Co-
rollarium secundum. Sicut olim mundus
qui tunc fuit, perijisse dicitur, & uere pe-
rijt aquae inundatione, quae priorē faciē
terrae obtexit, & caelos aereos crescendo
superauit: sic qui nunc est mundus. i. coe-
li aerei inferiores, & terra (quo nomine
& aqua significari pōt): reseruantur igni
nouissimo in diem iudicij, & perditionis
hominum impiorum. c. xvij. ut supra. Ecce
dicitur igni, & perditionis hominum im-
piorum, qui tamen in perpetuis manent
pōnis, propter magnam mutationē, quae
fiet in eis. Sic & mundus qnq; perire di-
citur, quia ualde mutabit in aliquot suis
partibus, & purgabit. Corollariū tertiū.
Totus aer uentosus, uel ferē totus q. coe-
lum, uel celi dicitur (Nō caeli superiores
ubi sol, luna, & stellae fixae sunt) per ijt o-
lim cū terra, quae tecta fuerūt aq. Sic simi-
li mō caeli aerei repurgādi sunt. & elemē-
ta ardua sunt, quae in hac ima parte sub-
sistunt procellosa, & turbulenta, saluis
caeli superioribus, & in sua integritate ma-
nentibus, in quorū firmamento sunt fide-
ra cōstituta. c. xxij. & xvij. Tertia con-
clusio. Cōgruū est nouissimā mundi pur-
gationē fieri p ignē. Nā scdm philosophū
ij de gāatione, natura ignis est congrega-
re homogenea, & segregare heterogenea.
Sed constat ex pmissis unā mundi impu-
ritatē eē cōfusione diuersarū rerū di-
uersae speciei, & cōmixtione plurimarū
impuritarum. Cur ergo ignis est facere
separationem, & disgregationē unius ab

Coro. 1

Coro. 2

Coro. 3

Cōcl. 3

F

Cōgruū est nouissimā mundi impuritarum.

no, & mundi purgatio fiet hoc modo:
ergo. Patet de auro, & argento. Ecclesi.
ij. xxvij. xvij. Præterea non est aliquod
elementum, qd de sui natura ita habeat
regulariter uirtutē purgādi vsq; ad inti-
ma, sicut ignis. Pro expurgatione pēti si-
militer cōgruit fieri p ignē. Caritas. n.
ignis est diuinus opieas multitudinem
pctorū, quem dominus uoluit mittere
in terrā, ut accedant. Sed peccatores suo
pctō exterminauerūt illū. Ignis plus re-
pūtat sua lucidatē statū corporū glorio-
forum. Ideo cū seculo iā senescerent re-
frigitur caritas: tunc p ignē fiet purga-
tio: sicut olim facta fuit p aquā. Quarta
cōclusio. Pōt probabiliter teneri consti-
gationis uerū ignē a Deo supernaturali
creari, uel ex piacente materia produ-
ci, & nihilominus ipsum sic de nouo crea-
tum, uel productum esse cū nostro igne
eiusdem speciei. Quia a Deo supernatu-
raliter pducitur, uel saltem causae produ-
ctionis ignis a Deo supernaturaliter or-
dinatur, & ad hoc disponatur, patet, quia
alias uniuersale ignis incendium esset na-
turaliter futurum cōtra articulū Paritē
sem. Quia sit eiusdē speciei, tenent Do-
ctores cōiter: quia aqua diluuij uniuersa-
lis fuit eiusdē spēi cū aqua elemētaris her-
go & ille ignis. Præterea. Requiritur deus
die septimo. ab omni opere, qd patrarat:
exponitur cōiter a Docto. cessauit pro-
ducere nouas species: tamen si alias pro-
ducere potuit. Sed si produceret nouam
speciem ignis, ageret cōtra in Gen. iam
allegatū. Nec impedit speciei ad mixtio-
nē materiae alienae. Cōsequēter oportet di-
cere (si quaeratur de eius locali detentio-
ne) sufficit, qd deus auctor naturae locabit
ipsum, ut placet secundū institutionē na-
turae p tēpore illo: uel si placet manere
cum cognato naturae cursu, tantū de alio
corpore corruptibili annihilabit, uel fiet
condensatio alterius corporis cōrespō-
dentis ad quantitatem illius ignis. Vel
qd simul sit cū alio corpore cū suspensio-
ne actiuitatis eiusdē. Quia si ponitur ge-
neratus ex praeciante materia grossio-
ri, oportet dicere: ex quo ignis est subti-
lissimū elemētōri, & ex uno pugillo ae-
ris sūt decē ignes, ergo aliud corp⁹ gros

sūm in tantū condensabit; quantū id est
rarius, qd ex eo gñatur, ut deducit bco. Præ-
terea qd nō est ignis æquiuocū, non
est uerē ignis, ut Richardus loquit: sed
secundum qd. Sed si non esset eiusdem
speciei cū nostro igne, nō esset uniuocū
ignis, p consequēs non haberet uerē uir-
tutem ignis. Quinta conclusio. Ignis
mundanae conflagrationis directus ab a-
gēte infallibili, uel uirtute angelica ple-
raq; accēdet, & inuoluet loca, quae uirtu-
te naturali praecise accēdere non possent
nisi motu uirtute diuina, uel angelica.
Sexta conclusio. Sicut generalis aqua-
rum inundatio non habuit causam purē
naturalem: sed etiam supernaturalē ita
& incendij gāalis conflagratio cām sup-
naturalem. Prima pars est articulus Pa-
ris. Et uidetur manifestē eē ad hoc textū
Gen. ix. ubi dominus statuit pactum, qd
non uelit deinceps aquis diluuij disipa-
re omnem carnem. Cur enim hoc domi-
nus diceret, si naturaliter superuenisset?
Fuerunt quaedam inundationes purē na-
turales Niluica, Attica, Thesalica, Pro-
ronica, ut haberetur in commentis Berofi:
sed illae non fuerunt uniuersales. Quā-
tum ad articulum tertium est dubium
primum de ordinatione illorū, qd sunt
in iudicio uel circa. Ad hoc respondet
August. xx. de ciui. c. ult. & illo ordine, ut
sibi uideretur Helias. Thesbites, fides In-
dæon, Antichristus persecuturus, Chri-
stus iudicaturus, Resurrectio mortuorū,
direptio bonorum, & malorum, Mundi
conflagratio, & eiusdem renouatio. Qua-
liter, & quibus modis hæc uentura sint,
magis docebit rerum experientia, quam
nostra intelligētia. Doctores ut cōiter sic
habent. Ignis conflagrationis iudicij om-
nium pcedet, comitabitur, & sequetur, ut
iudicij complementū. Quia pcedet est
Psalm. Ignis ante ipsum pcedet. Prius
quā fiet iudiciū pcedet ignis purgaturus
mundū, & electorū cadauera ut secundū
Augu. & Ambro. nouis corporibus nouū
mūds cōueniat. Purgabitur aut in loco
superiori primū. Et cū iā index incipiet
uenire ad iudicij locum, cessabit motus
caelestis, & uiu, qd rapiuntur: morientur:
fortē ex calore ignis conflagrationis. Et

Cōcl. 1

Cōcl. 2

Inunda-
tiones na-
turales.

Artic. 3.
Dub. 1.
De ordi-
natione
illorum
q sunt
in iudi-
cio, uel
circa.

nox purgabitur per ignem, quicquid fuerit purgandum deinde per ipsum quo facta statim resurgit. Secundum Ambrosium in ipso rapto obuia Christo morietur morte, quasi sopore passus, & statim resurgit, ut nec cogitari, nec perpendi possit mortis spatium, quatenus compleat in eis statum diuinum de patiendo morte pro originali peccato. Hec omnia secundum Ricardum sunt priusquam Christus ueniat ad iudicium. Ex quo infertur: quod Christus successiue ueniet secundum humanitatem ad iudicij locum, eo modo, quo ascendit uidentibus discipulis. Actus. Sic ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in celum. Cum autem electi, qui adhuc habent exitale siue naturam, siue culpam purgandi, quod nondum per suam penitentiam tribulationes, & angustias diluerunt, purgabitur illo igne: ceteri non habentes purgandum nullum inde sentient dolore: quia dirigunt in instrumentum diuinae providentiae ab agente in infallibili hinc poterit releuare temporis breuitate. ignis intensio, ut Deo placuerit. Non ergo ingeret ullam molestiam electis. Et forte sic sensit beatus Bonaventura, loquens de igni conflagrationis, quod sua actione omnia elementaria inflammat, procedetque iudicij faciem, non ex una, sed omni parte mundi, ut sit ibi concursus ignis elementaris, & terrestris purgatorij, & infernalis, ut per infernalis reprobi adurantur: per purgatorij iusti purgentur: per terrestris terra nascetia consumantur: per elementarem elementa subleuantur: et ad innovationem disponantur. Non uideretur probabile ignem elementarem descendere, & suam spheram ad tempus deserere. Sic de infernali, & purgatorij. Sed ille unus ignis quadrupliciter exercet officia, licet officium compendij Theologiae: habebit officium ignis infernalis sit unus species: purgatorij poenas peccatorum tollendo: terrestris uegetabilia &c. exurendo: elementaris omnia subleuando, & ad innovationem disponendo. Ex illo sequitur. Licet ignis conflagrationis sit unus species: potest tamen habere ex effectu multiplicitate diuersa natura, quod dicit infernalis, elementaris, purgatorius. Et sic dicit Bonaventura. colluere omnes ignes &c. in iudicio. Nec uideetur probabile ignem illum diu mansurum post iudicium: sed ex

pleto officio desinet esse uel simpliciter, uel secundum quod ubi non maneret: non extra sphaeram ignis. hoc enim derogaret naturae ignis puri. Et si deberet coniungi igni in sphaera sua, oporteret fieri uel penetrationem dimensionum, aut duo corpora esse in eodem loco: aut alia elementa condensari. Resoluetur itaque per actum suo officio in praesentem materiam, uel prorsus desinet esse, si fuerit omnino creatus de nouo uirtute diuina, salua integritate, & totalitate elementorum, per eorum dispositionem naturalis exigit & requirit. Nec uideretur rationale, quod impurum sepeatur ab illo igne, & descendat cum malis ad infernum: purum uero coniugatur superioribus per perfectionem uniuersum. Si deberet eis coniungi: quaerit, quomodo an ibi fuerit vacuum: an corporum superiorum indebita dispositio: an duo stabunt simul: an unum condensabitur, ut quantitas alterius exigit &c. Habebit ergo elementa totum id quod ad eorum primam naturalem & optimam dispositionem seu integritatem & totalitatem, & non plus. Si dicitur de hominis resurrectione, ut patet dist. xliij. Secundum dubium. Si ignis erit eiusdem speciei cum nostro, quod petit sursum, & elementari, qui mouet per circumferentiam, & sphaericam, quomodo habebit motum ad omnem positionem differentiam, ut puta ad omnia loca purganda. Corpora enim eiusdem speciei eundem habebunt motum. Praeterea Com. vij. Metaphysicae. Transmutatio facit seire materiam, & operatio formam: & ita ex operatione cognoscitur forma, & natura rei. Sed uideretur, quod ignis elementaris non possit purgare immunditias, & seditates peccati, seu partes mundi, in quibus commissum est peccatum: hoc enim excedere eius uirtutem: ergo non est eiusdem cum elementari. Dicendum. quod uis motus qui ex natura intrinseca conuenit alicui, conuenit cuiuslibet indiuiduo illi: spiritus scilicet de motu, qui est motore extrinseco: respectu cuius res se habet ut instrumentum in potentia obedientia passiuam. Sic motus humanus loquelae, qui fuit in asina Balaam Nueri. 22. non respicit in omnia asino non sic diuinitus motus ministerio azechi. Sic & ignis conflagrans pellem uirtute diuina ad omnem locum purgandum. Et hoc ipsum conuenit secundum Augustinum. 21. de ciuitate. 8. non contra naturam, licet non a natura intrinse-

Dub. 3. De im-puritate corruptionis.

Dub. 1. H. Si ignis erit eiusdem speciei cum nostro qui petit sursum.

Vnus ignis quadrupliciter exercet officia exercebit.

et. uel non conuenit ipsi contra naturam naturalem dantem omnibus esse, & uiuere, uel non contra naturam naturam, uel non contra naturam status futuri per dispositionem innovationis. Sic ignis non fertur nisi sursum ex natura propria: cum autem materiam extra sphaeram ignis purgare habet, mouetur ad uoluntatem sui conditoris. Ad secundum, uerum est de operatione, quae conuenit rei praecise ex natura intrinseca, & a suis principiis intrinsecis, & pro statu corruptionis nobis incognito, seu dum res ponitur in opus a suo conditore pro sua uoluntatis beneplacito. Tertium dubium, de impuritate corruptionis, actione, & passione, ut loquitur S. Tho. artic. j. q. j. An & illa ab elementis, & caelo purgabitur per ignem. Dicendum: quod non eorum enim perfectiones naturales non auferuntur, sed cessant pro statu quietis. de hoc dist. seq. q. ij. Hinc non oportet dicere, quod uiui, qui reperiuntur, morituri sunt ex cessatione motus caeli, quia & motus inferiores a superioribus non dependent essentialiter, & eorum actiuitas tunc stabit ad imperium Dei.

DISTINCTIO XLVIII.



SOLET etiam quaeri, in qua forma Christus iudicabit. In distinctio procedenti Magister egit de pertinentibus ad ordinem iudicarium, & iudicij assessores. In hac. xlvij. agit de persona iudicis, & pertinentibus ad ipsum: quoad eius conditiones intrinsecas, & extrinsecas. Sententia textus in tribus stat conclusionibus. Prima. Et si omnes iudicandi humanitatem Christi in qua, & uisibiliter iudicio praesidebit uidebunt: sed non eius diuinitatem, quae soli contemplabunt elementis secundum quam iudicium cum patre, & spiritu sancto imperiose, & praepotenter consummabit. Secunda conclusio. Licet Christus potentia suae diuinitatis animas uiuificet corpora suscitet, & homines ad poenam, uel gloriam finaliter dispa-

dicet: non tamen ociose ei attribuitur animarum uiuificatio secundum formam deorum corporum uero resuscitatio, & iudicium secundum formam serui. Tertia conclusio. In uallem Iosaphat. i. damnationis iudex descendit electis in aere purgato manentibus: ante quem angeli signum crucis deferent: quod ueniente Sol, & Luna obscurari dicuntur uirtutes angelicae summa admiratione ducentur. Priusquam uero dies domini magnus, & horribilis ueniat, Sol, & Luna etc. primum patientur, & omnia luminaria laboris sui mercedem recipiant, deinceps suum officium, ut nunc pro statu corruptionis non factura. Declarationem conclusionum textus habet.

QUESTIO I.

IRCA diff. praesentem. Primo quaeritur. Vtrum Christus deus, & homo secundum diuinitatem, & in forma dei, quam soli uidebunt electi, uenturus sit iudex omnium bonorum, & malorum.

Tribus articulis praesens terminabitur quaestio: suppositis ex distinctio procedente. q. j. quid iudicare: cui naturae conuenit proprie iudicare principaliter authenticum, & per se, delegatum, & secundarium, uel commissarium &c. Considerandum etiam est, quod aliquid conuenit Christo praecise secundum naturam humanam: aliquid praecise secundum diuinam: ita quod natura talis, uel talis est causa, & ratio huius, uel illius. Hinc refert quaerere: si Christus iudicabit in natura humana, uel secundum naturam humanam, in diuina, uel secundum diuinam. Ad ueritatem prime, Christus iudicabit in natura humana, sufficit Christum iudicem habere pronunciatum sibi suppositaliter naturam humanam, & in ea cunctis apparere in iudicio. Ad ueritatem huius, iudicabit secundum formam humanam, requiritur ultra praedicta, quod ratione naturae humanae competat sibi praecise potestas iudiciaria. Hinc multae propositiones possunt esse uerae secundum primum intellectum: sed non secundum alium. Iudicabit enim in forma humana,

Artic. 2. Sic Christus iudicabit in natura humana, uel secundum diuinam.

sed non secundū eā. Creat animas in forma humana, resuscitat corpora: sed nō eādē eā. De ueritate illarū propositionū reduplicatarū, habetur in tertio collecti. dist. xxij. & dist. xvij. Item uerū est dicere demonstrato Christo, hic homo resuscitat mortuos: sed nō secundū q̄ homo: seu secundū naturā humanam: sumendo resuscitare proprie. Sic homo gubernat nondū: saluat animas: sed nō scđm humanitātē nisi meritorie, quia meruit homini in assumpta humanitate salutē. Ex illo sequitur. q̄ in una notatur tātū comitātia naturæ humanæ ad actū iudiciariū: sed in alia causalitas naturæ humanæ ad actum. Sic & in illis duabus: Xps iudicabit in natura diuina: Christus iudicabit secundū naturā diuinā. In prima est comitantia naturæ diuinæ: in secūda causalitas. Est etiā rememorādū, q̄ multū differunt secundū & secundū q̄, & ex cōsequēti propositiones in quibus illa signa ponuntur. Nā secundū q̄, est signū reduplicatiuū. Sed ly secundū frequēter dimittit, aut distrahit, & est signū specificatiuū: ut Aethiops est albus secundū dentes. i. eius dentes sunt albi. Christus mortuus est secundū naturā humanā, & passus. i. natura humana mortua est in Christo &c. Christus est iudex principalis. & ordinarius nō delegatus secundū naturā humanā falsa est. falsa est, & illa: Christus scđm q̄ homo, est iudex. q̄. iij. & iij. exponētes sunt falsæ, siue ly secundū q̄ sumatur reduplicatiue comitātē, siue specificatiue: quia humanitas nō est rō secundū q̄ prædicatū inest subiecto: saltē sumēdo esse iudicē proprie: ut patet p̄cedēti dist. Sic dicit Palud. post Durād. q̄ ly secundū quādoq; designat auctoritatē primariā, & principalē: q̄nq; secundariā, & quasi delegatā siue commissariā. Et secundū hoc distinguunt illā Christus secundū naturā humanā iudicabit. in primō sēsu falsa est: in secūdo uera, secundū eū. Vidētur tamen doct. quādoq; cōfusse loqui de illis propositionibus, & nō per omnia rigorē logicū attendere. ¶ Quantū ad articulum secundū est cōclusio j. Christus deus, & homo in utraq; natura faciet iudiciū in die nouissimo. Ira protestemur in Symbolo Apostolorū. Christus uenturus est iudica-

Artic. 1.
Cōcl. 1.
B

re uiuos, & mortuos. Est. n. nomē suppositi geminæ substantiæ, & scđm Damasc. qđ uerbū assumptū, nō didimit. ¶ Secūda cōclusio. Christus secundū naturā diuinam principaliter, & ordinaria cū patre, & spū sācto iudicabit potestate. Scđm humanā uerō quasi secundariē, & delegate siue commissariē. Pater ex notabili. iij. p̄cedētis dist. ¶ Tertia cōclusio. Christus iudicabit potestate ordinaria principali, siue authentica, & cū hoc secundariā, quasi min⁹ principali delegata, uel commissaria. Pater ex cōclusionē p̄cedēti: q̄ scđm naturam diuinam principaliter, secundū humanā quasi delegate. ¶ Quarta cōclusio. Pōt p̄babiliter dici (sumēdo iudicare nō proprie: sed quasi delegate, & commissariē) propriū est Xpo iudicare, & nō appropriatū solum. Pater. Solus. n. Christus incarnatus est, & nostrā meruit salutē. Solus Christus exiit in uicem semetipsum: factus obediens usq; ad mortē crucis. Philip. ij. Solus Xps factus est filius hominissideo datū est ei mō singularissimo, & p̄cellēti iudiciū facere. Solus uidebit in cōsūpta hūanitate a malis. Et licet Xps dicat Philippo Ioā. xij. Qui uidet me, uidet & patre: propter personarū circumiessionē: atq; quia solus filius incarnatus ē, nō pater nec spūs sanctus, & in ea fortē uidebit a malis, nō in natura diuina: ideo cōceditur illa. Solus Christus uidebitur in assumptā humanitate a malis. licet uidentes hūc hominē Christū uideāt personā: quæ est deus, & homo: tñ uidentes eā secundū humanitatē, nō uidēt secundū diuinitatē. Richar. niti tur iudiciū appropriari patri ratione potentia: filio ratione discretionis: spiritui sancto ratione reſtitudinis, quæ est in uoluntate. ¶ Quinta cōclusio. Licet anima Christi, uel Christus secundū humanitatē nō possit nisi commissariē suprema commiſſione iudicare uiuos, & mortuos: pōt tamen concedi ipsū secundū naturā humanā habere imperium efficax respectu sententiæ ferendæ, seu promulgandæ. Prima pars patet ex notabili ij. dist. præcedētis. q̄. j. Ex illo posset sumi animam Christi, uel Christum secundū humanitatem habere supremum quasi delegatum dominium respectu uiuorum, & mortuo-

Cōcl. 1.

Cōcl. 3.

Cōcl. 4. p̄prie Christo iudicare

Cōcl. 4. Xps secundū naturā humanam habere imperium efficax respectu sententiæ ferendæ.

rum, & respectu imperātis: quia persona diuina cuius est hæc uoluntas imperās, & dictans, exequitur imperioſe dictatum. Nō ergo oportet concedere supremam potestatem commissariam esse, q̄ dictatum ad eius imperiū fiat, & proueniat infallibiliter a quocunq; sed q̄ conueniat, & exequatur ab illa persona cuius est uolūtas dictās, uel imperās. Et secundū hoc procedunt etiā propositiones priores. Nec uidetur hoc aliquo modo derogare humanitati Christi: sed dare dō qđ dei ē; & homini scđm humanitatē qđ hominis. Secūda pars cōclusionis uidet manifesta. hēt n. dñm efficax ad præambularia iudicij, quæ possūt fieri in humanitate assumpta: saltē subordinatū per ministerium angelorum, & ita ut uideret respectu sententiæ promulgandæ dictatæ principaliter, & primo a superbenedictā trinitate. Tūc sic format̄ persuasio. eodē modo cōperit alicui legē cōdere, & secundū eā dictare. Xps secundū naturā diuinā principaliter condidit legē nouā, & instituit sacramenta si gna efficacia gratiæ, & nō secundū naturā humanā, nisi secundariē, & ministerialiter: quia deus pater per filiū suū locutus innouit. Hæbr. j. ergo &c. Et hoc innouit Daniel. vij. Aspicebam in uisu noctis, & ecce cū nubib⁹ cæli quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquū dierū peruenit, & dedit ei potestātē, & honorē, & regnū. In quo innouit potestas iudiciaria homini Christo delegata. Ex illo claret animam Christi seu Christum secundū humanitatē iudicaturū modo singulari, & præcellētissimo, qui nulli puræ creaturæ communicari pōt. Nā nulla pura creatura habet sibi dictare efficaciter, & principaliter: sicut anima Christi unita personæ diuinæ, quæ p̄ se imperioſe exequitur uolūtū ab anima sua. Hæc. n. uolūtio est illius personæ, cuius est hæc natura assumpta. Pro nūc dictis, & alijs Christi uerbis: in q̄bus q̄nq; iudiciū negatur a patre: quandoq; a filio: facit beatus August. j. de trin. c. xij. & xij. Cū. n. Ioānis xij. dixit Christus, & audierit uerba mea, & nō custodit ea, ego nō iudico illū. pōt habere sensum illū secundum Aug. Ego nō iudico illum secundū naturā humanā,

secūdu quā nec meū est dare nobis ut nō ad dextrā &c. sedeatis in regno meo: sed patris mei. Cū subiungit. Non ueni, ut iudicem mundū: sed ut saluificem. Venit quidem carnis assumptione: & secundum hanc formam serui non iudicabit mundum principaliter, & auctoritariū: sed in ea meritorie saluabit mundū persona Christi infinita mortem sustinendo &c. secundum naturam humanam. Et statim de patre loquens dicit. Qui spernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eū. principaliter, & ordinariē. sc̄ trinitatē superbenedictā, seu patrē in natura diuina. Ecce dat iudicare patri, qui est tātū deus, & nō hō: negat a se secundū humanitātē nō secundū deitātē qui est deus, & homo. In hoc deniq; sermone etiam negat ad cōmunē intellectu, quē tāgit. q̄. viij. ad Orof. Augustinus, q̄ iudicare non habet a se scđm naturā diuinā: sed ostendit se eam potestatem quam habet in se licet nō a se recepisse nascendo ex patre. Es-sentiam. n. suam, & quicquid habet æternaliter nascendo a patre recepit. Cū ergo in hoc sermone. Ego nō sum locutus ex me, innuit secundū Aug. ut sup. ex me, non sum natus, & deū patrē sibi quicquid dare ē patrē eū genuisse: cōsequēter ostēdit, & iudiciariā ordinariā, & principalē iudicandī potestātē se a patre recepisse. Non ut pater filio tāquā nō habētī q̄nq; hanc cōmunem dederit potestatem: sed patrem dedisse, est filiū sibi cōæquale genuisse, & filiū recepisse, est filiū patri cōsubstantialē a patre genitū esse. Hoc clare loquitur dicens. Ioann. v. Sicut pater habet uitam in semetipso: ita dedit, & filio habere uitam in semetipso. nō ait a se metipso. Dedit pater uitā filio gignēdo, non q̄ prius fuerit filius sine uita, & postea acceperit uitam. Accepit ergo uitā, quia non est a se genitus: non enim existendo dedit, sed gignēdo. q̄. viij. ad Orosum. Itaq; dare filio habere uitam in semetipso, est patrem gignere filium sibi cōsubstantialē, & cōæternū, eiusdem potentia, sapientiæ, & bonitatis. Sic etiā inquit. Mea doctrina non est mea: non dixit, Ista doctrina non est mea: sed mea doctrina non est mea. Secundum

aliud & aliud dixit eam suam, & nō suā. Suam secundum formam dei; non suam secundum formam serui; sed eius qui misit eum. Sic etiam sine cōtradictione ait. Qui in me credit non in me credit sed in eum qui misit me. Ioan. xij. Sensus est, Qui in me credit non in hoc credit, q̄ uidet, ne sit spes in creaturam. Videbant. n. eum hominem: sed in hoc credit, q̄ est suppositum uerbi: quod humanitātē quā uidetur assumpsit. Sic quandoq; ab eo quod est naturē humanā auferatur, & trāsfertur in naturam diuinā cum Christo supposito genere substātiā aliquid continet secundum naturam hanc, & nō aliā. Tale est id, Ego non iudicabo, secundum naturam humanam: sumēdo iudicare proprie: cum tamen idem suppositus sit iudex uiuorum, & mortuorum. Sed quia natura humana non est ratio quare res p̄dicari dicatur de subiecto: ideo quādoq; negatur de subiecto: quod tamē, & uerē conuenit secūdm rationem alterius naturę in qua subsistit. Hoc modo possunt multę auferri auferri, & sanctorum catholice exponi. Sic dicit August. Filius hominis iudicabit, & non filius hominis iudicabit. Prima manifesta est: Secunda potest hanc ualere, qui non est filius hominis iudicabit. Nam pater iudicabit, & spiritus sanctus, quorum neuter est filius hominis: quia pater non est filius nisi solum essentialiter. potest deniq; & alium sensum habere: ad quod ualent dicta in tertio. dist. iij. ¶ Corollariū. Homo & filius hominis erit iudex uiuorum, & mortuorū etiam in forma serui: sed secundum potentiam deitatis. ¶ Corollariū secundum. cum dicitur Ioann. v. Pater non iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit filio. Sensus est. patrē nemo uidebit impiorum, sed filium. Hinc etiam in forma uisibili apparebit electis, & damnatis. Itaq; patrē non iudicare, non negat iudicium a patre: sed solum negat eius uisionem ab impijs, & damnatis. Index enim apparebit in forma serui, & in natura humana assumpta. solus autem filius incarnatus est. ¶ Corollariū tertium. Cum dicitur potestatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis est se-

Coro. 1

Coro. 2

Coro. 3

cus est: quia filius dei filius hominis est factus potestate iudicij secundum humanitatem commissarie: ut ab omnibus uideri, & audiri possit: ut pater dist. xliij. quæst. j. iuxta finem. Vel sic. dedit ei potestatem iudicium facere secundum tropum scripturę, cum res dicitur fieri ut in notescit: quā uidebit in assumpta humanitate, ab omnibus, & singulis iudex uiuorum, & mortuorum. Itaq; dare sibi potestatem secundum humanitatem, est ipsum esse incarnatum, & in carne meruisse exaltationē, & iudicariam quasi delegatam potestatem: sicq; p̄potentially cunctis apparere, ut sine contradictione cuiuscuq; in natura humana a bonis, & malis iudicariam exerceat potestatem in bonos, & malos: ut patet contra Faukum lib. iij. cap. iij. ¶ Sexta conclusio. Etsi uiuorum, & mortuorum iudicem Christum omnes iudicandi uisuri sunt, attamen soli electi in forma deitatis, mali uerō omnes, & singuli in forma serui glorificati eum uidebunt. Prima pars patet ex dictis. Secunda pars: quia soli mundi cordes deum uidebunt. Matth. v. Si enim ab omnibus uidendus esset in natura diuina, quod magis polliceretur suis dilectoribus dicens. Ego diligā eum, & manifestabo ei meipsum? Ioann. xiiij. Tertia pars est beati Augustini per totum lib. j. de trinitate. cap. ult. & lib. v. contra Faukum. cap. iij. Posunt pro cōclutione adduci persuasiones. quia in ea forma redibit in qua ascendit; ascendit autem in natura clarifica: ut notum est. Hinc dixerunt angeli. Sic ueniet quemadmodum uidistis eum ascendentem in cælum. Ascendit ut resurrexerit, ergo &c. Item humanitati debetur exaltatio iudicare, & iudicari debet esse actus oppositi: unum est infirmitatis: aliud potentię. Iudicatus est in infirmitate: iudicatur ergo in potentia. Item primus aduersus fuit in forma serui. Secundus erit in gloria, & maiestate. Item iudex non erit uillior, quā sint iudicandi: sed multi ex illis utputa omnes electi resurgent in gloria, & clarificatione: ergo, & iudex tūc apparebit in humanitate clarifica: ut uideat in quem transixerunt &c. Immo illa est ratio suę ostensionis in natura uisibili: ut

Cōcl. 6.
D
Etsi uiuorum, & mortuorum iudicem Christum omnes iudicandi uisuri sunt, attamen soli electi in forma deitatis, mali uerō omnes, & singuli in forma serui glorificati eum uidebunt.

Cōcl. 7.

Coroll.

cognoscatur eius maiestas, cuius spreta fuit humanitas. Quod autem a quibusdā allegatur. Esa. xxvj. Tollatur impius, ne uideat gloriam dei. uerba non sic habentur in textu, & licet in effectu ibi continerentur: loquuntur tamen de priuatione uisionis dei beatificę: quia enim impius mala egit, non uidebit beatificam uisionem dei, & gloriam domini. Gloss. Dominum regnantem cum sanctis suis. Nec sufficit in contrarium dicere: Veniet in natura glorificata: sed non in ea uidebitur a malis: quia huius nulla est ratio, cū mali non sunt uisuri humanitatem glorificatā: nec est defectus potentię uisionis. Et licet mali uisuri sint gloriam corporis exterius clarescentem, tamen non gloriam animę in corporibus redundantem: nec intellectuā, nec corporali oculo, deo prohibente, nisi in quibusdam effectibus: de quibus summe dolebunt, & priuilegium detestabuntur: quia cedent malis in augmentum pœnę. Sicut enim gloria amici est delectabilis amantia est contristina odienti. Hinc Esa. xxvj. Videant, & confundantur zelantes populi, & ignis. si inuidi deoret hostes tuos. Et ideo uisionis claritudinis non gaudebit, sed dolebunt, nec inde sentient delectationē. Sancti uerō gloriam corporis, & animę Christi iudicij uidebunt oculo corporali, & intellectuā, secundum diuinitatem oculo mentali dumtaxat uidebunt. Præterea oculi malorū licet sint passibiles, sunt tamen incorruptibiles effectū diuina ordinatione in augmentum pœnę: nec infirmitas impedit, & nō erit obstaculum nec distantia nimia: itaq; actus, & passio determinate applicatis potest fieri actio. Quod si placet, dicatur q̄ uidebunt, percipient eam quasi in transitu: sed non possunt in eam fixē intendere quatinus arguitur cognoscant, uel conijciant ex hoc eius potentiam ac magnificentiam sibi in pœnam, & in terrorem, & merorē perpetuum. ¶ Septima conclusio, & corollariā. Iudex Christus deus, & hominitatem promulgabit in utraq; natura diuina, & humana glorificata: & secundum utramq; licet differenter: tamen si in diuinitate a solis electis, & in humanita-

te claritudine ab omnibus uidebitur, & audietur damnandis, & saluandis. Patet ex conclusionibus. Nec quenquam impediet distantia ne audiri possit, & uideri in humanitate assumpta. Nam sicut uirtute diuina eius undecunq; audietur sententia definitiua per quācuq; distantiam, sic, & in uirtute diuina se faciet ubi uoluerit dānatis corpore uisibilem. ¶ Quantum ad articulum tertium, est dubiū primum de loco iudicij, de quo cōclusio tertia textualis. Nam de secunda conclusione satis habetur dist. xliij. q. j. Ad hoc dicendum cum gloss. ubi supra: & magistro. Iudicium erit in ualle Iosaphat. Hinc Iohel. iij. dicitur. Confurgent, & ascendant gentes in uallem Iosaphat: quia ibi sedebo, ut iudicem omnes gentes in circuitu. In illa die stillabunt montes dulcedinem, & colles lacte fluent. Quod exponitur de suauitate cœlestis patrię, quā tunc percipient ex plero iudicio in corpore, & anima. ¶ Si dicitur ut tūc iudicabit ubi supra. Puerile est dicere, q̄ in tantillam uallem Iosaphat: quæ est in lacere montis Oliueti, descensus sit dominus ad iudicium: Responderetur: quia nō in terris sed cum electis in spatio huius aeris se debet contra locum montis Oliueti, ex quo ascendit. Iosaphat autem interpretatur iudicium domini, uel ipse iudicans, uel ipse iudicatur, aut dominus iudicabit secundum Hieronymum in interpre. Hebr. nominum. Illic ergo congregabuntur omnes impij, qui ab initio mundi fuerunt. Iusti uerō non descendant in uallem iudicij, id est damnationis: secundum Gloss. sed in nubibus obuiam rapietur Christus in aera. j. Thes. iij. Ex quo sumi potest, q̄ Christus residebit in loco eminenti: ut ab omnibus uideri possit iuxta locum uallis Iosaphat ubi uidentibus discipulis ascendit in cælum corporaliter. Quot ergo damnatorum in ualle stare poterunt tot ibi erunt, & alij in loco propinquiore electis ad dextram in aere purgatissimo eis congruo: sed in terra damnatis ad sinistram positis, electis plus, uel minus secundum meritum conditionem appropinquantibus iudicij. Non stabunt electi in terra, sed supra, propter terrenorum com-

Artic. 9.
Dub. 1.
E
De loco iudicij.

temptum: quia in aera rapiuntur obuiam Christo dote agilitatis utiq; ante iudicium: & tunc recitabuntur p̄conia bonorum: de quibus Matth. xxv. Et ita raptus beatorum in aera. j. Theff. iij. fiet Christo iam ueniente ad iudicium. Præterea poterit dominus in loco angusto plures prout uoluerit, sicut oues poneret Psal. xlvij. aut modo alio sibi possibili. Præterea quia tunc omnia erunt innouata, & clarissima, oportet Christi claritudinem esse tantam: q̄ præcellat omnia alia luminaria, quia tunc ab omnibus uidebitur in humanitate clarificata. Chrysoft. Homil. lxxvij. super Matth. de cruce loquens dicit. Crux sole fulgentior uidebitur. Obscuratur enim sol, crux autem apparet. quod fieri non posset nisi solares radios fulgore superaret. ¶ Sed quaeritur, cuius rei gratia crucem deferret angeli ante iudicem? Dicendum: in signum triumphi contra eos quibus crux fuit scandalum, uel iustitia: ut patenter se uideat iuste damnandos: boni uero gratitudinis uicem deo rependant de crucis beneficio in assumpta humanitate. Fert ergo secum crucem in signum damnationis eorundem: quemadmodum iactus lapide, lapidem profert in testimonium facinoris contra lædentem. Et si hoc uerum est, uideatur probabile dictum Christum ostenturum non solum maiora quæ perpeffus est crucis uulnera, id est cicatrices uulnerum: sed omnia, & singula (non enim uidetur ratio diuersitatis) sine omni corporis deformitate: ut supra distinct: xliij. q. ij. Ad hoc uidetur esse Matth. xxiiij. textus de signo filij hominis. Exponit Lyra. Crux, clauis, laticea, cicatrices &c. Si enim secundum beatum August. xxij. de ciui. dei. cap. xx. in resurgendum martyrum corporibus manebunt cicatrices uulnerum quæ pro Christo pertulerunt, quæ non deformitas erit in eis: sed dignitates, & quædam in corpore non corporis sed uirtutis pulchritudo fulgebit: Cur non in Christo omnium nostrum principe uirtutis suæ clarescent iudicia, & uulnerum insignia, super aurum; & Topacion in cõparabiliter præciosa in signum, tam gloriosum triumphum? Fran. Maron. ibidem. ¶ Se-

Cuius rei gratia crucem Angeli ante iudicem deferant.

cundum dubium. An damnati in die iudicij euidenter cognoscunt, & uidebunt Christum esse deum. Tho. Argen. respondet affirmatiue dicens, q̄ hoc concedit omnes Theologi. Sed cum reuerentia, id dictum non placet: quia nec habebunt intuitiuam deitatis notitiam, nec abstractiuam. Et licet Christum, qui est deus, & homo, uidebunt in humanitate, q̄ omnia ei subiecta sunt, & obtèperanter obediunt in cælo, & in terra: & sic uidendo magnalia illius p̄sonæ uisè arguuntur ex effectibus cognitis incipient assentire illi: hic est deus, & homo: non tamen illa p̄positio hic est deus, & homo, est eis euidens. Cum enim est contingens, oportet habere notitiam intuitiuam rei significatæ per subiectum, & prædicatum: quia non sufficit abstractiua ad euidentiã contingentis: de quo supra in prologo primi. Videbunt ergo hominem, & firmiter assentient illi propositioni: quasi necessario uicti per effectus inuincibiles: hic est deus: uel saltem in eo est uirtus diuina insuperabilis. Si tamen doct. ille aliud habet quid nominis notitiæ euidens, secundum hoc dicatur. Præterea si dicta starent, aliqui, & maxime apostoli haberent notitiam euidenter multarum contingentium propositionum de uisibilibus miraculis, de resurrectione mortuorum, & suscitaret illa eis euidens: hic est deus, & homo, loquendo de Christo: cum tamen omnes dicant cum beato Greg. in Homil. de tactu Thom. Ioan. xx. q̄ uiderit hominẽ, & crediderit ipsum esse dei filium. ¶ Diceret aliquis: aut diuinitas posset uideri a malis: & sine gaudio. Ad primum. non uidetur implicare cõtradictionẽ malum deũ uideri posse de potentia dei absoluta: sed non ordinata, ut dicitur. Ad secũdũ dicitur a Duran. q. ij. dist. xlvij. Deus de potentia sua absoluta posset facere, q̄ intellectus creatus eũ uideret sine gaudio, & delectatione etiã in natura diuina: quia p̄t non coagere: sed quantum est ex parte rei uisè. s. naturæ diuinæ in qua nihil mali apprehendi p̄t, necessariõ sequitur delectatio, & gaudiũ huius modi rei nudam uisionẽ. Et ita quãtũ est ex parte rei diuinæ non p̄t nudẽ uideri sine delectatio-

Dub. 2. An damnati in die iudicij euidenter cognoscunt, & uidebunt Christum esse Deum?

Dub. 3. Signa p̄cedentia iudicium.

nec sciri potest dies iudicij: quia ante non erit. Paulus. j. Theff. iij. dicit. Cum aperitur pax, & securitas mali. s. tunc reperitur eis superueniet interitus &c. Ideo nihil certi de hoc dici potest ab homine. ¶ Quartum dubium. Quomodo dicuntur stellæ cadere de cælo. Dicendum secundum August. xx. de ciuitate dei. capit. xxiiij. q̄ illa est locutio tropica. uel p̄t intelligi, q̄ in timo cælo futurum sit aliquid mirabilius quã nunc sit. Tropus uero est Matthæi. xxiiij. comparatiue: aut quia lumine suo uidebuntur priuari superueniente maiori claritudine. Sed tunc pari ratione diceret quis stellas omni die cadere superueniente sole, & illuminatẽ hemisphærium nostrum. Ideo aliter dicendum cum Aug. ut supra: q̄ ante productionem ignis conflagrationis generabitur per actionem corporum caelestium ram uehemens caliditas, & siccitas, quæ erit congrua dispositio ad ignis productiõnẽ, q̄ desinet generari arcus nubium qui generatur in nubis roratione, & aliæ impressiones habendæ, & generabuntur impressiones calidæ descendentes in tanta multitudine, q̄ apparebunt cunctis aspicientibus quasi sint stellæ de cælo cadentes. Allegat ad hoc id Virgilianũ eneid. ij. De cælo lapsa per umbras Stella facem duccens multa cum luce cucurrit. Illam summa super labentem culmina tecti. Cernimus Ideã clarã se condere sylua. Item stellæ dicuntur mystice cadere: quia & maximæ reputationis uiri tunc cadent persecutionis tempore. Multi enim de fidelibus qui prius luxerunt: tunc lumen amittent ex dictis de perfectione Antichristi. ¶ Quintum dubium. Quomodo sol, & luna obscurari dicuntur. Dicendum. possunt dici obscurari p̄ tropum iam in aduentu iudicis. Tunc enim omnia erunt innouata, & purgata pro decore status gloriæ. Non ergo tunc obscurabuntur: sed lucidissima erunt: tãtũ propter aduentum claritatis Christi facti comparatione possunt dici obscurari: non luminis priuatione: sed maioris luminis superuentione: ratione cuius eorum claritas, uel non apparebit, uel parum. Sed illa persuasio non quadrat, ut

nec sciri potest dies iudicij: quia ante non erit. Paulus. j. Theff. iij. dicit. Cum aperitur pax, & securitas mali. s. tunc reperitur eis superueniet interitus &c. Ideo nihil certi de hoc dici potest ab homine. ¶ Quartum dubium. Quomodo dicuntur stellæ cadere de cælo. Dicendum secundum August. xx. de ciuitate dei. capit. xxiiij. q̄ illa est locutio tropica. uel p̄t intelligi, q̄ in timo cælo futurum sit aliquid mirabilius quã nunc sit. Tropus uero est Matthæi. xxiiij. comparatiue: aut quia lumine suo uidebuntur priuari superueniente maiori claritudine. Sed tunc pari ratione diceret quis stellas omni die cadere superueniente sole, & illuminatẽ hemisphærium nostrum. Ideo aliter dicendum cum Aug. ut supra: q̄ ante productionem ignis conflagrationis generabitur per actionem corporum caelestium ram uehemens caliditas, & siccitas, quæ erit congrua dispositio ad ignis productiõnẽ, q̄ desinet generari arcus nubium qui generatur in nubis roratione, & aliæ impressiones habendæ, & generabuntur impressiones calidæ descendentes in tanta multitudine, q̄ apparebunt cunctis aspicientibus quasi sint stellæ de cælo cadentes. Allegat ad hoc id Virgilianũ eneid. ij. De cælo lapsa per umbras Stella facem duccens multa cum luce cucurrit. Illam summa super labentem culmina tecti. Cernimus Ideã clarã se condere sylua. Item stellæ dicuntur mystice cadere: quia & maximæ reputationis uiri tunc cadent persecutionis tempore. Multi enim de fidelibus qui prius luxerunt: tunc lumen amittent ex dictis de perfectione Antichristi. ¶ Quintum dubium. Quomodo sol, & luna obscurari dicuntur. Dicendum. possunt dici obscurari p̄ tropum iam in aduentu iudicis. Tunc enim omnia erunt innouata, & purgata pro decore status gloriæ. Non ergo tunc obscurabuntur: sed lucidissima erunt: tãtũ propter aduentum claritatis Christi facti comparatione possunt dici obscurari: non luminis priuatione: sed maioris luminis superuentione: ratione cuius eorum claritas, uel non apparebit, uel parum. Sed illa persuasio non quadrat, ut

Dub. 4. Quo die cunctæ stellæ cadent de cælo.

Dub. 5. Quo sol & luna obscurari dicuntur.

supra. Videtur ergo dicendum, qd illa obscuratio intelligitur fieri ante iudicium tempore deo cognito, & contra nature solium cursum (Non enim rarum est lunam eclipsari: rarior tamen est eclipsis Solis) & hoc diuersis temporibus, uel eodem tempore uirtute diuina ad terrorem malorum. Sic ait Petrus act. ij. Sol conuerteretur in tenebras, & luna in sanguine: antequam ueniat dies domini magnus, & manifestus. Et de illa loquitur Rabanus super Math. quæ tempore præcedit iudicium, & illa erit uere, & realiter in effectu. Secunda uero solum comparative. Per naturam non possunt simul eclipsari eodem tempore: ut dicunt astronomi: quia eclipsis naturalis solis causatur per interpositionem lune inter aspectum nostrum, & terram, & lune eclipsis per interpositionem terre diametraliter inter solem, & lunam. ¶ Sextum dubium. Quomodo uirtutes cælorum mouebuntur. Dicendum: uirtutes nomen sumitur dupliciter. Vno modo pro ordine uirtutum hoc est, ut præcite attribuitur ordini illi qui dicitur uirtutes: secundum Dionys. cap. viij. cælest. hierar. Horum enim (ut loquitur Vercellen. cap. viij.) nomē significat robustam quandam, & incōcusfam fortitudinem ad exercendum omnes operationes, qui illi ordini congruunt iuxta gratias, & uirtutes suas sine omni pusillanimitate, & infirmitate &c. Alio modo sumitur in genere pro uirtutibus angelicis cuiuscumque ordinis. Et posset utroque modo hic accipi per omnibus angelis quid dicitur omnes moueri non perturbatione pauoris, uel anxietatis: sed admirationis uehementis rei prius non uisæ. Job. xxvj. Columnæ cæli patient aduentum eius. Et item. Ut in horrorem ducantur si fieri potest electi. Matth. xxiiiij. Potest etiam accipi primo modo: quia uirtutes seu ordo uirtutum: quarum est circa mundi regimen facere diuersa pro conseruatione fidelium, & quandoque eorundem reductione in deum: tempore breui tam magna facient: ultra prædicta Christo iam uenturo, qd omnes angeli inde ducantur in admirationem præ nouitate effectus. Item eorum est mouere cælum quod

tunc stabit: & per consequens generatio, & corruptio in inferioribus: dicuntur tunc moueri admirando cum cessabunt cælestia corpora mouere, & similiter alij angeli custodia hominum deputati: qui tunc a custodia cessabunt. Ex quo sequitur, qd illa mutatio nihil mutat pertinens ad eorum statum: sed respicit eorundem effectus: qui tunc, uel erunt insoliti, non ut prius, uel cessabunt. Nec illa cogitationum uicissitudo beatitudini repugnat. Hinc secundum Aug. deus mouet creaturam spiritualem per tempora. ¶ Septimum dubium. Quomodo electi rapiuntur obuiam in nubibus Christo in aera. j. Thess. iij. tunc enim non erunt resolutiones uaporum: ex quibus nubes generantur. Dicendum uideatur. alius Christo ueniente ad iudicium non statim cessabit motus cæli. Vel uerius: quia tunc facta est purgatio cæli propter electos, & cessatio motus cæli ideo nubes dicuntur aera in quibus prius fuere nubes, uel regio illa aeris, que olim fuit locus generationis nubium, uel talis modi quid ministerio beatorum a deo creatum: ut qui ascendit nubium ministerio, sedeat iudex in nube candidissima, & ut electi ascendant subiecti nubibus. Alius interpres dicit. Baiulis nubibus ad locum iudicij: sicut & Christus ascendit susceptione nubium: non ex indigentia: sed pro beatorum magnificentia: & si est quid de nouo a deo creatum, desinet esse expleto ministerio. Non enim erit nubes nebulosa ut nunc sunt: quia iam percessit mundi purgatio expleta resurrectione, ac corporum gloriosum resurrectione. Vel nomine nubium uenit hic ministerium: angelorum quod impedit beatis cum citabantur ad iudicem sic dictum: quia fiet in loco nubium, & per aera nunc purgatum in quo olim fuere nubes &c. ¶ Octauum dubium. Quomodo intelligitur illud act. ij. Dabo prodigia in cælo fursum, & signa in terra deorsum sanguinem, & ignem, & uaporem. Et si hoc ordine fiet: quomodo ergo sequitur quod supra dictum est. Sol conuerteretur in tenebras, & luna in sanguinem antequam ueniat dies domini. Dicendum. Petrus quod ultimo fiet per anticipationem loquitur

Dub. 7. L. Quid electi obuiam Xpo in nubibus rapiuntur.

Dub. 8. Quid intelligitur prodigia in cælo.

Dub. 6. K. Quid uirtutes cælorum mouebuntur.

quitur, & e conuerso. Nam sanguis quo denotatur Antichristi persecutio effusione sanguinis fidelium creditur præcedere eclipationem: sicut & ignis cōflagrationis, & uapor sumi. Vel beatus Petrus nesciens protunc ordinē signorum quæque futurorum (quod non uidetur ab re posse dici) non curauit ordinē, sed solū futurum quandoque in medium prothalare. Sunt enim signa futura ordine, & modis deo cognitis.

QUESTIO. II.

SECVNDO' queritur de mundi inuouatione. Vtrum mundo per ignem purgato futura sit terti' mundialis machinæ inuouatio, ac corporum cælestium a motu quietatio, ac pro laboris complemento præmiatio. ¶ Quantum ad articulum primum pro intellectu terminorum notandum. Sicut mundi purgatio fit ab impuritate duplici: ut supra dist. præcedete: ut hoc post resurrectionem purgato, & inuouato. xx. de ciui. dei. c. ult. duplex correspondeat puritas. Sic similiter cum oia propter hominē facta sunt, decet ut homine purgato ab impuritate culpæ, & naturæ mali remotione, & similiter inuouato omnium adesse debentium per merito cuiusdam oppositione, & mundus qui propter ipsum est cōditus, inuouet: quantum tenus homini in corporū cælestiū, & mundanorū qualicumque inuouatione (put statui congruit gloriæ) remunerationem sui recipiat doloris. Cum autē ista inuouatio quæ etiā creatio dicitur, Esaia. lxx. eo quod est a solo deo actiue, fit ad nouitatem perpetuam, quæ deinceps non redit ad uetus stasis immunditiæ: quæ creatura dare non potest: oportet illam inuouationem fieri a deo: quo etiā gratia, & gloria. Præterea sicut mundus est propter hominē, ita homine cōsummato, & mundus uenit (propter obsequiū quod impendit homini) consummandus. Consummatur hō cōpleto numero electorū ad beatitudinis perpetuæ cōsecutionem scdm prædestinationem æternā. Decet ergo & tunc mundū cōsummari cælestis motus (pro statu generationis, & corruptiōis stāte lege necessario)

uniformitate, & essendi modo uniformi. Demū iustus est, ut sicut hominis seruituti conditioni, & utilitati: sic etiā hoī iam remunerato: & undequaque inuouato: mundus, ut ad se pertinet ad dei magnificentiam, & hominis salutem qualescumque per labore suo (ut loquitur Ambr. Roma. viij. & Hiero.) recipiat remunerationem, & inuouationem. Et sicut homo resurgit eiusdem naturæ sed alterius gloriæ: sic & elemēta ipsa, & corpora cælestia operatione, & uoluntate diuina percipiet alteri' erūt gloriæ remanente substantia naturæ, & essentia. Non ergo mutabit species essentialis naturarū in mundi inuouatione: sed addetur quidam perfectio priuata ad statū gloriæ creature rōnalis: ut sic sibi correspondeat mundi inuouatio: & hoīs glorificatio. Ad sic dictū inducūt textus scripturæ Apo. xxj. & Esaia. lxx. cū dicit. Ecce ego creo nouos cælos, & nouā terrā, & non erūt priora in memoria. Et Gloss. c. xxx. tū interlinearis quæ marginalis. Creati cæli noui: sicut creatur in hoīe cor mundū soli deo deditum post huius mortalitatis statū. Et quia tale cor a solo deo est: ideo inuouatio dicitur creatio. Ex his aliquo modo habetur de mundi inuouatione: quia futura est: modus uero non usquequaque patet ex tenore scripturæ: sed soli Deo patet. ¶ Quantum ad articulum scdm, est cōclusio prima. Sicut mundus purgabit igne ab impuritate naturæ, uel culpæ corruptiōis: ita & inuouabitur cuiusdam perfectionis, seu claritudinis, aut luciditatis decore. Hæc cōclusio est cōiter docto. Ad hoc Apo. xxj. Esa. lxx. & xxx. ij. Pet. ij. Heb. j. Psal. c. j. & ibi Gloss. Brūs. Ang. xx. de ciui. dei. c. xxvj. dicit ut mundus in melius inuouatus apte accōmo det hominibus: et carne in melius mutatis. Nec impedit id Salomonis: Nihil nouū sub sole. Eccles. j. quia loquitur de cursu naturalium. Ea uero quæ pertinet ad statū gloriæ non subsunt motui corporū cælestiū. ¶ Secundā cōclusio. Mundi purgatio non est mundi inuouatio dicēda: sed tanquā priuata eā, quā mutatio alia distincta. Ita tenet Richard. Nam corruptio non est generatio. Et licet Philosophus dicat generationem unius esse corruptionem alteri' intelligit ad unū sequitur alio. Sed purgatio mundi non dicit nisi in

Arti. 2. Conc. 1 B. Mundus purgabitur, & in noua bitur.

Obcl. 2. Mundi purgatio non est mundi inuouatio dicenda.

Cocl. 3. Licet cœlū non possit aliterari, habet tamen se se respectu agentis...

puritatis ablatione, & desitione. Innouatio uero alicuius uenustatis acquisitio...

Cocl. 4.

Est probabile dictū futurā nouitatis mūdi dispositionem non esse contra naturā...

Cocl. 5.

Mūdi innouatio non tantū dicit impuritatis ablationem, aut puritatis debitā ex pri...

esse rei preteritæ desitionem: sed quandā cōmurationē in melius. & exēplificat de puero q̄ tēporis successū crescit in uirum manēs idē homo...

nustatis pcepti nem.

Nullus ppter reuelationem pot̄ scire de igne infernali quis sit, & in q̄ mundi, nel rerū parte.

ær erit sicut cœli lucens, auctoritatē scripturæ non legi. Quicquid sit de comparationibus, clarum est Esaie. ix. & Apoc. xxij. q̄ ciuitas illa non indigebit aliquo...

or eorum claritas tunc sine omni impedimento omnibus innotescat: siue q̄ p̄ beatorum gloria alia superaddatur: utrū que deo est possibile, & non est repugnā...

quomō creatura, & q̄ creatura expectat reuelationē Dei,

fatunierfa cū spe liberationis. Vult .n. Deus (post peccatum) hominis uitā esse quandā militiam. Sic ait Paulus Coarctator e duobus desiderium habens esse cū Christo. Multo magis melius aut permanere in carne propter vos. Philip. j. Fuit itaq; Paulus non uolens subiectus uanitati: sed pro salute ecclesiarum dei cū spe liberationis in die reuelationis filiorum dei: ratione cuius omnis creatura Marc. ult. i. homo ad uitam prædestinatus, dicitur ingemiscere, & parturire. Ingemiscere, quo ad spem liberationis: & parturire filios in Christo, sicut Paulus multos per euangeliū genuit filios. Gala. iij. Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus &c. Fortē mouet ali quem: Cur Paulus iam tertio nominauerit creaturam, & non addidit ly omnis creatura, nisi hic ultimo cū dicit. Scimus aut quia ois creatura ingemiscit, & parturit. Itē quare nō dixit tota creatura. Ad primum, secundū Origen. dicitur: quia non omnis creatura subiecta est corporis corruptibilis necessitati propter peccatum: nec in omni creatura est causa dolendi, uel gemendi: licet omnis creatura condolere, & congemiscere dicatur homini dolenti, & gementi. Sūt enim in continuo motu: intereunt, & pereunt, & alia generant. Sic uidet̄ est qualiter sol luna &c. sua ministeria faciūt ad us⁹ hominū. Alunt segetes: arbores, fructus producūt &c. & reuoluto anno q̄ periere reparant. Item in se reuertentes anni circulos uoluūt, & reuoluūt. Cōdolent itaq; homini dolenti nō mentis passione, sed (directa ab agente infallibili) ministerij quasi necessarij exhibitione. Sic dici posset de angelis deputatis custodiae hūanæ citra omnē gemitū; aut tristitiam cum accidit ab eis nōlitum. Facit enim deus āgelos suos spiritus: & sunt ministeriales spiritus misi in adiutoriū illis q̄ saluandi sunt. Heb. bra. j. Ad idem Dani. x. quomodo angel⁹ restitit angelo. Itaq; quia non tota creatura sed aliqua tātum ingemiscit, & parturit: ideo dicitur omnis creatura: & non tota. Homo potest dici omnis creatura: quia communicat cum corporali, & spirituali, sed non est in eo tota creatura:

quia non angeli nec pecora. Taxant hie aliqui Origen. quasi dicat angelos ingemiscere proprie, & similiter omnē creaturam vsq; ad diem reuelationis filiorū Dei, & tunc saluandos. Sed nī fallor textus Orige. hoc non dicit. Ita enim inq; Affectum quandam, & charitatem circa eos exhibet creatura pro quibus uidetur esse subiecta, & pro doloribus eorum dolet, & pro gemitibus gemit. hęc ibi. Qd̄ intelligitur, ut supra, quia ad modum cōdolentis se habet, necessaria uitæ humanæ per tempora administratione, gignendo, producendo, &c. Secundum August. lxxxij. q. q. xvij. pleriq; hæretici multa erronea ex hoc sumpsere dicto apostoli, quia non ritē apostolum intellexerunt. Beatus Ambro. in commēta. Roma. viij. ferē consonat cum Origen. Et uidetur textum apostoli prosequi in genere, de omni creatura, & non solum de homine. qui dicitur omnis creatura Marci. ult. i. ut supra. Hinc uult omnem creaturam nunc esse subiectam uanitati, hoc est corruptibilitati, aut mutabilitati qualicunq; donec compleatur numerus electorum, & q̄ non sit sic subiecta sua uoluntate propria, sed dei in cuius potestate consistit: quia illa sua subiectio nō sibi p̄dest sed homini. hinc, & dolere dicitur cum sibi non prodest sic continuo interire, & reuisciscere, sed homini. Insuper dicit ipsam uenitatem esse corruptionem cui subiecta est: quia statum suū permanenter tenere nō potest. Hinc comedere, bibere, & similia etiam dicūtur uanitas: quia transeuntia: quæ potissimum profunt homini, & finaliter propter eum sunt oia. Deute. iij. ut ei subseruiant pro statu mutabilitatis: & per ea homo ascēdat in cognitionem dei. Rom. j. Consequenter dicit hunc esse sensum uerborū apostoli: quia omnis creatura ingemiscit, & parturit pro quotidiano laborem donec consummetur numerus electorum. Etiā sol, & luna nō sine labore statuta sibi implent spatia. Et spiritus animalium magno gemitu arctatur ad seruitia impendēda. Cōcludit. Hęc ergo omnia expectant requiem ut a seruilī opere liberentur. Non autē dolerent, sed gauderent, si hanc seruitutem sibi

ubi ad deum esse cognoscerent, sed dolent quia nostri causa sunt subiecta corruptioni, & mutabilitati: nec pertinet ad eternitatem. Hęc est sententia Ambro. Hęc uerba beati Ambr. intelligenda sūt forte eo tropo, quo pratum ridere dicit cum floret: & plorat cum flores pereūt, & arefunt. Itē creaturæ conditæ a deo in ministeriū cunctis gentibus Deut. iij. nunc dolent, & ingemiscunt pro nobis: quia suo eē, & uiuere nobis profunt, & necessaria sunt nunc nobis, & expectant finem directum ab agente infallibili, quē finē non cognoscent. Præterea appetunt permanere appetitu naturali: sed propter hominē intereunt, & desunt: nec sibi p hoc, sed hominī profectū faciunt. Dicuntur expectare liberationem, uel reuelationem filiorū dei quā nesciunt: quia tādū ministeriū impendūt homini donec illa cōsummentur. Dolent etiam, & ingemiscunt: quia ad modum dolentis se habent cum intereūt, & occidūt. Sic etiā habent se ad modū laborantis pro præmij consecutione: quia indefinenter statutū sibi a deo conferuāt ordinē pro hominis necessitate, & uicissitudine, quasi finem expectent certissimū donec cōsequatur eundē. Dicitur itaq; quodā tropo quasi dolere ex finis dilatione, & expectatiōe. Sic de sole, & luna &c. Hinc claret textū apostoli non esse manifestum: per consequens non posset ex eo euidenter inferri totiū innovationem mundi. ¶ Sexta conclusio. Licet satis appareat fuisse de mente Philosophi morum celi perpetuo duraturum: at tamen theologi communiter tenent oppositū. Prima pars sumit ex. xij. Methaphy. ubi talem ponit rōnem. Inconueniens est optimam substantiā impassibile non sortiri finē suū. Et per optimam substantias intelligit eas quæ sunt causæ actiuarū rationum. Si ergo optimus finis substantiarū separatæ est in causando rationem alicuius corporis celestis, & comunicando alijs esse: & nō potest illum finem habere nisi moueat cælum, ergo non potest non mouere eū lum. Item nobilissimæ substantiarū est perfici, nō solum in se, sed etiam in comunicando alijs esse. Hoc aut fieri nō potest sine latrone causæ acti

uæ, & motu celi: ergo semper mouebūt. Illam rationem philosophi quidam parui faciunt: dicentes finem optimum substantiarū nobilissimæ esse in speculatione ueritatis, & non in mouere corpus. Allegant Philosophum. x. Ethic. Sed laborat in æquiuocatione nominis sine de quo dist. sequente. quæstio. j. Finis enim q̄q; sumitur pro fine simpliciter dicto: qui & perficiens dicitur formaliter potentiam uel essentiam obiectiue. Ratione primi dicitur finis, intra ratione obiecti, finis extra. Et sic loquutus est Phis. x. Ethico. de fine qui est beatitudo. Alius est finis nō simpliciter, & est aliquis effectus consequens ex perfectione rei, licet non perficiens rem. Sic enim diceret Phis q̄ substantiarū ex perfectione substantiarū, quia est substantia nobilissima, conuenit nō solum q̄ in se perficiatur: sed etiam q̄ suam perfectionē alteri comunicet ad extra: aliam substantiam producendo. Et ille dicitur finis consequens siue terminas, licet per ipsum potentia non perficiatur nisi arguitiue. Et ille finis secundus haberi nō potest a substantijs separatis siue intelligentijs, siue motiōe corporis celestis. Hoc modo diceret Phis, q̄ illæ substantiarū nō solum sunt in se perfectæ, sed ex plenitudine perfectionis q̄ habent: quia nobilissimæ substantiarū necessariō comunicant suam perfectionē alijs absq; hoc q̄ per istud perficiatur, licet istum finem consequentem siue terminantem non possunt habere sine latrone corporum celestium. Potest ergo talis modi formari ratio. Inconueniens est, & impossibile substantiam perfectissimam carere aliquo q̄ sibi cōpetit ex parte substantiarū, siue illa perfectio sit intra, siue extra: siue sit comunicatio perfectionis suæ ad extra in productione aliorū. Sed substantiarū perfectissimæ, & separatæ contingit q̄ nō solū in se perficiatur: sed etiam perfectionem suam in alias transfundat. Et cum id facere nō potest sine latrone corporum celestium: ergo. Est ergo finis duplex, scilicet terminans nō consummas, & perficiens. Sic dicitur aliquod quandoq; utile alijs quia dirigit ea, & regulat. Sic Metaphysica utilis est alijs scientijs ut il-

Finis duplex terminans: non consummans: non cōsumans,

cur Paulus nominauerit creaturam tertio, & non addidit ly omnis creatura.

Cōcl. 6. E. Philo- sophus tenet motum celi perpetuo duraturum. at Theologi tenent oppositum.

& perficiens.

la utilitas correspondet fini: quia dicitur terminas, sed non perficiens. Alio modo dicitur aliquid utile: quia subseruit fini, & coeuenit alij ad finem. Sic alie scientie sunt utiles Metaphysicæ, & seruus est utilis domino suo. Et sic secundum prædicta in propositione quinta creaturæ sunt utiles homini ad finem suum. Et illa utilitas corrumpit perficiendi fini: quia subseruit eidem. Secunda ratio Philosophi talis est. Inter perpetua, & semper manentia (quæ sunt cælum motum, & intelligentia mouens) non potest esse difformis habitudo: quæ non confurgit sine alterius mutatione. Cum autem tam intelligentia mouens quæ cælum motum sunt perpetua: ergo inter ea non potest esse difformis habitudo, sed necessariò habet eandem habitudinem. Habitudo uero inter aliqua non potest uariari nisi ex uariatione alterius extremi. Extrema hic sunt sempiterna, & inuariabilia: ergo illud sempiternum habebit eandem habitudinem hic ad aliud, sicut mouens ad motum. Tertia ratio. Quicquid est in entibus, uel est simpliciter necessariù in essendo, uel ut in pluribus, aut paucioribus, uel ad utrumque. In cælo nihil est ad utrumque. Nec ut in paucioribus, quia utrumque esset imperfectionis repugnans cælo. Nec aliquid est ibi ut in pluribus. Sic enim oppositum quandoque contingeret, cuius contrarij nunquam competere potest, secundum Philosophum de pertinentibus ad motum illum regularem. ergo quicquid ibi est simpliciter est necessarium. Has rationes Scotus extendit, & examinat. &c. Secunda pars theologorum tenentium oppositum fundatur in auctoritatibus, & rationibus. Primum adducitur auctoritas Apocalypsis. x. ubi angelus iurat per uentem in secula seculorum: quia non erit tempus: postquam angelus cecinit tuba: quo canente mortui resurgent. j. Corin. xv. Secundò adducitur Esai. lx. Non occidet ultra sol tuus, nec luna minuetur. sed occasus solis, & luna diminuetur ex motu cæli causantur, ergo motus cæli quandoque cessabit. Tertio, Zacharia. xiii. Erunt dies una quæ nota est domino, non dies, neque lux: & in tempore uesperis erit lux. Et alia possent adduci ex glo. Ratio theologorum est: quia motus

cælorum est propter generationem hominum prædestinatorum ad uitam, ergo consummatio numerus electorum motus cæli cessabit: eo quod nunquam cessat finis motus illius. Homo enim est finis omnium. ij. Phy. Et omnia condita sunt propter hominem Deuter. xiiij. Gen. j. Prætereà, ij. de generatione, motus cæli est propter applicare actiua passiuus. & non est perfectio simpliciter dicta sed secundum quid pro statu mortalitatis. Est enim motus entis in potentia, secundum quod huiusmodi secundum Philosophum magis sonans in genere ad imperfectionem quam perfectionem. Cum ergo motus cæli est necessarius pro statu huius uitæ propter applicare actiua passiuus in generatione huius seculi quæ tunc cessabit: ergo cessante fine, causa cessabit. Omnis enim motus est propter aliquam finem: ergo habito illo fine cessabit motus, qui est propter ipsum finem. Alias enim frustra fieret ille motus carens fine. Prætereà, quies & uniformitas essendi est nobilior motu: quæ quies magis assimilatur primo motori non moto, sed immobili. Itè Gen. j. Fecit deus duo luminaria &c. ut diuidat diem, & noctem, & sunt in tempore in dies, & annos. & ille uidetur esse finis eorum principalis quæ facta sunt a deo. Id dicitur Esai. lx. Non erit amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lune illuminabit te, sed erit dominus in lucem sempiternam. Similia adduci possent plurima. Septima propositio. Tamen motus cæli cessabit in nouationis mundi tempore cessante hominum prædestinatorum ad uitam iam consummata multiplicatione: attamen nec motus cæli desinitio, aut cessatio, nec eius perpetuatio potest sufficere, & euidenter probari, uel auctoritate scripturæ: uel demonstratua ratione. Primæ partis possibilitas manifesta uidetur fidelibus: qui omne agens liberè, & contingenter, potest a motu cessante. primus motor, uel intelligentia est huiusmodi. Maior probatur quia liberum arbitrium est ad opposita, nec potest cogi proprie. Minor probatur: quia secundum Philosophum ut aliquis uolunt intelligentia mouet, ut amans, & obtemperans causæ primæ: uolens in causæ primæ im-

perio obtemperare primus motor ut defectus, & amatus. Nec mouet necessariò sed liberè. Et esto quod finis haberi non potest sine uolitione illorum quæ sunt ad finem: tamen per hoc uoluntas non cogitur: sed liberè uult. Itè secundum ueritatem scripturæ, sol stetit iubente Deo Iosue. x. ergo potest esse iterum atque iterum listere. Ad hoc Aug. ij. lib. de mirabilibus scripturæ. cap. iij. ait. Sol duos dies conclusit in uno, & luna diei spatio non occurrit: quæ uarietas illa nihil in anni cursu, & reliquorum dierum commouit, dum sol, & luna quæ uult. Item sol retrocessit. iij. Reg. xx. tpe. Ezechiel: ut exponit Aug. ubi supra. ca. xxv. & Dionysius in epistola ad Polycarpum dicit id contineri in historijs sacerdotum Perlarum &c. & toti orbi esse notum: usque nunc celebrari memoriæ triplicis solis, ut supra. Et dato quod angelus moueat necessitate naturæ (quod non admittitur) potest tamen a causa prima impediri. Sicut enim natura potest impedire motum grauium, & leuium: ita deus cæli motum similiter. Corollariū. cum motus corporum celestium cessabit, hoc fiet non necessitate naturæ, sed diuina uoluntate nolente prout cæli moueri cum cessauit finis quo motus eiusdem, completo prædestinatorum numero. Fortè illa deridet Philosophus dicens nunquam ignobilius posse poni finem nobilioris: intelligendo id de fine perficiente, secus de fine consequente proueniente seu qualitercumque terminante. ergo motus cæli non habet finem generationem hominum. Primum admittit theologus de fine perficiente cum Philosopho aut gratia cuius. & sic uterque negaret ignobilius esse finem nobilioris: intelligendo de fine perficiente, & dirigente, uel gubernante, ut supra de utili. Verum loquendo de fine consequente siue terminante qualitercumque: secus est, qui etiam est quælibet finis quo, seu operatio consequendi finis gratia cuius. Et tunc ex defectu illius finis (quem Philosophus posset negare: quia ponit perpetuitatem generationis, & motum cæli perpetuum) non sequitur motum cæli deficere: sicut nec ex defectu effectus sequitur causam deficere, & desinere, maxime cum effectus ille deficit, non

ex defectu causæ, sed alicuius alterius. Sicut in proposito Theologus dicit generationem deficere, & cessare consummato numero electorum non necessitate, aut fatigatione, uel defectu naturæ mouentis: sed diuina ordinatione, & uoluntate. Et si aliquis diceret motum cæli tunc frustra fieri: negaretur: quia etiam non habet finem consequentem aut terminantem: nec diffundit suum esse in alios suo motu, & operatione quæ est finis quo habet tamen finem perficientem. Sicut nec deus fuit frustra ab æterno: licet non comuicauerit rebus esse, creaturas producendo ad extra, quæ sunt finis terminas dei. Quia si dicitur homo finis omnium, intelligitur generabilium, & corruptibilium: quia homo est nobilissima creaturarum corporaliū. Et in hoc secundum prædicta homo quodammodo dicitur finis omnium aliorum corporaliū: quia perfectior eis: & omnia subserviunt homini: cum sit conditus ad imaginem dei. Gen. ij. Cælum uerum, & corpora cælestia condita sunt a deo in ministerium cunctis gentibus sub cælo. Deu. iij. Prætereà etiam secundum theologum intelligentiam, si deo iubente non moueret, haberet finem optimum gratia cuius deum, cuius imperio obtemperat, quæ nunc attingeret actu intellectus, & uoluntatis, & ille est finis perficiens: non sic finis terminas qui non perficit intelligentiam intrinsecè. Dare enim rebus esse non affert perfectionem intrinsecam agenti, sed arguit uel ostendit ei inesse quandam perfectionem. Est enim perfectio extrinseca transiens in materiam exteriorem. Valent pro dictionum explanatione dicenda distinctio. sequente. quæst. ij. conclusionem. iij. de perfectione prima, & secunda. & quæ perfectio accidentaliter perficit substantiam &c. Itè quæstio. j. quomodo aliquid creatum potest dici summa perfectio hominis. Et licet cessationem motus cæli doceant auctoritates allegatæ: attamen ad primam de Apocalypsis dicunt aliqui: intelligitur de tpe prophetiæ: quia id cessabit completa uirtute, uel de tempore hæresis Arrianæ. Ad auctoritatem Esai. lx. facile dicitur cum textu. Sol illuminans ciuitatem electorum non deficiet: quia dominus erit ibi in lucem

Quodammodo homo finis omnium.

Coroll. Cuius motus corporum celestium cessabit, hoc fiet non necessitate naturæ, sed diuina uoluntate.

Prop. 7

F

Est motus cæli cessabit tamen nec motus cæli desinitio, aut cessatio probari potest.

sempiternam. Ita q̄ ad hoc non indiget illuminatē alio, nisi gloria dñi. Immo il la clausula. Et dominus erit tibi in lucē sempiternam, statim reperit. Glo. aliter exponit. Auctoritas Zacha. nō est clara de motu: nec erit electis uicissitudo diei, & noctis: sed lux sempiterna. Ex hoc non p̄t inferri cessatio motus cœli: quia p̄t alias moueri, ut supra, & habere finem gratiæ cuius, licet non terminantē. Item diceret Phils. sicut secundū scripturas illa dies soli dño nata est: ita & habitudo cœli tunc futura. Et ita rationes theologici possunt solui. Posset etiam dictū theologorū ostēdi ex parte mobilis, cum ille motus cœli nec est naturalis, nec uolentus. ¶ Si uero aliq̄ adducit rōnes, & auctoritates q̄ mot⁹ cœli nō cessabit: & primū Gen. j. Fecit duo luminaria, ut sint in signa & tpa &c. Sed illud sine motu esse non potest. Rñdetur, etsi fiat facta adhuc finē, tamen ille finis non est principalis: sed finis sub fine p̄ statu mortalitatis, & corruptionis: p̄t ergo eo carere. Ad aucto. Gen. viij. Cūctis diebus terræ æstas, & hyems nox, & dies non requiescent. constat q̄ loquitur de statu presentis temporis p̄ uita terreni hominis, ut habet Hier. xxxj. quia ille ordo statutus a deo nō mutatur. Aliter respondet Sanct. Tho. in quarto. ¶ Si adducitur a Philosopho rōnes. ix. Metaphyc. & secundō de cœlo. Nullum agens cessat mouere nisi fatigetur. Negetur: quia agens liberē, & contingenter potest cessare cōuult. Nec omne agens, agendo fatigatur, nec deficit necessariō, nec cœlum cessat moueri necessitate naturæ: sed uoluntate diuina. Nec fatigatur intelligentia mouendo. Nec Phils probauit cœlum non esse in potentia conditionis ad moueri, & nō moueri. q̄ tamē uerū est, & cœlum stetit scriptura clamat, ut supra. Nec oportet dicere cœlum semp moueri ad uitandum immoderatam actionē in interiorib⁹. Suspēso enim actiuitatis sit præcisē diuina hoc iubente uoluntate. Mono uero cœli dñtaxat actiua passim applicat. Et corpus cœlestē quiescēs eandem habet uirtutē actiuam respectu passi applicati, quam habet cum mouetur, Et omnia possunt

ad esse cœlo stante quæ requiruntur ad actionē tunc sicut nūc cum mouet̄ Corollarū. Nō sequitur immoderata actio superiorū in inferiora ex hoc præcisē, q̄ cœlum stabit: sicut nec modo est immoderata (ceteris paribus) propter mutuā resistētiam causarum proximarum in actionibus suis: aut q̄ utriq̄ ē æque approximātū passo &c. ¶ Ad rationes prius adductas Philosophi diceret theologus: negando q̄ optime substantiæ finis optimus sit communicare alijs esse: quia talis non perficit ipsum in se, uel completiue, nec est finis gratiæ cuius: nec coniungit ipsum bono summo fruiue, & beatificē, in quō consistit perfectio ultimata creature rationalis. Hinc August. xij. de Ciuita. cap. xxiiij. Angeli non sunt etiā rei minimæ creatores. Si queritur: Cur hoc conuenit minori creature, & non angelo: Respondetur: quia non est perfectio: nec affert perfectionem agentis: licet competat ei propter inexistētiam suam perfectionem. Admissō uero, q̄ angelus posset producere substantiā, & esse suum communicare, non sequitur q̄ ergo perpetuō communicabit: eo q̄ ductio accidentalitatis substantiæ alterius non est propter bonum illius particularis substantiæ in se, sed totius uniuersi. Et uniuersum non requirit talē productionem fieri in infinitum: salte nō est clarū, & euidens q̄ hoc requirat. Diceret theologus. cœlū æque appetit quietem sicut motum: saltem oppositum non est euidens: sumendo quietem pro uniformitate essendi, non ut quies est nuda priuatio. Nuda enim priuatio imperfectior est motu: cœli: quia carentia ut talis præcisē nihil ponit. Mot⁹ uero aliquid ponit, scilicet aliter, & aliter se habet. Substratū uero. qd dicit quies. Sed uniformitas se habēdi in esse: est perfecti⁹ q̄ possum in motu: scilicet aliter, & aliter se habere. Præterea perfectio uniuersi petit motū cœli: quia scilicet statum hui⁹ uis: & ob hoc cœlum mouetur potius quā ut cœlum p̄ motum intrinsecē perfectiatur, uel eius perfectio intrinseca compleatur. Est ergo motus cœli perfectio cœli secundum quid, scilicet pro cōpletione uniuersi hui⁹

Coroll.
Non sequitur immoderata actio superiorū in inferiora ex hoc præcisē, q̄ cœlum stabit.

ius siæ corruptionis, ergo sine eo cœlum potest esse æque perfectū cum stat, sicut cum mouetur, quantum est ex parte sui præcisē. Et maior est perfectio sua cum quiescit, & se habet uniformiter, quā cū mouetur. Præterea supposito, q̄ est duplex finis. scilicet quo, & gratia cuius, finis summe perficiens, & gratia cuius intelligentiæ est deus: finis quo, operatio beatifica, qua fruiue attingitur finis gratiæ cuius actus. scilicet intellectus, & uoluntatis. Intelligentia potius attingit finem suum nobilissimum, scilicet gratia actus, per actum intellectus, & uoluntatis, quā per actionem, uel motum quibus datur alijs rebus esse. Nec attingit sic deus in se, sed sicut in uestrigio seu assimilatione extrinseca. Nec primū est causa secundū: quia intelligens, & uolens deum, non nititur per hoc deo assimilari in communicando eis esse. Et sicut ambulatio fit propter sanitatē acquirendam gratiæ, cuius sit deambulatio: sic motus cœli propter generalitatis, & corruptibilitatis sed sic finis accipitur, non pro ultima rei perfectione, nec pro causa finalis: sed pro operatione: quæ fit propter habere intentum aliquid. Et talismodi finis quo, est communiter ignobilior gratiæ cuius: saltem in existimatione agentis, quæ intendit eum, ut supra quæst. xj. prolo. Ockam. Sic in proposito de motu cœli dicatur, siue sit ipsum mobile, siue res successiua &c. cuius partibus reputat esse simul secundum durationem, secundum aliam, & aliam opinionē. ¶ Corollarium. Non semper finis est nobilior ijs, quæ sunt ad finem, secundum aliam, & aliam finis acceptationem. Verum. n. est, de fine gratiæ cui⁹, amato amore amicitie, qui est deus ipse: hic est nobilior omnibus: quæ sunt ad finem. Secus de fine quo. Nec est uerum, q̄ nihil inferiorum sit, nobilius cœlo, ut cœlū est res simplex, uel composita &c. & non dicit aliud. Patet Deut. iij. Est enim conditum a Deo, in ministerium cunctis gentibus sub cœlo. Item uiuens est nobilior non uiuente, & præfertim uiuens anima intellectiua. Hinc August. viij. de ciuita. dei. capit. xvj. Omni corpori præfertur anima quæ uiuens; naturæ. Et lib. ix. cap. ix. Anima

Coroll.
Non est semper finis nobilior ijs, quæ sunt ad finem.

quantūcūq; uitiosa melior est corpore quantūcūq; bene disposito. Et licet incorruptibilitas indicat aliquam perfectionem naturæ: non tamen ponit maiorem gradum perfectionis naturæ. sic nec diurnitas, nec perpetuitas. Materia. n. est ingenerabilis, & incorruptibilis, & tamen imperfectior homine corruptibili. Elephas caro pauina sūt durabiliora homine: sed non specie perfectiora. Hinc Phil. j. Ethicorum contra Platonem. Nihil est melius propter hoc, q̄ est diurnius. quod uerum est, de bonitate specifiæ, & essentiali, non de perfectione secundū quid. ¶ Ad secundam rationem principalem de uoluntate antiqua, & immutabili, potest maior a theologo negari in agente uoluntario, & libero. Quod enim omnino contingenter, & liberē agit potest non agere, & uoluntate antiqua ac immutabili difformiter agere in passum antiquum, & nihilominus permanens, & esse in se immutabile. Secus cum unum agit in aliud necessitate naturæ. Sic enim inter perpetua, & semper manentia, non potest esse difformis habitudo. In proposito cum prima causa mouet omnino contingenter, & liberē seu mandari motū fieri: potest uoluntate antiqua alium, & alium effectum producere circa passum antiquum. Exemplum de creatura conseruata a Deo, & de creatore, cui placuit uoluntate antiqua, ab æterno pro tunc creare (sic de scientia Dei, immutabili sine sui mutatione) & ita nouum effectum in esse ponere. Et quia locus ab auctori tate hic, non ualeat, cum ratio deficit, nec habetur ex Philosophia auctoritas cogens: sed scriptura uidetur esse ad hoc, q̄ motus cœli cessabit &c. Philosophus posset habere contra theologum hoc: q̄ theologus necessariō haberet ostendere uniuersum æque appetere quietem, sicut motum corporum cœlestium. sumendo quietem, ut dicit uniformitatem essendi non priuatiōnem motus præcisē. Et q̄ theologus hoc euidenter probare nō potest, ideo non potest suam partem demōstrare. ¶ Ad tertiam rationem posset hic esse quedam contingencia ad utrumlibet, quantum est ex parte subiecti, ad moue-

Artic. 3. Dub. 1. Vtrum motus cæli sit uiolentus uel naturalis.

ri, & non moueri: tamen illa contingens est completiue a uoluntate diuina libera: quæ dū uult ipsum moueri mouetur: sistere, sistitur, & quiescit. Non autem potest uoluntas diuina determinari necessariò ad alteru illorum. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primū. Vtru motus cæli sit uiolentus, uel naturalis: & unde sit contingens cæli ad utrumlibet completiue respectu moueri, uel quiescere. Ad primū respōdet Auicena. ix. Metaphysicæ. Nec est uiolentus, nec naturalis. Non naturalis, quia cum talis est, ad quietem naturalem in illo ad quod est motus: cum mobile peruenit illuc, naturaliter quiesceret: per consequens nõ poterit inde moueri nisi uiolentè: per consequens cum secundum diuersas cæli partes mouetur ab una parte in aliam licet spherice: dum tēdit ad unum recedit ab alio, & sic idem mouetur naturaliter, & uiolentè. Nec uiolentus: quia tunc recessus esset naturalis: per consequens, ut prius simul esset uiolentus, & naturalis. Ad secundum: licet cælum sit de se in potentia contradictionis ad moueri, uel nõ moueri, & ad neutrum præcisè determinetur: ac ex parte nobilioris nulla sit repugnancia ad hoc, uel aliud, puta moueri semper uel quiescere, tamen illa contingens ad utrumlibet est completiue a Deo omnino libere mouente cælum: cuius uoluntas non determinatur necessariò ad alterum illorum, puta mouere, uel sistere cælum. Ad hoc facit figura spherica, & circularis habitus ad motum circularem: sed non sufficit ad hoc, q̄ ille motus sit naturalis: sed tantum, q̄ non est uiolentus dicendus. Fortè possent dici naturalis negatiue, id est non innaturalis. Cælum enim nec graue, nec leue est: ergo ille motus sibi congruit cum mouendum est. ¶ Secundum dubiū. Si motus cæli cessabit, & nomine motus cæli maxime uenit motus primi mobilis: quid de alijs motibus, & primum ad ubi, dicendū. Cessabit omnis motus localis naturalis: non solum corporum cælestium in utroq; circulo æquinoctiali, & zodiaco, epicyclis, & eccentris: sed etiam motus figuræ ignis, & aeris superioris, quos primum mobile rapit se-

Dub. 2. Si motus cæli cessabit, quid de alijs motibus?

cum. Illo enim cessante cessabunt & alij motus super polis mundi. Ad quid alia spheræ suis uoluerentur polis? si saltem possibile est, cum ex hoc fieret de ordinatio totius spheræ cælestis. Si enim ratio cessationis motus cæli aliquid concludit de primo mobili, longè amplius, & hic ualet. Et ideo tempore Iosue totum firmamentum stetit: non tamen per hoc aliquid uarietatis attulit anno. Statio uerò illa non fuit effectiue humano imperio, sed domini dei mādato ad hominis desiderium. Nihil enim propter iubētis hominis uerbū creaturæ faciunt. lib. ij. de mirabilibus scripturæ. cap. iij. sed quod dominus serui sui ordinationi obediendo præceperit hoc faciunt. Ad idē cap. xxviii. de Ezechia rege de quo. iij. Regum. xx. Et Esaia. xxxvii. Vbi, secundū Aug. ut supra, Sol ab occasu in ortum per decem horas reuertitur, quatenus inde iterū ortum suū inciperet, cum iam demptis duabus horis dies consummatus fuit. Sic etiā tenet Dionysius. ut supra. Refert ibidem Augustus. aliquorum esse sententiā, q̄ sol per duas horas, cæli cursu in ortum reuertebatur, ut dies integra rursū sine nocte interueniente in ortu innouaretur, ut sic duos dies hac uice in luce non concluderet. Dicit quoq; maris uicissitudinem tunc fuisse impeditam. Nec per hoc sol fuit mutatus: sed domino præcipiente obediuit suo conditori &c. Ad idem Dionysius in epistola ad Polycarpum dicens diem illum fere triplo maiorem solito effectū: quia. xx. horis &c. Insuper cessabit tunc consequenter esse comitans motum cæli, & luminarium cælestium: scilicet fluxus, & refluxus maris: qui uenit ex lunæ cremento, uel decrescencia. Nec est imaginandum, q̄ luna tunc non luceat, quia uerè lucebit, sed quia non est spatium terræ discooperum susceptiuum fluxus maris. Omnia enim tunc sunt innouata, & suis locis dedicata. Consequenter est probabile dictū, q̄ cessabit simpliciter motus grauium, & leuium sursum, uel deorsum, quia quodlibet optime dispositū, & qualificatum pro statu quietis suam tenebit locum loquēdo de motu naturali. A qua erit orbiculariter super terram, ut dicit

Dub. 3. De motu alterationis in genere.

Palud. & quodlibet elementorum in suo constitutum manebit loco. Sic etiam sol clarissime tunc lucebit, nec carebit lumine, ut quidam uidentur dicere. Harum rerum cognitionem non habet status uic. De motu animali progressiuo dictū est dist. xiiii. q. ij. de dotibus. ¶ Tertium dubium: de motu alterationis in genere. Respondetur, q̄ secundum beatum Augustinum sancti perpetuum tenent esse, & transire transit: & omnia sunt innouata, & creatura liberatur a seruitute corruptionis, secundum Apostolum. Non erit ibi alteratio physica, & corruptio contrarij ad nouam formam corporalem &c. sed beati consistent in perpetua laudatione dei, & omne eorum opus erit laus dei sine fine: sine defectione, sine labore, secundum Augustinum in Medi. cap. xxiii. & in hymno de gloria paradisi. Nouas semper harmonias uox, uox meloda conceperat, Et in iubilum prolata mulcens aures organa pectoris arcana penetrant alterutrum. Ideo necesse est dicere futuram ibi quandam spiritualem mentium alterationem. Habebunt enim suas cogitationes, & affectiones pariter, & locutiones, & gaudium beatitudinis alterutra. Erit ergo ibi quædam spiritalis generatio, & corruptio sine uicissitudo, ac continua ueritas sine fastidio uidere deum &c. Cum hoc fiat, q̄ cognitio de Deo nunquam remittitur, sed nec intercipitur. ibi enim non erunt cogitationes spirituales cogitationes uolubiles: quantum ad obiectum beatificum. Et ut uideatur uelle idem ubi supra, erit ibi sanctorum uocalis cantus, & melodia organica: per consequens erunt per consequens erunt ibi etiam corporis motiones. Itē. xxij. de ciuit. dei. c. iij. uult q̄ apud beatos manebit peccatorū scientia: licet nõ experientia. Itē & scientia: miseræ damnatorū. lib. xx. c. xxij. Alias quò misericordias domini in æternū cantabant? Non ergo tunc oblivione ducentur lux liberationis, ne suo redē priori ingrati euadāt. ¶ Quartum dubiū: quæ sunt illa, quæ tempore innouationis, & purificationis mundi omnino desinēt esse: & qua re aliqua desinēt esse, & non alia. Ad hoc respondet Richard. ponendo causam in

Dub. 4. Quæ sunt illa, quæ...

aliquibus incorruptibilitatē, uel totius, uel partis, uel partium, & nõ totius. Sed non cogit. Nam incorruptibilitas secundum beatum Augustinum uerè, & præcipue: est a diuina uoluntate nolente rem illam desinere unquam. Cum enim elementa secundum eum sunt corruptibilia in partibus, non uidentur quiti, & in toto possint diuina potentia corrūpi. Sicut. n. ceperunt esse post esse, & cōtingere sunt a deo producta: ita possunt nõ esse, & a deo corrumpi. Ideo dicendum, q̄ uoluntas diuina in causa est, uolens aliqua manere, uel pro gloriæ perennis perceptione: quod est solius creaturæ rationalis, uel pro decore machinæ mundialis: & sunt dumtaxat elementa in sua totalitate, & corpora cælestia sine super cælestia. Non uidentur animalia bruta, & plantæ esse condita principaliter p̄ decore uniuersis: sed pro necessitate hominis in statu generationis, & corruptionis. Hinc non reperiuntur in superiori parte aeris, uel spheræ ignis. Et licet in minorum animalium fabricatione plus admirationis est, inuenire quā in immensis balnearū corporibus. xxij. de ciuit. cap. xxiii. tamē ista omnia secundū eundē, & innumeræ pulchritudines rerum quos contingit in eis reperi in terris, miserorum sunt danatorūq; solatia: non præmia beatorum. Hinc nõ oportet, q̄ permaneat: cū fuerint uiuorum qualiacunq; solatia, & eorū necessitudini quandoq; opportuna. Et quid de uegerabilibus? uidentur omnem eorūdem perfectionem, & similiter brutorum eminenter contineri in homine ad dei imaginem condito, & ita in homine ista includi eminenter. ¶ Corollariū. Omnia mixta generabilia, & corruptibilia (homine deÿpto) desinēt esse, sed corpora simplicia dicta elementa pura pariter, & corpora cælestia manebūt p̄ uniuersi decore. ¶ Corollariū secundum. Causa destructionis, uel permanentiæ horū, uel illorū est sola diuina uoluntas, & nõ incorruptibilitas naturalis rei talis, uel talis. ¶ Quintum dubiū. An tempus cessabit motu cæli cessante. Dicendū. Tempus in genere est mensura qua cognoscitur quantum aliquid duret, moueatur, aut quiescat. Si u-

Coro. 1. Coro. 2. Dub. 5. L. An tempus cessabit motu cæli cessante

ro in speciali, tempus dicit motum uelocissimum uniformem, & regularem maxime nobis notum cuiuscumque; sphaerae celestis: quo metimur motus alios, & operationes inferiores: & certificamur ueluti quadam mensura regulari, & uniformi de duratione, motu, uel quiete rerum inferiorum, & operationum nostrarum: sic cessante motu caeli cessabit tempus. Secundò, si tempus dicit in genere quocumque; motum nobis cognitum per quem mensurari possumus motus alios minus nobis cognitos, uel rei alicuius quietem, aut durationem, sic non oportet dicere, quod tunc non erit tempus. Sicut si notum est alicui, quod charta una potest scribi in hora, & alter toto tempore currit quo charta scribitur: dicitur tota hora cucurrisse. Sic potest esse post resurrectionem, & iudicium tempus. Tertio tempus accipitur pro conceptu mentis quo secundum rationem quis iudicat se tanto tempore locutum, & prout artifex in animo suo aliquo modo potest diiudicare longitudo nem horae, uel temporis, ut comperitur est a multis. sic non cessabit tempus post resurrectionem. Sicut enim nos per tempus imaginatum metimur longitudinem, uel breuitatem operationum nostrarum: ita & beati facere possunt, & mensurare poenas damnatorum. Quarto tempus potest esse in anima, & extra animam. Extra animam est motus aliter cognitus quo quis utitur ueluti quadam mensura, seu quasi ueluti sibi cognita ad sciendum durationem alicuius motus, uel etiam rei permanentis, uel quietis (saltem per accidens) rei alicuius: quae alias non potest scribi ut supra. Vel est motus quidam quem quis animaduertens potest scire, quod diu res aliqua mouetur durat aut quiescit. In anima tempus est, conceptus mentis ad intra, quo aliquid numeramus, uel etiam mensuramus. Hinc tempus quantum ad rationem discretiuam est in anima. Nam sine ratione discretiua non potest fieri mensuratio motus. Quantum ad rationem motus, qui est nobis, uel aliter cognitus, secundum quem mensurat motum alium, seu durationem, aut quietem minus cognitam, est extra animam.

Hinc nomen tempus dicit motum ad extra, & connotat actum discretiuum numerandi, uel mensurandi secundum successionem prioris, & posterioris, & connotat actum discretiuum mensurandi, uel numerandi. Est enim tempus mensura successione, id est prioris, & posterioris, & id primum, & essentialiter dicit tempus, ut quidam loquuntur: quia est de ratione essentiali temporis. Hinc commentator quarto Physicorum. commento. cxxxij. Tempus mensurat motum primo, & essentialiter. Et Aug. in categorijs de quantitate ait. Ipso motu necesse est habere tempus mensuratum. Ex illo sequitur, quod quoad motus mensurat motum: quandoque durationem rei permanentis: quandoque quietem. Exemplum primi. reuolutio solis opera diei unius. Item cursus horologii arenosae lectionem unius horae. Aut hominis dormitionem secundum comam. ut supra siue silentium. secundum Aug. xj. confesso. cap. xxvij. Nec est hic cogitandum tempus esse aliquid a rebus permanentibus, uel accidens inherens motui. Sed illa propositio, tempus est mensura aliarum rerum, ualeat haec, per hoc, quod aliquid mouetur uniformiter, & regulariter potest intellegi certior reddi quoad diu res aliqua durauerit, uel mora sit aut quiesuerit: ut scilicet id dictum, tempus est, ualeat hanc totam orationem, aliquid mobile mouetur uniformiter. quod dum intellectus considerat, & uidet nunc esse ubi prius non fuit, redditur certior quoad diu res aliae durauerint, motus sint, aut quiesuerint. ¶ Corollarium. Loquendo physice tempus praesens competit primo motui primo mobilis uniformiter moti. Sicut enim risibile est propria passio hominis, ita tempus est propria passio primi motus. Praedicatur enim per se secundo modo de motu primo, & conuertitur: non sic de alijs. Et secundum Ockam termini supponunt simpliciter, uel materialiter. ¶ Corollarium secundum. Sicut conceditur risibile esse aliquid ipsius hominis: quia est passio praedicabilis de homine, & est homo: sic tempus est aliquid ipsius motus, & est motus. Praedicatur enim de motu quinto. Quia secundum beati Aug.

August. xj. confessio. cap. xxij. Tempus non est aliud nisi distinctio motus. Ideo cuiuslibet motus propria distinctio dici potest sua mensura propria, & intrinseca, & sic quilibet motus habet suam mensuram propriam, & intrinsecam. Sic mensuratum non potest esse sine sua mensura: eo quod mensuratum huiusmodi dependet essentialiter ab illo quod est sua mensura. Et sic mensura rei potest dici transire de pendentiam essentialem mensurati: quia dependet a suis partibus. Quidam ponunt tempus commune, & tempus proprium, sicut ponitur locus communis, & proprius. Tempus commune potest dici motus primi mobilis uniformis, & regularis: quo motu magis certificari possunt singuli uolentes mensurare rerum durationem, motum, aut quietem. Vnde primo attribuitur ei quod est tempus, & conuertitur. Secundum Philosophum tamen absolute loquendo non oportet. hinc illa potest concedi. Non omnis motus est tempus: si commune. Notificat ergo aliqui tempus commune post dicta in dist. xliij. q. ij. quia est primi mobilis quo mensuramus omnes alios motus inferiores, uel mensurare possumus propter sui regularitatem & uniformitatem. Tempus proprium est mensura, siue distinctio propria cuiuslibet motus ei intrinseca, & essentialis. ¶ Corollarium sequitur. Sicut motus primi mobilis. quo caelum uoluitur, correspondet omnibus motibus inferioribus, tanquam mensura durationis eorum: et quod durate illa reuolutione caeli: sic tempus unius naturalis diei (quod est mensura intrinseca illius reuolutionis diuinæ) correspondet, tanquam mensura extrinseca omnibus istis particularibus distinctioibus, & motibus ad mensurandum eorundem durationem, uel continuationem. Consequenter illae distinctiones, & motus particulares sunt tempora propria intrinseca mensurantia suos motus, quorum mora seu duratio continetur per unum diem naturalem. Et sicut hoc dictum procedit de die, sic de hora, sic de duratione per mensem, per momentum, per annum, per quancumque partem diei. Hoc intendit beatus August. xj. confessio. cap. xxvij. cum

arguit contra aliquos dicentes solum motum corporum caelestium esse tempus, uel tempora: ostendendo, quod si caelum staret, & rota figuli moueretur, adhuc esset tempus mensurans motum illum: quia sua propria distinctio: eo quod tempus non est aliud nisi distinctio motus. Et istam notificationem ponit etiam Simplicius super praedicamenta. Secundum nunc datas distinctiones facile patet si post inuentionem mundi erit tempus, uel non, caeli motu cessante. Tunc enim non erit deinceps tempus commune, & uniforme quo mensurari possint omnes motus alij: sed erit tempus cuiuslibet motui singulatum intrinsecum, & distinctio propria rei cuiuslibet seu mora, & duratio continua, quam metiri potest animus creaturae rationalis. Hinc Aug. ut supra. c. xxij. Nemo dicat caelestium corporum motus esse tempora: quia cuiusdam uoto cum sol steterit: ut uictor Iosue praedium perageret: sol stabat, sed tempus ibat. per suum quippe spatium temporis, quod ei sufficeret, illa pugna gesta atque finita est. Vide igitur tempus esse quandam distinctionem. Et iterum cap. xxvj. Visum est mihi nil aliud esse tempus, quam distinctionem, sed cuius rei nescio: & mirum si non ipsius animi. Et cap. xxvij. de metiendo silentium dicit. Quid cum metimur silentium, & dicimus id silentium tantum tenuisse temporis, quantum illa uox tenuit? Nonne cogitationem tendimus ad mensuram uocis quasi sonaret, ut aliquid de interualis silentiorum in spatio temporis renuciare possimus? &c. ¶ Corollarium. Non sequitur: tempus non cessabit: ergo motus caeli non cessabit: quia non quodlibet tempus habet necessitatem dependentiam a motu caeli. Non enim tempus quod est distinctio propria rei, a motu caeli dependet. Huiusmodi enim motus mensurabuntur mensura intrinseca, sine qua res illae esse non possunt: quamuis non mensurabuntur mensura extrinseca communi, quae est motus primi mobilis. Refert uero dicere, ut patet ex logica, tempus non erit, & non erit tempus. Erit enim tempus, & mensura intrinseca distinctione: sed non erit tempus uniforme, & regulare per quod

Coroll.

Coro.

Coro.

Coro.

Aug.

Coroll.

Nō sequitur, tempus non cessabit, ergo motus caeli non cessabit.

possit quis certior reddi de rebus alijs, quādiu moueantur, durent, aut quiescāt: quia cælum statib ut supra. Itē non omnis motus est tempus: quia non omni motu omnia mensurari possunt, sed motu primi mobilis. Tempus est ubiq; .i. tempus est id quo mensurantur omnia ubicunq; sint: tempus scilicet primi mobilis. Item motus non est tempus, id est non sunt termini conuertibiles. ¶ Clare insuper quādo mensuratum potest esse sine mensura & quando non. Potest esse sine mensura accidentaliter, & extrinseca: sed non sine intrinseca. Potest enim esse motus aliquis & haberi eius mensura sine hoc, q̄ primus motus ad ipsum applicetur siue coextendatur ut habeatur eius tempus: eo q̄ talis motus non dependet essentialiter a motu primo: sicut nec panni quantitas ab ulna: sed non potest mensuratum esse sine sui mensura: secundum Sco. loquendo de mensura rei in esse quidditatiuo: hoc est de mensura intrinseca, & essentiali mensurato, sine qua esse non potest. Dependet enim essentialiter a suis partibus essentialibus. Sequitur deniq; quemadmodum hoc dictum uulgatum, Nihil est mensura sui temporis, secundum nūc dicta potest in certo sensu concedi, potest & negari loquendo de mensura intrinseca, uel extrinseca. Videtur etiam concedendū, q̄ mensuratum est sua mensura, intrinseca. s. & essentialis. Item quantum aliquod, sua quantitas. Hæc uidentur concedenda secundum nūc dicta de mensura, & mensurato etiā secundū Scot. dist. p̄senti. q. ij. & Tho. Argen. Sic simili modo instans nō est res statim definit esse in rerum natura, sed est ipsum primum mobile. Et illa locutio breuis, Instans est, ponitur loco huius orationis: aliquid qd̄ mouetur uelocissime, & uniformiter est nūc in aliquo loco determinato, ubi pri⁹ nō erat immediatē ante hoc, & post hoc non erit ibi. Aliquid in instanti mutatur, id est non acquirit partem post partē: sed totum semel acquirit. Instans est temporis terminus: id est quādo mobile mouetur est in illo determinato loco in quo prius immediatē nō erat nec immediatē post erit. ¶ Sextū dubiū. Dicit philoso-

Dub. 6.

phus. viij. Physicorum. Motus cælestis est simpliciter primus. sed in quolibet ordine essentiali destructo primo destruitur, & posterius: ergo cessante cæli motu nullus erit alius motus: quod falsum est secundum prædicta. Item si est simpliciter primus, queritur qua primitate, uel causalitatis, uel perfectionis: ita q̄ alij motus ab illo dependeant essentialiter: & q̄ perfectione alios præcellat. ergo corpora cælestia non sunt priuanda cæli perfectione: sed potius eius conseruatione remuneranda. Quia si dicitur motus ille cessare: quia cessabit eius effectus, generatio s. & corruptio ut supra: ergo pariformiter dicendum de luce: quæ non minus facit ad generationem inferiorum quā motus. ¶ Ad primum. Motus cælestis est simpliciter primus motus respectu aliorū non primitate causæ, uel essentialis dependentiæ aliorum ad ipsum: ita q̄ alij ab eo essentialiter dependant: sed est priuatis cuiusdam perfectionis in certis conditionibus motus, quæ sunt uniformitatis, regularitatis, & uelocitatis. Quia secundum Philosophum. ij. de generatione, nihil facit latio ad generationem, nisi q̄ adducit generas, & applicat actiua passiuus. Ergo si cessante illo motu primo actiui, & passiuum simul sunt, & nō impediuntur: fiet actio, & passio tūc, sicut nūc. Nec sequitur immoderata actio superiorum in inferiora ex statione cæli p̄cise: quia actiuitas tūc cessabit. Eadem enim erit causa agendi tūc, sicut nūc applicatis actiui, & passiuo, & stante coactione Dei generalis: quia motus localis p̄cise non est cælo ratio p̄cisa agendi in inferiora. Nec est hic ordo essentialis, nec dependentiæ essentialis motuum inferiorum ad superiores: hinc illo cessante nō est necesse inferiores stare. Et non uidetur ratio magis cogens, quæ prohibeat actionē, & passionē in inferioribus stante cælo: nisi uoluntas diuina nolēs coagere. ¶ Ad aliud: motus nō est perfectio proprie dicta cæli nisi in ordine ad statū generationis: ideo cessante motu quies erit de eius perfectione, non ut quies est nuda priuatio, sed ut est uniformitas essendi. De hoc supra. ¶ Ad auctoritates scripturæ omnes intel-

liguntur pro statu generationis, & usq; ad completionem nūc electorū, qua cōpleta, iam perfecterunt suū officium pro statu isto cū expectatione remunerationis pro hominis salute, & iucunditate. ¶ Ad aliud: lux sanis placet oculis, & magnam affert delectationem, ut supra de dote claritatis: ideo manebit cæteris definitibus moueri sine lucis, & luminis diminutione. Ideo dicitur Esa. xxx. Et erit lumen lux sicut lumen solis septēplex sicut lux septē dierum. ¶ Ad propositū de mūdi mutatione, Eusebius de Preparatione Euangelica quid senserit, patet. Et similiter de cessatione motus cæli. Et de tempore &c.

DISTINCTIO. XLIX.



OST Resurrectionem uerō &c. Dist. xlix. Expleto iudicio agit Magister in præsenti dist. xlix. de remunerationis præmio: de honorū præmio dist. præsenti: de malorum, sequente. ¶ Conclusio prima textualis est. Vniuersali consummato iudicio boni sine fine uno denario, & summo bono perfruentur: licet differenter pro diuersitate meritum. Mali uerō perpetim, & multifarie cruciabuntur pro differentia suorum facinorum. ¶ Secunda conclusio. Quia omnes homines ardenti desiderio uolūt beatitudinem: nec amari potest, quod penitus, & totaliter incognitum est, nec nescire quis potest, quod scire uelle, & appetere: consequens est omnes homines beatitudinem appetere: non in specie: sed in genere. ¶ Tertia conclusio. Nihil pertinet ad beatorum essentialē felicitatē, seu beatitudinem eorū fugiet cognitionem. Attamen obiectum beatificum differenter contēplabuntur cū paritate gaudij: non quoad effectus intentionem, sed obiectum, unde gaudebūt singuli communem participationem. Harum prosecutionem rextus habet.

QVAESTIO. I.

PRIMO querendum uenit in genere de ultimi finis, & beatitudinis ratione, & quid dicitur. Vtrum hominis sit alius quis unus, & ultimus finis in alium non referibilis, ac beatitudo supernaturalis: danda ipsi quandoq; a Deo in præmium pro uix meritis. ¶ Notandum primò. Nomine finis uenit generaliter loquendo, non solum res, quæ appetitur, & desideratur, sed etiam operatio, qua acquiritur, uel attingitur res uolita, teste Philosopho in principio Ethicorum, cum inquit. Differentia finiuntur esse uidentur. Quidam enim sunt operationes: quidam præter has operata quædam. Hinc colligitur, q̄ finis uno modo est omnis res, quæ appetitur, & sic conuertitur cum bono, & cum appetibili. Sic quæcunq; res, quam quis desiderat, uel cupit adipisci, uel habere, uel conspiciere, uel quomodocunq; exercere, aut in usum suum trahere: aut inde delectationem, & iucunditatem haurire: finis dicitur. Quandoq; nomine finis uenit sola ipsa adeptio, uel possessio: aut habitio. usus, uel fructio: uisus, aut dilectio, seu cogitatio, uel etiā cognitio rei intuitiua, quam quis desiderat habere modo sibi possibili. Sic auari finis est pecuniæ possessio: contemplatiui speculario; & ueritatis indagatio &c. Ista duplex acceptio finis. s. p̄ re uolita, & concupita haberi modo sibi possibili, & secundo pro adeptione, & consecutione, uel operatione, quæ ponitur ut medium attingendi, uel adipiscendi rem ipsam, est satis frequentata. Ex illis sequitur; q̄ appetitus est respectu futuri, & respectu præsentis. Respectu futuri est inclinatio ad aliquam perfectionem habendam: respectu præsentis ad perfectionem habitam conseruandam. Primum conuenit aliquo modo imperfectis, & passiuis: secundum perfectis, & actiuis. Primum potest esse uiatorum respectu beatitudinis consequendæ. Secundum beatorum respectu beatitudinis habitæ cōseruandæ. Primū est pro re obtri-

Artic. 2
Not. 1.
De fine ultimo, & beatitudinis ratione, & quidditate. Quis finis.

menda. Secundum, pro re habita conferenda. Primum potest dici desiderium respectu boni futuri. Secundum amor delectatio, uel complacentia respectu rei adeptæ, & in possessionem traditæ. Opus est diligenter animaduertere: quando illa nomina significant principaliter formaliter, & essentialiter actionem per modum actionis, & quando per modum qualificationis dispositionis: quo disponitur ad melius, uel perficitur formaliter, & inhæsiue subiectum: seu quando sunt in actione, aut qualitate. ¶ **Secundò notandũ.** Secundum Sco. q.vij. finis accipitur tripliciter: saltem ut aliqui textus habent. Primo, pro causa finali. Secundo, pro perfectione ultima, ad quam res ordinatur. Tertio, pro rei consummatione, & terminatione. ut punctus, qui est finis lineę. Primo modo capiendũ finem, Deus est finis omnium, hoc est causa finalis. sua enim bonitas est causa productionis rerũ: quia enim bonus Deus, nos sumus. de illo in ij. collect. dist. j. q.v. Secundo modo, Deus non est finis omnium, siue finis hoc secundum modo sumatur pro operatione humana perfectissima, qua attingit Deus: hoc est pro perfectione formaliter perficiente potentiam: siue sit immanens, siue etiã transiens operatio: siue pro obiecto, quod est causa extrinseca obiectiue perficiens potentiam: quomodo Scot. ponit finem perficientem duplicem finem intra, & finem extra, qui est causatiue obiectiue finis, & perfectionis formalis intra in uia, uel in patria cęlesti. ¶ **Corollarium.** Nō est idẽ finis, & causa finalis: quia non semper finis quomodo cõq; acceptus est causa eius, cuius est finis. quia non finis secundum modos: saltem si sic accipitur pro perfectione formali, & creatæ: quæ inter perfectiones humanarum operationũ, ad quas ordinatur homo, dicitur quandoq; ultima hominis perfectio, & finis ultimũ: seu beatitudo formalis creatæ. Huiusmodi. n. finis non causat hominem: nec ab eo homo dependet causaliter. Consequenter, nulla operatio hominis, aut effectus per operationẽ acquisitus est finis primo modo, hoc est causa finalis. saltẽ proprie loquendo de causa finali: ut supra in ij. dist.

Not. 2.
Finis accipit tripliciter.

Coroll.
Non est idẽ finis & cã finalis.

j quia nullus talis amatur amore amicitie: sed propter aliud dilectum. Non ergo quicquid responderetur ad ly propter quid, est causa finalis proprie loquendo. Sic medicus medetur propter pecunias, quæ non sunt finis medici primo modo, hoc est causa finalis, sed alio modo pecunia dicitur finis: quia concupitur a medico, & intenta ui sua. ¶ **Corollarium.** Nō quilibet finis est causa huius, cuius est finis: nec sequitur: operatio est finis alicuius: ergo est eius causa finalis: quia medicus sæpe intendit sanitatem ægri: quæ tamen non est causa medici. Est ergo sanitas finis hominis: sed non causa finalis. Nec sequitur, hoc est finis: ergo est: quia finis est terminus ampliatiuus ad futurũ. gratia exempli, sanitas sperata ponitur finis deambulationis, & non est nisi in intentione ambulantis. ¶ **Tertio notandũ** in primo notabili. Finis quandoq; accipitur pro rei perfectione, quæ est operatio aliqua: quandoq; pro acquirendo per operationem. Primus finis solet dici finis quo: secundus gratia cuius. & ille quandoq; est amatus amore concupiscentiæ: quandoq; amore amicitie. Sic deambulatio est finis quo sanitatis: disputatio finis quo inueniendæ ueritatis: lectio finis quo tradendæ doctrinæ. Primus finis quandoq; dicitur intrinsecus, uel quasi intrinsecus secundum Scot. & ab alijs immediatus quasi terminus intrinsecus operantis: quia immediate intenditur ab operante, & per eum uult finem nancisci. Dicitur autem quasi intrinsecus operanti: quia non est semper intrinsecus, ut puta cũ est operatio transiens: licet illa non sit sine immanente. Secundus dicitur finis quasi extrinsecus, & mediatus: non q̄ sit semper extra principium operans: sed quia per principium attingitur, uel intẽditur. Nam stat quem operari propter semetipsum: uel intendere sanitatem propter se dilectum, uel propter acquirere uirtutẽ. Et hoc uult. Commentator super cap. j. Ethic. cum inquit. In arte saltandi, & percipiendĩ citharæ fines sunt actiones artis. In quibusdam uerò fines sunt acta, & nõ actiones: ut sanitas artis medicinæ. Primus finis primò intenditur: & propter se quãdã:

Coroll.

Not. 3.

Finis accipit p rei perfectione, q̄ est operatio aliqua.

eundum: non econtra. Sco. nominat finẽ perfectiẽm intra, qui est opatio formaliter perficiẽs potentiã. Finẽ extra, obiectum illius actus: q̄ dicitur eius pfectio extrinseca, uel effectiua. ¶ **Corollarium.** Finis, gratia cuius si rectẽ intenditur, est melior sine quo: quia propter ipsum cõsequendum fit opatio: saltem est melior in estimatione operantis propter ipsum. ¶ **Corollarium secundũ.** Põr esse idẽ finis quo, & gratia cuius respectu diuersorũ, quia medicus curat propter sanitatẽ inducendã, & ut habeat pecuniã. Sanitas est finis gratia cuius quo ad primũ, & finis quo, quo ad scđm. Hinc sequitur finem quo, non semp esse opationem, sed qñq; operatiũ aliquod uolunt propter aliud ipsum consequendum. ¶ **Corollarium tertium.** Finis ultimũ obiectiuũ nõ põr esse finis quo: sed semper gratia cuius, nisi in eo, qui prorsus excecatur. ¶ **Corollarium quartum.** Finis ultimũ (qui qñq; beatitudo formalis nominat: qñq; nobilissimũ, & optimum in gñe actũ humanorũ perfectiorũ: qñq; finis intra, & immediatus: qñq; finis quo: qñq; opatio immanens, uel etiã transiens) est finis quo respectu beatitudinis obiectiue, q̄ est bonũ summũ, & in se. Sed beatitudo formalis, si qñq; dicitur summũ bonũ, intelligitur q̄ est optimum, & summũ bonum in illo gñe actũ, & operationũ, quibus attingit obiectum beatificum uel rez, uel in spe. Et ideo non est summum bonũ simpliciter, & in se. ¶ **Corollarium quintũ.** Aliquod summum bonum est accidens quietans potentia formaliter: & dicitur quietans quo. Aliqd est substantia infinita quietans potentiam effectiue, & finaliter: & dicitur quietans in quo: ut quidam loquuntur. Sic ait Augustinus. j. Confess. cap. j. Ad te nos fecisti domine: inquietum est cor nostrum, nisi quiescat in te. ¶ **Corollarium sextum.** Fine quo, qui dicitur quandoq; beatitudo uia, acquiritur finis gratia cuius, cõlestis patriæ. ¶ **Corollarium septimum.** aliquis finis ultimũ appetitur propter se tantum, aliquis propter aliud: rectẽ, & licitẽ. Patet de fine ultimo, qui est operatio, & obiecto beatifico. ¶ **Corollarium octauum.** Est finis

Coro. 1

Coro. 2

Coro. 3

Coro. 4

Coro. 5

Coro. 6

Coro. 7

Coro. 8

ultimus creatus: est etiam finis ultimus increatus. Patet admissio modo loquendi nunc tacto de beatitudine formalis, & obiectiua. Quilibet dicitur ultimũ finis in suo genere. In genere humanorũ actuum: beatitudo formalis. Simpliciter, & absolute, & indepẽdẽter, beatitudo obiectiua. Si usus loquendi hæc dicta non admittit, corrigantur uerba: maneat sententia. ¶ **Corollarium nonũ.** Hominis, & actuum eius in quantum diriguntur appetitu uoluntario, est triplex finis: obiectiuus, subiectiuus, & formalis. Primus est Deus: aut in genere loquendo finis gratia cuius. Secundus est homo. Tertio beatitudo formalis. Formalis ordinatur in subiectiuum: subiectiuus in obiectiuũ, qui est finis finium omnium, & singulorum, ut quidam loquuntur. ¶ **Quarto notandum.** Aliquid dicitur appetere aliud, uel coniungi alteri multipliciter. Primo modo formaliter, & substantialiter: sic materia appetit formam, ut cum ea constituat unum compositum: Aia scientias, & uirtutes eam formaliter pficiẽtes. Alio modo per quandã assimilationẽ. Quodlibet enim ens, creatũ in sua actione naturali tria intendit ultimare. Primum est, q̄ uult assimilari summo bono, in quantum potest. Secundũ: q̄ uult in se, uel simili sibi in specie p̄fici, & permanere, hoc est uult sui ipsius perfectionẽ. Tertiu est medium, in quo intendit illa consequi: & e generaliter loquendo sua operatio naturalis. Sic uidere est de graui: q̄ aliquo modo dependet a loco: & conseruat ab eo: uult sibi assimilari, quantum potest, & habet quandã similitudinem naturalem cũ eo: habet quoq; naturalem inclinatioẽ ad locũ: & si nõ impedit, actualẽ redẽtia. Ita uidetur aliquo modo esse in omni re mudi respectu Dei: quia. n. res depẽdet in esse, & cõseruari a Deo, qui semp est, uult permanere in se, uel sibi simili: resistit corrũpenti: & eo semoto reducit sese ad naturalem dispositionem. In proposito assimilatio hominis cũ fine ultimo non est assimilatio substantialis, aut in essendo: ut unum induat essentialiter aliterius (sicut uidetur dicere Dion. Amor est uirtus transformatiua, & cõuersiua amoris

Coro. 9

Not. 4. Aliquid dicitur appetere aliud multipliciter

tis in amatu. c. vij. de Celesti Hierarch. & Hugo ibidem super uerbo Acutum. cum inquit. Significat. n. acutum quendam amoris impetum, & uehementiam desiderij ardentis ferentis se in amatum: & inran- tis, & penetrantis, ubi sit, ubi est ipsum, q̄ amatur &c. Et albertus. Non sufficit amori coniunctio: sed querit subintrare amatum, & unire se sibi, secundum q̄ potest &c. Sic quadoq; allegatur, q̄ amans est uerius amatu, qua ipsument. Cui dicto inniti uiderur Henri. Ganden. quem impugnat Scot. q. ij.) sed est assimilatio amorosa: ut sit ibi unitas mentium, ita q̄ creatura deum summe appreciando sese despicit, & contemnit respectu Dei, uolendo precise id, q̄ Deus uult se uelle p̄ omnia. Creaturam ergo exire a sese, & in Deum tendere, est creaturam sese pro Deo dilecto contemere, & in nullo suae uoluntati contrauenire, quasi eade sit uoluntas amantis, & amati. Sic illa dicta de amore acuto, & calido, & de illapsu diuino, de assimilatione hominis cu Deo, de conuersione, uel transformatione hominis in Deum, sane sunt intelligenda ad sensum nunc datum, aut consimilem: quantum ad appreciationem, & sinceram Dei super omnia dilectionem: usq; ad contemptum sui ipsius. Sic anima dicitur uerius esse ubi amat, quam animat: quia pro dilectione Dei, quem amat, se se contemnit, & perdit usq; ad mortem &c. Deum plusq; se ipsam appetendo.

Not. 5. D Aliqui loquentes de beatitudine, dicunt beatitudinem hominis esse quandam perfectionem, quae ex primitur per hoc complexum bene esse qd potest quadoq; exponi affirmative, & positive: & quandoq; negative per ablationem omnis mali, ita qd idem dicat esse beatum, & habere bene. Sic utitur nomine beatitudo Aug. xj. de Ciuit. dei. ca. xj. & xij. & xij. de Trinita. cap. iij. & deinceps, dicens esse mirum cum capeffende, atque retinende beatitudinis uoluntas una sit omnium: unde tanta de beatitudine uarietas. Quidam ueluerunt beatum esse, qui habet, q̄ uult. q̄ August. exponit, ut quetq; delectat. de Trini. ut supra. c. v. Et in de Vita beata, concordans cu

sententia matris suae monice. Beatus est, qui habet, q̄ uult, & nil male uult. Hac generali notificatione praemi sta: est duplex beatitudo scilicet creata, & increata. Beatitudo increata est creatrix essentia trinitas superbenedicta: quam qui habet, uere beatus est. De huiusmodi beatitudine increata, possunt intelligi illae notificationes beatitudinis, quas habet Scot. quetq; j. Beatitudo est bonum sufficiens excludens defectum, & indigentiam. Est bonum perfectum, uel completum excludens imperfectionem, seu diminutionem. Est bonum ultimatum excludens tendentiam, & ordinabilitatem ad aliud completum bonum. Est bonum, quo habito completum bene est habenti. Et felicitas notificatur ab Aug. iij. de ciu. c. xxj. q̄ completitur omnia obtinenda. Hac omnia, q̄ multa sunt in uocabulis, soli Deo competunt, qui est beatitudo increata, & omnis beatitudinis humanae causa. Hinc dominus ad Moysen. Ostendam tibi omne bonum. Exo. xxxij. Et iterum. Ego tibi omnia in omnibus. Omnia in qua unitiue, & eminenter: non diuise, ac formaliter. Sic consimiliter potest notificari miseria: ut sit indigentia firmata, diminutio boni, exclusio rei propter se amatae: & omnis bonis: ita ut plene male sit alicui. Ex habitatione cari tanq; summi boni eo modo ut a creatura attingi, & haberi potest p̄ amorē, & cognitionem socialem &c. beatificatur homo causaliter ab illo obiecto formaliter per illam adaptionem opofam, & amorofam. Beatitudo creata est duplex: uiz, & patriae. Vix consistit in actu, & habitu fidei, spei, & charitatis. Beatitudo patriae sumitur multipliciter apud Doc. & sanctos. Quae. n. nomen id significat aliquid eoru, q̄ sunt de integritate beatitudinis patriae, & no simul totum unitiue, uel aggregatiue: quo consumatur beatitudo, & eius stat; ut docet d. sta doctoru. quae p̄ rei magnitudine nunc hoc, nunc illo utunt noie. Sic quq; cognitio, contēplatio, aut uisio Dei, sola dicitur beatitudo: ut illa noia precise dicunt qualitatem inherentē, disponentem subiectum ad melius, seu ut sunt de qualitate, & non de actione, aut

Beatitudo creata est duplex & patriae.

passione. Sic ponit Palu. beatitudine cōteplatiua, & speculariua. Ioan. xvij. Hac autē uita aeterna, ut cog. Aug. li. j. c. xxv. de mori. ecclesiae, & monac. dicit aeternā uirā esse cognitiua ueritatis, aut fruitio nē ueritatis. Et. j. de Doc. Christ. Summa merces est adherere Deo. Ad idem lib. viij. c. ix. de ciu. dei. Hoc modo uisio, aut fruitio dei dicitur beatitudo. Quandoq; nomen beatitudo supponit pro gaudio, uel delectatione consequente uisionem, aut fruitio nē. x. Confess. c. xxij. Beata uita est gaudium de ueritate. Et iterum. Beata uita est gaudere de re: p̄pter te: ad re. Ipsa est & non altera. c. xxij. Et. c. xxj. gaudium uocat uitam beatam. Illud. n. s. gaudere oēs intendunt in suis actionibus: & id intelligit auditio nomine uita beata, scdm eundē. Aliqñ nomē beatitudo patrie dicit non aliqd illoru diuinae: sed simul omnia illa aggregatiue, & appetitum satisfactionē, & plenā quietationē quo ad corpus, & animam. Et sic accipit nomen beatitudo Boe. iij. de Consol. p. ij. & Ansel. in de similitudib; cum ponit xlij. partes beatitudinis: & in genere dicit beatitudinem esse sufficientiam omnium commodorum secundū uoluntatē absq; indigentia quacunq;. Hoc mo beatitudo non solum excludit omnē anxietatē, & afflictionē: sed & oē desiderium respectu cuiuscunq; ulterioris dilectionis habēda. Quadoq; uerō includit desiderium respectu ulterioris perfectionis, ut puta alicuius beatitudinis accidentalis: sed excludit omnē anxietatē, tristitiam, & afflictionē. Sic animae sanctorū habent desiderium ad resumptionē corporū: & eoru beatitudo quq; dicitur non consummata: licet uera, & perfecta sit. Sic de beatitudine uix consimili modo dici potest: q̄ est oia simul sumpta pro tempore, quae requirunt ad hois gratificationē in uita, ut tandem premiari possit in patria: puta dilectio Dei, & proximi, & quq; media ad hoc cōducētia. Sic ponitur uirtutes beatitudinis Matth. v. De quibus in iij. distin. xxxij. & lib. j. de Sermone domini in monte Aug. Supponit hic dicta in dist. xlij. de beatitudine duplici, & appetitu multiplici &c. De bea-

titudine naturali, & supernaturali sola fide credita. Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Potest dari aliquid comūne, q̄ dicitur finis ultim; & obiectiuus praedicabile de omnibus, in quae naturaliter appetitu naturali tendit omnium hominum appetitus. Probatur: quia bonum est, q̄ omnia appetunt. Hoc n. nomē bonū gnali ter acceptum, ut cōuertitur cū esse aut ente. j. Eth. potest p̄dicari de oibus, q̄ cōtingit naturali appetitu appeti a quacunq; re: & pot dici obiectum adaequatū appetitus naturalis. Vidit. n. Deus q̄ fecerat, & erat ualde bonā. Gen. j. Non aut eēt ualde bona, q̄ sunt a Deo cōdita bona, si appetitu naturali appeterent malū. non. n. appeterēt cōtra suū esse, & cōtra naturā p̄priā, q̄ est eoru bonitas, quā Deo uolēte eē, & ira bonā: ipsa appetitu naturali nollēt esse: & ita nō bonā esse. Quia aut bonū sit finis ultim; obiectiuus, manifestum est. quicquid enim appetitur, ratione boni appetitur. Bonū ergo in gnē est finis ultim; in quē omnū hominū naturalis redit appetit;. Hic nō est actus elicitus: sed ipsamet res nata sic esse, & in natura pmanere, quae quadiu est: appetit bonū: immo est ipsum appeterere appetitu naturali. Ad hoc alludit dictum dñi ad Moysen petentem sibi ostendi gloriā suam. Exo. xxxij. ait dñs. Ostendam tibi omne bonū. i. me ipsum cām ois boni, in quo eminenter includitur, & habetur unitiue oē bonū, & ois sūficientia. Secūda cōclusio. Nō ē aliquod unū bonū, nec numero, nec specie, q̄ oia naturaliter appetant, tanquā pfectionē ab eis formaliter, & substantialiter adipsē scēdā, seu attingēdā. Probaf. Res diuersae sicut nō sunt una, & eadem res numero: ita nec eādem appetūt pfectionē: sed singula suā: quia nec eandē intrinsicā, & essentialē: nec eandē extrinsecā, & accidentalem. Primū pbat: quia pfectio intrinsicā, & prima est ipsamet res aut forma rei. Species uerō se habent ut numeri. viij. Metaph. Sicut ergo nō dantur duae species rerū diuersarū speciē essentialiū. Cōia. n. indiuidua eiusdem speciē specialissimae sunt eiusdē pfectionis essentialis intrinsicae, & essentialiter: ita

Arti. 2. Conc. 1. Pot dari aliqd commune, qd dicitur finis ultimus.

Coel. 2. Non ē aliquod unū bonū nec name. nec specie.

non possunt dari diuersæ species eiusdē perfectionis essentialis: nisi forte una esset pars alterius: sicut homo, & anima humana sunt diuersæ species essentialis. Nā hō est corpus, & aīa spiritus. Sed an sint diuersæ perfectionis, potest uerti in dubium: quia non uidetur aliquibus, q̄ totus homo sit perfectior sua anima intellectiua, & generaliter cōpositum sua forma. Etā diuersa indiuidua eiusdem specie: licet sint eiusdem p̄fectionis essentialis secundū specie: non tñ scdm numerū: cum nihil idē numero sit in pluribus numero distinctis: saltē cōi lege, ut nunc supponitur. Secundū etiā p̄bat̄ quo ad perfectiones extrinsecas: quia multæ sunt perfectiones accidentales conuenientes uni specie, quæ oīno nō cōueniunt suppositis alterius specie: sicut scientia, & uirtus: quæ cōueniunt homini: & nulli sp̄i inferiori. Non n. appetit naturaliter res aliquā p̄fectionē sibi impossibilē: eo q̄ naturalis appetitus dirigitur ab agēte infallibili. Non tñ dicendū: q̄ nulla p̄fectio extrinseca eadem specie cōueniat diuersis speciebus. non enim oportet concedere oēs cognitiones, & amores angelorū differentū specie: differre specie. manifestum est respectu obiecti beatifici. Item in naturalibus est caliditas eiusdē specie in igne, & aere. Eadem humiditas specie aquæ, & aeris: licet diuersæ intentionis. Eadem frigiditas aquæ, terræ, & lapidis &c. quia una generatur ab alia generatione uniuoca: & qñq; intēdit aliā. Et licet eadē p̄fectio extrinseca specie inuenitur in diuersis specie differentibꝫ: nunquā tñ eadē p̄fectio numero inuenitur in diuersis numero differentibꝫ: quare nec in diuersis specie differentibꝫ ex causa p̄missa. ¶ Tertiā conclusio. est aliqd̄ idem numero finis ultimus obiectiꝫ, & bonū perfectissimū unitate numerali, quā oēs homines participare intendunt quadā assimilatione scdm q̄ possunt appetitu naturali. Hæc cōclusio est de mēte phil. de aīa. c. iij. cū dat cām: quare aīalibus datū est generare sibi simile, ut per hoc Deo, quē nesciunt, qui est quoddā esse septerium, & p̄petuū, & cā finalis omnū rerū, assimilent, scdm q̄ possunt. Oīa. n.

illud appetunt, & eius causa agūt oīa, q̄cunq; agunt scdm naturam &c. Probāt rōne. illud, q̄ est omnīū optimū, & in cuius qualicunq; assimilationē cōsistit cā p̄fectiua naturaliter agentīū, ē finis obiecti uis omnū agentīū naturalīū. Sed ille ē tantū unus Deus. f. ergo. Maior probatur quo ad assimilationem ut supra notabili quarto: quia cuiuscunq; rei p̄fectio maior, uel minor (rei inquam dependentis) est ex accessu maiori, uel minori ad primum independentis: qui accessus nō est nisi quadam uestigialī assimilatione remota. Hanc assimilationem oīa appetitu naturali intendunt: qui cū regitur ab agente infallibili, & optimo, non dirigunt nisi in optimum, & p̄mīum omnīū, a quo oīa dependēt in esse fieri, & cōseruari. Hic est deus gloriosus, ergo oīa naturali appetitu ferunt in ipsū. In hoc (ut uideretur) fundatū est, q̄ ratio naturalis distat: saltē ex quadā æquitate, & cōdignitate: q̄ homo plus tenet dilgere summū bonum, a quo dependet, quā seipsum. ¶ Corollariū. Omnīū hominum est idem finis ultimus obiectiꝫ, quē in suo naturali agere intendunt. Hinc & hominis ratio semp̄ depræcatur ad optima. ¶ Quarta conclusio. Licet diuersorū hominum sint diuersi fines ultimi formales: hoc est operationes p̄ adipiscēdo sine ultimo, seu fines quo, & etiā subiectiui numeraliter distincti, omnium tñ eorundē est unū numero finis ultimus gr̄a cui⁹ obiectiꝫ. Prima pars patet ex notabili tertio. Fines ultimi formales quo, sunt operationes uirtuosæ: & illæ sunt aliæ, & aliæ numero in diuersis hoībus: ergo diuersi fines quo, formales sunt diuersorū hoīm. Et cū hoīs dicunt finis subiectiꝫ hōmōi operationis bonæ: & illi similes sūt distincti numeraliter: ergo eorū fines subiectiui sunt distincti. Scdm̄ pars patet de Deo glorioso: quia oīa propter ipsum sunt, ad sensum tactum, & in ipsū referūt, ut in cām finale &c. ¶ Quinta cōclusio. Est de diuersis diuersi dubitauerūt philosophi, at tamē omnes homines beatitudinē appetere appetitu nō solū naturali, sed qñq; libero affirmarūt sine hesitatione singuli. Prima pars est beati Aug. xij. de Trini.

Coroll. Omnīū hominū est idem finis ultimus obiectiꝫ. Cōcl. 4.

Cōcl. 5. Oēs homines beatitudinē appetunt naturali, & quantum ad liberum.

Cōcl. 3. F. Est aliquid idē numero finis ultimus obiectiꝫ & bonū perfectissimū

c. iij. ubi offendit: q̄ licet Academici de singulis dubitauerint: tamen Academicus Cicero in Hortensio, uolens dialogum suum incipere ab aliquo certo, & indubitato omnibus inquit. Beati omnes esse uolumus. Ad idem. j. Confess. c. xx. & xxj. lib. xix. c. j. de ciui. dei. Et lib. iij. cap. xxij. & alibi in multis operibus sui. Probatur cōclusio audito quid nominis beatitudo, quod sonat in genere bonum, sibi, seu gaudium, & iucunditatem sine defectu, secundum Aug. pro huius boni adaptione agunt singuli, ut bene habeat: bene sint in eo, quo delectari maluerint, p̄ ut trahet sua quemq; uoluptas. Verū in illa conclusione nomen beatitudo accipitur largē pro rei p̄fectione in genere. Ad hoc. iij. de Ciui. ca. xxij. cum inquit nullum optare quippiam propter aliud, nisi ut felix fiat. Et infra nullus inuenit, qui se nolis esse felicem. Illarū, & sequentiū auctoritatum intellectu habet infra. q. ij. Loquitur enim de appetitu naturali non elicitō: uel etiam elicitō conformiter inclinationi naturali. Ad idem beat⁹ Aug. xij. de Trini. cap. v. cum inquit. Oēs homines uolunt esse beati: idq; unum ardentissimo amore appetunt: & propter hoc cætera quæcunq; appetunt. Et c. vlt. eiusdem libri. Beatos se esse uelle in corde suo uident omnes, tantaq; est in hac re naturæ humanæ cōspiratio, ut nō falsus hō, qui hoc ex animo suo de animo conijcit alieno. Quo ostendit illam inclinationē esse ex natura specie. Secus de ijs, ad quæ singulus fertur pro sua libidine. In his nō sequitur hic appetit hoc: ergo & idem ille appetit. ¶ Sexta conclusio. Est quadam beatitudo obiectiua increata, & supernaturalis danda qñq; homini a Deo in p̄mīū pro uix meritis. Hæc cōclusio est fidei: & potest colligi ex diuersis promissionibus diuinis in noua lege. Et Gen. xv. Ego merces tua magna nimis. Hæc beatitudo est De⁹ ipse: trinitas super benedicta. ¶ Septima conclusio. Est etiam quadā beatitudo creata perficiēs formaliter hominem cui inhæret: quæq; beatificat. Patet ex notabili. v. ¶ Octaua conclusio. Licet beatitudo formalis siue uix siue patriæ non sit simpliciter, & ef-

Cōcl. 6. G. Est quadā beatitudo obiectiua increata, & supernaturalis. Cōcl. 7. Cōcl. 8.

fentialiter summum bonum amore amicitie diligendum: ueluti beatitudo obiectiua: est tamen dicenda summum bonū creaturæ: nō simpliciter, sed in genere humanarū p̄fectionū, uel actionū, uel uiuē, uel patriæ. Patet ex notatis. ¶ Corollariū. Aliud a Deo potest dici inter creata quadam summum hominis bonum. ¶ Corollariū secundum. Non omnis beatitudo est propter se formaliter, & p̄cise diligibilis, aut desiderabilis. Hoc. n. est solius beatitudinis obiectiua. ¶ Corollariū tertium. Quamuis solus Deus sit ultimus finis extra, in quo solo quietatur completē beatus, potest tñ operatio aliqua intellectiua dici ultimus finis intra: non in quo, sed quo formaliter quietat, & perficitur homo beatus. ¶ Corollariū quartum. Non qualibet beatitudo includit essentialiter omne bonum, sed tñ obiectiua. Primū patet de beatitudine formali, & subiectiua: cum sit creatura, uel factura quadam. ¶ Corollariū quintū. Beatitudo formalis potest dici sufficientia oīs boni: quia ipsa comitat̄ ex diuina promissione omne bonum: uel quia habet obiectum, q̄ est eminenter omne bonū: uel quia immediatē cōiungit summo bono, & sufficientissimo, ut supra. ¶ Quartum ad articulum tertium est dubium talis modi beatitudinem summam esse sit mere creditum, an in lumine naturali cognitum. Stantibus ijs, quæ dicta sunt dist. xlij. ueniunt aliqua addenda. Ad id dubium respondet beatus August. xij. de Trini. c. ult. & ix. dicens fidem id promittere non argumentatione humana sed auctoritate diuina. Nec facit in contrarium, cum dicit lib. xix. c. j. de Ciuita. loquēs de beatitudine futura patriæ, ut clarescat non tantum auctoritate diuina, sed adhibita etiam ratione, qualem propter infideles possumus adhibere. Cuius ratio est, quia sæpenumero cum ab aliquo nō acceptatur auctoritas fidei, opportunū ē humanæ sapientiæ uerbis, uel ratione ueritatem ostendere: quæadmodum, & Paulus resurrectionem ostendit non demonstratiue, sed per suasione. rōnes enim eius p̄cedūt ex creditis. Ita sæpenumero cre-

Coro. 1

Coro. 2

Coro. 3

Coro. 4

Coro. 5

Artic. 3. Dub. 1.

H. An talis modi beatitudinem summā esse sit mere creditū, an in lumine naturali cognitū

ditorum possibilitas ratione naturali ostenditur a theologicis, & sanctis: & ex dictis philosophicis veritatem non attestantibus, sed explanantibus intellectum creditæ veritatis. Hinc et quandoque post demonstrationem adducuntur auctoritates philosophorum, vel aliorum: ut qui demonstrationem capere nequeunt, nec intelligunt: dent fidem auctoritati propter hoc, quia iudicant auctorem magnæ sciëntiæ, & auctoritatis fore. ¶ Sed quod sit cognitum in lumine naturali talem beatitudinem esse, & etiam demonstrabile, sic deduci potest. Nam philosophi antiqui, & gentiles quorum est singula, vel per rationem, vel per demonstrationem affirmare, hoc asseruerunt, & dixerunt: tam quo ad mysterium trinitatis personarum, in cuius clara uisione Ioan. xvij. stat uia æterna: quam quo ad Christi incarnationem. Probatum de singulis. Ad Ro. j. Paulus inquit. Inuisibilia dei a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius uirtus, & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Quia cum cognouissent Deum &c. Et statim permisit. Quod notum est dei, manifestum est in illis. Glo. Aug. Non solum ratio naturalis ad hoc profuit: sed & Deus quotidie adiuit, ne sola natura sufficere uideretur. Et ita saltem in lumine naturali hoc cognitum fuit, & cognosci potuit mysterium trinitatis. Et item Glo. ibidem. Viderunt, quo ueniendum esset &c. & infra. Quod curiositate inuenerunt, per superbiam perdidit. Quod enim Deus dederat gratis, trahit ingratitude. Ambro. ibidem. habet ibidem Sapientie. xlij. A magnitudine creature, & speciei &c. Et August. in expositione Epistolæ ad Romanos allegando textum Sapientie ut supra, ait. Sapientes gentium, qui inueniunt creatoris: manifeste idem Apostolus Atheniensibus loquens ostendit &c. xv. de Trinitate. c. iij. quomodo scilicet omnis creatura nos creans clamitat se habere conditoris optimum: & Deum esse &c. ostendit. Lib. vij. Confess. cap. ix. dicit se legisse in libris Platonis e graeco in latinum translatis Euangelium Ioannis, non quidem sub eiusdem uerbis: ut nostra

habet translatio: sed consimilibus idisum clare ostendentibus: ab illo contextu. In principio erat uerbum. usque; ibi. Et tenebræ eam non comprehendunt. & ultra, adiuuatis quibusdam alijs. Quod euangelium ut refert lib. x. de Ciuita. c. xxix. quidam Platonis (sicut se audisse refert a Sancto Simpliciano Mediolan. episcopo) scribendum dixit literis aureis & per totum mundum transmittendum. Idem August. x. de Ciuita. c. i. ostendit clari uerbis, Platonis sensisse intellectualem animam beatam esse non posse nisi participare lumine illius Dei: a quo & ipsa, & mundus factus est. Ad idem. cap. ij. ubi ostendit non aliunde esse beatos homines, & angelos. & allegat illud Ioan. j. Non erat ille lux &c. Erimegitus de sapientia: & potestate Dei plura loquitur. De unico Deo, a quo omnia dependant, quem & Deum patrem nominat, & mentem, mentis uero germinem lucens, Dei filium, intelligitur principium lib. Et statim post hoc. Mens quidem opifex una cum uerbo circulos contrahens &c. Et quod ab eo omnia dependant, ostendit. Estque mens illa collectiua uirtutum, uirtuosus, sanctus, purus, &c. & dux eorum, qui sibi coniungi uolunt. Et infra in sermone quod deus laus est, & pater, dicit. In te omnia, abs te omnia: prebes omnia. Et infra multa ponit deo propria: & ut uidetur satis clare personarum trinitatem, & unum Deum insinuat in processu. lib. i. Et cetera allegatur in de uerbo æterno. Monachos monachum gignit, & in se suu reflectit ardorem. Quæ uerba in priori libello non comperit, & pleraque similia. Philosophus Platonis posuit patrem, & Deum filium, quem appellat mentem paternam: & horum medium, ut refert Aug. x. de Ciuita. dei. c. xxvi. & xxix. ubi dicit. Videtis utrumque; (et si de longinquo: et si acie caligante) patriam, in qua manendum est: sed natiua, qua eundem est, non teneris. Item in præfatio libro Trimeg. in. s. seu capite Mercurij Trimegisti clauis ad Tatium, dicit. Deus, & pater, & bonum eandem naturam: immo eundem actum habent. Et infra. Quid est Deus, & pater, & bonum, nisi ipsum esse horum omnium nondum existentium, immo omnium iam existentium? Et ite sum. Deus, & pater, & bonum, nec lingua pronuciatur, nec percipitur auribus &c. per. quæ nisi fallor. personarum trinitatem indicat, & utrumque; significat. Rich. in suo de Trinitate dicit. Credo sine dubio, quod ad quæcumque explanationem ueritatis non modo probabilia, sed etiam necessaria argumenta non desunt. Ita refert enim. S. Tho. prima parte sum. q. xxxij. ar. j. subiungens: quod quidam ad probandam trinitatem personarum induxerunt rationem ex infinitate bonitatis diuine, quæ seipsam infinite communicat in personarum processione. Quidam per hoc, quia nulli boni sine consortio potest esse iucunda possessio. Aug. uero per mentem, uerbum, & amorem, seu per mentem, notitiam sui, & amorem. unde sunt amans, amatus, & amor in li. ix. & x. & xj. &c. de Trinitate. & lib. xv. c. iij. ad idem. & c. iij. Ergo potest in lumine naturali cognosci, & indagari beatitudinem ueræ, & mysterium trinitatis personarum. Ratio naturali inuitatur probabilibus rationibus: & nonnunquam solum demonstratiua: ergo ut uidetur illi philosophi ratione naturali illa theologalia adinueniunt &c. Hinc Richar. palam dicit se uelle non modo probabiles, sed etiam demonstratiuas rationes adducere. De mysterio incarnationis Verbi idem uidetur. Et primum occulte ex quibusdam prius tactis de Euangelio Ioan. quod per partem apud Platonis habitum est supra ante sui editionem Euangelicam. Ad hoc uidetur esse quedam uisiones Astrologorum, qui scribunt de uisione signi Virginis in Zodiaco tenentis puerum in manibus &c. Ad illa dicendum. Plures reperiantur modi, quibus conijci potest uerisimilis coniectura unde primum emanauerunt originaliter, & inuarietate, pleraque ueritates theologice, quæ leguntur, & comperiuntur apud Philosophos, & Poetas fidem ignorantem catholicam, siue de Trinitatis mysterio beatitudinis præmio: siue de alijs quibuscumque ueritatibus orthodoxis. Primus modus potest esse: quia ferè omnes philosophi gentium fuere tempore posteriores prophetis, & omnes eos antecessit tempore Moyse

Enco-
mium
Euange-
lij Ioan-
nis.

I Plures
modi, q
bus con-
iijci po-
teli ue-
risimi-
lis con-
iectura
uide pri-
mū ori-
ginali-
ter ple-

secundum Aug. xvij. de Ciuita. c. xxxvij. ræq; ue-
ritates
Hebræorum, quibus credita fuere eloqa
Theolo-
gicæ ma-
nauerunt
Dei, huiusmodi theologalia didicerunt, quæ
formarunt &c. Hinc ait ut supra August. post Eusebium in de præparatione Euangelica lib. x. cap. ij. Tempore nostrorum prophetarum non fuerunt philosophi gentium. Hoc enim nomen a pythagora initium habuit, qui primum uiguit iam soluta Iudeorum captiuitate, & ut Beada notat, fuit tempore Cambysis. anno. cclxij. post euerisionem Hierusalem: ut dicitur in Comment. super August. ut supra. De alijs philosophis etiam profectur August. quando floruerunt: & ostendit ferè omnes post nostrum Moysen tempore uenisse. Item omnes uenerunt tempore post Adam, & post diluuium. Et creditur, quod multum fuerit a Deo eruditus, ueluti pater humani generis in omni scientia quantum ad bona nature, & gratiæ: quia nunquam reliquit hominẽ Deus sine necessarijs ad salutem. Et quia uidit posteritatem suam ex peccato magnam incurrisse ignorantiam, studuit succurrere eidem: eam fideliter erudiendo, & docendo in necessarijs ad dei cultum. Hinc præsumitur, quod quidam literis tradiderunt de omnibus ad humanum conuictum, & dei cultum necessarijs: uel saltem quod pleraque catholicas doctrinas ad dei cultum pertinentes reuelauerunt, quasi hæreditaria successione suis successoribus uerbo solum, & non per literas. quod a quibusdam dicitur scientia receptionis: quod de ore alterius successiuè quasi hæreditatio iure recipitur: aut ordinaria reuelatione de uno in alterum transfunditur, secundum Dionys. de ecclesi. Hierar. c. j. & Epistola. ix. ad Titum. Berofus lib. iij. scribit de Noe: quod multa scripserit secreta de naturalibus, quæ manifestare noluit nisi maioribus, & rituales libros: solis sacerdotibus communicandos. Dionysus Epistola. ix. duplicem ponit theologiam, & theologicam traditionem, scilicet mysticam, & significatiuam, quæ arcana, ac mystica traditione datur: Sapientie studiosam, ac demonstratiuam, quæ mani-

secundum Aug. xvij. de Ciuita. c. xxxvij. ræq; ue-
ritates
Hebræorum, quibus credita fuere eloqa
Theolo-
gicæ ma-
nauerunt
Dei, huiusmodi theologalia didicerunt, quæ
formarunt &c. Hinc ait ut supra August. post Eusebium in de præparatione Euangelica lib. x. cap. ij. Tempore nostrorum prophetarum non fuerunt philosophi gentium. Hoc enim nomen a pythagora initium habuit, qui primum uiguit iam soluta Iudeorum captiuitate, & ut Beada notat, fuit tempore Cambysis. anno. cclxij. post euerisionem Hierusalem: ut dicitur in Comment. super August. ut supra. De alijs philosophis etiam profectur August. quando floruerunt: & ostendit ferè omnes post nostrum Moysen tempore uenisse. Item omnes uenerunt tempore post Adam, & post diluuium. Et creditur, quod multum fuerit a Deo eruditus, ueluti pater humani generis in omni scientia quantum ad bona nature, & gratiæ: quia nunquam reliquit hominẽ Deus sine necessarijs ad salutem. Et quia uidit posteritatem suam ex peccato magnam incurrisse ignorantiam, studuit succurrere eidem: eam fideliter erudiendo, & docendo in necessarijs ad dei cultum. Hinc præsumitur, quod quidam literis tradiderunt de omnibus ad humanum conuictum, & dei cultum necessarijs: uel saltem quod pleraque catholicas doctrinas ad dei cultum pertinentes reuelauerunt, quasi hæreditaria successione suis successoribus uerbo solum, & non per literas. quod a quibusdam dicitur scientia receptionis: quod de ore alterius successiuè quasi hæreditatio iure recipitur: aut ordinaria reuelatione de uno in alterum transfunditur, secundum Dionys. de ecclesi. Hierar. c. j. & Epistola. ix. ad Titum. Berofus lib. iij. scribit de Noe: quod multa scripserit secreta de naturalibus, quæ manifestare noluit nisi maioribus, & rituales libros: solis sacerdotibus communicandos. Dionysus Epistola. ix. duplicem ponit theologiam, & theologicam traditionem, scilicet mysticam, & significatiuam, quæ arcana, ac mystica traditione datur: Sapientie studiosam, ac demonstratiuam, quæ mani-

ræq; ue-
ritates
Theolo-
gicæ ma-
nauerunt
noe scri-
psit mul-
ta secre-
ta de na-
turalibus

festa traditione propalatur: dicens ibidē, & alibi, q̄ sacra mysteria non tradebantur, nec exponebantur nisi sacerdotibus: & maioribus. Sic forte possēt dici Adam: & ceteros pleraq; theologica tradidisse, siue per reuelationem siue modo alio: & ea ipsa a sapientibus fuisse obscurē (sub improprietate sermonis: quia rem non intellexerunt) scripta: & per temporum decursus ab uno ad alterum uenisse: accedente nonnunquam ingenio humano, uel pro ostentatione, uel rei admiracione, quā stupenda. Sic de Abraham, qui tres uidit: unum adorauit. Gen. xvij. Sic de Isaac, & Jacob, qui nimirum, & ipsi prophetæ fuerunt, & uerbo, ac factis prophetarunt de Deo, & pleraq; theologica reliquerunt dogmata pro diuini cultus institutione, & futurorum præsignatione. Ad hoc Gene. capit. xvij. de uisione Iacob, qui uidit scalam erectam usq; in cælum &c. qua uisione, ut habet Lira, cognouit, & puram trinitatem, & uerbi incarnationem, ac totius humanæ salutis dispensationem &c. quæ utique, & ceteris dei cultoribus indicauit. ¶ Si dicitur: quare talismodi scripta antiqua si habentur, nō recipiuntur in auctoritatem? Dicit August. xvij. de ciuit. dei. c. xxxvij. q̄ in causa enimia uetustas, & antiquitas, quæ ea iure fecit suspecta: ne falsa pro ueris recipiantur: dum fortē uersipellis diabolus per suos ecclesiæ incognitos, & de hæresibus suspectos aliquid fermenti immiscuit: uel ne contingat eorum auctores inaniter gloriari contra ecclesiam, quasi sua collegeris dicta. Hinc & in canone Biblię quidam libri leguntur ad eruditionē, licet non recipiantur in auctoritatem, secundum beatum Hieronymum in Prolo. Galeato, & super lib. Salamonis, scilicet Judith, Thobias, lib. Machab. Sapientię, Ecclesiasticus. Hi etiam secundum eum non recipiuntur inter canonicas scripturas, cum eorum auctores ignoscuntur, sed legendi sunt ad ædificationem. Cuius contrariū tenet August. ij. de Doc. Christa. qui eos ponit in Canone: fortē tēpore beati Hieronimi nondum erant recepti in ecclesiā oriēntali &c. Ec-

Quare scripta antiqua si habentur, non recipiuntur in auctoritatem.

clesia uerō eā maturitatē tenet, q̄ nō facile recipit in canone libros pariter, & auctoritatem, quos pleriq; in suo sensu abundantes, & q̄ uolunt facile credētes, dicunt esse huius, uel illius. Non autem in hoc dantur ludibrio, & contempui uiri sancti, qui talia ediderunt: sed quia nescitur, quorum sint, dimittuntur tanquā apocrypha: & quandoq; de falso suspecta. Nec mirum uideri debet: q̄ huiusmodi antiquissima, quandoq; diuinitus, quandoquidem in historia Regū Iudæ, & Israel, quæ res gestas continet: commemorantur plurima quę ibi non explicatur: & in libris alijs inueniri dicuntur, quos Propheta scripserunt: & nonnunquam illorum prophetarum nomina nō tacentur, & tamen ecclesiā tales non recipit in Canone. Patet. Paral. xxix. Itē ij. Paral. ix. xij. xx. & xxxij. Fortē ideo, quia illuminata spiritu sancto, quo regitur, cognouit eos aliqua scripsisse spiritus sancti reuelatione: aliqua historicē solum ingenio humano: aut quia aliquid non magni præcij continebat facile refutandum, & de cuius ueritate dubitari potest: aut non usquequaque fidē proficuum: aut de falsitate suspectum propter auctoris ignorantiam. Ita in proposito suo modo potest dici de ueritatibus Theologicis, quod antiquiores aliqua tradiderunt, quæ a plebeis pro oiecta sapientiores mūdī collegerūt, & discēdi cupidie, uel curiositate ducti defecerūt scrutantes scrutinijs, adiui sæpenumero diuina reuelatiōe. Hinc. ij. de Ciuit. dei. c. vij. ait Aug. Quidā eorū (scilicet philosophorū) magna inuenerunt adiui diuinitus. Quantū autē humanitas impediti sunt, errauerūt. ¶ Secūds modus potē esse, q̄ philosophi magnā fecerūt diligentia teras peragrādo pro acquisitione scientię amore philosophandi. Sic recte Eusebio lib. x. c. ij. Democrit⁹ octoginta annis absuit a natali solo amore scientię, nec a quoq; in demonstratione linearū superari potuit &c. Similiter de alijs ibi habet. Ad idē Hieronymus in Prolo. Biblię. Et quia in populo Israel pleriq; euaserunt famatissimi, & quasi diuinitus docti, & illustrati: & maxime theologus Moyses, per

Secundus modus

quę data fuit lex populo Israelitico: est probabile plerosq; se eis cōiūxisse, & eorū libros legales cōspexisse: aut diuinas reuelationes in umbra, & figuris didicisse ab eis. Et ut pleriq; uolunt p̄sertim in Hebræo sermone, & idiome Hebræorum: in literarum combinatione &c. pleraq; mysteria capere poterant, quæ nostrum idioma non habet. Scio me uidisse Hebræum baptizatum doctum ualde, qui dicere solebat iam regeneratus, & in fide instructus, se omnia mysteria fidei de trinitate personarum posse palā ostendere ex uerbis Moysi in Hebræo idiome cū dicitur. In principio creauit Deus cælum, & terram. Et ut maturior euasit in fide idipsum de uirginis Marię castitate, & uirginitate perpetua indicauit, & ostendit (ut ipse loquebatur) ex propria significatione uocabulorū secundū Hebræam ueritatē. Hinc nō mirū si & philosophi tūc tēporis illa didicerūt ab eis, ducti curiositate sciendi, uel causa alia. Tunc. n. Hebræorum litera nondum fuere corrupta, sed integræ. Nec ualet hic allegare inuentionē Aegyptiorū, dicentiū suā sapientiā plusquam centū annorū milia fuisse. Hoc. n. falsum esse ostendit clarissimē Augusti. ut supra. c. xl. lib. xvij. de ciuit. dei. Et dato, q̄ Aegyptij aliquas nouerunt literas, priusquam Isis Inachi filia fuisse prodiret, quæ, ut dicitur ibidem in Commentarijs, fuit filia primi Regis Aegyptiorum: qui secundū Euse. c. ij. ut supra. 150. annis uenit post Moysen, & secundum Augusti. regnare cepit. lx. anno ætatis Isaac, & Isis. xl. anno ætatis Iacob uenit in Aegyptum, ante quam litera non fuerūt apud Aegyptios nisi Astronomia, & Mathematica, etsi quid talium disciplinarum est ualentium solum ad ingenij exercitium, non ad sapientiæ intellectum. Isis uerō Aegyptios edocuit. Et si Græcia prius habuit sapientes, quā philosophos, ut doceri potest etiam ex lib. x. Euseb. c. ij. ut supra: attamen maxima fuit tunc bonarum disciplinarum penuria in Græcia: donec Pythagoras, qui a Barbaris didicit, Græcis communicauit: sed tamen post Abraham, Isaac, & Iacob, & Ioseph: nimirum etiā post Moy-

Hebræi habuerunt uerā cognitionē reuerentiam.

sen. Et nulli dubium: quin Abraham plurimum studuit diuinum extollere cultū, & uisionem, quam habuit, & intellexit, ceteris exposuit: sic q̄ populum in fide trinitatis utcumq; erudiuit. Sic de uisione Iacob, quam habuit ut supra Gen. xvij. Iuxta tempora Moysi fuit Trimegistus Mercurius: secundum Augusti. ut supra. c. xxxj. Quia autem dicitur Moysen fuisse eruditum omni sapientia Aegyptiorū. Actuum. vij. argumentum est ante Moysen fuisse nonnullam doctrinam, quæ sapientia Aegyptiorum dicta fuit, nō quidem in Græcia: sed in Barbaris gentibus sicut in Aegypto. Hinc Eusebius ostendit non solum philosophicas doctrinas: sed omnia inuenta hominum humanæ uitæ utilia a Barbaris Græcos accepisse. Et ex hoc Origen. homil. ij. super Genesim, dicit suos magistros ueteres maiores, & hebraicarum traditionum gnaros dixisse; q̄ Moyses per cubitos geometricos, quorū unus ualet sex usuales de nostris: ut sic pateat quantitas spatij pro reseruā dis tot animalibus, & esculentis eorundē. Fuit enim gnarus sapientiæ Aegyptiorum, mathematicæ scilicet. Posuit itaq; secundum artem geometricam, quā præcipue callent Aegyptij secundum Origenē interprete Sancto Hieronymo. Et Iosephus in antiquitatibus cap. xvj. lib. j. dicit Abraham Aegyptij arithmeticā primum tradidisse. Verum hæc sapientia Aegyptiorum nō fuit pietatis: ut dictum est: sed astronomiæ, astrologiæ, musicæ, geometriæ &c. Attamen Moyses constituit in populo dei qui docendis literis præessent ante dationem literarum legis diuinæ: qui secundum Augusti. capit. xxxj. ut supra dici possunt literarum introductiones, uel inductores: fortē sicuti nunc habet ecclesiā Iudi magistros, & prædicos. Nulla igitur gens de antiquitate sapientiæ super patriarchas, & prophetas nostros, in quibus uere fuit sapientia dei, se inaniter iactet: quando nec Aegyptus comperitur nostros theologos præcessisse doctrinarum suarum antiquitate: quia nō possunt gloriari de magnis scientijs: donec eis præfuit litera-

Sapientia Aegyptiorum nō fuit pietatis.

rio studio Isis filia Inachi. Clare ostendit Eusebius: ubi supra, ab Hebrais Græcos literis accepisse, & liber ab Hebrais in uentus. Et ibi plura quis quâ inuenit artem, uel disciplinam, contra superbiam Græcorum. Item q̄ Moyses fuit mille quingentis annis ante Græcorû philosophos. Hinc plurima ex eo furari suo more potuerunt. cap. iij. Quod ibi latissime deducitur, & q̄ omnis philosophia græcorum, & maximè Platonica multo posterior fuit Moyse. Item in lib. xj. & xij. clare docet Eusebius Platonem multa ab Hebrais recepisse, scilicet de mundi creatione, mortuorum resurrectione, animæ immortalitate, mundi mutatione &c. ¶ Tertius modus est: quia indubitatum habetur & gentiles habuisse plerasq; reuelationes speciales: sicut legitur de quibusdam Sibyllis. cap. xxij. uel supra, lib. xvij. de ciui. dei. & cap. lxxvij. Et si femelle, a fortiori, ut uidetur, uiri, qui abstinentissimè uixerunt, & longè amplius Iudæi, qui inter se fuere diuini. Vna pars Iudæorum legem sectabatur ad literam. Alia maiore philosophia firmata altius, atq; subtilius omnia speculabatur, qui & Iudæorum philosophi esse putabatur secundum Eusebium, lib. viij. cap. iij. Horum disciplinâ omnes, qui nouerunt, admirati sunt. Iosephus, uerò, atq; Philo eorundem uitam conscripserunt, & p̄ fertim ex Philone Eusebius colligit uitam laudatissimam Essæorum. i. sanctorû, & alijs ubi supra. Orator Ambr. de therapentis seu monachis loquens, qui & cultores dicuntur ex Philone de uita contemplatiua, eorum uitam latissime tangit in commentis epistolæ. j. Dionysij: dicens eos potissimum esse in Aegypto. Ab ortu solis ad occasum totum id temporis intervalum in suorum studiorum exercitationibus consumunt, quibus ad diuinam philosophiam per sacras literas profundius imbuuntur. Petrum leges ad allegoricam quandam intelligentiam deducunt: formas, & imagines quasdam dicentes esse ea, quæ in lege scripta sunt: sed latentis interioris, & profundi cuiusdam diuinâq; mysterij. Et legem ij. uiri corporeo eni in a comparant: q̄ li-

Tertius modus. Gentes habuerunt plerasq; reuelationes speciales.

tera ut corpus sit anima ut spiritalis quidam, & inuisibilis sensus in litera occultus &c. Ad idem: c. vj. ecclesiæ. Hierar. Dionysius. Horum numerus secundum eum fuit in Aegypto, & in Alexandria. Hi nimirum diuinitus illustrari meruerunt in suo studio literario tam deuoto. Quando uerò horum fuerit initium, nescio. Ad idem August. xvij. de ciuitat. cap. lxxvij. Quisquis alienigena. i. non ex Israel progenitus, nec ab illo populo in canonem sacrum literarû receptus; legitur aliquid prophetaisse de Christo: si in noticiam nostram uenerit, ad cumulum a nobis comparari potest: non q̄ necessarius sit, etiam si deit: sed quia non incongruè creditur fuisse, & in alijs genitibus homines, quibus hoc mysterium reuelatum est: & qui hoc etiam prædicere impulsu sunt, siue participes eiusdem gratiæ fuerunt: siue expertes sed per malos angelos docti sunt &c. Et infra. Nihil est firmitus ad conuincendum quoslibet alienigenas, quâ si in medium proferatur, quæ in aliorum scripta sunt. codicibus. Ideo non dubium, quin dominus deus in fidei nostra firmamentum plerasq; ueritates expressit per infideles: ut ex suis dictis eos conuincat, & ueritas undiq; nobis clarescat fidei. Ex his colligi potest esse probabile dictu, q̄ Philosophi, & sapientes quicquid de Deo dixerunt, a dei cultoribus (qui se tempore præcesserunt) patribus. s. patriarchis, aut prophetis habuerunt: aut curiositate ducti, & superbia tumidi, quæ apud theologos cõpererunt, & non sanè intellexerunt, nec intelligere potuerunt, multifariam multisq; modis transformantur, & sub alio, & alio uerborum contextu expresserunt: ut uel sic rei tantæ, quam non intellexerunt, uideatur auctores: aut a demone edocti euaserunt pro deceptione simplicium: aut quia aliqui ueritatis audiri uolebant pro posse uiam salutis non ignorare, faciendo, quod in se est, sunt a deo in necessarijs ad salutem aduti, & illuminati, prout capere poterant. Et ideo naturali ingenio hæc dicta theologica non adinueniunt, nec intellexerunt: sed ignotam ueritatem, ut asina Balaam prolocuti sunt.

K Sicut philosophi non habent prophetæ ita eorum dicta non cogunt nisi in quantum non demonstrantur

Non ergo talismodi fidei mysteria in lumine naturali cognouerunt euidenter, & demonstratiue: sed erant eis dubitabilia, & credita accedente speciali dei gratia. ¶ ¶ Nunc ad rationes conceditur: q̄ sicut philosophi non sunt prophetæ, ita eorum dicta non cogunt, nisi in quantum ratio demonstratiua, uel probabilis conuincit. Constat autem eos multa dixisse, quæ non demonstrant, nec euidenter probant: sed solum persuasue. Ad dictu Pauli, & Augustini: Dicendum cum Paulo. Quia deus uult omnes homines saluos fieri, uoluntate antecedere, & in hac nemini fuit impedimento actiue: sed forte permissiue: ideo credendum est deum neminem unquam reliquisse in necessarijs ad salutem, & per consequens a deo illuminatum esse, qui, quod in se fuit, fecit pro ueritatis cognitione. Dedit autem philosophis naturalia quam abundanter, legem deniq; uiuendi secundum rationem rectam conrexit hominè ad dei imaginem condidit: ita q̄ ratione p̄ditus in sese magnum comperire potest uestigium cognitionis diuinæ. Temporum successu a mundi principio dei cultores esse uoluit, & prophetas, & primus fuit Adam. Enoch septimus ab Adam prophetauit teste Iuda in canonica sua, de futuro iudicio. Abraham, Isaac, & Iacob, & propheta plurimi deum cognitum latria coluerunt &c. Legem dedit scriptam per Moysen populo Iudaico non in occulto tenendam. Et licet Hebræo sermone scripta fuerit, attamen quia Plato fuit acerrimi studij, sicut Aegyptias: ita & Hebræas literas per interpretè didicit: ut saltem colloquendo quid continerent, quantum capere potuissent, addiceret. viij. de ciuit. dei. cap. xj. Ad hoc facter principium in Timæo consonis libro Gen. Immo August. asserit Platonè non fuisse expertem librorum Moyli. Est uersimile: q̄ Apostolus Rom. j. loquitur de philosophis, qui fuerunt circa, & post prophetarû tempora, cū iam dei cultus innotuit mundo: & ita non laruit, aut potuit non larere philosophos, qui auditate sciendi induiebant scrutati sunt de his rebus quid contineant &c. & ita habuerunt

ignorantiam crassam, & non excusabile. Esto deniq; q̄ aliqua iuamina rationis, & diuinæ illustrationis habuerunt: nõ tamen euidenter noticiam: sed credulitatem fulcitam ratione naturali. Ad hoc Paulus. j. Corinth. ij. Sermo meus, & prædicatio mea non in per uastibus humanæ sapientiæ uerbis: sed in ostensione spiritus, & uirtutis: ut fides uestra non sit in sapientia hominum: sed in uirtute dei. & infra. Sapientiam loquimur non huius seculi, neq; principium huius seculi, qui destruantur: sed loquimur Dei sapientiâ in mysterio absconditam &c. quam nemo principium huius seculi, cognouit. Gloss. i. demonum, uel philosophorû, uel doctorum in lege. Ecce patens apostoli testimonium: q̄ philosophi diuinæ ueritate in lumine naturali nõ cognouerunt: tamen si ratione aduti fuere ad passibilitatis cognitionem. Potuerunt enim ratione naturali dicere cum August. xv. de trinit. cap. iij. esse quoddam ens primum primitate causalitatis, uel eminentiæ: ut ostendant doct. dist. ij. primi Sentent. Non enim est processus in infinitu in efficiētibus, & finibus: sed statur ad aliquod primum, & ita naturali ratione datur cognoscere, q̄ est aliq̄d prius, & perfectius: quo nihil est prius, nec p̄fectius: quia non est processus in infinitu. & sic potuerunt deum esse scire ex puris naturalibus. Si autem idem nomen deus sumit pro ente optimo, & nobilissimo cum cæteris conditionib; quas fides deo trino, & uni &c. attribuit: non fuit eis euidenter notum, nec ex puris naturalibus scire potuerunt. ¶ Non uideatur negandum, quin rem illâ, quæ est bonum summum, cognouerunt sub conceptu aliquo cõmuni: aut conceptu proprio imposito per eos, dū causam primâ, & primû motorem cognouerunt, & sic de similibus p̄dicatis. quæ attribuerunt causæ primæ: sed n. scierunt. si causa prima sit tale bonu: de quo Christiani loquuntur, & cui tales, & tales attribuit conditiones. Rẽ ergo summâ cognouerunt philosophi ex puris naturalibus: sed non cognouerunt summum bonu ex puris naturalibus: quia nõ sub ratione tali, appellata tione rationis, q̄ multi nõ attēdunt, sicut cõmuni.

L Non est negadū qn philosophi rē illam quæ est bonū sūmum cognouerunt sub cõceptu aliquo cõmuni.

ponitur casus. Venit Ioannes, quem nescio, sed nescio eum nunc venire: tunc illa est mihi nota euidēter, Ioānē cognosco, & cognosco Ioannē: & nō sic illa: cognosco uenientē, uel uenientē cognosco. Sola .n. uariatio terminorū, pro eodē supponentiū facit aliquid propositionē ignota alicui, qui nescit, q̄ p̄ eodē supponit. Sic philosophi nescientes terminos diuersos dicere eandē rem in proposito cōcederent unā: negarent aliā. Sic nō est absonum dicere; trinitatē personarū cognouerunt philosophi: seu rē, quæ est tres personæ, arguēdo expositoriē. Hæc causam primā, & finē finī &c. cognouerūt philosophi ex puris naturalibus, & hæc causa prima est essentialiter tres personæ in diuinis, ergo tres personæ in diuinis cognouerunt philosophi ex puris naturalibus. Non tamē cōcessissent minorē: quia nescierūt terminos pro eodē supponere. Itē cōcessissent illā: Deus est inuincibilis, incorruptibilis, æternus, & nō illā, persona diuina est æterna immortalis &c. Nā ad cognitionē primæ sufficiunt creaturæ: ad cognitionem secundæ requiritur notitia distincta deitaris, si debet esse euidēs, quæ non habetur pro statu uiæ. Cautē ergo uidentē, quō doct. suos loquendi modos uoluit intelligi: & secundū hoc temperetur responsio. ¶ Si dicitur: est de iure naturali diligere deum: quod autē præcipitur iure naturali, philosophi intellexerunt: Dicendum: aliquid præcipitur de iure naturali dupliciter. s̄. propriē dicto, & expressē: ut Quod tibi non uis fieri alteri ne feceris. Alio modo latenter, & quasi uirtualiter in antecedente, & hoc dupliciter: quia quandoq; aliquid sequitur solū ex creditis, uel opinatis, & sic stante legis diuinæ præceptione, ista potest dici de iure naturali. Summum bonum est summē diligendum. est .n. de lege diuina, & per consequens etiā de iure naturali. Hinc præfata propositio potest exponi dupliciter. uel sic dignū, & iustum est summum bonū super omnia diligere, & sic non est necessaria simpliciter, sed certo mō: ut quidam loquuntur. uel sic: est obligatorium, & irreuocabilis præcepti, & sic est cōtingens secundū aliquos, & potest circa eā

Philosophi intellexerunt quod est de iure naturali. & aliquid de iure naturali præcipitur dupliciter.

fieri de obligatio, ne præceptū liget. Et sic illa non est euidēs: deus est super omnia diligendus: sed est præcepti, & crediti. Et quæ sic inferuntur, sunt probabilia, & cōgrua: ut puta cōtenta in euāgelio. Hoc .n. est euidēs: q̄ homo tenetur deū plus diligere seipso. Quandoq; aliquid euidēter sequitur ex simpliciter necessariis, quæ sunt strictē de iure naturali, & talia non ignorarūt philosophi: saltē in antecedente, & uirtualiter, & ita diligere deū nō uideretur esse de iure naturali: quia est creditū deū esse: sumendo nomē deus, ut christiani eo utuntur, nisi illa propositio exponitur negatiuē. Nō .n. est odiendū, quod est summē bonū, & in se & alteri dans cunctis esse, & uiuere. Sicut .n. nunquā quis carnē suā odio habuit: sed fuit eam &c. inclinatione naturali: ita nec odit id sine quo esse, & uiuere nō p̄t. odit eodē .n. antecedens odit cōsequē scitū esse tale, & ita nō llet se ipsum uiuere. De hoc supra in conclusione. iij. Si autem nonnunquā ex causa deus hos, uel illos specialiter illuminauit, & ueritatē eis reuelauit p̄pter eorū meritū: de cōgruo solū: & qualēcunq; sciendi affectū bonū ipse nouit, utiq; face re potuit. Videamus in ecclesia dei, quā magnifico quidam euaserunt præditi ingenio. Sumamus beatum Augustinum, & filiū eius Adeodatum puerū (ut ipse loquitur) mirē ingeniosum, cū quo disputa uit librum de magistro &c. Ex illo facile p̄t responderi ad Gloss. Nō .n. uult Aug. q̄ sola natura ad hoc posset sufficere. Sumit etiam nomen creatorem large pro causa prima: quia illa non est euidēs per principia naturæ, res creabilis est. Non est enim euidēs subiectum pro aliquo supponere. Ad illud de euāgelio Ioannis, euidēter responderi non potest: quia nescitur, si Plato per uerbum intellexit non filium in diuinis: sed rationem idealem. Attramen quicquid sit de illo, sequendo beatum Augustin. in lib. iij. de trinit. capit. xvj. & xvij. possumus colligere multiplicem uiam, qua homines possunt nosse aliqua futura, scilicet, uel in arce diuina, cum quidam sic illuminantur a deo specialiter: ut futura sciant, & prædicant, & hoc fuit prophetarum, per

per quos spiritus sanctus locutus est ij. Pet. j. Vel experimento præteritorū. sic medici ex præteritis feriores effecti quædam prædicare possunt, & literis tradere: sic agricolæ: sic nautæ, & huiusmodi experimētatores, & cæteri ex tunc instantibus causis effectus futuros prædicare possunt. Vel ex alterius denunciatione. &c. vij. de diuinatione dæmonum, sunt tales reuelationes per dæmones, qui id audierunt a prophetis, uel angelis, & reuelant suis cultoribus superbis. Secundum eundem sic deus pleraq; reuelat sanctis angelis per uerbum suum, quæ ipsi hominibus, & homines alterutrum denunciāt, & ueniunt in lucem, & notitiā, & possibile est ea ipsa potestates aereas audire, cū reuelantur homini deo id uolere, uel per mittente. Qui consequenter superbię spiritu inflati, & humanę salutis inimici id ipsum hominibus dixerunt. Hic posset etiā intelligi de sciētia receptionis, uel reuelationis alterius ad alterū, si saltē aliqd ueritatis cōtinet. Dū .n. fuit huiusmodi reuelationes mysteriorū, possunt id ipsum de mōnes capere, & audire, & post alijs denūciare. Hinc ait c. xvij. Potestates aereę s̄ perbæ, atq; fallaces etiā si quædā de sciētia, & ciuitate factōrū, & de uero mediatore a sanctis, & prophetis, uel angelis audiata per suos nates dixisse reperiunt: id egerūt, ut per hæc aliena uera etiā fideles dei si possent, ad sua falsa traducerēt. Notent hæc Aug. uerba, qui nostrā floccipēdūt theologiam elimatā, & purā, & uerā philosophiam moralem: ne aliena adamādo, & ueritatē apud exteros Christi inimicos queritando, labātur in barathrum errorū decepti dulcedine uerborū, & eloquentiæ suauitate &c. Sequitur in Aug. Deus autē id per nescientes egit: ut ueritas undiq; resonaret fidelibus in adiutoriū, impijs in testimonium. Ex quo dicto accipere uidentur aliqui argumentū Francisci Maron. super Aug. iij. de trinitat. cap. xvij. q̄ carmina Sibyllarum, & dicta philosophorum: quibus explicabant ea, quæ sunt fidei christianæ, fuerunt a demōnibus reuelata. Secus tenet August. de Sibylla Erythra. lib. xvij. de ciuit. cap. xxij. Vbi eam computant in nu-

mero eorum, qui sunt de ciuitate dei. Et per illam August. solutionem facile dici posset ad pleraq; superius allegata. Ad quod facit, cum inquit ante nunc allegatam sententiam: q̄ multa prædicuntur instinctu quodā, & impulsu spiritus nescientium: sicut Caiphas nesciuit, quid dixit: sed cum esset anni pontifex prophetauit. Ioann. xj. quia .n. pontificalis in eo fuit dignitas, spiritus sanctus organo eius cum esset malus, bene usus est: licet ne sciret, quid diceret. Hinc concludit. c. xvj. Non sunt consulendi philosophi de successione seculorum, & resurrectione mortuorū, qui creatoris æternitatem excelsam deniq; ac inconuincibile substantiā quantum potuerunt, intellexerūt per ea, quæ facta sunt. ¶ Corollarie sequitur. Etsi philosophi deū esse cognouerūt intellectu, & lumine naturali: non tamē per hoc cognouerunt eū ipsum esse præmiū obiectiū beatificū, uel causam effectiuam resurrectionis mortuorū &c. ¶ Ad rationes, & dicta Richar. potest in genere dici. Aliquid dicitur necessariū dupliciter. s̄ simpliciter, & ex suppositione. Ex suppositione: ubi stantibus quibusdā positionibus, & fundamentis tanquam basi- bus, aliquid ex hoc inferitur tanquam necessarium stante illo supposito. Sic quidam dicit esse disputationem ad positionem. & sic Richard. adduxit rationes necessarias fidei, & credenti; sed non simpliciter necessarias. Plurimum facit ad propositum August. de diuinatione dæmonum per totum. Item rationes quæ ualde persuadent, trahunt, & alliciunt, quandoq; dicuntur necessariae, sicut aliquid ualde difficile impossibile solet dici nonnunquam. Sic possunt multa in theologia suppositis quibusdam tanquam firmissimis fundamentis fidei, quasi necessaria ostendi coassumptis aliquibus cognitio- nis in lumine naturali. Assentire uidentur. Sanct. Thom. parte. j. quæst. xxij. artic. j. cum dicit. Ad aliquam rem inducitur ratio dupliciter. Vno modo ad probandū sufficienter aliquam radicem, sic probatur in philosophia cælū moueri circulariter, & continuō a priori: q̄; motus cæli est regularis. Alio modo p̄bat aliqd cōue-

Coroll. Etsi philosophi deū esse cognouerūt intellectu, & lumine naturali nō tñ p̄ hoc cognouerūt eū ipsum esse præmiū obiecti- uū beatificum.

nire, & cōgruere iā posito radici: ut cum in astrologia ponitur ratio eccentricorū, & epicyclorum ex hoc; q̄ hac positione facta possunt saluari apparentia sensibilia circa motus cælestes, nō tantū hæc ratio est sufficienter probans eccentricos, & Epicyclos: sed etiam alia positione facta saluari posset. Sic sepe numero patres ita persuadent aliquid, quasi demonstrare possint. Et rationes ualde cogentes, aut apparentes dicuntur necessariz extenso uocabulo, seu secundum quid, quæ omnino cogunt stante tali, uel tali positione &c. ¶ Ad Trimegistorū cōsimiliter potest dici aliquo prædictorū modorū, hoc saluo, q̄ indubie personarū propria attingere nō potuit ratione, & lumine naturali. & quis nouit quid p̄ sua intellexerit uocabula Deus patet: bonū præsumendum est de uitæ suæ honestate, & studij aueritate: sic q̄ utcumq; illuminatus euaserit. Aut uertipellis diabolus: ut fideles auerteret a studio pietatis sincerrissimo, & ad figmenta alliceret hominem aliena: uera eisdem commisit ut supra patuit. Potest hic ueritate habere uerbum August. præmissum: quia nesciens talia scripsit: nec intellexit: hinc & improprie scripsit, si trinitatis mysteriū p̄signauit. ¶ Ad dictum beati Aug. xv. de trin. c. iij. dicendum, q̄ facit contra philosophos, & pro dictis. Et ut eius dictum, & similia multa clarius intelligantur, notandū secundum Phūm. j. postero. Res aliqua cognoscitur quia est, & quod est, seu cognitione quæ est, seu quod est. Sic ex effectibus cā cognoscit, quia est sed nō quod dicitur cause: ut si offerit artificia: tū magni precij, arguitur ex hoc opificatus fuisse magnæ peritiæ, & industriz &c. Ex calor positione arguitur presentia calefacientis in genere: sed non illius, uel illius præcise cognitio haberi potest. Quantū ad cognitionem particularem, quidditatiuam, & distinctā rei alicuius, res quæ ex parte sui magis sunt cognoscibiles, nobis sunt occultiores. Nam res quanto est perfectior: tanto ex parte sui plus cognoscibilior. Sicut enim res se habet ad esse, ita ad cognosci, secundum philosophum. Perfectissima uerò cum sint plus spirituales, & a sensu remota, minus sunt nobis

cognoscibilia cognitione distincta, & quantitatiua. Secus de cognitione quia: quia cū sunt pluriū effectuum, & necessariorū, ac perfectiorum productiuæ: tanto plus nostre patet cognitioni. Ex quo sequitur: res notissima quoad quia est, occultissima est quoad quid: ut quidam loquuntur. Quid notius sole, uel anima, uel cælo &c. quoad quia? & tamen omnino occultū fuit philosophis, quid sit anima: quid cælum: an cōpositum ex eadem materia cum alijs &c. quid sol. Nemo dubitat se uitam habere (ait Aug.) sed quid sit uiuentis anima, nesciunt multi. Cognitione, quia philosophi deū, & primā causam &c. cognouerunt. Sic n. creaturarum perfectiones suū ostendunt conditorem. Et secundū Greg. xxvj. moralium. §. viij. Vix ad creatorē sunt opera considerata creaturæ. August. ut supra, dicit, q̄ non tantū diuinorū librorū auctoritas deū esse p̄dicat: sed omnis res, q̄ nos circumstat. & post ipsum Hugo par. iij. c. xvij. Subiungit Aug. Omnis natura proclamat se habere præstantissimū conditorē. Et statim colligit duodecim perfectiones nobilissimas in conditore, quas nobis attestantur perfectiones creaturæ: ut puta est æternus, immortalis, incorruptibilis, immutabilis. Est uiuus, sapiens, potens, speciosus. Est iustus bonus, spiritus, beatus. Quas reducit ad numerum ternarium. Prima quatuor ad æternitatem: alia ad sapientiam: reliqua ad beatitudinem reducit. Qui enim æternus est, eo ipso immortalis, incorruptibilis, & immutabilis est. Qui sapiens, uiuus, potens, speciosus. Sapientia n. attingit a fine &c. Item amator factus sum formæ illius. Qui beatus, reliqua tria in se habet. sicq; tria personarum appropriata habentur. Et si huiusmodi perfectiones reperiuntur in factura, eminentius sunt in conditore. Huiusmodi perfectiones creaturarum philosophi suo ingenio naturali animaduertere potuerunt, & ex his cognitione quia, factorem cognoscere, non autem cognitione distincta, & propria. Huius causa uideretur Damasc. dixisse Deū esse, est naturaliter cognitum. quoniam naturaliter nobis inest potentia, qua deum co-

Duodecim perfectiones nobilissimas in conditore.

Distinctio XLIX.

gnoscimus. Gratia exempli, cōsideret hō quantū potest animæ suæ perfectionem, & operosam fecunditatem, inuenire est in ea animæ substantiā, siue naturā secundū uitāliū operationē productiuā: intellectiōnis scilicet uolitionis. Anima gignit, uel p̄ducit intellectiōnē. Anima cū intellectiōne p̄ducunt uolitionem. Ecce quādā creatam trinitatem in anima naturaliter, & quasi euidēter cōparabilē, licet cū magna imperfectiōne, respectu trinitatis increatæ: & quantū ad obiectū: quia non potest multa simul distinctē intelligere, uel amare, sicut sensu percipere: & quantum ad mutabilitatē, ac uicissitudinem: quia iā amata prius odiuntur, & eōtrario, & quātū ad modū: quia non per essentiam cognoscimus: sed per phantasmas, & fictas imagines. Secus de deo, qui cognoscit sua essentia omnia, & singula sine mutabilitate. Nam secundum Aug. in medita. c. xxvij. opera mutat non cōsiliū. Experimur enim in nobis esse in intellectu cognoscente quandam uim fictiuam rei cognitæ, per quam format in se imaginem tantō rei cognitæ similitiorē, quātō ipsam intimius distinctius, & perfectius cognoscit. Vnde anima cognoscendo sese producit, seu exprimit in se imaginē sibi simillimam: sicuti sese cognoscere potest quantū ad omnia in ea reluctentia. Et si haberet uere uim productiuā: sicuti habet fictiuā imaginē sui ipsius: talis imago sic expressa uere esset filius animæ, & eiusdē substantiæ cū ea in nullo ab ea differens: nisi q̄ imago esset producta, & anima producens, q̄ esset eius filius: quia uiuēs de uiuētē in eadem specie, & natura productum ratione productionis ei per omnia similis. Voluntas uerò nō habet sic uim productiuam, nec quod producit est ei ratione talis productionis per omnia similes: sed uim deriuatiuam, uel inherentiā. Cum enim intellectus producit sui imaginē: uoluntas cōplacet in ea, & respectu eius elicit fauorē, uel cōplacētā, & quasi sese uult donare illi imagini, & communicare. Quia si anima esset ab æterno, imago ab ea genita posset esse cōæua eidē: si ab æterno produceret sui noticiam, sicut splendor ignis, aut solis est cōæuus soli, aut igni, & tamē

Quæstio. I. 703

procedit ab igne, uel sole, & nō eōtrario. Et sic sol non esset prior duratione splendore suo: nec anima sua noticia expressa. Ascēdere potest ex his Philosophus qualitercunq; ad cognitionem alicuius rei summæ, unde hæc p̄fluxerunt animæ rationali. Et cū necesse sit omnē effectus perfectionem eminēter esse in causa suā: nec fuit unquā secta quæcūq; quin de perfectione summa dei sui certauerit, in quocūq; sit illa pro hominū multifario iudicio. j. de doct. christiana. c. vij. nec quisquā inueniri potest, qui hoc credat esse deū, quo melius aliquid est: & nullus uult esse sine deo suo. Hinc omnes consentiunt id deum esse, quod omnibus antepōnatur rebus cæteris: ut supra. Ideo Ansel. in monolog. dicit omnes attribuerē deo, quod est melius ipsum, quam nō ipsum: id est quicquid tale est, q̄ cuiuslibet melius est esse tale, quam non tale, & ab eo negatur quicquid in aliquo melius est non tale, quā tale. Ideo claret euidēter: q̄ necesse est deum esse uiuentem, sapientem, potentem, iustum, uerum, æternum, beatum, spiritum, omnibus dantem esse independentē, incorruptibile &c. Si enim illa laudantur in creaturis, magis quadam eminentia in conditore earundē. ergo sequitur ipsum esse æternū summū, & independentē uiuere, & sic de alijs quibuscūq;. Hoc modo ex creaturarum perfectione August. ostendit conditoris præstantem perfectionem, & hoc ratione naturali, & in lumine naturali: consequenter cognitione, quia est, ex factis conditorum apprehendere potest intellectus lumine naturali. Et si in anima nostra sic est inuenire quandam trinitatem, & potentiam, & sapientiam, & bonitatem, abstractatur quicquid imperfectiōnis est in illo inuenire, & quod perfectiōnis est, & eminentis præcellentiæ deo attribuatur, cognoscitur deus, secundū Scot. dist. iij. primi. Insuper est in anima inuenire quandam ordinis originem: quia ab anima ueluti parente procedit intellectio: ab utrisq; uolitio. Item quandam æqualitatem. j. de trinit. cap. xi. Item quandam licet ualde improprie cōsubstantialitatem. Ergo & in deo semoto quod imperfectio-

In anima inuenit quod trinit.

nis est ab eo, quod in quolibet est melius ipsum non esse tale, quā tale. Ex his patet responsio ad deductionem Aug. usupra. Vult enim ostendere, q̄ non solum diuini libri auctoritas prædicat Deū esse: sed & omnis creatura nos circūstans proclamare se habere præstantissimū conditorē, qui nobis mentem rationēq; naturalē deducit: qua uiuentia non uiuentibus sensu, prædita non sentientibus, intelligentia nō intelligentibus, immortalia mortalibus, potentia impotentibus, iniustus iusta &c. præferenda uideamus. Et quia non est, qui rebus conditis conditorem non præponat: oportet, ut deum uiuere, & summe uiuere, intelligere cuncta, mori, corrumpiq; non posse &c. fateamur. Verum quis sit ille, fides docet. Nā inuestigabiles uia eius. Rom. xj. Pelagus est infinitum secundum Damasc. nec nisi bona uita, & purgata mente cognosci potest. j. de doct. chris. c. x. &c. Hic consequenter ostendi posset talismodi cognitionem: quia est dei, habentes non fuisse inexcusabiles: quia cū sic deum cognouissent: non sicut deum glorificauerunt &c. prout æquitas disponit, & decencia: ac ratio iubet naturalis. Nomen deus secundum mentem Aug. usupra de doctrina christiana cap. vij. supponit pro eo bono, quo melius non est, quodq; rebus omnibus alijs antepositur, & quo maius cogitari non potest. Illæ enim uidentur esse communes acceptiones nominis deus in proposito. ¶ Secundum dubium circa conclusionem sextam. Quomodo beatitudo obiectiua dicitur homini dari, cum est ipsemet deus, seu etiam haberi ab ipso, cum sit bonum commune omnium, & singulorū beatorū. Itē an possit ratione naturali sufficenter demonstrari naturā humanā esse capacē beatitudinis supernaturalis quietatis, & satietatis hominē. Ad primū dicendū usupra in primo dist. xiiij. Ex quo secundū prædicta nomē beatitudo obiectiua supponit pro deo clare uiso, & super omnia dilecto &c. dicitur illa dari homini habenti eius intuitiua uisionē, & fruitionem cū delectatione, & quietatione summa sibi debita: cū paratus est ipse deus facere, quicquid per eum

Nomen
Dei qd
supponit.

Dub. 2.
Dub. 6.

Quo
beatitudo
obiectiua dicitur
hominibus dari, cum
est ipsemet deus.

fieri rationabiliter uoluerit, sicuti in uia homo obediuit uoluntati diuinæ. Ita q̄ perpetuo deus erit, ei omnia in omnibus non diuini, sed uniuersali, & in quadā eminentia: sic q̄ per deum sciet, & uidebit omnia, quæ scire, & uidere uoluerit. Et sic de alijs, in quibus cōsistit hominis beatitudo. Ad secundum respondet aliqui, q̄ sic: & uidentur illæ esse eorū rationes. Omnia agenti propter finē necessaria est finis cognitio; deus autē ponitur finis omnium: ergo &c. Itē. Cognita aliqua potentia distincte, & perfecte, potest cognosci omnis actus illius potentie, ad quē naturaliter ordinatur. sed natura humana potest perfecte, & distincte cognosci. ergo &c. Cum autem actus nature humanæ sit nobis cognitus, & possibilis haberi naturaliter: ergo cognita potentia cognoscitur eius actus etiam naturaliter. Præterea omni causato cognito potest cognosci causa, a qua dependet id causatum: sed fruitio est causatum a uoluntate, & dicitur finis uoluntatis: ergo cognita natura uoluntatis potest cognosci ille finis. Præterea cognita potentia potest cognosci eius ordinabilitas ad finem: potentia uero potest a nobis naturaliter cognosci: ergo & ordinabilitas ad finem: & per consequens finis. Præterea. potentia habens aliquod commune pro obiecto, nō quietatur nisi in perfectissimo contento sub illo communi. Cum autem id commune est naturaliter cognoscibile: ergo & contentum sub eo est naturaliter cognoscibile: & distincte. Et similiter, q̄ fruitio eiusdem est possibilis tali potentie. Præterea nō uidetur potentia quietari nisi in optimo ente, & in summo contento sub ente. ¶ Rationes istæ ab aliquibus ponuntur, & attribuitur Sco. in quæst. viij. de beatitudine: sed non oēs reperiuntur ibidem in omnibus libris: sed quædam aliæ ab illis. Et forte quædam ibi impertinenter profus dicitur: aut contrariatur dictis eiusdem doct. in dist. xliij. Attribuitur respondēdū uenit ad eas p̄ saluandis dictis ibidem. Ad primū. ad maiorem dicendū: quando finis nō sequitur naturaliter ex ijs, quæ sunt ad finē, sed solum cōferri liberē, & ex mera uoluntate cōferentis, qui acceptat talia tanquam ad

ad finem, & propter finem, non est necessaria cognitio finis in particulari: sed sufficit in uniuersali cognitio finis. Sic est in proposito. Quando autem finis sequitur ex naturali necessitate ordinatorum ad finem: necesse est habere cognitionē finis in uniuersali saltem: etsi non in particulari: & hoc in agente propter finem. Ad minorem: conceditur de causa finali: ut idem est finis, & causa finalis. Ad secundum. negando maiorem, quia experimur: q̄ nunquam notitia incomplexa unius rei extra animam est causa sufficiens etiā cū intellectu respectu primæ notitiæ incomplexæ alterius rei. Quantūq; enim quis distincte cognosceret corpora cœlestia: non tamen per hoc cognoscit inferiora: si non habet eorundem notitiam intuitiua, uel abstractiua, quæ præsupponit intuitiuam. Sic quantūq; quis cognoscat potentiam quācumq; ordinabilem ad beatitudinem, per hoc nō cognoscit beatitudinem. Item subiectū alicuius scientiæ potest distincte cognosci, & perfecte sine cognitione distincta, & perfecta alterius rei. Item argumentum nec est in modo, nec in forma &c. Ad aliud: cognito causato cognoscitur causa arguitiue in uniuersali, non in particulari. Sequitur enim: causatum est, ergo ab aliquo causatum. Attamen quomodocumque cognoscatur causatum, ex hoc non cognoscitur distincte, & conceptu proprio causa nisi cognitione: quia autem confuse: nisi situm esset hunc effectum non posse produci nisi ab hac causa particulari individuali. Attamen per hoc non scit causam illam esse etiam, cum effectus est. Ad aliud: potentia habens aliquod commune pro obiecto nō quietatur nisi in perfectissimo contento sub illo. Negatur: quia non potest naturaliter probari: nec demonstrari, q̄ tale nobilissimum sit nobis cognoscibile conceptu proprio, & cognitione distincta. potest enim aliquod commune imponi ad significandum multa distincte illi, qui potest habere conceptus distinctos eorundem: & licet commune cognoscatur, non tñ p̄ hoc cognoscuntur distincte contenta sub eo nisi in conceptu ge-

nerali de omnibus illis in quid prædicabili. Exemplū. stat quæ habere conceptū entis prædicabilem in quid de omnibus contentis sub ente, & de omnibus apprehensibilibus naturaliter ab intellectu pro statu illo, & tamen ignorare multa particularia, & in se, quæ non possunt pro statu illo naturaliter apprehendi. Præterea est: q̄ potentia habeat nobilissimum contentum sub ente: adhuc stat, q̄ potest habere nolle rei alicuius: & per consequens tristitiam, quæ est de rebus nolitis. forte uellet amicum suum esse a. uel b. aut carere illo. & sic non est delectatio sine omni anxietate, & tristitia. Et dato, quod sit delectatio uehemens excludens tristitiam: non tamen oportet, q̄ uniuersaliter omnē tristitiā secludat: ita q̄ nulla posset cū tanta delectatione stare. Exemplum de Christo. Item sunt innumeræ causæ, unde prouenire potest tristitia: sed q̄ omnes illas rei illius, uel illi habitio necessario excludat, & compati non posset, non est clarum. ¶ Et si in statum in genere cōtra nunc dicta de improportione obiecti beatifici infiniti, & animæ, cuius capacitas est solum finita: sed inter potentiam, & obiectum debet esse proportio. Dices dum. nomen capacitas supponit pro uoluntate connotando eam alicuius rei capacem: & hoc potest esse dupliciter uel subiectiue: uel obiectiue, aut latius: ut quidā dicit. Primo modo uoluntas nō est capax nisi finiti: sic subiectū capit accidēs. Secundo modo est infinita: quia potest bonū infinitum uelle, uel quia tēdit in bonum infinitum. Sic rādet Oyta. q. ij. Obiectum proportionatur capacitati uoluntatis: uel quo ad substantiā uoluntatis absolute: uel quo ad actū uoluntatis eliciendū. Primo modo hic nulla est proportio: sed secundo modo. Et sic conceditur capacitate uoluntatis esse finitā subiectiue, non obiectiue: quia est capax obiecti infiniti, in q̄ potest tendere &c. Id ipsum sub alijs uerbis quidam dicunt: ponentes duplicem proportionē: geometricā, & obiectiua. Loquēdo de proportione geometrica, sic finiti ad infinitū nulla ē proportio: sed tñ cū hoc stat, q̄ est hmoi proportio quædam obiectiua: ita q̄ unum aliud

uitaliter immutat, hoc est obiectum potentiam sic enim infinitum potest potentiam vitaliter immutare: & finitū potest illam illam immutationem uitalem in se recipere, hoc est infinitum cogatiue tendere.

QUESTIO II.

SECUNDO queritur: Vtrū beatitudo formalis creaturæ rōnalis cōsistat in opatiōe intellectiua, uel appetitiua: & principali^r in dei fructiōe, q̄ sola uisio neuel simul in utroq; ¶ Quantū ad primū notandū. Nomen actus in proposito dicit formā, uel passiōe aliquā receptā in subiecto: & nō sumitur actio ut de genere actionis. Operatio dicit nō actionē propriē dictā de genere actionis, quē est productiua sui terminatur est modus loquēdi aliquorū: sed sumit̄ præcisē de genere qualitatis: ut est dispositio acquisita immāuens, p̄ficiens subiectum ad melius: cōnotando modum qualificandi ex his pueniētē. Nec pducere effectū asert perfectionē simpliciter dictā: sed bene arguit, & indicat inesse aliquam pfectionē. Item beatitudo formalis est dispositio immanēs, & pfectiuum intrinsecū. Est n. operatio potētiæ rationalis pfectissima, & optima secundum speciem, deo summe^r grata, qua obiectum beatificum, facit ad faciē, & fructiue attingitur a creatura rationali: uel forte uerius operationes plures: quia in uisionē, & fructiōe consistit: ut habetur in decretali Benedic. xij. Non autem potest attingi de^r nisi passionibus animorū, secundū. Aug. 1. de doct. chri. c. x. ¶ Secundo notādum. sicut

Not. 2. B Sicut Paulus apostolus inter uirtutes theologicas, charitatem maiorem nominat. j. Corint. xij. ita probabiliter uidetur dicendum eiusdem uirtutis actum fore optimum, & nobilissimum, non solum in uia sed etiam in patria. Tamen actus uisus sit obiecti non nisi intuitiue: sed solum oculis fidei: actus patriæ est obiecti clarē uisi. Nec ualet, si dicitur dictum apostoli procedere in uia, secus in patria: quia ad hoc nec ratio, nec auctoritas

ras cogens habetur. Vnde enim colligi potest proprie loquendo, actum aliquē esse optimum: & nobilissimum nisi quia non solum est obiecti nobilissimi maxime perfecti: sed cum hoc potētiæ, aut habitus nobilioris, aut gradualiter intensior: aut quia deo plus coniungit: estque deo plus gratus, sic q̄ sine eo nullus alius est sic gratus ad uitam. Sed charitas forma est omnium uirtutum, quam etiā includit sapientia, quæ est amorosa scientia. Præterea unit amantē amato: & quasi in eam transformatur: quia facit summū bonum diligere: & se contemere. Hinc scdm Diony. ca. iij. de diu. no. nominat uirtus unitiua, & cōiunctiua. Et ibi Hugo dicit, q̄ tam amor, quā dilectio est significatiua cuiusdam uirtutis unitiuae, inquantū unit amantē amato: put utriq; idē desiderant, & coniunctiue: put utriq; coniungit cōuenientiā alterius secundū inclinationē, secundū quā duo amantia se habēt ad inuicem, & differūt cōcretiue, secundū q̄ in tali cōiunctione saluat differentiā ueriusq; amantū. Et sequitur in textu. Est autē faciens extrinsecus diuinus amor: non dimittens suis plorū esse amatores: sed amatorū. l. secundum Hug. amor facit, q̄ amātes nihil sui sibi reliquunt, quin in deum ordinent. Et infra allegat. Diony. uerba Hierothei maximi theologi dicentis: Amorem esse uirtutem unitiua, & concretiuam. Non accipit uirtutē pro habitu, uel passione: sed p̄ eos q̄ efficaciam habet, & potentiam aliquid pducendū: quia. scires habet. est ergo unitiua: quia unit amantē, & amatum. Et cōcretiua: quia amās nō sit substantialiter, & essentialiter amātū: sed manēt res distincte. Et multa similia habentur de amoris uirtute, q̄ nulli attribuntē cognitiōi, aut sciētiæ ut talis, seu potētiæ cognitiue, sed uolitiuæ: immo actus quicunque sine amore quasi nihil sunt. j. Corint. xij. Similes sententias ponit Hugo in de arra aia. Cū ergo sola charitas separat iter filios regni, & gehēnæ, scdm August. sola adoptat in filios dei. Ioan. j. Sola unit, & transformat amātem cum amato: & nō uisio p̄cisē. Sola constituit ciuitatē Hierusalē scdm Aug. xij. de ci-

uidetur dicendū eiusdē uirtutis actū fore optimū.

Sicut amor sui Babylon. Sola deniq; meretur dei uisionem, & beatificā uisionē, seu fructiōem. Soli .n. mudi corde deū uidebunt. Mat. v. Solat parat hospitium deo. Præbe fili cor tuū mihi. Videtur nō ab re dicendū, optimā opationē creaturæ rationalis, & nobilissimā scdm speciem esse dei fructiōe: q̄ non est sine uisione. Itē Ephe. iij. dicitur. Scire etiā supeminētē sciētiæ charitāte Christi. ergo actus uirtutis nobilior est. Quia autē actus uolūtatis requirit præuiam apprehensionē, est de natura rei, & non ex eius imperfectione: sicut q̄ intellectus ostendit uolūtati uolēda. Alias h ex hoc potētiā cognitiua eēt nobilior iudicatiua: quælibet doctrina ostendens agenda esset præfāciō uolitione, sensus intellectu. Necessē. n. est intelligentē phāta mata speculari, & nihil est in intellectu & c. sed natura rei hoc habet. Itē sequitur: q̄ gnomo, & regula camentarij esset nobilior opante secundū m ea. Et ideo nō quadrat imaginatio Petri de Palm. cum dicit uoluntatem esse ignobiliorē intellectu, & actum intellectu nobiliorē actū uolūtatis, eo q̄ intellectus est regula, & mensura bonitatis actuum uoluntatis. Nec est ponenda distinctio talis modi inter animam & potētiā: & potētiā inter se: sed una & eadē anima ex diuersitate actui, & officiorū diuersa fortitur noia. Vnde intellectus est realiter uoluntas, licet intelligere nō sit uelle: & aliud & aliud requiritur ad intellectionē, & uoluntatē, immo ad bonitatem actui. Nec intellectus est cā totalis uolitionis: nec ratio recta bonitatis moralis uolitionis, sed quia actus est liberē elicit: a uoluntate: & sic ratio inculpabilis distauit esse uolendū: & ppter hoc nō enim sola conformitas sufficit. ut supra i iij. collec. distin. xxij. sed libera eius electio ad dictamen nō culpabile, & ppter hoc: quia dictatum est sic fore faciēdum. distin. xxvij. secundi. & xxxv. eiusdem. Præterea ut dicūt auctores in de Theo. Iustitia, amor diuinus cognitiōem præcedit, & meretur illuminationem. Sicut & fides intelligentiā, & uisionē. Inquit propheta. Credidi propter q̄ locutus sum. Vide Hug. de differentiā inter calidū,

& feruidū, & acutū, ubi & ostendit, quæ ad modū & discipuli ambulantes cum Iesū calidū habebāt, & feruidum: sed nō acutum: quia non cognoscebāt. Vnde audierunt Lu. xxij. O stulti, & tardi corde. & c. Nam scdm Hugo. ut supra de cel. hierar. c. vij. exponendū textum Diony. Calidū præcedit ut sensum uiuificet. Acutum sequitur, ut penetret. plus diligitur de^r, & intelligitur: & intrat dilectio, ut appropinquet, ubi scia foris stat. Hoc uidetur intelligendū sic. Nihil amatur nisi aliquo modo cognitū: aut fide creditū. Pōtamen aliquid distincte amari: q̄ nō potest distincte intelligi. Nam deum diligimus distincte, & in se amore auiciatā, & tū nō possumus pro statu uis distincte & in se intelligere: sed in cōceptu dumtaxat de deo prædicabili. ut supra distin. xxij. pri. collec. Nō ergo sequitur. Nihil amat cognitū, ergo nihil amatur distincte, nisi intelligatur distincte. Hinc amando deum distincte, meremur eius uisionem, & distinctam cognitionem, & ueritatis intelligentiam. Ergo (inquit Hugo) pl^r diligitur, quā intelligitur, hinc feruor amoris diuini correspondet, ut mensurę cuiusdam distincta dei cognitio. Ad hoc Augu. in expositione Palm. cxxj. Ex his potest aliquo modo colligi præcellentia actus uoluntatis, & fructiōis: ita q̄ sit optimus, & nobilissimus actus, & operatio nobilissima secundum speciem & c. licet forte uisio possit dici origine prior, seu natura. de quo latius infra. ¶ Tertio notandum. Nomen uita capitur dupliciter. Vno modo ut ipsum dicit esse uiuentis. Et anima hominis cōiuncta corpori, est eius uita. Sic beatitudo nō est uita hois, hoc est essentia hois non est eius uita. Solius enim dei beatitudo est sua uita, & suū esse. Alio modo, uita dicit operationem hominis uiuentis, siue uita naturæ, siue gratiæ, siue culpe si ita fas est loqui. Sic est uita uoluptuosa, uita actiua, uita cōtemplatiua: & fructio dei, aut etiā uisio, uita æterna nominatur, & finis ultimus quo. Hinc Ioan. xvij. Hæc est uita æterna, ut cognoscant & c. Sic etiā nomen beatitudo quāq; noiat cēntialiter ipsā operationē bñificā, qua hō cōiungitur deo, siue

Not. 3. Nomen uita capitur dupliciter.

fit uisio fruitio, uel tēcio. Quādoq; noīat
 statum talem: & sic includit omnia ea,
 quæ ad statum illius integritatem, & per-
 fectionem requiruntur, quocunq; uocentur
 nomine. Sic notificat Boetius beati-
 tudinem. Et sic non accipitur in titulo
 quæstionis: sed primo modo solum, alias
 quasi nulla esset. Quid dicat fruitio, sup-
 ponitur ex primo, dist. j. &c. ¶ Quantum
 ad articulum secundum est conclusio pri-
 ma. Beatitudo formalis creaturæ ratio-
 nalis nō consistit in eius essentia, uel sub-
 stantia: aut perfectione prima: sed in eius
 operatione, & perfectione secunda. Patet
 in Cle. Ad nostrum, de Hæreticis. ubi illa
 condemnatur. Natura intellectualis est
 in se ipsa naturaliter beata. Præterea si
 sic, omnes creaturæ rationales speciei hu-
 manæ essent essentialiter beatæ, & nullæ
 miseræ. Præterea beatitudo est merces,
 & præmiū, quod præsupponit esse operantis.
 Cui autē perfectio prima est esse rei, & ex
 primitur per ly esse secundū Sco. q. ij. si-
 cut beatitudo nō consistit in substantia
 rei beatitudinis: ita nec in eius perfectione
 prima: quia tunc est quādo nihil deficit per-
 tinens ad essentiam rei. Ad hoc ē Augu-
 li. xij. de Ciui. c. j. dicens beatitudo homi-
 nis non est a seipso, sed a deo, quo ade-
 pro beat? est. Ad hoc est phis. p̄io Ethic.
 Felicitas est operatio optima uirtutum.
 Et. xij. Meta. loquens de intelligere diui-
 no. Agens si non intelligit, quid utiq; in
 signe erit ei? Auctoritate Aug. j. de Doc.
 Christ. ca. xxxij. summa merces est, ut eo-
 persequamur. Et. xij. de ciuita. cap. j. offen-
 dit beatitudinem consistere in adhaerere
 Deo: & adaptione Dei. Ad idem in hym-
 no de gloria paradisi. Potest propositio
 probari. Nulla perfectio intrinseca est
 beatitudo, nisi pro quanto per ipsam at-
 tingitur immediate obiectum beatificū,
 seu in quantum coniungit obiecto extrin-
 seco perfectiui. sed excepta relatione (scdm
 ponentes eas) immediatam coniungens
 est operatio: ergo. Probatur maior: quia
 non potest alicui esse cōplete bene, & ul-
 timate, nisi habendo illud, quod summe ap-
 petit, & quod eius desiderium plenè satiāt,
 & a quo, seu per quod habere potest emine-
 tes sum esse suū, quicquid uoluerit, ut su-

Arti. 2.
 Cōcl. 1.
 Beatitudo formalis creaturæ rationalis nō consistit in eius essentia uel substantia; sed in eius operatione.

pra. Hoc aut fieri nō potest, nisi cōiungatur
 sibi. Non potest sibi cōiungi substantia-
 liter, ut fiat ipsum, ergo sola operatione.
 ¶ Secunda conclusio. Voluntas creaturæ
 rationalis nō beatificatur, nec ultimate saria-
 tur, & quietatur nisi in boni simpliciter
 infiniti continētis eminetur omne bonū,
 operosa adaptione cum exclusionē om-
 nis miseræ. Hęc cōclusio potest per suaderi. Nā
 in habitibus qualēcūq; appetitū, siue na-
 turalem, siue animalē, siue rōnalem, non
 habet ultimata perfectio, & quietatio. ni-
 si habito eo, quod tali affectu rectè posse ap-
 petit. Si graue habet aliquā imperfectionē
 priuatiuā, donec quietescat in cetero. Et ap-
 petitus sensitiuus, donec habeat bonū, quod
 est sibi summū. Et aia rōnalis formata ad
 imaginem dei, donec restituatur beatifi-
 cē post mortem suo perfectibilis. August.
 ad litteram. xij. super Gene. cap. penultimū.
 Hinc Paulus. Nolumus expoliari,
 sed corpore superuicti. Cum autem ho-
 mo conditus est, ut summum bonum in-
 telligat, intelligendo amet, amando pos-
 sideat, possidendo fruatur, non satiatur
 eius appetitus rationalis audit, quod tale
 bonum sit, & possibile haberi, donec tale
 bonū nanciscatur. Semper enim habes
 aliquam imperfectionem, donec habeat
 summum appetibile. Nec sufficit ad que-
 rationem appetitus dilectio, aut delecta-
 tio rei tanta, uel tanta, sed obiecti tantū.
 Item a cognitione, & cognito paritur
 cognitio, uel uolito intrinsecē perficiēs
 subiectum, & quandoq; rectè fatians ap-
 petitum, quam perfectionē a se, & ad se,
 alias habere non possēt sine tendentia
 in ipsum: & maxime cum id, quod uult
 est sese nobilius, & summum bonum pos-
 sibile haberi. Et si aliqua natura perficitur
 in nobiliorē se, quod tamen non est sum-
 mum appetibile: non simpliciter, & com-
 plete perficitur, nisi habito supremo ap-
 petibili extrinseco, & propter se: quia
 non est processus in infinitū in perfecti-
 bilibus, & perfectiuis. Suprema itaq; per
 se sitibilis non perficitur ultimate nisi ha-
 bendō supremum perfectiui extrinsecū.
 Tota uerō creatura rationalis est supre-
 mum perfectibile, & beatitudo formalis in
 suo gñe supremum perfectiui: & opera-

Cōcl. 2.
 D
 Voluntas creaturæ rōnalis nō beatificatur nec ultimate sariatur; nisi in boni simpliciter infiniti operatione.

tio nobilissima secundū speciem &c. Nec
 oportet secundū ordinē naturarū esse per-
 fectionē intrinsecā cōpletue perfectiuitatis.
 Sed sufficit, quod perfectiones intrinsecæ se-
 cundæ coniungentes cū perfectiui extrin-
 seco respondeant gradibus perfectio-
 num primarum. Et si dicitur: perfectio se-
 cunda non est appetibilior, & nobilior per-
 fectione prima: sicut nec bonitas secūda bo-
 nitate prima: Dicit Sco. Quāuis in substā-
 tijs perfectio prima sit prima simpliciter,
 tñ nō est ultimata, & simpliciter cōple-
 ta ipsius perfectio. Quia cum substātia est:
 adhuc potest ulterius perfectio secūda
 intrinseca, quod nō est ipsa substātia: & quā-
 diu illa caret, uel eā expectat, caret ulte-
 riori perfectione sibi possibili. Perfectio se-
 cūda et si nō est in formaliter, & specie nō
 bilior, & appetibilior scdm se, & ppter se
 perfectione prima: quia tñ immediate cōiun-
 git perfectibile perfectiui extrinseco: & sic quod
 sine eo nō cōtingetur eide: est certo nō
 appetibilior, & dicitur nobilior, ac perfe-
 ctior perfectione prima nō absolute, sed in
 tali gñe humanarū perfectionū, uel operatio-
 nū, aut qualitātū intrinsecē perfectiui. Sic
 gra gratū faciens licet sit accidēs hoīem
 adoptat formaliter in filiū dei. Hic quōque
 hoī perfectiua magis appetuntur a uolū-
 tate libera rōnali, quā bonū extrinsecū pri-
 uū. Immo hō eligit mortē ppter conse-
 cutionē boni illius. Hoc aut nō sic repe-
 rit in alio appetitu nisi rōnali. Et ideo
 operationes aliæ nō sic coniungunt perfecti-
 uē cū obiecto extrinseco summe perfectiui,
 uel uolūtas libera, nō semp̄ qurens quæ
 sua sunt, sed quæ Iesu Christi. Sic similiter
 dicendū de bonitate prima, & secūda. Li-
 cet quælibet res bona sit bonitate prima
 sicut est ens entitate prima: tñ nō est bo-
 na bonitate secūda. Hoc modo Boetius
 in de hebdomadibus, dicit bonitatem esse
 se. accidēs, & quod res non in eo, quod sunt bo-
 næ sunt. Verum est bonitate secūda. Et
 ideo huiusmodi rei perfectio, & bonitas
 exprimitur per ly bene esse. ¶ Tertia con-
 clusio. Beatitudo formalis ratiōnalis crea-
 turæ non consistit in operatione potent-
 iæ sensitivæ, ut tali præcisè. Per hoc nō
 negatur, quin omnes sentiens habebunt
 suos actus in patria, ut dicitur Et quod do-

Cōcl. 3.

tes corporis possunt dici quædam beatitudo
 largo uocabulo: quia sensus ut talis nō
 potest deum secundum naturam diuinā
 attingere: quia spiritus est. ¶ Quarta con-
 clusio. Si beatitudo formalis est operatio po-
 tētiæ rōnalis optima scdm speciem, qua
 immediate attingit, & permanenter obiectū
 beatificum clarè uisum, ei quod amans frui-
 tione unitur lumine gloriæ eleuatus ut
 deum uideat, eo quod beate fruatur, comitā
 te oimoda appetitus satisfactione, & gau-
 diosa quietatione: uideretur beatitudinem
 principalis consistere in fruitione, comitā
 te gaudiose delectatione, quā in
 uisione. Primum declarandæ sunt clau-
 sulæ cōclusionis. Quod hic dicitur potē-
 tia rationalis, supra quandoque dicitur in-
 tellectualis: non ut distinguitur contra
 operationem potentie uoluntatiue. Dicitur
 optima secundum speciem: quia nō oportet
 beatitudinem, quæ est operatio &c. sim-
 pliciter, & absolute esse optimam, & in-
 tēssimam gradualiter. Sufficit: quod sit
 optima secundum speciem, alias sola ani-
 ma Christi habet summam gratiam eēt
 uerè beata. ut infra. quæst. iij. Dicitur qua
 immediate attingitur. dicit extrauagus
 Benedicti, ut infra nulla immediate crea-
 tura in ratione obiecti se habente. In uia
 mediatè attingitur deus in conceptu p-
 dicabili de eo. In patria in se uidetur, si-
 ue potentia se habeat actiue, siue passi-
 ue respectu actus beatifici. Ista regula
 quia siue ipsamet anima actum beatificū
 producat, siue a Deo productum in se re-
 cipiat, immediate attingit deum per actū
 illum. Dicitur permanenter, per quod
 possent excludi Paulus, & Moyses, qui
 uiderunt deum adhuc uiatores, sed non
 permanenter. Totum negotiū stat in quid
 nominis beatitudo formalis. Hinc con-
 clusio condicionalis est. Et potest per su-
 deri: quia actus fruitionis beatificæ im-
 mediatè unit amantem cum amato, & sū-
 me quietat: non sic uisio sola: quæ cum
 sit prior fruitione, potest ab ea separari
 per diuinam potentiam. Nec ad eam so-
 lam sine fruitione comitatur gaudium,
 delectatio appetitus satisfactione &c. Immo
 posita sola fruitione naturaliter sequun-
 tur, non sic ad nudam & solam cognitionem

Cōcl. 4.
 E
 Beatitudo principalis consistit in fruitione, comitā te gaudiose delectatione, quā in uisione.

nem. Item ad rei habitam maiorem uolitionem immediate sequitur maior gaudiu. Non sic de cognitione. Et licet intellectus primo apprehendit obiectum primitate generationis, non tamen perfectionis. Beatitudo uero est prima affectio summi boni, non primitate generationis, sed primitate perfectionis amorosa, & unitiua. ex notabili secundo. Est tamen de natura potentia uolitiua: ut supra, quod non fertur frui uel in obiectum sine potentia apprehensiva praeuia. Non quod fiat mutatio, uel alteratio in potentia uolitiua dum iam quietatur in obiecto, & non prius: sed quia iam ponitur praeuium, & acquisitiuum in agendo quod prius non ponebatur, ideo iam uult, prius non ponebatur, ideo iam uult, prius non uoluit. Similiter posset dici de sensu, & intellectu. Cum ergo potentia uolitiua non est in potentia propinqua ad actum, nisi ponatur apprehensiva: ideo apprehensiva dicitur prima primitate generationis, sed non perfectionis. Dicitur est in conclusione Comitante &c. Quia nunquam nomen beatitudo absolute sumitur pro qualitate uel operatione aliqua, sed recte circumstantionata. Sicut enim nullus dicitur uere, & perfecte damnatus sine tristitia: ita nec beatus sine gaudio, & delectatione, seu appetitu satisfactione. Hinc raro uel nunquam sumitur nomen beatitudo nisi pro quadam aggregatiua multitudine. ¶ Si quis dicitur, an delectatio sit de essentia beatitudinis: Sic gaudiu, & passiones aliter committuntur uoluntatis affectu. Quia non uidetur esse Scotus, qui tenet partem negatiua: Dicendum aliquid dicitur esse de essentia alterius dupliciter. Vel quia est pars eius essentialis, aut ipsamet res essentialiter, quae est sua quidditas. Et sic delectatio non est de essentia beatitudinis ut est operatio: sed secundo modo, cum aliquid dicitur esse de essentia alterius ex eo: quia sine eo res talis non potest esse talis, quod dicitur, albedo est de essentia rei albae. Item quietatio est quae perfectio supueniens operationi: sicut decor inuenerit, & pulchritudo consequens iuuentutem, secundum Philosophum. j. Ethicorum. Delectatio perficit operationem sicut decor inuenerit. Sic quietatio non est de essentia beatitudinis primo modo. Alio

An delectatio sit de essentia beatitudinis parte.

modo quietatio est actus uoluntatis elicitus quietatiua. Sic quietatio est realiter fructio, & de eius essentia primo modo: quia non quietatur potentia nisi operatione perfectissima respectu summi appetibilis iam adepti modo possibili. Cum autem aliqui dicunt quietationem in obiecto praecedere affectio obiecti prima: Si prima ualeat id est perfecta, falsum est quod assumitur: quia ipsamet affectio, & boni adeptio est quietatio, & delectatio ipsa. Videt Scotus in ista distinctione pro eodem sumere quietatio & delectatio, quia secundum eam quietatio quae est delectatio sequens operationem: quae quod est uelle immediate coniungens finem. Et non est simile de motu ad terminum, & operatione ad terminum, quantum ad quietem. Motus enim ad terminum praecedit quietem in termino. Sed hic una & eadem operatio coniungit creaturam deo, & quietat ipsam. Inde est affectio summi boni, & quietatio perfecta. Si dicitur passionibus nec laudamur, nec uituperamur, nec meremur: uerum est ex se: & essentialiter seu intrinsicè cum contingit eis laetitia, sed denominatione extrinseca. Possunt enim esse materia laudis, & meriti. Summe diligentes deum in patria potius gaudent, & iucundantur inde intentione gradualiter: eo quod deum amore amicitiae intensissime diligunt. Sic & actus aliarum potentiarum possunt esse materia laudis. Ad hoc Augustinus j. de docto. Christiana. cap. xxxij. Haec autem merces summa est, ut eo perficiamur. ¶ Ex quo dicto tria colligi possunt. Primum, quia ex hoc habetur quod beatitudo consistit in fructione quae est actus uoluntatis secundum quod non solum in fructione, quia illa est summa merces quae est in fructione: ergo est alia non summa merces. Tertium, quod principaliter in actu uoluntatis: quia summa merces, licet non totalis. Et ita hoc dictum facit pro conclusione. Item. xiiij. de ciuita. dei. cap. v. Beatus non est nisi: & omnia habet quae uult, & nihil male uult. Item. xij. de ciuita. dei. cap. j. Beatitudo est adhaerere deo. Item. viij. de ciuita. dei. capit. ix. commendat dicta Platonis ponentis felicitatem consistere in actu fructiois. Infert Augustinus. Non est beatus, qui non amat, quo frui-

Coro. 1

tur. Ad hoc faciunt in notabili secundo recitata. Item in manuali. cap. xxix. & c. ultimo. ¶ Corollarium primum. Voluntas respectu obiecti praesentis habet alium actum a delectatione passionis. Quo actu sic libere elicito a uoluntate primo asseritur primitate perfectionis optimum, & summum bonum: licet non primitate generationis. Oportet enim praecedere apprehensiuam. ¶ Corollarium secundum.

Coro. 2

Delectatio passio non est principalis in beatitudine. Secus si delectatio est realiter fructio, & delectatio. ¶ Quinta conclusio. Si nomen beatitudo sumitur aggregatiue, ut dicitur uniuersum omne pertinens ad beatitudinem consummatam, & perfectam, siue secundum corpus: siue secundum animam: seu secundum Boetium statum omnium bonorum aggregatiue perfectum. Gaudiu, & delectatio, & similia possunt dici esse de essentia beatitudinis, ut conclusione praecedente. quia sine illis non esset consummata beatitudo. Nec hoc modo dicitur consistere in hoc, nel in alio praesens, nisi partialiter, & totaliter, & uniuersum in illa multitudine tota. Et saepenumero docet & sancti parte per toto ponunt, dicentes beatitudinem esse hoc uel illud, quod est de integritate beatitudinis. collectiue sumpto uocabulo, secundum Palu. Cautè ergo uidendum est, quomodo nomen beatitudo sumitur in diuersis locutionibus doctorum. Fortè nullius importanciam sunt illarum disputationes: quia clarè est aliqui beatitudinem esse in intellectu, aliquam in effectu: & disputatur, quare posterior quod soli deo patet. Vtraque bona, & necessaria.

Col. 1

Gaudiu & delectatio, & similia possunt dici de essentia si militudinis si nomen beatitudo sumitur aggregatiue.

Col. 6

¶ Sexta conclusio. Licet obiectum beatificum, prius prioritate naturae seu generationis attingitur per intellectum, quam uoluntatem, non tamen ex hoc sequitur actum intellectus esse priorem uoluntate prioritate perfectionis, & dignitatis. Probatur: quia secundum Philosophum, priora generatione sunt posteriora perfectione. quod uerum est, quoniam sunt eiusdem generis, & unum ordinatur in aliud essentialiter, & est propter aliud. Sic est in proposito. Intellectio enim subseruit necessarii uolitioni: & uolitiua in intellectu habet praesuppositam, eique imperat. Item uoluntas habet rationem finis respectu intellectiois, secundum Anselmum. li. ii. Cur de homine &

Aug. xix. de ciui. dei. cap. xiiij. Item passiones sunt propter operationem, & non e contra. Ockam. q. iiij. dist. j. primi Sententiarum. Praeterea nullius potentiae actus potest dici humanus: nisi sit a uoluntate elicitus, uel impatus, sed nec meritori, uel demeritori: ergo nec beatificus. Et si actus alij dicuntur meritorij, uel laudabiles &c. hoc fit denominatione extrinseca: quia imperati a uoluntate. Sicut igitur secundum plerumque omne meritum, & demeritum dicitur esse in uoluntate essentialiter: ita & de actu beatico, qui est uisio dei. Licet uisio sit in intellectu non in uoluntate, quod sine uoluntatis impio non esset actus humanus, nec beaticus. Secundo Topicam, propter quod unumquodque tale &c. Item secundum omnes hō tēdēdo in deū sit formaliter beatus. Tēdere secundum Scotus est solius uoluntatis. Non enim accedit ad deum, nisi passibus, & pedibus amonitū, hoc est affectionibus. Verum distinguant alij de tendere motiue, aut terminatiue &c. Sed forte nullū potest homo sine uoluntate. ¶ Hinc quaeritur incidenter. An intellectus sit causa uolitionis, & causa totalis, & e contrario. Secundo quod iiiij. responderi. Si intellectus habet aliquam causalitatem super actum uoluntatis, tamen solum partialem, non totalem. Maiorem enim causalitatem habet uoluntas super actum uoluntatis libere elicitem, quam habeat intellectus super actum uoluntatis. Intellectus enim, si ponitur causa uolitionis, est causa subseruiens uoluntati, tanquam habens actionem primam primitate generationis, non perfectionis. Item si actus intellectus esset causa totalis uolitionis, cum intellectio prima omnino naturaliter causat. & non libere, quod quod causaret, naturaliter & non libere causaret: & sic fieret circulus in actibus uoluntatis, & intellectus, & uterque naturaliter necessitate causaret, & prosequens cessaret libertas in homine. Et ideo uoluntas est causa principalis suorum actuum, & omnium actuum humanorum elicitorum, uel impatorum, quod dicitur humani, seu laudabiles, aut uituperabiles. Non tamen mouet a se tanquam causa totalis: quia semper requirit cognitionem uoliti. Holkot. q. iiij. primi Sententiarum. Praeterea

An intellectus sit causa uolitionis, & causa totalis.

ea nolunt aliquid dicere, quod obiecto actus liter mouente intellectum, si nulla coneurat intentio uoluntatis, quauis ibi sit aliqua actio, nulla tamen est ibi cognitio. Quod uerum est secundum Tho. Argen. de cognitione perfecta, quae est iudicativa: quia nec in cognitione sensitua, nec intellectiua habetur iudicium de obiecto, nisi ad sit uoluntatis intentio. Haec ille. Ad idem Oyra. q. 1. Sentent. & Aug. in de spiritu & litera. cap. xxxj. Vbi ostendit neminem quid posse, nisi uolens faciat, aut non faciat. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum: Si beatitudo formalis principalis, & essentialis ponitur in uoluntate, quam in intellectu: seu fruitione, quam uisione: quomodo stat uerbum Christi Ioan. xvij. Haec est uita aeterna, ut cognoscat. & communitur aliorum doctorum loquentium regulariter de uisione, & non fruitione. Dicendum cum Aug. lxxxij. q. li. ix. q. lxix. Mos scripturae est, ut quod semper est, tunc fieri dicatur in aliquo, cum ab eo cognosci coeperit. Sic dicimus orantes, Sanctificetur nomen tuum. i. sanctum esse innotescat, non quod aliquod sanctum non sit. Ita in proposito dicunt sancti beatitudinem esse in uisione, & promissiones diuinae sonant de uisione. quia cum uidebimus eum sicuti est, tunc eo fruemur, in eo iucundabimur, & letabimur &c. Nec frui quis poterit deo beaticus, nisi eum intuitiue uideat. Itaque initium beatitudinis per eius consummatione ponit, & pars per totum uel illud in quo innotescit loco beatitudinis ponitur. Sensu enim uisus plus certificatur homo. Hinc nomine uisus, quousque uenit omnis sensus: secundum Aug. Homilia. cxxj. super Ioan. Cum ergo beatitudo quae est fruitio, & uisio, ipsa uisione innotescit, ergo secundum Tropum, beatitudo dicitur esse in uisione &c. Ad dictum Christi. Haec est uita aeterna &c. Respondet Scot. q. iij. Non dixit Christus: haec est beatitudo aeterna: sed haec est uita aeterna. Nam secundum Philosophum. xij. Metaphysicae actus intellectus est uita. Et uita aeterna, sic est actus aeternus. Si quis contendit dicere. Haec est uita beata: ita quod sit idem beata, & aeterna. Textus non habet illud: ergo similiter dicendum uentur, quod ubi

Artic. 3. Dub. 1. H Si beati tudofor malis pricipalius ponitur in uoluntate quam in intellectu, uel fruitione, quomodo stat dictum christi Haec est uita aeterna, ut cog.

ponitur cognitio includit amor, & uisio in reliquo includitur, ut si consistat in cognitione amorosa. Cum Aug. dicit, uisio tota merces: uerum est de potentia cognitiua praecise: quod ad suam operationem perfectissimam, & in specie illa. Item est totius mercedis initium, & principium primarium, quod innotescit alia. Itaque sancti per rei magnitudine, beatitudinem iam sic, noiant in uno alterum includendo. Sic adducitur dictum Philip. Ioan. xlij. Dicendum. Aliqui discipulorum rudes erant, & iudicabant patrem, quod non uideret maioris filio, & ita nec Christum cognouerunt: quia non est minor pater secundum deitatem, nec maior filio pater secundum deitatem. Hunc sensum erroneum corrigere uoluit Christus dicens, qui uidet me per fidem, uidet & patrem meum mihi consubstantialis, & coaeternus: quia pater in filio, & filius in patre per circū inflectionem. Aut forte Philip. putauit patrem uideri posse in terris oculo corporali. Et sic dixit Christus, quod me uidet secundum deitatem, uidet & patrem. Non autem hoc fit in terris. Et si intelligit oculo corporali, uel fidei: sicut de Thoma dicitur: quia uidisti credidisti, uidit oculo corporali, credidit oculo fidei, & mentali: sic uoluit Christus dicere, quod uidet Christum esse deum per fidem, uidet & patrem consubstantialis: licet non uideret eum oculo corporali. Ideo inquit. Non credis: quia ego in patre, & pater in me est &c. Itaque hic sermo de sufficientia quoad meritum fidei respectu cognitionis personarum. ¶ Secundum dubium. An respectu actus beaticus anima se habet actiue, uel passiue. De hoc supra. dist. q. ij. primi collecti. Holkor. q. viij. suarum determinationum tenet contrarium. Eius motum est: quia nisi sic, frustra poneret in ea lumen gloriae. Cle. Ad nimum de hereticis. ubi habet, quod lumen ponit ad eleuandum animam ut deum uideat, eoque beate fruatur. De lumine gloriae olim fuit coefferatio apud doctores. si sit ponendum, uel non. Et ad quid ualeat, ex S. Tho. & Durā. Nunc est in cle. facta decisio, quod est error dicere, animam non indigere lumine gloriae &c. Sed quid sit lumen gloriae, non explicabitur ibidem, si sit distinctum ab habitu charitatis: & si sit in obliuio donum quam habitus charitatis. In epistola ad Co-

Dub. 2. I An respectu beaticus actus animae se habet actiue, uel passiue.

loj. habetur argumentum: quod est charitas, cum dicitur. Qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine. Fortis ex illa scriptura est causa si determinandi, seu ex dicto prophetae ps. xxxv. In lumine tuo uidebimus lumen. In lumine tuo a te creato, & in nobis recepto, uidebimus lumen tuum increatum. Et dicit Holkor. Non est dubium: quin si deus coageret omnibus beatis, habet meliora naturalia, meliorem elicere fruitionem: sed quia deus sic statuit, quod uult reddere praemia secundum bonitatem moralem, & ualorem gratuitum, non sic secundum bonitatem naturalem: ideo quibusdam debitoris naturae, plus tribuit de lumine gloriae, ut fortius agant: itaque possunt deum excellentius diligere. Haec ille. Et q. ix. Voluntas beatorum non fruitur deo secundum possibilitatem naturalium, sed secundum facultatem gratuitam. Illa uideatur dubia. Quomodo uerum est: quod debitori in natura magis datur de lumine gloriae, ut iuxta meritum uis, uel sine? Non sine, ut uidetur: quia sic esset melioris conditionis, quam maior sanctorum. Igitur iuxta meritum uis. Et quid si essent paris meriti, robustior, & debilior in naturalibus? Si tunc quilibet fruitur deo secundum facultatem gratuitam, & illi pares fuerunt in merito, minor tamen est uis naturalis in uno, quam in alio, & potentia utrius habitibus, ut instrumentis: Non uidetur, quomodo debilior in naturalibus tantum posset actum elicere, sicut robustior, cum (ut uidetur) potentiam agat, secundum quod possunt. Et uirtute naturali habitatur sic, uel sic, & secundum lumen gloriae tantum, uel tantum, secundum illam opinionem. Itaque per quid cohibetur illa uis naturalis, ne tantum eliciat actum fruitionis? Opus esset dicere potentiam naturalem illustratam lumine gloriae tantum agere pro habenda beatica uisione, & fruitio ne deum, ut homo hic meruit in uita, & non plus. cuius quantitas, & qualitas soli deo pater. & ita deus utitur hominis potentia, ut instrumentum dirigendo ipsam ut uult, secundum illam opinionem. Præterea, secundum illa dicta, potius lumen gloriae uteretur potentia, quam e contrario, & habitus dirigerent potentiam, & determinaret directi ab agente infallibili. Itaque sicut secundum Scot. gratia non aget capacitate aie ad maiorem gratiam,

cum sit capax summa gratia, sicut anima Christi: igitur nec aget capacitate lumen gloriae ad uidentem deum. Quicquid sit de illis, si ponitur, quod uisus actus beaticus, producit in anima beati secundum merita in uita, & per tale sic productum a deo, & susceptum in anima uoluntas tendit in obiectum, multa possunt facile saluari, ut infra. q. v. de inaequalitate gaudij, & delectationis, uisionis, & fruitionis &c. Et siue (secundum modum loquendi aliquorum) talis qualitas dicitur actus, siue nomine quod non recipit in ea potentia, a qua uitaliter producitur: producit enim a deo, & recipitur in anima, quam uitaliter immutat. Potest tamen in genere dici forma quadam, & perfectio subiecti. Est enim primum beaticum essentialis, cui secundum Palu. q. iij. art. ij. repugnat quod efficiatur a potentia, sed debet recipi ab ea. ¶ Tertium dubium. Quomodo uerum est animas sanctorum ultra uisionem diuinam essentiae non posse exaltari. Item quod uisio clara diuinam essentiae est summa animarum exaltatio. Itaque an beatitudo consistit in uno solo actu, uel in pluribus. Ad primum responderetur infra. q. v. Et potest quantum hic sufficit dupliciter habere intellectum. Unus est. ultra gradum uisionis diuinam essentiae quem habet anima ante extremum iudicium, non exaltabunt ad maiorem gradum liter intesue. Sicut autem non intenditur in eis charitas patriae, ita nec uisio obiecti beaticus: eo quod earum beatitudo essentialis non augetur, sed de gaudio praemij accidentalis. Hoc enim extenditur post corporum resumptionem, & multorum glorificationem. Habebunt enim tunc stolam corporis, & animarum animarum tantum. Alius sensus ultra uisionem dei, non possunt exaltari ad aliam perfectionem distinctam specie a clara uisione dei: maiorem, & perfectiorem, quam sit clara dei uisio. Sic falsum est: quia habent cum uisione dei etiam fruitionem perfectiorem, & priorem prioritate perfectionis, quam sit uisio clara dei. Olim aliqui senserunt animas ante iudicium extremum non esse uere beatas. Et hi dixissent consequenter, quod in iudicio earum beatitudo augetur intesue, & extesue. Et alij senserunt: quod anima tunc habebit clarior uisionem dei, quam nunc, & quod earum gaudium intendet in ratione extesue, & intesue.

Dub. K Quo uerum est animas sanctorum ultra uisionem diuinam esse exaltari.

Et uult Tho. Argent. post Magistrū lib. ij. dist. xj. tenentem q̄ beatitudo angelorū crescit usq; ad iudiciū: propter custodiā hominū, & obsequiū eis impendēdū. Verū illa opinio Magistri cōmuniter nō tenetur. Alij ponētes beatitudinē principaliter consistere in actu intellectus, admittentē secundū intellectū pro parte, saltem aliqui. Nā Durand. uidetur uelle, q̄ solū in uno actu cōsistat beatitudo: q. iij. Alij in duobus. ¶ Ad secundū: cū quidam dicunt, uisio clara essentia diuine est summa animarū exaltatio: Pōt multipliciter intelligi. Primō inter omnes exaltationes animæ distinctas specie, uisio est summa, & supra oēm aliam specie distinctā. Et de hoc est diuersitas opinionum, ut supra. Quidā. n. uolunt q̄ uisio sit simpliciter sūma, & nobilior fruitione. Alij, q̄ uisio est summa quia est fruitio. Alij, q̄ fruitio est summa: sed nō uisio dei. Alius sensus pōt esse: anima uidēs deū nullam aliā perfectionē cōsequi pōt. quod falsum est: quia expectat nō solā corporis, & gaudij accidentalis augmentū: sed nō crescit in p̄miō essentiali. Secus de accidentali extēsiōe. Immo possunt dici multipliciter exaltandæ in multarum rerum cognitione. Eo mō loquēdi, cū quis nanciscitur aliquod humile officium respectu prioris habitū, quo pri⁹ caruit: dicitur aliquo modo exaltatus. quia accreuit ipsi aliquid, quo prius caruit. Aliter pōt dici ad idē. Summū capitur multipliciter. Primo mō adiectiue, qd̄ est quocūq; alio maius. Sic qd̄ per superabundantiā dicit uni soli rei cōuenit. Hoc mō fortē potest cōcedi esse unū summū actū. Non autem uisio dei sola. Alio modo est summū in specie illa. Sic inter oēs species coloris albedo ponit summa, & in genere uisionū uisio intellectualis, & in ḡne affectionum uolūto libera summa est. Sic summo nihil distinctū specie altius est. Nā in ḡne uirtū nō nulla est uirtus distincta specie a charitate altior: licet una charitas sit maior alia. Itē in genere cognitionū: uisio dei p̄cellit specie. Sic possūt esse plura summa: uisio in genere cognitionū: fruitio in genere uolūtionū. Tertiō capit̄ pro mō gradualiter. Sic inter uisiones dei

Visio nē clara essentia diuina esse summā animarū exaltationem pōt multipliciter intelligi.

una est intensior alia, & inter fruitions, una est intensior alia, & sic summo nihil est altius in illa specie. Hoc mō dicitur sola anima Christi esse summe beata. Quartō dē sumū, qd̄ uniuersū, & aggregatiue cōtinet omnia, & singula: nullo eorū depto, q̄ sunt, uel esse possunt de beatitudinis integritate, & perfectione. Cū ergo dē uisio clara diuinæ essentia est summa animarū exaltatio: Cōceditur, uel negatur: secundū nūc datā distinctionē &c. ¶ Ad tertiū, qd̄ quid sit de dictis antiquorū doctorū, nūc est clarū ex Clē. Ad nostrū. de hereticis q̄ cōsistit in fruitione, & uisione, & nō in uno solo actu. Patet respiciendo textū. Cur ponatur lumē gloriæ: ad eleuandum animā, ut deū uideat, eoq; beatē fruatur. Ecce actus duorū uisio, & fruitio. Ad idem est Benedicti. xij. Decretalis, seu extrauagā, cuius tenoris est. Benedictus ep̄s seruus seruorū dei &c. Definimus, q̄ secundū cōmunē dei ordinationē animæ sanctorū uel test. q̄ de hoc mūdo ante passionē dñi nostri Iesu Christi decesserūt, nec nō sanctorū apostolorū, martyrū, cōfessorū, atq; uirginū, & aliorū fidelium defunctorū post sacrū ei⁹ baptismū susceptū Christi, in q̄b⁹ nihil purgabile fuit, q̄n̄ decesserūt, nec erit, quādo decedent, etiā in futurum. uel si tūc fuit, aut erit aliquid purgabile in eis: dem, tamen post mortē suam fuerit purgata: ac q̄ animæ puerorum eodē Christi baptismate baptizatorum, & baptizandorū, cū fuerunt baptizati ante usum libertatis. decedentium, mox post mortem suā & purgationē p̄saratam, in illis, qui purgatione huiusmodi indigebant, ante resurrectionem suorum corporū, & iudiciū generale, fuerunt, sunt, & erunt in celorū cælo regno, & paradiso cælesti, cū Christo in sanctorum angelorum consortio congregatæ: ac uiderūt, uidēt, & uidebūt. Post tamē ascensionē, & passionē domini nostri Iesu Christi, diuinā essentia uisionē intuitiua, & facialem, nulla mediante creatura in rōne obiecti se habēre, sed diuina essentia nudē, & clarē, & apertē illis ostēdere. Quiaq; sic uidentes eadem diuinā essentia perfruiūt. Nec nō, q̄ ex tali uisione, & fruitione eorū animæ, qui iā decesserūt, sunt uere beatæ, & erūt illorū,

Duo actus in beatitudine uisio, & fruitio.

Extrauagābe nēditi xij. de beatitudine.

quia postea decedēt, cū eandē uidebūt essentia. Ipsaq; perfruetur ante generale iudiciū. Ac q̄ uisio huiusmodi essentia diuinæ eiusq; fruitio, actus fidei, & spei in eis euacuat prout fides, & spes sunt uirtutes theologice proprie. Quiaq; postquā inchoata fuerit, uel erit talis intuitiua, & facialis uisio, & fruitio in eis, dicta uisio, & fruitio sine aliqua intermissione, seu euacuatione prædictæ fruitions, & uisionis cōtinua existit, & cōtinuabitur usq; in finale iudiciū: & ex tūc usq; in sempiternū. Dicim⁹ insuper: q̄ secundū cōmunē dei ordinationē aīa decesserūt in actuali mortali peccato, mox post suā mortē ad inferna descendāt: ubi p̄nis infernalibus cruciantur. Et q̄ nihilominus in die iudicij, oēs homines ante tribunal Chri cū suis corporibus cōparebūt, reddituri de proprijs factis rationē, & recepturi unusquisq; prout gessit in corpore suo, siue bonū, siue malū. Statuimus nostras p̄dictas definitiones, seu determinationes, & ipsarum singulas, ab omnibus fidelibus esse emendas. Quicūq; autē deinceps nostrarū definitionū p̄dictarū, seu determinationum, aut singularū ipsarū cōtrariū scienter, & pertinaciter, tenere, asserere, p̄dicare, docere, aut defendere, uerbo, uel scripto p̄sumplerit, contra eum, sicut contra hereticum modo debito procedatur &c. Martinus dicit iuxta finem quarti illam Decretalē editā ad determinationē studij Parisien. cōtra Ioa. xxij. Ex qua bulla inter alia plurima habet: q̄ beatitudo consistit in uisione, & fruitione Itē cōtra Ioa. xxij. q̄ aīa ante extremū iudiciū sūt uere b̄tē, uel saluate. Itē q̄ intuitiue uidēt deū. contra eos, q̄ dicūt uisionē esse obiectū fruitions: seu delectationē. Item q̄ fruūtur deo. Euacuat̄ actus fidei, & spei p̄ finale dei uisionē, & fruitionē. Itē erit ibi perpetuas, & tēto sēpiterna. Itē animæ malorū mox dānātur. Itē oēs adfrabit̄ iudiciū extremo iudicio reddituri rationē &c. & recepturi, put quisq; gessit in corpore, siue bonū, siue malum. Et mirū uidetur, q̄ hic nulla sit mētio de lumine gloriæ. Cur deniq; Paulus rap⁹ in tertiū cælū, nihil de hoc locut⁹ est, qui maximā ponit charitatis extollentia, tacito lumine gloriæ,

si est quid distinctū ab habitu charitatis. ¶ Possent etiā moueri dubia. Si quis pōt M frui una persona sine alia, & essentia sine persona, uel ecōtrario. De hoc in j. dist. j. q. v. Itē an fruitio uix, & patriæ differunt specie. De hoc affirmatiue in iij. dist. xxxj. Et Sco. dist. p̄sentit. q. v. Itē an uidēs sine charitate, ut est possibile de potentia absoluta dei, secundū Durand. & Palud. possit formare fruitionē similē beatificæ fruitions. Cuius solutio depēdet ex prioribus dubio. ¶ Quintum dubium. Vtrum uoluntas cōtingenter, & libere fruatur obiecto beatifico, uel solū necessariō. An respectu cuiuscūq; act⁹ sui sit libera libertate indifferentiæ, & cōtingentiæ. Quid dicant illa nomina, liberas contingentiæ, & indifferentiæ, & similia. Quid libertas, & quocūplex, habetur in ij. dist. vij. Itē producere contingenter quid est, & quot modis accipitur, in primo. dist. j. q. vj. & dist. xxxvij. Durand. dist. xlvij. q. ij. ait. Potest deus nudē, & apertē uideri ab aliquo sine gaudio, & delectatione cōsequere, quantum est ex parte dei: quia pōt non coagere ad gaudium, & sic impossibile est sequi gaudium. Sed quantum est ex parte rei, est impossibile: q̄ nō gaudeat uidens deum in diuinitate nudē, & apertē: quia necessariō sequitur gaudium ex parte rei coagente deo, ad nudā, & apertā dei uisionē. ¶ Possent quis respōdere ad dubium istud, per quædam dicta sine asseueratione. Primū. intellectu iudicante hoc esse finē ultimum, qui uere est finis ultimus, & causā primā omnium productiuā, & cōseruatiuā, nō pōt uoluntas naturalis ipsum nolle. Patet respiciendo terminos. Non. n. est de sui natura, & naturalis nolle esse. Hoc. n. est de sui natura, & naturali, rei inclinatio. Et refert̄ intellectum iudicare hoc esse causam primā productiuā: immo & causā cōseruatiuā, a qua omnia depēdent: Aut iudicē rigidū, aut finē ultimū. Et si noīa p̄ eodē supponat, tñ diuersa cōnotat, & diuersos importat effect⁹. Nolēdo aut causam cōseruatiuā esse, nullā suā perfectionē, & suā naturalem beatitudinem &c. ¶ Secundum dictū. Si aliquis per possibile, uel impossibile deum uidēs intuitiue, iudicat, ac credit ipsum esse iudi-

Dub. 5. N. Vtrū uoluntas cōtingenter & libere fruatur obiecto beatifico, uel solū necessariō.

Secundū.

cē suū æquissimū, a cuius sententia diuertere nō pōt: sed necessariō expectat ab eo pōnā perpetuā sine fine mansuram: potest uolūtas libera se ab eo diuertere, & ipsum nolle esse, ex dilectione sui ipsi plus quā dei. Pōt dico de facto, stāte hypothesi. Licet .n. obiectū ipsum sic summē bonū, & rectū, tamē ut sic secūdu suā existimationē nō est bonū sibi (si licet ita loqui) quia contrariū, & pōnā illatiuū. Immo horrore naturali se diuertit ab eo apprehēso, ut tali. Præterea uidetur, q̄ uoluntas libera in hoc casu possit de facto nolle simpliciter, & absolute hoc usum nō esse: quia ut sic nō apphēdit ipsum, ut causā cōseruatiuā sui ipsius. Nec secūdu primū dictū pōt naturaliter appetere contrariū suo esse: quia naturaliter simpliciter, & absolute uult esse appetitu naturali &c. ut supra q. j. Sic licet quis pōt alteri nolle beatitudinē, nō tamē sibi ipsi, loquēdo de beatitudine naturali: quæ est naturalis rei pfectio. Hinc Paulus. Nemo carnē suā unquā odio habuit. De illo non querit dubiū principaliter: sed cum deus intuitiue uidet ab aliquo beato sine mali cuiuscūq; exhibitione, an uoluntas libera nudē, & absolute pōt ipsum nolle, aut etiā odire. Et generaliter loquēdo, nō est dubiū: quin deus possit aliquē deobligare lege dilectionis, ne debitionē pcepti teneat eū diligere, & forte præcipere, q̄ se odiat. Sicut dicerēt tenentes, q̄ odiū dei in dānatis deus in eis producat, & cōseruet. Scot. dist. xliij. secūdi, tenet, q̄ deus nō potest odiri in se a creatura rationali. Secus de suis effectibus. Et ita actus charitatis nō habuit cōtrariū directo, sed effectus dilectionis. Ad idē. q. ix. dist. p̄sentis. Cū autē quis uidet se omnino liberari ab eius effectibus sibi malis: uult ipsū ppter se dilectum non esse simpliciter. De hoc supra dist. vij. secūdi. ¶ Est itaq; dictum tertiu post Scotū de uisione dei in uia, & patria. Volūtas libera, siue in uia, siue in patria, non uult beatitudinē coactē, & necessitate propriē dicta, siue in uniuersali, siue in particulari, apprehendunt ipsam: sed cōtingenter .i. non coactē, & in patria necessitate inuincibilitatis, sed non libertate indifferentiæ, aut cō-

Tertiū.

traditionis, stante beatorū confirmatione. Hoc dictū est contra Henr. Gand. quodlibeto. iij. qui tenet, q̄ in uniuersali uoluntas uult necessariō beatitudinē, nō in particulari. Nulli .n. necessariō uult eam necessitate simpliciter dicta. Sic .n. cogere uoluntas, & contra inclinationem naturalem, & in uia, nec necessariō necessitate immutabilitatis, sed libertate indifferentiæ, & cōtradictionis in patria, stante teatione beatifica, & confirmatione. Est enim quædam necessitas immutabilitatis, quæ contrariatur ad communē intellectū, libertati contradictionis, & indifferentiæ. Cum .n. sunt in bono cōfirmati, & stabili nō possunt ut sic in se suis compositionis in utriq; oppositorum Deo nolere eis cogere: tamen si sit in eis uoluntas libera sua essentia, & natura: de qua tūc non pōt uerē prædicari nomē libertas cōtradictionis, & indifferentiæ, propter defectū cōnotati. Insuper uidetur omnino determinari, & inclinari ad uelle perpetuō esse beati. Determinatur .n. sed nō necessitatur, lumine gloriæ, & habitu charitatis &c. ad solū deū perpetuō diligēdū. Et ita nō habet plenē in sua potestate, & in potētia p̄pina producere, uel non producere actū beatificū, uel eo p̄ducto a Deo, & in eis recepto, per ipsum sic receptū in deū tendere, uel nō rēdere. Forte Hen. loquitur de uolūate naturali, & ut naturaliter appetēte beatitudinē cōfufatū. Hoc uidetur uelle. q. viij. Holkot cū inquit. Volūtas creata respectu dei clarē uisi nō agit libere, & indifferentē, sed necessariō diligit deū clarē uisum, sine aliqua ratione cōtristatū, uel pōnā cōminatū. Et dato: q̄ uoluntas quantum est de se, possit actū beatificum libere dimittere: attamen deus non uult ei cogere. & sic non potest ipsum dimittere. ¶ Quartum dictum. Licet uoluntas beati non possit resilire ab obiecti clarē nisi dilectione, in quo omnis boni ratio eminēter cōtingetur cū exclusionē omnis mali, nihilominus libere tendit in ipsum, & cōtingēt contingentia secundo modo dicta, quantum est de se. Patet ex dictis: quia de sui natura ad neutrū determinatur, secus p̄ statu illo: & lege stante. ¶ Quintū dictū.

Quartū.

Quintū.

Non

Intellectus uolūtatē oculis iudicat deū esse uolēdū, & nō uolēdū.

Non ualeat istud: quia intellectus uolūtatē oculis iudicat deū esse uolēdū, & nō uolēdū, igit uolūtas necessariō uult hoc iudicatum per intellectū, & nullo modo pōt id nolle, seu nō uelle. Vel sicut principiū in speculabilib: ita finis in agibilib: Nā in illo dicto non fit cōparatio intellectus ad uolūtatē: sed intellectus practici ad intellectū speculatiuū, ut sicut ex principijs speculabilibus necessariō deducuntur cōclusiones speculatiue: ita intellectus practicus cōsiderato sine inquirat mediā p̄ finis cōclusionē. Sed nō sicut intellectus necessariō assentit principijs, & cōclusioni speculatiuis: ita uoluntas necessariō uult finē, & mediā ad finē. Hoc nō uult dictū Philosophi, nec ad hoc pōt allegari. Præterea. pōt hic esse quædam similitudo quantum ad ordinē potentiarū respectu suorū obiectorū. Præterea. qua ratione cogere uoluntas se cōformare intellectui in hoc actu, pari ratione in quocūq; alio. Et sic nullus actus esset in uolūtatē potestate, & in nullū tenderet cōtingenter: per cōsequēs actus meritorius, & demeritorius nō esset in uolūtatē potestate, & cessaret cōtingētia actū, hoc mō, & libertas. Præterea. nō magis arctatur uolūtas ad uolēdū quodcūq; quā ad uolēdū impossibile. sed secūdu oēs uolūtas est impossibiliū, & potest uelle impossibile, igitur eodē modo quodcūq; aliud. Est quidē uerū: intellectus uel uolūtatē oculis præsentat obiectiue obiectū aliquod ut tale, uel tale, quo sic cognito libera ē uolūtas ad uolēdū ipsum, uel nō uolēdū. Eccl. xv. Deus sic condidit hominē &c. Et ut illa amplius clarescant: notādū breuiter. Aliud est uolūtatē ad aliquid inducere per persuasionē. Aliud cogere, uel ipsam difficultari. Persuasionē inducitur uoluntas, cum per intellectū persuadetur ad uolēdū, uel nolēdū illud: quia tale, aut tale. Sic in euā. Luc. xiiij. Compelle intrare. persuasiue proponēdo eis pœnas, & gaudium, malum, & bonum, quod eos manet &c. Et Ioann. vj. Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum. amoris, & dilectionis beneficentia in filij incarnatione &c. Sic trahit quemq; sua uoluptas. Sic dicitur sæpe uolūtas alicuius mutari: quando persuasiue ducitur in opinionē aliā, ut nunc uelit prius nolūtū, & e contrario. Difficultatur uolūtas multipliciter. Primō ex defectu rationis, quæ est eius oculus. Secūdo per passionē obuiā, quā inducit ratio, siue sit timor, anxietas, labor, delectatio aut iucunditas circa agēda, siue aliud. Unde sæpenumero uolūtas se ab aliquo auertit, & ad aliud cōuertit. Talismodi difficultatio nōnunq; dicitur impossibilitatio, uel necessitatio, secūdu Ant. c. xvj. de lib. ar. cū sit magno conatu, magna, & forti persuasionē ita q̄ difficile est ei cōtrauenire. Sic pōt in eligi illud Ro. vij. Video aliā legē in membris meis, captiuantē me in legē peccati. Eccontrariō dicitur uolūtas facilitari, & prōptificari &c. que si omnino tollerētur a uolūtatē, adhuc libere eliceret, & nullo modo cogere uoluntas. Hinc difficultas, quæ sepe ponitur in uolūtatē, nō opponitur libertati essentiali in elicito potestate: sed in facile proptē delectabiliter, & iucūde eliciēdo. Differūt .n. illa nomina in cōnotato uolūtas, & difficultas uolūtatē, seu libertas uolūtatē, & uolūtas. Libertas .n. aliquid dicit in cōnotato, quā nō dicit nomē uolūtas in recto. Et ideo etiā pōt de diuersis prædicari nomē libertas secūdu magis, & minus: non sic uolūtas. Nā libertas pro substrato est uolūtas: habet tñ quādoq; aliud, & aliud cōnotatū. ut libertas a p̄cto supponit pro uolūtatē cōnotando eā esse in gratia, a miseria sine pœna, a necessitate sine coactione, ab indifferentiā: quia nō magis determinat ad unū, quā ad aliud: libertas cōtradictionis: quia pōt in utriq; oppositorū. Nō igitur sunt nomina synonyma: licet sumātur p̄ unam, q̄ est uolūtas essentialiter. Sic uo mō facilitas, & prōptitudo, alacritas, iucunditas nihil minuit, uel afferit essentiali libertati præcisē, nec unquā eā attingit, secūdu eos, qui uolūtatē cōnotarū nominant uolūtatē, & in ea ponūt gradus. ij. Rhetor. Non eadē uidentur amāribus, & odio habentibus, neq; iratis, & mansuetis. Itē ppter potentiarum colligantiam nata est uolūtas appetitui sensitiuo condelectari, uel contristari. Contrariū uerō inextenti delectationi, & conari ad tristitia,

proprietudinē quā delectatio solet cau-
sare tollit, & auferat: ac difficultatem indu-
cit. x. Ethicorum. Coauger operatione
propria delectatio confirmat, & diuturni-
orem, ac meliorem facit. Alienæ uerò
officiunt. Corruptunt autem operatio-
nē tristitiz proprie &c. Hi duo modi dif-
ficultandi in genere, scilicet per rationis obnu-
bilationem, aut delectationis, uel tri-
stitiz ineffionem, tangitur. iij. Ethicor.
cap. ij. cū dicitur. Est in quā, difficile quā-
doq; iudicare quale pro quali eligendū,
& quid pro quo sustinendū. quoad primū.
Adhuc autē difficilior innotari cognitio
&c. quoad secundū. ¶ Corollarie sequitur.
Voluntas proprie nō fatigatur: quia fati-
gatio est diminutio potentiz actiuz: uo-
luntas autem in eliciendo actum suum
non perdit aliquid potentiz suæ, nec di-
minuitur in natura sua, quæ est sua potē-
tia libera, per quodcūq; agēs creatū. Et si
ut supra per conatū intelligitur libertas
uoluntatis: etsi libertas dicatur habere gra-
dus, nunquā tamē potest quodcūq; diffi-
cultans illos gradus attingere. Sicut. n.
quilibet gradus albedinis maior est perfe-
ctione quocūq; gradu nigredinis: ita qui
liber gradus libertatis excedit totam fa-
cultatem difficultatis etiam in infinitum,
ita q; supremum in uno non attingit mi-
nimū in alio. Non ergo sequitur: quia co-
natus uoluntatis est finitus. Sit ergo, ut
quatuor. si datur difficultans, ut duo, po-
test etiā dari duplum, & sic quatuor: per
consequens stante tali difficultate uolun-
tas non pōt elicere. Istud non ualet. Per
idē solueretur: si diceretur: obiectum bo-
num allicit uoluntatē ad uolendū, & me-
lius magis allicit: ergo infinitū obiectum
infinitē allicit: per consequens necessitat.
Quantūcūq; .n. clarē ostendatur obiectū
beatificū uoluntati: nihilominus potest uo-
luntas nō uelle ipsum non facta alicuius
mutatione &c. si sibi dimittitur, & con-
tingenter. Voluntatē cogi pro nullo sup-
ponit. Dicitur enim uoluntas cogi: dum
inuit uult, uel nolens uult. Cogitur ta-
men quoad actus exteriores imperatos,
non quo ad interiores. Hinc ecclesiā q̄s
ingreditur nolēs, nō autē credit nisi uo-
lēs, secundū Aug. Coacte uult uoluntas

Coroll.
Voluntas
proprie
nō fati-
gatur.

proprie idest cōtra uelle, cōtra suū impe-
riū, inuitē, cōtra suā naturāle inclinatio-
nē, licet non determinetur de sui natura
ad cuiuscūq; uolitionis oppositū, quātū
est ex parte sui præcisē: sed indifferenter,
se habet ad oēm, siue quoad eius produ-
ctionē, siue receptionē, & tēdentiā in ob-
iectū. Potest ergo induci, & persuaderi,
sed nō cogi, nisi quātū ad imperatos re-
spectu quorum, & impediri pōt. ¶ Sextū
dubii. An beati possint peccare. Respon-
detur: q; non in sensu cōposito: quia hoc
nō est posse, nec libertatis: licet posse pec-
care arguat alicui inesse arbitrij libera-
tem, & uertibilitatē. alius cuiuscūq; cōpete-
ret libertas, possit peccare, per cōsequēs,
& deus possit peccare. Vnde libertas, &
posse peccare se habent ut inferius, & su-
perius: ita q; omnis peccator habet libera-
tatem: sed nō omnis habēs libertatē pec-
cat. Et causa est: quia potens peccare: ha-
bet potestatem propinquam, & contingē-
tiam respectu actuum prohibitorum, in
quibus consistit peccatum. Sed beatus nō
habet potestatem propinquam respectu
eorundem: sed respectu aliorum non p-
hibitorum. Ita respondet Ockam in q.
xiiij. quarti. Hinc illa est concedenda:
Beatus non est simpliciter impeccabilis.
potest enim peccare in sensu diuiso: sed
est impeccabilis in sensu cōposito. Nō
autem est illa impeccabilitas per causam
intrinsicam inexistentem uoluntati bea-
ti: sed per causam extrinsecam, uolunta-
tem scilicet diuinam præuenientem, &
non coagentem, secundum Aug. xxij. de
ciuit. dei. cap. xxx. Cum enim uoluntas
beati alicuius nunc sit essentialiter talis
in natura, qualis prius fuit, potest quan-
tum est de se præcisē in effectum nūc in-
quem prius. Contingit autem, & impe-
ditur a Deo eum continuo dirigente de-
terminante, & seruante ad actum bea-
tificum. Possit autem deus sua absoluta
potestate beatos sinere suos motus ut li-
ber agere: secus de potentia ordinata: quia
sunt in bono stabiliti. ¶ Si dicitur: est cō-
tra libertatem potentiz liberz, q; deter-
minetur per habitum infusum ad uelle,
sic q; non possit in oppositum, ergo etiā
est contra eius libertatem cum determi-

Dub. 6.
p
An bea-
ti pos-
sint pec-
care.

naturā causa superiore: ita q; non potest
pro tūc in sensu cōposito in oppositū.
Concesso antecedente ad bonum intelle-
ctum, ut dicitur infra, negetur consequen-
tia. Et ratio est secundū Ockam. quæst.
xiiij. quarti. & Scot. quæst. vj. qua non sic
se habet potentia superior, & independēs
ad inferiorem, sicut habitus ad potentia.
Potentia enim utitur habitu in suo ordi-
ne, ut instrumēto, & est priori habitu, uel
tempore, immo perfectione naturali di-
gnior habitu, sicut substantia in commu-
ni dignior est naturali dignitate acceden-
te in communi. Potentia uerò superior
habet inferiorem sibi iure subiectam, &
obligatam, tanquā ab ea dependentem.
Primum est contra naturam potentiz:
quia uoluntas non esset uoluntas, si non
esset causa prior respectu habitus sui, &
ita nata uti habitu, & determinare ip-
sum ad agendum: nō determinari ab eo:
sic q; oppositum non sit in eius potestate.
Secundum non est contra eius natu-
ram: sed perficit potentiam summa perfe-
ctione, & relinquit eam in ordine suo re-
spectu causz inferioris. Sco. dicit quæst.
vj. Non est ibi necessitas uidentis obiectū,
necessitas absoluta simpliciter, sed con-
ditionata: si obiectum manet præsens. Et
istud si est merē contingens: quia obiectū
illud omnino cōtingenter, & non uolun-
tariē mouet intellectum creatum, & uo-
luntas similiter contingenter fruitor illo
sine uiso. Et licet intellectus de sui natu-
ra necessariō feratur in obiectum uisum,
& præsens, tamen uoluntas eo contingē-
ter fruitor. ¶ Et si quæris an nō posse pec-
care, sit naturæ, uel gratiæ: Respondet
Aug. xxij. de ciuit. dei. c. xxx. Solus deus
naturaliter peccare nō pōt: particeps ps dei
ab illo cepit, ut peccare nō possit. Est ergo
gratiæ diuinæ nō posse peccare, & id
nō posse, libertatem auget, non minuit.
secundū Boet. Summa bonitas est diuinis
agi frenis, & eius seruire iustitiz. Ad idē
Paulus. ¶ Si dicitur: dictū fuit, q; potens
peccare habet potentiam propinquam:
Quid est potentia propinqua, uel possibi-
litas propinqua? Respondetur post Aug.
de spi. & litera. cap. xxj. Nihil est in po-
tentia propinqua ad agendum, uel operā

An non
posse
peccare
sit natu-
ræ, uel
gratiæ.

dum: nisi quādo habet omnia, quæ debēt
adesse, uel abesse: & nihil extrinsecū, uel
intrinsecū deficit, ut operari possit. Sic
de potentia passiuā suo modo secundum
aliquos dicitur quis quandoq; habere po-
tentiam peccandi, uel ad peccandū, uel
principiū peccandi: sed nō possibilis aternā
ad peccandū. Nomina sunt ad placitum.
Non ergo sequitur. In illo est potentia
operatiua: ergo pōt hoc. nisi secundū quid,
& quātū est ex parte sui. Nā ad posse sim-
pliciter requiritur potentia propinqua:
ut nihil desit horū, q; requiruntur ad ope-
rari: q; omnia impedimēta desint. ¶ Septimū
dubii tripartitū. Primum: Vnde
beatitudo dicatur incorruptibilis, & sempiterna.
Secundū, unde sciūt beati se perpe-
tuō beatos fore sine amissione. Tertium,
An securitas, tenio, perpetuitas sint de
essentia beatitudinis. sic & gaudium. Di-
cendum ad primum. Nihil aliud a deo
est, uel habet esse simpliciter, & formaliter
perpetuum, uel necessarium. Sed esse
aliud a deo est simpliciter contingens.
Paret: quia cepit esse post non esse: ergo,
& potest non esse post esse, maximē per
deum. Consequenter beatitudo forma-
lis est corruptibilis. Dicitur tamen in-
corruptibilis, & sempiterna: quia nun-
quam corrumpitur: eo q; non habet cō-
trarium corrumpens: sed perpetuum cō-
seruatore deum. Hoc enim loquendi
modo dicitur res incorruptibilis, & per-
petua: quia non habet contrarium læsi-
uum creatum: nec deus uult coagere cui-
cūq; actiō creato pro eius destitione, uel
annihilatione: sed uult ipsum perpetuō
conseruare. Non ergo oportet dicere:
q; causa perpetuitatis formalis beatitudi-
nis sit a forma beatitudinis, uel ex natura
potentiariū, eo q; perpetuatur circa obie-
ctum, uel determinantia habitus in potē-
tij: quasi per habitus necessariō determi-
nentur ad necessariō operari circa obie-
ctum: quidā uolūt: sed sicut sola diuina
miseriordia est causa saluationis homi-
nis: ita sola diuina uoluntas est causa per-
petuitatis eiusdem. ¶ Ad secundum: bea-
tus scit se nunquam spoliandum beatitu-
dine diuina reuelatione, & de hoc habet
certitudinē infallibilem: nō tamē sic scit;

Dub. 7.
Q. Vnde
beatitudo
dicatur
incorru-
ptibilis,
& sempiterna.

¶ sciat se necessariò esse beatum, & q̄ im possibile sit se non esse beatum. Est enim contingenter beatus, & hoc scitattamen divina gratia illustratus, scit se beatitudi ne nunquã privandum: nec habere quod cumq; creati læsum contrarium. Sunt ergo beati cõtingenter beati, & quadam necessitate immutabilitatis. Cum hoc ta men stat secundum aliquos. licet deus non possit facere præteritum non fuisse præteritum potuit tamen facere, q̄ ille actus, qui modo est securitas, non fuerit unquã, & ita q̄ illa nunquã fuerit vera, quæ est securitas: sed illa falsa, hæc secu ritas est. Vnde demõstrato actu, q̄ est se curitas in aliquo beato, verũ e dicere: hic actus cõtingenter est, & hic actus potuit non esse, vel nunquã fuisse. de hoc supra dist. xxvij. primi collect. ¶ Corollarie se quitur. Causa perpetuitate beatitudinis est a causa extrinseca, non intrinseca, uo luntate. s. divina, uolente eos perpetuò ef se beatos, cum efficaci prohibitione cu iuscuq; læsi, cõtristati, corrupti &c. Quia ergo divinam habent revelatione de sua beatitudine perpetuitate: sunt cer tissimi, q̄ eam nunquam amittent. Cer titudo enim respicit veritatis revelatæ infallibilitatem: ut supra in tertio. dist. xxij. ¶ Corollarium secundum. Cer titudo ppetuitatis beatitudinis est in intel lectu beatorum: non quia vident beatitu dinem in se perpetuam esse, nec per rati onem naturalem: sed ex revelatione di vina infallibili: aut quia deus in eis pro ducit hoc iudicium de nunquam spolian da beatitudine. Itaq; securitatem oppo sitam timori, quæ est in affectu, præcedit certitudo opposita fallibilitati, quæ est in intellectu, seclusa omni formidine de opposito. ¶ Ad tertium. loquẽdo de beatitu dine formalis: non aggregatiue sumpta: se curitas non est de essentia beatitudinis. Ratio: quia beatitudo est in concupisci bili: sed securitas in irascibili. Sic de ppe ruitate, & alijs, ut supra cõclusionẽ qua rta paruit, similiter dici potest. Totũ stat in alia, & alia acceptione nominis beati tudo: vel pro operatione. optima secũdũ speciẽ, vel aggregatiue. Secundũ hoc fa cile possunt concordari dicta doctorum,

Coro. 1

Coro. 2
Certitudo ppetuitatis beatitudinis est in intellectu beatorum.

quorum aliqui ponunt illa esse de beati tudinis essentialij negant. Sic cum di citur ab Aug. xiiij. de trin. cap. viij. & alibi. Nõ põt esse veraciter vita beata, nisi sic sempiterna, & securitas est maxima pars beatitudinis. Exponit Holkot. Est pars secundũ imaginationem: quia partiale si gnificatũ nominis beatitudo, qd̄ est om nino potissimum, est deus. Itẽ inter no titias complexas pertinentes ad beatitu dinẽ: hæc videtur potior. Deus uult bea titudinem collatam sempiternaliter con tinuare, & cõseruare, cum repulsionẽ cu iuscunq; contrarij, & id est maximũ: quia dicit torti, quod requiritur ad beatitudi nem aggregatiue. Secundũ Scot. q. v. & vj. & Ockam c. xiiij. potest actus beati ficus esse in anima beati sine securitate ppetuitatis &c. Tencio, uel securitas nõ uideretur esse aliud, nisi iudiciũ reflexũ de ali quo bono semper habendo. Non autem oportet, ut uolũtas se semper reflectat su per illo iudicio: sed dũ uult: nec timet op positũ. ¶ Si dicitur: Si uolũtas põt liberẽ uelle: & liberẽ nõ uelle: ponat in esse: tũc hæc erit uera: uolũtas liberẽ uult, & uol untas liberẽ nõ uult: Responderetur. Non sic debet poni in esse illa de possibili: sed sic. Volũtas uult in a, & potuit immedia te ante a, noluisse in a, nulla facta muta tione &c. ceteris eodẽ modo se habenti bus. Vel sic: uoluntas nõ uult in a, & potuit uoluisse in a. Sic uoluntas potest li bere uelle: uoluntas uult, & immediatẽ antequam incepit uelle pro alio instanti potuit non incipere uelle. Insuper po test hæc propositio distingui secundũ Holkot. Voluntas potest liberẽ uelle, & uoluntas potest liberẽ nolle, in sensu cõposito, uel diuiso: eo q̄ ly liberẽ põt de terminare primum uerbum, uel secundũ. Si primũ, propositio est uera: ut uoluntas liberẽ potest &c. Si secundũ, sic est fal sa: ut uoluntas potest liberẽ uelle, & po test liberẽ nolle. sic enim per eam deno tatur, q̄ uoluntas potest uelle, & nolle: quod est impossibile, & implicat, quia uult, & nult, non q̄ pro instanti, pro quo hæc est uera, sit in potentia contradic tione: sed quia immediatẽ antequam ince pit uelle, cõcurrentibus omnibus requisi

Dub. 8.
quomodo intelligitur illud Aug. neq; est culpanda uolũtas, aut uoluntas non est.

QUÆSTIO III.



ERTIO' q̄ritur iuxta cõclusionẽ textualem tertiã. Vtrũ quilibet beatus uidens diuinã essentia in patria cõprehendat eam: Sicq; ipsam uidendo ne cessariò uideat oẽs creaturas relucens in ea. ¶ Quantum ad articulum primum supponuntur dicta in tertio collect. dist. xiiij. & in dist. xlv. q. iij. huius collect. & alibi. quid cognitio rerũ in uerbo, in gene re proprio, matutina, uel uespertina. Qũq; cõprehendere sumitur quintupli ceter. ut supra in primo. dist. iij. q. vij. & in tertio. dist. xiiij. Quibus stantibus pro ar ticulo primo: est p articulo secundo, Propositio prima. ¶ Creatura rationalis, quæ in patria glorificatur: licet intuiti ue, & distincte uideat deum, & quicquid est deus: non tamen eo in ipso oãm crea turã a deo uisam clare intuetur. Prima pars. Ioan. xiiij. Philippe, qui uidet me, uidet & patrẽ. Itẽ una persona est in alia per circuminseccionẽ. Item sunt una esse tia numero nõ habentes partes, quarum una posset latere alia uisa; secunda pars põt persuaderi: tum quia impossibile est aliquid uirtutis hanc cognoscere distin cte infinita cognoscibilia uno, uel plu ribus actibus: hoc enim solius dei est: se cundũ Holkot. q. viij. quarti: tum quia si distincte posset quodlibet creatum co gnoscere non tm̄ præsens, sed & futurũ immo & possibile: cum plura talia sunt: creatura æquaretur creatori in cognitio ne: saltem extẽsua: q̄ est inconueniens. Sic enim tollerent oẽs actus hierarchi ci. Nam secundũ Diony. intellectus iam omnia uidens non potest illuminari, per fici, aut purgari, cum infinita sunt crea ta, & creabilia: sed ista non potest uidere in tellectus creatus. non una uisione: quia talis esset formaliter infinita: quia repræ sentare infinita distincte, infinitam dicit perfectionẽ sicut representare plura di stincte, dicit maiore perfectionẽ, quã una solum. Neq; pluribus, quia nõ in fini tis. Talium enim nõ est capax intellectus, creatus simul, cũ sit entitas limitata. nec

Artic. 1
A
Cõpre henderẽ quintu pliciter

Arti. 2.
Prop. 1

ris ad hoc, habuit in sua potestate incipe re uelle, uel non uelle. Nec denotatur p illã uolũtas: põt liberẽ uelle & nolle, q̄ ita sit a parte rei, sicut per illã copulati uã significat, & ita q̄ ista ppositio sit sim pliciter uera uoluntas liberẽ uult, & uol untas liberẽ non uult, uel nult: sed dicitur possibilis quia ita potest esse; sicut p ipsã denotatur esse: hoc est, q̄ uoluntas prius quã uellet positis oibus ad suum actum requisitis potuit non uelle: & nunc cum uult, potest pro alio instanti ceteris pa ribus actum non computare sed cessare: ita non est potentia ad opposita pro eo dem instanti, q̄ pro eodem instanti pos sit uelle, & nolle: sed quia in instanti quo uult potentiam cessandi, & non uolen di actum pro alio instanti. Sic dicitur uoluntas quandoq; suspendere actum. i. liberẽ nihil uolendo non habet actum suum, quia liberẽ nihil uolendo suspen dit omnem actum suum. Si suspendere ualet uelle nullum actum habere: ita q̄ sic sit a parte rei sicut denotat esse p pro positionẽ: sic implicat: quia uolẽdo nõ ac tũ habere, iam uult: & ita habet actum, & non habet. Ita dicit Holkot. q. ij. primi Sentet. ¶ Octauũ dubium. Quomodo in telligitur illud Aug. in Enchi. v. Neq; culpanda ẽ uoluntas, aut uolũtas nõ est aut libera dicenda non est, quia beati hic esse uolumus ut miseri esse non solũ no limus: sed neq; profus uelle possimus. & sic de multis alijs dictis beati Aug. quæ uidentur innuere, & uoluntas necessariò uult beatitudinem, & summẽ beatitudi nem uult. Stantibus pleriq; supra dictis in hac materia potest dici August. loqui non de uoluntate actuali, sed aptitudi nali, quæ est secundum bonam mentis dispositionem: & secundum quã natura liter prompta est ad appetendum beati tudinem apprehensam. Ponit enim cõ muniter duplex uelle, actuale scilicet, & aptitudinale, q̄ est & in dormiente, & re non cognoscente. Quærens enim si ue lit esse beatus, respõdet quibus, uolo: etsi non amare amicis, tamen concupi scentiã: quo etiam mali uolunt beati tudinem. Et sic saluari potest August. in pleriq; locis.

tunc necessario una earum esset infinito
 rum obiectorum: & ita infinita: ut supra.
 Videtur dictum Diony. intelligendum,
 quando quis uidet omnia distincte sub ea
 ratione, qua possunt cognosci, & sub om-
 nibus preceptis potentibus eis cogno-
 sceretur infra. Sic & dictu Holkot. Aut di-
 catur, quid est distincte cognoscere. Coroll.
 rollarium. Intellectus uidens in patria
 deum potest non uidere creaturam aliquam.
 Patet ex dictis: quia sunt distincta obiecta,
 & August. v. cōf. si. ca. iij. Beat⁹, qui scit
 te, etiam si illa nesciat. Si autem esset
 impossibile unum sine altero uidere, non
 posset sine uisione creaturæ quis beatifi-
 cari in uisione essentia. quod est contra Au.
 Item quæ sunt realiter, & essentialiter di-
 stincta: possunt abstractiue cognosci unū
 sine alio: ergo multo plus potest unum
 intuitiue cognosci sine alio. quo modo
 enim posset de eis doctrina tradi: si non
 posset unum sine alio distincte cogno-
 sci: & si creatura potest unum sine alio
 cognoscere, potest & deus uisionem unū
 sine alio in intellectu causare: secundum eos,
 qui ponunt animam se habere passiue
 respectu actus beatifici. Prop. 2
 B
 Potest beatifi-
 ca diuina esse
 tiæ uisio conser-
 uari, & creatu-
 ra de nouo cogno-
 sci.
 Secunda propo-
 sitio. Potest beatifica diuina essentia
 uisio conseruari, & creatura de nouo co-
 gnosci, priusque cognita ignorari. Hæc
 propositio sequitur ex priori, hoc adie-
 cto, quod potentia perfecta habens obie-
 ctum primum, & adæquatum, potest in
 quodlibet per se sub illo contentum, ut
 plerique uolunt: sed intellectus beati perfe-
 ct⁹ habet obiectum primum ens, uel uerū:
 ergo potest quodlibet. per se contentū sub
 ente, uel uero. non simul ex conclusione
 prætaxata: ergo successiue. Sed ubi est suc-
 cessio cognitionum, posterior succedit
 priori: & per consequens contingit nouam
 acquiri: & quia non possunt omnes
 acquisibiles simul perficere intellectum:
 ex dictis necessarium erit, & habitas de-
 dere aduenientibus nouis intellectui: cu-
 ius iam capacitas propinqua est repleta: scilicet
 contingit creaturam aliquam de nouo cogno-
 scere, & prius cognitam ignorare stante
 semper beatifica uisione, quæ per hoc
 non interruptitur. Nec impedit di-
 ctum beati Aug. dicētis, quod ibi fortasse non

erūt uolubiles cogitationes. Potest dici
 supra. q. iij. dist. xlv. Non erūt cogitatio-
 nes uolubiles quo ad obiectum beatificū
 cuius fruitio, uisio, & tentio semper ma-
 net. Cū hoc tamen stant reuelationes di-
 uinæ, & nouæ creaturarū pro meritis co-
 gnitiones. Vel non sunt ibi uolubiles in-
 telligitur inuito uolente cognoscere ali-
 quam, & non potente, uel cogitatione ca-
 rere. nolente. Nec impedit dictū phī, qui
 unū non intelligit, nihil intelligit, quia non
 solū in uia: sed & in patria intellectus po-
 test plura simul intelligere: quia potest
 se uidere beatū, & actu reflexo uelle esse
 beatum. Item potest amare se, & deū, ac
 se propter deum: & ita utrūque apprehen-
 det intellectus: quia uolito præsupponit
 cognitionem. Præterea natura determi-
 nata est ad unum non producibile: sed
 producendi modum ita quod non est inde-
 minata respectu oppositorum sicut uolū-
 tas. Prop. 3
 Clara creatu-
 rarum uerbo
 notitia potest a
 cog-
 nitione
 uerbi
 realiter
 esse
 distin-
 cta.
 Tertia propositio. Clara creaturarū
 in uerbo notitia potest a cognitione uer-
 bi esse realiter distincta. Probatur ex prio-
 ri propositione: quia realiter distinguun-
 tur quorum uno manente reliquum in-
 nouatur: aut perditur. sed manet co-
 gnitio uerbi beatifica: & acquiritur noua
 creaturarum in uerbo notitia: potest de-
 niq; acquisita deperdi. ergo. Præterea di-
 stinctorum obiectorum distincta sunt
 notitiæ, uel esse possunt, sed uerbum, &
 creatura relucens in eo sunt distincta ob-
 iecta, relucet enim ut distincta a uerbo.
 Alioquin non posset distincte cognosci in
 uerbo nec perfecte sciam id, quod in se est: ergo
 propositio uera. Item hic fit transitus
 de contradictorio in contradictorium:
 ergo est mutatio, & non nisi noui actus.
 Non sine causa propositio illa posita est,
 cum uerbo potest: nec innuit uniuersali-
 ter cognitionem creaturarum in uer-
 bo esse beatificam: licet sit coniuncta bea-
 tificæ, nec communi lege datur nisi bea-
 tis. Nam concedunt aliqui: quod eadem uis-
 sione potest uideri deus, & creatura ali-
 qua distincte. Aliqua dicunt: sed non om-
 nia: quia hoc argueret infinitam perfe-
 ctionem creaturæ incompatibilem. Per con-
 sequens dicunt: quod sit simpliciter idem a-
 ctus numero, quo uidetur deus, & crea-
 tura: quia obiectum primum unū est,
 & ab illo uenit unitas actus. Alij tenent.
 Quodocūque noua uidetur in uerbo crea-
 tura, necessarium produci noua uisio, & ita
 uel oportet ad cuiuslibet nouæ creatu-
 ræ ostensionem interrumpi actum beati-
 tudinis, & alium continē succedere: uel
 simul stare duas beatificas uisiones dei.
 Quia nullum illorum placet: oportet
 creati nouam uisionem creaturæ, quæ
 non est uisio dei: & neutrum illorū trium
 potest demonstratiue probari. Tertia
 ramen uia uidetur planior: ideo proposi-
 tio posita est particulariter, & huic uide-
 tur assentire Holkot cum inquit. q. viij.
 Cognitio de deo non intermititur: alia
 uero possunt totaliter dimitti. Et quod in
 beatis respectu creaturarū erunt succes-
 siones uariarum, & nouarū cognitionū
 in infinito. Nec proprie dicuntur alicui
 uoluntarium coram eis potens re-
 uelare omnia scienda, in quo omnia nos
 se dicuntur: & nullius obliuisci: ratione
 cuius etiam quandoque dicuntur omnia
 scire, uidere, & nosse: quia cum uoluit
 scire, sciunt relatione diuina. Ockam. q.
 xliij. quarti, absolute tenet: quod intellectus
 beatus uidens diuinam essentiam, potest
 uidere unam creaturam non uisa alia.
 Sunt enim obiecta distincta: ergo pos-
 sunt distincte uideri unum sine alio, &
 quodlibet secundum sine tertio: tertium
 sine quarto. Sed an sit idem actus nu-
 mero uisio, qua uidetur de⁹, & creatura,
 maior difficultas, inquit. Et si non idem
 numero: sed alius, est minor difficultas.
 Ideo citra assertionem quinq; dicit per or-
 dinem. Primum. Quando aliquis beatus pri-
 mo uidet deum, & postea creaturam, est ne-
 cessario actus alius. Nam actus uidendi deū
 manet, etiam cū alius non potest mane-
 re. Secundum. Actus, quo beatus uidet crea-
 turam, differt specie ab actu intellectu, quo
 uidet deum, & eius essentia. Primo enim
 actu non potest intelligi creatura: nec
 secundo intelligitur deus: ergo differunt
 specie. Tertium. Potest probabiliter tene-
 ri: deus causando actum uidendi respectu
 essentia suæ, potest etiam causare, si uult

actum uidendi creaturam, uel creaturas
 unam, aut plures. Et sic possunt exponi
 auctoritates sanctorum & dicentium: quod
 uidens uerbum uidet, & creaturas in uer-
 bo. Quod uerū est, si placuerit deo earū co-
 gnitiones in beato producere. potest. n.
 si uult. Videt ergo conditionaliter: si tali-
 um cognitiones fuerint a deo in intel-
 lectu eius causata, uel producta. Est enī
 deus speculum uoluntarium, reuelans
 quæ, & quot uult alicui beato. Non est
 speculum naturaliter representans om-
 nia: nec leguntur talia in deo quasi in libro
 sed uiso deo si uult, producit de⁹ cog-
 nitionē rei illius, uel istius. Et quia non p-
 ducit communi lege: nisi uideatur eius es-
 sentia clare, & beatificæ, ideo cognitio-
 nes illæ dicuntur esse in diuina essentia
 clare uisa tanquā in efficiente uoluntario
 producente eas secundū merita hoīs. Quar-
 tum. Actus beatificus potest esse idem re-
 spectu essentia diuinæ, & respectu creatu-
 rarū, & non primo respectu dei, & post re-
 spectu creaturæ, secundū imaginationem
 tactā in tertio. dist. xliij. Impossibile enī
 est secundū Ockam quod sit idem actus: im-
 mo quandū actus ille stare, & manet, per
 illū actū semp uideretur, cuius op-
 positū uidetur Sco. tenere. Et si ille act⁹
 semper continuaretur, non esset beatific⁹,
 quia esset præcisē respectu creaturarū,
 nisi solū accidentaliter, uel plures actus
 beatifici essent simul. Quintum. Potest di-
 ci quod ille actus sit interruptus, & causetur
 nouus actus respectu omnium priorū uisorū,
 & respectu illorū obiectorum, & creatu-
 rarum. Et sic consequenter esset conce-
 dendum, quod in eodem intellectu possent
 esse successiue plures act⁹ beatifici, uel quod
 simul sint tales actus. Et hoc secundum
 eū non irrationabile, quia uidetur repu-
 gnantia. Hæc ille. De his non nisi somnari
 possumus. Alludit Holkot in responsio-
 ne ad. xj. principale. Corollarie sequit.
 Qua ratione intellect⁹ beati uidens uer-
 bum potest non uidere in uerbo creatu-
 ram, eadem potest intellectus beati uide-
 re deum, & creaturam aliquam in uerbo,
 & aliquam creaturam in uerbo non uidere,
 uerbo una, uel diuersis uisionibus. Pater secun-
 dū utrūque opinionem, siue anima se ha-

Prop. 3
 Clara creatu-
 rarum uerbo
 notitia potest a
 cog-
 nitione
 uerbi
 realiter
 esse
 distin-
 cta.

An sit
 idem a-
 ctus nu-
 mero ui-
 sio, qua
 uidetur
 deus, &
 creatu-
 ra.

Coro. 1
 Qua ra-
 tione i-
 lectu-
 beati ui-
 dens uer-
 bum po-
 test non
 uidere in
 uerbo
 creatu-
 ram.

beat actiue, uel solum receptiue respectu actus beatifici. Si enim sensus una uisione multa uider, cur non similiter intellectus beatus? Præterea: sicut sensus multa uidet oculis coram posito una uisione, quæ sunt ueluti unū obiectum aggregatiue: & si destruitur aliqua prius uisa: uel res oculis coram posita uariantur loco, aut situ: oriens fit noua uisio neq: una uisione manente contingit aliquid prius uideri, q̄ postea: Ita similiter potest beatus producere aliquā uisionē intellectiua, qua uidet, & uerbum & duas, aut tres creaturas, & nō alias: & quādiu illa uisio manet, uidet uerbū, q̄ illas duas, aut tres creaturas: quæ simul se habent collectiue, ut unū obiectum. Et si beatus post uidet deum, & non creaturas, uel non priores sed alias, toties, quoties uariatur actus uidendi. de hoc in tertio collect. dist. xiiij. ¶ Corollarium secundum. sicut secundum aliorum opinionem uisio uerbi beatifica est a solo deo actiue: ita etiam uisio creaturæ in uerbo, est a solo deo actiue: a potentia uerō rationali receptiue, & latius: quia per eam fertur, & tēdit in obiectum cuius est. Secundā aliā opinionem suo modo dicatur. ¶ Tertium corollarium. Aliquis actus uidendi creaturam in uerbo potest dici beatificus aliquis uerō non est beatificus. Pater secundum dicta Fran. Maron. in Flo. v. cōfess. ca. iij. stante opinione: q̄ uno, & eodem actu cognoscitur, & uerbum, & creatura in uerbo. Ille enim potest dici beatificus: quia est uisio intuitiua. Secundū patet: quia si manente primo actu qui est uisio dei, & creaturæ, post hoc a deo producat actus uidendi solā creaturā aliquam, ille non est beatificus: quia non est dei tanquam obiectū. Præterea talis potest separari a primo, qui est dei, & creaturæ: cum sit solius, & alterius creaturæ. ¶ Corollarium quartum. Si beatus primō uidet solū uerbum, & non creaturam in uerbo: secūdo simul utrumq; oportet dicere ad saluandum transitū de contradictorio in contradictorium. uel q̄ primus actus terminatus in solum uerbū oīno desinit eē, & cōtinuo sine interruptione succedit actus terminatus in deū, & creaturā simul:

uel q̄ manent simul actus primus, & secūdus: & ita plures actus beatifici possunt esse in eodē uel q̄ alia est notitia, qua uidetur creatura in uerbo, & cognitio uerbi solius. Patet: quia si solum uerbum uidetur, respectu eius solius habet uisionē. Si posterius uidet, & uerbum, & creaturā in uerbo unica uisione, ut pluribus placet: iam esset actus beatificus ad solum deum terminatus quo ad primū. Dehinc quo ad secundum esset actus terminatus ad deum, & creaturam, & ita duo actus beatifici. Ita consequenter potest dici de alio respectu alterius creaturæ cōsequenter producēdo. Hæc nō uidentur repugnātiā habere: & non uidentur facile factu dare alium modum imaginandi huius rei contingentiam donec facie ad facie in patria uidere contingat. ¶ Corollarium quintum. Intellectus beati in patria potest uidere unam creaturam in uerbo sine alia. patet ex corollario primo. ¶ Corollarium sextum. Si admittitur: q̄ uariatio quomōcūq; obiecto (sive per ipsius exhibitionem faciat, sive per absētionē præsentiæ suæ) sive totali sive partiali; sive primario, sive secundario, mutatur actus tendens in illud: necessarium est actum, quo uidetur solum uerbum: & quo uidetur uerbum, & creatura illa, uel illa in uerbo, non esse eundem actū. Illa enim in quæ feruntur, specie differunt, deus. i. & creatura, uel illa ab illa. ¶ Corollarium septimū. Sicut ad certū sensum admittitur aliquem actū dilectionis dei, & proximi propter deum esse intensiorem, & meliorem aliquo actu dilectionis relato in solum deum: ita posset in proposito concedi, ut uideretur. Si sunt duæ uisiones beatificæ dei: quarum una ad solum deum: alia ad deum, & creaturam terminatur: secūda erit saltem extensiuē pfectior prima. Nec tñ ideo beator ē secundus, qui habet actum terminatū ad deum, & creaturā, primō qui solū habet uisionem dei, & hoc beatitudine essentiāli. secus de accidentali. Videatur, si ne posset etiā concedi intensiue. Hoc uult. Au. v. conf. ca. iij. cum inquit. Beat⁹ est, qui te, & illa nouit: sed nō propter hoc beator. ¶ Corollarium octauum. Nō oportet

Coro. 2

Coro. 3

Coro.

Coro. 1

Coro. 4

Coro. 7

Coro. 8

ret actum beatificum creaturæ rationalis esse simpliciter perfectissimum inter omnes alios actus creaturæ possibiles. (Sic enim sola anima Christi esset perfecta, & uere beata) sufficit enim esse perfectissimum secundum speciem. ¶ Corollarium nonum. Cum actus beatificus secundum prædicta dicitur quandoq; interrumpi ab aliquibus; nō est sensus, q̄ interrumpatur per tempus medium, in quo intellectus sit non beatus, sed aliquis actus omnino desinit esse (salte possibile est) & cōtinuo sine interruptione temporis succedit alius: sicut materia nunquam stat auda sine aliqua forma, & succedit forma formæ. Hæc exercitationis causa imaginari placuit. ¶ Quarta cōclusio. Esto, sed non admissio, q̄ beatus uidens uerbū, uel essentiam diuinā in patria, cuncta noscibilia cognosceret: non tamen per hoc diuinæ abyssum essentiæ comprehenderet. Illa propositio posita est ad eum loquēdi modum, quem habet Aug. v. de trinit. ca. vi. & vij. Si pater nō genuisset filium, nihil prohiberet ipsum dicere ingeniū. ubi non ostenditur per illam negatiuā, quid sit sed quid non sit. Non ergo admittitur pars prima: sed significatur, q̄ creaturam cognoscere omnia cognoscibilia non infert ipsam comprehendere deum. Prima pars propositionis patet ex dictis: nec sequitur uident deum, ergo nec cessariō uident omnia, quæ deus uidet in uerbo: quia uerbum est speculum uoluntarium: ut supra. Præterea licet intellectio diuina omnia representet deo: sed non creaturæ; Probatio secundum partis supponit quid nominis cōprehendē: de quo in primo. dist. iij. q. vij. & in tertio. dist. xiiij. Potest quidem creatura comprehendere deū: primo modo sumendo comprehendere: cum distincte uidet ipsum totū: quia nihil ipsius dei latet creaturam rationālē uidentē ipsam: eū non habet partes. Et sic idem est comprehendere, & distincte uidere. Hoc modo quicumq; intuetur essentiam diuinam comprehendit ipsam. i. totam cognoscit, & distincte. Sic potest illud intelligi. Currite, ut comprehendatis. j. Corinth. ix. Item Ut possitis comprehendere cum omni-

Coro. 9

Cōcl. 4

D

Beatus non cōprehendit diuinā esse abyssum.

Quot modis creatura potest comprehendere Deum.

bus sanctis, quæ sit lōgitudō &c. Eph. iij. Secundo modo comprehendere est uideri aliquod totum, & discernere inter partes eius. Sic deus non potest comprehendere a creaturæ: quia non habet partes, iter quas discerni posset. Sic forte accipi potest ut supra. Eph. iij. pro perfecta cognitione, q̄ practica, & speculatiua secundum expositionem. Ni. de Lyra, & effectus dei gratuiti, qui sunt innumerati, improprie possent dici partes dei effectiue. Cognoscēs ergo deū in patria practice, & speculatiue, dicitur cōprehendere eū respectu cognitionis uitæ. sup. placet ita uti uocabulo. Tertio modo comprehendere est rem aliquā cognoscere, & uidere perfectissima cognitione, qua cognosci potest. Illo modo creatura nō potest comprehendere creaturam. Cognitione enim diuina, qua cognoscit creaturam est perfectior omni cognitione creaturæ: & potest deus in aliquo causare perfectiorem rei cognitionem, quā possit creatura se ipsa pdicere. Ergo creatura nō potest alia creaturam cognoscere cognitione perfectissima, qua contingit ipsam cognosci. Sed nec deum cōprehendere potest hoc tertio modo: sic enim a solo intellectu increato comprehenditur deus: quia omni cognitione creata, increata est perfectior, & maior nec ulla creatura hoc modo comprehendit nisi a solo deo. Quarto modo comprehendere est cognoscere sub omnibus prædicatis sibi cōuenientibus, & secundum quæ cognoscibilis est, hoc modo solus deus seipsum comprehendere potest, & omnem creaturā: quia multa latet in creaturis, quæ sunt prius abscondita intellectui creato pferim in uia: Brūs Au. xxij. de ciuit. dei. c. xxiiij. ostendit de corpore humano, q̄ uenariū perplexitates, neruorū atq; uiscerū secreta uitaliū inuenit potest nullus. Sicut nec anatomia numeros (quibus coopratio, q̄ & harmonia s̄ græce, tanq̄ cuiusdā organi intrinsecus, atq; extrinsecus constat totius corporis) unquā inuenire poterūt, quos nemo fuit ausus querere. Et consequenter q̄ ea, quæ sunt mole minima, quæ plus habent admirationis &c. Quinto cōprehendere ē cognoscere intellectione habente talem

ee uicem obiectōrū diuersōrū; quotūq; notitias contingit poni in intellectu, potest maior numerum notitiarū habere. Nonne si quis habet auxiliū decē uiōrum pōt tantū portare, quantū illi decē? Cōtra. tūc sequitur: q̄ uisio creaturę posset equare immo excedere uisionem beatificam. Si. n. est finita, finite excedit uisionem creaturę. Potest ergo augeri uisio creaturę, ut fiat æqualis uisioni beati sic. Negatur consequētia. Ad probationē dicitur: q̄ finite excedit uisio beatifica uisionē creaturę. perfectione finita sed non secundū proportionē certam, & ita quātumcūq; augere uisio creaturę, nunq̄ attingeret minimū gradum uisionis beatificę; quia differunt specie, & ad ditiō gradus ad gradū non mutat speciē.

Prop. 6 F

¶ Sexta propositio respondet ad secundā partē quæstii: & est hæc. Beati uidentes deum, aut diuinam essentiam non uident propter hoc necessariō oēs creaturas reluctance in uerbo. Tantū enim cognoscūt, quantum ad eorum p̄tinet beatitudinē: & quantum deus, qui est speculum uoluntarium uoluerit eis reuelare: uel cognitionē in ipsis producere. Si dicitur: Videns deum uidet perfectionem infinitam: Cōceditur. Cū infertur: talis uidet omnia reluctance: Negatur: quia creaturā reluctance in uerbo non, dicit aliud in p̄posito nisi eā aut eis cognitionē produci a uerbo in uolente, uel debente. creaturam hanc, uel illam cognoscere p̄ meritū: aut sicut causa repræsētat suā effectum. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum. Vtrum uisio diuinę essentię sit actus complexus, uel in complexus. Dicendum est in complexus: quia intuitiuus. Et si dicitur cōplexus est p̄fectior in cōplexo: beatitudo consistit in actu p̄fectiori. &c. Dicēdū. quādo sunt eiusdem generis, notitia cōplexa est p̄fectior. Ockam. q. xiiij. quarti. Et est quantum utraq; est abstractiua. Si autem una sit intuitiua: puta in complexa, & complexa abstractiua: tunc non oportet cōplexā esse p̄fectiorem. Si quæritur de securitate: de qua q̄ssione p̄cedente. Respōdet. Si nō est aliud, q̄ certa cognitio de diuina ordinatione, quā nūc habitā uult

beatitudinem, cont̄inuari: sic est actus complexus. Si tamē aliquis diceret (licet inanimiter) securitatem non esse aliud a uisione, aut fruitionem uisio est notitia incomplexa: etiam securitas esset actus incomplexus (sic de fruitione) immo ad beatitudinem essentialiter necessarius. Sed magnitudinis securitas est actus cōplexus: alius a uisione, & fruitione incomplexi, terminatus ad hoc cōplexum, Deus uult beatitudinem omnī, & singulorū beatorū in perpetuum cōtinuare. Et tunc consequenter post prius dicta. q. ij. posset, & uisio & fruitio esse sine tali securitate. Nisi dicatur utram, & eūdem actum posse dici cōplexū, & incomplexū respectu diuersorū: sicut notitia alicuius gradus ad gradū appræhensiuā, qua apprehenditur p̄positio tota, est act⁹ cōplex⁹: sed in quantum apprehenditur ille, uel ille terminus p̄positionis, dicitur ab aliquibus actus in cōplexus. ¶ Secundum dubium: Vtrum actus beatific⁹ sit rect⁹, uel reflex⁹. Hic supponitur hic ex Ockam. q. xxj. secundū di. & q. xij. secundū. Quod li. q̄ act⁹ rectus dicitur: quia eo intelligitur obiectum extra animam. Reflexus uero, quia habet actū rectū p̄ obiecto. Quq; distinguitur realiter actus rect⁹, & reflexus. Quibus statim dicendū. A q̄ beatificus est actus rectus: quia sine omni actu reflexo pōt aliquis esse beatus stante notificatione beati ut supra: nō autē sine actu recto. ¶ Si dicitur: nullus est perfect⁹ nisi sciat se esse beatum, & uelit suā beatitudinem &c. Dicendum. si nomen beatitudo supponit præcise pro dei uisione intuitiua, uel fruitione, concedi potest aliquem uere esse beatum, & essentialiter absq; hoc, q̄ actu elicitō uelit, aut sciat actu reflexo se esse beatum: sufficit, q̄ potest se reflectere, & actu scire, cum uult scire. Vult ergo & scit secundum mentis præparationem. Habet enim in se actum p̄fectissimum secundum speciem includentē eminenter p̄fectionē actus illius complexi: uolo uidere deum, & eo frui, nec eo unquam priuari. hæc omnia scit, & uult secundum mentis dispositionem. Et ita cum sic est dispositus: q̄ derelictus si bi ipsi eliceret hoc cōplexū, uolo esse

Dub. 2. H Vtrum act⁹ beatific⁹ sit rectus, uel reflexus.

An q̄ sit perfectus, si nesciat se esse beatum, & uelit suā beatitudinem.

beatus scio me esse beatū &c. dicitur id ipsum uelle habitu inaufribili, hoc est optima mentis dispositione. Exemplum de martyribus passis pro deo, qui pœnis absorpti forte nullam habent peccatorū cognitionē actualē, uel etiā dei, aut æternę beatitudinis: habēt tamē actū includentem eminenter, omnia illa: qui actus reddidit eos paratos ad faciendum omnia, quę pro Christo sunt faciendā. Nec ualet dictum quorundā tenentiū, q̄ in actu reflexo consistat beatitudo, quia perfectior recto. Nec cogit hic dictū philosophi, Priora generatione sunt posteriora perfectione: quia intelligitur, quando sunt eiusdē generis, & unum ordinatur in aliud, & est propter aliud essentialiter: sicut sperma est propter hominem, & puer ordinatur, ut fiat uir. Ockam. q. iij. dist. prima primū. Sed actus rectus non est propter reflexū: nec ordinatur in ipsū: sed reflexus comparatur rectum: immo ad bonum intellectu est uirtualiter in recto. Nec concedendū: q̄ reflexus plus quietat. Et si maior sequitur delectatio ad actum reflexum, q̄ rectum: tamē illius causa nō est reflexio, sed fruitio: ut supra. Vel potest negari. Præterea sicut beati dicuntur non habere oblivionem alicuius creaturę prius cognitę in uerbo, quā nūc nō uident, eo q̄ habent obiectum beatificum præsens, potens, & uolens omnia scienda reuelare, quę ad eorum pertinent beatitudinē, & utuntur deo, quasi pro habitu: ut quidam loquuntur: ita fruētes deo clarē uiso habent quicquid uolunt scire, & cogitant omnia uolunt pro perpetuo uoluntate aptitudinali se frui deo, & uidere deū &c. ¶ Tertium dubium. Si cognitio creaturę in uerbo, & cognitio in genere proprio eiusdē creaturę, sint cognitiones distinctę secundum speciem. Dicendum: Si cognitio creaturę in uerbo sit intuitiua, & cognitio creaturę in genere proprio sit abstractiua, distinguuntur specie: ut supra in prolo. Si autem utraq; sit intuitiua: puta si deus causaret immediate cognitionem albedinis intuitiuam in intellectu beati, & ipse beatus nō indistinctē uideret eā naturaliter in genere proprio: nō uideretur esse distinctę uisiones: nec specie, cū ha-

beat idē obiectū, & eisdem effectus: nec numero quia nō est necessitas distinguere diuinā ab aliā: sed possent dici primus auctus: sicut sole, & igne calefacente idē subiectum, sunt quidem duę causę partiales, sed unus calor auctus.

QUAESTIO III.



VARTO queritur: utrum certantibus in agone huius uicę, ex gratię gratum facientis inclinatione debeatur a deo secundum strictam iustitiam, & de condigno premium beatificum perenne: siue essentialiter, siue accidentale. ¶ Quartum ad articulum primū supponitur ex dist. xxvij. secundū. Quid meritum, quotuplex. Quid meritum de congruo, & condigno &c. & q̄ æqualitas meriti ad premium quandoq; fundatur in natura actus, & conditione: quandoq; in conuentione, & pactione. ¶ Secundū notandum. Nomine agonis, siue agonizare uenit pugna siue concertatio pro corona. Unde. j. Corinth. ix. Omnis, qui in agone contendit ab omnibus se abstinere: & illi quidem ut corruptibilem accipiant coronam. Sicut enim in agone contendit pro corona imperaribilis patrię celestis. Hinc. j. Timoth. vj. Certa bonum certamen fidei: apprehende uitam æternam. Et. ij. ait Paulus ad Timotheum. Labora sicut miles bonus Christi. Et sequitur. Qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Et Eccles. iij. Pro anima tua agonizare: & usq; ad mortem certa pro iustitia. Præterea agonista hostem uincere nititur, & sese eripere de laqueis aduersarij. Ita Iob. vij. Vita nostra militria est super terram. Item nomen uictoria quandoq; sumitur. pro solo domino super hostibus tribus: sine uictoria bellicosa præuia. Ut sic dicitur de uirgine Maria. Quomodo dicitur Christus mundum uicisse Ioann. xvj. & sancti regna Hebr. xij. per fidem, & gratię plenitudinē. Et uirgo Maria caput serpētis co-

Artic. 1. A

Not. 2. Quid meritū quotuplex. Quid Agonis nomine

Artic. 3. Dub. 1.

G Vtrum uisio diuinę essentię sit act⁹ cōplex⁹, uel incomplexus.

Dub. 3. An cognitio creaturę in uerbo, & cognitio in genere proprio sint cognitiones distinctę secundum speciem.

eruit. Sunt uero inter alios innumeros hostes tres principales, caro, mundus, diaboli. j. Ioann. ij. Caro, & carnis concupiscentia potissimum uincitur uirginitate. Virginitas enim uult omnes carnales uoluptates respuere, & nullatenus experiri siue in coniugio siue extra. Mundus excellentissime uincitur martyrio. Impugnatur .n. mundus in prosperis, & aduersis. Et uictoriosus est non uinci aduersis: immo nec terreri, quia non alluci prosperis. secundum Aug. lib. lxxxij. q. iij. Et secundum Philosophum, mors terribilissimum inter omnia terribilia, quam sancti martyres uoluerunt pro Christo pati. Excellentissime uincitur mundum, qui eius fraudulentis renitendo non cedit, sed resistit usque ad mortem, quod martyrum est. Diabolus suadens ad uitia potissimum uincitur, cum quis eius suggestiones, & persuasiones doctrina sana detegit, & exterminat semetipsum, & alios sana eruditione ad uitam salutis cum effectu dirigendo opere, & ueritate: quod doctorum est. Hinc dicunt doctores uirginibus, martyribus, & doctoribus, dandas esse aureolas. Istae tres uictoriae communiter dicuntur potissimum praecellentes, & quasi priuilegiatae. In his tamen continetur inuenire gradus, & excedens pariter, & excessum. Est .n. uirginitas alia purior: gladius penetrabilior usque ad intima cordis: ut ita dicatur. Doctrina sublimior quam etiam maxime lucratur Christo. Victoriola certatio uiatorum contra hostes illos cum operis effectu, agitur dicitur. q. Tertio notandum. Praemium beatificum duplex est. scilicet essentialiale, & accidentale. Essentialiale potest notificari secundum diuersitatem opinionum admittentium, uel non admittentium gaudium, uel delectationem esse de essentia beatitudinis. Sic de tentatione, perpetuitate, ac securitate, sicut secundum quod admittitur, uel non admittitur, quod sit una uisio, qua uideatur uerbum, & creatura in uerbo: ut supra q. iij. Essentialiale praemium est id, in quo consistit formalis beatitudo, & obiectum: sine quibus nullus est beatus. Accidentale praemium forte potest contra notificari in genere, q. Corollarium. Solius animae beatitudo essentialiter praemium dicitur ut communiter, & non corporis,

Not. 3.
Praemium
beatificum
duplex.

Coro. 1.

quod sua beatitudinem habet ex redundantia beatitudinis animae: quia homo secundum animam meruit corporis beatitudinem, & sine beatitudine animae: puta dei uisione, & fruitione. beatificatio corporis non esset: beatum.
Coro. 2. Corollarium secundum. Non dicitur praemium accidentale, quia est accidens inherens animae: sed quod respicit obiectum increatum immediate. Alias .n. uisio, & fruitio &c. essent praemium accidentale. **Coro. 3.** Corollarium tertium. Non omnia bona beatorum includuntur formaliter in ratione praemij essentialis: sed eminenter, nisi sumatur pro beatitudine aggregatiue: **Coro. 4.** Corollarium quartum. Si est una, & eadem uisio, qua uideatur deus, & creatura in uerbo: non est absolum dicere aliquem actum beatificum terminatum ad creaturam, & ad deum dici praemium essentialiale. Patet ex praedicta quaestione. Et ideo illa notificatio, & distinctio praemij essentialis, & accidentalis penes obiectum creatum, uel increatum praesens non cogitur: quid de essentia beatitudinis uisio, & fruitio dei. **Coro. 5.** Quarto notandum, quod utriusque praemij corona solet dici. Corona uictori debetur, & certanti contra hostem in bello cum triumpho. Iacob. j. Beatus uir, qui suffert &c. coronam uitae accipiet. Et ij. Timothei. iij. Reposita est mihi corona iustitiae. & j. Petri. v. Immarciscibile gloriae coronam. Apoc. ij. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitae. Item omnes beati regia dignitate praesulgent. Fecisti nos regnum deo, & sacerdotibus. Apoc. v. Aurea propter perennem securitatem, & tentationem: quia nunquam marcescet, nec deficiet. Praemium essentialiale corona dicitur aurea. Accidentale quoniam retinet hoc solum nomen, quod accidentale praemium dicitur, quoad quod; & aureola nominatur. Hinc praemium accidentale in genere duplex est: quoddam sortitur nomen aureola: quoddam non sortitur hoc nomen a doctoribus. Connotatur enim nomen aureola ultra praemium accidentale excellentiam uictoriae: quia est praemium operis uictoriosi, & praecellentis pugnae, seu operis priuilegiati. Forté doct. sic loquentes occasione acceperunt. Exod. xxv. cum dicitur de mensa Arcae. Facies illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam interram simile altam quatuor digitis, & super illam alteram coronam

Coro. 2.

Coro. 3.

Coro. 4.

Not. 4.

C

Vtrumque
praemium
corona so-

let dici.

Coro. 2.

Aureola
corre-

spondet
solu opo-

nis, &

puenis su-

perogatio-

nis.

aureola. Vbi Beda (ut habetur in Gloss.) per coronam auream intelligit praemium seruantium precepta: per coronam aureolam praemium seruantium consilia. Haec enim priori supponitur, & priorem supponit. j. Corinth. ix. Vel per coronam praemium animarum intelligit, per aureolam gaudium, quod erit animae in resurrectione corporis. Hoc dicitur Bedae planum est. Notificat Rich. art. v. q. ij. Aureola: quia est gaudium de operibus a se factis: ratione habentibus uictoriae praecellentis, per quod apparebit exterior in corpore: quidam decor, qui praedictum gaudium, quod interior est declarat, & indicat. Praemium: quod non meretur dici. Aureola est gaudium de bonis operibus per se factis non habentibus rationem uictoriae praecellentis, seu non priuilegiatis priuilegio uictoriae praecellentis. Dicuntur enim secundum Rich. opera illa priuilegiata, quae habent rationem uictoriae excellentis. ubi supra. Et Durand. dist. xxxij. q. iij. dicit praemium accidentale correspondere difficultati operis exterioris. Et dist. xx. q. iij. dicit. Aureola est praemium de poena, ad qua quis non tenetur, uel ad qua quis non tenetur. Exempla de martyribus. **Coro. 3.** Corollarium secundum eum. Aureola correspondet solum operibus, & poenis supererogationis. Ita uidetur uelle Apostolus. j. Corinth. ix. ubi tale praemium de opere supererogationis nominatur gloria. Attamen sepe numero omne gaudium de bono creato, & quibuscumque quoruscumque actibus beatificis, & passionibus comitatibus, alijs ab obiecto increato, & beatifico praesens, Aureola dicitur diminutiue, & comparatiue ad auream, non curando cuiuscumque uictoriae sit, siue priuilegiatae, & praecellentis siue non. Non enim uidetur usquequaque clarum ex scriptura Canonica, quibus siue qualiter se habentibus actibus uictoriosi debetur aureola proprie: ut praemium accidentale, & aureola aliquo modo differunt: quia non omne accidentale praemium meretur dici aureola. Sanct. Tho. in iij. dicit Aureola est gaudium de operibus a se factis, quae habent rationem uictoriae excellentis. & praesupponit praemium essentialiale, siue aurea: nec sine ea datur alicui. v. Quodlib. quaest. xxij. Accidentale da

tur uictoriae in communi. Si autem queritur, in quo subiectatur aureola: Respondet Palud. q. viij. ar. iij. q. est in anima principaliter, & per redundantiam in corpore erit quaedam decentia, & pulchritudo singularis representationis aureolae: Doctori in ore, uirginibus in illa parte, martyribus in cicatricibus: ut sciatur statim qualis quis fuerit, an martyr, uirgo, doctor. Consequenter notat Sanct. Tho. dist. praesens. q. v. ar. j. q. ratio operis meritorij dependet ex duobus. scilicet ex radice charitatis, & sic ei debetur aurea, & ex ipso genere actus, quod laudabilitate quaedam habet ex debitis circumstantijs, & habitu elicito, & proximo fine, & sic debetur aureola. Concludit quod in praemio aliquid est ex parte charitatis. scilicet aurea, aliud quid ex genere operationis quod dicitur aureola. Subiungit. Maior est excellentia meriti, quae colligitur ex charitate, quam illa, quae colligitur ex genere actus: sicut finis, ad quem ordinatur charitas, est potior ijs, quae sunt ad finem, circa quae actus nostri consistunt. Unde etiam praemium respondens merito ratione charitatis quantumcunque sit paruum: est maius quolibet praemio correspondente actui ratione sui generis, & ideo aureola diminutiue dicitur respectu aureae. Haec ille. Ex istis, & alijs doctorum uerbis potest non ab re haec similitudo colligi per quid nominis aureola, uel corona. Sicut currentium est regere. j. Corinth. jx. (secus de non currentibus) ita certantium, & triumphantium corona: tamen si illa duo sese habent multum differenter: secundum quod ex maiori charitate, uel minori charitate sunt alicui debita, & a deo reddita. Et quandoque aliquod praemium est nobilius corona, & e contrario: licet praemium non possit dici corona: nec e contrario: propter connotationem termini. Per consequens licet singularia bona opera: siue interiora manentia in anima: siue prouidentia in actu adextra: sua habitura sint gaudia accidentalialia: non tamen ueniunt nomine aureola proprie sumpto uocabulo: nisi sint pugnae, & uictoriae praecellentis triumphus, cum effectu operis. Videatur, si non sufficiat ad aureolae adaptionem habere dominium super hostem

Not. 6. An act interior & exterior ab eo imperatus in eodem supposito, & p eodē tē pore sint idē p̄ctū, uel duo

bus tribus, scilicet formalis pugna, & belliosa uictoria contra eosdem: ut infra. du. ij. ¶ Sexto notandum post dicta in secundo collect. distinet. xlij. An actus interior, & exterior ab eo imperatus in eodem supposito, & pro eodem tempore sint idem peccatum, uel duo &c. Sic de merito, licet apud deum uoluntas reputatur pro facto in his, quæ respiciunt premium essenziale beatificum: dummodo fuerit uoluntas plena, & efficax quantum est ex parte agentis: ita quod non stat per eum: & nihil deest ex parte ipsius. Non tamen sic est in satisfactione pro culpis commissis in solutione penarum: ut supra dist. xlv. Nam in indulgentiis sonantibus, quod hoc, uel hoc facientes habeant indulgentias &c. si quis non facit factum, quod indulgentiarum concessio prærequirit: uoluntas non habetur pro opere. Item ex Principis edicto uenientes ad prælium, & uictoriam habentes corona sulciuntur certantium: non sic domi manentes, & certare non potentes: tamen tempore intermedio tali regi rem plus gratam, & honorificam satagunt cum effectu. Primi coronam habent: non sic alij, qui animo quidem pugnauerunt, cum mœrore suam impotentiam deplorando. Et si eorum donarium regum præstantius sit corona certantium: tamen corona certantium caret: quia non fuit in eis pugnare cum effectu; cui soli ut tali tale debetur præmium ex merito. immo nomen humilissimi meriti exigit tale præmium, & econtrario. Et licet impotens corona plus regi placeat, non tamen coronabitur tali corona uictorum: quia non pugnabat uincendo modo tali hostem. Sic ni fallor, opus aliquod ad extra aliqd addit in merito, & præmio ultra solam uoluntatem mentē, quantum de se est efficacē, & operosam. Vtiq; preciosa ratio meriti utriusq; præmij est charitatis, & uoluntatis conatus. Et cū adiungitur opus ad extra uoluntati internæ, quantum de se est efficaciam duo sunt actus numero, & non unus actus duraxar, & ita duæ causæ (ad sanū intellectum) duplicis præmij. Consequenter dicendum. Si in operis consummatione uoluntas non semper intenditur (quod mul

tis uidetur quasi impossibile ut non intēdatur.) Sic idē est meritū substantiale secundū intentionē in faciente opus adextra, & in uolente solum, cæteris paribus: sed non idē præmium accidentale extensiuē: quia hic gaudet de operis consummatione, & uictoriæ efficaci impletionē, non sic alius. Sic enim aureola quoad sui intentionē (ut loquitur Sanct. Tho. iuxta finē huius dist.) sequitur intentionem meritū, non quantum est ex parte radicis meriti, sed ex genere operationis. Vnde aliquis martyr minor in premio essentiali, potest habere maiore aureolam alto qui maior est in merito essentiali. Dicitur autē quādoq; maior, uel minor aureola radicē uictoriæ, uel quia plus spūalis & intrinseca, & maioris delectationis ablatiua, uel quāde sui natura uolūtatē plus repugnās (uolūtatē in quā inculpabili) uel quia diuturnior, & plus afflictiua, & maioris uehementiæ, & conatus: uel quia de re meliori, & nobiliori ac plus proficua &c. Volēs itaq; attendere maioritatem, uel minoritatem aureolæ dandæ p tali genere operis trūphalis, respiciet non præcisē intentionem charitatis sed etiam genus, & qualitatem, ac etiam diuturnitatem uictoriæ, supposita tamē charitate, & gratia gratū faciente. Sic enim qui maiorem, & duriorē habet uictoriā, maiorem habet aureolam etiā generaliter loquendo. Non ergo præcisē secundū radicē meriti: sed secundū genus uictoriæ, & pugnæ informatæ charitate, merienda est intensio aureolæ: ut eūtaruocabulo. Si uerō teneatur, quod uoluntas intenditur in operis consummatione semper, & regulariter: quod actus obiecti præsentis, & absentis differunt specie: per consequens se non possunt intendere: sic uoluntas impedita, quæ est obiecti absentis: nunquam attingit perfectionem speciuocā alterius, quæ est obiecti præsentis. Hinc ut sic maius potest esse præmiū uoluntatis consummata, quā impedita. Si ergo placet accidentale præmium debitū bono operi exteriori sic qualificato ex charitatis augmento, ab hoc denominare, nomina sunt ad placitum. Secundum hanc positionem, sola uoluntas interior sine actu exteriori nunquam habitura est

est aureolam: quia ille actus interior nunquam potest attingere perfectionem speciuocam actus exterioris, cui debetur aureola cæteris paribus. Cuius discussionē maioribus committebam duxi. Est etiā considerandū: quod difficultas proueniens ex mala uoluntatis dispositione, non facit opus laudabile: sed illa, quæ prouenit ex uoluntate non culpabili: ubi ex qualitate operis multum repugnante naturæ, uel hominis bonæ uoluntati, opus est laboriosum: illa difficultas occasionaliter reddit opus laudabile, & actum facit meliorem: quia tunc homo se conuertit ad deum, petendo auxiliū in tempore opportuno, nec finit deus hominem tentari, su pra quā potest: sed facit cum tentatione prouentum, ut possit sustineri &c. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Non obstante dicto Apostoli Roman. viij. Non sunt cõsignæ passionēs huus temporis ad futurā gloriā, sanē, & catholicē concedi potest hominē certantē in agone uitæ p̄sentis posse mereri de cõdigno præmiū uitæ æternæ. Patet ex dist. xxvij. secūdi collect. Nec obstāt hic dicta Origenis lib. viij. ad Rom. & Aug. quorū intellectus habetur ut supra. Nec impedit perpetuitas, & indeficiētia præmij ad meritū temporale. Nā stricta iustitia dei non extigit naturalē correspondētiam ad præmiū liberaliter dandū. ¶ Secundum cõclusio, siue propositio. Homo per actionē temporalem, & quasi momentaneam charitate formatam potest de condigno mereri uitam sempiternā. Patet ubi supra. Hoc enim est ex gratuita sponione dei, & ex ordinatione diuinæ liberalitatis, uolētis dare superfluent: et tantū pro tantillo: si homo pro suo xpo permaneat in gratia gratū faciente. Porissima ratio meriti respectu præmij beatifici est diuina acceptatio, & ordinatio dādi hoc pro illo. Nulla enim esse potest comparatio æterni ad temporale, caduci ad perpetuum: quantum est ex natura rei: nec ulla æqualitas iustitiæ distributiue, quæ fundatur in quadam proportionē æqualitate geometrica. Est autem proportio geometrica, qua continens excedit contentum in aliquo certō, & finito gradu: ita quod ex cef-

Artic. 2. Cõcl. 1. F. Hō pot mereri de condigno.

Cõcl. 2. Hō p actionem tpalē, & quasi momentaneā charitate formatā pot de cõdigno mereri uitā sempiternā.

sum aliquando replicatum reddit suum excedens. Et sic nulla est proportio finiti ad infinitum simpliciter. Quotiescūq; enim finitum replicatur, nunquā reddit infinitum. Sic enim entitas unius ad reliquum est improporionata in entitate. Cum hoc tamē stat; quod infinitum potest intelligi a finito quia est ibi proportio cognitionis ad obiectum: siue operationis ad terminum. Potest enim finitum cognitiue ferri in infinitum, & infinitum esse terminus obiectiuis, & perfectius eiusdem. Est ergo hic, cum redditur æternum pro temporali, proportionis æqualitas fundata non natura rei præcisē secundum proportionem geometricam: sed in præmij reddendi insinuatione gratuita, & infallibili: quod alij dicunt in pactione, conuentione, uel gratuita, & liberali sponione huus pro illo. Matth. xx. Nonne ex denario cõuenisti mecum? ¶ Tertia propositio. Præmium beatificū, siue essentialē, siue accidentale, quod debetur beato, potius datur diuina miseratione, quā sua operatione præcisē. Patet auctoritate Pauli Ephes. ij. Gratia estis saluati. Regnum dei nō est uolentis, neq; currentis, sed dei misereatis. Rom. ix. Gratia dei uita æterna. Rom. vj. Siquidem deus ex natura rei præcisē nullius est debitor: sed facit se liberalitate gratuita hominis debitorem. i. uoluntariū largitorē. Nec magis meretur uolūtas per hoc, uel illud genus operis: nisi quia placet deo opus illud sic, uel sic qualificatū suo dono acceptare ad præmiū. Ideo ex hoc potissimū expectat præmiū, & non ex genere operis: aut quia in nostra potestate. Vnde. j. Corinth. ij. Dei agricultura sumus, & edificatio. Vnusquisq; tamen propriam mercedē recipiet secundū laborem. Nec sequitur: homo non laudatur per illud, quod nō est in eius potestate: ergo nec merebitur. n. charitatis habitu, qui nō est proprie in nostra potestate: nisi quod potentia ea utitur ut habitu, & instrumentum. Ideo ait Aug. ad Sixtum presbyterum. Cū coronat deus merita nostra: nihil aliud coronat, quā manna sua. & in eadē epistola. Sicut ab initio fidei misericordiam cõsecuti sumus: nō quia fideles eramus:

Cõcl. 3. G. Præmiū beatificū siue essentialē, seu accide:ale, potius datur diuina miseratione, quā sua operatione præcisē.

sed ut esse mus: sic in fine quod est uita aeterna, coronabit nos, sicut scriptum est. & oportet, ut sic dei misericordia nos praeueniat, & eius misericordia subsequatur nos. Unde & pro nihilo nos saluat. Data enim est nobis gratia, ut per eam saluemur: & quod nostra opera placent deo, est per donum charitatis infusum. Item. xiiij. de trinitate. cap. x. Merita nostra eius dona sunt: & ideo fides per dilectionem operatur: charitas per spiritum sanctum infunditur. Ad idem in Enchir. cap. cvij. Ephesii. ij. Gratia estis saluati per fidem: & hoc non ex uobis. Dei enim donum est non ex operibus, ne quis glorietur. & plura alia in eodem cap. Item Deut. viij. & jx. Scies hodie: quia non propter iustitias tuas dominus deus dabit tibi terram &c. Roman. jx. ut ostenderet diuitias suas in uasamiseri cordis, quae preparat in gloria. Ab ipso habemus uelle, & proficere per bona uoluntate. Phil. ij. Phil. j. Vobis datum est pro Christo, non solum ut credatis in eum: sed etiam patiamini pro eo. Et. ij. Corinth. iij. Non quod simus sufficientes cogitare &c. Quid habemus, quod non accepisti. Corinth. iij. Reliquae per electionem gratiae saluae fuerunt. Roma. xj. Qui gloriam, in domino gloriatur. Hierem. jx. j. Corinth. iij. Quod quaerebat Israel, non est consecutus. Electio autem consecuta est. Roma. xj. Item Rom. iij. Et qui non operatur, crediti autem in eum qui iustificat impium, fides eius reputatur ad iustitiam, secundum quod propositum gratiae dei &c. Ad idem Ephes. iij. cum inquit. Ascendens in altum &c. dedit dona hominibus. dedit inquam, ut uita mereantur: qui alibi dixit. Reddet mihi dominus in illa die &c. ij. Timot. iij. ut secundum Augustinum ad Simplicium. q. ij. sic ostendit gratiam non esse ex operibus: sed ex uocatione deo. Expleficat de Iacob, & Esau nondum natis, & loquitur de gratia prima: ut est communis modus loquendi doctorum. Dicit Durandus. Rideliculus est ponere iustitiam in deo per comparationem ad materia ciuile. dist. xlvj. Et quod in deo non est iustitia commutativa respectu honorum, sed malorum: de hoc supra dist. xlvj. ¶ Quarta propositio. Licet faciens cum effectu excellens uictoria contra carnem, mundum, uel diabolum, uel singulare ex effectu per has operis consummatione gaudium sit ha-

Prop. 4. Licet faciens cum effectu excellens uictoria contra carnem, mundum, uel diabolum, uel singulare ex effectu per has operis consummatione gaudium sit ha-

biturus in caelo: attamen si uoluntatis, & gratiae inclinatio pariter, & charitatis feruor ex hoc casualiter, uel occasionaliter non augetur, non habet interius gaudium ultra eum, qui solus, & pariter habuit uoluntatem: sed non operis consummationem. Prima pars manifesta est: quia quilibet gaudet cum metris hilaritate de a se facto bono opere interiori, & exteriori: de quo non sic gaudet: quod opus non fecit: sed dolet de impotentia, & impossibilitate. Secunda pars: quia ut supra ostendimus, & totum meritum est in hominis uoluntate: ut late deducit Hugo de sancto Victore. lib. ij. par. xiiij. cap. vj. & hominis meritum non commensuratur labori: sed charitatis perfectioni, & actus intentioni. De hoc Augustinus contra Paganos, ad presbyterum Deo gratias, in q. iij. de sex quaestionibus ait. Ex qualitatibus quippe uoluntatum, non ex temporum spatijs, siue recte facta, siue peccata metiuntur. alioquin maius peccatum habetur arboris deicere, quam hominem occidere &c. Et Paulus. Corporalis exercitatio ad parum utilis est: pietas ad omnia ualet. Pro illa conclusione est Augustinus de bono con. cap. xxj. cum dicit esse par meritum patientiae in Petro patiente, & Ioannis: qui passus non est, & continentiae in Abraham, & Ioannis: quia huius coniugium, & illius caelibatus pro tempore militarunt deo: quis hic in habitu, alter in actu &c. Quia autem saepe fuerint factitiae constitutiones: ideo est, ut uoluntas operi maneat intenta, non distrahatur: in opere ardeat: charitatis feruorem adaugeat. Vix enim fieri potest: ut non augetur uoluntatis conatus in opere, & gratiae inclinatio: quia non sinit deus hominem tentari, ultra quam oportet: sed adiicit adiutorium in tempore opportuno. Praeterea constat gaudium intentionem sequi non rei uoluntate magnitudine: sed intentionem uolitionem. Est enim de bono magis amato. Vbi ergo in patria maior gratia, & charitas, maius erit gaudium. Cum hoc stat: quod id opus aliquid adiicit quoad obiectiuale terminum, & extensionem mentis hilaritatem. ¶ Quinta propositio. Sicut premium essentiale beatorum correspondet datur pro uoluntatis conatu, ac gratiae inclinatione, & charitatis feruore: ita quodcumque accidentale premium resp. dat

Prop. 5. Sicut premium essentiale beatorum correspondet datur pro uoluntatis conatu, ac gratiae inclinatione, & charitatis feruore: ita quodcumque accidentale premium resp. dat

beatificum quantum ad sui dignitatem, & precellentiam beatificam eisdem correspondebat, & commensurabitur. Prima pars est in secundo collecta. & non sumitur nomen inclinatio hic, prout cum dicitur illud inclinari ad aliud, quod est in potentia ad ipsum: sed pro inclinatione actuali: ut supra in tertio. dist. xxij. Per feruorem charitatis possumus intelligere promptitudinem, siue conatum uoluntatis ad actum charitatis eliciendum: qui est precise per habitum charitatis acquisitum ex actibus frequentatis: ita quod supponit pro actu uoluntatis, connotando eius promptitudinem, & facilitatem, ex inclinatione habitus charitatis acquisitae potissimum prouenientem non tamen excludendo, sed supponendo charitatem infusam. Hinc quidam ponunt feruorem charitatis, habitum charitatis acquisitum, uel eius actum, in quem tendit potentia faciliter, & prompte propter bonorum operum ex charitate frequentationem. Habitus enim infusus sine acquisito non inclinatur naturaliter secundum opinionem multorum. Saepenumero d habent magnam charitatem infusam: sed non exeunt frequenter in opus: redduntur tepidi, lassae, segnes &c. ita ut quod spiritu ceperunt, consumunt carne &c. Probabile dictum, quod charitatis infusae conatus, & inclinatio sequatur proportionabiliter charitatis acquisitae inclinationem, & uoluntatis conatum, uel maiorem, uel minorem, & in merito, & in premio. Non enim sufficit sola charitatis inexistencia personam gratificans, ad hoc quod aliquis actus sit meritorius, stante lege: sed requiritur, quod actus procedat ex gratiae inclinatione. ¶ Corollarium. Nullus mereat aureolam in quocumque actu suo, quod non mereatur aureolam. immo auream necessariam praesupponit quacumque aureola: secundum Thoma. v. Quodlibet. quest. xxiiii. Dicitur est notanter quantum ad sui precellentiam beatificam. Nam manifestum est, quod sine charitate infusa per spiritum sanctum, & gratia gratum faciente nihil dignificat, & precellenter facit beatum. ¶ Sexta propositio. Si omne gaudium accidentale uenit nomine aureola: omnes & singuli beati habent, uel habituri sunt ultra premium essentiale aureolam

in patria. Singuli enim gaudebunt de suis bonis operibus, & singuli singulorum merita cognoscent in uerbo: secundum Augustinum. xxij. de ciuitate. cap. xxix. ¶ Septima propositio. Summo nomen aureola proprie, nullis quantumcumque perfectis, nisi martyribus, doctoribus, uirginibus debetur aureola: ut communis habet doctorum sententia. Pater ex notabili secundo. Hi enim. soli praecellenter uincunt mundum, carnem, diabolum, & eorum uictoria priuilegiata dicitur. & huiusmodi triplex aureola, talismodi priuilegiatis operibus debetur. Ad hoc Glossa. Exod. xxxv. loquens de uirginibus, intelligendo per coronam auream premium essentiale seruatiu praecipua, & per coronam aureolam superpositam premium obseruatiuum consilia. Ad hanc coronam pertinet canticum nouum, quod uirgines tantum coram agno cocinunt, & quae sequitur, quocumque ierit. Interlinearis dicit. In corona aureola figuratur remuneratio eorum, qui in doctrina excellent. E Ephes. j. Corona aureola est perfectio remunerationis eorum, qui in doctrina excellent. Item Cantici. ult. dicit glossa super illo. Vinea mea coram me est &c. Duplex premium meretur, quod se, & alios lucratur. & Glossa. marg. doct. Duplex retributio pro merito seruatur. Sed illa Glossa. non loquitur, ut uideatur nisi de premio accidentali &c. Ex illis, & alijs Glossis. potius ut uideatur, colligipotest, aureolam esse premium de opere supererogationis. j. Corinth. jx. & in multis dicitis Augustinus. nec est clarum, quid precise sit aureola, & si quid addat ad premium accidentale. Ad hoc facit uisus, quam habuit beatus Augustinus de sanctis Hieronymus. & Ioannes Baptista in epistola ad Cyrillum Episcopum hierosolymitanum: cum scribere uellet epistolam aptam cogitans laudis materiam, uisionem talem habuit Augustinus de sancto Hieronymo. Videt inter caeteros infinitos plus sole fulgures uiros duos: ita similes, & uniformes: ut nulla in eis uideretur differentia, qua alter ab altero differe posset, nisi quod tria ferra ferebat alter in capite ex auro, & lapidibus preciosis: alter uero duo. Et post aliqua dicit Augustinus. Hic, qui tria ferebat ferra, ait. Cogitas Augustinus, quid laudis debeas de Hieronymo. in ueritate praefere, & certe diu cogitans nondum nosti. Sed huc ambo uer-

nimus, ut eius tibi gloria indicemus. Hic certe meus socius, quem uides, Hieronymus est, qui sicut equalis mihi in uitae sanctitate fuit: ita per omnia aequalis est in gloria, & quam possit, & ipse potest, & quod uolo, ipse uult, & sicut deum uideo, & ipse uidet, & cognoscit. In quo omnis nostra, & sanctorum omnium consistit gloria, & beatitudo. Nec habet maiorem, uel minorem gloriam alter ab altero sanctorum, nisi in quantum magis, uel diuinam contempletur speciem. Tertium uero tertium, quod plus illo fero, aureola martyrii est, quod finiuit uitam corporis: quod etiam in mundo ob labores, poenitentias, erumnas, afflictiones, uerbera, contumelias, & hominum opprobria &c. quae ita pacifice perulit &c. ut uerus martyr extiterit, & praemia martyrii non amiserit: quia tamen uita gladio non finiuit, aureolam, quae in signum datur martyrii talis, non habet. Setae alia duo, quae habentur, aureolae sunt, quae solum uirginibus, & doctoribus dantur: ut ab alijs discernantur. Et quae haec praesulit uerba sunt Ioannis Bapt. & consequenter de gloria sanctorum referens dixit: quibuslibet sanctorum ita de alterius gaudere gloria, sicut sua. Ad hoc uidetur facere Apoc. xiiij. Sequitur agnum, quocumque ierit, & nemo potest carere &c. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Item de martyribus. Apoc. vij. Palmae in manibus eorum. Et infra. Hi sunt, qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Sed exponit Aug. Homil. vij. super Apoc. Non ut aliqui putant martyres solum sunt: sed omnis populus in ecclesia. Omnis enim ille lauit stolas suas in sanguine agni, & non dicit textus, quod in sanguine suo lauerint stolas suas: sed in sanguine agni. Ioan. j. Et sanguis filij eius mundauit nos. Et nomine palma in genere uenit triumphus. Et secundum Aug. ut supra, ibi fit sermo generalis de remuneratione generali omnium fidelium in ecclesia dei: sive ex Iudeis, sive ex gentibus, & nomine stola uenit gloria anime, uel secundum eundem, albas stolas, spiritum sanctum dicit ibidem.

Doctores in caelo fulgebunt quasi stellae in perpetuas eternas ubi Gloss. interli. Qui edocti magistri

f. aliorum non modo praedicatio: sed scriptis confirmatio, & quod ad iustitiam erudiunt simpliciter uerbo, & exemplo. Quod autem superius allegatum fuit de uirginibus. Apoc. xiiij. Aug. super Apoc. Homil. xj. dicit. Non solum corpore castas intelligamus huiusmodi uirginibus: sed maxime omnem ecclesiam, quae fidem puram tenet, secundum id. Despondi uos uni uero uirginem castam exhibere Christo, nulla adulterina haereticorum commixtione polluta: nec in peccatis usque in finem perdurante sine remedio poenitentiae. Ecce tale, quale fundamentum ex scriptura canonica de aureolarum collatione. Verum est, habebunt beati praemium essentiale, & accidentale, quod quandoque, plerisque aureola nominatur. Beatus Aug. in de sancta uirginitate plura loquitur de fructu martyrii, uirginum, & aliorum: sed non de aureolis, & quod se habent ut excelsas, & excessum. In domo dei mansiones multae sunt, & magna erit diuersitas in diuisione, & fructu &c. Multum mercedis leuabit, qui plus laborauit in uinea dnica. Verum est, quod hodie habentur haec nomina instituta supponenda per praemium accidentale uictoriae praecellentes. Exemplum in terra nostra: comes etiam maior sit milite aurato, non tamen eis esse utique, quibus ipse militariis insignijs, nisi alias ex speciali privilegio quod muneris habeat. Birrerant doctores, & magistri legitime examinati, & probati: non sic alij non nunquam scientia praestantiores, qui forte formalia per gradus adeptione non compleuerunt modo tali, uel tali. Pariformiter possent institui, uel forte instituti habent in monasterijs, & aliorum artificum &c. super exaltationes, & (ut ita dicam) graduationes. Idem Aug. cap. xxiiij. de bo. coniu. Stat quem non habere, quod habet alius: sed aliud, quod pluribus aestimandum est. Sed nihil fallor, sicut Ioannes. j. Ioan. ij. dicit omne praestitum esse concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, uel superbiam uitae, quae omnis peccati ponitur initium. Eccl. x. ita in quada generalitate trifaria accidentalia praemia maioris, & cognitae nobis uictoriae includunt, & designant. In primitiua ecclesia non fuit habita sanctorum memoria in pace defunctorum, de quorum finali constantia non ita patuit: sicut sanctorum martyrum, & apostolorum pro Christo

stellae in perpetuas eternas.

Prop. 8
I
Sola corruptio carnis sine antecedente, uel comitante sensu mentis libero non potest aureolam uirginitatis.

passorum. Temporis successu adiuncti sunt confessorum: facta eorum canonizatione fecundum Aug. super Ioan. Homil. lxxxiiij. Ad idem. C. de sacrosan. eccle. l. Nemo. Non fit confessorum memoria, quos nec canon missae habet olim editus. Haec uidetur communis, & concors doct. sententia: sed quibus uirginibus doctoribus, ac martyribus aureola debeatur, modica, uel nulla est concors sententia. Octaua propositio. Sola corruptio carnis sine antecedente, uel comitante consensu mentis libero, & impatienti actus, non perdit aureolam uirginitatis. Ita habet Palu. Potest enim carnis corruptio multis modis fieri etiam sine peccato, aut per curam medicinali &c. Praeterea aureola debetur uictoriae ex pugna per Christum habitae: sed statimquam uiolenter proflus nolentem concipere inde, & parere. Et dato, quod post factum libere delectetur, & concipiat in prius acceptata uiolentatione, & ita peccat: & posthac de peccato uere dolat: quia tamen consensus subsequens non potest esse imperatiuus nunc prius consummati operis: ideo correcta uoluntate ceteris paribus aureolam consequi potest sic uiolentata: quia illa carnis corruptio facta fuit sine consensu praecedente, uel comitante imperatiuo actus illius: Ita sentit ille doct. Corollarie sequitur. Uirginitas mentis amissa potest reparari salua incorruptione carnis: non sic corruptio carnis, quae antecessit, uel comitatur impatienti consensu mentis. Hinc ait San. Tho. dist. xxxiiij. Meritum omne debetur actui uirtutis a charitate imperato. Uirginitas autem secundum hoc ad genus uirtutis pertinet: quod perpetua incorruptio mentis, & corporis sub electione cadit. Ideo illis tamen uirginibus debetur aureola proprie, quae propositum habuerunt uirginitate perpetuo seruandi: sive hoc propositum in uoto firmatum, uel non. Et subiungit. Si propositum fuit interruptum, manere integritate carnis, dummodo in fine uitae reparatur mentis integritas, potest consequi aureolam. Uirginitas enim mentis, & non carnis reparari potest Aug. li. j. de ciui. dei. c. xviii. dicit. Pudicitia est uirtus animi comitante habet fortitudinem qua potius uult homo mala quaeuis susti

neri, quam consentire malo. Et li. iij. c. viij. contra Iulianum, dicit pudicitiam esse animi, & uirginitatem corporis: quae una sine alia potest amitti. Quomodo in uirginibus corrumpatur animi pudicitia, clarum est. Sed quomodo in eis corrumpatur uirginitas, non ita claret. Nona propositio. Omnibus, & singulis cuiuscumque status hominibus, qui cum effectu, & efficaciter sua catholica eruditione, & doctrina multos erudiunt ad iustitiam, scribendo, legendo, concionando doctrinando, praesertim quadam praecellencia speciali, aut modis similibus, quibus diabolicas fraudes, & uersutias detegunt, & eneruant, ultra auream data est miseratione diuina, & doctorum aureola. Haec propositio ferre ab omnibus admittitur: Sed Gloss. ad hoc allegata in propositione octaua non sunt clares: quia solum loquuntur de duplici praemio doctorum. Textus Dani. xij. exponit Hugone, & Lyra propterea uidetur esse ad propositum. Dicitur est quada praecellencia speciali: quia non omnibus uictoribus diaboli datur huiusmodi aureola: sed praecellentioribus, quos nouit deus. Vel oportet nomen extense sumere. Sunt utique gradus plures in hominum uictoria. Ex illa propositione sequitur: quod non solis graduatis doct. & magistris debet aureola: nec solis praesatis, quibus incumbit ex officio praedicare, & populis praesse, nec uolentibus praedicare quantum est de se: sed non missis contra Guili. Altissid. quod uult li. iij. Trac. vij. quod Scholaris, qui habet scientiam, & uoluntatem praedicandi, sed non mittitur, habet aureolam. Aureolae enim sunt praecellentes uictoriae praemia, & operis exterioris consummati. Nec medicis: nec similibus physicali studio, uel philosophiae naturali operam dantibus etiam per intelligenda sacra scriptura: uel ut Palu. loquitur per intelligendo Thomam: dummodo non cum effectu sua doctrina sacra, & a se, & ab alijs demonem expellunt &c. Nescio, an Palu. fabula utatur: possunt tamen huiusmodi naescisci magnum, & maius accidentale praemium: etiam pluris apud deum aestimandum, quam sit aureola praecellens: correspondenter ad praemium essentiale maius. Ad idem est San. Tho. v. Quod li. quod xxxiiij. ostendens aureolam praesupponere auream. Ideo qui

Prop. 9
Omni-
bus, &
singulis
cuiuscum-
que status
hominibus,
qui cum
effectu
multos
erudiunt
ad iustitia
scribendo
cacionando
ultra
auream
danda
est
misera-
tione di-
uina au-
reola.

docet amore uanæ gloriæ, non conseq-
tur aureolam, nec auream: quia peccat.
¶ Si queritur: An prædicator, uel doctor
uanam gloriam querendo, & multos lu-
crâdo habeat aureolam post pœnitenti-
am: sicut uirgo, quæ uoluntatem corrigit ma-
nente integritate carnis: R. dicitur: qd non
quia sic docedo peccat: & opa eius sunt
mortua, & non p deo imperata. Opera
uerò mortua nō reuiuiscunt: sed mortifi-
cata. Pœnitentia restituit prius habitū, &
ex demerito amissum: nō autem cōfert,
quæ nunquam fuisse habita. Licet deniq;
motus pœnitentiæ possit esse meritorius:
non tamen habebit aureolā. Et ideo inte-
gritati carnis imperatæ, quæ manet post
peractam pœnitentiam de mentali cor-
ruptione, debetur aureola uirginitatis: nō
autē actui uanæ gloriæ, q transit, & nō ma-
neret: nec est dignus p̄mio quocūq; b̄rifico.
¶ Decima propositio. Pœna mortis pro
Christo, aut pro fide catholica, libertate
ecclesiastica, seu uirtutis a more alicui in-
flicta, & uoluntariè pro deo suscepta, ac
constanter perpeffa, facit hominem di-
gnum martyrium aureola. Beatus Augu-
stinus in de san. uirginitate. c. xlv. expressè dicit
martyrij coronam constitutam, uel in ha-
bitu animi, etiā si desit tētationis examē,
uel in ipsa passionis experientia Sed po-
test dici: qd loquitur de corona essentialis
pœnij, uel apud eum non fuit ille usus
uocabuli aureola: sicut nunc est. Quæ re-
quiruntur ad martyrium uerum, & p̄se-
ctū: alibi ostendi solet. Sufficiunt hic tria,
pœna, causa, & uoluntas libera. Propter de-
fectum primī macerates sua corpora ob-
temperando diuini mandatis, & iussio-
nibus, sicq; diutinam habentes militiā,
& martyrium quoddā p̄ Christo (ut lo-
quitur & Aug. & Maximus in sermo) licet
sic permaneant in Dei, & christianorum
militia usq; ad mortem, non dicuntur
ppriè martyres. Sic religiosi mortui mū-
do, & qui carnem suam crucifigunt cum
uitijs, & concupiscentijs: sitientes, &
querentes mortem citra pœnæ inflictio-
nē &c. non sunt ppriè martyres. Propter de-
fectum secundū, qui non patiuntur pro
deo, pro iusticia, pro ecclesia, aut fide ca-
tholica, martyres non sunt. Propter dese-

Pro. 10
Pœna
mortis
p̄ chri-
sto, aut
p̄ fide
catholi-
ca facit
hominē
dignum
marty-
rium au-
reola.

cum tertij, carētes libertate arbitrij quo
ad usum non sunt proprie martyres. Itē
qui sunt nolentes & c. Hinc & innocētes
pro Christo passi, quia uoluntate carne-
runt, non fuerunt hoc modo pugnæ uicto-
res mundi usq; ad mortē: sed quia Chri-
stus quæsitus est in eis, & occisus, quodā
speciali priuilegio gratuito martyribus
affociantur ab ecclesia. ¶ Quantum ad ar-
ticulum tertium. Quomodo uerum est
cōe dictum doctorum, qd uirginitas mē-
tis, quæ & pudicitia dicitur: potest per pœ-
nitentiā reparari, non sic carnis. Vtraq;
enim reparari potest per deum: etsi p̄re-
teritum non potest non fuisse p̄teritū.
Quō uerum est dictum San. Tho. & Pal-
de Eunuchis, & frigidis, qd possunt habere
aureolā, si tenuerint mentis propositum
firmum &c. Dicendum. nunquam uere
reperit in aliquo uirginitas carnis, nisi
etiā habeatur uirginitas mentis. Sola. n.
sine mentis consensu imperatio præce-
dente, uel comitate, uolēratio, aut alias
causalis, uel medicinalis carnis ruptio
nō priuat aureolam: scdm̄ Aug. j. de ciui. c.
xvii. quia nō uenit ex electiua, aut impa-
tina mētis corruptiōe: sed cōtra propo-
situm uirginitatis accidit. Hinc non uenit
imputanda in culpam. Uirginitas autē car-
nis aliud dicit ab integritate carnis, q̄ tol-
li p̄t salua uirginitate carnis. Cum ergo
salua integritate, & uirginitate carnis so-
la uoluntas corrupta est: forte uoluntate
conditionata: adhuc restat bellū cū car-
ne: qd uoluntate correpta p̄fici p̄t. Cum
autē uirginitas carnis sublatā est etiā men-
tis corrupta est, non e contrario. Volunt
aliqui doct. qd si tpe no. test. uell̄t̄. Eunu-
chi, & frigidi uti potentia, qua carent ad
experiendū uenere: quantum in eis effica-
rent aureola p̄ uoluntatē cōditionatā.
Si nollent ea uti, dato qd possent ea uti,
habebunt aureolam cæteris paribus. O-
portet hic nomen aureola æquiuocare,
& large accipere. Cur non similiter dici-
tur de uolentibus pati martyrium, & nō
habentibus opportunitatem loci, & tem-
poris. Ad hoc Holkot lect. xl. super sa-
pientiam cum dicit. Si aliqua habuit propo-
situm experiendi uenere: etsi non pro-
cessit in opus: uoluntatem tamen non

Artic. 3.
Dub. 1.
K
Quō ue-
rum est
dictum
doctorū
qd uirgi-
nitas mē-
tis, quæ
& pudici-
tia dicitur
potest per
pœnitenti-
am re-
parari,
non sic
mentis.

Si car-
nis corrup-
tio uolē-
ta non
impedit
aureolā
quia nō
accessit
uolētis.

correxit: in fine uitæ carebit aureola. Ec-
ce uoluntatem, quantum in se est effica-
cem. ¶ Sed diceret aliquis. Si carnis cor-
ruptio uolēta non impedit aureolam:
quia non accessit consensus. Esto, præ-
cipiat deus alicui, quæ uouit uirginitatē
coniugium cum effectu, & operis con-
firmationem suo uoto contrariam, &
nolitam absolute: sed uolitam solum ex
conditione mandati diuini: hæc non ca-
rebit aureola: ut uidetur: quia non ha-
bet proprie consensus ad opus, uel ad
experiri uenere: sed odiendo, & nolēdo
carnis concupiscentiam, uult præci-
sè satisfacere præcepto. Hic fortè dice-
retur. qd non habebit aureolam. Ratio
est: quia absolute uoluit illam copulam
licet sub conditione fuerit nolita. uoluit
enim debitum coniungi dare &c. Sic que-
ri p̄t de pueris uirginibus. Videtur se-
cundum Palu. qd tales mox mortui sint
habitu aureolam. Absurdum enim uide-
tur secundum eum: qd aliquis habeat uir-
tutem uirginitatis cum carnis integritate
sine p̄posito mētis actuali, & nō ha-
beat aureolā. Dici p̄t stante quid nomi-
nis aureola, ut supra: qd eis non conuenit
ratio aureolæ: quia nec ratio uictoriæ.
Secus de innocentibus pro Christo occi-
sis, prout ipsemet uidetur sentire. Itē au-
reolæ scdm̄ omnes dantur actui triūpha-
li nō habitui, uel priuationi. Sed in pue-
tē mox defunctis, esto, qd habet uirginita-
ris infusam, nō est actus exterior: sed po-
tius carentia actus exterioris, pugnæ. s.
cū hoste. Nec admittitur, qd in eis fuerit
uirtus uirginitatis: nisi ponantur uirtu-
tes morales infusæ: ut quibusdam placet
de bapti. & eius effectu. cap. Maiores. Hinc
dicit Sanct. Thom. Aureolas esse præ-
mium act⁹ uirtutis a charitate imperati.
Ni fallor, totum consistit in quid nomi-
nis termini aureola: quomodo accipiat:
sic aut sic, in hoc uel illo gradu: sunt illa
nomina certorum præmiorum, nomina
ppriè non magnificant apud deū, sed fa-
cta. Ideo inquit Aug. xxiii. c. de bo. coniu-
ga. Stat quē non habere qd alius habet:
sed aliud qd pluris æstimandum est. ¶ Se-
cundum dubium est de uirgine Maria
An ipsa sit habitura aureolas tres uirgi-

Dub. 2.
L
De Vir

num, doctorum, martyrum. Dicendum
humili cum submissione. si aureola debe-
tur pugnæ actuali, & uictoriæ triumpha-
li, & nemo coronatur, quin hostem uin-
cendo legitime actuali, & reali concer-
tatione certauerit: non uideatur, quomo-
do in ea fuerit aureola uirginitatis, cum
sœmitem peccati habuit ligatum, extin-
ctum, uel sopitum prorsus: nec ullam un-
quam sensit carnis rebellionem: quia ple-
na gratia. Et ut in figura dicitur Apo-
xij. amicta sole, lunam habet sub pedi-
bus. Secus si nomen uictoria accipitur,
ut dicit plenum dominium, & uirtuosū,
aut gratuitum rationis super hostem per
dei gratiam inuincibile præmium. Ita
enim habens eam in omni actione con-
trarius est hosti, carni, mēdo, & diabolo.
Et hoc utiq; plene fuit in uirgine Ma-
ria, & Christo, qui dicit Ioan. xvi. Confi-
dite: quia ego uici mundū. Et Hebr. xiiij.
Sancti per fidem uicerunt regna &c. Est
enim uincere potestatem alterius ligare,
uel in quadā eminentia subiectā habere
&c. ¶ Quia si replicatur: Gloriosius est ha-
bere aureolā ex pugna, & uictoria actua-
li: q̄ ex gratiæ collatione, uel passionum
sedatione. Quātō enim pugna seuior, tā-
tō laudabilior est corona: & honorū la-
borū gloriosus est fructus. Sapientia. iij.
Sed beata uirgo nullā habuit cum carne
luctam, Caruit enim originali peccato:
ut ferè tota canit ecclesia: nec diabolica
suggestio eam attingere potuit, cuius ca-
put ipsa Gen. iij. contriuit, cui fuit in eius
ascensione, ut castrorum acies terribilis.
Canti. vj. & luna sub pedibus eius. Apoc.
xii. Nec mundus: quoniam a pueritia in tē-
plo deo deuota mundum detestata est, ut
eius concupiscentia, non dico non alli-
ceret: sed nec nauicam prouocaret &c.
Pro illarum replicarū intelligentia po-
test hic moueri dubiū: tametsi sit aliquo
modo extra p̄positū. An p̄fectio, & me-
ritū a suo uirtuosi, dependeat, & attridat
ex uirtute: ut ipsa uirtus effectiue pro-
cedit ex libertate uoluntatis create: An ex
magnitudine pugnæ, uel resistentiæ, aut
difficultate operis, seu operā di secundū
uirtutē. Illud dubium posset habere mul-
tiplicē intellectu: secundū multiplicē acce-

gine Ma-
ria, a ip-
sa sit ha-
bitura au-
reola-
las tres
uirginū
marty-
rum do-
ctorum

An glo-
riosius
sit habe-
re au-
reolam
ex pug-
na, et
uictoria
quā ex
gratiæ
collatio-
ne.

ptionem nominis perfectio actus uirtuosi. Est enim quaedam perfectio actus moralis non meritoria uitæ æternæ: & est quædam meritoria. Item est perfectio gradualis: & est quædam essentialis ex parte obiecti plus, uel minus nobilis: ut supra. q. ij. Istitis hic suppositis responderetur ad primū de actus perfectione quo ad habitum acquisitum, uel infusum per illam propositionē. Perfectior est operatio in quantum procedit ex charitate, & gratia infusa a deo quā in quantum procedit ex uirtute acquisita. Primum enim sufficit ad meritū uitæ & gloriæ: ut patet: non sic secundum sine primo. Ad secundum responderetur negatiue. quod sic ostenditur: quia alias operatio quæ fit secundū uirtutem heroicam: ex quo fit quasi sine pugna efficaciter, & impatiens: ut supra in tertio. dist. xxxvj. esset imperfectior operatione secundum uirtutem imperfectā, siue remissam. Heroici enim non iam turbantur passionibus: sed eis ita dominantur: quod nihil molestiæ ab eis patiantur. Hinc dicuntur quasi impassibiles: quia ultra cōmunem humanum modum, & ultra limites humanæ conditionis, ad quos regulariter omnes homines possunt attingere, uirtutem aliquā, uel plures in summo acquisierunt: ita quod facti sunt uelut dii ex hominibus. Dionysius in epistola ad Ioan. Euang. (est numero. x.) ait. Et te quidem non adeo infansum sum, ut arbitrer aliquid pati: immo & passiones corporis hac tū in parte credo sentire: ut eas solum dii iudices. Hæc ille. Ecce dicit Ioanē iā relegatum in insulam quasi impassibile. Huiusmodi operationes heroicæ, & quæ sunt secundum uirtutem heroicā, essent imperfectiores: quæ secundum imperfectam, & remissam uirtutem: immo quæ operatio continētis nō dum uirtuosi. vij. Ethico. Qui est in continētia pugnat, donec passio aliunde cedat. Stat. n. heroicus ueluti columna contra uentū: ita quod a passione nō superatur. Immo sequitur generaliter: quod quanto uirtus esset intensior, & perfectior: tātō operatio secundum eā imperfectior, si perfectio actus pōtēstaret in magnitudine pugne. Nam quātō fuerit uirtus perfectior secundū intensiōem: tātō operans secundum eam minorē sentit difficultatē: tan

tōque facilius uincit passionē: immo si fuerit operatio uirtutis heroicæ: heroica uirtus, & operatio opprimit: & extinguit passionē ipsam. Virtutis. n. est non solum rectificare: sed et faciliare, & delectare operantē secundum eā. Delectatio. n. est signū habitus superuenientis. Sicut in simili: Quātō miles aliquis plus exercitatus est: tantō facilius, & sine timore hostē sternit: nec in bello plus laudis habet miles bellicarū rerū nōdū gnarus, & pro cōsequens sternēs hostē multo labore, & sudore &c. quod rerū illarū peritus, & gnarus, qui cū mētis hilaritate inimicum inuadit, & perimit. Hinc perfectio operū uirtuosiōrum ex tribus pōt colligi. Primō, & principaliter ex perfectione charitatis per spm scdm infusā, & gratiā statū faciētis: ex quibus pōtēstare lege, rō meriti principaliter dependet post diuinā acceptationē. Scdō ex intensiōne uirtutis acquisitæ, uel infusæ: ut iustitiæ, fortitudinis, temperantiæ, humilitatis &c. Tertio ex magnitudine conatus ipsius uolūtatē secundum inclinationē græ, & uirtutū actum liberē elicientis: nullo habito respectu ad pugnam reālē, aut operā di difficultatē. Neque. n. in statu innocentie fuisset rebellio, aut pugna: & tū non minus perfecte perfectissent in actū uirtutis. Denique quis dubitat in æterna patria esse actus charitatis, & aliarū uirtutū perfectissimos, ubi nec labor, nec angustia, nec difficultas: quæ oīa abierunt. Apo. xxj. Hoc tamen cōcedendum est, quod in uia labor, & difficultas operis ex genere actus: & quia cōmunem hominum statum excedit, signum quoddam est unde arguitur, & sumitur quod sit uirtus. & fortitudo in uictore triumphante. Non tamen asserit aut dat præcisē uirtutem. Verum locutiones sunt de rebus, prout cōmuniter accidūt, & nostro patet experimento. Cōsiderandum etiam est, quod circa passiones cōtingit se habere quadrupliciter. Sunt enim, qui impugnant passionibus, nec eas uincunt, nec ab eis superant: sed stat ueluti imobilis columna contra uentum donec euascescat, & aliunde cedat passio. Exemplum de passione iræ. Et isti secundum Phūm, ut supra, dicuntur cōtinētēs, & non uirtuosi. Alij impugnati a passionibus

Perfectione operum meritoriorum ex tribus pōt colligi.

Quadrupliciter contingit se habere circa passiones.

resistunt eis, & superant eas: licet magna difficultate, & molestia: Alij impugnati resistunt: & facilius uincunt: sicut miles gnarus rerum bellicarum. Habent enim habitus uirtutum. Sic loquentes dicunt uirtutem, & habitum connotare certum gradum intensiōis. Et sic facilius per uirtutem operantes aureolam modo excellenti consequi possunt: immo laudabiliōri modo, quā ceteri imperfecti. Alij passionibus iam non impugnantur, nec molestantur. Non quod uirtus heroica passiones naturales totaliter tollat, & hominem penitus faciat impassibilem, sed uirtus heroica tantum firmat, & (ut ita dicam) immobilizat appetitum in bono propter passionum in homine rectificationem, aut mortificationem: quod nulla passio potest rationem turbare, aut quocumque retardare, quin procedat in opus, ut uult sine impedimento earundem: immo cum iucunditate operatur etiā, quæ cōmunem hominum statum excedunt. Quia si retardaretur quocumque passio: inordinatam insurgentem in appetitum: iam non esset heroica: quia non habet perfectam uirtutem: uel uirtutem, quā habet, non habet modo perfectissimo, & heroico. Non enim uirtus heroica est uirtus specialis distincta specie ab alijs uirtutibus moralibus, uel intellectualibus, sed est earum perfectio, & summitas quædam, uel modus ipsarum uirtutum (ut quidā dicūt) in summitate, & præcellentia ultra cōmunem hominū statum. Hinc quandoque dicitur nō humana, sed superhumana: nō quod sit supra potestatem hominum: sed quia est supra id quod cōmuniter in hominibus reperitur. Ita ut uirtus heroica dicatur moralis uel intellectualis uirtus infusa: aut etiā in summo acquisita ab homine optima assuetudine & eruditione ultra cōmunem hominum statum. Has habuit uirgo Maria nimirum in summo, & quædam eminētia speciali. Omnes enim uirtutes fuerunt in ea intensissimæ, & perfectissimæ: quia heroicæ modo nobilissimæ: quia infusæ a Deo, ut multi uolunt: & in nullo profusus impedita: sed dei gratia stabilita, & firmata, prout uia habet. Si nunc secundum San-

Tho. & Palud. Eunuchi, & frigidi nolentes etiam si possent ueneris uti immo si haberent potentiam, nolent exire in aeternum: cōsequuntur ceteris paribus propter cōditionatam uoluntatē aureolam uirginitatis: Cur non uirgo Maria omnium castissima, quæ carnem, mundum, & diabolum prorsus exterminauit dei gratia, & dicitur habere aureolam, sicut illi, immo plus quā illi: cum nullatenus uoluit contatis sentire, nec cōsensit carni, nec uoluisse, dato quod huiusmodi distinctio, uel religatio in ea non fuerit? Alias maxima uirtutum perfectio ei fuisset impedimento, & præiudicio, ne posset consequi aureolam. Quod si bene sonet, maiores uiderint. Nec obest quod actualement pugnam nō habuit, sufficit plenum dominium, & summus uirtuosum super carnem. Nisi quis uelit omnino contendere de nomine: quod genus operis uictoriosi, & bellicosi sequatur aureola. Sic quod & doctorum aureolam habeat uideatur necessariō dicendum. Hinc canit ecclesia. Gaude uirgo Maria, cunctas hereses sola interemisti. Idem habet Bernar. in sermone. Signum magnum de uirgine Maria. Et secundum Hieronymum in sermone. Cogitis post ascensionem domini in terris cum discipulis in schola uirtutum fuisse forma disciplinæ Christi: & exemplum perfectionis. Quæquam discipuli domini multa edoceri fuerant a Christo, plura tamen didicerunt, & a matre, & filij incarnatione, de angelica saluatione, Christi conceptione, natiuitate, circumcisione &c. quæ ipsa & uidit, & palam cognouit, ac per Lucā cōscripsit. Sic de præsentatione pueri in templo, & similibus multis, quæ Lucæ habet euangelium. Ignatius in quadam epistola nominat eam Christianæ religionis magistrā: & ob hoc Christo ascendente in cælum ipsam ad tempus in terris pro fidelium consolatione, & magisterio derelictam, ne pusillus grex subtrahis principalibus personis quatuor nutare inciperet. E pie tenendum: quod ipsa diaboli suggestiones plus omnibus alijs detexit, & eneruauit discipulos domini, & ecclesiam magistris informando, erudiendo, & sacratissimis morum, disciplinis

Eunuchi, & frigidi nolentes uti ueneris si possent aureolam uirginitatis sequuntur ceteris paribus

institueno: meritate euāgelica illustrando, & fidei secreta pandendo. Fuit itaque nedom ecclesie fidelium magistra, sed & apostolorum, & magnorum theologorū doctrix: qui constituti erant, ut bases, & ecclesie colūne immobiles &c. Ergo pl^o alijs fuit doctorum aureola coronanda: quia ecclesie rectores patres, & magistros sua sapientia illuminauit: & ita totum mundum. Immo omnibus recedentibus tempore mortis Christi a fide: ipsa ut columna immobilis stetit, nec satana unquam subiecta fuit fraudibus quibuscumq; serpentis caput contriuit. Genes. tertio. ¶ Fortē diceret aliquis. Nunc dicta de aureolis non extendunt se ad Christum, & matrem eius sanctissimam plenam omnium gratiarum charismate. Omnes enim eorum actiones fuere aliorum hominum actionibus prorsus incomparabiles, & omnino dissimiles. Christus enim summam habuit gratiam & post eum mater eius tantam nacta ē, quantam dare placuerit puro homini. Hinc et si multae filiae Sion diuersas collegerint diuitias, tamen ipsa supergressa ē uniuersas. Et utriusq; Christi secundum humanitatem, & Mariæ meritum sicut merito aliorum est incomparabile: ita & pmiū, tā essentialē, q̄ accidentale, q̄ utiq; etiā cōmensuratur gratiæ. Intelliguntur ergo doctorū dicta (ut uideretur) salua fide de ceteris sub illis. Valeat quantum pōt citra assertionem. Et quale inconueniens, si sicut dicuntur in deo esse quadam eminentia omnium causarū perfectiones: licet non formaliter: ita & in uirgine Maria, in quadam eminentia omnium bonarum operationum perfectiones esse dicantur? Sufficit enim, & laudabilius est habere, q̄ pluris estimandum in quadā eminentia, & unitate, quā per partes, sicut & ei, q̄ ceteris per partes datum est in plenitudine gratiarū collatum ē. Sic de Christo. Hæ enim persone, omnes alias incomparabiliter superceduntur. Hinc sicut August. dicit: Cū de peccatis agitur, nullam uolumus de uirgine fieri mentionē: Ita cum de certamine uictorum nondū in bono stabilitorum disputatio habetur, nulla est de ea mentio habenda, in

An dicta de aureolis extēdant se ad Christum, & matrem eius sanctissimā

cuius capite corona stellarum. xij. quæ amicta sole lunam sub pedibus tenet. Apoc. xij. Quia aureolam martyrum habuerit. Luca. ij. Tuam ipsius uirtutem pertransibit gladius. Vtiq; acutissimus penetrabilior omni gladio ancipiti. ad Hebræ. iij. quoniam aliorum gladius corp^o. Mariæ uerō animam pertransiuit. Cæteri passi sunt proprii corporis cōtritione: illa passa est etiam in uulneribus filij unigeniti. Per hoc ad rationes. Cum dicitur: gloriosus est habere aureolā ex pugna, q̄ sine &c. negetur id. Illa enim pugna arguit imperfectionem. sed hostem habere religatum, est pfectionis, & gratiæ diuinæ in creaturis, ut supra. ¶ Tertium dubium est circa conclusionem primā. Cur apostolus Paulus de actibus nostris meritorijs loquens, omnino ut uidetur, aufert liberū arbitriū sine quo nō essent actus humani. Hinc cum dixisset Stipēdia peccati mors, quis rectē dicere potuit, stipēdiū iustitiæ uita æterna: noluit tamen sic loqui, sed inquit, Gratia dei uita æterna. Roma. vj. Respondetur: ut hinc intelligere remus: non meritis nostris deum nos ad æternam uitam, sed pro sua miseratione perducere. secundum August. de gratia, & lib. arbi. capi. ix. Sicut enim stipēdiū militiæ dicitur mors: ita stipēdiū militiæ Christianæ uita æterna est. Maluit tamen dicere. Gratia dei uita æterna, q̄ stipēdiū iustitiæ uita æterna, ut sic cū timore, & tremore nostram operaretur salutē, ne nobis attribuendo, q̄ bene operamur, de nostris quasi de nostris extollamur operibus. Hinc Ephe. ij. ait. Gratia enim estis saluati. per fidem, & hoc non ex uobis. Dei enim donum est, non ex operib^o, ut ne quis gloriatur. Ipsi enim sumus factura, & creati in Christo Iesu. Non loquitur de factura prima per creationem, sed de secunda per regenerationem, siue iustificationem, cum scilicet in homine erat per gratiam cor nouum: hoc est cor informat formaliter charitate: quæ est hominis noua creatio. Sic Colos. j. Qui dignos nos fecit in partem fortis sanctorum in lumine. Notanter dicit. Dignos nos fecit in lumine. hoc est in charitatis infusione. Et ita si est dignitas

Dub. 3. M cur Ap. paulus de actibus nostris meritorijs loquens omnino, ut uidetur aufert liber arbitrium, si ne quo non esset actus humani

tas in hoīe, a Deo est in lumine gratiæ. Hinc. j. Cor. ij. Agricultura, & ædificatio dei dicitur homo, & eius adiutor, recepturus præmium secundū laborem proprium. Non ergo aufert, uel excludit opus liberi arbitrii a nobis: sed ita loquitur uerē, ut Pelagianorum confutet errorē: & ab hominibus omnem sese extollendi tollat occasionem. Vitam enim animæ solus deus dat, & gratis p gratiam suam, licet quandoq; ad bonam hominis preparationem. Et q̄ nostra opera ei placēt ad uitā, ex sua gratuita uoluntate ē: & muacere per eum collato. Nec dicuntur opera iustitiæ sine gratia gratum faciente. Nec dicuntur corona hominis, sed corona iustitiæ nobis infusa. Non enim ex natura rei sine gratia placent Deo ad uitā, ideo non dicitur stipēdiū hominis uita æterna: sed gratiæ, & gratia. Roma. vj. Sic etiam debitum iustitiæ infusa, non iustitiæ proprie dictæ, secundum Greg. de Arimi. distin. xvij. primi post August. ad Sixtum presbyterum. Nō ergo euacuat nostra bona opera Paulus, cum dicat Deum reddere unicuiq; secundum opera sua. Omnia deniq; ab illo sunt: nemo illi prior aliquid dedit. Nemo exigit debitum, gratia salui facti sum^o per fidē. Sermo. xj. de uerbis apostoli. Non ex operib^o. Ne forte dicas, promerui, & ideo accipi. Non putes te promerentem accepisse, qui non promereres, nisi accepisses. Gratia præcessit meritū tuum. Non gratia ex merito, sed meritum ex gratia. Nam si gratia ex merito, emisti, non gratia accepisti. Pro nihilo inquit, saluos facies illos. P sal. lv. id est nihil inuenis, unde salues: & tamen saluas gratis, das gratia. Saluas, qui nihil inuenis, unde salues: & multū inuenis, unde dānes. Sermo. xv. de uerb. apostoli. Non crediderim Aug. admisisse post Paul. q̄ gloriā æternam quis mereri posset de cōdigno, sicut nec gratiam &c. Verum nunc temporis stabilita fide catholica de gratia mediatoris, sine qua non est salus, locutiones doctorum de merito congrui, & condigni respectu gloriæ satis patent, & ex usu communi fidelium sanum, & non scandalosum habēt intellectum, quē eis consulit

usuf theologorum. ¶ Quartum dubium Dub. 4. De fructibus, quid sint. An distinguantur ab aurea, & aureola uel nō. Suppositis dictis in tertio collec. distin. xxxiij. breuiter respondendum est, q̄ diuersi diuersi modo loquantur de fructibus. Solet. n. nonnunquā res una, & eadē pro sui magnitudine diuersis nominibus notari. Et quia locutio metaphorica nonnunquam pl^o erudit, & delectat; q̄ plana, & lucida: ideo doctores, & sancti præmium beatificum diuersis nominant uocabulis, tam essentialē, quā accidentale, q̄ aliquando ex præcellētia triumphali singulari contra hostem, aureola dicitur, quā doq; fructus, & tantus, uel tantus secundum diuersos gradus uirtutum, & secundū aliā, & aliam terræ rationalis culturam, ac seminis (q̄ est uerbum dei Lucę. viij. Matt. xij. & gratia gratum faciens) largiorem iniectionem. Fructus enim ultimū est, q̄ recipitur ex labore, ut inde reficiatur homo: & multiplex, terræ cultura multiplicem affert fructum. Ideo præmiū finale hominis fruct^o solet dici, p multaria laborantium in agro dominico dispositione. Sic dicitur Sapient. iij. Bonorum laborum gloriosus est fructus: & quē nō concidet radix sapientiæ, sed perpetuum afferat fructum salutis æternæ: secundū Glos. Fructus primō accipitur pro actu elicito uirtutis delectantis, aut passionē comitantes: & sæpe extenditur ad beatitudines, & dona, ut nomen beatitudo dicit habitum perfectum, & infusum, uel actum talis habitus: & donū habitū infusum. Sic Gal. v. duodecim numerantur fructus: q̄ sunt uel act^o uirtutum (Virtutum inquit, q̄ dicitur beatitudines) uel dona, aut delectationes comitantes huiusmodi actus. Non tamen habent se conuertibiliter illa nomina. Secundum Sanct. Thom. potius sunt actus uirtutum, quā uirtutes ipsæ. Nam fructus sumitur, ut habet rationem finis ultimi pariter, & delectabilis: ubi ultimū finis dicit aliquod diligibile propter se tanquam honestum, & delectans. Ambrosius opera uirtutum, fructus nominat: & Augustin. de sancta uirginitate præmium beatificum fructum dicit. Hoc modo no-

men fructus supponit pro opatione uirtuosa cōnotando diuersimodam gratiæ inclinationem, cui præmiū debetur in celo secundum aliā, & aliā dei agriculturā. Cor. iij. & gratiæ infusionē. Et iterū. Habetis fructum uestri in sanctificationē: sine uerō uiram æternā. Et in genere omne opus meritoriuū potest dici fructus. Secundo accipitur p præmio essentiali beatifico debito fructui primo modo. sic beati fruūtur deo. Tertiō pro præmio accidentaliter debito fructui secundo modo. Et quia meritū multipliciter fit pro eius diuersitate præmiū fructus nominatur. Dicit Palu. Fructus est gaudium, uel delectatio de spirituali exercitio. Aliqui soli uirtuti continentię fructum attribuunt. Quod non uideretur habere ratione, potius uideretur dñm exemplariter locutū fuisse. Sed q̄ in cōtinentia plusq̄ in alijs patet trisaria distinctio: deo exēplariter locut⁹ est. Immo & in singulis illis tribus differentijs est inuenire plures gradus alios. Hinc Aug. cap. xlvj. de sancta uirginitate, ostendit continentię coniugum, & martyriū se habere, ut excedens, & excelsum, nec tamen uirginitatē esse præferendam matrimonio. Item Lucæ. viij. solū fit mentio de fructu cētuplo, tacitis, sed nō neglectis alijs, quos dñs in illo intelligendos censuit. Non ergo solius continentię fructus sunt in beatitudine: sed & cūuscūq; spiritualis, & meritorij operis. Ideo apostolus positus operibus carnis, e regione ponit fructus spiritus: quia dumtaxat fructus spūs præmiū habet deū. Et loquitur generaliter de operibus spūs, ut spiritus distinguitur cōtra carnē. Spiritus enim uiuificat opera. id est donum spiritus, caro nihil prodest. Cū glos. uirginitati dat fructum centesimū, ideo dat, quia sequuntur secundum suā uocationē, si ei uixerint scdm doctrinam apostolicā, agnum. quocunq; erit. Nō enim habent impedimentū aliq̄, sed soli deo intēdere possūt. Sequuntur agnū, quocūq; ierit ex eo solū, quia uirgines. secundum Aug. c. xxij. de bono coniuga. Nuptæ uerō multa habēt impedimenta. Verū sequantur, & ipsi agnū (dicit Aug.) ierit non quocūq; ierit, saltē quātum potuerint. cap. l. de sancta uir-

Quod præmiū multiplicitate pro eius diuersitate præmiū fructus nominatur.

ginitate. Nec obstat, q̄ cum primū fructū centesimū uirginitati, sexagesimū uiduitati, tricesimū nuptijs Glos. dedicat, statim subiungit, q̄ fructus cētusimus fit matrimonio, propter uite sanctitatē, & mortis contemptū. Sexagesimus uirginum, propter oculū interiorē: quia non impugnat contra cōsuetudinē carnis. Solet enim sexagenarijs ocium cōcedi post militiā. Tricesimus coniugatorū: quia hæc ē ætas plantatiū, & his est maior cōstitutus: ne libidine superent. Hæc ibi. Hoc non obstat. Nam de sancta uirginitate c. xlv. tangit Aug. duos nunc tactos modos, & addit. Siue uirginitas accedente martyrio cētentū fructū impleat: sola uerō in sexageno. Coniugati autē tricenū ferētēs ad sexagenum perueniāt: si martyris fuerint: siue q̄ pbabilius mihi uidet (inquit Aug.) quā diuinæ gratiæ multa sunt munerā, & est aliud alio maius, ac melius (ut habet apostol⁹. j. Cor. xij. Aemulamini utem charismata meliora) intelligendum est plura esse, q̄ ut in tres differentias distribui possint. Hæc ille. Ex his Aug. uerbis, & alijs, quæ habentur in de bono uiduitatis cap. vij. & .viij. & c. de bono coniug. cap. xxij. hæc fructuum tripartita diuisio in uirtute cōtinentię est quasi exēplarī positio, & multiplicis diuersitatis fructuū in bonis operibus exēplarī ostensio. Ad q̄ clarē uidentur sonare uerba sua. c. xliij. de sancta uirginitate, cū præfert meliorem, uel uiduam obediētē uirgini inobediēti. Et de bono coniug. xxij. & alijs. obediētiorem coniugatā minus obediēti uirgini. Res. n. si comparātur melior est castitas cōtinentię, q̄ castitas nuptialis. Homines uerō si comparātur, melior est, qui bonū ampli⁹ habet, q̄ alius. Ad idē. c. l. de uirginitate. Sed si cetera sunt alia paria, aliquem habet fructū uirgo, unde gloriē ultra nuptā. Sed forte tērationis tēpore nupta mortem pro Christo pati parata ē, nō sic uirgo. Quā uis. n. sollicita sit, quæ dñi sunt cogitare, & quō ipsi soli placeat: quia trā suā nescit infirmitatem, non inde gloriatur. Item c. xlv. Multæ uirgines præcepta dei seruāt: sed nō sequuntur cōsiliū Christi. Sicut uis pfectus esse, uende omnia, q̄ habes, &

Fructus tripartiti dñi. In uirtute continentię quæ si exēplarī positio,

da pauperibus, ueni, sequere me. Quod ē in commune uiuentium. i. quibus esse debet cor unū, & anima una, quorū cohabitationi uirgines non habentes omnia cōmunia sociari non audeant. Et cap. xlvj. Martyriū simpliciter præfert uirginitati, dicens hoc donum continentię uirginalis oculum esse, si examinatix desit tentatio. Dicit etiā ibidē. Dñm tres arbitror uoluisse fructificationis cōmemorare differētias, ceteras intelligētibus reliquisse. Nam & Lucas cap. viij. solū centuplū cōmemorat. Nūquid ideo putandum est alia duo uel improbasse, uel ignorasse, ac non potius intelligēdi reliquisse? Verū quæ ad modum præcisē inter se distinguantur, uel cōequentur in honoribus æternis a deo accipiendis, quis hominū audeat iudicare, cum contingat plurimas inter eas differētias secundū excedens, & excessum, ac animi proposito inuenire, quæ solius tentationis examine dum adest, in lucem facit uenire? Alias soli Deo patent cordium secreta. Vbi accipit fructum pro præmio beatifico. Aug. cap. xxvj. de sancta uirginitate. Et forte secundum hoc ecclesia facit ordinem inter sanctos martyres, confessores, uirgines, eos præferēdo, de quorū examine, & certamine plus cōstat. Itē in lib. de uiduitatis bono. c. vij. nititur præferre mulieres legis ueteris in coniugio positas uirginibus nostri temporis: quia illæ præcisē ex diuino mandato, & pietate pariendi, nō cupiditate cōnubendi nuptæ fuerunt. ut rectissime credantur coitum non fuisse quæsituræ, si ples posset aliter prouenire. Et uiris usus concedebatur plurium uxorū uiuarū. Subiungit. Si sciebat Ruth per suam carnem propagari semen, unde Christus carnem fuerat habiturus, & huic scientia nubendo exhibuit ministerium, non audeo iam dicere: beatiorem fuisse Anne uiduitatem, quā illius fecunditatē. Hæc ille. Ad idem de bono coniuga. c. xij. inquit de patribus in coniugio constitutis: q̄ non uicti libidine, sed ducti pietate matrimonium contraxerunt. Qui si opinio nem habuissent continendi sicut in lege noua, cū desiderio, & gaudio suscepissent continentiam uirginalē. Et q̄ castius

Vnde ecclesia facit ordinem inter sanctos martyres, confessores, uirgines

tunc habuerunt plures: quā si cū unā quilibet istorum. Si respiciatur de dīa patrū post Paulum, de modo uiuendi horū, & illorum, uirginū non est diligere omnia cōsum unū Christū dñm, nec cogitare, nisi quæ domini sunt. Sic uiduarū cōsimilis in multis est disciplina, secundū beatum Ambr. in libris tribus de uirginibus, & uēdis uno: quæ hic breuitatis causa omituntur. Quis enim enumerare sufficit coniugij onera, ac innumera impedimenta retrahentia ab ijs, quæ dei sunt & c. qui bus uelint, nolint, necessariō inuoluuntur coniugati. Non sic uirgines, & uiduæ ab his omnibus liberimur, & soli deo dedicatæ. Ratione cuius si uolunt, longē maiorem fructum ultra coniuges facile consequi possunt. Ideo bene dixit Augusti Sequuntur agnum, quocunq; ierit ex eo, quia uirgines. id est ibi fecerunt initium sequendi Christum. Itaq; sancti loquentes de fructu multiplici, & eorundē præcellentia, loquuntur de istorum uita, & statu, ut esse deberet secundum doctrinam apostoli. j. Corinth. vij. Per consequens sicut in uia sere diuersi in merito, erunt & in patria diuersi in præmio: quod præmiū fructus dicitur. Fit ergo exēplificatio fructus trisarij in uirtute continentię sine exclusionē aliarum uirtutum, seu operationum uirtuosarū: quia in ea plus patet omnibus differentia triplex uirginalis, uidualis, & coniugalis castitatis. Vnde sicut hic ita & alibi in alijs uirtutum actibus gradus possunt poni, & bonorum laborum fructus non solū trisarij, sed & multi alij: immo in singulis tribus diuersi gradus reperiuntur & c. Non ergo fructus debetur soli uirtuti continentię, uel castitatis, sed in genere bonorum laborum gloriosus est fructus. Sapient. iij. Et apostolus ad Gala. v. plures ponit fructus ipsius. Habent enim radicem sapientiam, que nunquam incidet, sicut per dilectionem operantem. Secundū Aug. cap. xxij. de bono coniug. obediētia præceptorum melior est obediētia cōsiliorum. Sic uirtus præceptorum præcellit uirtutes cōsiliorū. Secundū patet: sicut in aureolis, ita & in fructibus est dare excedens, & excessum.

Et ecclesia de patribus coniecturā suā mēs ex his, quæ frequēter accidūt, secundū leges, & disciplinās patrū suū solet formare iudiciū, prout esse debet, & possent sua uocatione. Tertio uidet ex prædictis manifestū, q. gradus præmij siue essentialis, siue accidentalis, qui futuri sunt in æterna beatitudine pro diuersitate meritorū quocūq; uocabulo uocentur soli deo uere cognitorū, sicuti nemo est idoneus cogitare, ita nec eloqui, uel dicere. Quātus honor pro diuersitate talis, aut talis meriti, quāta gloria huic, uel illi operi sit debita promissione diuina, ipse nouit, qui sese fecit uirtutis præmiū: quiq; merendi uirtutem, & gratiam cōtulit. Et sic facile intelligi possunt dicta doct. de fructibus, quæ non uidentur per omnia consonare sententiæ apostolicæ. Galat. v. quia ibi in genere loquitur de fructibus spiritus. i. doni spiritus, quod est charitas, ponendo eorūdem differētiā ab operibus carnis, id est quæ displicent, & contrariantur spiritui. Nec obstat: q. nunc datur centesimus uirginibus, nunc sexagesimus, nunc trigessimus: quia in idem redit, secundum diuersos gradus meritorum. Et omnes illi numeri perfectionē significant. ¶ Quintum dubium, de dotibus corporis, & animæ, quæ nonnunquam etiam dicuntur beatitudo hominis. Quid sit dos: & in genere de quatuor dotibus corporis, supra habetur dist. xliiij. q. ij. De dotibus animæ dicendum. cōmuniter ponuntur tres, uisio, fructio, reuocatio, correspondenter ad actus fidei, spei, & charitatis. Aliqui ponūt pauciores: s. lumen gloriæ. in Cle. Ad nostrum. de hereticis. in intellectu: habitus charitatis in affectu. Per lūmē gloriæ, lumen æternum contēplatur beati secundum illud. In lumine tuo uidebimus lūmē. Per charitatem consummatam fructur deo, bono summo Per tentionem firmā non separatur. Per gaudiū inextinguibile incōprehensibiliter delectantur. Hęc bona nominat Palud. bona paraphernalia. Quia si raras tribuet potestates corpori, ut supra, longē maiora animæ parata erūt nobiliori, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit. & c. j. Corinth. ij. Esaię. lxiiij. Restituet. n. puræ animæ perfectā pacē, om-

ni ablata omnis sensualitatis rebellione ad rationē: immo & necessaria ministeria. Intellectus ut speculetur, uel indiget phantasmatis. Omnia uidet uel in uerbo, uel in genere proprio, quæ per se sunt uidentia. Nullus error in ratione. Nulla obliquitas in uoluntate. Sunt omnes docibiles dei. Nulla memorię obliuio: uere ra trāserunt: omnia noua facta sunt & c. quæ utiq; possunt dici donationes dei, & stupendę potestates & c.

QVÆSTIO V.



QUINTO quæritur de paritare gaudij beatorū: Vtrum omnium hominum beatorū in celo futura sit equalis, uel inæqualis beatitudo in eadē specie, post extremū iudiciū, tam corporū, quā animarum. ¶ Solito modo tres erunt articuli. ¶ Quantum ad primum, supponitur, q. quæstio nō uenit intelligi de æqualitate secundū durationē: quia beatitudo sanctorum erit perpetua, ut supra. q. ij. Nec queritur de obiectiua beatitudine: quia idem erit obiectum beatificū omnium, & singulorum. Matth. xx. Receperunt singulos denarios. Nec subiectiua, ut manifestum est. Intelligitur ergo de beatitudine formali, quæ cōsistit in uisione, & fruitione obiecti beatifici. ¶ Secundū supponit ex dictis: q. est equalitas quātitatatis, & molis: & est equalitas proportionis. Dictum fuit etiā cuiuslibet beati beatitudinē dici perfectionē ultimā: quāuis nō sit ultima tanquā existens in ultimo perfectionis gradu: sed quia appetitus liber habet eā, perfectē, & ultimātē queratur cū gaudio, & delectatione: ita q. non appetit a se eliciu maiorem illa. Scit. n. maiorem sibi non esse debitam secundū iustitiā distributiua dei: quæ correspondenter ad merita uis uult dare. Præmiū autem beatificū datur secundum qualitatē meritorū, quæ quia inæqualia fuerūt in uia, & præmiū in patria inæquale erit. Et licet appetitus naturalis ut talis summam appetat perfectionem sibi possibilem in illa specie, nec posset nō appetere summā perfectionē, nō tamē ideo malus est: quia non

De paritare gaudij beatorum.

Artic. 1. Not. 1. A

Not. 2. Duplex ē equalitas quātitatatis, & molis, & equalitas proportionis.

Artic. 2. ut libero elicit. ¶ Quātum ad articulum secundum est propositio prima. Et si omnium beatorum officium erit, & nunc sit sine fine deum uidere, sine fastidio amari: tamen non est ambigendum, cum beatorum officio in eadē specie posse stare, immo erit esse de facto diuersos, & inæquales p me

est in potestate sua, ut nō delectetur sensus in obiecto sibi conueniente. Nec precise rectus est: quia appetit, quod deus ei uult appetere, sed quia non appetit contra deū. Appetitus uerō liber tūc est rectus, quando se cōformat regulę inoblivabili, quæ est diuina uoluntas. Nec est sua regula appetitus naturalis, qui etiam rectus est. Quia si uoluntas libera dicitur habere duplicem regulā, scilicet diuinā uoluntatē, & appetitū naturālē, ut quidā dicit, tamē tunc simpliciter uoluntas est recta, cum est conformis uoluntati diuine. Sed respectu alterius potest dici quādoq; non recta, sed inordinata, & praua: aut fortē recta secundū quid solum. Cum n. non consonat diuine uoluntati, est sepe inordinata. Præterea nō sacratu uoluntas, uel appetitus totaliter, & cōsummatē cum tantam recipit, uel attingit perfectionē, quantam recipere posset. Sic. n. posset in se recipere summam gratiā, sicut anima Christi capax est summę gratiæ, & in se habet summā gratiā de facto: secundum aliquos. Sed tunc totaliter sacratu, & quietatur, quando tantā habet, quā tā sibi cognoscit dandā esse a deo secundū iustitiā distributiua, quæ uult p tale, uel tali dispositione uis, dare tantam, uel tantam remunerationē in patria. Posset dari exemplū de magis, uel minus graui. Non. n. graue tunc solū quietatur, cū est summe deorsum, in centro scilicet, cū capax sit illius status ad esse summę deorsum, & faceret se esse summę deorsum, si non esset impedimētū: sed si est deorsum, quantum potest, ibi quiescit, ut dicit Scot. dist. ult. secundū maiorem, uel minorē grauitatē. Sic beati, quorū est una, & consors cum deo uoluntas, nec possūt se difformare uoluntati diuine, cum habēt, quod deus eis pro meritis uult dare, quietatur totaliter, & perfectē seclusa omni tristitia: nec aliud appetunt appetitur libero elicit. ¶ Quātum ad articulum secundum est propositio prima. Et si omnium beatorum officium erit, & nunc sit sine fine deum uidere, sine fastidio amari: tamen non est ambigendum, cum beatorum officio in eadē specie posse stare, immo erit esse de facto diuersos, & inæquales p me

ritis gradus glorię. Ita habet August. sine fine xxij. de ciuit. dei. cap. liij. licet nemo sit, deū uide qui huiusmodi gradus cogitare, uel dicere sit idoneus. Ad hoc est uerbum Christi. fastidiosus. Ioann. xiiij. In domo patris mei mā. amare, siones multę sunt. In domo patris dicit, atq; nō non in mundo toto. Super quo August. ē ambigēdū cū Homil. lxvij. super Ioann. Nullus alienabitur ab illa domo ubi mansionem p beatitudinem ē accepturus est merito. Denarius quidem ille equalis est omnibus, quę diuer-paterfamilias dandum iussit laborātib; suis gradus, & i in uinea, nō discernens in eo qui minus, & i & qui amplius laborauit. Quo utiq; denario uita significatur æterna: ubi amplius alio nemo uiuit: quoniam uiuendi nō est diuersa in æternitate mensura. Sed multę mansiones diuersas meritorum in una uita æterna significant dignitates. j. Corinth. xv. Alia est enim gloria solis, alia stellarum, alia lunę & c. Patet etiam ratione ex suppositione præmissa. Vbi- cunq; enim est, uel fuit meritum in æquale in diuina acceptione, in æquale erit primum. In uiuatoribus est inæquale meritum, ergo erit & præmiū inæquale p meritis dandum. Consequencia nota. Maior pater ex dictis. Minor nota est fidelis. ¶ Secunda propositio. Inæqualitas beatitudinis nō est ab obiecto beatifico præci se ab omnibus beatis clare uiso. Patet ex dictis, & auctoritate Augustini allegata, quia denarius ille equalis est omnibus, quantum est ex parte sui: quia omnes eum totū uident, siue minus, siue amplius laborauerint. Hinc dicit aliqui: q. omnes beati uidebūt totam essentiam diuinam: nec aliquid eius latebit quęquā: sed quia nō cōprehendēt eā, nec tāto cognoscēt, quātū cognoscibilis est ipse nō totaliter cognoscit eam, ut exponit Sanct. Tho. distinct. præsentis quæst. ij. artic. iij. Ita q. aduerbium totaliter determinat ipsam uisionem, secundum quam comparatur uidentis ad uisum, seu dicit modum uidentis, non simpliciter, & absolute neque rei uisę, sed modum uidentis per comparisonem ad rem uisam. Non ergo erit ibi inæqualitas beatitudinis ex parte obiecti beatifici, quod est unū, & idē: nec aliter, & aliter respicit po

Dub. 5. De dotibus corporis, & animę quę nō nunquā dñr beatitudo hominis.

Prop. 2.

entiam, quantum est ex parte sui: nec ex parte rationis formalis, secundum quod est obiectum, ut Sco. loquitur dist. ultima: nec ex parte modi, sub quo obijcitur potentia. Illa tamen ratio formalis modi quo obijcitur potentia beati, erit obiectum per se altissimum operationis perfectissimae, & sic nullo modo inaequale, nec ex parte sui, nec sub modo illo sub quo obijcitur tali potentiae.

Prop. 3. Inaequalitas beatitudinis non est ex parte potentiae passivae praecise, & absolute. Patet: quia quaelibet potentia creaturae rationalis humanae, quantum est de se praecise, capax est gratiae summae, ut quidam dicit de anima Christi. Nec gratia proprie auget capacitatem animae intellectualis, cui infunditur, cum sit (natura saltem) posterior ea. Sic dicunt, quod quodlibet gratificabile capax est gratiae ante omnem formam receptam secundum quaecumque gradum. Nec habet aliquid in se natura gratificabilis, unde determinetur praecise ad hunc, uel illum gradum gratiae. Cum ergo quaelibet potentia passiva nuda ab omni dispositione, est in potentia ad summam perfectionem possibilem recipi in ea: ergo ex parte huius praecise, & absolute non est inaequalitas: Sicut in quacumque superficie est potentia receptiva cuiuslibet perfectissimi coloris. Per consequens inaequalitas non debet accipi ex parte potentiae passivae in recipiendo praecise: quia quaelibet beatificabilis, quantum est de se praecise, capax est aequalis gloriae cum alia. Dicitur est quantum est de se praecise, respiciendo sui capacitatem naturalem. Si autem potentia passiva est donis gratiae, & virtutum optime disposita, surgit quidem ex hoc tanquam ex merito praevio inaequalitas quaedam praemiorum: ita quod placuit deo plus, uel minus dare secundum maiora, uel minora merita. Sed illa dispositio non dicitur ab omnibus causa proprie dicta inaequalitatis praemiorum, & causa principalis: quia gratia, & gloria dabit deus. Forte diceretur causa sine qua non. Nec manet, cum beatitudo iam inest ipsi beato, eum formaliter beatificando.

Prop. 4. Potentia beatificabilis se habet pure passivae ad actum beatificum, praevio uero merito

neceffe est dicere inaequalitatem beatitudinis esse a puro activo non creato, sed increato. Patet indistincte. Nam ex obiecto, quod quantum est de se aequaliter respicit potentiam tendentem in se, non potest sumi inaequalitas: nec ex modo obiecti ex propositione secunda: nec ex parte potentiae passivae absoluta, ut autem disposita. Nam dispositio praevia non sufficit sine principio activo intrinseco, uel extrinseco, ex propositione. iij. Ergo necesse est sumere inaequalitatem ex parte potentiae activae, non creatae secundum aliquos: quia potentia animae habet se solum receptivae ad actum beatificum: ergo increata, quae est divina uoluntas, uolens unicuique reddere secundum opera sua. Et licet in ordine ad merita largiturus sit praemia, deus tamen liberet dona sua in nobis coronat, & licet ei circa creaturam suam, quod uult facere &c. Et sic facile possit dari causa praecisa, & principalis inaequalitatis beatitudinis. Si autem anima habet se activae ad primum actum beatificum, inaequalitas erit ex parte principij activi creati. Et hoc dupliciter: uel intrinsece, uel extrinsece. Non potest esse extrinsecum, ex dictis. quia obiectum beatificum aequaliter se repraesentat omnibus, quantum est ex parte sui: quia & locum summum infinitum claudens in se eminenter, & causaliter omne bonum possibile haberi, uel appeti a creatura rationali. Immo si deus ex necessitate naturae ageret, & non liberet, ut forte Philosophus diceret: causarer in quolibet, quantum potest natura illa capere: per consequens omnes uidentes deum essent aequaliter beati: cum omnium sit naturaliter eadem capacitas: quia sunt in diuina eiusdem speciei. Ergo opus est ponere aliquod intrinsecum secundum illos, quod causarer inaequalitatem. Sed id non uidetur esse nisi lumen gloriae, uel habitus charitatis, uel potentia naturalis. Non secundum, quia est contra Clemem. Ad nostrum de haereticis. §. quinto. ubi damnatur tanquam error execrandus, quod anima non indigeat lumine gloriae ipsam eleuante ad uidentium deum, & eo beate fruendum. Nec primum (ut uidetur) praecise causat inaequalitatem. Nam habitus cha

tetur, potentia beatificabilis se habet pure passivae ad actum beatificum, dicendum est inaequalitatem beatitudinis esse a puro activo.

Pr op. 5. In beatis homini in celo non est nec erit par affectio commodi.

charitatis ponitur in homine ad inclinandum, & lumen gloriae ad eleuandum potentiam ad uidentium deum, beate fruendum eo: quae non habent rationem principij activi, nec causalitatis proprie dictae, nisi & ipsa potentia, quae eis utitur, ut instrumentis, & ueluti habilitationibus ad actum, activae se habeat. Consequenter dicerent sequentes Scot. quod uoluntas aliter, & aliter disposita potest in alium, & alium actum plus, uel minus perfectum: sed prius dixit illam potentiam dispositione non esse causam inaequalitatis proprie, nisi meritoriam. Facile possent hic fieri instantiae plures, secus si dicatur, quod inaequalitas est a deo efficiente principaliter, & ab anima beatitudine in se suscipiente meritoriae, & dispositionis, secundum quam dispositionem placuit deo dare beatitudinem formalem plus, uel minus intensiuam perfectam. Itaque potest probabiliter teneri, quod illa inaequalitas est a causa effectiua in creatura, a deo scilicet causante in anima beati operationem beatificam talem, uel tale liberet, sua gratuita uoluntate, secundum dispositionem meritoriam uig. Et sic tamen deus principaliter, quae meritum ipsum licet improprie dicitur causa praemij beatifici, & inaequalitatis &c. Haec referre placuit contra assertionem temerariam. Fortis possent addi praedictis: quod deus est principalis causa effectiua, & uoluntas hominis sic, uel sic disposita coagens causa &c. **Quinta** propositio. In beatis hominibus in celo non est, nec erit par, uel aequalis affectio commodi stante communi omnium charitate, & dilectione. Probatur ex ordine diligibilium. Charitas enim incipit a se ipsa. Ideo quilibet plus gaudebit de bono suo, quam cuiuscumque; alterius beati, & quilibet plus diligit se actu elicitio, quam alium: sicut per oppositum patet de odio. Quilibet enim plus tenetur cauere peccatum in se, quam in quocumque alio. Itaque quilibet plus uult deum esse bonum sibi, aut suum, quam alterius etiam cuiuslibet sancti. Si dicitur, maius bonum est magis diligendum: si ergo in aliquo sancto est maius bonum, id magis est uolendum, quam bonum minus: Potest dici secluso bono optimo, dictum intelligitur extensiuum,

non intensiuum, uel appreciatiuum. Minor enim sanctus uult maiori sancto bonum maius, quod est ipsi debitum, & sibi minus prout meruit, & non ultra plus tamen appreciatur suum. minus bonum, quam maius bonum maioris. **Sexta** propositio. Sicut in beatis non est aequalis fructio, ita nec paritas gaudij, uel delectationis consequentis beatitudinem essentiali, uel accidentali. Patet: quia intensiuum gradualiter, uel appreciatiuum plus delectatur, & gaudet in perfectionibus amari, qui plus diligit. Non autem aequaliter ab omnibus beatis secundum intensiorem diligitur deus. Et licet sit eis gaudium de pari bono, non tamen pari affectu. Hinc quilibet sanctus plus gaudet intensiuum de sua beatitudine, quantum ad appreciationem, quam de beatitudine cuiuslibet alterius sancti: quia plus diligit se, quam alium. Gaudium uero maius gradualiter intensiuum non est de magis bono, sed de bono magis uolito. Provenit enim intensio gradualis gaudij ex intensiori actu uolendi bonum aliquod. Bonum autem proprium cuiuslibet est magis uoluntim appreciatiuum, quam bonum alterius: ergo ex hoc maius est gaudium appreciatiuum, beato de sua beatitudine, licet minori, quam de alterius beatitudine, licet maiori. Cum hoc tamen uult extensiuum illi maiorem beatitudinem, & non sibi ipsi: quia non est sibi debita. Secundum hoc intelligitur dictum August. dicentis ibi esse paritatem gaudij. Verum est obiectiuum, quantum ad obiectalem terminum: quia de quacumque re gaudet aliquis beatus, de hac & caeteri gaudent ex charitatis communione. Intelligitur etiam extensiuum, non autem intensiuum gradualiter, uel etiam appreciatiuum. Sic de delectatione suo modo dicendum, cuius causa immediata in appetitu uoluntiuo, seu uoluntate est dilectio, ut supra, dist. j. quaest. iij. In appetitu sensitiuo cognitio sensitua. Hinc Sanct. Thom. quaest. iij. artic. v. dicit. Quauis in regno celorum minor gaudet non solum de bono suo, sed etiam superioris, non tamen tantum gaudet de eo, quantum superior: quia ratio gaudij in omnibus erit deus. Et ideo quanto ali

Prop. 6. Sicut in beatis non est equalis fructio, ita nec paritas gaudij.

quis plus gaudet de Deo, tanto plus gaudet de quocumq; alio. Vnde superior plus gaudebit de bono inferioris, quam ipse inferior intensius gradualiter: quia deum plus diligit: sed non appreciativè. Et inferior minus gaudebit de bono superioris intensius gradualiter: quia minus diligit deum, quam superior, & etiam appreciativè: quia suam beatitudinem plus appreciatur ex ordine charitatis, & diligibilium. Extensivè uero plus gaudebit de magna beatitudine superioris, quam simplicius. ¶ Corollariè sequitur. Beatus Petrus, qui creditur esse maior Lino in beatitudine, plus intensius gaudet de bono minori Lino in beatitudine: quam ipsemet

Coro. 1

Coro. 2

Coro. 3

Coro. 4

Linus de suo proprio bono. ¶ Secundum corollarium. Linus non tantum gaudet intensius de bono Petri, sicut Petrus de suo bono proprio. Ratio, quia Linus non habet tantam charitatem, sicut Petrus. ¶ Tertium corollarium. Licet Linus tantam uellet gloriam Petro, quantum sibi metipsum uult, & maiorem: quia scit eum plus se meruisse: non tamen tantum inde gaudet, sicut Petrus, & quantum gauderet, si haberet Petri gloriam. Ratio: quia haberet illam gloriam, haberet maiorem charitatem, & potestatem propinquam intensius gaudendi. ¶ Quartum corollarium. Beatus Linus minus habet gaudium quantum ad appreciationem, non autem gradualiter, de sua minori beatitudine, quam de beatitudine maiori Petri. Patet ex dictis, plus enim appreciatur suam minorè beatitudinem, quam alterius maiorem, ex ordine charitatis. Sic de dilectione dicatur. Et quauis in nullo sanctorum sit delectationis impedimentum, uel etiam gaudij, desunt tamen nonnunquam cause tante, uel tantę intensiōis delectationis, uel gaudij, secundum S. Th. ut supra: hoc est dilectio dei in beatis maior, uel minor. rōne cuius plus adheret deo, uel minus, ex cōsequēti plus, uel min⁹ delectatur in deo clare uiso, & a se super omnia dilecto. ¶ Septima propositio. Omnium beatorum erit par gaudium, & delectatio consequens dei fruitionem, ut paritas dicitur equalitè proportionis, sed non quantitatè. Probatur. Quilibet. n. beatorum ad sum-

um accedit gaudium p modo sui meriti. Merita uero fuisse diuersa. Sic equaliter dicitur habere copiam pauper, & diues, Rex, & Miles, si uterq; habet sufficientiam statui suo cōuenientē. Ita de gaudio beatorum. De his ait Aug. xxij. ciuit. dei. c. iij. Sic itaq; habet donū alius alio minus: ut hoc quousq; donum habeat, nec uelit amplius. Nec superiori ullus inferior inuidebit, sicut nūc nō inuidet archangelis angeli ceteri: nec uult in corpore oculus esse, qui est digitus, cū mēbrum utriq; contineat totius carnis pacata cōpago. Hoc totū prouenit ex charitatis, quā habet pfectione. Quilibet. n. plus diligit deū, quā seipsum, & ideo singulus eorū plus uult, quod est Deo cōuenientius, quā quod est sibi melius, & cōmodius. Vult ergo diuinā iustitiā plus, quā suā cōmoditatem. Et cū iustitiā sibi minus dat alio, nō plus petit. ¶ Octaua propositio. Inæqualitas, & distinctio graduū dignitatis honoris, & præmiorū: seu etiam mansionum in gloria accipitur secundum diuersos gradus charitatis, & meritorū in uia. Probatur. Quāto aliquis plus fuerit coniunctus Deo in uia, tanto cōiunctior erit ei in patria. sed modo charitatis homo coniungitur, & unitur deo in uia, & in filiā (Ioann. j.) regni adoptatur: ergo etiam, secundum differentiam gratię gratum facientis, & charitatis, homo appropinquabit plus, uel minus deo in patria, & beatitudine æterna. Probatur: sicut simpliciter ad simpliciter: ita magis ad magis. sed habere gloriā, sequitur ad habere gratiā, ergo ad habere maiorē beatitudinē, sequitur habere maiorē gratiā, & charitatē. Alia patet ex dictis. ¶ Nona propositio. Sanctorum hominum beatitudo post extremū iudiciū, & corporū resumptionem, erit maior extēsiue quoad obiectiuale terminū: unde erit eis gaudium, sed nō intensiue, ut clarus, uel intensius uideat, aut diligat deū. Prima pars est cōmuniter omnium docto. Tūc. n. gaudebit de duplici stola corporis, & animę: cū nūc solū habeat animā, & nō corporis beatitudinē. Tūc. n. oēs uires sensitiuę beatificabuntur, & corpus dotib⁹ exornabitur. Et sic intelligēda sunt quoad obiectiuale terminū, & extēsiue mul-

Cōcl. 8. Inæqualitas, & distinctio graduū accipiē scdm diuersos gradus charitatis.

Cōcl. 9. Scdm beatitudinem post extremū iudiciū erit maior extēsiue.

ta dicta sanctorum diuersiū, quod tunc amplior habebit gloriā. Secunda pars: quia si sic, iam non essent uerè beatæ nec haberet totū essentialē præmiū eis debitum p merito uisq; &c. Anima in nullo indiget corporis ministerio pro statu glorię ad quacūq; operationē beatificā. Nec intenditur gaudium, nisi augeat charitas, & fruitione dei. Ratio. n. gaudij de quocūq; bono creato in cælis est dei dilectio, & tantū gaudij tanta dilectio, uel charitatis conatus. Sed illa non augebitur pro statu patrię: erit. n. in termino: nec gaudij cōsequens potētia tūc erit eadē, lumē glorię, & habitus charitatis nō augebitur. Obiectum beatificū est immutabile: nec est aliquid impedimentū, quo minus nūc possint tēdere in deum, quā tunc. Quomodo concedendum sit: quod anima nunc retardatur appetitu corporis, ne tota intēsiue pergat in deum, patuit dist. xliij. quæstio. j. Nec ualet allegare de augmento miserię damnatorum: quia eorum tristitia non intendetur resumpto corpore de carentia uisionis diuine, quæ ut damnato essentialis correspondet carentiē uisionis, & fruitionis dei: sed extendetur: quia torquebuntur in anima, & corpore. Item augebitur odiū eorū de resumptis corporibus, extēsiue saltem. Tūc enim crenabuntur, aut punietur in corpore, & anima &c. Augebitur itaq; eorum damnatio extēsiue, non intensiue: sicut & gaudium accidentale beatorum de multorum luctificatione ad salutem &c. ¶ Sed diceret aliquis. Beati diligunt Deum amore amicitię, ut bonum in se, & cōmodi ut bonum suum tum quoad animam tantum: tum quoad corpus, & animam simul. Itē diligunt ipsum: quia omnes resuscitauit ad uitā corporis, & animę. Et sic de alijs beneficijs plurimis & bonitatibus Dei, quas cognoscent resumpto corpore glorioso &c. Ergo uideatur, quod una aliā intendat: per consequens intēditur, & gaudium ex multiplici boni uoliti efficaci ademptione. Erunt grati Deo de beneficiorum perceptione &c. Itē sicut una bonitas est causa dilectionis, & gratitudinis, pariter & gaudij consequentis: ita tanta, & tam numerosa est causa multiplicis dilectio-

Beati diligunt Deū amore amicitię ut bonū in se, & cōmodi ut bonū suum.

nis, & gaudij: per communem regulam. Sicut simplicitet ad simplicitet: ita magis ad magis. Præterea sicut plus diligit, cui plus dimittitur: ita plus gaudet, cui plus boni confertur: non solum extēsiue, sed intensiue. ¶ Dicendum concedendo: quod beati diligunt Deum amore duplici, & amicitię, & cōmodi, ut bonum in se: & ut bonum sibi &c. Sed ex hoc nō intenditur gaudium beatificum, sed extenditur. Gaudent enim de multis: sed propter unum summè dilectum, qui deus est, sine cuius dilectione nulla res diligitur ad salutē: nec rei cuiuscūq; dilectio placet ad gloriam. Sed charitas in patria est in termino, nec augetur ex rei cuiuscūq; superuentione, & ademptione. Præterea, intensio est unio graduum eiusdem speciei specialissimę &c. Posset dici: quod ibi apparebunt plura dei beneficia post corporum resumptionem, quā nunc: per consequens plures rationes gratitudinis, & gaudij. Sed forte illæ non sunt omnes beatificę secundum Pal. sed beneficiorum cognitiuę ad dicendum laudes. Et licet secundum S. Th. Thom. quæst. j. art. iij. quæstio. j. finitū, & infinitum sunt duo, & finitum additum infinito facit plus: sed non maius, & si bonitates aliquę simul iunctę sunt aliquid melius, quā per se sumptę: tamē totū est plus diligibile parte sola: quia dilectio iā fertur in duo dilecta: sed ex hoc non habetur maior ratio diligendi intensius. Gaudium. n. maius intensiue non est de maiori bono uolito, & adepto: sed ex eo quod aliquid intensius diligitur, & amatur, sequitur gradualis intensio gaudij. In patria deus plus omni re mundi diligitur, & sine eius directione nihil amatur. Nihil ergo aliud probat illæ rationes, nisi quod gaudij augmentū sequitur actus uolendi, & diligendi intensiue, quod beatitudo augebitur extēsiue quantum ad obiectiuale terminū resumptis corporibus non intensiue. Potest dari simile ut supra de aereolis. Qui fuit martyr uoluntate, & opere gaudebit de difficultate secundum Durandum distinct. xxxij. & de operis consummatione, & bona uoluntate. Non sic qui fuit solum uoluntate martyr, & non

Cocl. 10
G
De equa
litate
beatitudinis
corporū
uel in-
equalita-
te.
Diversa
opin.

Artic. 3.
Dub. 1.
H
Btī non
uident
deū in-
equaliter
ergo
nec fru-
unt eo
in-
equaliter.

añu. Cum hoc tamen fiat eos habere eiusdem gradus charitatem precise, & ita gaudii æque intensum essentiale, & accidentales sed unus extensiuè quoad obiectiualem terminum gaudebit de actus cō summatione, de quo non gaudebit alius, qui non exiit in actum. Per hoc patet ad replicas. ¶ Decima propositio ponitur probabiliter post dicta de doribus corporis, & respicit æqualitatem beatitudinis corporum, uel inæqualitatem secundum diuersitatem opinionum. Si dotes corporum sunt qualitates postiuæ eis inheerentes, erit æqualitas earundem secundū æqualitatem beatitudinis animarum, ex qua redundant dotes corporum gloriosorum. Si uerò ponuntur esse ius quoddam debitū beatis ex pacto diuino, erit æqualitas proportionis non quantitatis secundum merita animarum. De inæqualitate claritatis corporum, manifeste patet ex dicto Pauli. j. Corinth. xv. De dōtibus impassibilitatis, & subtilitatis forte diceretur, q̄ erunt æquales hoc modo: ut dictū est, quia ex æquo in omnibus erit impassibilitas, & subtilitas: ut dotes dicūt ordinē ad actus diuinos causādos a deo, seu ius &c. De dote agilitatis posset aliter, & aliter dici. Nam potest poni æqualitas proportionis loquendo de dōtibus secundo modo. Præterea potest poni inæqualitas quædam sicuti in dote claritatis respiciendo bonam corporis complexionem quoad certos motus: ut supra. Præterea ponunt æqualitatem aliqui in hoc: quia quælibet anima est proportio nata tali corpori, & e contrario in ratione motui, & mobilis. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primū. Beati non uident deū inæqualiter: ergo nec fruuntur eo inæqualiter, & ita non erit inæqualitas in uisione, per consequens nec in fruitione, ac possessione comitante. Antecedens probatur auctoritate Aug. lib. lxxxij. quæstio. q. xxxij. cum inquit. Quisquis ullam rem aliter, quā ea res ē, intelligit, fallitur. Et omnis, qui fallitur, id, in quo fallitur, non intelligit. Quisq̄ ergo ullam rem aliter, quā est, intelligit, non eam intelligit: & ita ut uideatur, unā rem, & eandem non potest quis alio

magis intelligere, uel plenius. Et subiungit. Non potest quicquam intelligi: nisi ut est &c. ubi uideatur uelle, q̄ alius alio rem non melius intelligat. Intellectio est uisio, ergo &c. Ad hoc dicendū. Intelligere accipitur quandoq; formaliter, quādoq; obiectualiter, & ad utrumq; contingit referre alietatem. Formaliter omnis intellectus intelligit rem aliter quā est: quia intellectio formaliter est actus intelligentis inhaerens intellectui. Stat autem rem, quæ intelligitur esse substantiā, & ita intellectus intelligit immaterialiter: cum res intellecta est materialis. Obiectualiter nullus uerē intelligit rē nisi intelligit eam, ut est: ut si est substantia intelligit eam, ut talem &c. formando conceptum representatiuum rei illius taliter ut res se habet, qui non sic intelligit rem, fallitur secundum August. quia falsō intelligit: quia aliter quā res se habet. Qui uerō aliter intelligit formaliter, quā res est, nō fallitur: sed recte intelligit. Hoc quidam referunt, uel ad rē intellectam, uel ad intelligendi modum. Primo modo non potest res uerē intelligi aliter quā est: sed secundo modo & sic contingit quem rem aliquam clarius alio intelligere quantum est ex parte intelligentis, seu modi intelligendi. Et sic concludit Aug. quem posse rem aliquam alio plus intelligere quantum est ex parte intelligentis, per consequens etiā potest quis re aliqua plus alio frui: cum frui sequitur uisionem. Sic etiam exponit Sanct. Thom. q. ij. ar. iij. & j. illud. j. Ioann. iij. Videbimus eum sicuti est, ut ly sicut respicit rem intellectam, uel uisam: non autē uidendi modum: quia nulla creatura uisione compræhēsiua uidet deum. Non enim tanta erit efficacia intellectus ad uidendum deum, cum sit terminatus, & finitus, quanta est efficacia essentis diuinæ, ut uideatur, & intelligatur, cum sit res infinita, & immensa. Et licet uidere deum sit perfectissimus modus cognoscendi secundum genus: habet tamen in se plures gradus: sicut ignis est subtilissimū inter corpora specie, & tamen unus ignis est alio subtilior. Colligitur autē intensio in actu uidendi deum ex maiori,

ri, uel minori accessu charitatio hominis ad deum. Sicut in uisione corporali quanto plus fit accessus ad terminum, tãtò plus uideatur: ita hic intensus uidet, qui plus habet de lumine gloriæ, & charitatis habitur: uel in quo a deo intensior uisio producitur secundum diuersitatem opinionum. Non enim intensio solum causatur per recessum a contrario: sed etiam per accessum ad terminum uel localem, uel spiritualem, & mysticum. De^o enim ubiq; est: ad quem accedit homo per gratiam, & charitatem passibilitatib⁹ animarum non corporum. ¶ Secundum dubium quærit de intellectu aliquarum auctoritatum scripturæ catholicæ, quæ uidentur sibi contrariæ de uisione dei. Ioan. j. dicitur. Deum nemo uidit unquā. Et j. Timo. vj. Quem nemo hominum uidit: nec uidere potest. Et Matth. xvij. Angeli eorum semper uident faciem patris mei, q̄ uidet priorib⁹ contrariū. Et Mat. v. Beati mundo corde, quoniam ipsi deū uidebunt. Et j. Ioan. iij. Videbimus eum, sicuti est. Et scriptura teste Abraham, Isaac, Jacob, Iob, Moyses, Micheas, Esaias, Paulus deum uiderunt: ut refert Aug. inde uidendo deum. Ad idem beatus Ambrosius super Lucam, lib. j. & in proemio eiusdem libri, & super epistola ad Coloss. Gregorius Nazanzenus in tracta. de fide, & Hieronymus. Quos refert Aug. ubi supra, & in commonitorio ad Fortunianum Episcopum allegat eosdē, & Athanasium. ¶ Contingit rem aliquam uideri secundum dicta, & sensa patrum, uel oculo corporali, uel mentali: & hoc dupliciter, scilicet quandoq; fidei oculo & iterum dupliciter, uel formato charitate, uel non formato charitate: ita quod idem sit credere aliquid esse hoc, uel illud, & uidere ipsum: idem sit non uidere puro corde, & mundata conscientia: & nō uidere aut nec credere in ipsū. Contingit etiam aliquid uideri, id est cōprehendi, uel uideri uisione compræhēsiua. Oculo corporali corporalia uidentur. Oculo mentali, seu mente spūalia. Quæ nonnunquā dicuntur inuisibilia: uel quia nō uidentur oculo corporali: sed solum mentali, uel quia in eorū potestate

est uideri, uel non uideri. Videtur enim, si uolunt uideri. Non uidentur, si uideri nolunt. Vel quia non uidentur nisi specie, qua uolunt apparere, latente natura atq; in se incommutabiliter permanentes: seu (ut loquitur Grego. Nazanzenus) cōspicibilis materiæ dispositione assumpta uel quia pro statu huī⁹ uitæ mortalis nō uidentur: sed solum pro statu uitæ futuræ: aut quia nō nisi a mūdis corde, & de filijs. Si sermo sit scđm subiectam materiam de uisione corporali, deum in natura diuina nemo uidit unquam: quia oculus corporalis nō uidet nisi corporalia. Sic dicit Aug. in commonitorio ut supra, istius corporis oculos nec uidet deū nec esse uisuros. Nec se sic locutum esse pœnitent: ne deus corporeus esse credat: & in loci spatio interualloq; uisibilis. Nihil enim aliter istius corporis oculus potest. Hoc ergo modo, quo uidentur uisibilia corporis sensibus nota, deum nemo uidit unquā, nec uidebit unquam in natura diuina, tamen beati resumpto corpore Christū uerū deū, & hominem sine uisuris: sed non oculo corporali eius diuinitatem: sed mentali intuentur. Oculo mentali angeli nunc uident deum in patria, & cum homines beatificantur etiam uisuri sunt deum in diuinitate oculo mentali. j. Ioan. iij. Videbimus eum sicuti est. & præmisit. Dilectissimi: filij dei sumus: & nondum apparuit quod erimus. Scimus autē, quia cū apparuerit similes ei erimus: quā uidebimus, sicuti est. De hoc sit ait Hieron. referente Augustino: Homo dei faciem uidere non potest. Angeli uerò minimorum in ecclesia dei uident faciem patris. Nunc in speculo uidemus, & in ænigmatibus: tunc autē facie ad faciem, quando de hominibus in Angelos profecerimus. Exponit August. i. Angelis similes facti fuerimus. q̄ utiq; erit in resurrectione mortuorum. Consequenter dicit id dictum facie ad faciem, non esse intelligendum de uisione exterioris: sed interioris. Loquitur enim Apostolus de facie cordis non corporis, ut patet ex serie textus. Sic soli mundo corde uisuri sunt deum. Matth. v. Enarrauit qui dem multas beatitudines Christus: sed Gab. Biel. BB†

solis his promisit sui uisionem beatificā, qui mundo sunt corde. Si ergo soli mundo corde deum uidebunt: utique consequens est, q̄ alij non habentes cor purū, licet oculo corporali deum uideant, dicantur ipsum non uidere. Hoc loquendi modo usus uidetur beatus Ambro. cum de iudæis loquens in expositione proximi super Lucam ait. Vides, q̄ uerbum dei, & uisum est Apostolis, & auditum. Non solum enim secundum corpus uiderunt dominum: sed secundum uerbum. Uiderunt enim uerbum, qui cum Moyse, & Helia uiderunt gloriam uerbi. Isti tiam uiderunt, qui corpus tantummodo uidere potuerunt. Non enim corporalibus, sed spiritualibus oculis uidetur Iesus. Deniq; Iudæi non uiderunt eum: quia non uidebant in spiritu. Vidit eum Abraham, qui utiq; dominum in corpore non uidit. Sed qui uidet in spiritu, uidet in corpore. Qui autem uidit in corpore, & non uidit in spiritu: nec in ipso uidit corpore, quod uidebat. Vidit eum Esaias: quia uidit in spiritu: uidit in corpore. Ait enim. Non erit ei species neque decor &c. c. liij. Non uiderunt eum Iudæi, obferatum enim erat inspiens cor eorum. Non uidit eum Pilatus non uiderunt eum, qui clamabant crucifige &c. Si enim uidissent nunquam dominū maiestatis crucifixissent. j. Corinth. ij. Qui ergo deum uidet, uidit Emmanuel, hoc est uidit nobiscum deum. hæc ille. Ecce multiplicem acceptionem nominis uidere deum, & uidere Iesum. Vtique Iudæi Iesum in corpore uiderunt corporali uisione: alias non potuissent manus in ipsum iniectisse: sed non crediderunt in eum: & ita non uiderunt puro corde, aut oculo mentali fidei. Hinc nec in corpore, nec spiritu eum uidisse dicuntur. Prophetæ uerò crediderunt illustrati diuinitus, eum incarnandum, & ita uiderunt eum spiritu, & carne, secundum illum loquendi modum: quia crediderunt eum esse deum & hominem. Item dicitur inuisibilis: ut supra: quia cū uult uidetur. Sic & potestas cœlorum, & Seraphin cum uolunt uidentur, & quæ admodum uolunt, hinc inuisibiles di-

Multi-
plex ac
ceptio
nomis
uidere
deum &
uidere
Iesum.

cuntur: & deus sic inuisibilis dicitur, licet multi uiderint, sed quod uoluntas elegit, non quod natura formauit: secundum Ambro. Sic non in natura sua: sed in qua uoluit specie dignatus est patribus apparere pro statu uia, uide ndus ab eis facie ad faciem &c. si mundi corde fuerint. Item Ambro. ut supra super Lucam statim post principium. & August. de uidendo deum. Non in loco uidetur deus sicut ad illicem Mambre &c. sed mundo corde: nec corporalibus oculis deus queritur: nec circumscribitur uisus: nec tactu tenetur: nec auditur affatur: nec sentitur incesu. Quia autem Moyse, & Paulus dicuntur ab August. ubi supra, & xij. super Gene. deitate uidisse, non præ iudicat dictis quia Paulus in raptu, & extasi mētis uidit, & Moyse. Necesse enim est mentem ab hac uita abstrahi, & quodammodo mori, uel hinc exeundo de corpore, siue ita alienari a sensibus carnalibus: ut merito nesciat siue in corpore, siue extra: ut Paulus loquitur secundum August. xij. super Gene. cap. xxvij. quando illam inuisibilem diuinitatem uoluerint in hac uita ex gratia dei speciali contemplari: quia non potest hic homo deum uidere, & uiuere. Necesse est uolentem legere August. & patrum dicta, animaduertere, quando loquantur de statu uia, aut patrie, de uisione fidei, & uisione contemplationis. Sic de noticia fidei, & contemplationis. Item quandoque loquantur de uisione comprehensua: si non est consequens, q̄ uidentes, aut audientes speciem aliquam, uel uocem, qua uidetur, uel loquitur deus, Deū uidisse, uel audisse dicantur: nisi in corpore humano hypostaticè unito, & assūpto. Ibi enim dumtaxat communicatio idiomatum locum habet. Quia autē dicitur quandoq; spiritus sanctus uisus: aut paterna uox audita: intelligitur sicut in signo uidere dicimur signatum: ut uisus, uel auditio corporalis ad signum terminari intelligatur: sed uisio intellectualis ad signatum. Sic deum audiuit Cain Gene. iij. Et diabolus quando uenit cum angelis, ut cum illis assisteret. Job. j. & ij. Item cum dixit. Clarificauit, & clarifica-

bo. Ioan. xij. Ad hoc Augu. xj. super Gene. c. xxxij. Et q̄. de ciui. dei. c. xv. ostendit quomodo deus per angelos in subiecta creatura apparet hominibus, & more humano syllabarum loquens legem dedit. Et lib. xv. c. vj. & vij. De Cain loquens dicit q̄ ita ei locutus est deus, sicut primis parentibus per subiectam creaturam uelut eorum focus forma congrua. Ex istis patent diuersi modi, quibus dici potest deus inuisibilis: qui tamen sese mundis corde, & solis illis in patria ostenderi contuendum in sua deitate &c. Et non est iste modus loquendi insolitus. Sicut. n. corporalia uisibilia dicuntur, sic & deus dicitur inuisibilis nonnunquam: ne corpus esse credatur. Et si uoluntas hominis, quæ non uidetur oculo corporali manens eadem potest imperare potentie executiue ut eas, uel illas citra sui mutationem former uoces, prout uoluerit, quibus innotescant ceteris, quæ interiorius manent abscondita cordis: Cur non deus nō uisa sui natura diuina, potest per subiectam sibi creaturā in ea, qua uoluerit specie homini apparere &c? De hac re August. super Gene. lib. xij. q̄ Tertium dubium. An sit possibile aliquem continud operari propter habere beatitudinem, aut dei uisionem: & finaliter dānari. Responderetur q̄ sic: si finis principalis, & ultimus suæ operationis non est deus. Si enim habet finem alium in deum finaliter, & ultimatē non relatum: ut puta afectione commodi præcisè gaudium de uisione dei: non diligit finaliter deum, nec per hoc mentaliter in uia, nec uirtuose agit. non enim agit principaliter, & ultimatē pp̄ deum. Et si dici ut uirtus ordinari ad beatitudinem: conceditur, q̄ est tanquam medium attingendi beatitudinem finalem, & obiectiuam, quæ deus est, & non præcisè beatitudinem formalem ut puta dei uisionem, ut bonum sibi. Necesse enim est deum esse finem principalem, & ultimatū, qui est bonum in finitum &c. Conceditur tamen, q̄ deus potest diligi propter mercedem, si ly. p̄pter dicit finem subordinatum sub ultimo fine: uel causam motiuam minus principalem. Sic de euasione damnationis

Dub. 3.
K
An sit
possibile
aliquem
continud
operari
propter
habere
beatitudinem.

similiter dicatur. q̄ Quartum dubium, an omnis merces ultimata, & finalis cuiuscunque uirtuosæ operationis quæ dabitur in patria, sit infinita non tantum durationes: sed etiam pfectione. Responderetur de rigore uerborū: q̄ sic: quia solus deus est ultimata, & finalis merces magna nimis. Omnis uerò, qui meritorie agit, deum habet finem ultimatū, & principalissimū: tamen hominis p̄mium, q̄ est operatio beatifica, etiā dicatur merces, sed non ultimata simpliciter: quia nō est summū bonū substantialiter, & essentialiter, sed actus, quo attingitur summū bonū fruiuiue, & in genere humanarum operationum. q̄ Quintum dubium, an in decuplo sanctior alio habiturus sit maiorem mercedem in cœlo. Responderetur. Si solus deus, qui est merces infinita beatorum, dicitur esse merces sanctorum, omnes habebunt eandem mercedem obiectiuam, unde beatificantur. Et cum est infinita, & singulis datur bonum infinitum non habens partes, singuli habent eum totum. Et secundum hunc loquendi modum forte curiositas diceret. In decuplo sanctior non habet maiorem mercedem obiectiuam, & infinitam alio minus sancto. Nec ex hoc potest inferri deum esse iniustum præmiatorem, nec dare secundum exigentiam meritorum: quia quamuis præmium infinitum omnibus, & singulis datur in cœlo, & æquale præmium obiectiuum, secundum uerba Christi, Recepturunt singulos denarios &c. non tamen equaliter omnes, & singuli illo præmio perfruuntur: sed multum inæqualiter secundum inæqualitatē meritorū uia. Sic q̄ in duplo excessit aliū in merito, excedit & ipsū in præmio. Ex illo et̄ patet illa rātio, si q̄rit curiositas uana, an aliquis potest per sua bona opera meritoria maius p̄mium alio mereri. Nullus. n. potest mereri præmium q̄ sit maius præmio suo simpliciter, & infinito. Verū est de p̄mio obiectiuo, secus de formalis beatitudinis præmio, q̄ consistit in uisione, fruiuiue &c. Sic si queritur, An p̄pter uirtutem sit finaliter bene operādu. Virtus. n. habitus est, nullus autem habitus

Dub. 4.
L
De mercede ultimata, & finalis

Dub. 5.
M
An in decuplo sanctior alio habiturus sit maiorem mercedem in cœlo

causatus est finale habentis bonum in nihil aliud referibile. Sic consimiliter plures aliarum questionum curioſæ poſſunt ab ſolui, quarum aliquas tangit Ockā in ſuo Centilogio: ut puta an omnes, & ſinguli beati æqualiter tenentur diligere deum. Dimiſſa reſponſione Ockam, quia non uidetur ſatis facere, dicendum: quod ea quaestio poteſt habere plures ſenſus, ſed in quod aduerbium æqualiter determinat, uel ly, tenetur uel diligere. Si determinat ly tenetur, ſic omnes tenentur eadē lege, & æqualiter diligere deum ex toto corde, tota mente &c. ſue in celo, ſue in terris. Omnibus enim æqualiter hoc modo præcipitur dilectio dei ſup̄ omnia. Vult enim omnes homines ſaluos fieri. j. Tim. ij. uoluntate antecedente. Omnes. n. ſubſunt præcepto dilectionis dei ſuper omnia. Si determinat ly diligere, poteſt diſtingui ut ſupra in dubio primo, uel formaliter, & quoad modum diligendi, uel obiectiue quo ad rem diligendā &c. Si primum, uidetur quod non tenetur æqualiter diligere intentiue. Si ſecundum, iterum poteſt admitti: quia nullus tenetur plus diligere deum quam ſuper omnia, & ex toto corde, & ratione beneficii præciſe in nos collati, & mercedis ut boni noſtri. Hoc modo non eſt cauſa (ut uidet) eū plus diligendi. Oēs enim habēt eundē denarium, & idem eſt obiectum beatiſimum omnium, etſi non omnes æqualiter eo fruantur. Nota adū. ly ppter accipitur dupliciter. Primo cōſecutiue: ut denotat ordinem cōſecutionis unius ad reliquū; ſic præmiū datur ppter meritum, id eſt poſito merito ſequitur præmiū correſpondens. Secundo cauſaliter: & hoc dupliciter. Primo, ut denotat cauſalitatē motiuam ſeu eſſentialitatē: ut cum intellectus aſſentit cōclutioni ppter paſſiſas. Præmiſſarū enim aſſenſus eſt cauſa eſſectiua aſſenſus cōclutionis, & motiua. Secundo denotat cauſalitatē finalem. ſic creatura, & proximus diligunt ppter deū. Cū ſumitur cauſaliter primo mō, pōt eſſe dupliciter: uel principale, & p̄ciſam. Sic nulla rationalis creatura poteſt licite diligere deū ppter aliud ab ipſo tā quā ppter cauſam eſſectiua. principale,

Not.
Ly pro
pter ac
cipitur
duplici-
ter con
ſecuti-
ue, &
cauſali-
ter.

& p̄ciſe motiua. Probatur: quia ſola bonitas dei ſumma eſt obiectum charitatis, & mouere debet hominem principaliter ad ſe diligendum: ſicut in articulo fidei principalis cauſa aſſenſus articuloſum fidei debet eſſe auctoritas reuelantis, & non ratio humana. Si autem importat cauſam eſſectiua ſeu motiua nō præciſā, & principale, ſecus eſt. Sic deus diligitur ppter retributionē. & quandoque plura beneficia collata in aliquē, cauſa ſunt maioris dilectionis. Sic reducuntur homini in memorialem diuina beneficia: ut eorū conſideratione caleſcat in amore diuino, & gratitudinis bñficiō. Sic forte concedi poſſet, quod aliqui beati plus tenentur deū diligere, quā alij lege gratitudinis: quia plura receperunt beneficia in merito, quod eos mouent ad gratitudinē, & dilectionē. Si uero importat cauſam finalem principale, & ultimā præciſe: ſic non licet creaturæ diligere deū ppter quācunq; aliud a ſe. Deus enim eſt ſummū bonum in nullum aliud referibile. Et ſic diligens deum propter aliud uere uidetur, tanquā id, propter quod deū diligit, plus deo diligeret: & deum in ipſum referret &c. cum tamen ſolus deus ſit finis ultimus, & principaliffimus. Si autem ly ppter dicit cauſam finalem non principalem, aut ſimpliciter ultimam, ita quod illud dilectum, & uoluitum propter quod deum diligit ulterius in deum referatur: ut in finem ſimpliciter ultimum: ſic licite poteſt deus diligi propter aliud ab ipſo tanquam propter cauſam finalem, large ſumpto nomine cauſa finalis. Exempli cauſa, diligo deum ppter bñficiū: ut ea adempta continuo deū laudem, & glorificare &c. huiusmodi dilectio dei propter beatitudinem formalem &c. non eſt illicita. Si etiam concedi poteſt, quod beati non æqualiter diligunt Deum. Licet enim ſinguli diligant eum ut ſummum, & inſinitum bonum ex toto corde: maior tamen, aut minori ſeruntur aſſectu in deū ſecundum habitum charitatis ac luminis gloriæ &c.

DISTINCTIO VLTIMA.



IC oritur quaestio ex præmiſſis ducens originem &c. Supra Magiſter egit de gloria beatorum. In hac diſ. quinquageſima, & ultima quarti agit de pœna, & miſericordia malorū. Et pōt ſententia textus complecti tribus propoſitionibus. ¶ Prima. Repti in inferno puer ſam ſemper habebūt. circa imputationem culpæ uolūtate, ac inanē malorū quæ cōmiſerunt pœnitudinē, in cumulu pœnæ, & ſupplicij perpetui, cū iam a deo in tenebras exteriores iuſte pro forefactis ſūt adiudicati. ¶ Secunda. licet mortui poſſunt habere qualemque ſuorū curam charorum, quos ſecum non uident conſtitutos in pœna, uel gloria: non tamen conſequens eſt eos ſcire, quæ circa ſuos hic aguntur charos, uel læta, uel triſtitia. ¶ Tertia. Sancti dei uidebunt mentis intelligentia pœnas damnatorum: nec tamen ex hoc dolore aſſicientur: ſed gratias Deo de ſua liberatione gratuita ſemper decantabunt cū ineffabile malorum calamitatē uidebunt. Declarationē harū propoſitionū textus habet.

QVÆſſIO I.



UIA in precedentibus pleraque habita ſunt, quæ faciūt pro intellectu propoſitionis primæ literaliter ſunt puta in primo collect. diſtinctione ſeptima de obſtinatione, & obduratione malorum angelorum. Et collect. præſenti. diſtinctione. xliij. q. iij. de pœnis aiarū in inferno: An cruciabuntur igne corporali, uel intentionali &c. Et ibi de multiplicibus damnatorum pœnis: ut ſupra. & diſtinct. xlvj. de iuſta malorum damnatione, & cruciatu perpetuo. ideo illis nunc dimiſſis eſt quaestio prima. ¶ Vtrum damnatorū uoluntas ita ſit in malis obſtinata, quod uellet quocunq; alios, etiam propinquos, quorum quandoque curā, & remiſſionē hā-

ber e poſſunt, ſecum eſſe in miſeria perpetua. ¶ Suppoſitis præmiſſis ut ſupra p articulo primo, reſpondendum eſt ad quaestione, quantum ad articulum ſecundū. ¶ Concluſio prima. Damnatorum uoluntas naturalis, ut talis præciſe non eſt res mala: ſed bona a deo condita boni alicuius naturaliter appetitiua. Hæc concluſio uidetur eſſe Diony. cap. iij. de diuinis nominibus. cum loquens de nominibus dicit. Quæcunq; ſunt, & ex bono ſunt, & boni, & pulchrum, & bonum deſiderant, eſſe, & uiuere, & intelligere, quæ ſunt exiſtentia deſiderantes. Probatur. Nam Genefis primo, Vidit deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. ſed uoluntas naturalis, quæ eſt in damnatis, eſt a deo: immo determinata eſt ex ſui natura appetere ſuam perfectionē naturalem, & ſuum eſſe naturale &c. ¶ Secunda concluſio. Damnatorum uoluntas deliberatiua modi, & ordinis in eſſe debiti experta eſt reſte rationis diſtantiis, & uoluntati diuinae contraria, ac gratiæ deſertione in malo penitus obſtinata, & puerſa. Pater ex dictis. ¶ Tertia concluſio. Licet damnati, qua languent inuidia omnium, & ſingulorum uelint damnationem: tamen cū uident in ſe impleri diuinam iuſticiam, quam nolunt: ſeq; fuiſſe illius, uel iſtus damnationis cauſam: nolent amore ſui ipſius horum damnationem: ut uel ſic minorem haberent triſtitiæ pœnam. Ita uidetur ſentire ſanctus. Tho. quod lib. iij. artic. xxiiij. & in. iij. diſt. præſenti. quæ. ij. art. j. quaestio. quarta. Hæc propoſitio poteſt colligi ex Hierony. ſuper illud Eſa. xliij. Omnes principes terræ ſurrexerūt de ſolijs ſuis. Solatiū eſt malis inimicos ſuos habere ſocios pœnarum. Et interli. Terræ conſolatæ in pœnis eius. Sic. n. in beatis eſt mutua charitas, & gaudium de ſingulorum beatitudine: ita contrario in damnatis eſt inuidia, & odium: ut etiam in hac uita uidere eſt in aliquibus reſcēre inuidia. Nec ualet dicere, quod prius eos inordinatē dilexerunt, & affectiones illæ adhuc manent, ergo & delectatio cor ſequens, & ſic non uidentur uelle eorū damnationē. Et ratio eſt ſecundū Phīl. ix. Ethic. Delectatio, quæ fundatur ſuper

Arti. i.
Conc. i.
B
Dama-
torum
uolūtas
natura-
lis non
eſt res
mala.

Cōcl. e.

Cōcl. 3.
Damna-
ti licet
languēt
inuidia
nolent
tamen
amore
ſui ipſi
aliorū
damna-
tionem

inhonesto, non manet: immo poenam affert. Et quos prius inordinate dilexit, nunc odit. Nec est dilectio, cum quis inuat in peccator: sed odium: ut dicit Psal. Habent ergo adhuc perversam voluntatem: quia malum id non odit propter deum: sed propter se: cum cedit eis in poenam. Nec impletur unum, & id secundum diversas rationes esse causam delectationis, & tristitiae quantum est de se. Sic poena inimici in inferno habet quodammodo rationem delectabilis ex eo: quia damnati voluntas in hoc impletur, cum videt eius, quam vult damnationem. Non tamen proprie inde delectatur sed ceteris paribus ex obreptione voluti nata est sequi delectatio: ut supra dist. xlv. q. ij. Habet & rationem tristabilis cum videt in eo inflexibilem divinam iustitiam, quam summus vult tanquam sibi contrariam, & ab se nolitam amore superius. Et iam ex eo quod videt, inde augetur ei poena: cum illi fuerit occasio damnationis. Doler ergo de malo. Sicut, & peruersi. Sicut, n. poenitentes de dolore peccati gaudent: ita damnati poenam inimicorum volunt, & de uolitione dolent, siue de uolito, cuius fuere causa in malum. Sap. v. Poenitentiam agentes, & pro angustia spiritus gementes. Est autem eorum poenitentia secundum quid, & per accidens de malo quia inde torquentur. Praeter ea sicut omnes beati amici sunt, & amice se diligunt, ita damnati sunt sibi mutuo inimici, & peruersi se amant. ¶ Quarta conclusio. Quamuis ex multitudine damnatorum poena augeatur singulorum, attamen in tantum in eis excreuit odium, & inuidia, quam magis eligerent plus torqueri cum pluribus, quam cum paucis minus. Sic quandoque in hac uita aliquis uult omnino exoculatur alter saltem uno careat oculo. Et licet non possint odire deum, si clare eum uiderent in se: ut est multorum opinio: tamen ipsum apprehendunt executionem iustitiae: & iudicem inflexibilem effectus diuinae iustitiae, quae in se sunt, odiant, & detestantur, & deum in effectibus suis ab eis nolitis, & sibi incommodis. ¶ Quinta conclusio. Licet damnati uelint secum omnes, & singulos esse in damnatione: attamen plus uellent aliorum,

quam suorum propinquorum damnationem, si non opus esset omnes stare in damnatione. Ita habet sanctus Bonaventura: & sanctus Thomas. q. ij. artic. j. quaestio. iij. & in quodam. viij. quaest. xvij. Ratio potest esse magna inuidia in proximum, & amor inordinatus superius: quo uellent suum commodum habere, & omni poena peccati carere. Torquerentur autem inuidia, si uiderent suos damnari, & alios liberari: deo uellent oppositum ut esset ab illa poena immunes. Hinc diues petijt fratres suos a damnatione eripi non ex dilectione proximi: quia odio habuit eosdem. Sciebat enim non omnes damnandos fore. Maluisset tamen suos fratres cum alijs omnibus damnari, secundum. S. Tho. ut supra. ¶ Sexta conclusio. Damnatorum animae in inferno possunt uti scientia, saltem aliqua olim acquisita, ac negligentiae bonorum, & commissiois malorum recordari cogente deo in poena augmentum. Probat. Luc. xvj. dixit Abraham dicit. Fili recordare: quia recepisti bona in uita tua: & Lazarus similiter mala. Sed secundum illud factum (¶ Ambros. & August. nominant narrationem non parabolam) non dicitur Abraham: nisi uti possent scientia acquisita, & reminisci praeteritorum. Item odium executionem diuinae iustitiae: sed nullus odit, de quo non cogitauit: ergo cogitant de deo, cuius effectus odium. Ergo consimiliter si non absorberetur poenarum magnitudine, possunt, & de alijs cogitare permittente deo. Nec huius usus scientiae est eis causa dilectionis: sed materia tristitiae. Unde contingit aliqui per se delectabile fieri alicui accidens materia tristitiae. Et enim usus scientiae per se delectabilis. j. metaph. tum quia perfectio animae, tum ratione cogitabilis, seu etiam quandoque ex parte cognoscibilium. tamen ex aliquo accidente fieri causa tristitiae: ut puta si cogitantur summe nolita: si denique cognitio est imperfecta, quam quis uellet esse perfectam. Cum ergo damnati non possunt nisi nolita cogitare: & ea sola animaduertere, quae odium: ut sui detentum carcerem: & ueluti instrumentum diuinae

Cōcl. 6.
D
Damnatorum animae in inferno uti possunt scientia

iustitiae &c. nec sese possunt eximere a cogitatione nolitorum, & ad alia prohibito conuertere tristantur. Sic cum incidunt delectatione momentanea in seculo quaesita, propter quas nunc perpetua cruciatu flamma. Sic cum uident se facile potuisse uirtuti studere &c. Item potest deus facere, quod non apprehendatur a damnatis, nisi ut iudex inflexibilis, nolens relinquere malum impunitum secundum ordinem diuinae iustitiae. hunc effectum uelint nolint cum magna tristitia apprehendunt, & cogitant. Ad idem August. xj. de ciuita. dei. cap. vlti. ¶ Videtur probabile. ex quo consideratio gloriae beatorum est malis occasio, & causa tristitiae: quod illam mentalem considerationem semper retinebant: ut inde tristenter secundum. S. Bonauen. & conscientiae uermem indefinenter rodentem habebunt. ¶ Spiritus conclusio. Animae damnatorum in inferno non possunt ea, quae circa uiros sunt propter distantiam maximam in genere proprio cognoscere, sed quandoque coniectando, uel arguitiue, aut demoniorum: uel etiam bonorum angelorum, aut ad se descendendum animarum reuelatione in augmentum suae tristitiae. Prima pars patet ex primo distinct. iij. quaest. j. Secunda pars: quia possunt uidere si sint secum in tormentis uel non: & forte memores uitae praeteritae male cogitant eos non esse in caelo, quamuis poenitentiam agere potuerint &c. Sic diues uidit, quae circa fratres suos fiebant, quos adhuc uiuere arguitiue coniecere potuit. Et forte quandoque deus per daemones eis reuelat aliqua: ut inde tristenter, & mentis poenitudinem habeant: Sicut auarus, qui reliquit filium prodigum, pot coniecere: quod omnia dilapidat, & prodigum expendat, seu proacriter &c. Non tamen propter delectari, sed tristari sunt reuelationes illae, cum sunt. Ad hoc August. in lib. de diuinatione demonum. ca. ij. dicens. Daemones ea est natura: ut aerei corporis sensu terrenorum corporum sensum facile praecedant. Celeritate etiam propter eiusdem aerei corporis superiorem mobilitatem non solum cursum quorumlibet hominum, uel ferarum:

Cōcl. 7.
D
Damnatorum animae in inferno non possunt ea, quae circa uiros, sunt cognoscere.

uerum etiam uolatus auium incomparabiliter uincant. Quibus duobus praedit quantum ad aereum corpus pertinet, hoc est acrimonia sensus, & celeritate motus, multa praenunciant, & elerunciant, quae homines pro sensu terreni tarditate mirentur &c. Item diuina rerum experientia multa ut futura praenoscunt, & pronunciant. Quod declarat cap. iij. Quandoque ipsimet aliqua facturi sunt, & talia praenunciant &c. cap. v. Sic in proposito permitti a deo, uel iusti facta uiuorum damnatis in augmentum poenae denunciare possunt. Ad idem iij. de trinita. cap. xvij. ¶ Quantum ad articulum tertium est dubium primum. An damnati in inferno uideant gloriam beatorum in caelo: & econtrario beati in caelo uideant poenam damnatorum in inferno. Facile hic responderi posset de possibili: sed de facto nobis incognito. Item an uisuri sint ita post iudicium, sicut ante. Contra primam partem. Damnati in inferno sunt in tenebris exterioribus, nec habent lumen: ergo nihil uident: per consequens nec gloriam beatorum. Tenet consequentia. quia ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis. Antecedens habetur Matthaei. xij. Ligatis manibus &c. proijcite eum in tenebras exteriores, quae pertractans Magister dicit. Per tenebras exteriores intelligitur, quod erit extra lucem corporalem, & spiritualem. Praeterea beati non uident poenam damnatorum: igitur nec econtrario. Tenet consequentia: quia tanta est distantia ab his ad illos, sicut econtrario. Eadem uia est a Thebis ad Athenas: & econtrario. iij. Physico. Antecedens probatur. Vel ergo uolunt eam, & sunt crudeliter: uel nolunt: & sic contrariatur deo per consequens non sunt beati. ¶ Praeterea si uiderent damnati beatorum gloriam, etiam uiderent diuinam essentiam. Videtes enim actum beatificum, etiam uident obiectum terminans actum illum. Sed non uident deum. Probat. auctoritate August. j. de trinita. c. ij. Humanam mentis acies in tam excellenti luce figi non ualet: nisi per iustitiam fidei nutrita ueget-

Artic. 3.
Dub. 1.
E
An damnati in inferno uideant gloriam beatorum in caelo.

Cōcl. 4.
C

Quamuis ex multitudine damnatorum poena augeatur singulorum, attamen in tantum in eis excreuit odium, & inuidia, quam magis eligerent plus torqueri cum pluribus, quam cum paucis minus. Sic quandoque in hac uita aliquis uult omnino exoculatur alter saltem uno careat oculo. Et licet non possint odire deum, si clare eum uiderent in se: ut est multorum opinio: tamen ipsum apprehendunt executionem iustitiae: & iudicem inflexibilem effectus diuinae iustitiae, quae in se sunt, odiant, & detestantur, & deum in effectibus suis ab eis nolitis, & sibi incommodis. ¶ Quinta conclusio. Licet damnati uelint secum omnes, & singulos esse in damnatione: attamen plus uellent aliorum,

Cōcl. 5.

tur. sed illa carent damnati. Præterea si damnati essent uisuri diuinâ essentia, nō esset magnū quid promissio uisionis diuinæ essentia facta mōdis corde. Marci. v. Item Moyse, & Paulo &c. ¶ Ad primū, concedunt sancti damnatos in inferno uidere non oculo corporali, sed mentali aliquam gloriam beatorum usque ad iudicium extremum inclusiue, & non ultra. Nam in iudicio mali uidebunt gloriam beatorum saltē corporale, & Christum secūdū humanitatem in gloria sua licet non secūdū diuinitatē. Ex illa gloria corpis arguere possunt inenarrabilem gloriam mentis, de qua olim per fidem edocti fuerunt, quam serō perdidisse magna cordis pœnitentia dolent. Sed contra: non uidentur; quin etiam post iudiciū possint habere quandoq; reminiscentiā gloriæ beatorum in augmentam pœnæ. Sicut enim de beatis dicit. Aug. li. xxij. de ciui. dei. c. ult. q. non erūt immemores malorum præteritorum per uerā scientiā: sed solum per experiētiā: sicut nēdus dicitur nosse omnes morbos in habitu, licet plures non sit corpore perpeffus: & infirmius sanitate, quā non habet alterius: ita possit dici de malis: uidebunt gloriam beatorum post iudicium: nō intuitiua uisione, & experimentalī, sed arguitiua, & per rationem cogente deo. Vel uident deo eis reuelante in augmentam pœnæ, quo uolente uident, quo nolente non uident. Hinc possunt dici semper uidere: quia potest deus, cum uult in eis huiusmodi cogitationem producere: ut tristitiā materiam. Et secundum hoc possunt exponi dicta sanctorum: q. non uident gloriam post iudicium, sed ante. Ad rationē concedit: q. sunt in tenebris exterioribus: q. omnino carent lumine gratiæ, & gloriæ, & profus facti sunt exteriores gloriæ cœlestis, ad quam nunquam uenire possunt. Lucæ. xvj. de ciui. dei. lib. ij. cap. xxij. ¶ Ad secundum negatur antecedens. Vnde Esa. lxvj. dicitur. Egre dientur boni ad uidendum pœnas malorum. non q. boni relicturi sint sedes suas, & loca pœnalia transiti: ut malorum pœnas uideant presentia corporali: absit: sed egredientur per scientiam,

ait Aug. Sicut enim mali non ingrediuntur in locum beatorum, gloriā eorū uisuri: sic nec e contrario boni ad malos ibunt. Lucæ. xvj. Hinc malorum locus tenebræ exteriores dicitur Matthæ. viij. De bonis dicitur. Intra in gaudium dñi. Matthæ. xxv. nunquam inde exiturus nisi per scientiam ad cognoscendum quod extra est. Qui ergo erunt in pœnis, quid agatur intus in gaudio domini, nescient. Qui uerō erunt in illo gaudio, quid agatur foris in illis tenebris exterioribus sciēt. ait Aug. ut supra. Habent enim deū eis omnia reuelantem. Ad probationem antecedentis pōt dici. Beati uolunt pœnam damnatorū: quia sciūt deū id uelle, cuius uoluntati se non possunt difformare: immo uolunt eam simpliciter, & absolute sicut deus. Nollent tamen eos dānatos esse, si non peccassent, & deum finaliter offendissent. Et si ex hoc gaudent dicuntur, sensus est: uolūt pœnam istā tanquam dictatam a sententia diuina: ut sic natura existens sua uoluntate sub culpa ordinatur per iustitiam in pœna. nec si uelle crudelitatis est, sed summę iustitiæ. Placet ergo beatis illa afflictio. ¶ Ad tertium negatur assumptum: uel etiam consequentia. nec uident damnati gloriam beatorum perfecte, & intuitiue: sed uel arguitiue, uel per reuelationem quādam, aut coniectat. Auctoritas beati Augusti non est ad propositum: quia loquitur de uisione intuitiua, & factali in patria: uel de uisione fidei in uia, quæ nunc habetur in mundo. ¶ Corollarie sequitur. beati uidendo damnatorum pœnas non inde habent tristitiā, propter uoluntatis suæ ad diuinam, quam in hoc cognoscunt conformitatem: sed nec deus, nec beati proprie gaudent de eorum damnatione: sed uolūt eam propter pœnā commissam. Est. n. in eorū pœna duo cōsiderare. scilicet malū culpæ, & pœnæ p. culpa, & ordinē inflexibilis iustitiæ diuinæ. De pœna non gaudet: sed nolūt culpam, & nollēt pœnā. si non pœcessisset culpa. De secundō gaudent. Hinc Esa. j. Heu ego consolabor super hostib; meis: & iudicabo de inimicis meis. Dicit Glof. A sētū pij patris eos licet inimicos plangit: quia

Coroll.
Beati uidendo damnatorum pœnas non inde habent tristitiā, & cur.

pereunt, & pœnitere nolunt. dicitur consolarī: quia culpam nolitam nunc ordinat in pœna, cū pro peccato infligit pœnā. Fortē est locutio similis illi. Gen. vj. Pœnitent me fecisse hominem. Non q. deum facti alicuius pœnitent sicut hominem: sed quodam loquēdi modo sic utitur scriptura ppter homines. xv. de ciuit. cap. xxv. Verū cū scriptura loquitur de pœnitentia dei rerū, innuit mutationē immutabili præscientia dei permanente: sic q. non pœnitent est non immutari. Et vij. de ciuit. cap. vij. Sic pœnitent eum fecisse hominē, cum ipsum uult extinguere, & occidere. Item cum punit miseros, quasi sint profus exterminandi, & in nihilum redigendi. ¶ Ad aliud de uisione dei; q. non sit magnū quid: Dicendū. immo magnū est, & singulare: nec mali uidebunt in inferno deitatem, nec oculo corporali in genere proprio gloriā corporis post iudicium. Quia uerō Paulo concessum fuit uidere in raptu gloriā dei, & sanctorum, & eam habere uisionē de deo, & sanctis, quā sancti habent, fuit gratiæ singularis, datum ei pro eruditioe ecclesiæ. ¶ Secundum dubium. An damnati ita sint pœnis addicti, & absorpti, q. magis uellent non esse, quā esse miseri, ad euadendum tantam miseriam, & culpæ, & pœnæ. Hanc materiam tractat Aug. iij. de lib. arb. cap. vj. & sequentibus. & Boerius quarto de consolatione, Prosa secunda. Vnde quæstio ista ut proposita est, sonat de facto: sed Augustinus eā tractat de posse: An scilicet aliquis possit uerē dicere: mallet non esse, quā miser esse. Sic etiam Scotus quærit: An aliquis potest appetere non esse propter miseriam fugiendam: miseriam inquam, uel pœnæ, uel culpæ. Et tunc de facto damnatorum quæritur: an appetant non esse. Beatus Aug. primō tangit dictum aliorū: quod impugnat: dehinc quid sibi uideatur, adiungit: concludendo q. nullo pacto fieri potest, ut non esse aliquem libeat. capit. vij. in fine. Dicebant aliqui: mallet non esse, & magis uolebant, quā esse pœnale: sed Aug. hoc dicit esse mentitū. Sed q. modo aliquis maualt esse pœ-

nale, quā non esse, prouenit ex eo: q. si aliquis miser, qui nunc est miser, dicit, magis uolo esse miserum quā non esse simpliciter, hoc est ex eo: q. a timer post non esse incurfurū se maiorem miseriam quā nunc habeat: & ita non præfert miserum esse ei quod est non esse, sed maiorem miseriam minori, & ne incurrat maiorē post non esse, maualt esse miserum, quā non esse simpliciter. Secundō ex eo, ut in c. vij. Diceret enim aliquis: ideo magis uolo, uel miser esse, quā omnino non esse: quia iam sum. Si autem priusquā essem, possem consuli, eligerem non esse potius, quā ut essem miser. Nunc enim q. timeo non esse, cum miser sim ad ipsam miseriam pertinet, qua non id uolo, quod debeam uelle. Nunc uerō fateor me qui dem miserum esse malle, quā nihil, sed tātō stultius id uolo, quanto miserius, tantō miserius, quanto uerius uideo nō hoc me uelle debuisse. Ita beatus Aug. impugnat. Et primum id: mallet non esse, quā miser esse. Quia hoc absurdē dictum est & inconuenienter: qui enim dicit malle hoc quā id, eligit aliquid. sed non esse cum non sit aliquid, eligi nō potest, quia quod non habet esse non cadit sub electione. cap. vij. Et si aliquis maualt esse miserum quā non esse: ne post non esse incurrat maiorem miseriam: inconuenienter dictum est: quia post non esse non potest aliquis esse miser. Nam esse miserum præsupponit esse: ideo post non esse incurrare maiorem miseriam, pro nullo supponit. qui enim non est, nō est miser, ut manifestum est. Quia si quis dicit, uolo quidem esse miser, cum sum miser: sed hoc non debuissē, uel non deberem uelle: Quæritur, quid igitur uelle debebas? Respondet. Non esse. Contra. si debuit uelle quis non esse, ergo non esse fuit melius, quā miserum esse: sed quod nō est non potest esse melius, per consequens nec eligendum: & ita illud dictum destruit se ipsum. Hæc. cap. vij. ¶ Videndum est primo: an aliquis potest appetere non esse. An ali-

Cōcl. r.
An aliquis potest appetere non esse.

cise nullo modo potest appetere non esse appetitu naturali primo modo sumpto, ut est naturalis rei inclinatio: sed nec secundo modo: ut est actus elicited confor- miter inclinationi naturali, & hoc recte, siue secundum dictamen rationis inculpabilis propter fugere malum poenae. Probatur: quia natura rei cuiuslibet eo quod est, uult esse, & permanere, & suum esse est appetere sui naturalem perfectionem. Ad hoc est Philosophus, ij. de anima. & secundo de generatione. immo oppositum implicat. si enim res est natura talis, naturaliter appetit suum esse, & suam perfectionem: & si uult non esse, iam uult esse, & uult non esse: immo odit suum esse, & per consequens esset, & non esset. Item desiderium naturale est ad quietem: iam non esse, non est quies naturae, nec esse potest: quia quies naturae praesupponit naturam esse: sed non esse naturam interimit: ideo naturali desiderio nullus potest appetere non esse pro fugiendo malo poenae. Probatur. nullus potest appetere non esse secundum rationem rectam, & inculpabiliter: nisi propter fugam alicuius alterius, quod est simpliciter magis uolendum, quam non esse. sed malum poenae non est huiusmodi respectu non esse: quia nullus secundum rectam rationem plus appetit iniustum, quam iustum. sed poena est aliquid iniustum a lege inflatum: & a deo homini impositum: non esse uero nihil est. per consequens cum nihil habet de ratione iustitiae: & inter esse, & non esse nulla est proportio: manifestum enim est, quod malum poenae dicit aliquid posituum, & quod est ordinatum culpae: ergo secundum rationem rectam, & uoluntate deliberatiua sequente rationem rectam, esse miserum quantumcumque: miseria poenae, est plus sustinendum, quam non esse. Item ex non esse non fit homo melior, quam si esset simpliciter miser: sed omnino perdit esse: sed cum homo aliquid eligit quod est appetendum, necesse est fiat melior, cum ad id peruenit secundum Aug. c. viij. ut supra. Melior uero esse non potest, qui non erit. nemo igitur recte eligit ut non sit. Praeterea, in quo nulla est ratio boni, in isto non est ratio eligibilitatis: sed in non esse, quod est nihil, nulla est ratio boni,

uel melioris: ergo. Item miseria poenae non est mala simpliciter: nisi in quantum aliquid bonum tollit: sed omnino non esse plus tollit de bono, quam esse miserum, ergo peius est non esse, quam esse miserum poenale, si licet ita loqui. ¶ Secunda propositio. Licet creatura rationalis non potest recte appetere non esse propter fugere quantumcumque poenam: uel tristitiam uoluntate deliberata sequente rationem rectam, potest tamen appetere non esse uoluntate sequente rationem erroneam de facto, & iniuste: ut gratia exempli hi, qui se interimunt urgente miseria: existimantes fore aliquid melius: & tolerabilius post hanc uitam ad quod cofugiunt. sed sic uolunt esse melius, & non eligunt non esse omnino. Si uero ducti errore simpliciter uolunt non esse: ut euadant esse miserum: iam uere sunt in errore, & miseria summa: & si quaeritur ab eis quid eligant, respondebunt non esse profectum se nihil eligere etiam si hoc nolint, respondere conuincitur. Et subiungit. Nemo uidetur uere, cum seipsum necat habere in sensu, quod post mortem non sit futurus: tamen si aliquantulum hoc opinetur. Nam opinio aut in errore: aut in ueritate ratiocinantis est, uel credentis. Sensus autem consuetudine, uel natura ualeat. Potest autem fieri, ut aliud sit in opinione, aliud in sensu. Saepem enim homo credit aliquid esse faciendum, & tamen contrarium delectat facere. Exemplum. Aeger credit sibi obfuturam aquam frigidam, si bibet eam, & tamen eam delectat plurimum bibere aquam. Cum ergo quis impellitur ad mortem subeundam intolerabilibus angustiis, quibus praemittitur, aestimat quidem, uel opinatur; quod post mortem non erit: & ita habet in opinionem errorem omnimodae defectionis: in sensu autem naturali desiderium quietis. Omnis itaque appetitus ille in uolendo, aut arripiendo mortem, est non ut qui moritur, non sit, sed ut requiescat, qui mortem elegit. Cum ergo ductus errore credat se non esse post mortem, natura tamen ipsa quietem desiderat, hoc est esse. Nullo ergo pacto fieri potest, ut non esse ali-

Prop. 2.
Quo
creatura
potest ap-
petere
non esse.

Prop. 3.
G
Si licet
appete-
re non esse
pro fugere
malum
culpae.

Homo tene-
tur dili-
gere se-
ipsum.

quem libeat. Ita habet Augustinus. cap. viij. Item priuatio mali non est bona, nisi per afflictionem boni oppositi: sed per non esse nihil boni potest consequi qualitercumque fingatur: sed tollitur omne bonum, & esset, ideo sic eligens nihil eligit, & est eius electio erronea fundata in opinione super nihilum. ¶ Tertia propositio respondet ad hoc: si licet appetere non esse propter fugere malum culpae. & est haec. Magis deberet homo appetere non esse, quam uelle peccare. Ita habet Scotus. Istud dictum potest multipliciter intelligi: secundum quod uoluntas creata potest dici se tripliciter habere respectum non esse. Primo, ut sit causa sui non esse: sic est causa culpae suae: & sic dubium nullum est, cum quaeritur an propter culpam fugere, debeat aliquis uel non esse: quia ualeat: an propter fugere culpam debeat aliquis se uelle cum effectu annihilare. Nam uoluntas non potest esse causa per se suae annihilationis. Secundo potest esse sensus, quod sit causa suae annihilationis, quantum est de se: ita quod si posset cum effectu se annihilare uellet non esse. & sic iterum nullum est dubium: quia uelle se occidere, & prorsus annihilare quantum est de se, ita quod non stat per eum quo minus &c. est graue peccatum, & secundum Scotum ponitur secundum peccatum post odire deum, uelle se non esse uoluntate deliberata, & perfecta. Sicut enim homo post Deum tenetur se plus diligere: ita & post Deum minus odire. Ergo plus tenetur cauere odium sui ipsius post Deum, & per consequens plus diligere suum esse post Deum. Et secundum hos sensus propositio non intelligitur scilicet, quod homo deberet magis appetere non esse, quam uelle peccare. Sic enim appetere non esse, est peccare. Tercio potest esse sensus, quod uelit non esse eo modo ut appeti potest contra peccatum: sic. si Deus uellet eum annihilare, uel praecipue annihilari per suum ministrum, potius uelit illam annihilationem sustinere, quam mortaliter peccare. Ita quod uoluntas sua non sit causa effectiua per se annihilationis quo ad primum, nec quoad secundum causa

appetens, sed sustinens; nec repugnans cum Deus uult ipsum annihilare, uel annihilari. Et sic stat propositio. Et potest esse ratio in nullo enim casu licet peccare: sed semper fugiendum est peccatum secundum rationem rectam in omni casu. ergo siue uiuens, siue moriens semper tenetur nolle peccatum: & sic secundum rationem rectam eligere non esse ut mortem euadat culpae: cum Deus uult ipsum annihilare. Sic ergo uoluntas potest appetere non esse: non ut sit causa effectiua sui non esse: sicut est causa peccati: sed cum mentis promptitudine ad sustinendum potius annihilari a Deo, quam ipsum culpabiliter offendere, si Deus uellet ipsum annihilare. Hoc autem uelle, non est uelle simpliciter, & proprie dictum: sed est non nolle quodam modo, aut non recalcitrare, uel reniti, aut minus fugere, uel minus odire. Sic dicitur: inter duo mala minus malum est eligendum. negatiue exponendo: id est nullum est eligendum: sed minus malum minus est odendum: immo sustinendum quandoque. Sic dicit Scotus. Quando proponuntur duo mala, minus, & maius malum, in eligendo minus malum est fugere maius malum: quia secundum habet rationem boni respectu alterius u. Ethicorum. c. vj. Sic intelligendo dubium: uoluntas creata rationalis pro nulla re potest malum culpae eligere, nec pro uitando quocumque malo etiam sui ipsius totali annihilatione. alias peccaret mortaliter. Probo. quilibet tenetur uitare peccatum, & seruare praecipuum diuinum, quamdiu manet obligatorium, & non reuocatur. sed non nolle, uel non nolendo se annihilari a Deo: non transgreditur quis praecipuum diuinum: sed solum facit contra inclinationem naturalem. Vitare uero peccatum est praecipuum diuini: quod non est reuocatum, sed obligatorium, ergo magis debet eligere id, quam peccare: hoc est non nolle annihilari ut euitet peccatum. Praeterea tenetur suam uoluntatem conformare uoluntati diuinae, quae est nunquam peccare, & nunquam diuinum praecipuum obligatorium contranere. ergo &c. Praeterea quia duo occurrunt secundum diuersas

Quilibet tene-
tur uitare pec-
catum.

regulas semper id est faciendum, quod est secundum regulam superiorem, & plus eligendum. Sed vitare peccatum in omni casu est simpliciter diuini praecepti, non reuocari. Non nolle non esse est secundum inclinationem naturalem, quae est inferior, & habet regulam primam superiorem; quae est diuina uoluntas. Appetitus uero naturalis cum non sit liber; sed a Deo determinatus ad hoc: hoc sic naturaliter uolendo, non peccat, nec est malus. Nec appetitus liber rectus est, cum est conformis inclinationi naturali: sed sua regula est uoluntas diuina, cui tenetur se nunquam culpabiliter difformare. Cum ergo accidit casus, quod uoluntas libera non potest fugere inobedientiam Dei, nisi sustineat sui annihilationem a Deo: quia non licet sibi se difformare suae regulae primae inobliquabili, & plus tenetur diligere Deum, quam se: tenetur subire aliud uolenter. Et ista subitio, siue acceptatio non esse in hoc casu, quandoque dicitur electio. i. non recusatio seu recalcitratio, uel etiam dicitur electio. i. non nolitio.

Dicitur est quandoque: nisi reuocetur preceptum diuinum. Volunt enim aliqui, & praesertim Sco. dist. praesenti, quod circa creaturam non est aliquod peccatum ex genere mortale, sed tantum ex precepto diuino, quo stante est peccatum mortale si transgreditur. ut occidere hominem cognoscere non suam: quae non sunt peccata ex se reuocato precepto diuino: quod & fieri potest. Nam deus potest facere de non precepto preceptum, & de precepto non preceptum. Praeterea. cum quis sic non recusat, seu non nult non esse, ut euadat peccatum, id facit, quia Deum diligit, & eius honorem intendit: eiusque offensam fugit. Sed hoc est agere secundum rationem rectam, ergo potest iuste, & licite. Ita etiam secundum Durand. in iij. dist. xvj. q. ij. Hinc non est uersimile, quod philosophus crediderit esse uitam beatam, de qua Christiani loquuntur post hanc uitam: & tamen. jx. Ethic. dicit, quod propter bonum actum uirtutis debet se uirtuosus exponere morti: non quod occidat seipsum: sed quod alteri se offerat occidendum, priusquam aliquid turpe committat. Ergo multo

magis pro honore Dei debet homo se exponere in casu mortis, ne actum aliquem diuina lege prohibitum committat. Nec ualet dicere, quod philosophi loquuntur de uita praesenti: quia mortalis, & non constans. Vita uero immortalis talismodi actui praepnderaret. & ita si esset uita ista uita immortalis, aliud dixisset. Ratio est. diurnitas, siue perpetuitas nihil facit, & praepcepta affirmatiua obligant ad semper: negatiua ad semper, & pro semper: ita quod nunquam licet contraire praepcepto. Si enim aliquis tenet aliquid facere, uel omittere, quia est praepcepti, uel prohibitionis, quandoque statuit illa tenetur ad ea. Et si quis tenetur non agere contra rectam rationem, nunquam licet contra eam agere. Ergo siue uita ista sit mortalis, siue constans, nunquam licet turpiter agere. **Quarta propositio.** Quamuis damnati debent appetere non esse propter fugere malum culpae, attamen propter uoluntatem peruersam, ac in malo obstinatam de facto non appetunt non esse propter fugere malum culpae. Non enim displicet eis culpa, quia offensua Dei: sed quia causa poenae, & materia uermis, qui non moritur, ac remorsus conscientiae. Quia ergo iusta poena, quam demeruerunt, eis summe displicet: eo quod immanes, & inordinate se diligunt: ideo peccatum odiunt, sed non odiunt peccatum sub ratione peccati praecise. Hinc Psal. lxxij. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. **Quinta propositio.** probabile est dictum, damnatos de facto appetere non esse ratione libera, sed erronea propter euadere malum poenae. Possibilitas patet ex propositione. ij. Illa uero loquitur de facto. Apoc. jx. Desiderabunt homines mori, & fugiet mors ab eis. Item Aug. inquit de miseria huius mundi. O mors, quam dulcis es, quibus amara fuisti. Te solum desiderant, qui te uehementer oderunt. Item ostenditur ex eo: quia uellent quidem beatificari, etiam sine merito, si possibile esset. Exemplum de diuite qui petiuit refrigerari linguam suam in flamma. Et quia id non est possibile, uellent non esse: & cum sciunt id esse impossibile, sicut, & primum, nihilomi

Prop. 4. Quo danti non appetit non esse propter fugere malum culpae.

Coroll. H. pp euadere malum culpae & miserie eligendum est non esse.

Prop. 5.

hilominus uolunt utraq: quia uoluntas est impossibile. Hocce uelle a Pal. nominatur quaedam uelleitas, sed non perfecta uoluntio: quia talis secundum eum est solum possibile. Sciunt autem utrumque impossibile stante lege. Praeterea non esse non est maximum malum, nec per se odibile: sed miseria est per se malum, & per se odibilis: ergo quilibet naturaliter ipsam refugit, nec ab hac fuga retrahitur. Item non esse est diutaxat negatiue oppositum ad esse, & non contrarie, quia non esse non dicit aliquid mali positum. Praeterea sicut non esse ab aeterno non fuit malum, sic nec post est malum: nec aliquis unquam contemdit cum Deo, postquam recepit esse, quod non fuerit prius natus in tempore. Praeterea esse non est per se obiectum affectionis commodi. Hinc ait Sco. Si daretur mihi optio: ego potius eligerem non esse simpliciter, quam in tali, & tanta miseria esse. Dicitur est uoluntate erronea, ut supra. **Corollarium.** Propter euadere malum culpae, & miseriae, eligendum est non esse. i. plus sustinendum, sed non propter euadere malum poenae secundum rationem rectam. Vnde damnati magis deberent eligere esse in miseria poenae, quam simpliciter non esse. **¶** Si quaeritur, an damnati, qui nunc iuste luunt poenam suorum peccatorum ordinatione diuina, plus debeant uelle peccatorum suorum uindictam, quam quod eorum culpa remaneant impunitae: Videtur dicendum. Sicut iuste damnatus ad mortem potest eligere, & uelle non mori, utque sibi condonetur misericordia, & remittatur gratuite culpa: Ira damnati possent absolute loquendo, si possibile esset eos redimi a poenis, uelle sibi condonari remissionem peccatorum, & misericordiam officium impendi. Nec sic iniuste ageret Deus: nec iniuste ipsi uellent ceteris paribus remissa offensa ab eo, qui habet potestatem. Durand. q. ij. dist. xvj. **¶** Contra nunc dicta uidetur esse Matth. xxvj. de Iuda. Melius erat illi, si natus non fuisset homo ille. Ergo non esse uidetur melius, & eligibilius esse misero, & magis uolendum. Item Ansel. lib. j. Cur Deus homo. cap. xxj. Fateri me necesse est: quia pro tota creatura nihil

deberet facere contra uoluntatem Dei, sed annihilari eligendum esset. Item Eccles. xlj. O mors, bonum est iudicium tuum melius illi erat, si natus non fuisset. Item Ionae. iij. Melius est mihi mori, quam uiuere. Ergo ut uidetur magis eligendum est non esse, & mori, quam uiuere. Ad hoc uidetur esse Glo. Matth. xxvj. super illud. Bonum erat & c. dicens. Multo melius est omnino non esse, quam male esse. Et infra. Simpliciter melius est non esse, quam male esse. **¶** Ad primum respondet Durand. & Palud. quod intelligitur. Melius fuisset ipsum solum nasci in utero cum solo originali, quam extra uterum cum maximo peccato actuali, & apostasia. Et illam expositionem etiam innuit Glo. ut supra Matth. xxvj. Bonum erat illi, ut Christo non nasceretur per uocationem: ut non esset apostata per uocationem. Item bonum erat illi non nasci diabolo ad peccatum. Aliter ly melius (quod tamen in textu nostrae translationis non ponitur: quia dicitur: Bonum erat illi) est exponendum negatiue. i. minus malum: hoc est: minus esset nolendum Iudae simpliciter annihilari, uel nunquam habuisse esse, quam sic peccasse. Ita quod si Deus uoluisset eum redigisse in nihilum, uel in nunquam esse: id plus fuit acceptandum, & sustinendum Iudae sine omni repugnantia, & contradictione, quam uoluisse deum offendere. Et sic potest exponi de natiuitate gemina, siue in utero, siue extra uterum. Sicut enim chimera non potest esse aliquid melius, cum chimera nihil sit: Ita non esse, non potest esse aliquid melius: quia nulla est proportio non esse ad esse. Et Iudas non fuisset deterior sustinendo quamcumque poenam, quam si omnino non fuisset. Gloss. ibidem seipsam exponit, cum dicit. Multo melius est omnino non esse, quam male esse. Adungitur enim. Uisitate, & non simpliciter hoc dicit. Nam secundum ueritatem minus nolendum est omnino esse non esse quam male esse in culpa. Loquitur enim Euan gelium de malo culpa. Quia autem textus sic stare debeat uisitate, & non sim-

Circa creaturam non est aliquod peccatum ex genere mortale sed tantum ex precepto diuino.

pliciter, patet: quia statim sequitur. Vel licet sic dicere: simpliciter melius est &c. exponendo ut in propositione. iij. id est, minus malum est non esse, quā male esse: hoc est esse in peccato. uel sic: minus recusandum est omnino non esse, quā uelle peccare. Nicolaus de Lyra breuiter, & bene dicit. Minus malū est non esse simpliciter, quā esse damnatū: quia etsi non sit minus malū ratione pœne adiūctæ, q̄ non priuat totum esse creatum: minus tñ est malum ratione culpæ mortalis, quæ inseparabiliter adhæret dānatīs: nec solū priuat bono creato sicut pœna: sed increato, & infinito. Ideo esse miserum mīseria mortalis culpæ æternaliter peius ē, quā sit non esse simpliciter. Hæc ille. Secundum hoc exponi potest Gloss. negatiue. Multo melius est omnino non esse. i. minus malū: quā male esse in peccato. Ad Ansel. respōdet Scot. q̄ arguit de mīseria culpæ. Ad auctoritatem Eccl. xlvj. dicendū. Loquitur de fidelibus expectātibz uitæ æternæ: sed tales non uolunt simpliciter nō esse: sed cupiunt dissolui, & esse cum Christo &c. Sic ad dictū Ionæ. Ad Glo. patuit. q̄ Tertium dubium. An potest concedi, q̄ beati cōpatiātur dānatīs. Dicendum post Durandum, Holcot, ac Palud. Duplex est compassio. scilicet secundum passionem, & electionem. Compassio secundum electionem est actus uoluntatis sequens rationē: quia quis uult alteri subuenire, & malū ab eo repellere. Vel sic. Est uolūtio, quia quis desiderat malum ab alio repelli. Desiderat inquam, cum effectu, si potest alteri subuenire. Sed quia damnati decesserunt cum finali impœnitentiā: beati nō habent propriē compassionem cum eis secundum electionem: quia nec uolunt (cum sint conformes uoluntati diuine) nec possunt eos liberare a pœnis. Hinc in uita peccatores adhuc possunt conuerti: ideo quia habetur cum eis compassio: non sic cum obstinatis in inferno: quia sunt in termino. Compassio secundum passionem est motus appetitus sensitui præueniens rationem, per quem aliquis condoleat alteri quasi cum eo patiendo &c. Sic etiam non est in beatis. Vel enim præueniret rationem, sed

hoc est cōtrarium statui beatorū, in quo est omnimoda potētiarū tranquillitas, & subiectio summa inferiorū ad superiores potētiās. Vel sequeret rationē. sed nūc ratio cōformis est diuine uolūtati uolenti peccatū uindicare. Sic suo modo dicēdū: sic q̄ritur an beati delectentur, & gaudeant in malorū dānatione, de quo supra. Volūt. n. mali correctionē propter p̄ctū cōsecutiue: & nōllēt eā, si nō peccassēt. Gaudeat quoq; p̄ talē euaserūt miserā dānatorū. Quartū dubiū. Qūo in inferno dicuntur esse tenebræ corporales. Dicendū dispositio inferni talis erit, ut cōgruit statui damnatorū. Erūt ergo ibi uel lux, uel tenebræ, ut eorū congruit miseriz. Et licet uisio secundū se delectet, tñ per accedens pōt esse multipliciter nolita, & cruciatuua, cū offerēt summē nolitū, & horrēdū, uel oditū. Sap. ij. Grauis ē nobis ad uideūdū. Videtur ergo, q̄ habēt aliquid lucis p̄ uisione etiā corporali cōristatiuū. Dominus deus nouit, quid eorū deceat miseriz gehēnalē. Indubiē sicut bonis omnia in bonū: ita malis in malū erūt singula. Diuersi diuersas assignāt obtenebrationis causas: sed uident esse diuiniōes &c. Sufficit in ea parte textus Euāgelicus.

Dub. 4.
K
Q̄o in inferno dicuntur esse tenebræ corporales.

QVAESTIO II.

SECUNDO queritur de inæqualitate pœne dānationis. Vtrū omnium hominū dānatorū in inferno sit inæqualis pœna dāni, & sensus p̄ eorundē demerito. Quantū ad articulū primū supponitur hic ex dist. xlvj. de pœna duplici, positiua, & priuatiua dānatorū: quod duplex quælibet earū: de eius cā defectiua, uel effectiua quæ sit. Item supponitur ex dist. xliij. q. iij. quid nominis dānare: & q̄ duplex est pœna: sensus & damni: & pœna sensus multiplex. Rich. dist. presentis. q. ultima dicit. Pœna dāni est perfectionis ad quā apti nati erant carentia ex peccato causata. Scot. aliā, & aliā habet in diuersis textibus scriptis; & impressis, ut patet intuenti. Hoc autem in summa uidetur uelle. Pœna damni est non solum carentia uisionis, & fructuionis Dei: sed ea

Artic. 1.
A
De pœna duplici positiua, & priuatiua.

rentia inuoluntaria boni conueniētis aliqui debiti inesse, & apti nati inesse non re moris sed p̄pinq̄ui. Aliqui textus habēt: nō in potētia remota, sed p̄pinq̄ua. So la. n. carentia nō est pœna secundū eū, sed carentia inuoluntaria. Oportet enim carentiam esse nolitam, si debet esse pœna. Sed quō tunc in pueris non regeneratis erit pœna damni sola quia nō nolūt beatitudinem propriē, quā nunquā cognouerūt. ut supra dist. xliij. q. iij. Nec eorum carentia est propriē inuoluntaria. Præterea nec patres fuerunt inuoluntarij contrariē in lybo cōstituti, qui habuerunt pœnā damni tantū, & non sensus. Item pueri nondū regenerati nunquā fuerunt in potētia p̄pinq̄ua ad beatitudinis consecutionem: quia nō adere filij regni per gratiam, & fidē formatā charitate, & per consequens non cohæredes Christi &c. Forte posset dici, q̄ in proposito pœna damni etiā potest dici pœna sensus: alia, & alia ratione. Non enim negandū est; quin adulti, qui actualiter peccarunt habēt pœnam damni. Et q̄ Scot. hic non loquitur de pœna damni, ut est debita p̄cise originali peccato: sed actuali: & ita procedit eius notificatio. Alio enim modo beatitudo debita est adultis, & paruulis habentibus fidem, & charitatē: aliter paruulis nondum regeneratis. Talibus enim nunquam fuit debita in potētia p̄pinq̄ua propter carentiam charitatis. Siquidem paruulo omnino, & puero in naturalibus defuncto, & sine peccato originali, beatitudo nunquam fuit propriē debita, immo non debita, quia caruit gratia sine qua lege stante non datur gloria: & ita eius carentia propriē non dicitur damnum, uel pœna cum non præcessit culpa. Sicut non est mihi damno, si nō exalter in papā, quia est mihi nō debitū. Et angelis maioris gratiæ indebitæ ex merito carētia propriē nō dicitur dānū, nisi damnū sumatur largē ut dicit nū de boni alicuius nō incōuenientis creatoris rationali carentiam. Alias multi angeli, & sancti in celo haberent pœnam damni. Præterea pœna damni, de qua hic sermo: annexā hēt, & quasi inseparabiliter, pœnam uermis &c. Immo in eius

ratione includitur pœna sensus: quia est carentia inuoluntaria. Consequēter supponitur ex dictis, q̄ quæstio non quærit de inæqualitate secundū durationē: quia omnium dānatorū pœna erit p̄pinq̄ua &c. Quantum ad articulū secundū est cōclusio prima. Sicut omnium beatorū cōmune, & essentialē est, uel erit præmiū, & officii Deū cōtemplari, & eo beatificē frui sine fine: ita omnium damnatorū cōmune, & essentialē erit stipendiū, & damnū eius beatifica uisione, & fructuone p̄pter peccatū pro perpetuo carere cū tristitia, & dolore. Patet ex dictis. Secunda cōclusio. Inæqualitas damnationis, & pœnæ infernalis siue sensus, siue damni non est formaliter, & p̄cise ex sola, & nuda carentia obiecti beatifici. Patet ex dictis de inæqualitate præmij beatorū. Carentia uerō cum sit priuatio boni, siue commodi, quod pœna dāni: siue honesti, qd pœna obstinationis priuat secundū Scotū ut supra, non recipit magis, neq; minus ratione huius, quem priuat. Omnes enim damnati carent uisione beatifica: & sunt prorsus in malo obstinati. Et sic certa ratione æqualem possunt dici habere pœnam priuatiuam damni, & obstinationis: quarum nulla habet causam effectiuam, sed defectiuam. Possent hic plures propositiones poni, in quo consistat inæqualitas &c. Sed facile clarē suppositis dictis distinct. præcedente. quæst. ij. de inæqualitate gaudij beatorū. & dist. xlvj. de pœna quadruplici, seu duplici, ac multifaria comitante tristitia. & distinct. xliij. q. iij. Tertia propositio. Si admittitur opinio, q̄ anima se habet passiuē respectu beatitudinis formalis, potest etiam concedi probabiliter, q̄ aliquis actus malus non est in potestate damnati: sed a Deo totaliter producit in eo, & seruatur in eo pro uarietate demeriti. Probat: quia non uidetur ratio diuersitatis. Si dicitur: Non potest negari uoluntatem esse causam actus, qui in ea est. Alias. n. p̄ uiret omnis uia probandi aliquid esse causam alterius, cum posita causa, & effectu, affectus dicitur esse ab alia causa productus. Respondetur negando assumptū. Quādo. n. una causa partialis est per

Artic. 2.
Cōcl. 1.
B

Cōcl. 2.
Inæqualitas dānationis nō ē formaliter ex sola carētia obiecti beatifici

Prop. 3.
C
An sit cōcedendū, qd aliquis actus malus non sit in potestate dānati.

Dub. 3.
I
An potest concedi q̄ beati cōpatiātur damnatis.

se sufficiens, & independens ad effectus totalis productionem: alia uero non est per se sufficiens, sed dependens: non potest euidenter sciri, an a sola causa independere, & per se sufficiente sit effectus productus: uel ab utraque, maxime cum est causa omnino libera. Et quia in omni actione concurrat Deus, qui solus in genere esse efficientis sufficit ad effectus productionem, non potest euidenter sciri, utrum etiam causa secunda effectiue coegerit: cum causa secunda nihil possit sine prima: sed non e contra. Dicitur est: Euidenter sciri. Si quaeritur: qui sunt illi actus, uel quis sit ille actus: crediderim potissimum esse eos, in quibus consistit precise eorum damnatio essentialis, si conceditur ita loqui: puta odium dei, ac diuinarum perfectionum, que uidentur eis ut malum sibi &c. ac tristitia de ratione; multiplicis beatitudinis priuatione, & carentia. Licet enim in Deo non sit aliqua ratio mali, potest tamen apprehendi ut supra sub ratione punientis, & condemnationis actus damnationis in damnato productis, & seruatis &c. & ita odio haberi saltem in effectibus suis. ¶ Si dicitur: odium Dei est actus essentialiter malus, & ita non potest fieri a Deo, a quo cuncta bona procedunt: Dicendum ut supra in iij. dist. xxiij. q. iij. Actus aliquis dicitur essentialiter malus: quia non est malus denominatione extrinseca, sed intrinseca. Si uero essentialiter ualeat, non est essentialiter malus: quia nullus actus necessarius est, sed contingenter, maxime respectu dei, quia quicquid a Deo est, bonum est. Potest tamen respectu creature cogentis forte contra preceptum dici male fieri, uel esse malus. Sicut duo trahunt nauim, unus ex precepto, alter contra legis prohibitionem. Si ergo odium Dei in damnato a Deo producitur, & in uoluntate eius recipitur, odium id pro substrato est effectus Dei, & ut sic quoddam positivum habens esse, & bonum esse entitatie. Sed pro quanto uoluntas per ipsum tendit in Deum, ipsum ostendo contra rectam rationem uoluntatis sue prauitate, potest dici malus moraliter. Consequenter huiusmodi odium si ponitur, non imputatur deo; a quo bene, & iuste

Quo dicitur
odiu dicitur
est actus
essentialiter
malus

producitur, secundum illam opinionem: sed anime, uel demoni damnatis potest imputari ad peccatum, si Deus uellet: qui licet necessarius, uoluntarie tamen dedit, & non coactus in obiectum, contra dictamen rationis recte demeruit enim talem actum in se recipere. Nec necessarium est dicere, quicquid sit de terminorum impositione, quod omnis actus malus debet esse a potentia, quam uitaliter immutat elicitus. Sufficit (ut uidetur) quod per eum potentia receptiua eiusdem tendat in obiectum contra dictamen rationis recte non coactus, siue sit ab eo elicitus, siue non. Si allegatur philosophus de conditionibus requisitis ad actum bonum, quod eliciatur secundum dictamen &c. seu fiat scienter electione, & quia ratio sic dictatur: potest dicere tenere uolens hanc opinionem. Philosophus loquitur secundum statum presentem. Nesciuit enim statum futurum glorie, uel miserie. sicut & Augustinus, ut supra multa attribuit, & corpori, & anime quoad agere, & parti pro statu futuro, que nunc ei non conueniunt. Consequenter licet talis modi odium Dei, si admittitur, necessarius recipiatur ab anima, ita quod non possit non recipere necessitate immutabilitatis: non tamen inuoluntarie: & quia per eum actum in se receptum uoluntas dedit in Deum contra rationem: ideo culpabilis. ¶ Si dicitur, ergo uoluntas diaboli, uel anime obstinata cogitur ad peccandum, quod est contra libertatem uoluntatis, cui repugnat omnis coactio. Probatur consequentia: quia si non potest carere actu culpabiliter: ergo necessarius habet actum peccati. si necessarius habet, ergo cogitur peccare. Nam ille cogitur ad aliquid, qui ad id necessitatur. Nec uidetur aliud peccare, nisi facere contra Dei dilectionem, & prohibet odium Dei, & proximi. Præterea actu illo uiolentatur: ergo cogitur. Tenet consequentia. idem est uiolentari, & cogi. Antecedens probatur. quia accidit contra uelle suum. Nullum enim actum uult. Non quem elicit. Istum uero non elicit: sed solum in se recipit, potest uelle non habere actum illum: immo uult eum non habere: ergo habet eum contra uoluntatem: per consequens

An uoluntas
diaboli,
uel anime
obstinata
cogitur
ad peccandum

sequens uiolentatur. Antecedens probatur: quia uult non esse misera: ergo uult carere actu, quo fit formaliter misera. Non enim potest uelle contradictoria: ergo non potest uelle non esse misera, & uelle habere actum, unde est misera anima, uel miser diabolus. ¶ Ad primum negatur: quia cogit ad actum peccati, uel ad peccandum: licet necessarius odiat: quia uolens odit, nec uiolentatur: quia non contra uelle sed secundum uelle. Nam hoc odire est uelle oditum non esse, uel male esse, & defectibiliter. Potest tamen uelle actum illum: sed non potest uelle uolitionem inexistentem: quia uelle obiectum, & nolle ipsum uelle, contrariant. Potest tamen se non reflectere super actum. Si tamen reflectit se, non potest nisi actum illum uelle. Nec solum uult actum, quem elicit, sed omnem actum, quem habet. Ad aliud negatur: quod uiolentatur: nam secundum Durandum. dist. xlix. q. iij. id solum est coactum, quod est contra inclinationem reus: sed intelligere, & uelle sunt de inclinatione intellectus, & uoluntatis, & nulla potentia cognitiua, nec appetitiua cogitur respectu actus proprii: quia nec hoc inuenitur in potentijs naturalibus. Coactio. n. est contra naturam rei. Hec ille. Cetera dicta sunt. Ad aliud negatur, quod potest actum illum non habere. Ad probationem, conceditur, quod uult non esse miser: sed negatur, quod ergo uelit non habere actum illum, quia uult habere actum illum, saltem potest, & potest uelle actum illo non esse miser, licet hoc sit impossibile. Voluntas enim est impossibile. Unde uoluntas potest uelle contradictoria, seu contradictionem includentia, quia secundum plures demon petiuit æqualitatem Dei, quod includit contradictionem. Nec ex hoc sequitur contradictoria esse simul uera. Hec recitare placuit citra assertionem, secundum opinionem, quod anima se habet passiuè; non actiue respectu beatitudinis, aut damnationis formalis, & tunc facile est saluare inæqualitatem pene damnationis per uarietatem demeriti soli Deo sufficienter cogniti, & uicissim pœnam correspondentem dare potentis, & uolentis pro qualitate culpæ maioris, uel minoris. ¶ Quarta propositio. In inferno erit æqua-

Prop. 4.

lis pena omnium damnatorum: loquendo de æqualitate proportionis: sed non quantitatis, & molis. Patet, ut supra de æqualitate glorie, & premij celestis. Quilibet. n. p. qualitate culpæ pœnâ habet talē, uel talē. Hic Apo. xvij. dicitur. Quātū glorificauit se, tantū date illi tormentū & luctum. Et in Psal. Reddet unicuique secundum opera sua. Et prouerbiorum. xxiiij. idē habetur. ¶ Quinta propositio. Si pœna damni notificat, ut supra ar. j. secundum Sco. q. plura, & maiora habuit merita habitus ex hoc, si non fuissent finaliter mortificata maiorem gloriam: & maiorem habebit in inferno damni pœnam. Hæc propositio conditio naliter posita est, quia non claret quod dicitur pœna damni. Cōcedunt aliqui, quod inæqualitas damni est etiam ex inuoluntario tali, uel tanto, ut puta magnus peccator, qui plurimum sese dilexit contra Deum, hic plus est inuoluntarius respectu commodi, quo caret nunc in inferno: & plus nulle peccatum suum propter prauam suam dilectionem, ab eo, quod cum contemptu suum parum curauit commodum proprium. Et ita inæqualitas erit ex parte culpæ: sic quod qui grauiorem habuit culpam, habebit carerem maioris boni. Probant sic. Quod primo actus maiori conatu elicitur: tanto maiori deberet uestiri rectitudine. Cum ergo quis se priuat tanta rectitudine, quæ inesse deberet uoluntati, tanto maiori se priuat bono. Tum secundo. Qui se plus diligit, quam deum, hic magnam habet affectionem commodi: pro consequens magnam habet de carentia boni commodi tristitiam. Nam hic in uia plus appiciatus est commodum proprium, quā Deum: per contradictionem plus tristatur. Valeat, quantum potest. ¶ Sexta conclusio. Pœna uermis conscientie, quod correspondet ad pœnam damni, & proportionem culpæ maioris, uel minoris in damnatis, erit multum inæqualis. Plus enim sentit remorsum conscientie, qui maiora perdidit bona patriæ, quorum se fecit incapax. Fortè unico, & finali actu peccati, aut momentanea delectatione, que nocet habuit fortem tentationem: sed magnam gratiam ad resistendum &c. & pro re nulla finaliter se priuauit

D
In infer
no erit
æqualis
pœna
omniū
damnator.
Prop. 5.
Habitus
maioris
maiorē
habebit
pœnam

Cōcl. 6.
Pœna
uermis
consciē
tie.

Arti. 3. Dub. 1. Non uidetur esse uerū: q̄ maior in culpa habiturus sit maiorem pœnam, & minor minorem. Pœna ordinatiua culpæ est quid positiuū, & bonum. Similiter est quid iustum. Cum ergo esse iustum sit bonum: & omnis pœna, quæ a Deo infligitur pro qualitate culpæ, iuste infligitur: ergo maior peccator maius haberet bonum: per consequens reportaret commodū de malo suo, quod uidetur inconueniens. Respondet Scot. ut habetur supra. Quilibet damnatorum libenter remitteret partem suarum pœnarum, tamen si pœna sit bonum quoddam. Et licet sit simpliciter bonum dandum alicui secundum iustitiam distributionem, & ordinatiuam culpæ: tamen non est bonum simpliciter huic, qui cogitur ferre pœnam, & uolenter sustinet eam; sed est ei malum simpliciter, & disconueniens affectione commodi. Sic gladius acutus bonum quoddam est: sed non illi, qui priuatur uita eius ministerio. Sic pœna non datur maius bonū, q̄ sit ei simpliciter bonum: sed q̄ est ipsi disconueniens, & ordinatiuam eius culpæ. Discōueniens inquam, secundum affectionem commodi, sed non iustitiæ. Et sicut pro bono honesto datur maius bonum commodi secundum iustitiam distributionem ita pro bono inhonesto maius bonū incommodi, & contra affectionem commodi, scilicet pœna. ¶ Secundum dubium. Quomodo uerum est illud Chryso. Homilia. xxiij. super Matthæ. Qui in gehenna uritur, & calorum regnum prorsus amittit, quæ certe pœna maior est, quæ cruciatus ille flammarum. Et infra. Ego illius gloriæ amissionem multo amarius, quam ipsius gehennæ dico esse supplicium. Et infra. Si mille tibi gehennas aliquis proponat: nihil tale dicitur est, quale est a beatæ illius gloriæ honore propelli, exorsumq; esse Christo, & audire ab illo. Non noui uos &c. Et homil. xxviij. iuxta finem. Et si multi gehennam om-

nium malorum ultimum, & supra modum putant: ego tamē sic censeo, multo acerbius esse Christum offendere, quam gehennæ malis uexari. Ex illo dicto uidetur pœnam damni esse maximam in inferno: quæ tamen communiter dicitur esse mitissima, & paruulorum nondum regeneratorum. Dumtaxat enim carent uisione: & si illa esset maxima, maximam haberent pœnam paruuli. Ad hoc dicendum. Ad Chryso. uidetur dicendum, quod inuoluntaria carentia amicitie Dei, & gloriæ cœlestis, exorsumq; esse a Christo, & audire ab illo. Non noui uos (notitia approbationis: seu non diligo uos ut filios gratuita dilectione: sed odio peccatum uestrum &c.) istud maius malum est, & plus odendum secundum affectionem iustitiæ, quam quæuis sola pœnarum sustinentia. ad intellectum datum. q̄. præcedente dubio. ij. In nullo enim casu licet offendere Deum, uel peccare. Sed exorsum esse a Christo, est esse in peccato. Nihil enim odit Deus eorum, quæ fecit: quia fecit omnia bona. Odit autem iniquitatem, quæ non fecit: & propter iniquitatem uult impium iuste punire. Si pœna damni sumitur, ut supra secundum Scot. & Rich. potest concedi pœnam damni esse maximam. Sic enim includit, & boni summi, immo omnis boni carentiæ inuoluntariam, & pœnam sensus condignam peccato. Sic non sumitur, cum pœna paruulorum, dicitur esse mitissima: quæ talis non habet inuoluntarium, nec pœnam sensus: sed est nuda carentia. Sic uerum est, cum dicit. Ego censeo multo acerbius esse Christum offendere, quam gehennæ malis uexari. In nullo enim casu, & pro nullo malo fugiēdo licet Christum offendere secundum affectionem iustitiæ. Præterea habens deum amicum sibi, habet omne bonum, quod uult, & contrariō habens Deum inimicum propter peccatum, caret omni bono, & affectione iustitiæ. Et sicut beatus habet, quicquid uult, & nihil mali uult: ita damnatus, & exorsus Deo, habet quicquid uult, & nihil boni uult. Possent hinc, & alia dici, quæ fundantur in alia, & alia acceptione nominis pœna de quo supra collect. ij. dist.

xxxvi. ¶ Ex his possunt inferri, aliquot corollaria: quorum ueritas maximè fundatur in alia, & alia acceptione nominis pœna damni, prout in proposito solet accipi a Doc. ¶ Corollarium primum. In paruulis nondum regeneratis, pœna damni non est maior, & minor, sed æqualis. Patet, quia nullam habent pœnam sensus: sed damni tantum. Carent enim uisionē dei beatificam propter peccatum, & gratiæ carentiam, quæ non recipit magis, & minus. ¶ Corollarium secundum. In adultis habentibus actuale meritum, uel demeritum, maiorem, uel minorem contingit inuenire tam sensus, quam damni pœnam. ¶ Corollarium tertium. Sicut maiori, & intensiori merito uia maior debetur gloria, & maius præmium essentialē beatificum in coelocita huiusce uia, merito per finale inuoluntariam mortificationem, maior correspondet damni pœna in inferno. Patet, si enim resurrexisset per pœnitentiam, omnia illa opera bona reuixissent, & gratia &c. uerum quæ mortificata sunt, non est capax gloriæ de potentia propinqua ex defectu gratiæ. ¶ Corollarium quartum. Sicut gaudium beatificum in celo intenditur secundum amorem charitatum, & desicium tantum, uel tantum: ita dolor, & tristitia damnatorum in inferno intenditur secundum actualem, & uirtualem Dei, & præcepto suorum contemptum: seu secundum maius, & minus culpæ demeritum. Patet ex distin. præcedente. ¶ Corollarium quintum. Qui in uia maiore habuit gratiā per culpam mortificatam, maiorem habebit in inferno (nisi conuersus fuerit) damni pœnam. Patet ex corollario tertio. ¶ Corollarium sextum. Adultus, qui post multa bona, & meritoria opera finaliter decedit in peccato mortali, maiore habebit damni pœnam ab eo, qui post multorum peccatorum commissorum finale inuoluntariam sine bono opere cecidit in gehennam. ¶ Corollarium septimum. Vermis conscientie extensiuè sequitur maiorem, uel minorem damni pœnam. Intensiuè uerò maiorem, uel minorem uoluntatis peruersitatem, ac rectitudinis inesse debet culpabilem

carentiam. Considerare oportet post dicta distin. xlvi. q̄ ly debetur quandoque accipitur, ut id dicatur alteri deberi, & quandoq; cum effectu sibi dabitur: & non deberi, q̄ nunquam dabitur cum effectu: quicquid sit de dispositione causarum secundarum. Sic præscito, qui nunc elicit actum meritorium, non debetur gloria, stante illa acceptione debetur: quia cum est a Deo præscitum præsentem, & gratiæ carentiam, quæ non recipit magis, & minus. ¶ Corollarium secundum. In adultis habentibus actuale meritum, uel demeritum, maiorem, uel minorem contingit inuenire tam sensus, quam damni pœnam. ¶ Corollarium tertium. Sicut maiori, & intensiori merito uia maior debetur gloria, & maius præmium essentialē beatificum in coelocita huiusce uia, merito per finale inuoluntariam mortificationem, maior correspondet damni pœna in inferno. Patet, si enim resurrexisset per pœnitentiam, omnia illa opera bona reuixissent, & gratia &c. uerum quæ mortificata sunt, non est capax gloriæ de potentia propinqua ex defectu gratiæ. ¶ Corollarium quartum. Sicut gaudium beatificum in celo intenditur secundum amorem charitatum, & desicium tantum, uel tantum: ita dolor, & tristitia damnatorum in inferno intenditur secundum actualem, & uirtualem Dei, & præcepto suorum contemptum: seu secundum maius, & minus culpæ demeritum. Patet ex distin. præcedente. ¶ Corollarium quintum. Qui in uia maiore habuit gratiā per culpam mortificatam, maiorem habebit in inferno (nisi conuersus fuerit) damni pœnam. Patet ex corollario tertio. ¶ Corollarium sextum. Adultus, qui post multa bona, & meritoria opera finaliter decedit in peccato mortali, maiore habebit damni pœnam ab eo, qui post multorum peccatorum commissorum finale inuoluntariam sine bono opere cecidit in gehennam. ¶ Corollarium septimum. Vermis conscientie extensiuè sequitur maiorem, uel minorem damni pœnam. Intensiuè uerò maiorem, uel minorem uoluntatis peruersitatem, ac rectitudinis inesse debet culpabilem

Dub. 3. G
cur Magister p

conclu- labant: scriptori etsi non auditori com-
sione fi memorasse sufficit, qui a facie exorsus se-
nali to- dentis: per media ad pedes usq; uia duce
ri⁹ quar- peruenit, fumendo auctoritatem ex Esa-
ti inq: ia. capit. vj. Quid hocine uerborum
Hæc de tenore intendit Magister? Crediderim
pedibus Magistrum uelle facere breuem dictorū
sedentis epilogationem, ac abyssalem libri Sen-
tentiarum ostendere profunditatem. Ea
propter in ueritatis schola edoctus, in
id, unde principium sumpsit, finem quo-
que ordinatissimum facit. Exorsus enim
a facie sedentis, quo ad primum pro-
cessit, per media creaturarum quo ad
secundum, uia duce, quæ Christus est
incarnatus, quo ad tertium. Sicque per-
uenit ad pedes usque finalis curationis,
& glorificationis, quo ad quartum. Se-
dentem, non alium nisi Deum optimum
maximum dixerim in sua essentia immu-
tabiliter manentem. ait enim. Ego Deus
& non mutor. Malach. ij. Ab huius fa-
cie Magister exordium fecit tractando
in primo. de Deo secundum rationem
sue naturalis perfectionis. In secundo, de
potentissima cunctorum ex nihilo pro-
ductione. In tertio, de sapientissima
hominis lapsi per Christum reparatio-
ne. In quarto, de benignissima repa-
rati glorificatione. Maxime enim re-
lucet sedentis perfectio naturaliter infi-
nita in opere creationis, reparationis,
& glorificationis. Ex primo, eius im-
mensa potentia. Ex secundo, imper-
scrutabilis sapientia. Ex tertio, inex-
hausta, & incomparabilis bonitas se se
contemplandam offert. Inuisibilia enim
Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta
conspiciuntur. Sempiterna quoq; eius
uirtus, & diuinitas. Roma. j. Pedes se-
dentis eius effectus dixerim admiran-
dos, quibus diuina potentia, sapientia,
& bonitas nobis innotescit. A magni-
tudine enim speciei, & creaturæ potest
cognoscibiliter creator horum uideri.
Sapientia. xij. De his pedibus in se-
cundo, tertio, & quarto Sententiarum
libris patuit. Volens ergo Magister fi-
nem imponere suo Sententiarum libro,
ait. Hæc de pedibus sedentis. Verbum
sedentis primò: sed pedibus reliqs tribus

libris accommodandum uenit. Subiun-
git. Scriptori etsi non auditori com-
memorasse sufficit. Liceat oro, & mi-
hi VVendelino Steinbache ex Butzba-
chz Tubingen. Gymnalij Theologo-
rum minimo id ipsum uerbulum Colle-
ctorij huiusce supplemento a Præcepto-
re, & Magistro meo, usque ad distin-
ctionem. xxij. Quarti continuato: sed
non consummato annectere, in quo
non doctorem, sed discipulum me con-
tinuo, pariter, & collectorem talem,
qualem. Feci, quod potui: non quod
debui. Ausim dicere: plusquam posse
meum possit, conatus sum utcumque fa-
cere. Satis autem est sanctorum, & scho-
lasticorum patrum dicta, & sensa sacro
sancta, meis boatibus scholastico mo-
re coram auditorio theologico in me-
dium personare, & nonnunquam nodo-
sa explicare. Verius, & modestius
dixerim, ut id facerem, animus mihi
fuit: quod an perfecerim, qui nouerunt
fugere mel de petra, oleumque de sa-
xo durissimo, diiudicare poterunt.
Procul a me temeritas execranda, ut
noui aliquid tradidisse uelim: quod Lyn-
ceos maiorum oculos, seu mentium
fugerit manus. Verum in iucundissi-
mum, & mellissimum campum literarium
transire præsumpsi pro imperfectionis
meæ tantilla ualitudine: ut quod de
maiorum manipulis ex industria pro-
iectum, & quasi post habitum conspe-
xeram: cum Ruth Moabitide absque
rubore colligerem: Magistorum no-
storum sacræ theologiæ professorum
uestigia subleuando. Fortè non ab-
re scabrosum diceretur, & profusum ni-
mis tantillum (collectorij, quam lau-
dati) supplementum. Fatear, oportet,
non concordat psalterium cum citha-
ra. quæ enim comparatio discipuli ad
magistrum, quam maxime doctum?
cum pace dixerim, nec inter doctos
ultimum? Insuper pro mei quan-
tulacunque defensione, dixerim cum
Gregorio Nazanzeno, in suo Apo-
logetico. Per difficile est negotium,
in multitudine permixta, atque diuer-
sa, ubi ætas, & institutio uaria, de

talibus disputantem, & ueluti multa-
rum chordarum quandam citharam fa-
cientem, inuenite, & proferre aptum ad
omnes eruditionis uerbum: & ita uelut
plectrum singulis admouere, ut nusquā
sonus offendat auditum. Aut enim ni-
hilus illuminatus est sensus: aut ad expla-

nandam deest sermo sufficiens: quo me
supra modum elanguisse theologorum
sciunt scholæ. Verum. repeto Magistri
uerbum: Hæc quæcumq; sunt collecto-
ri, etsi non auditori, uel lectori dixisse
sufficiat.

F I N I S.

CHRISTIANAE THEOLOGIAE CVLTO-
ribus D. Gallus Muller Furstenbergen. inter sacræ
Theologiæ professores minimus.



CONSVEVERUNT boni, neq; pauci scriptores miris, atq; summis laudibus efferre, quos præcipua uirtute, singulari integritate, admirabili uitæ cōstantia, præstare acceperunt: Id uolētes, ut arbitror, non solū uberrimū esse uirtutis præcium, laudem, sed & uerum, consentaneū, & a deo cōstitutum salarium ijs, qui recte, iuste, ac præclare in terris uixerint. Itaq; alij coronati sunt, alijs aurea, argentea, ærea, marmorea signa sunt posita. Multi eruditorum hominum uoce, carminibus, historia celebrati: Pleriq; omnes gloriosissimis insignibus exornati. Quæ si hi suscipere meruerunt, & assequi, in quibus non uera, non perfecta, non absoluta, sed ficta quædam, atq; adumbrata uirtus effulsit: quid nobis faciendum in eo, qui ueram sapientiam, religionem, iustitiam, pietatem, & cuiusq; generis uirtutem est assequutus, solidæq; laudis meritis claruit? Par esse statuo lectores beneuoli, ut ad eum efferendum, celebrandūq; tanti uiri amplitudinem, & claritatem, omnes uires ingenij, totam dicendi copiam summis studijs adhibeamus. Cuiusmodi illum esse certum est, cuius scripta manibus tractamus, Vuendelinū Stambach Burzbachē. sacræ Theologiæ doctorem celeberrimum: apud Tubingē. Academicam Doctorem ordinariū clarissimum. Nam cum se ad summum bonum adipsicendū, ad cognoscendū, & diligendū conditorem deū, ad imitandum redēptorem, ac saluatore Christum Iesum natum esse intelligeret: spretis humanis, ac fallacibus bonis, ad æterna cælestis thesauri præmia omnem animi cogitationem conuertit: in lege domini dies meditatus, ac noctes. Et puerilibus studijs peractis, & diuina quadam eloquentia comparata dignus, qui maiora cōtractaret, diuino spiritu duce Tubingā commigravit: inq; ea urbe in sacris literis Gabrieli Byel uiro, ea tempestate magna doctrina, & sanctimonia præcellenti, diligenter, studioseq; operam dedit, nullamq; penitus tēporis morā inutilē pertransiit: adeo ut non contentus dierū opere, furtiuis quoq; nocturnis temporibus frueretur. Legit (ut ipse, qui uidit, testimonij perhibet) omnes doctores, qui ante suam ætatē aliquid contulerunt. S. Greg. magnū. S. Ambr. Mediolanensem. S. Aug. Episcopū Hipponensem, quem præ cæteris in precio habuit, ac maxime coluit. S. Hieronymū Stridonien. Sed et ueteres, ac pbatiss. quosq; Cyprianū martyre, Hilariū Episcopū, uenerabilem Bedā. S. Dionysium Arcopagitā. S. Ioannē Damascenū. S. Greg. Nissenū. S. Athanasū Alexandri. S. Io. Chrysoptomū, Origenē Adamantiū, Cyrillum Alexandrinū, Boetiū Seuerinum, Petrum Longobardum. S. Bernardū Cisterciensem, cæterosq; complures, atq; doctiss. Nec omisit recentiores, quos Scholasticos uocitant, Alexand. de Ales, S. Thomam Aquinatim, Albertum Magnum Sueuū. S. Eustathium Bona. Aegidium Romanū, Richardū de media uilla, Guilielmum Almodorensē, Guilielmū Parisien. Durandū, Petrū de Palude Patriarcham Hierosolymitanum, Ioānem Duns Scotū, Guilielmū Ockam, cuius sententias manibus, pedibusq; sequitur, Franciscū Maronis Greg. de Arimino, Thomā de Argentina, Robertū Holkot Cardinalē tit. S. Angeli, Adā Gottā, Petrum de Aliaco Episcopum Cameracen. qui & eius opera, & diligentia in lucē prodijt, Ioannem Gerson Christianissimum, Richardū Armachanū, Petrū de Cādia, qui postea dictus est Alexander quintus, Marsiliū de Inghen Germanū, Gabrielē Byel suū præceptorem, Oytam, reliquos præterea omnes, qui & nomine, & auctoritate digni sunt. Quantum uero in tanta doctorū ubertate, cum in rerū doctrina, tum sacrarū literarum cognitione profecerit, & multa, & præclara sui ingenij monumēta restantur, partim quæ accurate scripsit ipse, partim quæ apertissime falsata scripta

exemplaria priori sensui restituit, atq; Calcographis exarāda tribuit: quæ inuidi alie ni profectus possessores, sibiq; solis prodesse cupientes instar præciosissimi thesauri clam in suis serenijs sub modio derinere, & apud se occultare conabantur. Veluti testantur sententiarum profundissima scripta præstantiss. Petri de Aliaco Card. tit. S. Chrysogoni. Approbat hoc scriptū ualentis, & quā subtilissimi doctoris Guilielmi Ockam in primo Sententiarum libro. Cōfirmant id sermones, utilissimi Guilielmi Parisiensis, ac expositio Canonis missæ Gab. præpositi, quā inscio præceptore pro cōmuni Christianorū fructū prælo cōmisit. Nec non & eiusdē sermones, quos magno labore collectos, suorum filiorū notis acquiescere studens, de tenebris educens a mēdis innumerabilibus, & infinitis sere erroribus tersas, ad omnium studiosorū profectū, & oblectationem in lucē prodire fecit. Demū filijs notam ueritatē facere cupiēs, nullum ueritatis laborē, paruulis tanquā bonus pater, panē uitæ spiritalis petētibus magistri sui uiri pro meritis nunquā satis laudati Sententiarum libros porrigere non moratus est. Deprompsit ipse ex sui ingenij officina opus super. xxviii. dist. ultimas Quarti lib. Sententiarū magistri Petri Longo. opus profectū miræ utilitatis adeoq; absolutum, ut liquidū ostendat, quā fuerit in legendi munere præ cæteris diligēs. Cuius libri laus tanta est, ut nullis omnino indigeat præconijs. Cū ipsum de se sit apprime illustre. Quod & Supplementum uocari placuit, eo qd magistri sui Gab. uestigia sequutus, ea quæ ipse morte (quæ multa reddit infecta) præuentus nō congeserat, in hoc continētur opere. Ad huius itaq; mellissimū, tāq; excellētis Theologi libros audiēdos, ac ediscēdos, uos uoco, uos inuico, Christianos omnes. Aequē pauperibus profunt, locupletibus æquē. Aequē neglecti pueris, senibusq; nocebunt. Hic est profundissima Sophiæ fodina, ad q̄ sapiens filiū suū mittit: ut inde thesauros eruat. Hic sunt putei aquarū uiuentiū, quos pater Abraā primū fodit, Isaac extrulit, quos nituntur obstruere Phylitini. Sunt spicæ gratissimæ plenę granis solis apostolicis manibus confriticandę, ut egrediatur cibus gratissimus famelicis animis. Hic sunt urnæ aureæ, quibus manna reconditur, atq; petræ mellissimæ: immo potius fani mellis: ubera uberrima lactis, uitæ promptuarua semper plena. Hic est lignū uitæ, atq; quadriperitrus fluiuis paradisi, quibus mens humana pascitur, & aridus intellectus imbuitur, & rigatur. Hic est arca Noe, & scala Iacob, Canalesq; quibus sœtus intuentiū colorantur. Hic sunt lapides testimonij, & lagænæ seruantes lampades Gedeonis. Ista est pera Dauid, de qua iucundissimi lapides extrahuntur, ut Goliath pternatur. Deniq; hæc sunt aurea uasa templi, arma clericorū militiæ, quibus tela nequissimi destruitur. Huc ergo ueniant, qui esuriūt, ut cælesti cibo satiati sempiternā famem ponant. Veniant, qui sitiunt, ut aquā salutarem de perenni fonte plenissimis faucibus hauriant. Hoc cibo, ac poru dei, & cæci uidebunt, & surdi audient, & muti loquētur, & claudi ambulabunt, & stulti intelligent, & ægroti ualebunt, & mortui reniuuescent. Quia accurate, quā diligentissimē, quā ingenti studio, quā multijuga lectione, q̄ mira quadā ingenij acrimonia Paulū sit interpretatus, inq; eius elucidatione doctorum profunda sensa collegit, repugnantiã coadunauerit, perfecerit hiantia, breuia dilatauerit, diffusiora iusto contraxerit, obscuris lucem dederit, opus ipsum ostēdat. De cuius laudibus melius est slerere, quā pauca dicere. Ad ipsum nūc redeo, uidemus plerūq; quod de parentibus, & liberis contingit, discipulos quoq; a quibus instituti fuerunt, uel charitatem, uel humilitatem, & quod maius est, aut uirtutes, aut uicia imitari. Sic Vuendelinus noster quo meliorem habuit præceptorem, atq; præstantiorē, eo præclarior, atq; illustrior factus est. Nā magistri uestigia sequutus uirtutē cōplexus est omnem, ut sine macula mortalem uitā trāstingeret, aurū idest humanæ uitæ labē contemneret: nec speraret in pecuniæ ludibrijs, pro quibus pleriq; homines iura omnia, & diuina, & humana subuertūt: uoluptatum aspernaretur illecebras, quæ animas hominum perniciose titillatione deliniūt. Ac proinde teterrimam pestē exolus semetipsum abnegauit, & accepta cruce sua sequutus est eum, cui qui seruit, regnat, qui

paret, imperat qui placet, beatus est. Quippe sanam doctrinam docuit, viam salutis ostendit, uirtutem meditatū est guttur eius, & labia eius dereftata sunt impium. Euan-
gelicā uitā, & uixit simul, & docuit: ut testimonio faluatoris non sine causa magnus
uocandus fit in regno cælorū. Erat eius domus officina bonarū artium: unde præcepta
uitæ, falutares monitus, exhortationes uirtutis, exempla laudatarum rerū omnium
proficifcebantur, ut meritō inter eos annumerandus fit, qui fal terræ, & lux mundi
a faluatore uocantur. Os eius annuebat sapientiam, & facris lectionibus affidue cir-
cūfonabant aures eius. Demū uerō immortalibus multis confectis operibus, & quæ
nulla obliuione extingui poterunt, cū bonum certamen certasset, & mortalis uitæ
huius cursum omnē peregriffet, accepturus uictoriæ insignia, nō tam fortis miles, quā
dux inuiffiffimus res humanas deferens, foluto carnis ergaftulo, ac corporis laxatis
uinculis, expletis circiter feptuaginta ætatis annis. Qui res humanas contēpfit fem-
per, ac pro nihilo habuit, in cælum, ac beatorū spiritū domiciliū, uti nō dubitamus,
translatuſ est: sepultus apud S. Petrum in fylua Schonbuch, ad pedes præstantiff. fui
magiffri Gabrielis. Mortuus autē. xiiij. Ianuarij. Anno gratiæ. M. D. XIX. Quis
igitur non doleat, quis non defleat tātū uiri amiffionē, cuius pſentia; & uita in tertis
mirificos, uberrimos, ac fanctiff. fructus pferebat? Lugeat non modo nobilis patria
Butzbach, quæ talē ac tātū uirū genuit, fed etiā tota Tubingēſis ciuitas. Lugeāt do-
ctiffimorum hominum cœtus, lugeāt totius Germaniæ glorioſa gymnafia, in quibus
lux fulgentiffima ſubito extincta eſt. Quis non deploret ſublātū ex oculis tā præ-
clarū ſpecimen, ac doctorem memoriæ noſtræ clariffimū abreptū nobis? Orbati tam
ſplendū nomine: quanquā moriendū ſit omnibus lege naturæ, indulgeamus tamē
humanitati, & lachrymis paſſi ob eius cōmigrationē grauē iacturā: nec tamē minus
credamus, quantū fas eſt, uirū doctrina, & uirtute probatiſſimū, fide, ſpe, & charitate
perfectum, translātum in beatorum domicilium, ubi beatus æuo ſempiterno ſuatur.
Amen. Vale lector. Tubingæ. Anno nato domino noſtro Ieſu Chriſto humanæ ſa-
lutis inſtauratore. M. D. XX. Menſis Martij die. XXIII.

REGISTRVM.

CC A† B† C† D† E† F† G† H† I† K† L† M† N† O† P† Q† R† S†
T† V† X† Y† Z†. Aa† Bb† Cc† Dd† Ee† Ff† Gg† Hh† Ii† Kk† Ll† Mm† Nn†
Oo† Pp† Qq† Rr† Ss† Tt† Vv† Xx† Yy† Zz†. AA† BB† CC†

Omnes ſunt quaterniones præter CC† qui eſt duernus.

IMPRESSVM BRIXIÆ APVD

VINCENTIVM SABBIVM.

EXPENSIS THOMÆ BOZOLÆ

AD SIGNVM GRIFFI.

1574.